
BIBLIOTECA · DEL · DUQUE · DE · OSUNA

IOANNIS A TVRRE CREMATA
ORDINIS PRAEDICATORVM SABINENSIS EPISCOPI

AC S. R. E. PRÆSBITERI CARDINALIS doctorisq; eminentißimi, iuris pontificij ac sacrosanctæ theologiæ interpretis accuratißimi.

IN PRIMVM VOLVMEN CAVSARVM DOCTISSIMI COMMENTARII.

Tomus Secundus.

Quid verò hac postrema nostra editione præstiterimus vt longe emendatiores aliјs antehac impreßis in lucem prodirent facile dignoscet qui cum veteribus exemplaribus contulerit.

Accesit præterea Index locupletißimus.



VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D L X X V I I I.

REVERENDI IN CHRISTO PATRIS
DOMINI IOANNIS DE TVRRE CREMATA
ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM
SABINENSIS EPISCOPI,

Ac Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, Tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim vulgo dicti Cardinalis Sancti Sixti.

COMMENTARII SVPER LIBRVM CAVSARVM

Domini Gratiani feliciter incipiuntur.



AD commẽdationẽ doctrinæ traditæ per venerabilem patrem magistrum Gratianum in hac decreti parte, quæ causarum intitulatur, quam nos sub confidentia diuini adiutorij a exponendum aggredimur occurrit verbum illud. Canticorum. 10. Collum tuum sicut turris Dauid quæ ędificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Tanta profecto est donorum excellentia, & gratiarum ac priuilegiorum prærogatiua, quibus vniuersalis mater ecclesia in diuersis suis membris est dotata diuinitus, & tam admirabilis ordinis venustate sapienter disposita, tanta denique varietate pulcherrime circumamicta, vt perfectionis copia & excellentia dignitatis eius vnico non posit. sed multis necesse fuerit explicari nominibus. Hinc diuina scriptura de ea loquens multis eam comparasse rebus perhibetur nunc vineæ, nunc naui, nunc sagenę, nunc domui, nunc ciuitati, nunc tabernaculo, nunc tẽplo, nunc horto concluso nũc fonti signato, nũc colũbã vocat, nũc amicã, nũc vero sponsam appellat. Pro cuius sponsæ dignitatis excellentia plenius declarando sapientissimus Salomon membra eius a capite vsque ad pedes studiosissimè describere curauit il la mysticis nominibus subtilissimè atque sapientissimè, de capite enim eius loquens ait Cã. 5. Caput eius aurum optimum. glo. caput id est Christus, qui est caput corporis ecclesię. dicente apostolo ad Ephe. 4. ipsum scilicet Christũ dedit scilicet pater caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius. Caput hoc dicitur aurum, quia sapiẽtia plenũ. ad Colo. 2. in ipso sunt omnes thesauri sapientię & sciẽtiæ Dei absconditi. Et dicitur optimum, quia prę omnibus ful gentissimum. Est enim speciosus forma præ filijs hominũ. psalmo 44. Et Gregorius aurum optimum dicitur quoniam ad comparationem creatoris omnis creatura vilissima esse perpenditur. ab hoc capite regimen & prouidentia sensus & motus fidei omnibus eiusdem corporis membris transfunditur. secundum illud Io. 1. omnes de plenitudine eius accepimus. Consequenter de eiusdem sponsæ collo loquens idem sapientissimus Salomon ita ait. Can. 1. Collum tuum sicut monilia. collum sponsæ scilicet ecclesiæ ipsius ecclesiæ doctores sunt. quoniam sicut per collũ vox emittitur, & mentium arcana foras declarantur, & cibus in corpus traijcitur sic p ecclesiæ doctores veritatis cognitio præfertur, & diuinorum secretorũ notitia aperitur. cibusque salutaris doctrinę in membra totius corporis reficienda transfunditur. qui ideo sicut monilia quæ sunt pectoris ornamenta describuntur. quia in monilibus gemmæ in auro ponuntur, per aurum sapiẽtia, per lapides opera virtutum exprimuntur. dicuntur ergo sicut monilia, qa ecclesię doctores interius se sapientia induunt, & exterius virtutum opera exercent. & ita caste doctrinæ gemmis id est virtutum ornamentis decorati pectus ecclesię, ornant, & claudunt, ne adulter. id est diabolus manum inferat tentationis. Prouer. 1. dabitur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Mira profecto in hac re diuinę prouidentiæ dispensatio demonstratur. Sane quemadmodum ad mundialis corporis machinę illuminationem in cœlo certa luminaria posuit. Gen. 1. sic ad hominem in credendis & agendis illustrandas mentes quosdam ampliori scientiæ claritate repletos, per quos diuinitatis suę arcana hominibus reuelaret misericorditer prouidit, quibus. Matt. 5. inquit. vos estis lux mundi. & Esaiæ. 44. dedi te in lucem gentium. Et apostolus ad Phi. 2. Lucetis sicut luminaria in mũdo. inter alios egregios & pclaros ecclesię doctores qui sapientia, & doctrina, ac virtutibus claruerũt. & per quos diuinitas suæ sapientiæ archana hominibus communicare dignata est, fuit venerabilis pater magister Gratianus sapientia & doctrina ac religione clarissimus per quem tanquam per collum siue organum creditur spiritussanctus q ecclesię corpus animat viuificat, perficit, atque illustat plurima fidelibus in hoc decretorum volumine, & maxime in tractatu causarum effudisse documenta præstantissime virilitatis ad fidem catholicam, ad religiosos mores ad felix reipublicæ regimen, ad lites dirimendas, ad perfidos veritatis confundendos, ad pacem populi componendam, & ad ęternã consequendam beatitudinem maximè opitulantia. vt merito de huius venerabilis magistri Gratiani doctrina in hoc causarum tractatu contenta dicere possumus verbum in prin. sumptum, scilicet. Collum tuum sicut turris Dauid &c. In quibus quidem verbis scientia decretorum in hoc causarum tractatu contenta commendatur quadrupliciter. primo vt eminentissimæ authoritatis ibi cum dicitur, Collum tuum, vt etiam secundo altissimæ dignitatis ibi, sicut turris Dauid. tertio vt decẽtissimæ venustatis ibi, quæ ędificata est. quarto vt amplissime vtilitatis ibi, mille clypei pendent &c. ¶Commendatur in primis hæc scientia decretorum in hoc causarum tractatu contenta, vt eminentissimæ authoritatis cum dicitur, collum tuum. In collo autem loquentis intelligitur ipse spiritus loquens a quo principaliter vox ipsa doctrinæ formatur. & fistula colli per quam sicut per organum egreditur. Et ita duplex in verbo proposito multiplicatur causa efficiens huius sapientiæ. primaria scilicet, & principali. videlicet spiritussanctus qui loquutus est per ora sanctorum patrum, & doctorum, spiritu enim sancto inquit apostolorum princeps loquuti sunt sancti Dei homines 2. Petr. 1. Et beatus Isidorus in cap. hoc ipsum. 33. q. 2. ait. Hoc ipsum non electione proprij arbitrij sancti patres sed potius ex sententia diuini iudicij sanxerunt. Hinc sacri canones & sacratissimę leges, quæ per ora principum a lege ęterna deriuatæ emanarunt, ex quibus conflatus est liber decretorum irrefragabilis censetur authoritatis, vnde de canonum authoritate beatus Gregorius. in ca. sicut di. 15. ita ait. Sicut sancti euangelij. 4. libros, sic quatuor cõcilia suscipere & venerari me fateor. Et item protestatur Iustinianus. imperator, in auth. de ecclesi. titul de firmitate & authoitate sanctionum apostolicæ sedis Agatho papa in. cap sic omnes. distin. 19.

a ¶Diuini adiutorij. Inuocatio diuini nominis sẽper fieri debet. 23. dist. in noie. & ibi Abb. Arch. & Io. de Turre cremata. & 26. q. 5. non licet. 1 q. 1. cũ Paulus. 25. q. 7. non ob seruetis Barto. & Bal. in prima constitutione digestorum in princ. de offi. præfec. aphril i nomine domini. in aut. de cõ. in princ. col. 6. Bal. in proe. quarti libri codicis & in c. cum terra. & ca. cum vniuer sas. de elec. & ibi pulch. Pe. de Anc. & Spe. in ti. de aduoc. §. 6. versi. sup positis. & de instru. edi. §. 2. ver. an oia. & in cl. 1. §. nos. & ibi Car. Za. 27. no. de iu reiur. Fel. in c. 1. ver. sed q nõ sit de essentia. de fid. instr. do. Iason. in ad diti. ad Christophorum por. in prin.

Isidorus.

Grego.

Iustinianus.

Ita loquitur. Omnes apostolicę sedis sanctiones accipiendę sunt, tanquam ipsius Petri diuina voce firmatę quo circa iustissime vt beatissimus Damasus papa ait in capit. violatores. 26. q. j. violatores canonum grauiter a sanctis patribus iudicantur & a spiritu sancto cuius instinctu ac dono dicati sunt damnantur. De legum imperialiumbquæ euangelicis ac canonicis decretis non obuiant authoritate qualiter omnium reuerentia dignę habendę sint distin. decima. per totum habetur. Causa efficiens instrumentalis huius tractatus fuit venerabilis magister Gratianus quem in vtroque iure diuino pariter, & humano eruditissimum fuisse ipsum decretorum aureum volumen, in quo tantarum admirandarum rerum diuinarum pariter & humanarum sapientia continetur, luce clara demõstrat per quẽ tãq per collũ spiritus sanctus creditur fuisse locutus. vt ipse magister posset in veritate dicere illud. 2. Re. 3 Spiritus domini loquutus est per me. & illud psalmus. 44. Lingua mea calamus scribę. gl spiritus sancti. ¶Secundo commendatur hęc scientia in verbis propositis vt altissimę dignitatis cum dicitur, sicut turris Dauid. Comparatur autẽ hæc scientia turri p p tria in qbus eius nobilitates demonstratur. Primo quia habet instar turris altitudinem admirabilis speculationis, & hoc rõne materiæ de qua loquitur. Tractat. n. de multis & varijs altissimis & difficilib. rebus. hic. n. innumerę sunt authoritates sacrę scripturę & mysteria figurarum. Hic latissimus sacrorum canonum campus. Hic amplissimus imperialium legum cumulus. hic pluri morum doctorũ admirãdę sentẽtiæ, in quibus ꝓfecto magna latet altitudo sapientię, vt ẽt mẽtes sublimium admiratione suspendat, vt congrue dicere posset, ergo in altissimis [s. cõtẽplatione] habito. Eccle. 24. ¶Secundo in hoc causarum tractatu cõtenta sapiẽtia habet instar turris inobliquabilem rectitudinem in dispensatione iudiciorum. Nam non declinans ad dextram nec ad sinistram omnia recto ordine ac iustissime, docet diffiniri. Tractat quidem potissime de in omnibus tenenda iustitia. cuius primum est teste beato Isidoro. timere deum, religionem venerari, honorem differre parẽtibus, patriam diligere, cunctis ꝓdesse, nulli nocere, supernę charitatis vincula amplecti necessitudinem rependere, ęquitatẽ in iudicio seruare, vt merito huic scientię rõne suę inobliquabilis rectitudinis aptari posit. ꝙ idẽ Isidorus sacrã scripturã cõmẽdãs ait dicẽs. Tu es q̃a recto tramite nunq̃ discedis. Tu a veritate nunq̃ auerteris. tu via virtutis. tu inuentrix bonorũ operum. per te cunctis viuendi regula datur. Si quid distortum tu corrigis, si quid corrigendum, tu emendas. Quocirca magistro Gratiano compilatori decreti conuenire optime põt illud Cãti. 7. Collũ tuũ sicut turris eburnea. Ebur. n. candidum est & rubicundum & solidum siue firmum. Sic turris huius sapientię est cãdida propter puritatem veritatis. Rubicunda p p ordinẽ charitatis. Solida propter firmitatẽ suę stabilitatis. ¶Secundo instar turris habet hæc sapientia fortitudinẽ insuperabilis ꝓtectionis. Eos. n. q ad eã cõfugiũt in tuto locat. Prouer. 18. Turris fortissima ad eã confugiet iustus, & saluabit. est. n. inexpugnabile ꝓsidiũ reipublicę aduersus oẽs hostiles icursus vt merito de ea dici posit illud psal. 60. ¶Tertio principaliter hæc sciẽtia cõmẽdari dicitur in verbis propositis vt decentissimę venustatis, cũ dr̃ q̃ ędificata est cũ ꝓpugnaculis. Sane tractatus iste causarũ elegantius ac pulchrius ac sapiẽtius q̃ cæterę partes decreti est ordinatus In alijs. n. partibus puta distinctionum, & de consecratione simpliciter absq; argumẽtorũ studio ꝓcessum est veritatem declarando, diffiniendoq; aut agendorũ regulas tã ꝓ disponendis diuinis ministerijs, q̃ ꝓ cõponendis moribus statuendo. In hac vero causarum parte scientifice magis ac scholastice ꝓceditur, qa proponũtur themata q̃stionis. eliciũtur hinc, & inde allegationes intromittũtur & tãdẽ ventilata ad plenũ veritate congrua submittuntur responsa. Hæc sunt ꝓpugnacula cũ quibus turris nostra ędificata dr̃, ex qbus incursus hostium a longe proijciuntur, viriliter propulsantur, & tota res publica gloriose defensatur, de quibus potest exponi illud Esa. 54. Ponam iaspidem propognacula tua. Per iaspidem enim qui Alberto magno in de mineralibus teste multarum specierum est multorum colorum. quid rationabilius potest intelligi, q̃ doctrina multarum quæstionum variarum causarũ, quæ in hoc aureo volumine tradit a Gratiano. ¶Quarto commendatur hęc scientia in verbis, propositis vt amplissimę vtilitatis cum dicitur, mille clypei pendent ex ea & c. millæ clypei ex hac sapientię turri pẽdẽtes sunt innumerę sanctorum patrum irrefragabiles sententiæ, & doctrinę, quibus hostes fidei, inimici iustitię atque virtutis, & rei publicæ pacis perturbatores propelluntur. Omnis enim sermo domini quasi gladius ignitus sperantibus in se. prouer. 30. Super quo Beda ita loquitur. Omnis sermo diuinę authoritatis corda electorum & igne charitatis accendit, & lumine veritatis illustrat, de quibus clypeis aptissime exponitur illud. 2. Macha. 2. Refulsit sol in clypeos aureos, resplendunt montes ab eis. Clypei aurei sunt patrũ sententiæ in hoc aureo cõprehensę volumine, in quibus refulgere dicitur. quia a sole iustitiæ deriuare censentur. & montes. i. pfecti in hac scientia doctores resplendere perhibent ab eis, quia per huius sapientiæ adeptionẽ famosi & gloriosi in orbe redduntur. Sapientiæ. 8. habeo propter hanc (scilicet doctrinam siue disciplinam) claritatem ad turbas & honorem apud seniores. Pendere insuper omnis armatura fortium ab hac sapientiæ turri dicitur armatura quidem spiritualis, quoniam arma militię nostræ vt ait apostolus secunda ad Cor. 4 non sunt carnalia, sed potentia Deo. id est virtute Dei ad destructionem errorum consilia destruẽtes scilicet principum tyrannorum, & omnem altitudinẽ scilicet, superborum se extollentem aduersus scientiam Dei: quoniam vt ait Ambrosius. Ecclesia non armis spiritualibus, quę sunt fortia ad destruendas munitiones, & altitudinem nequitiæ spiritualis sobrietatem, & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Sapientiæ. 8. planè hinc. pendet prudentia, qua principes populos sibi subditos optimis legibus pace component. hinc sapientia qua iurisconsulti rectè pro republica consulant. Hinc splendor iustitiæ qua iudices causas iuste decernant. Hinc peritia, qua aduocati depulsis dubiorum tenebris veritatem illustrent. Hinc pendet magisterium ex quo procuratores versutias aduersariorum declinantes partes suas potenter defendãt. Hinc vniuersitas pẽdet virtutum, & laudabilis rei publicę salus. Planè quot in hac sciẽtia sunt canones, quot leges, quot diffinitisimæ sanctorũ patrũ sentẽtiæ, quot ibi virtutũ ornamẽta, tot ibi armorum spiritualium instrumenta sunt, tot prælidia rei publicę defensiones quibus contra errores veritas iustitia contra iniquitatem, contra vicia virtus defensetur. quam armaturam hortatur nos apostolus sumere ad Ephe. 6. dicẽs Accipite armaturam Dei vt possitis resistere in Die malo & in omnibus perfecti stare. Et iterum. 1. ad Cor. 6. in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros. Et sequitur post per arma iustitię Dei, qui est in secula benedictus. Amen.

b ¶Legum imperialiũ Adde Pe. de Anch. in c. 1. num. 13. de test. arc. in ea. lege imperatorũ. nu. 12. & ibi Io. de turrecre. 10. di.

Isidorus.

Albe. mag.

Ambro.

¶ Causa prima.

1 *Gratianus de criminibus tractaturus quare incipiat a crimine simoniæ.*
2 *Peccata quasi omnia complentur in simonia.*
3 *Simonia an conuenienter diffiniatur quod sit studiosa voluntas emendi. &c. & nu. 4.*
5 *Annexa spiritualibus quæ dicantur.*
6 *Spirituale dicitur dupliciter. communiter & proprie, & quid dicatur communiter.*
Et quid proprie, & quòd sit duplex nu. 7.
8 *Spirituale dicitur etiam dupliciter per essentiam, & per causam.*
9 *Complementum peccati & virtutis consistit in electione.*
10 *Simoniaci proprie dicuntur ementes, giezitæ vendentes.*

Vidam. Consumata per te. prima huius aurei Decretorum voluminis sequitur secunda pars eiusdem operis quę nomine causarum intitulatus consumaturque triginta sex causis. vt tantum in principio huius operis meminimus nos dixisse, magister Gratianus opus suum in tres partes distinxit. scilicet in distinctiones, in causas, & in tractatum de consecratione. in prima parte de ecclesiasticis egit ministris. In secunda de ecclesiasticis tractat negotijs. In tertia de ecclesiasticis tractaturus est sacramẽtis. Et ordine cõgruo post tractatũ ministrorum

ministrorum subdit tractatum negotiorum. in illis enim animarũ saluti,in his proximorum cõsulitur vtilitati,paci, & quieti.in illis deo latriæ cultus exhibetur vbi deus homini placatur.in his homo homini reconciliatur.Primo ergo egit de ministris,nunc vero agit de negotijs,vt primo recõciliati,deo per deuota ministeria secundo pacẽ habeamus per iustas negotiorum defensiones:fructus.n.iustitiæ pax. Esai. 5.prius.5.vota sunt soluenda deo,& post foras in exterioribus vacandum est proximo,ꝙ ex facto Moisi ostẽditur.qui prius in tarbernaculum ad deum introibat, & postea foras existens populo consulebat.Exo.10.& ext. de renun.nisi cum pridem.& 36.di.si quis vult.Et in euangelio scribitur Mat.5.primo quærite regnũ Dei &c.& post hæc omnia adijcientur vobis.vbi notandum ꝙ in parte ista vbi de negotijs quæ inter homines vertuntur agit sicut mutat materiam.& modum tractandi.aliter.n. tractando procedit absque argumentorum præludijs definiẽdo veritatem, aut agendorũ regulas,pro componendis moribus exponẽdo.in hac autem parte magis disputatiue procedit,thema ta præponendo,quæstiones eliciendo,hinc inde allegationes inducendo,& tandem solutiones apponendo.cuius diuersitatis ratio est.vt dicit Hug.& Archi. quia in negotiis errare nullum aut leue peccatum est,in minestrijs errare ẽ graue,& in sacramẽtis errare est peccatum grauissimum & periculosum.¶Sed ista rõ saluo iudicio istorum non videtur multum facere ad rẽ,qm̃ ẽt in negotijs errare de quibus hic agitur quandoq; est grauissimũ peccatũ, sicut patet in simonia.de qua in principio agit & de alijs quibus in hac parte tractatur manifestum.est.Sed rõ potissima iudicio nostro est, quia doctrina tam diuinorum ministeriorum quam ecclesiasticorum sacramentorum maxime innititur fidei.dicit autẽ Ambrosius super Lucam auferantur argumẽta vbi fides queritur in ipsis gymnasijs suis, taceat dialecticus, qa piscatoribus credit,nõ dialecticis. Et Gregorius in homilia . fides non habet meritum,cui humana rõ pbet experimentum.Et ideo magister Gratianus in illis duabus partibus.s.prima & vltima simpliciter ꝓcedit absolute & clare proponendo q̃ credenda aut agẽda sunt a fidelibus.Quia aũt negotia humana siue actus humani cũ sint longe inferioris cõditionis,ꝓ eorum varietate & mutabilitate quasi infinitis inuoluuntur ambiguitatibus.iuxta illud Ecclesiastes.7.d.deus fecit hoiem rectum,& ipse se immiscuit infinitis quæstionibus.iõ merito Gratianus sicut mutauit materiã in hac secunda parte ita ẽt modũ tractandi mutauit.Tractaturus aũt magister Gratianus de negotijs ecclesiasticis,quia negotia ecclesiastica quædã sunt criminalia,alia vero sunt ciuilia:14.q.2.sup.& 16.q.1.sunt & criminalia ciuilibus ꝓponantur.3.q.vl.prius & C.qui accu.non poss.l.1.Recte in prioribus sex causis pmittit de criminibus,ostendens quõ accusari, quõ excipi & quo pacto debeant condemnari.de ciuilibus negotijs in reliquis causis tractaturus.¶Sed hic surgit quæstio quare Gratianus de criminibus tractaturus incepit a crimine simoniæ. Ad hoc Respondetur dicendo.quod hoc factum est multipli rõne.primo quia supra disti.C.c.nouit.dictum fuit, ꝙ ꝓ palij vsu nõ ẽ pecunia dãda,cũ sit res spũlis.Ideo loquuturus de causis criminalibus primitus tractat de negotio simoniacæ prauitatis pmittens cã,& qões de crimine simoniç.¶Secundo quia sicut in constitutionibus legis forensis præcedunt crimina lęsę maiestatis tanquam grauiora,sic inter oĩa crimina ecclesiastica principatum obtinet simonia ita vt hæresis nominetur.vt infra.e.q.vlt.c.fi.Ideo merito de ea in principio tractatur.¶Tertio.quia maius crimen ẽ prioritate tpis.Nam cũ in veteri testamento esset dãnatũ, in ipsius nouæ legis auspicijs ante oĩa vitia recidiua quadã cupiditate cõstat esse subortum. Vnde in eius detestatione Christus ementes & vendentes p̃ alijs peccatoribus eiecit de templo.Mat.21.¶Quarto,quia simonia est crimẽ maius sui peruersitate,quia cetera crimina ꝑsonas indignas ordinibus faciunt.Hoc autem crimine ipsi ordines indignissima humiliatione vilescũt.Satis.n.ville est,ꝙ emptio ne cuiuslibet rei fieri potest.¶Quinto, quia simonia est maxime detestandum crimen,quia nimis ecclesiam maculat dum per pecuniam sacramenta vilipenduntur cum pæcuniæ ptio cõquentur.Vnde Petrus hoc detestãs Simoni mago ait Actuũ.8.Pecunia tua tecum sit in perditione, quia donum Dei existimasti pecunia possideri.¶Sexto. hoc vitiũ primo erat detestandum , quia diuinum seruitium ex

Hugu. Archid. Contra archidia. — Ambro. — Ggrego. — Ecclesiastes — Quæstio. Respondet. Prima ratio — Secunda rõ. — Tertia rõ. — Quarta rõ. — Quinta rõ. — Sexta ratio.

cessiue ꝑ cum lęditur,cum beneficia per pecuniam possidentur,tunc.n.nõ meliores,non sufficientiores, sed indigni dum tamen ditiores,pręficiuntur,& domus orationis
2 sit spelũca latronum.¶Septimo.qa in simonia oĩa quasi peccatum complentur,vt superbia,qua ambitiose honor emitur.inuidia;qua non gratis & voluntarie , sed pecuniæ exactiõe quasi tristabiliter gradus proximo impẽdit.Auaritia,qua in opere spirituali pæcunia , vel appretiabile pecunia, exigitur. Ira, pro mala voluntate qua in proximum simoniacus fuerit,vt quæ ipse expedit,ipse à proximo extorquere nitatur. Gula, vt ex simoniaca pecunia epulose viuat , ex qua luxuria nascitur. quia secundum Hiero. venter & genitalia propinqua sunt,& vẽter mero æstuans cito spumat in libidinem.in c.venter. 25. di.cupiditas quoque acquirẽdi pecuniam,desidiam,ac omissionem circa spiritualia gignit,quia nemo põt deo seruire & mãmonę.Mat.6.¶Pro pleniori autẽ intelligentia dicendorum circa diffinitionẽ simonię.¶Vtrum congruenter diffiniatur in glo.cum dicitur, ꝙ sit studiosa voluntas emendi vel vendenti aliquod spirituale,vel spirituali annexum.Et videtur ꝙ nõ discurrendo ꝑ singulas partes huius diffinitionis.Et primo ꝙ non sit voluntas . Per simoniam aliquis efficitur irregularis,sed pro sola voluntate nullus efficitur irregularis,ergo simonia non cõsistit in sola voluntate.¶Secundo sic.Omne peccatum in electione principaliter consistit,sed voluntas eligens non est de impossibili, vt dr̃.3.Eth.Cũ ergo emere spirituale sit impossibile,quia donũ dei pecunia nõ possidetur. vt dr̃ Ac.8.ergo sequitur ꝙ in diffinitione simonię nõ dicaẽ cõueniẽter ꝙ sit voluntas emendi &c.¶Tertio arguit circa illud ꝙ dr̃ studiosa, Illa sola peccata fiunt studiose,q̃ ex certa malitia cõmittũtur,sed simonia nõ sempex certa malitia cõmittit̃ sed qñq; ex infirmitate,& ignorantia,ergo in diffinitione simoniæ non debuit poni studiosa.¶Quarto ad fidẽ sic. Tullius dicit.ꝙ studiũ sit veheme s animi applicatio ad aliquid cognoscendum,sed hoc cum non sit in emendis & vendendis spiritualibus,videt̃ ꝙ inconuenienter ponat̃ in diffinitione simoniæ.¶Quinto arguit contra illud emendi & vẽdendi sic.Simonia dr̃ à Simone mago,sed ille noluit vẽdere spũalia,sed emere,ergo non debuit poni venditio in diffinitione Simonię.¶Sexto arguit ad idẽ sic.multæ sunt alia voluntariæ cõmutatiões pter vẽditionẽ & emptionem sicut pmutatio,trãsactio,ergo vr̃ ꝙ incõueniẽter diffinĩat simonia illo modo.¶Septimo sic contra illud spirituale q̃ ritur.qd vocetur ibi spirituale.¶Octauo sic cõtra illud ꝙ dr̃ aut spirituali annexum.Oẽ ꝙ est annexum spirituali est spirituale ergo superflue additur aut spirituali annexum ¶Nono sic.omnibus tẽporalibus pp spiritualia vti debemus.si ergo in emptione annexorum spiritualibus simonia consistit,seqtur ꝙ omnis emptio vel emvenditio tporalium erit simoniaca.ꝙ falsum est.¶In oppositum est gl. psentis lrę.¶Respondeo dicẽdum ꝙ diffinitio siue descrio assignata est cõueniẽs.siue cõpetẽs,siue bona, cum cõmuniter assignet̃ tã à theologis sicut est Alex.de halis.Alb. magnus,S.T.&c.q à iuristis.q dicit manifeste colligit̃ ex.c.qui studet.infra ea.cã.& q.3.ꝙ dicit Gregorius naziãzenus.q studet.donv Dei ptio mercari a cõmunione ab-
3 scindatur.diffinitur ergo sic.Simonia est studiosa voluntas emendi vel vẽdendi aliq spiritual annexum. Quarum partium conueniẽtia sic ostenditur Quia.n.oẽ peccatum in actu voluntatis consistit.Ideo in diffinitione simoniæ tria ponuntur.primum est actus huius peccati in communi,secundum procedit ab actu interiori voluntatis cum dicitur voluntas studiosa ad eundum in opus.Nam quamuis simonia inquãtũ ẽ crimẽ cõmittat̃ sola volũtate sine actu exteriori, qa primus actor huius criminis nõ duxit ad act.sed sola volũtate peccauit.sicut cõcupiscẽs meccatus ẽ & ꝙ odit fratrẽ suũ homicida ẽ,& sic ẽ in alijs peccatis tñ inquãtũ ẽ crimẽ ecclesiasticũ. cuius cognitio siue punitio ptinet ad iudicẽ ecclesiasticũ qualiter cõuicta sunt ei infamia,irregularitas,suspẽsio,& hmõi pęnę.sic nõ cõmittit̃ sola volũtate,sed tm exteriori pte,sed opere , q hõ videt q̃ patet,Deus aũt intueẽ co.j.Reg 16.hoc tñ intelligẽdum ẽ, vt dicit Alexander de halis in secundo , & dominus Vlricus in summa sua de illis quæ secundũ se sunt simoniaca,q iuristæ vocãt ꝓhibita,qa sũt simoniaca.Nã qdã ex conit tutione dicuntur simoniaca q̃ vocant simoniaca qa sũt ꝓhibita,vt cũ quis renuntiat ecclesiæ ea cõditione siue pacto

Septima rõ. — Hierony. — Quęstio. — Primum ar. — Secundũ ar. — Tertium ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Sextum ar. — Septimũ ar. — Octauũ ar. — Nonum ar. — Opponit & Responde. — Gregorius naziãzenus. — Ale.de hal. Vlrichus.

cto, ꝙ detur huic. in his enim sola volutate non peccatur,
nec etiam voluntate procedente ad actum simpliciter. Sed
si voluntas procedat ad actũ ẜm modum illum ẜm quē est
prohibitum. s. sub conditione & pacto, tunc simonia est. ex
tra. de offi. iudi. dele. ex parte. Nam si sine hoc aliquis renũ
tiat beneficio, ea intētione vt ille q dignus est accipiat nul
lum peccatum est. De numero illorum quę sunt simonia-
ca, quia prohibita sunt. vt dicit idem dominus Vlrichus
Vlrichus.
vendere vicariam, castellatum, ęconomatum ad uoccatiã,
& hmõi. ¶ Secundum est specificatio huius actus cõis per
actus proprios huic speciei peccati cum dicit emendi vel
vendendi, in quibus nominibns omnis contractus nõ gra
tuitus circa spiritualia intelligitur. Vnde nec permutatio
præbendarum vel ecclesiasticorum beneficiorũ fieri põt
authoritate partiũ absque periculo simoniæ, vt iura deter
minant, põt tñ prælatus ex officio suo ꝑmutationes huius
modi facere pro cã vt illi vel necessaria vt dicit S. Tho. pro
S. Thom.
hibetur etiã transactio intrinseca vel extrinseca. vt extra
de transac. c. sup e. sed tamē amicabilis compositio est per
missa, vt dicit Pet. de Palu. in 4. & ibi dicit gl. Præterea em-
Petrus de palude.
ptio vel vēditio, non solum in datione aut acceptione pe-
cunię consistunt, sed ēt omnium quorum pretium in nu-
mismate mensuratur. Hoc autem est oē bonũ tēporale si
ue mobile siue immobile. 1. q. 2. per totũ. vnde Aug. lib. de
Augu.
doctrina Christiana inquit, & habet. j. e. q. 3. c. totũ. Totũ
ꝙ homines habent in terra & omnia quorũ domini sunt
pecunia vocat, qa antiq ꝙ habebant in pecoribus habebãt
Quicunque ergo dat aut recipit ꝓ spirituali, vel spirituali
annexo aliqđ tēporale simoniã incurrit. ¶ Tertium est in
deb tum obiectũ huius actus ex quo habet rõnē peccati
cum dicitur aliqđ spirituale. s. per essentiam sicut sunt do-
na et virtutes, vel per causam sicut sacramenta quæ dispoſi
5 tiue operantur ad gratiam vel spirituali annexum. † Anne-
xa quæ sunt deputata ad vsum spititualium vt vasa calices,
& bona ecclesiastica siue antecedenter siue concomitan-
ter siue consequenter. Vbi notandum secundum dominũ
Vlrichus.
6 Vlri. in summa sua & inducit Io. in summa sua. † Spũale di-
cit dupliciter. s. cõiter & proprie. Cõmuniter dicitur qua-
druplicitur. s. essentialiter vt gratię & virtutes & similia. Se
cundo dicitur aliquid spũale participatiue. vt ecclesiæ. &
cemiteria, & vasa ministerialia altaris cõsecrata, hæc. n. par
ticipãt cõsecratione, q̄ cũ spãli benedictione fiũt. ¶ Tertio
dicit spũale ordinatiue q ordinat ad aliqd spũale, vt decimę
& primitię & oĩa beneficia ecclesiastica ordinãt ad hoc vt
ministri ecclesiæ his sustentati libere valeant spiritualibus
intendere. ¶ Quarto mõ dr spirituale ꝙ est primum ad cõ
sequendum aliquod spirituale, tertio modo dictum sicut
præsentatio, quæ ratione iuris patronatus competit alicui,
est via ad consequendum per inuestituram illud beneficiũ
ad ꝙ qs præsentatur. & hoc qdē dr spirituale in quantum
authoritas non est principalis, sed ꝑparatiua ad actũ autho
ritatis principalis, & est extrinsecus adiunctum spũali, cui
pręmium est, sic vocat annexum spũali, nihilominus tamē
hoc ēt mõ dictũ spũale vocatur ēt annexum, sicut id ꝙ ad
alterum adminiculãdo ordinat annexũ est idē. † ¶ Spũale
vero ꝓprie dictũ nõ est nisi id ꝙ essentialiter est spũale, &
& hoc est duplex, quia vel est pure spirituale acceptum in
elemento corporali, vt gratia sacramentalis, & sic ꝑdicta
tria vltima non sunt spiritualia, sed spiritualibus annexa.
vnde Alexander tertius dicit ius patronatus esse annexum
spirituali. extra de iure pat. c. de iure. & in ca. quãto. de iud.
S. Thom.
Sanctus vero Tho. in 2. 2. q. C. ar. 1. in respon. ad 6. ar. breui-
ter se expedit dicens. ꝙ sicut aĩa viuit per se ipsam, corpus
autem viuit ex vnione animæ. Ita quædam spiritualia secũ
dum se ipsa, vt sacramenta, & alia huiusmodi. Quędam au
tem spiritualia ex hoc quòd spiritualibus adhęrent. ¶ His
habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã
Ad primum argum.
satis patet responsio ex dictis, quia diffinitio data intelligit
de simonia vt est crimē ecclesiasticũ, ꝙ iã effectu & opere
est ostensum & patefactũ, nõ aũt ꝓut est crimen tm̃. sic. n.
non inducit irregularitatem. vt extra e. ti. cap. vlt. vt enim
S. Thom.
optime dicit Sanct. Thom. 3. homines iudicant ea quę fo-
ris patent. sed deus intuetur cor. vt dicitur primi Reg. 16.
Et ideo simonia & in omnibus alijs peccat ex sola voun
tate efficitur quis peccator secundum reatum pœnæ, quæ
ad iudicium dei pertinet. sed nõ quantum ad reatum pœ-
nę, quæ pertinet ad iudiciũ ecclesiæ, vnde homicida volũ
tate incurrit reatum pœnæ ęternę. sed non irregularitatē
vel excommunicationem vel aliquid huiusmodi. Et simili
ter dicendum est de simoniaco tantum voluntate. vt ex-
tra de simo. mandato nostro. ¶ Ad secundam respondetur
Ad secundũ
8 iuxta S. Tho. & alios doctores † spirituale dicitur dupliciter
vno mõ per essentiã sicut gratia & virtus & pœna talium
non potest esse contractus venditionis, aut emptionis nec
per consequens super his voluntas deliberata emptionis
cadere põt. Alio modo dicitur spirituale per causam, sicut
sacramenta quæ sunt causa gratiæ dispositiuæ, & talia in-
quantum sunt quædam res corporales vendi possunt de fa
cto, licet non de iure. & sic accipiuntur spiritualia in diffi-
nitione simoniæ. ¶ Ad tertiam respõdetur quod studiosa
Ad tertium
ponitur in diffinitione simoniæ ad designandum electio-
nem quæ principaliter pertinet ad virtutē & vitium, cum
autem vnum quodque debeat diffiniri secũdum comple-
9 tum esse. † Complementum autem peccati & virtutis cõsi-
stit in electione. Ideo electio ponitur & in diffinitione vir
tutis & in diffinitione peccati. Et hanc electionem impor
tat studiosa voluntas, vt dicit San. Tho. tam. in 2. 2. quam
S. Thom.
in 4. Nec est verum ꝙ oĩs q peccat ex electione peccet ex
malitia. ¶ Ad quartã patet responsio ex dictis ꝙ studium
Ad quartũ
nõ sumitur in sensu prout diffinit Tullius. sed sumitur hic
aut ꝓ electione, in qua consistit esse complemētum vitij
aut virtutis, vt dictum est ex sententia S. Th. aut ꝓ diligen
tia adhibita ab ipso simoniaco. vt perficiat peccatum, vt di
cit Albertus magnus in. 4. ¶ Ad quintum respondetur ne-
Albertus.
gando quòd Simon magus voluerit vendere spiritualia.
Ad quintũ.
Nam vt dicit S. Thom. tam. in 2. 2. q̄ in. 4. Simon magus ad
hoc emere voluit spiritualem ꝑtãtē, vt postea vēderet sicut
dicit vrbanus papa. infra. e. cã. q. 3. saluator. Et ideo in em-
ptione ēt venditio continebatur implicite, & propter hoc
secundum commune vsum loquendi vterque vocatur si-
10 moniacus, & emens & vendens. † sed tamen si distincte lo-
q volumus emētes dicũtur simoniaci, vendentes vero gie
zitę quia giezi spũalia vendere voluit. vt patet. 4. re. 4. ¶ Ad
Ad sextum
sextam respondetur sicut iam dictum est in expositione
diffinitionis simoniæ ꝙ noĩe emptionis & venditionis in
telligitur oĩs cõtractus nõ gratuitus in spiritualibus. ¶ Ad
Ad septimũ
septimã respõdetur ꝙ spirituale vocatur hic sicut supra ex-
positũ est in diffinitione simoniæ. ¶ Ad octauã rñdetur si-
Octaum.
cut supra dictum est, ꝙ spirituale dicitur aliquid duplici-
ter. communiter & proprie. Licet ergo annexum spiri-
tuali communi vocabulo posset dici spirituale, proprie tñ
non sed annexum spũali. ¶ Ad nouam rationem responde
Nonum.
tur negãdo consequentiam & rõ est ẜm. S. Tho. qa non di-
S. Thom.
cuntur spiritualibus annexa oĩa, quibus põt quis vti in spi-
ritualibus, sed illã tantũ, q̄ ad vsum spiritualium sunt depu-
tata, sicut sunt calices & bona ecclesiastica q̄ sunt deputata
ad vsum minstrorum ecclesiæ. Lege tex. ¶ [Quidam obtu-
Exponit literam
lit vitissimo] factũ recitat. vnde subaudi maxime ad hoc.
extra de simo. tua. qa in hoc crimine nõ excusat paupertas
vt extra. c. qm̃] Exactus]. i. requisitus, & male. vt extra de si
mo. nõ satis. in prin. Arc. vbi de hoc [puer] ordo [ꝑ incre-
mēta tēpore ꝑuenit ad virilem ætatē] & repēte ꝑuenit ad
graduũ officiorũ & sacerdotij. &c. [suffragãtibus]. i. iuuãti
bus vel facientibus [nonnullos]. i. aliquos [benedictionem]
i. ordinē. Nota quod in isto casu multipliciter simonia in
teruenit primo in ingressu & receptione ad monasterium
secundo in consecratione quo ad obsequium, quo ad præ-
ces, quo ad pecuniam. tertio in conferendo ordines ꝑ pecu
niã. Et circa hanc materiam format. 7. quæstiones. prima se
quitur & est hæc. vtrum emere spiritualia sit peccatum.

1 *Spiritualia emere vel vendere pro pretio temporali an sit pec
catum. quòd sic. nu. 2.*

Qod autem. In hoc. §. resumit magister Gratia-
nus primã qõnē q̄ ē an emere spiri
tualia sit peccatũ. ꝙ tñ vt dicit Ar. debuit aliter formare vi
delicet an ꝓ spũalibus aliqd dare vel accipere sit peccatũ.
Hoc. n. in sequentibus tractatur. Nota hæc quæstio diuidit
ẜm Arc. in 15. partes. In quarũ prima probatur. 15. autho-
ritatibus, quòd pro ministerijs ecclesiasticis nihil debet da
ri. Ioan. de san. Alię vero partes in processu assignabuntur.
probat ergo hic magister quòd emere spiritualia sit pecca-
Io. de san.
tum. & ostendit ex hoc quòd propter tale peccatum simo
niaci dãnãt quãdoq; pęna depositionis, qñq; excõicatiõis,
quandoque

quãdoque in monasteriũ detrusionis,quasi velit sic arguere.iustitia exigit vt pœna rñdeat culpæ.vnde Deut.25.dicitur ꝙ iuxta mẽsuram peccati erit plagarũ modus.sed simoniaci puniũtur grauissimis pœnis. ergo peccatũ eorum est grauissimum.Hãc ergo quæstione tractat Gratianus valde prolixe,vt dicit Hu.valde confuse,& nostro iudicio ita est,facit.c.non afferamus.24.q.1.Gratianus.n.sciuit multa bona colligere,sed nesciuit bene ordinare,cum tñ sapiẽtis sit ordinare.vt habetur primo metaphy.facit ergo in primis ꝙ dictum est.Deinde ponit distinctionẽ simoniacorum q sunt,interserit multa.c.de hereticis,ostendendo hereticorum,& simoniacorum ordinationes & sacramenta esse inania,& falsa,& irrita.Et post multa allegata & multas solutiones subiungit veram & approbatam sententiam de sacramentis hereticorum,& simoniacorum j.e.q.§.opponitur.lau.hu.& Arch.¶Pro pleniori intelligentia huius quæstionis non repetentes eã quærimus sic.†Vtrum emere vel vendere spiritualia pro pretio tẽporali sit peccatum. Et videtur ꝙ non·Primo nihil est magis spirituale quã regnũ cęlorum.sed licet emere regnũ cęlorum. Dicit enim Gre. in quadã homilia.Regnum cælorum tantum valet,quantũ habes,ergo licitũ est emere spiritualia ꝓ ꝑtio tẽporali.¶Secũdo sic,orõ ẽ maxime spũs sed aliqs põt dare pecuniã bonis viris,vt orẽt ꝓ se.ſm illud Lucę.11.facite vobis amicos de mãmona iniquitatis.ergo licitum est ꝓ spiritualibus tẽporalia dare.¶Tertio sic.in missa conficitur eucharistia,in qua continet̃ sanctus sanctorum,& vbi est fons totius spiritualitatis,sed licet missam cãtare ꝓ aliquo ꝑtio,quia nemo stipendijs suis debet militare.1.ad co 9.ergo &c.¶In oppositum sunt plurimę authoritates sanctorũ contentæ in hac qstione.¶Responsio.dicendũ sub ista cõclusione.†ꝙ emere vel vendere spiritualia ꝓ aliquo temporali est illicitum & peccatum graue.Ista conclusio iuxta.S.Tho.in 2.2.q.c.ar.1.sic ꝓbatur.Actus aliqs est malus ex genere,eo ꝙ cadit sup materiã indebitã,sed emptionis & vẽditionis mã indebita est res spũalis.ergo vera.maior patet.minor ꝓbat̃ triplici ratione.Primo quidẽ qa res spũalis non potest aliquo ꝑtio terreno compensari,sicut de sapientia dr̃.ꝓuer.3. Pretiosior est cũctis opibus,& oĩa quę desiderant̃ huic non valent comparari.Et hãc rationẽ tãgit beatus Petrus condẽnans Simonem primatem simonię.Act.8.dicens: pecunia tua tecum si in ꝑditionem,qa æstimasti donum dei pecunia possideri.¶Secũdo illud tm̃ potest esse materia debita venditionis,cuius venditor est dñs.vt manifeste patet.j.q.j.eos.ibi,tolerabilior.sed platus non est dominus spirialium rerum,sed dispensator ſm illud.prima ad cor.4.Sic nos existimet homo,vt ministros Christi,& dispensatores ministeriorum dei.ergo nullo modo est licitũ talia vendere.¶Tertio sic.venditio repugnat.s.spiritualium origini,q̃ ex gratuita dei voluntate ꝓcedit.vñ & dominus dicit Mat.10.Gratis accepistis,gratis date.ergo aliqs vendendo aut emendo res spirituales peccat cum irreuerentiam exhibeat Deo & rebus diuinis.vnde peccat peccato irreligiositatis. vt dicit S.Tho.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primã respondetur ꝙ ſm S.Th.regnum cęlorum non dicit emi ꝓprie sed metaphoricæ siue largo modo nomine emptionis sumpto ſm ꝙ accipit ꝓ merito ꝙ tamen non pertingit ad rationem emptionis. Tum primo quia non est ęquiualens ꝓmio.Non.n.sunt condignæ passiones huius tꝑis,nec aliqua dona nostra vel opera ad futurã gloriã,q̃ reuelabit̃ in nobis.vt dr̃ ad Ro.8.Tũ secundo,quia ex merito nostro nihil Deo accrescit.Tum tertio,quia meritum non consistit principaliter in exteriori dono,vel actu vel passione.sed in interiori:Tum quarto.quia regnum celorum non emit̃ ꝓprie ſm Alber.mag.quia emptum proprie trãsit de dominio vendentis in possessionem & dominium ementis.Hic autem emens regnum cęlorum transit in dominiũ vendentis ipsum,vt possideat,& hunc & ementem dominus regni celorum.Tum quinto ſm eundem,qa emens sic nihil Deo dat,ꝙ suum non fuerit,sed tãtum ordinat ad Deum,ꝙ inordinatum fuit ex peccato.& hoc est opus virtutis,ꝙ oĩs homo facere debet.¶Ad ſm respõdet̃ ꝙ ratio nullo modo sub pretio venit cum sit spirituale nec illi qui dant pecuniã pauperibus vt pro illis orent orationem emunt, sed animos pauperum alliciunt ad orandum pro eis,& eos faciunt sibi debitores.¶Ad tertiam pariter respondetur iuxta S.Tho.ꝙ facere pactionem de missa dicendum est simoniacũ semꝑ.Si tamen nõ habet alios sumptus & non tenet ex officio missam cãtare potest accipere denarios sicut conductitij sacerdotes faciunt,non quasi pretium missæ,sed quasi sustentamentum vitę.pro missa ergo vel anniuersario,orõne publica,vel priuata sicut ait dominus Durãdus non est licitum accipere aliquod temporale vt pretiũ sed vt aliquid ordinatum ad sustentationem ministri.vnde super illud. 1.ad Timo.5.qui bñ pręsunt presbyteri &c.Dicit gl.Aug.accipiunt necessitatẽ a populo,mercedem vero dispensationis a deo.

Marginalia (left column): Quæstio. 1 — Primũ arg. — Secũdũ ar. — Tertium ar — Opponit in cõtrariũ — S. Thom. — Ad primũ argu. S. Thom. — Albe. mag. — Ad secundũ — Ad tertium S. Thom. — (right column): Durandus — Augu.

1 *Pecuniam dare vel accipere pro sacramentis an sit licitum. quòd non.nu.2.*
3 *Gratiæ natura est quòd gratis detur, aliàs non est gratia.*
4 *Consuetudo non præiudicat iuri naturali diuino.*
5 *Contraria contrarijs conueniunt.*
6 *Ordo si digne & gratis suscipitur suscipitur cum eo gratia, si non gratis & indigne habetur peccatum mortale operãte spiritu maligno.*



GRatia. Hec est prima authoritas quã inducit Gratianus ad ꝓbandum ꝙ emere aut vẽdere spiritualia sit peccatũ,& est authoritas Leonis papæ,vbi Leo papa arguit, ꝙ non sit licitum spiritualia vt puta sacramẽta emere,quia contractus venditionis aut emptionis repugnat naturæ ipsius gratiæ, quę inde nomẽ accepit,ꝙ gratis detur.vnde diuiditur hoc.c.in 4.partes. In prima ponit rationẽ nominis gratiæ In secũda.ex hac parte arguit,ꝙ qui sacramenta(quę gratia vocantur.Tum qa vasa dispositiua ad gratiam.Tum quia gratis data)non recipiunt gratiã ad quã sacramẽta disponũt, nec ꝑ cõsequẽs alijs tribuunt,quibus non gratis sacramẽta distribuunt.In tertia ostẽdit quod tales simoniace sacramenta ministrantes dent, ex quo gratiã nõ dãt.qui a.s.dãt spiritum mẽdacij.In quarta probat hoc authoritate.secunda ibi, simoniaci aũt,tertia ibi,qd ergo dãt.quarta ibi,qũo hoc ꝓbamus. ¶Pro pleniori intelligentia huius.c. & multorũ sequẽtiũ qritur.†Vtrum licitum sit pro sacramẽtis pecuniam dare, vel accipere.Et videtur ꝙ sit licitum ꝓ sacris pecuniã dare vel accipere.Primo sic:baptismus est ianua sacramentorum,sed licet vt videtur in aliquo casu dare pecuniam pro baptismo,puta qñ sacerdos puerum morientem sine ꝑtio baptizare nõ vellet.ergo nõ semꝑ est illicitum emere vel vendere sacramenta.¶Secundo sacramentum pœnitentię est sacramentum necessitatis,ꝙ ꝑcipue in absolutione cõsistit.sed quidam absoluentes ab excommunicatione pecuniam exigũt,ergo nõ semꝑ est illicitũ emere vel vẽdere sacra.¶Tertio.matrimoniũ ẽ quoddã sacrm̃.sed matrimoniũ aliqñ cõtrahit̃ interueniẽte pactiõe de aliqua pecunia soluenda sine pc̃tõ.ergo sacrã licite pñt vẽdi.¶Quarto.cõtingit ꝙ aliqs malitiose impedit aliquẽ ab epãtu obtinẽdo vel aliqua alia dignitate sed licet vnicuique redimere suam vexationẽ.ergo licitum erit in tali casu pecuniam dare ꝓ epãtu,vel aliqua alia ecclesiastica dignitate.¶In oppositũ 2 est te.ꝑsentis.c.¶Respondeo dicendum†ꝙ sacramẽta nullo mõ possunt licite vendi,aut emi.& ita nec licet dare aut accipere pecuniam ꝓ eis.Ista conclusio licet satis ꝓbata sit ex superiori quæstione,vbi inductę sunt tres rõnes ꝑ quas ostensum est,ꝙ res spiritualis non poterat cadere sub ꝑtio quocunque terreno ,ꝓbat̃ tamen sic in sequendo dictum leonis in ꝑsenti.c.Sacra noue legis sunt maxime spũalia , in quãtũ sũt spũalis gr̃e c.sed gr̃a ꝑtio ęstimari nõ põt,& eius rõni repugnat,ꝙ non gratuite det̃.ergo nullo mõ ẽ licitũ ꝓ sacris in qbus gr̃a dat̃ digne suscipientibus pecuniã dare aut recipere.Et cõfirmat̃ sic.Ille cõtractus est illicitus, in quo natura rei repugnat cõtractui.sed sic est in vẽditione & emptione sacrorũ.ergo talis vẽditio est illicita. maior patet de se.quia natura rei debet cõgruere cõtractui & ecõuerso.minor ꝓbat̃,qa accessoriũ sequit̃ naturã sui principalis. sacrã sunt accessoria ad gratiã,sicut cã dispositiua ad 3 eã,& sequunt̃ eius naturã.†Natura aũt gr̃æ est ꝙ gratis det̃, alioq nõ ẽ gr̃a,vt hic dicit leo papa.& hr̃ ad Ro.11. Natura aũt vẽditionis & emptionis ẽ,ꝙ sit cotract⁹ nõ gratuitus. Natura ergo sacrorũ nõ noue legis repugnat emptiõi vel vẽditiõi,& ita patet cõclu.Est tñ hic notãdũ vt tãgit Sa. Th.in 2.2.vbi s.ꝙ sacrã dispẽsant̃ ꝑ ministros ecclesię quos oportet a populo sustẽtari ſm illud apl̃i.1.ad cor.9. Nescitis qm̃ q sacrario operant̃,q̃ de sacrario sunt edũt,& q altario deseruiunt,cum altario participant. Sic ergo dicẽdum est,ꝙ

Marginalia (right column): Diuisio. — Quęstio. 1 — Primũ arg. — Secũdũ ar. — Tertiũ arg. — Quartũ — Opponit & Respõdet. — S. Thom.

est,quod accipere pecuniam pro [illegible] sacramentorũ gratia:est crimen simoniç,quod nulla cõsuetudine põt ex-
4 cusari. † quia consuetudo non præiudicat iuri naturali vel diuino.Per pecuniam autem intelligitur omne illud,cuius pretiũ põt pecunia estimari,vt philosophus dicit in 3.Ethi cor. Accipere aũt aliqua ad sustẽtationem eorum qui sacra mẽta ministrãt ẜm ordinationẽ ecclesiæ & consuetudines approbatas nõ ẽ simonia,nec peccatũ. facit.c.ad apostolica de simo.Nõ.n.accipit tãquã ptiũ mercedis,sed tanq̃ stipendiũ necessitatis.vñ sup illud.1.ad.ti.5.q̃ bene præsunt &c. dicit gl.Au.vt ẽt supra inductũ est,accipiãt sustẽtationem necessitatis a populo:mercedẽ dispensationis a deo.¶ His habitis dicẽdũ est ad rõnes in oppositũ.Ad primã respõde tur iuxta.S.Tho.ꝗ in casu necessitatis quilibet põt baptizare.& quia nullo mõ est peccatũ dãdo illi ꝑ ipso baptismo pecuniã,ꝑ eodẽ est habẽdũ si sacerdos absque pretio baptizare nõ velit,ac si nõ eẽt qui baptizaret. vnde ille qui gerit curã pueri in tali casu licite posset eũ baptizare, vel a quocũq; alio facere baptizari,posset tñ licite aquã a sacerdote emere,quç est pure elemẽtũ corporale.Si aũt esset adultus qui baptismũ desideraret & immineret mortis periculũ, nec sacerdos vellet eum sine pretio baptizare debet si posset ꝑ aliũ baptizari,ꝗ sic non posset ad aliũ habere recursum nullo mõ deberet pretiũ ꝑ baptismo dare sed potius absq; baptismo decedere. Supplet.n. ei baptismo flaminis ex sacramento deest.hęc S.Tho.¶Ad secundã respondetur ꝗ pro absolutione nõ debet exigi pecunia,sed bene potest ei qui absoluitur imponi pœna pecuniaria,quasi pœna præcedentis,pro qua fuit excommunicatus.vnde non licet aliquid exigere quasi pretium absolutionis.quia hoc esset simoniacũ,sed quasi peccati pœna,in quo tamẽ cauendũ est ne talis exactio magis cupiditati q̃ correctioni ascribatur. ¶Ad tertiã respondetur.ꝗ quidã dicunt, ꝗ pro matrimonio licet pecuniã dare,quia in eo nõ confert gratia sed hoc non est vsq; quaque verũ,vt alias ostẽdet deo dãte. Et ideo dicendũ est aliter iuxta.S. Tho.ꝗ matrimoniũ nõ solũ est sacramentũ,sed ẽt naturę officiũ.Et ideo ex parte illa qua est sacramentum in dispensatione ministrorũ ecclesiæ consistens,nõ cadit sub emptione.vnde ẜm canones cõmittit simoniã,qui ꝑ benedictione nubẽtiũ pecuniã exigit, sed ex illa parte quã est officiũ naturę nihil prohibet ꝑ matrimonio pretium accipere,vel conditionẽ de re temporali accipienda interponere,sicut in aliis officiis ciuilibus & corporalibus fit.¶Ad quartã respõdet ꝑ distinctionẽ.quia si non dum est ius acquisitum in episcopatu,vel quacunq; dignitate,siue pbẽda ꝑ electionem,vel ꝓuisionem,seu collationẽ simonicacum esset aduersantium obstacula pecunia redimere.sic.n.ꝑ pecuniã pararet sibi viã ad rem spiritualẽ obtinẽdã.Postq̃ vero ius est adquisitum,põt dare aduersario aliqd,vt desistat,nõ vt ptium plationis, sed in redẽptionẽ vexationis ꝓprie iniuste.ext.de simo. dilectus filius. Legete.¶[Gratia]repugnat.n.gratię,ꝗ nõ detur aut nõ recipiatur gratis:cum gratia a gratuito dicatur.vnde ad Rom.11. Si gratia iã nõ ex operibus, alioqui gratia iã non est gratia. vnde Ambrosius in pastorali dicit.Cur gratia tali vocabulo nuncupat̃ ꝑ eo q̃a gratis datur gratia vocatur gratiã autẽ hic vocare videtur in principio oĩa sacramenta spiritualia quæ cum gratis non conferuntur, videntur perdere nomen gratiæ. vt ꝓprie iam non dicantur spirituales gratię, consequenter ꝑ gratiã intelligere gratiã gratum facientem videtur.vnde iste duplex modus accipiendi gratiã immediate notat̃ cum subiungitur in secunda parte. Simoniaci non gratis accipiunt.s.ordines siue sacramentum ordinis. Ecce ꝗ sacramentum dicitur primo gratia.sequitur igitur gratiã quæ &c.ibi gratia dicitur gratia gratum faciens,quę in ecclesiasticis ordinibus ad dignè & meritoriè exequendum ordinum officia maxime operatur si non accipiunt non habent.1.ad Cor.4.quid habes,quod non accepisti. Si autem non habẽt gratiam quæ in ordinatione digne suscipienti confertur:nec gratis nec non gratis illam gratiam dare possunt.quia secũdum philosophum primo elenchorum nemo dat,quod non habet. Et loquitur hic leo de his quę scienter ordinantur a simoniacis. Notat hic Archid. quod habere dare, & accipere dicta de rebus ecclesiasticis & spiritualibus ex diuersis adiunctis diuersa significãt. dicitur enim quis habere aliquid.id est eius vsum vt prebendam dicitur clericus habere,dicitur etiam quis habere aliquid.id est eius dispensationem vt episcopus res ecclesiasticas & dignitates,habet enim eas ad ministrandum sed non ad vsum.Dicitur etiam aliquis habere aliquid quo ad ministerium vt virtutes.& sic dicitur hic. Dicitur etiam habere quo ad signaculum secundum Ioann. [Quid ergo] tertia pars.[spiritum mendacii.] ex quo enim non habent spiritum dei per gratiam , necessario habent spiritum diaboli per culpam.de quo Io.8.dicitur.mendax est & pater eius[quomodo hoc.]quarta pars.[quia si spiritus]
5 contrarijs probat.†contraria enim contrarijs conueniunt. arg.di.9.c.1.& 24.q.2.sane.spiritus:]Io.14.Ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis spiritum veritatis,q̃ a patre procedit. bene ait dabo.s. gratuite.vnde Christus qui est veritas.Io.8.ait Io.20.accipite spiritum sanctum.nõ ait emite.[gratis]Mat.10.gratis accepistis.gratis date.[spiritus mendacij.]clara est consequentia . quia homo si non est in culpa, est in gratia, habet spiritũ sanctum qui gratis datur.Si vero est in culpa simoniç,habet spiritum diaboli, qui mendax est Io.8.[qui non gratis accipitur]quasi dice-
6 ret sicut dicit Hu.& Archi.†sicut ordo cum suscipitur digne & gratis cum eo habetur vel suscipitur gratia , sic cum accipitur non gratis & digne cum eo habetur peccatum mortale operante spiritu maligno.

Augu. — Ad primũ argumen. — S.Thom. — Ad secundũ — Ad tertium — S.Thom. — Ad quartũ. — Exponit literam. — Ambr. — Archid. — Ioannes. — Archidi.

1 *Episcopus simoniacus an valeat aliquem ordinem vendere aut verum conferre.*

2 *Simonia vt est crimen ecclesiasticum & sequitur illam ecclesiastica pœna,non committitur sola voluntate sed voluntate effectui & operi coniuncta.*



Vicunque. Sequitur secũda authoritas ad probandum partem affirmatiuam quæstionis, & est beati Gregorij ad episcopum Augustudunen.In quo breuis conclusio est ista. quod inaniter dicit sacerdos q̃ simoniace ordinẽ suscepit.breue est. ¶ Pro
Via ergo. §. est gratiam in quo recapitulat quæ dicta sunt in ꝑcedētibus. & facile ē assignare qd̄libet dictū. ad q̄ c. respicit & ē suspēsiua constructio vsq; ibi, qd aliud. vbi ipsemet Gratianus seipsum continuat & semꝑ repete, quia vsq; ibi, cū sancti Et ex inde repetas: cū quasi diceret quia hoc est, & cū hoc & hoc sit. Hu. & Arch. quia ergo authoritate Leonis in illo. c. gratia. [Et quia s̄m Grego. sacerdotium] in illo c. q̄cūq;. & in illo c. p̄sbyter. [Et quia bn̄dictio] in illo c benedictio. [& qa apud eos anathema] supra e. quicunq;. 2. vsq; ibi infra e. s̄m Ambr. &c. cum sancti non sunt &c cum sint maledicti. Hæc oīa in illo. c. q cunq; sacros. [s̄m Ambr.] in illo c. reperiunt. [Et cum accipiatur aurum] in illo c. cum ordinaretur [& cum inexpiabilis] in illo c. supra cito. [Calcedonen.] supra eo. q. si quis eps [s̄m Gelasium] & supra e. q. quos constiterit. [s̄m Greg. nazianzenum] supra e. q. qui studet [Et cū Heliseo & cum Petro.] Hęc omnia in illo. c. qui studet: [Quid aliud &c.

2 *Episcopus hæreticus an possit dare veros ordines. quod sic numero.*

3 *Ordinati ab episcopis hæreticis an sint ordinati & possint alios ordinare.*

4 *Hæretici seruantes formam & intentionem ecclesiæ licet conferant veros ordines siue primum effectum sacramenti, non tamen vltimum*

5 *Potestas quadruplex reperitur in ministris ecclesiæ.*

6 *Executio ordinis quid dicatur.*



Vi perfectionem. Hic incipit scd̄a pars huius di. s̄m Arc. in qua magister Gratianus multa interserit de ordinationibus hæreticorum, & de ordinatis ab hæreticis. Et diuiditur hoc c. primum in duas partes. In prima parte ponit q̄ qui pfectionē spiritussancti. i. executionem ordinis [quam acceperant] perdiderunt per lapsum in hæresim ordinatis per eos dare non possunt. In 2. parte ponit q̄ q̄ ordinati fuerunt extra formam ecclesiæ sicut ordinem non acceperunt, ita nec dare possunt, secū da ibi, Et iterum. ¶ Pro pleniori intelligētia huius capituli & multorum aliorum quæritur. ¶ Vtrum episcopus hæreti-

1 cus possit dare veros ordines. Et vr̄ q̄ nō primo sic. In nulla communitate ille qui a communitate expellitur potest communitatis officia disponere. Sed ordines sunt quædā officia ecclesiæ. ergo ille qui extra ecclesiam ponitur, cuius modi est eps̄ hæreticus, eos conferre non poterit. ¶ Secundo sic. in ordinis collatione exigitur benedictio. sed hæreticus non potest benedicere, quinimo benedictio sua conuertit in maledictionē vt supra ca. q. benedictio & c. cū liqueat; ergo vr̄ q̄ talis nō poterit ordines cōferre. ¶ Tertio sic. pl9 ē aliquē ad ordinē ꝓmouere, q̄ absoluere vel ligare. Sed eps̄ hęreticus nullum pōt soluere vel ligare. ergo nullū pōt ad sacros ordines ꝓmouere. ¶ Quarto sic inferior ptās non potest agere, nisi per continuationem cum superiori & propria potestate, sed potestatis plenitudo est in summo pontifice, a quo separatus & disiunctus est hæreticus præcisus. ergo nihil dare potest de his, quæ spectant ad ecclesiasticas dignitates. ¶ In oppositum est te p̄sentis litera. in prima parte, vbi innuit q̄ eps̄ lapsus in hæresim ordinē bene tribuit ordinando, sed non ordinis executionē. ¶ Secundo sic. si aliquis catholicus intra ecclesiam ordinetur, & post in hæresim labatur si iterum reuertatur non reordinatur. ergo ordines labendo in hæresim non amisit. ergo pari ratione nec episcopus dignitatem siue gradum episcopalem. ergo existēs hæreticus habet illam dignitatem, siue excellentiam ordinis ergo & operationem consequente ipsam de facto. Si ergo ordinat ordinatus est. ¶ Respondeo. dicendum circa hanc materiam, vt etiam magister sententiarum tangit in e. di. 22. & alij doctores illum exponentes quatuor fuerunt opiniones Prima est. quod hæretici quandiu ab ecclesia tolerantur. i. ante manifestam eorum damnationem ab ecclesia, & precisionem habent potestatem ordines conferendi & consecrandi, non autem postquam fuerint ab ecclesia precisi, & similiter nec degradati & huiusmodi. Sed ista opinio stare non potest. Et ponitur con-

2 tra eam ista conclusio. †quod hæreticus dum tamen sit episcopus & formam ecclesiæ & intentionem seruet quantucunque sit ab ecclesia damnatus siue præcisus veros ordines confert. Ista conclusio patet sic. Oīs potestas quæ datur cum aliqua consecratione nullo casu cōtingente tolli pōt, sicut nec ipsa consecratio annullari, quia etiam altare vel chrisma semel consecrata perpetuo manent consecrata; ergo cum episcopalis potestas cum quadam consecratione detur oportet quod perpetuo maneat quantumcunq; aliquis peccet, vel ab ecclesia præscindatur. ¶ Secunda opinio est dicentium, q̄ præscissi ab ecclesia qui in ecclesia potestatem habuerunt retinent potestatem alios ordinandi & promouendi, sed promoti ab eis hoc non habent. Sed ista opinio etiam stare non potest, vnde contra eā ponitur ista conclusio. † quod non solum illi primi qui habent potesta

3 tem ordinandi, sed etiam illi quos ordinant veros ordines suscipiunt, & potestatem alios etiam ordinandi, patet conclusio quoniam si illi qui fuerunt in ecclesia promoti retinent potestatem quam acceperunt, non obstante quod lapsi sint in hæresim & ab ecclesia præscissi, sequitur quod etiam in exequendo suam potestatem veram consecrationem faciunt, & ita vere tribuunt omnem potestatē, quæ cum consecratione datur. & sic per consequens ordinati ab eis vel promoti habent eandem potestatem, quam etiam ipsi, & sic procedendo de omnibus ordinatis ab eis in infinitum, vt infra eo. quod quidam. & 9. q. 1. ordinationes. dum tamen forma & intentio ecclesiæ seruata fuerit. Et ideo tertia opinio fuit dicentium, quod etiā præcisi ab ecclesia possunt ordines cōferre, & alia sacramenta, dūmō formā debitā, & intētionē ecclesiæ seruēt & q̄tū ad primū effectus q ē collatio sacramēti & q̄tū ad vltimū q. est collatio gratiæ. Sed ista opinio ēt stare non pōt, vn̄ manifeste ē cōtra c. p̄sens. & sequēs c. cōtra q̄ ponit ista cōclusio q̄ hæ

4 retici & p̄scissi ab ecclesia seruantes formā & intention em ecclesiæ, licet cōferāt veros ordines siue primū effectum sacramenti, non tn̄ vltimū. s. gratiā. nec ordinis executionē his, q̄ sciēter ab eis ordines suscipiunt. Ista conclusio patet. isti propter hæresim in quam lapsi sunt perdiderunt gratiam Dei, & executionem ordinis, quæ hic dicitur plenitudo & perfectio. ergo ordinando alios illam dare non possunt, dicit enim text. noster. qui perfectionē spiritussancti i (quam

Marginalia: a ¶ Successio. Successio in beneficio equiparatur successioni in hæreditate. Petr. de Anc. in ca. nulla. nu. 5. de conces. præben. — Archid. — Diuisio. — Quæstio — Primum ar. — Secundū ar. — Tertium ar. — Quartū ar. — Opponit & Respondet. Secūda op. — Respondet — Prima opi. — Scd̄a opi. — Tertia opi.

(quam acceperant)perdiderunt,non possunt dare plenitudinem eius.¶Secũdo sic.ex hoc quòd aliquis hæretico ꝑcisso ab ecclesia in sacramentis communicat peccat. & ita fictus accedit.sed talis gratiam consequi non potest, nisi forte in baptismo in articulo necessitatis,ergo sequitur cõclusio vera.Et ideo est.4.opi.dicendum quod tales heretici & pręcisi vera sacramẽta cõferunt,& ita veros ordines sed cũ eis gratiã nõ dãt,nõ ꝑ p inefficaciã sacramẽtorũ,sed ꝑpter peccata recipientiũ ab eis sacramenta contra prohibitionẽ ecclesiæ, nec etiã recipiũt executionẽ ordinũ,vt possint in eis licite ministrare, & hec est vera opinio q̃ mõ sequuntor oẽs vt tangit in gl.¶His habitis dicendũ est ad rõnes in contrariũ. Ad primã respõdet ꝙ differẽtia est inter officia.Quædã n.fundant in sola authoritate iurisdictionis. & de talibus est verũ assũptũ.Quędã sunt quæ fundant in ptẽte ordinis,& de talibus licet asũmptũ posset esse verum quãtũ ad executionẽ taliũ officiorũ,nõ tñ quãtũ ad veritatẽ sacramẽtorũ.Et ita sicut diximus,illi q ab hęreticis promouẽtur quãuis accipiãt ordinẽ,nõ tñ executionẽ q̃ ẽt illi a qbus ꝓmouẽtur ꝑdiderũt.Ad secũdã respõdet ꝙ ideo dicitur benedictio cõuerti in maledictionẽ.qa ꝑ sacramẽtũ illud ordinatus non recepit gratiã quæ est vltimus effectus sacramentorũ.Cõcor.sanctus Tho.& Bonauen.¶Ad tertiã respõdet negãdo cõsequẽtiã.Et rõ est,qa nõ est simile,qm̃ vt dicit san.Th.ad absolutionẽ reqrit iurisdictio: q̃ nõ habet ab ecclesia ꝑcisus nõ sic reqrit iurisdictio ad ordinationẽ faciẽdã:quare nõ ẽ simile.Pro quo not.iuxta do-
5 minũ Bonauen.ꝙ ptãs quadruplex reperit in ministris ecclesię.Quædam nanque est fundata super ordinem principaliter,vt potestas conficiendi Quendam sup iurisdictionem canonicam principaliter, vt potestas excommunicandi.quædam super ordinem & eminentiam,vt ptãs ordinãdi.Quædã sup ordinẽ & iurisdictionẽ.vt ptãs absoluẽdi,& ligãdi in foro penitẽtiali.Et qm̃ character auferri non põt,potestas q̃ cõseqtur characterẽ de facto auferi põt sed qm̃ iurisdictio descẽdit ordinate a superiori ad inferius,ita ꝙ plenitudo est in summo põtifice.ideo põt eã auferre,& ptãtẽ q̃ cõsequit ipsam.vñ põt excõicãdo auferre ptãtẽ ab soluẽdi & excõicãdi.sed nõ ordinãdi.Et ꝑ hoc patet rñsio ad quartũ & multa similia.Et tm̃ ad ꝑsens de ista qõne Lege[ꝙ ꝑfectionẽ.]in ista prima parte.c.sicut diximus in principio agitur de epis hereticis in forma ecclesiæ ordinatis q ordines conferũt,sed nõ executionẽ cõferre pñt ex quo eã amiserũt cũ ab ecclesia recesserũt.dicit ergo de istis [qui ꝑfectionẽ].i.executionẽ ordinis.q ẽ donũ spũs sancti,sem ꝑ cũ eo si digne accipiat cõfert aliqua gratia spũs sanc.Hu.[q̃ acceperũt]cũ ordinati fuerunt canonice in ecclesia.[ꝑdiderũt]cũ ab ecclesia recesserũt.Hu.[plenitudinẽ].i. executio-
6 nẽ ordinis.† Executio.n.ᵃ dr ꝑfectio, & plenitudo.qa sine executione & ordo & quælibet dignitas videtur esse imperfecta,& semiplena.sed cũ executione videt esse perfecta & plena.Hu.[Quę maxime operat in ordinationibus].i.in ordinibus cõferẽdis,& recipiẽdis.qs.n.vnq̃ vellet ordinẽ recipere,& eius executione nũquã gaudere [vel plenitudinem eius].i.gratiã,q̃ est vltimus effectus sacramẽti q̃ dr eius plenitudo.qa vacuũ videt esse sacramẽtũ si nõ consequit effectũ suũ principalem vltimũ ad quẽ ordinat sacramẽtũ ,& q ꝑ illũ significat.[Et iterũ.]secũda pars. In qua vt dixim⁹ loquitur de ordinatis ab hęreticis præter formam ecclesiæ. Et ideo de talibus dicit ꝙ cũ alios ordiãt ordinẽ nõ conferũt.[q nõ habuit].i.nõ recepit[honorẽ].i.ordinẽ aliquẽ in sua ordinatione,qa nõ ẽ ordinatus in forma ecclesiæ.Hug. [honorẽ].i.ordinẽ.]dare nõ potuit cũ nõ haberet]infra e.q vlt.dilectũ.& .s.e.q.gratia.& .j.e.q.vẽtũ est.Hu.[Nec ille.]q ordinatus est ab e.[accipit aliqd sacramẽti] .i.aliquẽ ordinem.Hu.vel aliqd.i.nec effectũ primũ,q est character nec vltimũ qui est gratia.]quia nihil erat in dante].i.nulla ptãs ordinẽ cõferẽdi forma & intentione ecclesiæ.non seruatis. [Sed dãnationẽ q̃ ꝑ prauã manuũ impositionẽ habui.[id ẽ q incurrit extra formã ecclesiæ tẽtãdo ordinare.hoc tãtum vr̃ hic nominari praua man⁹ ĩpositio.[dedit]qa ordinauit.

1 *Redeuntes qui apud hereticos ordinati fuerunt,an possint remanere in suis ordinibus,vel ad vlteriores promoueri.*

2 *Tangere immundum quid dicatur.*



Entum est. Sequitur capitul.hoc,ꝙ est Innoc. quod ad idem propositum magister Gratianus inducit,& mens domini Innoc. in hoc.c. est ꝙ ordinati ab hereticis nõ debeant in suis ordinibus remanere, vel ad vlteriores promoueri põt diuidi hoc.c.in 4.ptes in prima inducit aliquas rõnes ad hoc.In secunda obijcit contra hoc.In tertia soluit.In 3. inducit ad confirmationem ꝓpositi legem siue consuetudinẽ occidẽtalis ecclesiæ.secũda ibi,sed cõtra.3.ibi sed dr̃ 3. ibi sed nostræ.Lege te.¶[Verũ est ad tertiã qõn.] vt tãgit in glo.& ab Hu.tres quęstiones inter alias fecerunt episcopi Macedones domino Innocentio quibus hæc scribit.Prima est vtrum ducens viduam in vxorem posset promoueri, vel factus clericus propter hoc debeat remoueri. cuius determinationem posui supra distinct.34.is qui viduam. ¶ Secunda quæstio. vtrum dicendus sit bigamus qui ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram. Cui respondit Innocen.supra di.26.c.deinde.¶†Tertia quæstio erat.An redeuntes qui apud hęreticosᵇ ordinati fuerint possunt remanere in suis ordinibus, vel ad vlteriores promoueri.Et de ista quęstione loquitur hic,& dicit ꝙ non.Et ad hoc inducit tres rationes. Circa primam loquitur metaphorice magnum vulnus sanari potest.Sed sine cicatrice vulneris non potest.Ille qui ab hæretico ordinatur, vulneratur.sed vulnus illud scilicet vitium per pænitentiã sanari potest.[sed quędam cicatrix].i,quędam nota & irregularitas remanet,qua impeditur in ordine remanere , vel vlterius promoueri,Est ergo prima ratio.quia sic ordinati ab hęreticis habent caput vulneratum.quod non potest sanari,nisi per pænitentiam talem,scilicet publicam.postquã pænitentiam in tali pænitẽte ordinatio non habet locum , modo patebit litera.[Nos dicimus per illam]ab hęreticis factam[manus impositionem]ordinariam.Hu.[habere caput vulneratum].i.,mentem culpę macula lęsam.Hu.[medicinam.] scilicet pęnitentię[sine cicatricę esse non potest] i.sine nota quadam irregularitatis, quæ ꝑ pænitentiã abo leri non potest. vt licite ordinem valeat recipere.vt di.25. primũ.& di.50.illud.& infra.e.q.7.si quis omnem.Hãc iste contraxit cum ab hęretico se ordinari fecit,vel permisit[atque]pro sed[pænitentię scilicet solennis siue publicę. Io. & Archi.[Ordinationis]scilicet retinendę vel faciendæ Habere non posse]dicimus subaudi.[legitur in Leuitico]1j.&
2 15.2.ratio.[†Qui tetigerit]Tangere immundum est consentire peccatis illius.vt.23.d.4.recedite.& 7.qõ.1.†.cum autẽ [mundicia.]a pręsenti macula.[puritas]a pręterita.Hu.[Rẽ enim sacramenti]sola puritas eius qui suscipit sacramẽtum consequitur a quocunque sibi ministretur.[Sed cõtra hęc]. secunda pars.[Ex altera parte asseritur]Et sic opponebatur Inno.hereticus qui istum ordinauit nihil habebat quod isti daret.& sic iste nihil in sua ordinatione accepit ab eo.Nihil est ergo quod impediat istum in ecclesia ordinari,quia idẽ est ac si nihil esset actum. acquiescimus]respõdet Inn.obiectioni concedendo propositiones assumptas pro parte , & negando consequentiam.Concedit enim quod qui ordinauit nihil quo ad executionem & rem sacramenti habuit.Et ideo ordinatus nihil ab eo quo ad hęc sed ille habuit dãnationẽ.Et hãc iste accepit ab eo.Et ideo in ecclesia iste promoueri nõ debet,vel tolerari.[ꝙ nõ habuit].s. executionẽ & virtutẽ.siue rẽ sacramẽti.[Dare nõ potuit.[Hoc regulare est.s.e.q.c.gra &.c.q ꝑfectionẽ.[dãnationẽ].i.sacramẽtũ ꝙ dãnabiliter habuit & dãnabiliter dedit particeps cõsentiendo hereticis. & faciendo vel permittẽdo se ordinari ab eis.Hu.[Dãnationes.alias dãnati.i.authoris iã dãnati.Hug. [qũo debeat]de iure.secus de misericordia.Hu.[Sed dicit] hic ponitur alia obiectio facta Inn.& ẽ quasi replica cõtra solutionẽ datã.dicebat.n.ꝙ vitiũ dãnationis non impedit istum ordinari in ecclesia.quia ipsa ordinatio q̃ fiet ab epicopo catholico auferet ab eo,& absterget omnem maculã quam in heresi contraxerat .Hu.[legitimi].i catholici.[vera forma.]ecclesię[iusta[.i canonica.[benedictio].i.ordinatio quæ fit illi reuerso.vel qua reuertẽs ab hereticis reconciliatur ecclesię.Hu.Sed hoc negat Innoc.& remouet ironice cõcludendo.ergo si ita est.Hu.&Arc.[Sed nostre]4.pars [lex].i.cõsuetudo.alibi pro regula accipitur.vt 1.q.7.si quis omnem.& dist.31.nicena[Ecclesię nostrę]id est occidentalis.[Est arrianos]si illic fuerint baptizati per manus impositionem suscipere.[Secutus orientalis]quia per vnctionẽ chrismatis. vt de conse.di.4.ab antiqua vnde Innocen.loquens orientalibus ait.[Lex nostræ ecclesiæ].i.occidentalis [venientibus hęreticis &c.] quasi diceret. Non solum ordinati ab hereticis non debẽt ordinari in ecclesia sed etiam qui

Quarta opinio.

Ad primũ argumen.

Ad secundũ

S.Thom. Ad tertium

Bonauent.

Exponit literam.

ᵃ ¶Executio. Vide Ba.in.l. nõ ex omnib. in pri.ff.de ar.& in l.3. §.duos.&.§ seq.ff.de dã infec.& in l.iubere.de iurisdi.om. iudi.

Diuisio.

Exponit literam.

ᵇ ¶ Hereticos. hereticus quis dicat vid.no. de anch.in c. firmissime. nu.5. de heret.& heretici ꝓhibẽtur receptari.i.dẽ in c. licu . nu.1.e.tit.

qui sunt tm̄ baptizati apud eos. Ita quod non ordinati. vt 1. q. 7. qui in qualibet. hoc tamen de adult. & discretionem habentibus intelligitur. Secus de infantibus. Nam infantes apud hæreticos baptizati, cū ad ecclesiā redierint non prohibentur ad sacros ordines promoueri. vt. 1. q. 4. placuit. [vel]. i. etiam [exigunt] quia nec ad minores ordines tales debent promoueri. In hoc c. vnum exprimitur iustitię. alibi oleū infundit misericordię. vt infra e. q. 7. cōuenietibus.

Sed obijcitur. §. est: in quo incipit ſm Arc. 3. pars qstionis. In qua qrit an idē sit de Simoniacis quod de hæreticis, Et obijcit cōtra se Gratian. Et respōdet ꝙ idem sit ostendēs ꝙ Simoniaci sunt infideles. Et inducit ad hoc quatuor authoritates Io. & Arc. Lege te. ¶ [Sed alij] a Simoniacis [venalē] infra c. eos. [discernitur] supra e. qui perfectionē. Arc. [infideliter] s. agētes. Nā licet Simoniaci nō errēt in fide catholica, de qua dicit apostolus ad Hebr. 11. ꝙ fides est substātia rerum sperandarū: argumētū nō apparētiū, qa ſm Aug. est de nō visis, errāt tñ quo ad mores. spiritualia. n. infideliter dispensant sibi diuitias cōtra volūtatē dñi & furtim cū Iuda appropriādo. cōtra quos Apostolus prima ad Corin. 3. clamat. Inter dispēsatores Christi iā qritur, vt quis infidelis inueniatur. Huius ergo infidelitatis perditioni subijciūtur Simoniaci similes illi malo seruo qui talētū domini abscōdit in terra. cui dominus iussit talētum auferri, & ipsum eijci in tenebras exteriores Mat. 25. & bene Simoniaco talentum aufertur, quia hæc est iusta pœna, vt beneficium siue aliud per Simoniam acquisitum pdat, & sibi auferatur, & vltra nisi pœnituerit in tenebras inferni proijciatur. Guido.

Exponit literam. Augu.

1 *Artes magicæ deceptoriæ sunt & a dæmonibus docentur.*

Petrus. Hæc est prima authoritas, quæ est beati Ambro. quā inducit Gratianus ad probandum, ꝙ simoniaci sint infideles, & pbat ex eo ꝙ in Simone Mago a quo simoniaci dicuntur, non fuit recta fides. Et pōt diuidi hoc capitulum in duas partes ſm duo dicta distīcta eiusdē Ambrosij. 2. ibi: itē vides. Lege textum. ¶ [Petrus magicæ artis] magicæ artes deceptoriæ sunt & a dęmonibus docentur & exercentur vt dicit Augu. 21. de ciuitate Dei. c. 6. quæ quia mentes hominum seducunt, & a veritate abducunt, legibus imperatorum prohibentur, & puniuntur exercentes eas. vt dicit Augus. 8. de ciuitate Dei. ca. 19. [& putasset gratiā Christi per impositionem manus] i. quicunq; manum imponeret acciperet spiritumsanctum, & ei infunderetur gratia spiritus sancti [compararet ad lucrum] hoc putauit Simon Magus. Et ideo hæreticus est a Petro repulsus cum ait. [Non est tibi sors in hac fide] s. nostra catholica, quā tenemus nos apostoli, & vniuersalis ecclesia. Sed in actibus Apostolorum habet in Simone isto. vt infra. e. q. eos qui. vnde pōt sic intelligi [in hac fide] i. tua credulitate: s. in eo ꝙ credis obtinere vt ad impositionē manuum tuarum infundatur spiritussanctus. Hugu. [cor tuum] id est fides & credulitas. Hug. [apud Deum] id est coram Deo. 27. distinct. quod interrogasti. Palea est. Archid. [Item] secunda pars. [condemnat] s. Petrus. [eo] id est propter hoc. Archid. [puram] miser iste blasphemus in spiritum sanctum, vt eum venalem diceret cuius blasphemia non meretur remitti, nec in hoc seculo, nec in futuro. Matth. 12. [quātū est ex se] nisi esset immensa Christi misericordia quæ etiam peccatum in spiritum sanctū remittit pœnitenti [puram conscientiam habere non poterat] carens fide, quæ purificat corda. Act. 15.

Diuiso.

Exponit literam. Augusti.

Cum omnis. Ad idem subiungit hanc secundam authoritatem quæ est Gregorij in registro, plana est &c. Lege text. ¶ [Cum omnis auaritia seruitus] id est idolatria ad Ephes. 5. & 6. quæstio. 1. quæro. & 28. quæstio. 1. idolatria. Et hoc vt dicit Sanctus Thomas tam in secunda secundæ, quam super epistolam ad Ephes. 5. Intelligendum est secundum quandam similitudinem, & non secundum speciem peccati. Comparatur autem auaritia idolatriæ secundum similitudinem quia sicut idolatra subijcit se creaturę exteriori, ita & auarus non tamen eodem modo. sed idolatra quidem subijcit se creaturæ exteriori, vt exhibeat ei cultum diuinum. Auarus autē subijcitur creaturæ exteriori immoderatē ipsam concupiscendo ad vsum, non ad cultū, vnde non habet tantam grauitatem peccati, quantam idolatra. [Infidelitatis] quia infidelis dispensator existit, quamuis fidem informem habeat. vnde sequitur. [Nam & si tenere fidē verbis.] Auarus. n. vt raptor & rebus alienis incūbens potius vocatur fidelis, quam sit. vt. 23. q. 4. forte. & 24. q. 2. sane. & 8. q. 1. sciendum. [negat] factis. Hug. Simoniaci. n. & si aperte nō impugnent ecclesiam: fidē tamen dicuntur negare factis contrarijs, habitu. n. interdum siue voce loquimur. vt di. 50. in capite. & dis. 43. sit rector. Interdum moribus. vt dist. 47. c. 1. & distinction. 81. nemo. Interdum simulatis operibus, siue voce mentimur. vt 22. quæstione. 5. caute. Hug.

Exponit literam. S. Thom.

1 *Simonia an sit grauius peccatum quam hæresis.*

2 *Macedoniani vnde dicantur, & quam hæresim tenuerint.*

3 *Ordinem gratis suscipiens si postea munus aliquod corporale intuitu ordinis vel beneficij accepti suo ordinatori impendit, an committat simoniam.*

4 *Pecuniam ex pacto dans vel accipiens vt accipiat ordinē vel conferat, an sit simoniacum.*

5 *Electio, alienatio. & inuestitura, ita confirmantur ex consensu sequente, sicut ex præcedenti.*



Eos. Sequitur tertia authoritas ad idem. Et est ex epistola Gerasij Constantinopolitani episcopi ad papā Adrianum. qui in hoc c. ostendit simoniacos deponendos esse, & ad hoc vtitur rationibus & authoritatibus. secūda ibi. nā. & 29. canō. Rationes vero sunt tres. ſm ꝙ simoniaci comparantur tribus cōditionibus malorum hoīm. s. macedonijs hæreticis, iudæis Christū blasphemantibus, & Iudæ traditori. ¶ Pro pleniori intelligētia huius c. quæritur. † Vtrū Simonia sit grauius peccatū q̄ hæresis. Et vr̄ ꝙ sic. Primo ex c. pręsenti: vbi dr̄. Tolerabilius est Macedonij impia hæresis quā simonia. ¶ Secūdo sic. dr̄. extra de Sim. c. sicut. ꝙ simonia pestis sui magnitudine alios morbos vincit. morbi autem dicuntur peccata. ergo maius peccatum est quam hæresis. Idem. infra e. q. vlt. c. fi. ¶ Tertio sic. supra qui studet. e. q. dicit Gregorius nazanzenus. vt ementes & vendentes huius gratiæ expertes ostenderet dominus, cunctos peccatores per gratiā in tēplo dimisit, ementes & vendentes increpans, & flagellans de templo eiecit. ergo videtur quod Simonia grauius peccatum sit omnibus alijs peccatis. ¶ In oppositum arguitur sic. Simonia secundum se non est hæresis. ergo est minus peccatum quam hæresis. consequentia est bona, antecedens patet, quia omnis hæresis est contra aliquem articulum fidei, de quo non recta opinio habetur. sed aliquis Simoniacus pōt habere rectā opinionem de oībus articulis fidei. ergo non est hæresis. ¶ Respondeo dicendum iuxta Alexandrū de halis in secūdo. ꝙ grauius dr̄ aliqđ peccatū alio vel p maiorē pronitatē cū enormitate, vel dr̄ aliud grauius alio quia plus cōtrariatur fidei catholicæ, primo mō dicit ꝙ Simoniaca pestis est maius peccatū. ¶ Scđo vero mō dr̄ ipsa hęresis maius peccatū, in q̄a fit diuisio principalis a fide summę veritatis. hæc ille. Concordat dominus Vlrichus in summa sua dicēs. vera sunt oīa q̄ dicta sunt de magnitudine huius peccati, qñ est pfecta imitatio peccati Simonis ꝙ fit cū infidelitate. Si vero sine errore infidelitatis qs cōmittit Simoniā ex cupiditate bonorū vel diuitiarum & nō ex malitia, tūc nō est hoc summū peccatorū. sed infidelitas est pctm̄ in spm̄ sctm̄, & in aliquo casu sacrilegiū sunt maiora. hæc ille. Cōcordat S. Tho. in 2. 2. q. c. articulo. 1. dicēs, ꝙ sicut religio cōsistit in quadā fidei ptestatione, q̄ tñ interdū quis non habet in corde. Ita ēt vitia opposita religioni habēt quadā ptestationē infidelitatis, licet qñq; infidelitatis non sit in mēte, ſm hoc: ergo Simonia hæresis dr̄ ſm exteriorē ptestationē, qa in hoc ꝙ aliqs vēdit donū spiritussancti quodāmō ptestat̄ se eē dn̄m spūalis doni, ꝙ ē hęreticū. Sciēdū tñ ꝙ Simon Magus pter hoc ꝙ ab apl̄is spūsctī gratiā pecunia emere voluit, dixit ꝙ mūd' nō erat a Deo creatus sed a quadā supna virtute, vt dicit Isid. li. etymo. & ſm hoc inter alios hæreticos Simoniaci cōputātur. vt patet in lib. Aug. de hęresib. hęc S. Tho. Ex q̄bus patet, ꝙ illi soli simoniaci dicūtur hæretici, q imitant Simonē in infidelitate, vbi ēt cōmemorāda sunt q̄ diximus supra e. q. pbr̄. vbi declarata ē ista materia satis. ¶ Nūc ad rōnes in oppositū est dicendum. Ad primā r̄ndetur iuxta S. Thom. in 4. di. 25. q. ratione

Quæstio. Primū ar.

Secūdū ar.

Tertium ar.

Opponit & Respondet

Respondet Ale. de hal.

S. Thom.

Ad primū argu:

S. Thom. ratione falsæ æstimationis quam simoniacus in actu demonstrat dicitur simonia esse grauior quā macedonij hæresis, quę ponit spiritum sanctum esse patris & filij seruum. Simoniaci autem ostendunt in suo actu se æstimare. ꝙ sit seruus hominis: & ab homine pôt emi vel vendi, dicendum ꝙ dicitur grauius peccatum propter pronitatē ad ipsum ex cupiditate humana: & propter nocumentum maius, quia totum ordinem ecclesiæ peruertit. Concordat magister Alexander vbi.s.dicens. ꝙ dicitur tolerabilior illa heresis: quia indignius est spiritum sanctum æstimare proprium seruum: quam seruum Dei patris. Cum tamen vtrunque sit sceleratum valde: sed tamen per alium & alium modum fit hæc æstimatio. Nam Macedonius spiritum sanctum credidit creaturam esse & ita quo ad seruum & subiectum sicut creatura rationabilis vel intellectualis subijcitur Deo. Non sic autem simoniacus, sed simoniacus sic agit vendendo gratiam spiritus sancti in sacramentis: quasi spiritus sanctus in effectu esset subditus ei. hæc ille. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ simonia dicitur vincere alios morbos propter sui adhærentiā. Difficile.n. euellitur eo ꝙ oritur ex radice cupiditatis. Et quia vt diximus nocumentum maius infert ecclesiæ. ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis in præfato.c.qui studet.vbi plures rōnes assignauimus. quare magis vendentes & ementes in templo fuerint eiecti de templo quam alij. vnde dicitur non quia simonia absolute sit maximum peccatorum sed quia maximè sacramentis ecclesiæ opponitur: & peruertit totum ordinem ecclesiasticū, vt dictum est. Et hoc designauit dominus in eiectione vendentium, & ementium in templo. non ꝙ alij peccatores non essent digni eiectione. vnde in detestationem huius criminis dicitur: ꝙ mox vt manifestum fuit de ecclesia debuit elimari & propelli. Lege tex. ¶ [Eos manus.] ordinatorias. Archi. [Simonē] de quo habes Act.8. Arch. & j.e.teneamus. [Macedonij.] horum hæresim ponit Augustinus li. de hæresibus.c.


(Margin: Alexāder de alis. — Ad secūdū — Ad tertium — Exponit literam. — August.)

2 54.dicens. † Macedoniani à Macedonio Constantinopolitanę ecclesiæ ex plumario episcopo: quos & pneumanicos græci dicunt: nō ꝙ de spiritu sancto litigent. Nam de patre & filio rectè sentiunt, ꝙ vnius eiusdē sint substantiæ siue essentiæ. sed de spiritu sancto nolunt hoc credere creaturam eum dicētes. sed isti cum apertissime contra scripturam sanctam errent: merito sunt condemnati. vt in nostra disputatione super.c.canones distin.15.apertissimè & multipliciter ostēdimus. [Tolerabilior] .i. minus mala: aut minus digna: quia facto vt diximus simoniaci ostendere videntur, ꝙ habēt spiritum sanctū seruum emptitium, licet non sic credāt. Sæpe.n. vero sic ementes & vendentes possunt habere rectam fidem de persona & de diuinitate spiritus sancti. vt diximus. in q [Macedonij autē hæresis credit spiritum sanctum creaturam & non Deum] vnde simpliciter peior ē hæresis Macedonij, q̄ simonia, licet hoc signo prætēdat grauitas simoniæ sicut habitū est. [ita & qui] secunda ratio. [In belzebub.] Qui.n. dicunt spiritum sanctum dari precio pecuniæ blasphœmiam inferunt spiritui sancto [qui prout vult] .i. gratuitè sua dona distribuit. vt dicitur. 1.ad Cor.12. sicut & illi qui dicebāt Christum in Beelzebub principe demoniorū eijcere demonia. Mat.12. [Atq; vt veri⁹] tertia ratio. [Iudæ.] Mat.27. Augu. super Io. homil.48. qui de ecclesia aliquid furatur, sacrilegus est, & Iudæ perdito comparatur. Simoniaci de ecclesia tollunt spiritualia emendo, vel vēdendo, sibi appropriando, vt Iudæ proditori similes dicantur qui etiam in sacramentis Christum vendunt consubstantialē spiritui sancto. vnde cum Iuda dānabūtur. & hoc est quod dicitur eiusdem proportionis. s. cum Iuda. [sanctitas] .i. spiritualis gratia quæ cum ordine solet conferri, si digne conferatur. Hug. vel [sanctitas] .i. licita executio sacerdotij vel alterius ordinis. Hu. [non acceperunt] .s. cum ordinati sunt. Hug. Arch. non habent. s.e.q. gratia. [Simoni] Act.8. [Nam & vicesimus nonus.] secūda pars. vbi authoritatibus & exemplis arguit ad propositum. [& actus] eorum vbi agitur de Simone Mago. Arch. [& tertius liber] habetur.3.Reg.13. De rege Hieroboā, ꝙ quicunq; volebat implere manum suam fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit Hieroboā, & domus eius euersa est, & deleta de superficie terræ. quartus] habetur quarti Re.5. de Giezi qualiter fuit punitus lepra, quia recepit munera Naaman. [alienum] .i. alienādum de iure. Hug. [accipere.n. quandocunq; accipere] .s. siue ante, siue post accipere similiter impendere est quandocūq; impendere, vt. j.e. q.3. si quis obiecerit. si quis præbēdas. Et intelligitur ex pacto præcedenti, vel subsequenti, vel ea intentione interueniente, vt aliquod spirituale detur. vel quia aliquod spirituale est datū

(Margin: August. — Archid.)

datum vel acceptum. In vtroq; casu simonia committitur, vt j.e.q. ordinationes. ꝓm Hug. Et hic adde quod legitur & not. j.e.q.2. quā pio. in fi. Archi. ¶ Sed hic surgit.q. † Vtrum si gra
3 tis ordinem accepi & postea munus aliquod corporale intuitu ordinis vel beneficij accepti meo ordinatori impendo, an simoniam committam. ¶ Respondetur ꝙ sic, patet hoc exēplo Giezi, qui tñ post datā sanitatē Naaman igne cupiditatis exarsit, & intuitu sanitatis ab eo pecuniam accepit, & iudicatus est simoniacus. s.e.q. qui studet. & .c. scito. & per cōsequēs teneor illum ordinem vel ecclesiam sic acceptam renuntiare ꝓm Hug. In odium huius criminis quod retrotrahitur. & ꝙ legitime actum est inficit, & prætereà simoniè vitium quēlibet simoniacum deponit. vt. j.e.q. decętero: & .c. erga. Hug. &
4 Archi. † Si ergo ex pacto do. vel accipio pecuniam, vt accipiā ordinem, vel conferam simoniacum est. Similiter si ex pacto do. vel accipio peccuniam, quia ordinem accepi vel contuli simoniacum est. Item si ea intētione do. vel accipio pecuniam, vt ordinem vel conferam vel iam accepi vel contuli, simoniā committo. sicut patet ex missis. Sed vt tangit Archi. Tancre. dicit ꝙ sola pactio simoniā facit. vt extra de simo. tua. in fin. & extra vt eccle. benefi. vt nostrum. & ad hoc facit extra de simo. mandato. ꝓm Vincentiū, qui notat in prædicto.c. tua. in fine. vbi de hoc. Sed Goff. dicit ꝙ simonia committitur etiā sola volūtate. prout nota. in summa. e. titu. Item quæritur alitur aliquis &c. & de hoc nota. s.c. reperiuntur. & c. quicunq;. Archi. Si vero ante vel post spōte vel gratis datur vel accipitur, licitum est, sine peccato fit. vt. j.e.q.2.c.1. & 2. Si tñ de intentione illa inhonesta nō constat ecclesiæ quo ad ecclesiam non censebitur simoniacus ille, sed quo ad Deum, qui ꝓm intētionē hominis iudicat. vt.22.q.5. humanæ. & 24.q.3. Deus.
5 & di.32. erubescant. Et est hic ar. † ꝙ electio & alienatio & inuestitura & huiusmodi ita confirmantur ex consensu sequente, sicut ex præcedenti. ar.16.q.1.c. vltimo. & q.7. decimas. & c. ecclesias. & extra de iu. pa. cu. pastorali. Prætereà mouet hic quæstionem Archi. Vtrum eo tempore quo quis recipitur in canonicum potest aliquod temporale dare. De hac materia dicetur infrà. e.q. Emendari.

(Margin: Quæstio. — Respōdet. — Archi. Tancre. Vincētius.)



Placuit. Ad idem sequitur.c. hoc concilij bracharēsis. Et diuiditur in duas partes. In prima ꝓhibet sancta synodus ne in ordinationibus conferendis munera interueniant, sed gratis conferantur. In secūda infert, nullus per gratiam munerū, sed bonorum operum euidenti testimonio comprobatus in clericum ordinetur. secunda ibi, quia multis. Lege. ¶ [Placuit.] concilio, vt ordinatio clericorum non fiat datione munerum
a sed gratis. Hug. [sicut scriptum est] a Matt.10. [Diffinitio patrum] in Niceno concilio constitutorum. [anathema] sit [dan ti.] Expone vt. s.e.q. quicunq; sacros. [proptereà] subaudi, est statutum. Hic datur intelligi ꝑ solos indignos fuisse statutā, hāc prohibitionem. s. ne per pecuniam quis ordinaretur. Porrigitur tñ ad oēs vt dicit Hug. & gl.3.e.q.3. peruenit. & 18.q.2. duæ aliquanti. simile di.51.c.1. Arc. [obruti] .i. afflicti. siue oppressi. [discussione] vt di.24. nullus eps. & .c. si quis presby. & di.65.c.3. [per testimoniū] quia vt dicit Apost. 1. ad Timo. 3. Oportet episcopum & omnem in ecclesia ordinandum habere bonum testimonium etiam ab his qui foris sunt.

(Margin: Diuisio. — Exponit literam. — 2 ¶ Scriptū est. adde c. saluator. e. causa. 4. & c. [illegible] & qu. & in c. in ecclesiastico. 13. q.2. & ibi Io. de turre cremat.)

Ex hac. §. est in quo Gratianus argumentatur ex illis.c. s.c. Petrus. & .c. cum omnis. ꝙ simoniaci ita exorbitant à fide, sicut & alij hæretici. Et ideo idem de eis sicut & de alijs hæreticis dr̄ debere discerni. Vtrū & qualiter verū sit ꝙ simoniaci à fide exorbitent, & quam differēter à mō exorbitandi aliorum hæreticorum iā diximus in superioribus. in c. presby. & in c. eos. Exponatur ergo sic iuxta Hugutionē & Archidiaconum. [à fide recta & pura] per dilectionem operante non autem à fide. i. credulitate. Nam articulos fidei & alia credunt, sed & etiam diabolus multa credit. Hug.

(Margin: Exponit literam.)

1 *Temporale aliquod an detur licitè pro vsu prophœtiæ. & numero. 2.*
2 *Prædicare pro pecunia intelligitur dupliciter.*
4 *Actus aliquis potest dici spiritualis dupliciter.*

Item obijcitur. §. est & quarta pars quæstionis ꝓm Io. de fan. & Archidia. In qua magister Gratianus ad principalem quæstionem. s. an emere spiritualia sit peccatum, respiciens, opponit in contrariū, ostēdens ꝙ emere spiritualia non est peccatum. & postea soluit. Hug. & arguit probando ꝙ donum prophętiæ quod est donum spiritus sancti à sanctis patribus vendi consueuerat.

Quæstio Prima. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. §. & sequentis capituli quæritur. Vtrum pro vsu prophetiæ licitè detur aliquod temporale. Et videtur ꝙ sic. quia sicut arguitur in præsenti. §. 1. Reg. 9. legitur Saul. & 3. Reg. 14. vxor Roboam, ꝙ attulerunt pretium sanctis prophœtis. Hoc autem non fecissent, nisi fuisset licitum. ergo vsus prophœtiæ qui donum est spiritus sancti & nō est dubium quin sit quid spirituale, potest licitè emi vel vendi. ¶ Secūdò sic. prædicatio est res spiritualis, sicut & pro phœtiæ vsus, sed Paulus prædicauit pro temporalibus, vt fierent collectæ pro pauperibus, vt patet. 1. ad Corin. vlti. ergo similiter pro vsu prophœtiæ licitè potest aliquod temporale dari vel accipi. ¶ Tertiò sic. Scientia est quoddam spirituale sicut & prophœtia. sed licet magistris artium aliquid recipere pro doctrina sua. ergo & ꝓphœtæ prophetia sua. patet consequentia à simili. ¶ In oppositum est determinatio in litera & in sequenti. c. ¶ Respondeo dicendum ꝙ sicut sacramēta dicuntur spiritualia, quia spiritualem conferunt gratiam. Ita etiam quædam alia dicuntur spiritualia, quia ex spirituali procedunt gratia. & ad eam disponunt, sicut est prophœtiæ donū & aliæ gratiæ gratis datæ, quæ tñ per hominum ministerium exhibentur, quos oportet à populo sustentari, cui spiritualia ministrant ſm illud. 1. ad Cori. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam. quis pascit gregē, & de lacte gregis non māducat. Et ideo vēdere ꝙ spirituale est in hmōi actibus, aut emere simoniacum est. sed accipere aut dare pro sustentatione ministrantium spiritualia ſm ordinationem ecclesiæ, aut consuetudinē approbatam licitum est; & ſm hoc ponitur conclusio respon
2 salis ad propositum † ꝙ non est licitum dare aliquod temporale ad emendum prophœtiæ vsum. bene tamen est licitū dare aliquid in sustentationem ipsorum prophœtarum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum. secundum Hie. super Micheam. vt patet in c. se. qui tripliciter soluit. Primò quia licet legatur ꝙ illi talia munera obtulerint, non tamen dicit scriptura ꝙ quasi prophœtis obtulerint. ¶ Secundò soluit ꝙ etiā si huiusmodi obtulerint: hoc iō fuit, quia hi qui de ariolos consueuerant ire ex mala consuetudine voluerunt sanctis viris offerre quod illis offerre consueuerunt. sed prophœtæ hoc non receperunt. vnde dicitur. quarto Regum. octauo. Benadab rex syriæ misit munera Heliseo, quæ tñ nō recepisse probatur per hoc ꝙ à Naaman recipere recusauit, vt patet quarti reg. 5. ¶ Tertiò modo soluit etiam si illi obtulerunt & prophœtæ acceperint, non fuerūt munera prophœtiæ. sed vt diximus fuerunt sumptus prophœtarum, & stipes tabernaculi, & hoc probat ex paruitate oblatorum. ¶ Ad secundam re-
3 spondetur iuxta sanctum Thom. in 4. † ꝙ prædicare pro pecunia potest intelligi dupliciter. Vno modo vt pecunia sit pretium prædicationis, & sic nullo modo licet pro temporalibus prædicare. Alio modo vt pecuniæ datio sit quædam res prædicata, & sic aliquis potest licitè prædicare pro pecunia colligenda pro aliquibus rebus pijs. sicut licitum est prædicare pro alijs operibus meritorijs, inquātum meretur dans, & subleuatur defectus recipiētis. Et sic Apostolus pro collectis faciendis prædicauit non tñ in pecuniæ collectione est ponendus finis prædicationis. ¶ Ad tertiam respondetur secundū eundē negando consequentiam. Et ratio. est simile de doctrina & ꝓ
4 phœtia. Pro quo no. † ꝙ actus aliqs potest dici spiritualis dupliciter. Vno modo quantum ad suum principium, quia cōpetit alicui ex aliquo spirituali dono vel officio sicut est vsus prophœtiæ vel quantum ad sui finem, vt quando per actum talē ad aliquod spūale peruenit sicut est actus doctrinę, in actibus aūt qui primo spūale sunt, qua spirituale est ex parte agentis, nullo modo sine simonia potest aliquid locare actus suos. sed potest aliquid recipere in sustentationem vitæ. In secundis aūt actibus quia spiritualitas non est ex parte agentis potest etiā emere vel vendere operas suas sed non vendere hoc spirituale quod ex eius actu requiritur. dicimus ergo, ꝙ quia docere artes liberales est actus spiritualis. secūdo modo. ideo licet magistris artium vendere labores suos sed non scientiā siue veritatem, quæ spiritualis est. vnde dicitur prouerbi. 23. Noli vendere sapientiam, & doctrinam, & gloriam. Lege tex.

Exponit literam. ¶ [Quod prophœtia est donū spiritus sancti] patet. quoniā inter omnia alia dona numeratur. 1. ad cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. & j. alijs datur gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophœtia. Alij discretio spirituum, Alij gratia linguarum, alij interpretatio sermonū. Hæc autem oīa operatur vnus atque idē spiritus diuidens singulis prout vult. [Saul] primi reg. 19. [pro vaticinio.] expetendo. [pro recuperandis asinis] perditis. [Vxor etiam]. 4. Reg. 14. [Christus] Lu. 22. Ex istis exemplis arguit quod licitū sit dare aliquid pro spiritualibus. [præstare] quod est contra ea quæ dicta sunt supra de ordinationibus simoniacè factis. Sed ad ista inducit Hieronymum respondētem qui sicut in quæstionibus diximus tripliciter soluit.

1 *Siculus quid sit, & quantum contineat.*

IVdices. Hic inducitur Hiero. super Micheā soluens præfatam difficultatem. Et diuiditur hoc c. in v. partes iuxta gl. in prima parte ostēdit, ꝙ olim in populo Israel iudiçes & sacerdotes & prophœtæ non exercebant ista officia, nisi pretio pro quo Hierusalem est destructa. In secunda ne aliquis crederet hoc nō esse peccatū ostēdit ꝙ esset peccatū. In tertia excusat Samuelē de. 4. parte Sicli. In quarta excusat prophetā Achab de panibus sibi ab vxore Hieroboam oblatis. In quinta Heliseum de pecunia quam Azael nuntius Benadab obtulit. §. 2. ibi, poterat Petrus. 3. ibi, nec moueat. 4. ibi, hoc ipsum. 5. ibi, vnde. in 5. Lege tex. ¶ [Iudices.] Hoc scribit Hiero. super Micheam. c. 3. lib. 1. contra simoniacos Micheæ. 3. dicitur. [Iudices eius in muneribus]. i. pro muneribus. Hu. [Iudicabant. & sacerdotes eius in mercede respondebant] consulentibus [& docebāt & prophœtæ eius &c.] & in hoc peccatum simonię committebant vendendo pecunia donum prophœtiæ, vt fecit Balaam. Nu. 22. [Diuinabant] annuntiando futura, vel reuelando occulta. [requiescebant super dominum]. i. se requiescere dicebant, & eius gratiam se habere, & eius ministros se esse dicebant, & credebant. [& dominus est in nobis & nō veniet super nos mala]. Vnde quasi impunitatem sibi promittebant [propter hoc]. i. quia increduli diuinæ sententiæ nobis promittens impunitatem & propter alia peccata. quia principes in muneribus iudicant de quibus Esai. 1. Principes tui infideles, munera sequuntur, retributio. quærunt. [Ideo quasi ager.] Hostili vomere siue aratro. [rescindetur] quod factum est à Romanis. Hu. [& Hierusalem erit in custodia pomerij]. i. deseretur sicut custodia pomerij collectis pomis quasi aceruus lapidum erit, quia non remanebit lapis super lapidem. quin destruatur. Lu. 19. [Nemo] verba sunt Hiero. [subuersam] à Romanis. vt dist. 76. ieiunium. Hu. [Petrus] secunda pars, Actuū. 8. [poterat] interrogatiuè, loquitur, quasi diceret non [nec vendi]. i. nec per venditionem, nec per emptionem conferri vel haberi potest. s. eo. si quis episcopus Hu. [nec moueat] tertia pars. primi Re. 19. [Nō. n. scriptum] prima solutio est. quia nō scribitur quod Samuel aliqd accepisset. secūda solutio. Quod dato quod accepisset non tamen in pretium prophœtiæ sed [in stipitem]. i. sustentationem necessitatis tabernaculi, & ministrorum eius. quia talia non accipiuntur à bonis viris intuitu prophœtiæ, sed in sumptus domesticos necessarios vsus templi, & ministrorum. Vnde nō est probabile quod tam sanctus prophœta corruptus esset tam modico pretio. s. 5. obolorum. vt prophœtiam vendere intenderet. Cum de seipso dicat primi reg. 7. vir quod nullius rem cōcupiuit. vnde si accepisset non accepisset sicut iam diximus in pretium prophœtiæ, sed in stipitem & sustentationem necessitatis. sicut etiam apostoli fecerunt, qui accipiebant vitæ necessaria ab his qbus euangelium enuntiabant. 1. ad Cor. 9. & tamen in hoc euangelium non vendebant. vt dicit Aug. Similiter in consecratione ecclesiæ nihil debet pro ipsa consecratione accipi, sed pro ipsa procuratione episcopi & suorum licitè aliquid exigitur. extra de simo. cum sit. cum nemo cogatur suis sumptibus mili
1 tare. 12. q. 2. charitatem. Hu. & Archi. [Siclus.] Ostendit Hie.
a quid sit siclus. a & dicit quod quarta pars Sicli sunt. 5. oboli [nostri ergo sacerdotes. & columbam]. i. donū & gratiam spiritus sancti. [proponere quam venalem]. i. vendere. Hugo. [subuertit] Ioan. 2. & Matth. 21. [& tantum &c. nihil prorsus accipi.] concedit hic Hiero. nihil quantumcunque minimum suscipi aut largiri pro dono siue gratia spiritus sancti concedit, sed immoderatum ecclesiarum detrimentum vehementi indignatione in cupidos & auaros reprehendit. Dicit [vtinam] non quod optet, quod quidquam dent, aut accipiant, qa non solum in magno sed etiam in nummo committitur peccatum simoniæ. sed ideo hoc dicit. quia propter. 5. obolos raro aut nunquam committeretur simonia. Dicit ergo sic. vt modicitas rei ab illicita venditione eos retraheret, pro re. n. minima nullus vellet tam graui facinore inquinari. [hoc ipsum]. quarta pars. 3. Regum. 9. [Hæc magister] ecce solutio. [In sumptus prophœtiæ.] quam &c. satis hoc arguitur ex paruitate oblationis. [Licet] est alia solutio quod isti hoc faciebāt propter

Secūdū arg. | Tertiū ar. | Opponit & Respōdet. | Ad primū arg. | Secūdū. S. Thom. | Ad tertiū. | Diuisio. | Exponit literam. | August.

a ¶ Siclus. Siclus quid dicatur. vide pulchre Georgiū vallam de expetēdis & fugiēdis rebus. lib. 10. & geōmetriæ primo. c. 19.

propter consuetudinem quam habebant munera offerendi. [Euntes ad ariolos] diuinatoribus & malis prophœtis volebant etiam sanctis viris pariter offerre aliqua in signum honoris, & in necessitatem sustentationis eorum, cũ ad eos contingeret declinare [Diuinis]. i. diuinatoribus & malis prophętis Hu. [vnde] quinta pars arguit in contrarium. 4. lib. Reg. c. 8. [ad Azaelem,] suum dispẽsatorem. Hu. [& omnia bona]. i. aliqua de omnibus bonis. [Non est] hic soluit dicens. Sed non est credẽdũ accepisse illa munera, quæ rex Benadab per Azaelem misit, sicut nec accepit munera, quæ Naaman curatus à lepra sibi offerebat. 4. Reg. 5. [Cumque vim faceret]. i. multum instaret non acquieuit.

1 *Diuinatio pro maiori parte in malam partem accipitur.*
2 *Diuinator aliquando accipitur pro prophœtis.*



NVnquam. Consequenter inducitur item Hieronymus ad probandum, ꝙ accipere pecuniam ex diuinatione quæ quasi semper in malã partem accipitur peccatum sit. Breue est. Et patebit quod dicitur ex litera. Lege tex. ¶ [Nunquam] pro maiori parte dictum est. i. raro. Nam quandoq; in bono accipitur vt. j. e. q. nonne. & 1 s. eo. eos qui. Hu. † Quod vero quasi semper in malam partem b accipiatur patet. scribitur. n. Nu. 23. Nõ erit augurium in Iacob, nec diuinatio ĩ Israel. 1. Re. 28. diuina mihi in phytone. & Leui. 20. dicitur. vir siue mulier in quibus phytonis, vel diuinationis spiritus fuerit morte moriatur. & Ezech. 13. vidẽt vana & diuinant mendacia. & j. diuinationes nõn diuinabitis amplius, & sic de alijs locis. vnde patet quod diuinatio quasi semper in malũ sonat. Tales ergo diuini malefici pro suis diuinationibus pecuniam exigebant. vnde Balaam ariolus conductus pecunia & muneribus ad maledicendum populo venit, vt patet. Nu. 22. sed boni prophetæ nõ sic. vnde Heliseus respuit dona Naaman. vt patet. 4. Reg. 5. Et si aliqui leguntur accepisse sicut dictum est in præcedenti c. non acceperunt in pretium prophœtiæ, sed tantum ad vitæ sustentationem. [& gratuitæ sibi esse prophœtiæ] propriè loquitur nõ dicit quod tales corrupti pecunia diuinatos sint verè prophœtæ, sed dicit quod videbantur sibi esse prophœtæ. quia multi de se præsumentes credunt se esse, quod non sunt. eccle. 4. stultus in via ambulans cum ipse insipiẽs sit, omnes stultos æstimat, & seipsum sapientem solum [facta est eorum prophœtia.] Large ac-
2 cipitur prophœtia† prout diuinator aliquãdo dicitur prophęta. Hie. 17. Diuinationem fraudulentam & seductionem cordis prophœtant nobis. vnde Hu. cum hic dicitur. Eorum pro phœtia facta est diuinatio. Exponit. i. debet dici diuinatio, nõ prophœtia. qa ista futura quæ gratis deberent prædicere, pretio prædicũt, sicut diuini qui pretio & diabolico instinctu qñque dicunt futura. Quid aũt sit diuinatio & quod sunt genera eius, siue species, & vnde dicatur. j. 26. q. 3. & ideo vsq; ibi differam. secundum Inn. qui de hac materia plenius eloquitur.

Exponit literam.

b ¶ In malã partẽ. Ad de pulchre pe. de anc. in c. 1. n. 2. de sortile. diuinationes ĩ quot genera distinguũtur vide Arc. in ca. illud quod per totũ c. 10. 26. q. 3.

Cum ergo. §. est in quo Gratianus ex præmissis probat, quod in simoniacis nulla spiritualis gratia cooperatur. quod verum est quo ad meritum, & quo ad gratiam gratum facientem. quia simoniacus sub pretio emens aut vendens spiritualia, & peccat, & caret gratia, & charitate. [In sacramentis]. Inducit probationem. Homo. n. sacramentorum minister est, qui ea quæ sacramentorum sunt exterius operatur. Vnde dicit. Hu. de sancto victore. quod in sacramẽtis diuina virtus secretius operatur. Hæc inducit magister. quod sequitur. [Nec. n. qui plãtat] hoc sumptum est ab aposto. 1. ad Corin. 3. qui ait. Ego plãtatui, & Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. vbi Augu. ait. Ego Paulus plantaui prædicatione. s. ad fidem conuerti. Apollo rigauit baptizando. sed Deus non nos incrementum muneris & gratiæ dat ex se. Et subdit apostolus. Itaq; nec qui plantat nec qui rigat est aliquid. sed Deus, qui incrementũ dat vbi Aug. dicit. quod Paulus & Apollo. non dãt aliquid ex se, sed Deus qui interius incrementum dat. s. gratiam dat ex se. quia vero frustra opera rius omnia moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latenter operaretur, Hinc arguit Gratianus. quod vbi Deus in sacramentis interius non operatur, frustra laboratur exterius sed in his quæ simoniace fiunt per gratiam interius Deus nõ operatur. quia gratiam non confert in opere simoniaco. ergo apud simoniacos in vanũ opus exterius datur, aut suscipitur quo ad gratiã spiritus sancti. & hoc est quod ait non licet. sed est ociosus. quamuis (vt supra dictũ est) simoniaci seruata forma ecclesiæ ordinis characterem & ordinem suscipiant. & cõ-

Exponit literam. Hu. de sancto victore.

August.

Argumẽtũ Gratiani.

ferant. [Item quod dicitur de Christo]. Respõdet Gratianus ad obiecta ex Christo. & respondet dupliciter. Primo dicẽdo quod non est simile quod pro simili inducitur & inducit magnam dissimilitudinẽ. quia spiritus sanctus non est factus homo, vt Christus qui vẽderetur, nec spiritus sanctus est factus homo qui crucifigi posset, spiritus sanctus non vult vendi ad sui reuerentiam quod Christus voluit ad docẽdum patientiã, & ratione redẽptionis humanæ. [& hoc est certi ministerij causa.] potest etiam intelligi. Secundo soluit seruando similitudinem dicens quòd sicut Christi venditio non profuit vendenti Iudæ, nec illis qui scienter emerunt. & 30. argẽteos deferunt Mat. 26. profuit tñ alijs per ignorantiam deficiẽtibus, pro quibus orauit Lu. 21. dicens, pater ignosce eis qa nesciũt quid faciunt. sic etiam vendere spiritum sanctum nõ prodest ementi, vel vendenti scienter, sed dat suam gratiam illis qui ignoranter à simoniacis suscipiunt sacramenta. Litera patet.

1 *Iacob quomodo potest excusari quin fuerit simoniacus.*
2 *Supplantatio Iacob non fuit mala, sed à Deo inspirata.*


Item obijcitur. Hæc obiecta sunt vana & sophistica ad excusationẽ simoniaco. Hug. Obijcit quod licet malum sit ecclesiastica sine spiritualia emere, tñ quandoque ex malis principijs fœlices exitus ꝓueniunt. Et ponit primo exemplum de Iacob, qui per supplã
1 tationẽ &c. Hic surgit quæstio† quomodo potest excusari Iacob quin fuerit simoniacus. Nam de eo legitur. Gen. 25. ꝙ dixerit fratri suo Esau. vende mihi primogenita tua, primogenitura. n. ante legem mosaicam erat quoddam annexum spirituali, quia primogeniti erant sacerdotes. vt dicit gl. ad Hebre. 12. Et ideo tunc non licebat vendere, aut emere primogenitum. quomodo ergo excusatur. Dicendum est quod Iacob in hoc nõ peccauit. Certũ est. n. ꝙ ius primogenituræ debebatur Iacob Deo ordinante, qui ait Gen. 25. Maior seruiet minori, & ante eorum natiuitatẽ Deus prætulit Iacob. Malachiæ primo. Iacob dilexi, Esau odio habui. Vnde vt dicit S. Thom. in secunda secundæ. q. C. Iacob non emit, sed quod suum erat accepit per pecuniam redimens iniustam vexationem, quod licet. Prætereà ipse Iacob consilio matris parauit cibaria patri suo Isaac, & supplantans fratrem patris obtinuit benedictio
2 nem. Gen. 27. qua ei benedictio primogenituræ debebat† vnde supplantatio illa non fuit mala sed à Deo inspirata. vt inueneis distinctum infra. 22. q. 2. §. Item opponitur. ar. 14. q. 5. qui habetis. Hugo.

Quæstio.

Respõdet.

S. Thom.

1 *Priuilegium quando impetratum est per ambitionem attenuantur vires eius.*
2 *Multa quæ possent secundum se tolerari reprobãtur ne sint perniciosa exemplo.*



PRincipatus. Quia in superiori. §. immediate præcedẽti in excusationem simoniacorum dictum est. ꝙ quandoq; quæ sinistra habent principia fœlices habent exitus. Inducit sequentes tres authoritates ostendentes, ꝙ communiter est cõtrarium. Et in primis inducit hoc. c. quod est Leonis papæ: vbi damnat principatum, siue prælationem per ambitũ extortum. assignando rationem. quia difficile est &c Lege te. ¶ [Principatus.] generale est ad omnem prælationẽ & dignitatem ecclesiasticam, de quo in psa. nimis confortatus est principatus eorum. [seductio]. i. tumultus popularis. Archid. sicut peccauit in filijs Choræ Numer. 16. [ambitus]. i. aliqs per ambitionem, puta per pecuniã vel huiusmodi dando, vel nimis. non propter Deum sed ad vanam gloriam desiderando. vt di. 61. miramur. & j. ea. q. 6. sicut is. Hug. Item est contra illud ad Hebr. 5. Nemo sibi assumit honorem, nisi qui vocatur à Deo
1 tanquam Aaron. Ex hac litera consueuit dici. † quod vbi beneficium siue priuilegium impetratum est per ambitionem attenuantur vires eius. ad idem. C. de senat. consult. l. vna. & legitur. & no. extra. de transla. episcop. c. vlti. ad idem. ff. de minor. l. 3. Archidiaconus. [Non offendit ille]. s. qui taliter ad principatum assumptus est. Hugu. & Archidi. [est perniciosus exem-
2 plo.] Et ideo repellendus. † Multa enim quæ possent secũdum se tolerari reprobantur ne sint perniciosa exemplo. argum. di stinct. 50. de his vero. & distinct. 82. plurimos. & distincti. 96. bene quidem. ¶ Sed hic surgit quæstio. quomodo potest esse quod monachus moribus & actibus non offendat cum vtiq; in peccato simonię Deus offendatur, & proximus. Vnde maledictio perditionis data fuit Simoni mago: Actuum. 8. Respondetur quod potest esse. quod assecutio beneficij per simo-

Exponit literam. Psa. 138. c.

Quæstio.

Respõdet.

niam sic exterius regendo beneficium [...] in regno neminem offendat,& de hoc datur exemplum.14.q.5.neq;.Quod si aliquis agrum.& inde largas eleemosynas faciat,nō multos offendit dando,& tamen nō excusatur à peccato iniustè inuasionis,nec in dando aliena, sic simoniacus nō excusatur à peccato.licet per actus sui regiminis vlterius nō offendat.Offendit tamē, quia initium sui ingressus est perniciosum exēplo. [Difficile]non dicit impossibile. Paulus.n. malè incepit & tamen bene finiuit.Matth.9.Bene ergo dicit difficile. quia non est impossibile,potest enim pœnitere ordinatus,siue beneficiatus simoniacè & fieri bonus.


CVm Paulus. Ad idem propositum subiungit hoc.c.quod est beati Gregorij. Antiocheni episcopi vbi authoritate apostoli probatur quòd opus per simoniam cōstructū non stat,cum sit absque fundamento Christo,sine quo nullū opus bonum esse potest.Breue est,& non diuiditur.Lege t. ¶[Cū Paulus].i.ad Cor.3.[Christus].i.fides Christi.quæ ꝑ dilectionem operatur.Hug.Opus enim quod ædificant simoniaci nū fundatur supra petram,quæ Christus est.1.Corin.4.sed super arenam terrenæ auaritiæ.& ideo nō manet. Vnde assimilatur viro stulto,qui ædificat domum super arenam,descendit pluuia diuinæ indignationis,veniunt flumina, & venti iustę vindictæ & fit sui arenosi ædificij ruina magna.Matth.7.quia nō ædificauit super Christum,qui est fundamentum firmum.2. ad Ti.2.[Nullum boni operis]scilicet vitæ æternæ meritorij quia sine fide impossibile est placere Deo.ad Hebre.11.Et qa sine fide.reliqua inutilia reputantur & frustra iactantur. vt.j. ea.q.illi.24.q.1.vbi sana.Hugu.& Archi.

Exponit literam.

1 *Eleemosyna an possit fieri de pecunia simoniace accepta, quod sic. numero. 2.*
3 *Meretrix de lucro meretricio potest facere eleemosynam.*
4 *Furari an quis licitè possit, vt faciat eleemosynam extremam necessitatem patienti. Similis casus.nu.5.*


NOn est putanda. Ad idem propositum sequitur ista authoritas eiusdem Gregorij.In qua ostendit, quod Deo non placent eleemosynæ propter quas fiēdas commissa est simonia. Et diuiditur hoc.c. in tres partes.In prima ostendit,quòd nullus debet illicitè accipere hac intentione vt inde eleemosynas vel alia bona valeat facere. quia tales eleemosynæ Deo non sunt gratæ.In secunda,inducit ad probandum hoc tres authoritates. In tertia instruit,ne quis honorem suscipiat.nisi quem se posse regere sciat. secunda ibi, ne ergo.tertia ibi,quisquis igitur.¶Pro pleniori intelligentia
1 huius.c.quæritur.† Vtrum de pecunia simoniacè accepta possit fieri eleemosyna.Et videtur quòd non rationibus sumptis ex præsenti.cap.Et primo sic.Non est putanda eleemosyna si pauperibus dispenset quod ex illicitis rebus acquiritur,vt hic dicitur à Gregorio.sed pecunia simoniace acquisita illicitè est acquisita.ergo de tali nō videtur posse fieri eleemosyna.¶Secundò dicitur Prouer.3.Honora dominum de tua substantia. gl.nō de aliena.sed pecunia simoniacè accepta non est de substantia dantis.ergo &c.¶Tertiò sic.Prouerb.22. Hostiæ impiorū abominabiles Deo quæ offerūtur ex fœdere ergo &c. ¶In oppositum arguitur sic.pecunia per simoniam acquisita non potest retineri licitè ab eo: qui recepit. quia contra iustitiam accepit. nec potest repeti ab eo, qui dedit. quia contra iustitiam dedit,ergo cum vterque scilicet dans & accipiens iustè de tali pecunia priuandus veniat.ergo videtur quod illa pecunia eleemosynas sit erogāda,vel pauperibus,vel ecclesiæ in
2 cuius iniuriam accepta est.¶Responsio.dicendum.†quòd de pecunia per simoniā habita potest fieri eleemosyna. Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est hic videndum quid secundum doct.agendum sit de pecunia simoniacè accepta. Pro quo notādum iuxta.capi.de hoc autem extra.de simonia & Ber.ibidem.quod aut talis persona,quæ dedit pecuniam simoniacè est secularis,aut transijt ad religionem, vel iam erat persona religiosa & transijt de illo monasterio ad aliud si est secularis persona tunc est conclusio: quod non est ei talis pecunia restituēda,sed illi ecclesiæ in cuius cōtumeliā data est à quocunq; accepta fuerit.extra. de simonia de hoc aūtarti.17. q.4.si quis in atrio.& 27.quæstio.1.si quis rapuerit. & hoc cū pecunia datur alicui, puta prælato soli,vel alij cuicunque. Ita quod ecclesia non est in culpa.Si vero transijt ad religionem, siue sit factus regularis,tunc est conclusio. quod nec tali restituenda est pecunia,sed secundo monasterio. ad quod oportet

Diuisio.
Quæstio. Primū ar.
Secundū ar.
Tertiū ar.
Opponit ī cōtrarium
Respōdet.

eum transire,vt eo viuente habeat vsum illius.articul.16.q.6. de lapsis.& in dicto.capi.si quis rapuerit.quo defuncto postea proprietas ad propriam ecclesiam vel monasterium reuertetur.Et hanc opinionem Bernardi in præfato.capi.de hoc autem sequitur Goffred.in summa.eod.titu.§.sed quæritur cui. & Hostien.in summa.§.vltimo. quid de pecunia. & Innocen. in glo.super.cap.de hoc autem.dicit. Si dans pecuniam intraret religionem,de misericordia bonum esset ei reddere.extra capi.veniens.¶Sed hic surgit quæstio.quid si ipsum monasterium vel ipsa ecclesia tota fuit in culpa, vt si aliquis dedit pecuuniam monasterio,vt recipiatur in monachum,vel ecclesiæ vt recipiatur in canonicum.Respondetur sub ista conclusione.quod in isto casu non debet talis pecunia manere apud monasterium illud,vel ecclesiam illam.quia ex delicto fecit se hoc dato indignum.nec dari danti.vt dicit Bernard. sed tunc est per dispensatorem superioris pauperibus erogāda, vt dicit Guil.in gl.Raymundi. Si autem sit possessio data in pecunia, similiter authoritate superioris debet alij monasterio assignari,vel pretium illius pauperibus erogari. Si autem non totum collegium esset in culpa, sed abbas solus vel aliquis de collegio,quia delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ,posset possessio illa vel pecunia relinqui penes monasterium,vel ecclesiam præsertim cum in illius iniuriam data sit. Ita tamen quod illi qui fuerunt in culpa quantum posset fieri alieni essent à commodo illius pecuniæ,vel possessionis. ¶Sed hic surgit alia quæstio. Vtrum idem sit dicendum de ordine,sicut de beneficio.Ad hoc respondetur,quod hoc qđ diximus de beneficio intelligendum etiam est de ordine. Nā si aliquis dat pecuniam pro habendo ordinem,si habet beneficium ad cuius titulum ordinatur, illi beneficio fit iniuria cū gratis ad ipsum debuerit ordinari.Et ideo tali beneficio pecunia illa restituenda est. Si verò ordo ille non habet beneficiū, debet pecunia cedere illi cathedrali ecclesiæ, in cuius ignominiam data est,vt dicit Vbertus,& idē dominus Vlrichus. cæterum veniendo ad expositionem præsentis literæ pro solutione argumentorum est notandum iuxta Alexādrum de halis & Alberi.& sanctum Thom.in 4.quod duplex fuit modus dicendi circa ea quæ de illicitis sunt acquisita. Quidam enim dixerunt,quod de illicitè acquisitis nullo modo eleemosyna fieri posset rationibus supra inductis. in principi. quæstionis. Sed alij dixerunt melius distinguentes de illicitè acquisitis, quia aut in talibus transfertur dominium,aut nōn,si non trāsfertur sicut in rapina & furto.tunc est conclusio.quod cum tale restituendum sit,de tali non potest fieri eleemosyna. Ista conclusio est Augustin.ad macedonium dicentis. qui contra ius societatis humanæ furtis, vel rapinis,calumnijs,oppressionibus,inuasionibus,aliqua abstulerit reddenda potius, quam donanda censemus zachei exemplo publicani Lucæ. 19. Si vero transfertur dominium, & tunc vel competit repetitio de talibus ei à quo quis lucratus est secundum aliquod ius, vt in vsura accidit,in qua vt quidam dicunt dominium transfertur, & tunc est conclusio.quod de talibus illicitè acquisitis nō potest fieri eleemosyna.Si autem non competit danti repetitio propter turpitudinem sceleris ex parte dātis sicut in simonia accidit,tunc est conclusio quòd tale illicitè acquisitum nō potest retineri, sed debet de eo ad loca determinata, secundum dispositionem iuris in pias causas largiri.sicut diximus supra. Si verò non competat repetitio à quo q̃, sicut est in meretricio lenocinio,& in histrionatu,ac aleatu pōt fieri de tali eleemosyna.de quo in glo.in c.ex trāsmissa.de decimis.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur.quod litera præsens intelligitur de illis illicitè acquisitis in quibus competit repetitio.quod non est in præsenti.¶Ad secundam respondetur dupliciter. Primò, quòd inquantum res data simoniacè transijt in dominium accipiētis, talis res cum in pauperes erogat accipiens,quasi de sua substātia erogat,sicut & de meretricibus,& lenonibus, & aleatoribus communiter dicitur. ¶Secundò respondetur. quod de huiusmodi illicitè acquisitis non possit fieri eleemosyna ꝓpria aut.potest tamen dispēsatione aut iuris, aut superioris fieri eleemosyna.iuxta superius dicta. ¶Ad tertiam respondet. quòd aliter loquendum est de oblatione & de eleemosyna. Nam dicti sanctus Thom.& Alber.licet de talibus lucris nō debeat fieri oblatio ad altare,ꝓræcipuè manifestè ꝓpter scandalum & reuerētiam sanctorum,& sceleris abominationem, non tamen hæ causæ prohibent quin ex eis posset fieri eleemosyna.Lege te.¶[Non est putanda eleemosyna].vitæ æternæ meritoria.Hugu.[quod ex illicitis rebus]id est ex illicitè acquisitis

Bernard.
Goffredus
Hostien.
Innocen.
Quæstio.
Respōdet.
Bernar.
Guilie.
Quæstio.
Respōdet.
Vbertus.
Vlrichus.
Alexander de halis.
Albericus
S. Thom.
August.
Ad primū arg.
Ad secūdū
Ad tertiū.
Sa. Thom.
Albertus.
Exponit literam.

acquisitis.hoc verum est:vbi non transfertur dominium.sed vbi transfertur potest licitè tūc inde fieri eleemosyna. authoritates quæ prohibent eleemosynas de illicitè acquisitis, intelligendæ sunt in eo casu,vbi non trāsfertur dominium. vel sic soluitur dupliciter.Non debet quis facere eleemosynam de illicitè acquisitis.i.non debet quis hac intentione illicitè acquirere, vt inde eleemosynas faciat.& hæc expositio ex hoc.ca.habetur.vel secundo sic.[Non debet quis &c.[i.non debet quis credere, ꝙ peccatum illicitè acquirendo cōmissum expietur, & remittatur,si inde fecerit eleemosynā, nisi de illo peccato digne conteratur & pœniteat. Et his duobus modis exponit Hug.literam præsentem. Vnde sequitur pro prima expositione qui hac intentione &c.bene secundum opinionē non profecit mercedi æternæ ad retributionem æternam consequendam. Hoc est verum,si ea intentione illa pecunia est simoniacè accepta,vt hinc inde fierent.Hu.in pecunia tamē simoniacè accepta non transfertur dominium,vel transfertur in odiū criminis prohibetur acceptor inde facere eleemosynam. vt dicit Hug.¶ Nos verò.s.diximus,ꝙ eam nec qui dat:nec qui accepit simoniacè potest eam retinere. quia contra iustitiam vnus dedit & contra iustitiam alter accepit, idcirco vterq; iuste tali pecunia priuatur,quare sicut dictum est,est ecclesiæ restituenda,in cuius iniuriam recepta est.aut pauperibus erogāda.[Ne ergo.]secunda pars.[scriptura.]Prouer.21.]Hosti. impiorum &c.]impij aliquando offerūt quod pauperibus abstulerunt,& restituere tenentur, vt quæ acquisierūt ex scelere rapinæ furti, vel vsuræ,& tales hostias abominatur dominus.qa tales immolant dolosè sanguinem alienū. Vnde sunt viri sanguinum.psa.5.Virum sanguinum & dolosum abominatur dominus.quorum sacrificium & oblationem non vult Deus.vt dicitur Psa.31.Et talium sacrificium & oblationem abominatur dominus Esa.primo.quia manus eorū plenæ sunt sanguine.Dum sanguinem pauperum quos spoliāt sugunt.vnde Ecclе,34.dicitur dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum.ex scelere tamē meretricij
3 pretium iustè acquiritur quamuis ex illicito concubitu. †Vnde meretrix [a] de tali lucro(sicut diximus supra)potest facere eleemosynam prohibetur tamē sacrificium aut oblationem offerre Deo de lucro meretrici. Deut.24. Non offeres mercedem prostibuli in domum Dei tui.& hoc vt.s.diximus. Tū propter scandalum.Tum reuerentiam sanctorum[irritat].i. prouocat.Archi.[Scriptum est]Prouer.3. in nostra translatione habetur.Honora dominum de tua substantia.quasi diceret de non aliena.Sed Gregorius sequitur aliam,cum ait[de iustis laboribus].i.de rebus iusto labore & licitè acquisitis Hu.non remouet tamen quin & de alijs possit Deum honorare Hug. [Hinc quoq; per Salomonem]salua reuerētia beati Gregorij ne per salomonem,sed per Iesum filium Syrach. qui librum ecclesiasticum fecit ecclesiastici.34.Hæc scripta sunt. [Idem est ac si victimet]licet non tantum peccet.Hu.[In conspectu patris carnalis].Sic qui aufert pauperi, & offert Deo videtur illum interficere in cōspectu Dei patris. vt. 12.q.2.q Christi. & 13.q.2.qui oblationes.& 14.q.5.immorans. Aliud est propter peccatum eleemosynas facere,quod faciēdum. crimina .n.eleemosynis redimuntur.de pen.di.1.medicina. & Dan.4. peccata tua eleemosynis redime. Et aliud propter eleemosynas faciendas peccata perpetrare quod non est faciendum,sed omnino fugiendum.Non.n.causa peitatis facienda est iniquitas,nec obtentu alicuius boni faciendum est malum.vt.14.q.
4 5.fortè.& 22.q.2.primum.¶ Sed hic surgit quæstio. †Nūqd licitè quis possit furari siue capere aliena,vt faciat eleemosynam extremam necessitatem patienti.Ad hoc respōdetur. ꝙ vbi aliunde haberi non posset,licentia domini rei posset quis in tali casu capere vndecunq; posset & dare necessitatem patienti.Et ratio potest assignari iuxta sanctum Thom. in 2.2. q.32.artic.7.quia in casu extremæ necessitatis omnia sunt cōmunia.vnde licet ei qui talem necessitatem patitur accipere de alieno ad sui sustentationem, si non inueniat qui sibi dare velit.Et eadē ratione licet habere aliquid de alieno. & de hoc etiam eleemosynam dare,quinimo & accipere si aliter subuenire non posset necessitatem patiēti,nec prouidet sibi de alieno.quia necessitas talis omnia facit communia. vnde nec ad
5 restitutionem tenetur.†Et idem dicendum est de eo,qui nihil haberet nisi alienum siue iniustè acquisitum: talis enim deberet pauperi in vltima necessitate existēti prouidere, nec ad restitutionem tenetur.quoniam vt dicit Alber.magnus. in 4.d. 15.talis à debito est simpliciter absolutus per ius naturæ, qđ ea quæ sunt creatoris facit esse debita pauperi in tali necessita

[a] ¶ Meretrix. quæ dicatur meretrix vide Pe. de Anc.in ca. iter opera. n.5.de spō sa.& an teneatur soluere decimā de acquisitis ex lucro meretricario idē.in c.ex trāsmissa. n.5.de de. No. cōtra Gregoriū.

Quæstio.

Respōdet.

S.Thom.

Alber.ma.

te.[Quisquis.]tertia pars.[Ad elationis pompā.]quod si esset quantumcunque esset sufficiens non deberet accedere. vt.1. q.6.sicut is.Hugu.& Archi.[Honore.]nota verbum.sic. 8.q. 1.illud.Archidi.[metiatur.]sic.49. distinct.§.1.in fi.[Impar.] Nam & si est impar & suscipit ambitiosus præsumitur. vt distincti.61.miramur.in.fin.Hug.[sufficere]de hoc no.ij. cap. si quis neque.in gloss.1.[Accedat]dicit Grego.in pastora.cap.9. iuxta fin.virtutibus pollens coactus ad regimen veniat virtutibus vacuus nec coactus accedat.ad hoc.8.quæstio.1.illud.in fin. Archidiaconus. Grego.

1 *Simoniaca hæresis quod fuerit prima in ecclesia an sit verum.*
2 *Sacerdotes debent populum orationis clypeo premunire contra hostiles incursus.*


Fertur. Hoc.c.est beati Greg.scribētis Theoderico & Theodeberto regibus francorum.In quo notat eos, ꝙ in regno eorū plurimū dominaretur simoniaca hæresis. Et potest diuidi.cap.in 4.partes. In prima parte narrat factū,siue excessum huius criminis in regno eorum.In secunda assignat rationes propter quas ipsi reges deberēt præbere auxilium ad eradicandum pestem prædictam. In tertia ostendit, ꝙ culpa in prælatis & sacerdotibus in malū regni retorquetur.& vbi creditur sacerdotum orationibus ad iuuari,potius malorū promotionibus aggrauatur.In 4.ostendit, ꝙ tales apud Deum habent intercessores,qui ad se prouocant iram Dei,quem placare deberent.secunda ibi, cum sacerdotibus.tertia ibi,& post pauca.quarta ibi vulnerato.Lege te. ¶ [Fertur.prima pars hæresis.]Qualiter autem simonia dicatur hæresis supra enucleauimus tam iuxta.ca.presbite.quam circa.c.eos.[Prima]¶ Pro pleniori intelligentia huius verbi,
1 quia pluries repetitur in ista quæstione.† Quæritur vtrum verum sit, ꝙ simoniaca hæresis fuerit prima hæresis in ecclesia. Et videtur ꝙ non ex.ca.prima. quod est Augu. & habetur de conse.dist.2.vbi dicit Aug.prima hæresis in discipulis Christi velut ad duritiam sermonis eius facta est.Cum.n.diceret.Nisi quis manducanerit &c.Illi non intelligentes dixerunt ad inuicem. Durus est sermo iste.quis.n.pōt audire eum.Io.6.quasi dicerent,vt exponit Nicolaus de lyra blasphemia est. ¶ In oppositum videtur hic Grego. & s.in ca.cum liqueat. ¶ Respondeo,licet in præfato.c.cum liqueat.dixerimus iuxta Hu. quomodo intelligendum esset ꝙ foret prima ante omnes hęreses. Nihilominus volentes hanc quoque subtilius indagari videtur nobis dicendum. ꝙ tex.præsentis.c. non contradicit. c.præfato.prima. ꝙ ostenditur multipliciter. primo ex eo. ꝙ in c.prima dicit ꝙ illa fuerit hæresis prima in discipulis Christi.Simon ver ò magus primus actor huius simoniacę hæresis in nouo testamento non fuit discipulus Christi. ¶ Secundò non cōtradicit,quia hæresis illa fuit prima cōtra corpus Christi verū.Ista verò prima contra corpus Christi mysticū.vnde notāter dicit Greg. ꝙ simonia fuerit prima cōtra Dei ecclesiā.¶ Tertiò non contradicit,quia illa fuit prima Christo per se immediate ecclesiam gubernante.Hæc vero fuit prima,ipso per vicarium Petrum post eius ascensionem ecclesiam regente.vnde ait.zelo apostolicæ vltionis percussa & damnata. ¶ Quartò non contradicit.iuxta sententiam domini Guidonis episcopi eluen.hæresis iuxta Isidorum dicitur à diuisione prout quis se secat & diuidit ab aliquo.Discipuli autem qui se separauerunt à Christo,de quib. Io.6.intelligūtur se à Christo separasse,non mente per fidem,sed tantum corpore.quia vt dicit Augu.super Io.Homi.25.illi nunquam coniuncti fuerūt Christo per fidem,qui non crediderunt ei,nec sermoni eius. Erant enim de numero eorum quibus ipse ait. Quæritis me: non propter me,scilicet vt in me credatis,sed qa saturati estis Ista ergo fuit prima discipulorum diuisio,quæ dicitur hęresis à diuisione non fidei,quam ipsum non habuerunt,sed à diuisione discipulatus.¶ Simon verò magus post susceptum baptismum fidei sacramentum,æstimans cōtra fidem spiritum sanctum pecunia possideri,diuisus est non solum à collegio fidelium, sed etiam à fide recta. & quo ad hoc dicitur prima hæresis in ecclesia.Hugu.vero exponit prima tempore,post ascensionem Christi.vel prima, id est præcipua super omnes hæreses:omnino sic exponas hic prima, sicut supra.c.cum liqueat.est expositum,inquit Hugu.& Archi.[supplātatione] .i.suggestione[in ipso ortu].i.in ipsa origine. Hug. salubriter enim occurrendum est,vt quam totius potest hæresis ne pullulet damnetur.Vnde Hier.de Arrij hæresi dicit. ꝙ quia modica scintilla in Alexandria mox extincta non fuit, fere totum

Diuisio.

Exponit literam.

Quęstio.

Nicolaus de lyra. opponit & Respōde.

Guido. Isidorus.

Auguft.

Hierony.

mundum incendit. quia ſecundum philoſophum paruus error in princ. magnus fit in fine. [zelo apoſtolicę vltionis] ideſt à beato Petro damnata eſt. Act. 8. cum Simoni mago ait. pecunia tua in perditione. [cum in] ſecunda pars. [fides.] prima ratio. Quia enim ad Ro. 1. dicitur Iuſtus ex fide viuit. & ad Hebreo. 11. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Ideo in ſacerdotibus eſt fides maximè eligenda, & cum fide debent habere vitæ meritũ per opera charitatis, quia vt dicit Apoſtolus: 1. ad Corin. 13. Si fidem habuero, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt, quia fides ſine operibus mortua eſt Iacobi. 2. [Quæ. n. opera.] profectò non bona, non viua, nõ digna vita æterna, ſed dãnatione æterna [quæ tanti &c. per primum]. i. per pecuniam. [poſt pauca.] tertia pars. Oſtendit, ꝙ culpa ſacerdotum retorqueatur in malum regni. quia peſtis ſimoniaca non ſolum ordinatori & ordinato eſt nociua, cum animabus illorum infligat letale vulnus, verum ẽt inceſsionibus quibus adiuuari debuerat apud Deum, non adiuuatur, ſed prægrauatur. Tum quia indignis ſacerdotibus regnũ repletur. Tum quia vbi ſimonia viget, nullus dignus ordinatur. quia nemo dignus qui vult per pecuniã ordinari cum ex hoc efficiatur indignus. [Si enim is] aſsignat rationes quomodo prægrauatur regnũ ex peccato ſimoniæ. prima quia ſi ꝓmotio ad eccleſiaſticas dignitates pretio tribuatur, iam non ſufficiẽter non melior, nõ dignior ſed ditior, quamuis indignior ſublimatur, & non qui plus poſsit proficere, ſed qui magis poterit ſoluere, & ſic non virtus, nõ induſtria ſed pecunia omnes honores poſsidebit. quod eſt grauiſsimũ malum in republica. [Et dum vitia]. Alia ratio eſt, quia turpe eſt, quòd qui ex vitio debet puniri, honore ſublimetur. hoc. n. eſt iniuſtum, vt qui proprijs peccatis venit vlciſcendus. i. pœnæ ſubijciendus ſublimetur ad alios. Prætereà cum honor ſit præmium virtutis. 1. Ethic. malè & turpiter præſtatur vitioſo Prouerb. 26. Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ſic qui tribuit inſipienti. i. vitioſo honorem, quia pro honore & benedictione reddat cõtumeliam. Eccl. 29. [Atque.] Hinc ſequitur. [bene.] quia ſacerdotes ſic ſublimati per ſimoniam non proficere, ſed perire iudicantur. Tum quia oues non curant, ſed malo exemplo inficiunt. Tum quia plus appetunt implere burſas, quam ſanare animas. Tum quia ſi videantͣ proficere ex ſublimationis ſupercilio, pereunt tamen ſuo vitio. [Vulnerato.] quarta pars. [quo modo orationis clypeo.] fortis ratio.

a ¶ Sacerdotum. Adde Pe. de Anc. c. 1. n. 9. de cele. mi.

2 †Sacerdotum a. n. eſt contra hoſtiles incurſus orationum clypeo populũ præmunire. Orabat Moyſes & vincebantur hoſtes. Exod. 17. Sed ſimoniacus iaculis diaboli iacet vulneratus, non poteſt ſyncere clamare ad dominum, nec manus leuare in cœlum, cuius orationes dominus non exaudit, quia manus eius ſanguine plenę ſunt. [Si enim ſimoniacis dominus ait] Eſa. 1. Cum enim multiplicaueritis orationes veſtras, non exaudiã eas. quia manus veſtrę plenę ſanguine ſunt. [Aut qualem] Item in deteſtationem ſimoniæ ait. [Aut qualẽ fructum] ſimoniaci non poſſunt facere bonum fructum quia habent infectam radicem. quia per ſimoniacum morbum ſacerdotium vſurparunt. Oſeæ. 9. Radix eorum exſiccata eſt. i. ſine humore gratiæ [maior ergo]. Concludit ergo ex dictis ſimoniacos non tolerandos eſſe, quorum vita Deũ non placat, ſed prouocat. vnde non ſunt apud Deum idonei interceſſores, quos Deus odit dicente Gregorio, & habetur in capi. in grauibus. 3. q. 6. cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora ꝓuocatur. Eis enim dominus ait. Maledicam benedictionibus veſtris. Malachiæ. 2. Bene ergo dicitͣ hic, ꝙ maior metuẽda eſt in illis locis calamitas. Sæpe enim pro crimine vnius, alij innocentes puniuntur, & flagellantur. 6. q. 1. ex merito. Hugu. & Archi. [prouocent] vt. j. 2. q. 7. in grauibus. & infra. e. q. ipſi ſacerdotes.


Gregorius

Cum ergo. §. eſt vbi Gratianus ex præmiſsis colligit, & infert. ꝙ merito ſimonia ſit celeriter extirpanda vbicunque regnare inueniatur cum ſecundum Leonem in c. principatus. non bono peragatur exitu, & ſecundum Grego. ſ. e. in c. cum Paulus. nulli boni operis ſequatur ædificium, nec eſt putanda eleemoſyna &c. ſ. e. non eſt vulnerato &c. & de infecta &c. & cũ maior. quæ tria in proximo. c. præcedenti. dicunt ergo, quis ergo. quaſi diceret nullus.

1 *Phutiphar qui emit Ioſeph ab Hiſmaelitis quomodo dicatur eunuchus.*

2 *Ignis ſacrificij quis dicebatur.*

3 *Nephar interpretatur purificatio.*



Sicut eunuchus. Subiũgit magiſter Gratianus in deteſtationem ſimoniæ hoc. c. beati Augu. ſuper Gen. in quo duobus exemplis demonſtratur per Augu. ſimoniacorum ſacramenta vacua eſſe defectu diuinæ gratiæ. ſcilicet de venditione Ioſeph, & de igne ſacrificij. Et põt diuidi in duas partes. ſecũdum duo exempla, quæ inducit. Et quælibet pars poteſt diuidi, quia primo ponit exemplum. Secũdò arguit ſimilitudinariè ex illo, partes patent. ſequitur tex. Diuiſio. ¶ [Sicut eunuchus]. Dicit ꝙ venditio Ioſeph figura eſt ſimoniaci, quia ſicut ille qui Ioſeph emit erat eunuchus virilibus priuatus, ſic qui per ſimoniam ordinat vel ordinatur deſiccatus eſt ab omni humore gratiæ, vt fructu bonæ operationis careat. quia ſine gratia nõ eſt bona operatio fructuoſa. vt patet ad Rom. 7. Exponit literam.

1 ¶ Sed ſurgit hic quæſtio. † quomodo iſte phutifar qui emit Ioſeph ab hiſmaelitis dicatur hic eunuchus, cum legatur habuiſſe vxorem filiam Pharaonis, & ex ea accepiſſe filiam Aſenech, quam Pharao dedit Ioſeph in vxorem. Quæſtio. Ad hoc multiplex eſt reſponſio. quidam dicunt, ꝙ phutiphar poſt habitam vxorem & filiam caſtratus eſt, cum factus eſſet pontifex eliopolis. i. ciuitatis ſolis, vbi nullus ſacerdos erat niſi caſtratus. Prima op. ¶ Alij dicunt vt Hebrei, ſicut tangit magiſter hiſtoriarum ꝙ phutiphar videns Ioſeph elegantem, emit eum ad hoc vt ei commiſceretur. ſed dominus cuſtodiens Ioſeph, illum adeo infrigidauit, quod deinde fuit impotens coire, quaſi eſſet eunuchus. ſed iſta reſponſio non videtur concordare literæ Augu. quia Aug. dicit. ꝙ eunuchus fuit, qui comparauit Ioſeph. ergo ante erat eunuchus. & non poſt emptionẽ factus. Secũda op. ¶ Tertiò reſpondent alij, ꝙ eunuchus dictus ſit ab officio non ab effectu. Officium enim eunuchorum erat cuſtodire bona, & & res dominorum. Hic autem cuſtos fuit omnium bonorũ Pharaonis. & inde dictus eſt eunuchus, licet non fuit caſtratꝰ. Tertia op. Sed nec iſta reſponſio conſonat literæ Aug. qui dicit ſiccis genitalibus. vnde nobis magis placet prima reſponſio. [Comparauit.] non à fratribus, ſed ab hiſmaelitis, qui eum à fratribus emerant [gratia ſpiritus ſancti. mercatur]. i. vendidit, vel emit ſemen boni operis. [viuum]. i. viuificans, & hominem dignũ vita æterna conſtituens. Hugo. & Archidia. [genitalibus ſiccis.] Reſpicit ad metaphoram de eunucho. appellat ergo genitalia illa, ex quibus procedunt bona opera. vt eſt fides, ſpes, charitas, iuſtitia, & cæteræ virtutes, quæ omnes in talibꝰ ſunt ſiccæ. i. deſiccatæ & mortificatę. & ſi quæ ex eis ſunt ſine humore gratiæ, & ſic ex eis generentur aliqua opera, illa nõ ſunt viua, nec æternæ vitæ meritoria. [Sic quoque] ſecundũ exemplum.

2 ¶ Pro intelligentia huius exempli eſt notãdum † quod ignis ſacrificij dicebatur qui in prima vice qua Aaron ſacrificauit poſt conſecrationem ſuam ſemel celitus miſſus, poſtea nutritus eſt ad conſumẽda ſacrificia, nec licebat alium ignem apponi in ſacrificijs. Vnde filij Aaron Nadab & abiu, quia impoſuerunt ignem alienum deſuper incenſum egreſſo igne à domino de ſublimi extincti ſunt. vt patet Leui. 10. & de pœn. diſt. 3. §. ſiue autem. & ſeruatus eſt ille ignis perpetuus vſque ad tranſmigrationem Babylonis, tũc Hieremias cum quibuſdam alijs illum ignem acceptum de altari in valle Ioſaphat in quodam puteo occultè abſcondit, ita vt omnibus ignotus eſſet locus. poſtea verò reædificata ciuitate poſt. 80. annos captiuitatis cum menſis vnus inſtaret qui fere totus eſt ſolemnis apud eos. vt. 1. Eſdr. Neemias percepit quod non haberent ignem de ſublimi. i. datum Deo. & traditum eſt ei per relationem à ſenioribus, quod Hieremias in diebus captiuitatis abſconderat ſtipites altaris & prunas in inferioribus terræ in valle Ioſaphat. Cumque veniſſent ad locum emundauerunt puteum, & inuenerunt ſtipites, prunas, & aquam craſſam, & tollentes ea ſuper ſtruem lignorum, & hoſtias quæ erãt ſuper altare proiecerunt, & erupit ignis, & appellauit Neemias hũc

E

3 diem † nephar. quod interpretatur purificatio, & hic ignis, vt dicit Auguſ. qui. 70. annis captiuitatis Babylonicæ vix erat extinctus eſt Antiocho vendente ſacerdotium. Auguſt. Nam procedente tempore cum rex Antiochus ſuſcepiſſet regnum Syriæ & dominaretur Iudæis Iaſon obtulit ei. 40. talenta argenti, & accepit ab eo ſummi ſacerdotij principatum. 2. Machab. 4. & continuo ignis ſacrificij extinctus eſt. [quod ſignificauit.] Explanat quid ſignificat figura illa. [ignem]. i. gratiam ſacramentalem. vel executionem vel charitatem. Hug. [in ſimoniacis] à. i. ſimoniacis vel ſimoniace cœlatis. Hu.

Quid in his. §. eſt. in quo magiſter Gratianus colligit, & infert ex præmiſsis quid beatus Augu. ex illis duobus exemplis, ſcilicet eunuchi, & ignis ſacrificij ſequatur

ficij sequatur.videlicet quod sacramenta simoniacorũ in forma tamen ecclesiæ tradita sint vera sacramenta, & quantum ad effectum primum qui est character, in his quæ characterẽ imprimunt.[Inania tamen & falsa sunt quãtum ad effectum] scilicet, quo ad gratiam sacramentalem & quo ad executionem,quod tamen intelligendum est de his quæ ex certa sciẽtia & in contemptum ecclesiæ à simoniacis aut hæreticis sacramenta suscipiunt.

Sed obijcitur. §.est.in præcedenti.§.Gratianus dixerat sacramenta simoniacorum sicut & hæreticorum vera esse,quantum ad formam, inania verò & falsa quantum ad effectum.Nunc verò obijcit hæc.capi. vsque ad.capit.etiam corde tardiores. Incipit ergo.hic.5.pars huius quæstionis.In qua secundum Archid.vult probare, qđ à malis ministris possunt sacramenta conferri cum effectu gratiæ,dummodo non sit obex in suscipiente, & hoc probat per.18.authoritates secundum Io.de fan. dicit tamẽ hic Hu. quod magister Gratianus multa hic prolixe nimis, & inordinate interserit de sacramentis hæreticorum.quod verum est. quoniam sicut sæpe diximus Gratianus in multis fuit superfluus in colligendo,& in ordinando minus sapiens.

Archid.

Io. de fanẽ

1 *Sacramenta per malos ministros ministrata an conferant gratiæ effectum suscipientibus illa.*

2 *Sacramentum ministratum à malo ministro, qui est malus inquantum minister,non dicitur verum.*

3 *Minister malus malitia moris potest conferre,& confert verũ sacramentum.& nume.4.*

5 *Agens dicitur duplex scilicet principale,& ministeriale.*

6 *Actio corporis dicitur duplex.*

7 *Debitum esse aliquod in sacramento dicitur dupliciter.*

Si fuerit iustus. Inducit in primis hoc.cap. quod est August. super Io. Homil.5. quod diuiditur in duas partes. In prima parte ponit,quòd sacramenta à quibuscunque sint collata in forma ecclesiæ,etiam per malum ministrum nõ maculantur.In secunda inducit ad hoc similitudinem de carnali. secunda ibi,quia per illum &c. ¶Pro pleniori intelligẽtia huius partis præter disputata in 4.distinct.de conse.circa.cap.ba

Diuisio.

Quæstio.

1 malus quæritur.†Vtrum sacramenta per malos ministros ministrata gratiæ effectum conferant suscipientibus illa.Et videtur quod non sic.Mali cum sint immundi, non possunt alios mundare secundum illud eccle.34. ab immundo quis mundabitur.ergo videtur quòd mali ministri per sacramẽta quæ ministrant non conferant effectum gratiæ, quæ culpas emũdet. ¶Secundò sic,tales mali gratiam non habent. ergo videtur ꝙ eam conferre non possunt,quia nemo dat quod non habet.§. e.q.c.qui perfectionẽ spiritus sancti. ergo videtur quod sacramenta per malos ministros collata gratiam conferre non possunt.¶Tertiò sic.tota virtus sacramentorũ deriuatur à Christo.sed mali sunt præscisi à Christo,cum non habeant charitatem,per quam membra capiti vniuntur secundum illud.1. Ioan.4.Qui manet in charitate in Deo manet,& Deus in eo. ergo videt quod per malos sacramenta conferri non possunt. ¶Quartò confirmando rationem factam in naturis sic est,ꝙ membrum aridum non habet actum in corpore, nec membrum putridum.Cum ergo mali sint in ecclesia sicut mẽbra putrida,sequitur ꝙ nullum actum habebũt in corpore Christi mystico.& per consequens per eos sacramenta conferri nõ poterunt.¶Quintò.si desit aliquid quod debitum est esse in sacramentis,non perficitur sacramentum, sicut si desit debita forma vel materia.sed debitus minister sacramẽti est ille, qui caret macula peccati.ꝯm illud.Leu.21.Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculã non offeret panes Deo tuo. ergo videtur ꝙ si minister sit malus,nihil efficiat in sacramento.¶In oppositũ est.c.præsens & multa sequentia. ¶Respõde.videnda sunt hic duo.primũ est vtrum mali ministri possint conferre vera sacramenta.ꝯm est vtrum conferant rem sacramenti dato ꝙ conferant vera sacramenta. Quãtum ad primum est sciendum iuxta dominum Durãdum,ꝙ differt esse bonum hominem bonitate moris,quæ est bonitas de qua cõmuniter loquuntur hoĩes.& esse bonũ artificem,quæ est bonitas ꝯm quid & cum additione.Aliquis.n. est bonus artifex, puta faber,qui non est bonus simpliciter, & econuerso.aliqs est bonus simpliciter qui nõ est bonus faber,sed malus.Hę.n. bonitates ꝑ accidens se habẽt ad inuicẽ,ita ꝙ non licet ex diuisis inferre coniunctum,vel ex coniunctis diuisum,vt si dicatur iste est bonus,& est faber.ergo est bonus faber.sed est fallacia accidentis omo.hic est de bonitate ministri in quantũ est minister,& de bonitate hoĩs quæ est bonitas simpliciter.Loquendo ergo de bonitate ministri inquantum minister est,sit

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Quĩtũ ar.

Opponit & Respõdet.

Durãdus

2 ista conclusio† ꝙ à malo ministro:(qui est malus inquantũ minister)non est verum sacramentum.Ista conclusio probat̃ sic. Nullus est malus minister,nisi sit defectuosus in his quæ pertinent ad suum ministerium,sed defectus eorum quæ requiruntur ad ministerium euacuat sacramẽtum. ergo à malo ministro inquantum hmõi non potest conferri verum sacramentum.maior patet.quia cũ malum sit priuatio & defectus alicuius rei debitę,non potest esse malus minister, nisi cui deficit aliquid pertinens ad suum ministerium.minor probatur,quia ad ministerium cuiuscunq; artis non concurrunt in gñali ex parte ministri nisi tria.s.posse:scire,& velle, seu intendere. ergo non est malus minister, nisi qui est defectuosus in aliquo istorum sed quocunq; istorum deficiente nullũ est sacramentum.quia si omnino nescit baptizarẽ, quia ignorat formã baptismi aut non intendit facere,quod facit ecclesia, aut nõ põt proferre verba,quia mutus,aut ẽt immergere, quia mancus, nihil fit.ergo à malo ministro,qui est malus in quãtum minister non potest conferri verus baptismus nec aliud sacramentum,quod fuit conclusio.Hoc autem intelligendum est qñ est malus defectuosus simpliciter, siue omnino in his quæ requiruntur de necessitate ad suum ministerium,quia si fuerit in talibus defectuosus,non simpliciter,sed ꝯm quid. vtpote quia nescit ita bene sicut alius,ꝙ est melior clericus, vel magis expertus,vel nõ potest ita bene proferre verba,quia blesus, vel quia linguę latinę ignarus,sicut ille de quo de conse.di.4. retulerũt.qui dicebat baptizo te.In nomine patrias &c.Nihilominus esset verum sacramentum,quia defectus ꝯm quid nõ tollit effectum simpliciter.Est tñ hic aduertendum vt nota.dñs Pet.de palude.in 4.di.5.ꝙ licet in ministro respectu sacramẽti baptismi nõ requiratur vt dictũ est,nisi velle, scire, & posse, facti,respectu tamen aliorũ sacramentorũ scire velle & posse non solum facti,imo etiam iuris sicut ad conficiendum & ordinandum non solum sufficit,ꝙ sciat,& velit, & possit verba proferre.sed ꝙ receperit illa quæ sunt de essentia sacramenti ordinis & consecrationis episcopalis.Ita ꝙ si aliquid de essentialibus desit,nihil agit.Si autem aliquod eorum quæ sunt accidentalia,puta quæ non sunt de necessitate sacramenti, sed pręcepti,sine illis quidem confert sacramentum,sed malẽ cõfert quantum ad se,nec aliud si sciret deberet recipere. ¶Secun

Prima conclusio.

Petrus de palude.

3 da conclusio:†malus minister malitia moris potest conferre, & confert verum sacramentum. Hæc conclusio concorditer ab oĩbus catholicis tenetur, quæ conclusio probat̃ sic iuxta S. Tho.in 3.parte.q.64.ar.6. Ministri ecclesiæ instrumentaliter operãtur in sacramẽtis,eo ꝙ quodã modo eadẽ est ratio ministri & instrumenti.sed instrumentum non agit ꝯm propriam formam sed ꝯm virtutẽ eius,à quo mouetur. ergo accidit instrumento inquantum instrumentum est,siue indifferens est, qualemcunq; formam vel virtutem habeat præter id, qđ exigitur ad rationem ministri,sicut ꝙ corpus medici (quod est instrm animæ habentis artẽ medicinæ)est indifferens ꝙ sit sanum,vel infirmum, vel fistula per quam transit aqua indifferens est,ꝙ sit argentea,vel plumbea,aut lapidea. ergo non requiritur necessario ꝙ ministri ecclesiæ sint boni vel mali moraliter.¶Secundò probatur eadem conclusio iuxta dñm Durandum.Illud quod consistit ex opere operato, non vitiatur ex demerito operantis.,sed sacramẽta cõsistunt in opere operato.ergo non vitiatur ex malitia ministri operantis dummodo concurrãt quæ sunt de necessitate operis. Et hoc est quod dicit Augu.in præsenti.c.vbi dicit.[qui vero superbus] i. malus minister fuerit cum zabulo computabitur. sed non contaminabitur donum Christi. quia per illum purus fluuius tran

Secunda conclusio

S. Thom.

Durãdus.

4 sit &c.¶Circa ꝯm articulũ sit ista conclusio.†ꝙ ministri mali malitia morali obseruantes formã & intẽtionẽ ecclesiæ,nõ solum verum sacramentum, sed etiam rem siue effectum principalem sacramenti conferunt,nisi sit obex ex parte recipientis.Ista conclusio licet satis pateat tam ex præsenti litera, quã ex conclusione suprapositaj nihilominus sic probatur siue de

Secundus articul.

5 claratur iuxta.S.Tho.in 4.dis.5.†Pro quo notatur, ꝙ duplex est agens,vnum principale & aliud ministeriale.Agens principale cum agat sibi simile,oportet ꝙ habeat formam,quam inducit per suam actionem in agentibus vniuocis.Sed agens instrumentale nõ oportet ꝙ habeat formam, quam inducit vt disponentem ipsum sed solum per modum intentionis,sicut de forma scamni in serra patet.Agens ante principale in sacramẽtis est ipse Deus per authoritatẽ.& ipse Christus ꝯm quod

Tertia cõclusio.

S. Thom.

homo, cuius meritum operatur in sacramentis, & ex plenitudine diuinæ bonitatis & gratiæ Christi peruenit gratia ad suscipientem sacramentum. Minister verò est tm̃ sicut agens instrumentale. ergo non refert ad rem sacramenti percipiēdam, vtrum ipse habeat gratiam vel non, cum sacramenta sint ex se sufficientia eam conferre. vnde Aug. cum baptizat malus, id quod datum est vnum est, nec impar propter impares ministros. sed boni baptizando conferunt sacramētum & rem sacramenti: ergo & mali. Et ita patet de secundo articulo. ¶ Ad rationes. in prin. dicendum est. Ad primā respondetur negando consequentiā. Et rō est iuxta. S. Tho. & Alexandrū, & alios doctores. quia sacramenta ipsa non habent virtutem mūdandi à ministro. sed à Christo sancto sanctorum actio etiam ꝯm philosophum non attribuitur instrumento propriè, sed principali agenti, Vnde propriè & per se loquendo iste malus non est qui mundat suscipientem sacramētū, sed Christus de quo dr̃ Io. 1. Hic est qui baptizat. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis. rō. n. procedit. quia præsupponitur in arguméto, ꝙ minister hoīes accedentes ad sacramentum mūdet à peccatis aut gratiam conferat sua virtute, quod nō est verum. sed hoc facit Christus. Et ideo non procedit ratio. vel dicendū secundo. ꝙ licet minister malus dispensando sacramēta non habeat gratiam per modum dispositionis, habet tñ gratiam per modum intentionis, sicut serra habet formam scāni cum mouetur ab artifice. ad faciendum scānum. iuxta modum. S. Tho. in præhabitis. ¶ Ad tertiam rñdetur negando consequentiā. Et ratio est. qm̃ mali ministri non sunt oīno à Christo separati, si ue seiuncti quin ptāte ei cōiuncti sint. Licet. n. Deo non vniātur per charitatem, vt ab eo vitam recipiant, sunt tñ ei coniuncti per quandam motionem in ipsa dispensatione sacramentorum, pōt autem aliquis operari per instr̃m carens vita, & à se separatum quantum ad corporis vnionem dum tñ sit con iunctum per quandā motionem. Aliter. n. operatur artifex ꝑ manum & aliter per securim. Sic ergo Christus operatur in sacramentis, & per malos tanq̄ per instr̃a carentia vita. & per bonos tanq̄ per membra viuentia. ¶ Ad quartam respōdetur. ꝙ mēbra arida aliq̄ actionē possunt habere in corpore ecclesiæ.

6 Pro quo notandum iuxta S. Tho. in 4. † ꝙ duplex est actio corporis. Vna intranea sicut viuere, & sentire & huiusmodi. & tali actione non participat membrum aridum. & similiter nec hō malus participat actione virtutū, quæ huic proportionat̃. Alia est actio ad extra, & talis actio bene potest fieri per membrum aridum sicut percutere quod etiam in re oīno in animata fit vt baculo, & huic proportionabiliter respōdet ministratio sacramentorum. ¶ Ad quintā respōdetur. ꝙ assumptū est verū, si desit quod est debitum inesse sacramentis debito necessitatis, cuiusmodi non est minister bonus. Pro quo notan

7 dum iuxta S. Th. in tertia parte. & in 4. scripto † ꝙ aliquod est debitum esse in sacramento dupliciter. vno modo sicut existens de necessitate sacramenti, quod quidem si desit. non perficitur sacramētum, sicut si desit debita materia & debita forma. Alio modo est aliquid debitū esse in sacramento ꝯm quandam decentiam, & hoc modo est debitū vt ministri sacramētorum sint boni, quod quidem si desit nō minus perficitur sacramentū. Lege te. ¶ [Si fuerit.] Si iustus fuerit minister Christi, erit verax & humilis nō alta sapiens, vt cum Paulo in hoc computari possit, vt quæ agit nō sibi, sed Dei gratiæ adscribat dicens. [Laboraui.] non ego solus sed gratia Dei mecum. 1. ad Cor. 13. [Ego plantaui]. 1. ad Cor. 3. i. ad fidem mea prædicatione conuerti. [Apollo rigauit]. i. baptismo absoluit, vel abluit. [Deus autem.] non ego, non Apollo. [incrementum gratiæ.] & virtutū & remissionem peccatorum. [dedit] interius operando. [qui vero superbus cum zabulo]. i. diabolo. iniustus vero minister qui sua quærit non quæ Iesu Christi, non cū apostolo, sed cum diabolo computatur. quem in superbia imitat̃ cui est rex super omnes filios superbiæ. Iob. 12. [Nō contaminabitur donum Christi. i. sacramentum. qm̃ vt ipse Au. loquit̃ super Io. Homi. 5. à quocūq; detur baptismus siue bono siue malo semper est sacramentum Christi. in quo nisi aliud obsit. s. defectus formæ, aut materiæ sacramenti, vel malitia ex parte suscipientis gratia spiritus sancti confertur. quia baptizat principaliter colūba. [quia per illum purus fluuius]. i. donum Dei. i. ipsum sacramentum vel gratia Dei cum illo & respicit ad sequentem similitudinem. Hu. [fertilem] gratia Dei, Hug. [Scio ꝗa lapis.] ostendit patenter, ꝙ si sacramenta Christi sint rite collata siue à bono siue à malo ministro. non impedit̃ fructus gratiæ. nec fedatur lux diuinæ puritatis, dum nō sit obex in suscipiente. [lapis ex aqua]. i. aqua in lapide. Hug. [sed per lapides &c.] idem de radio solis. vt di. 19. c. 2. [& de lexiuia.] vt di. 33. §. quanquam. Hu. [Areolas]. i. ad spatia terrarum. i. ad cāpos. Hug. & Archi. [Ortus] aqua rigatus. Hug. & Archid. [Virtus] sacramenti ab illuminādis]. i. dignis illuminari. s. bonis & dignis. Hu. & Archi. [Non coinquinatur]. i. nō impeditur malitia ministri, quin cum ipso sacramento conferatur dignis. Hugo. & Archidia.

Margin notes, left column: August. — Ad primū argu. — S. Thom. — Alexāder. — Ad secūdū — Ad tertiū. — Ad quartū — S. Thom. — Ad quintū — S. Thom. — Exponit literam. — August.

EX catholica. Ecclesia. Ad idem subiungitur hoc. c. eiusdem Aug. ad Vincētium donatistam. Breue est. Dicit. n. ꝙ eadē sacramenta Christi habent donatistæ cum catholicis. Communia. n. habent sacramenta, sed in spiritu & vnitatis ac pacis vinculo cum catholicis non conueniunt cum sint extra ecclesiam. Lege te. ¶ [Ex catholica ecclesia sunt sacramēta dominica.] ea. n. Christus in ecclesia catholica instituit, & ꝑ ea ministranda salubriter in vnitate fidei & pacis. vel ex catholica ecclesia sunt &c. i. ab ea procedentia, & ab ea originem habentia, siue in capite, siue in membris. Et ideo non sunt omittenda vbicunq; sunt data tamē in forma ecclesiæ, quia forma & veritas omnium sacramentorum habentur in ecclesia catholica. & hinc est, quod sacramēta quæ à vobis hæreticis donatistis dantur vera sunt quo ad substantiam sacramentorum si sic habetis & datis, scilicet in eadem forma. sicut habebatur priusquam [inde] id est, ecclesia catholica exiretis per hæresim vel sententiam. Hugo. (Exponit literam.)

1 *Sacramentum consistit in duobus corporali elemento & verbo sensibili.*

2 *Esse in ecclesia dicitur aliquis tripliciter.*
Et etiam tribus modis extra ecclesiam. nu. 3.

SIc adest. Ad idem est idem Aug. cōtra donatistas. Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit ꝙ sic Deus assistit sacramentis tribuēdo illis virtutem, quod si informa ecclesiæ dētur, semper sunt vera siue intus siue extra ecclesiam dentur. In secunda ponit similitudinem ibi, sicut. Lege te. ¶ [Sic adest] conferēdo virtutem

1 suam sacramentis & verbis. † Duo. n. sunt ex quibus consistit sacramentum corporale elemētum, & verbum sensibile ꝯm il'ud Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentū. ỹ. eo. detrahe. [per quoslibet]. i. quoscunq;. [recta]. i. rectè. & in forma ecclesiæ tradita & probata. Hu. [sicut] secunda pars. [nihil prosunt] quo ad salutē Hu. & Arch. [intus]. i. in ecclesia [& foris] extra ecclesiam. Intus. n. & foris vera sunt sacramenta licet non semper efficacia. Hu. [nec foris] ergo cōcludit ex dictis beati Aug. [ex patre diabolo est] Io. 8. & sunt illi, qui desideria patris sui diaboli volunt facere [in se vel in quoquam] i. quocunque modo sit intus vel extra. Archi. Notat hic Hu.

2 † ꝙ aliquis dicitur esse in ecclesia tripliciter. primo per charitatis vinculum siue vnionem, quo modo sunt oēs boni & soli. Alio modo pro sacramētorum participatione, & sic sunt omnes boni & mali multi. tertio per fidelium communionē quo modo sunt in ecclesia omnes fideles qui non sunt per anathe-

3 ma præscisi. † Et similiter tribus modis dicitur quis extra ecclesiam catholicam. scilicet qui non habent charitatem, quæ dicitur vinculum ecclesiasticę vnitatis, & hoc modo sunt extra ecclesiam omnes mali, & soli. secundo qui sequestratus est sacramentis ecclesiæ vt publicè pœnitentes, cathecumini, pagani: Iudæi. tertio qui cum fidelibus ecclesiæ participare non debent, vt anathematizati, hæretici, & schismatici.

Margin notes: Diuisio. — Exponit literam. — August. — Archid.

1 *Hæretici an conferant vera sacramenta. & nu. 2.*

SAcramenta. Ad idem sequitur hoc. c. qđ est eiusdem Aug. ad Demetrium in quo dicit ꝙ sacramenti Christi dūmodo non mutētur nec quo ad formam, nec quo ad materiam à quocunque dentur fideli siue infideli, vera semꝑ manen, & q̄tum est ex seipsis efficacia ad salutem. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit quod dictum est, inducit exemplū de Saule. secunda ibi neq; Saul. ¶ Pro pleniori intelligētia huius. c. & aliorum præcedentium & sequentiū dicendum apud hæreticos vera esse sacra, præterea quæ disputauimus. de consec. di. 4. circa. c. hi. & c. q̄ꝰs. 1 Hic quæritur. ¶ Vtrum hæretici vera sacra conferant. Et videtur ꝙ nō. Primō sic. dicit Cyprianus in epistola contra hæreticos. Omnia quæcunq; faciūt hæretici carnalia sunt & inania & falsa. vt nihil eorum quæ illi gesserunt à nobis debeat approbari: ergo &c. ¶ Secundò intētio ministri est necessaria ad sacramenti perfectionē, vt patet sed fides dirigit intentionem vt Aug. dicit contra Iulianum. ergo si

Margin notes: Diuisio. — Quæstio. Primū ar. — Secūdū ar.

crimine,& sine infamia,& sine irregularitate.cum ad alia om nes indifferenter admittantur nisi qñque ratione criminis repellantur.Hu.¶Sed nunc surgunt hic tria dubia circa ista dicta iuristarum. Primum est circa numerum sacramentorum necessitatis quæ ponuntur.5.ꝭm verò theologos tm̄ duo.s.baptismus qui est ad emundationem originalis peccati, & pœnitentia quæ est contra actuale peccatum.De baptismi necessitate dicit Christus.Io.3.nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,non potest introire in regnum Dei.& de pœnitentia dicitur lu.8.Si pœnitentiam non egeritis oẽs simul peribitis.¶Respon.vtrũq; dictum & iuristarum & theologorum bene intellectum est verum distinguẽdo,de necessario prout distinguit S.Th.in 4.di.7.vbi quærens vtrum sacramentũ cõfirmationis sit necessitatis,dicit ꝙ necessariũ est duplex. vno modo dicitur necessarium sine quo aliquis non potest conseruari in esse sicut nutrimentum. Alio modo sine quo non põt habere quod pertinet ad bene esse,sicut equus est necessarius, ambulare volenti,& medicina ad hoc quod hõ sanè viuat.primo modo necessitatis sunt necessaria baptismus & pœnitentia sine quibus hõ in spirituali vita viuere non potest. Et hoc modo loquuntur theologi assignantes tm̄ duo illa sacramenta necessitatis. ¶ Secundò modo necessitatis sunt alia sacramenta necessaria vtpote sine quibus nõ potest quis consequi effectum, qui est ad bene esse spiritualis vitæ. & hoc modo possunt intelligi iuristæ, si eorũ opinionem volumus saluare dicentes.5.sacramenta esse necessitatis.concor.mag. Alex.de halis qui ait,quod sacramentum confirmationis non sit sacramentum necessitatis propriè sumendo necessarium eo modo quo dicitur necessarium sine quo non potest esse salus.sed bene extenso nomine necessitatis,eo modo quo vtile dicitur ẽt necessarium ad salutem.¶Secũdum dubium est. †quomodo in plurali sacramenta dignitatis dicantur,cum tñ sacramẽtum ordinis quod dicitur sacramentum dignitatis sit vnum tantũ sacramentum & non plura.Ad hoc potest respõderi iuxta Alber.in 4.dis.25.quod sacramentũ ordinis simpliciter est vnũ, ꝭm quid vero est plura,ꝭm.n.imperfectas potestates est plura.sed ꝭm perfectionem potestatis est vnũ.& hoc modo loquitur hic Gratianus cũ de eo loquens dicit sacramẽta.¶Tertium dubium est,quare sacramentũ ordinis dicitur sacramentum dignitatis,cũ non ideo,vt videt vt dicit Hu. quia detur à dignioribus personis.quia hoc modo sacramẽtum confirmationis quod solus pontifex tribuit.vt in c.manus.de conse.di. 5.dicendum esset sacramentum dignitatis. Præterea etiam ad aliorum susceptionem sacramentorum requiritur tam dignitas dispensantis quam suscipientis.Respondetur quod ideo sacramentum ordinis dicitur sacramentum dignitatis, quia per eum homo adipiscitur spiritualem aliquã potestatem,& collocatur in gradu sublimi.† vnde ordo diffinitur sic apud ma. Sen.in 4.dist.24.quod sit signaculum quoddam,per quod spiritualis potestas traditur ordinato.Assignans ergo Gratia. differentiam inter sacramenta necessitatis,& dignitatis,dicit ꝙ sacramenta necessitatis ab hæreticis ẽt tradita post recõciliationem suo non carent effectu.Sacramenta vero dignitatis carent.quia non habẽt executionem etiam si pœniteat. Cessant .n.ab officio administrationis ꝭm locũ,ꝭm tẽpus,ꝭm promotionem.Secundum locum,vt tm̄ ibi ministret vbi est promotus non alibi propter scãdalum.ꝭm tp̃s, vt quãdiu est necesse tm̄.i.vt vbi non est necesse nõ ministret. ꝭm promotionẽ, vt post hæresim vlterius non promoueatur, licet in eodem ordine in quo inuenitur ex mĩa qñq; permaneat.Hug.Litera. ¶[Necessitas non habet legem].i.in necessitate positus nõ subest legi.i.non dicitur legis transgressor.i. reus transgressionis, licet aliter faciat quã præcipiat lex. vt de conse.distin.1. sicut & extra de consue.quanto. Hug. & Archi.[auferri vel amitti non debent.]nec possunt.idem est & de oĩbus alijs sacramentis sed intelligitur quo ad effectum.Hug.[rata].i. suo effectu non priuata,quæ sunt dignitatis vt ordines[dignitates esse desinunt]quo ad licitam executionem, & rem sacramenti etiã post pœnitẽtiam quo ad executionem,nisi de misericordia dispensetur veritas sacramenti.verũ.n.remanet sacramentũ sed executio administrandi interdicit post pñiam etiã.Hu.[loco &c.]s.vt non ministret,nisi vbi est ꝓmotus tpe.s.quandiu est necesse.[promotione]vt vltra non promoueatur.Archi.

Primũ dubium.

Respõdet.

Sa. Thom.

Alexãder de halis.

3 Secundum dubium.

Respõdet.


Tertiũ dubium.

Respõdet.

4

Exponit literam.

1 *Pseudo episcopi qui dicantur.*



Si qui a pseudo. Subiungit mag.Gra.hoc.c.Leonis adprobandum, quod mĩa aliqñ pro vno solo loco rata habetur ordinatio ab hæreticis.& est breue Lege tex.¶[Si qui 1 à pseudo episcopis.]† pseudo episcopos vocat non canonicẽ electos,& ordinatos in ecclesia catholicos tamẽ, & toleratos ab ecclesia.vide dist.73.ca. 1. & inuenies qui hic appellentur, pseudo episcopi.Hu.[rata]etiam quo ad executionem. & ita non solum ordinatio facta à catholico põt rata haberi.vt.9.q. 2.Lugd.sed etiam ab hæreticis.vt hic Io.de fan. & Archi.[in ipsis ecclesijs]in quibus fuerunt ordinati.Hu. Aliter si ibi nõ possunt.[vana.]quia non in alia ecclesia ꝭm.B.Archi. quo ad executionem.j.e.q.5.c.1.Hug.sed cõtra ibi dicitur ꝙ qui emerũt ecclesias ex misericordia permittanẽ administrare in alijs ecclesijs,etiam in maioribus ordinibus siue in alijs possunt ẽt esse in illis,quas emerunt,& tm̄ in minoribus ordinibus ministrare de mĩa possunt.¶Resp.Hug.quod etiam gl.tangere vr̃ vera solutio.quod hæc diuersitas non sit nisi propter scandalum vitandum,si scandalum est ex translatione,& non ex administratione in eisdem ecclesijs maneat,non transferat. vt. j.e.q.5.c.1.Si econuerso transferatur vt hic dr̃. ¶ Sed surgit q.quid si vtrobiq; est scandalum.Resp.cesset vtrobiq; dispensatio,vel si fiat vbi est minus scandalum.s. si est minus in transmissione trãsferatur,vt hic dicitur.si minus in administratione in eisdem ecclesijs maneat,non transferatur vt ibi dicitur secundum Hug.[Ecce.]§.est patet de se.

Io.de fan.

Archidia. Opponit

Respõdet.

Quæstio. Respõdet.



Quod pro necessitate. Hoc.c. est Inno.papæ introducitur ad probandũ.ꝙ de mĩa dispẽsat tm̄ ꝓ aliquo tp̃e.s.necessitatis. & ita tp̃e cessat ordinatio,qa multa ꝓmittuntur tp̃e necessitatis ad vitãdũ peiora,q̃ nõ ꝓmittũtur cessante necessitate ꝑ ꝑ q̃ ꝓmittebãtur. sed qa habet.j.e.q.7.ibi exponet.[Ergo].§.est.& patet conclusi.sua.



Si quis. Sequit.ca.hoc quod est Leonis ad ꝓbationẽ ꝙ etiã cessat ꝓmotio.ita ꝙ si qñque de mĩa dispensat cũ aliquo,ꝙ in ordine suo remaneat sic tñ vt vlterius nõ ꝓmoueat patet. Lege tex.¶[Si quis hæreticè promotus maculauerit]ꝑmittẽdo se ordinari ab hæreticis.Hu.& Arch.[maneat.]excipit hic Hu. sex casus videlicet,nisi sit iterata vnctione maculatus.j.e.q.7. saluberrimũ.vel nisi simoniacè vel à simoniaco sit ordinatus vt.9.q.1.ab excõicatis.vel nisi fecerit iniuriã vnici lauacri.i.nisi fuerit rebaptizatus,vt de cõse.di.4.eos quos. vel nisi ad subuersionẽ fidei adhæserit hæreticis, vel cũ possit ordinari à catholicis in cõtẽptũ ecclesiæ elegit ordinari ab hæreticis. vt.j. q.7.cõuenietib⁹.In his.n.sex casibus nõ dispẽsat cũ talibus ẽt in ꝓprijs ordinib⁹.vt habet ex præall. ca. in alijs verò casibus redeuntes ab hæreticis ex mĩa bñficiũ ordinis & honoris ꝓmereri valẽt.No.ꝙ nõ inhibet in hoc.c.ꝙ ex maiori dispẽsatione promoueri nõ possit ad vlteriorẽ gradum, imo potest vt.j.e.q.7.conuenientibus.Hu.Io.de fan.& Arch.


Exponit literam.

Ecce. §.est.[Nõ.n.de hoc sacramẽto],s.ordinis singulare est in sacramento ordinis,ꝙ non solũ culpa,sed in famia prohibet & interdicit multis dari hoc sacramentum.vt bigamis,viris illiteratis corpore vitiatis,infamib⁹,& huiusmodi,quibus tamen alia sacramenta non denegantur.[Cõcedit.] di.50.pœnitentes.& 33.q.2.admonere.Hug.&Arch.[hoc].s. sacramentum ordinis.Hug.&c.

Exponit literam.

1 *Puniendus aliquis est in eo in quo peccauit.*

2 *Episcopus scienter ordinans indignum an peccet mortaliter.*



Si qui episcopi. Subiungit magi.Grat. hoc.c.leonis in quo ponit pœna episcopi,qui consecrat in ep̃m aut sacerdotẽ indignũ,aut quõ canones ꝓmoueri vetãt breue est.Lege.¶[Si q.ep̃i talẽ].s. indignũ.s. criminosũ,bigamũ,vel viduæ vel corruptæ maritũ,& hmõi.quos apostol⁹ ꝓhibet ꝓmoueri.1.ad Ti.3.& ad ti.1.[ꝓprij honoris].i.ep̃alis dignitatis.[ius ordinationis].i. conferendi aliquẽ honorẽ.Hu.[nõ habebũt.] nec illi sacramẽto.s.ordinis gñaliter, licet dicat illi.Est.n.simplex relatio.idẽ. s.distin.36.qui ecclesiasticis.ibi videas soluta argu.contra Hugo.[intererunt]conferendo ordinando. Alij exponunt,illi.s. non intererit illi ordini,quẽ contulit indigno ꝭm Bart.brixi. de quo no.in gl.Arch.[quod immerito præstiterũt.]quasi diceret qa ordinem indignis contulerunt in hoc puniãtur.ꝙ de 1 cætero nullum ordinem cõferent.& est ar.†Aliquẽ puniendũ esse in eo in quo peccauit.vt.12. q.2. de viro. qui & humanis & 17.q.4.frater.ex præsenti.c. satis aperte habetur responsio 2 ad.q.illam.†vtrũ ep̃s scienter ordinans indignũ peccet mortaliter.quod videtur manifeste ꝙ sic ex qualitate & grauitate pœnæ,quæ hic tali ep̃o indignos ꝓmouenti assignatur. Quia de hac

Exponit literam.

Bar. Brix.

de hac quæstione diffuse disputauimus.s.dis.23.circa.c.tales. solum hic commemorandum venit quod sanc.Th.dicit in 4. dist.24.& hic Arch.breuiter repetit cum à domino describa tur fidelis seruus qui est constitutus super familiam, vt det il lis in tempore tritici mensuram,non dubium qđ infidelitatis reus sit,qui alicui super mensuram eius diuina tribuit,hoc au tem facit qui indignum promouet. & ideo mortale crimen committit,quasi summo domino infidelis.Et præcipuè cum hoc in detrimẽtum vergat ecclesiæ,& honoris diuini qui per bonos ministros promouetur.esset.n.infidelis terreno domi mino qui in eius officijs aliquos inutiles poneret. Si plenius de hac materia cupis intelligere,vide quod disputauimus su pra circa.c.tales.dist.23.

S. Thom.

Ecce. §.est in quo magister Gratianus ostẽdit quod ma ior cautela est & diligentia obseruanda & adhibẽ da circa collationem ordinum, quam in alijs sacramentis. Et diuiditur in duas partes.in prima ostendit quod dictum est. in secunda assignat rationem.secunda ibi, cœtera tantũ sacra menta.Lege tex.¶[Ecce pro negligentia.]videtur mag. Gra tia.interpretari.c.præcedens.s.cum per negligẽtiam ordinat episcopus indignum.Hu.& Archid.[quia nec ita].s.vt debet, & decet.Hu.[ratum]quo ad executionem.Hu.[perfectum] .i.collatum.[cætera.]secunda pars.[istud.s.sacramẽtum]ordi nis solum,non propter se &c Hinc est quòd ordinati cũ su p alios prælati sint debent alijs non solum ratione sui, sed ratio ne aliorum præfulgere vita & doctrina, ne ex eis oriatur scan dalum in ecclesia.Hinc apostolus præcipit quod bonum testi monium habeat etiam ab his,qui foris sunt,ne in opprobriũ incidant & in laqueum diaboli.1.ad Ti.4.[Non solum vt præ sint &c.]in præsidentia ecclesiæ magis quærit apostolus fru ctum,quam datum.ad Phil.4.ait.Non quæro datum,sed quæ ro fructum.vnde.1.ad Ti.3.Qui episcopatum desiderat,bo num opus desiderat,non(vt exponit Greg.)vt præsit,sed pro sit.& Hiero.ibidem dicit bonũ opus desiderat opus vero nõ dignitatem,laborem nõ diuitias vel delicias.[non crescere fa stigio.]sed decrescere humilitate vt fiat seruus & minister ho minum propter Christum.

Diuisio. Exponit literam. Grego. Hierony.

1 *Asseclæ dicti sunt seruitores à sequendo.*
2 *Qui occasionem damni dat,damnum dedisse videtur.*



I quoscunque. Ad idem propositũ inducitur.ca. hoc qđ est beati Hie.super Micheam.c.3. in quo ostẽ dit quod tales indignos ordinantes sunt rei p ditionis multorum,& eorum qui ordinantur indigne,& eorum qui inde scandalizantur.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit quod dictum est.in se cunda ostendit qualiter sanctitate debeat excellere qui alijs prælatione superior est.secunda ibi,re vera.Lege tex.¶[Hi quoscunq;].i.aliquos indignos.[de assectis].i.seruitoribus, & comitatoribus†assectæ.i.a sequendo dicuntur.i.seruientes.& qui comitantur magnos.Hu.[infidelitatis].i.perditionis quã incurrunt cum scãdalizantur ex talibus, vt di.50.de his verò.
2 Hu.†Qui.n.occasionem damni dat damnum dedisse videtur extra de iureiu.& dãno si egressus ignis.in gl.& in c.fi.e.ti.[re vera.]secunda pars.[præeminere debent sanctitate.]vnde Am bro.dicit in pastorali.Nihil in hoc seculo excellentius sacerdo tibus,nihil episcopis sublimius potest reperiri,si etiam digne cognoscamus,quid sumus,& quod sumus professione, actio ne potius quam nomine demonstremus vt nomen congruat actioni,& actio nomini respondeat ne sit nomẽ inane,& cri mẽ immane.ne sit honor sublimis,& vita procliuis,ne sit dei fica professio,& illicita actio.ne sit religiosus amictus,vt irre ligiosus profectus.ne sit gradus excelsus, & deformis exces sus,ne habeatur in ecclesia cathedra sublimior, & cõscientia sacerdotis reperiatur humilior.ne locutione simulemus colũ bam,& mentem habeamus caninam.ne professionem mon stremus ouinam,& ferocitatem habeamus lupinam.ne nobis per prophœtam digne respondeatur ad nõ.populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Esai. 29.& Matth.15.& Mar.7.

Diuisio. Ambro.

Præstantior alijs prælationis honore an peccet mortaliter si non sit subditis scientia & sanctitate maior aut excellentior. & numer.3
Eligens aliquem in episcopum non tenetur assumere meliorem simpliciter.
Laici si sint sancti,an eorum prælati debeant esse sanctiores.



Vilissimus. Ad idem subiungitur hoc.c. quod est Symmachi papæ.breue est.Pre cuius capituli pleniori intelligẽtia.Quæritur.†Vtrũ
1 qui alijs prælationis honore est præstãtior peccet mortaliter si non sit subditis sciẽtia & sanctitate maior, siue excellentior.Et vr̃ quod sic.primo ex præsenti.c.¶ Secundò idem vr̃ ex illo Io.vl.vbi Christus commissurus pastorale o Petro, ait illi.si se diligeret plus cæteris,sed ex hoc qs est cæ teris melior,quod Deum plus diligit. ergo aliorum prælatus debet esse cæteris virtutibus præstãtior.¶ Tertiò sic. in quo libet genere minora per maiora regunt.sicut corporalia regũ tur per spiritualia,& inferiora corpora p superiora vt Au.dici in de trinitate.ergo qui assumitur ad regimẽ aliorũ, debet esse cæteris melior.¶ In oppositũ est quod habetur extra.de elec. cũ nobis.ꝙ sufficit eligere bonũ,nec oportet eligere melio rem.¶ Resp.nõ dicẽdũ iuxta S.Th.in 2.2.q.185. ar.3. Circa assumptionẽ alicuius ad episcopatũ aliqđ est considerãdũ ex parte eius,qui assumit,& aliqđ ex parte eius q assumit,vel eli
2 do,vel puidendo loquamur.ponitur ista concl.†ꝙ qui eligit aliquẽ in episcopũ vel de eo puidet,nõ tenet assumere melio rẽ simpliciter quod est ẜm charitatẽ, & per cõns non tenet assumere præexcellentem alios in sanctitate,& scia.sed suffi cit assumere meliorẽ quo ad regimẽ ecclesiæ,q.s.possit eccle siam & instruere, & defendere & pacificè gubernare. Ista cõ clusio pbat primo sic.qa ex parte eius q eligit aut puidet nõ vr̃ aliud requiri,nisi ꝙ fideliter diuina ministeria dispẽset,quę quidem dispensari debent ad vtilitatẽ ecclesiæ. ẜm illud.1.ad Cor.14.ad ædificationẽ ecclesiæ quærite vt abũdetis. Nõ aũt mysteria diuina hoĩbus cõmittunt pp eorũ remunerationẽ q̃ expectare debent in futuro.ergo sequitur ꝙ ex parte eligen tis aut puidentis solũ necessario requirit, ꝙ melior eligatur quo ad regimen ecclesiæ,nõ aũt qui magis excellat gratia san ctitatis.vt dictũ est,vnde cõtra quosdã Hie. dicit ꝙ quidã nõ quærũt eos in ecclesia colũnas erigere quos plus cognoscunt ecclesiæ pdesse.sed quos vel ipsi amãt, vel quorum sunt exe quijs dediti, vel pro qbus maior quispiã rogauerit,& vt dete riora taceã,qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt.hoc aũt pertinet ad acceptionem personarũ quæ in talibus est gra ue peccatũ.Si vero loquamur ex parte eius qui assumitur, sit ista cõclusio 1.ꝙ non requirit ꝙ talis reputet se alijs meliorẽ. patet.qm̃ hoc esset superbũ & præsumptuosum, sed sufficit ꝙ nihil in se inueniat,per qđ illicitũ ei reddat assumere, præ lationis officiũ. vnde licet Petrus interrogatus esset an dñm diligeret plus cæteris.In sua rñsione nõ se ptulit cæteris. sed respondit simpliciter ꝙ Christum amaret.Secũda cõcl.†Nõ
3 peccat mortaliter prælatus si non pręcellat sciẽtia & sanctita te eos quos præcellit honore.dum tñ sit sufficientis limitatu re & vitæ polleat sanctitate.ista conclusio patet ex prædictis. s.qa si eligẽtes aut puidẽtes nõ tenent eligere meliorẽ simpli citer, ꝙ est ẜm charitatẽ sed meliorẽ quo ad regimẽ ecclesiæ, q qñq; est inferior gr̃a sanctitatis ergo nec prælatus ipse tenet esse sanctitate pstãtior cæteris,qa hoc esset meliorẽ esse sim pliciter,qđ est ẜm charitatẽ. Cõsequẽtia patet.Prætereà cõcl. patet ꝙ alias crescẽtibus subditis in scĩa & sanctitate,nisi pla tus ẽt su perescereret in scĩa & sanctitate, vt semper præstãtior esset oĩbus subditis in scĩa & sanctitate dicẽdus esset peccare mortaliter,quod non est dicendum.Item nemo prælatus sine peccato posset tenere subditum sanctiorem & sufficiẽtiorem se,quod etiam est incõueniẽs & experiẽtia est in oppositum. ¶His habitis dicendũ est ad rõnes in oppositum. ¶Ad pri mam de præsenti.c.rñdetur primo iuxta S.Th.vbi.s.quod au thoritas ista est intelligenda quantum ad studium illius,qui in dignitate est constitutus.debet.n.ad hoc intendere, vt talẽ se exhibeat,vt cæteros & scientia & sanctitate pcellat.vnde Gre gorius dicit in pastorali.tantum debet actionem populi actio transcendere præsulis,quãtum distare solet à grege vita pasto ris.Non aũt sibi imputandum est, si ante prælationem excel lẽtior nõ fuit,vt ex hoc debeat vilissimus reputari.hæc S.Th. ¶Secundò respondetur iuxta Dominum Guidonem episco pũ eluensem qui ita dicit. Non intelligo hoc de vtilitate cul pæ, quia non peccat, si bonus sit & sufficiens, qui assumitur ad regiminis pręsidentiam,licet alij sint sub ipso sufficientio res,& meliores eo.vnde apostolus non dicit eum qui præfici tur debere meliorem & prudentiorem esse.sed dicit quod sit sine crimine modestus,doctus &c hmõi in positiuo & nõ in cõparatiuo.1.ad ti.3.& ad Ti.1.sed intelligo,ꝙ sit vtilitas.i.mi noris honestatis.Nam hoc ad maiorẽ honestatẽ sui & ecclesię cederet,vt qui alijs præest in dignitate,eis pẽmineat in sciẽtia vita &

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. opponit & Respõdet. Sa. Thom. Hierony. Prima cõclusio. Secũda cõclusio. Ad primum argu. Sa.Thom. Grego. Gui. eluen.

Ambro. vita & sanctitate ne vt dicit Ambro. in pastorali, sit status altior, & vita decliuior. ¶ Tertiò potest responderi iuxta Hugo. de qua in expositione literæ videbitur. ¶ Ad secundã respondetur iuxta sanctum Th. ꝙ dominus in Petro sciebat ex suo munere esse idoneitatem etiam q̃tũ ad aliam ecclesiã gubernandi. & ideo de ampliori dilectione examinat ad ostendendum, ꝙ vbi alias inuenitur homo idoneus ad ecclesiæ regimen præcipuè attendi debet in ipso eminentia diuinæ dilectionis. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam ratio est iuxta san. Th. quia sicut dicitur. 1. ad Corin. 12. Diuisiones gratiarum & administrationes operationum sunt. vnde nihil prohibet aliquẽ esse magis idoneum ad officium regiminis, qui tñ non excellit in gratia sanctitatis. secus aũt est in regimine ordinis naturalis. in quo id quod est superius ordine naturæ ex hoc ipso habet maiorem idoneitatem ad hoc ꝙ inferiora disponat. Lege videndo tex. ¶ [Vilissimus cõputandus est nisi præcellat &c. Secũdum dicta exponi potest tripliciter. primo sic. [nisi præcellat]. i. nisi ad hoc intendat prælatus, vt talem se exhibeat. vt cæteros scientia & sanctitate præcellat. secũdo sic. [vilissimus]. i. minus decenter ac conuenienter præsidere nisi &c. tertio modo vt exponit Hugo. sic. [nisi præcellat laicos & clericos subditos] intelligẽdum est de illis laicis vel clericis qui modicam vel nullam scientiam vel sanctitatem habẽt. Sed surgit quæstio. † quid si laici & clerici subditi sunt sancti, & in scientia sufficienter instructi. Nunquid eorum prælati tenentur esse sanctiores eis. & meliores, nõne sufficit si sancti. & boni sint, & sufficiẽter in scientia instructi non. n. bonitas vnius debet nocere alijs. ar. di. 75. c. vlti. & 3. q. 9. necesse. Et ꝙ de talibus laicis vel clericis debeat intelligi habet. 8. q. 1. nec sufficere. Hu. vel intelligatur nisi præcellat scientia. i. nisi habeat scientiam sufficientem, & sanctitatẽ in qua & per quam vnus præcellit alteri nec. n. prælatus tenetur esse melior subditis, si subditi tantam habeant dignitatem quanta sufficit prælatis. Hu. de ho. j. 8. q. 1. qualis &c.

Ad secũdũ S. Thom.

Ad tertiũ.

Quæstio. 4

1 *Sacramentum baptismi ita caret effectu si ex certa scientia recipiatur ab hæretico sicut alia sacramenta, nisi in casu necessitatis*

2 *Baptismi sacramentum collatum in forma ecclesiæ à malo christiano tolerato, ratum est.*

Patet autem. §. est in quo ſm Arch. incipit 7. pars huius quæstionis in quo. §. Gratian⁹ elicit ex præmissis qualiter intelligenda sint quędam dicta superius Aug. in illo. n. c. §. si fuerit, & in alijs ibi se videtur dicere Aug. sacramenta per hæreticos ministrata non carere effectu, sed Leo & Inno. dicũt cessare loco & tempore & promotione in illis capitulis. si quis à pseudo. &. c. ꝙ pro necessitate &. c. si quis hæreticus. inde refert. [patet ergo &c.] Hu. [nõ de oĩbus.] Sed no. ꝙ etiam cõpetenter intelligitur & de sacramento baptismi. & de alijs. † Ita. n. sacramentũ baptismi caret effectu, si ex certa scientia recipiatur ab hæretico. sicut & alia sacramenta sic per hæreticos ministrata nisi in casu. s. cũ instãte articulo mortis sacramẽtũ baptismi suscipit ab hęreti. quia ab alio suscipi non põt. tunc. n. nõ caret effectu. vt. 24. quę. 1. si quem. & de conse. dist. 4. sanctum. sed alia sacramenta nec ẽt instante articulo mortis recipienda sunt de manu hæreticorum. vt. 24. q. 1. c. pen. & vlt. Hu. Secundum aũt ꝙ dictum est secundum Archi. in hoc. §. incipit. 7. pars huius quæstionis in qua dicitur quod † sacramentum collatum in forma ecclesiæ à malo christiano tolerato ratum est. Ioan. de fan. quod probat per capitula duo sequen.

Exponit literam. 1

2

Io. de fan.

1 *Baptizati baptismo Ioannis an debebant necessario baptizari. & numero. 2.*

3 *Ebrius an possit baptizare.*

Dedit baptismum. Inducit Gratian⁹ hoc. c. quod est Aug. sup. Io. homil. 5. In quo ostenditur ꝙ baptismus in forma ecclesiæ traditus per malum ministrum ab ecclesia toleratum dum malitia suscipientis nõ absit, valeat, & non est reiterabilis. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit hoc exemplis assignans differentiam inter baptismum Christi, & baptismum Ioannis. in hoc ꝙ baptizati baptismo Ioannis iterum baptizabantur baptismo Christi. Baptizati baptismo Christi non. in secunda infert ꝙ malitia ministri non maculat sacramentum ecclesiæ. secunda ibi. sic ergo. Pro declaratione multorum quæ hic tractantur de sacramentis plurima merito venirent disputanda, & exponenda, sed quia hic non principaliter de sacramentis. sed tñ incidenter (principaliter autẽ tractatur de conse. de baptismo. de eucharistia. de cõfirmatione. de pœnitentia in tracta. de pœni.) ideo nos supersedemus hic à multis. quia iam de illis in superioribus tractatibus plurima circa prædicta sacramenta, quæ nobis pro intelligenda litera & gl. visa sunt necessaria copiosè satis disputauimus. Verum quia tam Hu. quam gl. hic non videtur rectè dicere aut sapere circa baptismum Ioãnis. ideo pro declaratione plenio ri præsentis. c. quæritur. † Vtrum baptizati baptismo Ioannis necessario debebant baptizari baptismo Christi. Et videtur ꝙ non. primo videtur authoritate Hier. qui super illud Ioel. 20. Effundã de spiritu meo. Dicit ꝙ hæc est causa quare quidam baptizati à Ioãne baptismo Christi iterũ sunt rebaptizati à Paulo. act. 20. quia fidem trinitatis non habebãt. quia nec si spiritus sanctus est audierant. ergo si hæc est causa recta, & oppositum est causa oppositi. videtur ꝙ si qui baptizati essent à Ioanne fidem trinitatis habentes iterum non debuerunt baptizari baptismo christi. ¶ Secundò sic. act. 8. dicitur ꝙ apostoli samariam venientes, illos qui baptizati erant in nomine Iesu non baptizabant. sed tñ manus imponebãt. sed in nomine Iesu sine collatione spiritus sancti fuit baptismus Ioãnis, videtur ꝙ baptizati baptismo Ioan. non baptizabãtur baptismo Christi. sed tñ erat manus imponẽda super eos. ¶ Tertiò sic. ad baptismũ requiritur aqua & spiritus sanctus. sed per baptismũ Ioãnis erat facta ablutio aquæ. ergo oportet, ꝙ sup pleretur ꝙ de erat. s. spiritus sanctus qđ fiebãt manus impositionem. ergo videtur ꝙ baptisms Ioannis cum manus impositione æquipollebat baptismo Christi. ¶ In oppositum arguitur ex ca. præsenti. vbi Augustinus generalem assignans differẽtiã inter baptismũ Ioãnis & baptismũ Christi dicit baptizauit Iudas, & rebaptizatum non est, baptizauit Ioannes, & rebaptizatum est. ¶ Respondeo dicẽdum ꝙ vt tangit tam Albertus, quam sanctus Thom. & Alex. de alis, & dominus Bonauen. Circa hoc est duplex opinio. vna est & tangitur hic in gl. ꝙ baptizati baptismo Ioannis, si non habebant fidem trinitatis rebaptizandi erant. si autem habebant fidem trinitatis non oportebat eos rebaptizari. sed sufficiebat manus impositio. Et ratio huius positionis fuit. quia tales habebant ablutionem exteriorem, & habebant fidem trinitatis, qua interius insigniebantur, tanquam charactere. & habebant spiritum sanctum per manus impositionem, & ideo tales nõ erant necessario rebaptizandi si nolebant. Et hæc opinio roborari videtur authoritate. quia act. 8. aliqui baptismo Ioannis baptizat non sunt ab apostolis rebaptizati. & act. 20. aliqui sunt baptizati. Et istius opi. fuit magi. Sen. in 4. dist. & Hu. & Io. in gl. & aliorum quorundã. ¶ Alia opi. est † ꝙ omnes baptizati baptismo Ioannis fuerunt rebaptizandi baptismo Christi. & hæc est opinio quasi omnium modernorum doctorum, quæ multipliciter probatur improbando primam. primo sic dicitur Io. 3. nisi qs renatus fuerit ex aqua, & spiritus sancto &c. Sed baptismus Ioan. regenerabat aliquo modo. vt Aug. dicit. & habetur. j. de consecra. di. 4. c. non regenerabantur. ergo necessarium erat vt iterum baptismo Christi baptizarentur vt renascerentur. ¶ Secundo sic. in baptismo imprimitur character qui est fundamentum ordinis & aliorum sacramẽtorum, sed character non imprimebatur in baptismo Ioannis, nec in impositione manuum, quia non habebat cum illo aliquam similitudinem. Cum ergo tales semper carerẽt charactere nunquã eis valerent alia sacramenta. ¶ Tertiò quod dicunt illi de prima opinione videlicet, ꝙ fides & spes in Christum cum baptismo Ioannis sufficiebat nihil est. quoniam vt ait san. Tho. in 4. dist. 2. & concordat Alber. in eodem loco. Cum sacramenta nouę legis ex ipso opere operato efficaciam habeant, fides & spes illius (qui suscipit baptismum) nihil facit ad sacramentum, quamuis possit facere ad rem sacramenti impediendam vel promouendam. vnde quantumcunq; quis spem suã ad Christum referret baptizatus baptismo Ioãnis, baptismũ nouæ legis non consequebatur. & ideo si baptismus nouæ legis est de necessitate salutis, oportebat ꝙ iterum illo baptismo baptizaretur. ¶ Tertiò sic. hoc est generale in omnibus, sacramentis, ꝙ si omittitur aliquid quod est de substantia sacramenti, oportet illud sacramentum iterari. vnde cũ nõ esset forma debita in baptismo Ioannis oportebat, ꝙ iteraretur baptismus. ergo necesse erat vt baptizati baptismo Ioa. iterum baptizarent baptismo Christi. vnde op. magistri. nec gl. huius. c. nec Hu. nec aliorũ sequentiũ tenetur, quia non continet veritatem. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de authoritate. Hieronim. Respondetur iuxta sanctum

Diuisio.

Quęstio 1 Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit in contrariũ.

Albertus Respõdet. Prima op.

Augusti.

S. Thom. Albe. ma.

Ad primũ arg.

S.Thom. Bonauen. iuxta sanctum Tho. & dominum Bonauenturam. ꝙ Hiero. non vult tangere ibi causam rebaptizationis, sed insufficientiam fidei ipsorum ad salutem, vt patet ex verbis præcedentibus. Præmittit.n. qui dicit se credere in Christum. & non credit in spiritum sanctum nondum habet claros oculos. insufficientia aūt fidei nō posset esse causa quare aliqui rebaptizarentur. sed quare instruēdi essent sicut nunc fit, vel dicendū negādo cōtrarium. Et ratio est iuxta mag. Alex. de halis. quia licet Hiero. dixerit ꝙ illi qui non habuerunt fidem spiritus sancti rebaptizati sunt non propter hoc consequens est, ꝙ illi qui habuerunt non erant rebaptizandi. Non.n. intendebat dicere cū præscisione. sed simpliciter. vnde magi. Sententiarum malè intellexit Hiero. vt idem dicit Alexand. & est communis op.

Ad secūdū Alexāder. S. Thom. Bonauen. ¶ Ad secundam respondetur iuxta san. Th. & dominum Bonauentu. ibi Act.8. agitur de Samaritanis qui baptizati erant à Philippo baptismo Christi. sicut innuit gl. & quod dicitur ꝙ non receperant spiritum sanctum, intelligitur visibiliter, siue ad robur, prout in confirmatione datur. quia ille non fuit Philippus Apostolus. sed vnus de.7. diaconibus. Et ideo baptizare potuit, & prædicare, sed non manus imponere ad dandum spiritum sanctum visibiliter. vnde glo.8. super illud. miserūt. ad illos Petrum, & Ioannem. dicit Philippus, qui Samarię euāgelizabat vnus de septem erat. Si.n. Apostolus esset, manus imponere posset, quod solis episcopis conuenit. & ita patet opinio prima, quæ dicit quod non erant omnes rebaptizandi nō habet refulcimētum, nec ex scriptura, nec ex authoritate euidenti.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur primo. ꝙ ad baptismum requiritur aqua non sola. sed cum debita forma verborum Ioannes autem non obseruabat formam Christi. & iterū non erat ibi efficacia, sicut in baptismo Christi. & ideo quia omittebantur ea, quæ erant de necessitate sacramenti oportebat iterum rebaptizari. & tantum pro nunc de ista quæstione. quia de eadem sermonem fecimus. de conse. dist.4.c. non regenerabant.

Exponit literam. Lege tex. ¶ [Dedit & non baptizatum post Iuda]. i. baptizati à Iuda non sunt postea rebaptizati. quia baptizati sunt in forma euangelica. i. in euangelio instituta à Christo [dedit Ioannes &c.]. i. baptizati à Ioanne iterum baptizati sunt baptismo Christi. [quia] assignat rationem, quia baptismus datus à Iuda [baptismus Christi est]. i. in forma Christi traditus. s. in forma euangelica, quam Christus instituit vel quo Christus interius operatur remissionem peccatorum. [qui à Ioanne]. s. traditus [Ioannes erat]. i. sola in eo erat operatio Ioannis. Non.n. interius per eum remissio peccatorum conferebatur, vt de conse. di.4. non regenerabant. [item.] alia ratio. [quos Iudas baptizauit, & Christus]. s. baptizauit. i. intus mūdauit, siue interius peccata dimittendo. aliàs rationes assignauimus in quæstione propter quas necessario baptizati baptismo Ioannis erant rebaptizādi baptismo Christi. Cuius etiam potissima ratio est, quia in baptismo Ioannis non conferebatur gratia emundās à peccatis, quod patet, tum quia gratia talis nō confertur sine spiritu sancto. In baptismo autem Ioannis non cōferebatur spiritus sanctus. sed aqua tantum. vt patet Act.1. Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Tum secundo, quia non est idem effectus dispositionis & perfectionis, sed beatus Ioannes ad baptismum Christi disponebat, cuius est gratiam conferre. quia gratia & veritas ꝑ Iesum Christum facta est. Io.1. vnde patet ꝙ baptismus Ioannis nō conferat gratiam. [sic ergo.] secunda pars. [ebrius.] Hic surgit

Quæstio: 3 quæstio. † Cum intētio baptizātis requiratur in baptismo, quo modo ebrius dicitur baptizare qui intentionem habere non potest, priuatus vsu rationis. Respōder. S.Thom. Ad hoc respondetur iuxta sanc. Tho. & Hug hic ꝙ ebrius nō dicitur qui sepultus iacet vino, siue qui actu ebrius est. sed nomine ebrij intelligitur hic peccator, qui tali vitio laborat. s. qui sæpe inebriatur, & talis quāuis actu ebrius intentionem habere non possit, tamen cum actu non est ebrius, intentionem baptizandi habere potest, & baptizare. Alia patent.

Sicut vrgeri. Ad idem subiungitur hoc. ca. quod est eiusdem Aug. contra Donatistas qđ.c. potest diuidi in tres partes. Diuisio. In prima Aug. cum ad instantiam quorundam hæreticorum. s. Donatistarum concedere cogeretur per hæreticos dispensatione sacramenti baptismi remitti peccata. & ita per cōsequens per malos catholicos declarat & exponit quomodo hoc sit concedendum siue accipiendum, & quomodo nō. In secunda inducit rationem. secunda ibi, illud.n. sacramentum. in tertia probat per exempla. tertia ibi, vt si cuius. Lege text. Exponit literam. ¶ [Sicut vrgeri videor.] Sic enim obijciebatur Augu. Verum baptisma traditur per hæreticum. ergo peccatum per hæreticum dimittitur. quod concedebat Aug. nō merito dantis, sed vi & virtute sacramenti. [vrgeri videor]. s. per instantiam argumentationis: [cum iustè] id est in forma ecclesiæ baptizat. Hugo. [& sic vrgeo.] hæreticos replicando, & arguendo fortiori ratione idem de malis catholicis. [auarus.] &c. peccata dimitti.] Si per vim sacramenti declarat quomodo sit de illis, & de istis intelligendum. Hoc enim quod hic dicitur de hęretico, verum est cum puer baptizatur ab eo vel cum adultus, sed ignoranter vel in casu sæpius expetito. s. in articulo mortis, si per meritum suum nec illo &c. Tum quia neuter dignus est conferre sacramentum per quod peccatum dimittitur. Tum quia neuter habet gratiam gratum facientem, quia quis potest ex merito alteri cooperari ad remissionem peccatorū. sicut suprà. eod. plenius exposuimus in capitu. remissionem. [illud enim sacramentum.] secunda pars. Ratio autem quare vi sacramenti illius ferant remissionem peccatorum est, quia sacramentum illud Christi etiam in malis hominibus ministrantibus esse cognoscitur, & ita habet effectum suum. sed quod vitæ merito mali peccata non dimittant, rō est. quia [in corpore vnicæ columbæ & immaculatæ.] id est in vnitate ecclesiæ catholicæ, [nec ille] scilicet hæretic⁹. [nec iste.] scilicet catholicus malus inuenitur, licet videatur esse in ecclesia, corpore aut nomine. sed non est merito, aut munimine. extra autem ecclesiam non est remissio peccatorum, nec meritum efficax ad illam [vt si cuius.] tertia pars.] verum quidem esset membrum] quantum ad speciem. vt 23.q.7.c. vltim. Hugo. & Archi. [fides] Iaco. & 1. Pet.4. [item si in hæresi.] Hoc commune est in omni peccato mortali quod quandiu quis manet in eo, & ab eo non recedit nullo modo potest esse templum Dei. quia tale peccatum excludit gratiam, & charitatem, per quam homo fit templum Dei, & ita patent cætera.

Ex his. §. est. In quo secundum Archid. incipit octa. pars quæstionis. in qua dicitur quod baptismus in forma ecclesiæ datus à quocunque tenet, sed præscissus baptizatus non saluatur, sicut membrum præscissum à corpore non habet spiritum vitæ. Ioan. de Archid. sed idem Aug. lib. de baptismo econtra testatur.

1 *Sacramenti effectus dicitur executio vel res sacramenti.*




Tiam. Ab isto loco (vt dicit gl.) inducit magister capitula, quibus vult probare, ꝙ hæretici, & si sacramenta cōferre possint, nō tamen effectum sacramenti, quandoque tamen inducit, quod possint effectum sacramenti conferre & sub ista altercatione venit vsque ad finem quæstionis fracto freno. Diuisio. Diuidi autem potest hoc. capi. in tres partes. In prima dicit quod nulla peruersitas dantis vel accipientis potest violare sacramentum. in secunda distinguit inter sacramentum, & rem sacramenti, siue effectum sacramenti. secunda ibi, sed quia. tertia ibi, patet ergo. Lege. Exponit literam. ¶ [Etiā tardiores. ad intelligendum, vel vt alij ad credendum. vt Archid. [posse violari] id est nulla peruersitas dantis, vel accipientis potest efficere, vt sacramentum baptismi in forma ecclesiæ violetur. vt non sit quantum ad essentiam verum baptisma & ad salutem valens, cum fictio de corde recesserit, vel reiteratione indigeat. his enim modis violari dicitur scilicet quādo caret effectu, & quando reiteratur, & quando non datur in forma ecclesiæ. Io. de fan. Archid. Hugu. Ioann. de fan. & Archidiaco. [Sed

2 quia.] secunda pars. [ab effectu.] † Effectus sacramenti dicitur executio vel res sacramenti quorum vtrumque est aliud à sacramento. vt de consec. distinctio.4. quomodo. Hugo. & Archidiaco. [tum eos.] A minori ad maius, quasi diceret si mali catholici (qui sunt in ecclesia, de quibus magis videtur) non dant remissionem peccatorum, multo minus hæretici, qui sunt peiores, & magis ab ecclesia separati [in vnitate.] numero, non merito. nomine, nō numine [perdite.] id est malè, pro quo sunt digni perditione. Hug. [non habere] quia sua peccata eis non sunt remissa. [nec dare digne.] scilicet aut cōgruenter. quia non sunt digni vt conferant sacramenta, per quæ dimittuntur peccata [aut merito vitæ] cum non sint in statu gratiæ in quo cooperari possent, alijs merito cōgrui ad remissionem peccatorum. ita videtur nobis exponenda ista litera si ad propositum. Cōtra glosatores. Augusti. cum concordia præcedentium sit exponenda. quia isti glossatores decreti, quandoque nobis vident multo longè à proposito discedere. qa non malignis, sed bonis dictum est. Matthæi.48. quod vt supra in capitu. remissionē dictum est, intelligendum est non quantum ad substan-

tiam potestatis absoluendi, & ligandi quia illa sacerdotibus omnibus bonis, & malis communis est, sed quantum ad idoneitatem vsus quam non mali, sed boni tantum habent. [patet ergo] quasi diceret. Sicut dictum est.s. si illi mali q adhuc sunt in ecclesia, de quibus magis videtur non dant remissionẽ peccatorum, minus videtur de hæreticis, &c. patent alia.

1 *Sacramentum quid sit.*



Corporalia. Inducitur ad idẽ hoc.ca. quod est eiusdem Aug. lib. de verbis domini super Matth. sermone. 11. Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit, quod mali licet possint recipere sacramentum, non virtutem gratiæ spiritus sancti possunt recipere quandiu manent in peccato. In secũda inducit exemplum de membro abscisso à corpore. secunda ibi, quemadmodum. Lege tex. ¶ [Corporalia sacramenta.] vocat sacramẽta corporalia, quia dantur in rebus sensibilibus. vnde idem Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentũ. vt in c. detrahe. j.e.q. Item idem Aug. diffinens sacramẽtum, 1 dicit.† Sacramentum est in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus secretius operatur salutem. Et Hu. de sanc. victo. dicit. Sacramentũ est corporale vel materiale elementum extrinsecis oculis suppositum, ex institutione significãs, ex similitudine repræsentans, ex sanctificatione gratiam continens. [formam pietatis] .i. culturę religionis christianæ. [virtus vero inuisibilis] .i. gratia inuisibilis spiritus sancti. [in eis] .i. in malis catholicis, siue hæreticis esse non potest, quandiu manent in peccatis de suscipientibus indigne manifestũ est. de administrãtibus verò ab ecclesia præscissis etiam patet. qa nec in eis manet gratia spiritus sancti. nec ab eis confertur suscipientibus scienter sacramenta ab eis, nisi in casu necessitatis baptismum sicut sæpe commemoratum est. [quemadmodum.] membra enim abscissa à corpore non habent sensum nec vitam extra corpus, vt de se patet.

Diuisio. — *Exposit literam.* — *Hu. de sancto victor.*



Non sanat. Ad idẽ inducitur hoc.ca. quod est beati Ambrosij. Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit quod baptismus hæreticorum, qui non seruant formam ecclesiæ non sanat. In secunda hoc probat ex apostolo. secunda ibi, quia vt per apostolum dr. Lege tex. ¶ [Nõ sanat baptismus perfidorum] .i. hæreticorum, qui baptismi formam non seruant. talis.n. baptismus non valet. quia baptismus nisi seruetur forma, quam Christus instituit Matth. vltim. baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. non est baptismus, vnde non sanat, nec abluit ab inquinamento culpæ. sed polluit, & baptizãtem perfidum, & baptizatum si scienter per talem prophanum recipiat baptismũ. vnde Ambro. li. de sacramentis. vidisti aquam sed non oĩs, aqua sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiã Christi, non sana aqua, nisi spiritus sanctus descendat, & aquam illam consecrauerit. [qui in diluuio aquarum multarum]. Ad probãdum prædicta inducit Ambr. ibidem hoc quod habetur psal. 31. qui. s. sunt in diluuio errorum. & sectarum multiplicitate vanarum doctrinarum, quæ sunt diluuium aquarum pessimarum. Tales.n. vt dicit gloss. non approximant ad Deum. quia dereliquerunt venam aquarum viuentium. s. sacramenti veri baptismi. Hie. 17. quæ emanauit de fonte vitæ. i. de latere Christi percussi, vnde exiuit sanguis redemptionis, & aqua emundationis. Io. 10. extra hanc aquam veri baptismi Christi non est aqua purificans, sed sordidans [quia vt.] secunda pars. ad Rom. 14. [quicquid ex fide non est.] quod sic intelligendum est. vt dicit san. Tho. super Apostolum. Omne quod est contra fidẽ & contra sciẽtiam peccatum, est etiam si ex genere suo bonum esse videatur. puta si paganus ad honorem suorum deorum virginitatẽ seruet, vel eleemosynam det, hoc ipso peccat.

Diuisio. — *Exponit literam.* — *Ambro.* — *S. Thom.*

3 *Baptisma dicitur vnum triplici ratione.*



Si qui baptismum. Ad idem sequitur hoc.c. quod est Leonis Papæ, quod diuiditur in duas partes. In prima statuit regulam, quod baptizatus ab hæreticis in forma ecclesiæ cum reconciliatur non rebaptizetur. sed solam manus impositionem suscipiat. quia ab hæreticis verum sacramentum sed nõ rem sacramenti recepit, si sciẽter & extra casum necessitatis ab eis baptizatus est, ob quam rem sacramenti recipiendam. i. gratiam spiritus sancti imponitur ei manus. in secunda dicit hanc regulam obseruandam esse in omnibus ecclesijs. secunda ibi, & hanc regulam, plana sunt omnia. ¶ [Hi.] cum ante non fuissent baptizati. Nam si prius fuissent baptizati clarum est quod ab hæreticis non recepissent secundo verum baptismum. quia baptismus non cõfertur nisi semel. Et ita exponit glo. dicens. quia tunc nihil acceperunt ab eis. 68. di. §. hi. vero. vel sic (vt dicit Hu.) quia si priusquam recessissent ab ecclesia baptizati fuissent, nõ fieret illis redeuntibus ob hoc manus impositio per manus impositionem, vt de conse. di. 4. ab antiqua [& hanc regulam]. 2. pars. [vt lauacrum.] i. baptisma in forma. [semel initiatum] id est, collatum. Hugo. & Archidiacõ. [nulla iteratione violetur.] dicente Apostolo. ad Ephe. 4. vnus. Deus. deuter. 3. dominus Deus tuus vnus est. & extra de sum. Trini. & fi. ca. c. 1. [vna fides.] vbi no. iuxta sanct. Thom. super Apostolum. fides quandoque sumitur pro ipsa re credita. secundum illud. hæc est fides catholica &c. id est, ista debent credi. quãdoque sumitur pro habitu fidei quo creditur in corde. & de vtroque potest hoc dici, primo vt sit sensus. vna est fides, id est idem iubemini credere, & eodem modo operari. quia vnum, & idem est, quod creditur à cunctis fidelibus vnde vniuersalis siue catholica dicitur. [& inde]. 1. ad Corint. 1. dicit Apostolus. idipsum dicatis, & sentiatis omnes. Alio modo. [vna est fides] id est habitus fidei, quo creditur, vna inquã non numero, sed specie. quia similis debet esse in corde omnium. & hoc modo idem volentium dicitur vna voluntas.
1 vnum baptisma.† Dicitur autem vnum vt dicit sanct. Thom. vbi supra triplici ratione. primo quia baptismata non differũt secundum baptizantes, quia à quocunque conferatur virtutẽ vniformem habet. Qui enim baptizat interius vnus est, scilicet Christus. Ioann. 1. secundo dicitur vnum quia in nomine vnius scilicet trinitatis. Matth. vltim. baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Tertiò, quia iterari non potest. Rationes huius alibi assignatę sunt. de conse. distincti. 4. c. 2. Cætera patent.

Diuisio. — *Exponit literam.* — *Archid.* — *S. Thom.*



Si qui ab hæreticis. Ad idem sequitur hoc.c. quod est leonis Papæ. in quo dicit idem videlicet. Quod qui ab hæreticis suscipiunt baptismum scienter. s. & extra casum necessitatis, & si verum baptismum suscipiunt, non tamẽ sanctificationis virtutem. Breue est. Litera etiam patet.

1 *Arriani vnde dicantur, & quæ fuerit eorum hæresis.*
2 *Sabelliani vnde dicantur, & quæ fuerit eorum hæresis.*

Sed notandum. §. est in quo magister Gratian⁹ soluit contrarietatem quæ videtur esse in præmissis capitulis, scilicet quod baptismus quãdoque habet effectum, & quandoque non vtitur. & quadam distinctione hæreticorum, secundum vero Archidi. hic incipit nona pars huius quæstionis in qua dicitur, quod quidam hæretici non baptizant in forma ecclesiæ, & talium baptismus iteratur. Alij verò qui in forma ecclesiæ dant baptismum & talium baptismus non iteratur. Io. de Fan. & Archid. Lege. ¶ [Sed notandum hæretici.] Clarum est, quod sacramentum collatum ab hæreticis non in forma ecclesiæ non est sacramentum. quia cum deficit forma, deficit esse cum forma quæ debet esse, vt patet. 2. Physico. & 2. de anima per quam viuere est viuentibus esse. Et ita sacramentum baptismi aut ordinis non seruata forma ecclesiæ non est sacramentum. vnde isto modo baptizati, & ordinati sunt denuo baptizandi, & ordinãdi in forma debita, quia prius nihil receperunt nec fuerunt baptismo Christi baptizati, nec ordinati. [Alij inæqualitatem.] vt Arriani. [Arriani] sunt, de quibus dicit Augu. lib. de hære-
1 ticis. ca. 49. † quod dicuntur ab Arrio presbytero qui dicebat patrem maiorem, filium minorem, & spiritum sanctum filio minorem. Et ad huius erroris destructionem congregatum est concilium Nicenum. vt di. 15. canones. & distinctio. 16. 6.
2 [alij.] scilicet Scabelliani † sic dicti à Scabellio hæretico, q posuit patrẽ, & filiũ, & spiritũ sanctũ non distingui personis. sed dicit vnam personã esse sicut vnũ Deum. [& sic Scabelliani po fuerunt indiscretionẽ]. i. indistinctionẽ personarũ quorum error damnatus est in concilio vbi. s. [rebaptizarentur] impropriè loquitur. quia extra formam ecclesiæ non est baptismus & sic non fuerunt baptizati. vt dici possent rebaptizati. vnde accipit rebaptizari. quia post falsum baptismum iterum verũ baptismum receperunt. Guido.

Archid. — *Exponit literam.* — *August.*

1 *Paulianistæ vnde dicantur, & quæ fuerit eorum hæresis.*
2 *Cataphryges qui dicantur, & quæ fuerit eorum hæresis.*
3 *Amittere dicitur aliquis quod non habet.*

Si quis



SI quis confugerit. Ad idem subiũgitur hoc.ca. ex concilio Niceno, vbi statuitur quod habetur in rubro. Et diuiditur in quatuor partes. In prima dicit quod baptizati ab illis hæreticis cum redierint ad ecclesiam, debeant iterum baptizari. In secunda quod si tales fuerint ab illis hæreticis ordinati, & idonei reperti fuerint ad ordines recipiendos, ordinentur de nouo baptismo in forma ecclesiæ pri⁹ suscepto. in tertia dicit ꝙ tales non reperiantur digni promotione, deponantur ab eo ordine quem de solo facto videbantur ab hæreticis recepisse. in quarta dicit, eadẽ regula obseruetur circa diaconos, & alios quosque similes, quod secũda ibi, si qui. tertia ibi, si verò. quarta ibi, similiter. Lege. ¶[Si qui Paulianistæ.] †vt dicit Au. lib. de hære. c. 44. dicti sunt à Paulo samosatheno. & dicebãt Christum nõ semper fuisse. sed in Maria sumpsisse initium. vt. 24. q. 4. quidam. hi errant contra scripturam diuinam. Ioann. 1. in prin. erat verbũ & c. i ab æterno. & ab æterno tu es Deus. Phil. 2. Cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est se equalem Deo. sed seipsum exinaniuit formam serui accipiens

Diuisio.

Exponit literam. 1

2 [cataphrygis.] †qui sicut dicit Aug. li. de hære. c. 26. sunt quorum authores montanus tanquam paracletus, & duæ prophetissę suæ Prisca & Maximilla. hi pessime errabãt. primo dicẽdo purum hominem. s. montanum esse spiritum sanctum, qui est Deus vnus cum patre & filio, quia hi tres vnum sunt. 1. Io. 5. dicebant etiam spiritum sanctum non in Apostolos, sed in seipsos venisse. vt. c. quidam. 24. q. 3. & quia isti non habent vera sacramenta cum in forma ecclesiæ non baptizent, præcepit sancta Synodus. vt qui de illis ad ecclesiam redirent, debeant rebaptizari. i. de nouo baptizari. quia præter formam ecclesiæ illi hæretici baptizabant. a Et ideo sacramentum baptismi nõ conferebãt, dicit ergo rebaptizari, sicut diximus in superiori. §. impropriè propter iterationẽ facti exterioris non sacramẽti. ꝙ nullum fuit. vel formæ ecclesiæ, quia si sacramentũ fuisset collatum quia non deberent rebaptizari. vt di. 48. c. 1. & j. e. q. Arrianos. & s. e. hic qui. Hu. & Arc.] Si qui.] secunda pars. [Si qui clerici.] de solo facto, & solo nomine. Hu. quia ex quo baptizati non erant, ordinari non poterant. Cum. n. baptismus ianua sit omnium sacramentorum, nullum sacramentum pôt cõferri nisi prius baptizato. [Si quidem inculpati]. i. si alias nõ fuerint culpabiles & reprehensibiles. [rebaptizãdi]. i. de nouo baptizandi. Hu. [Et rursus] ad factũ respicit. Hu. [Ordinẽtur] de nouo. Non potest. n. quis aliquem ordinem recipere, nisi sit baptizatus vt dictũ est. tertia pars. [Examinati minus apti. In suscipiendis. n. ordinibus maior cautela est adhibenda, quã in alijs sacramẽtis. vt notatum est. s. e. §. ecce. vel vt dicit Hu. & repetit Arch. ꝙ ista examinatio fit non propter crimen, q̃d omnino in baptismo deletur, & postea non impedit promouendum, sed propter irregularitatem personæ, quæ per baptismum nõ tollitur. sed etiam post baptismum generat obstaculum promouendo. vt di. 26. acutius. & di. 34. si quis viduã vel propter crimen fortè fit hæc examinatio. quia facilius dispensatur vbi modicum vel nullum deprehenditur fuisse crimen, quam cum illis qui fuerunt magis criminosi, licet sint purgati per baptismum [deponi] de solo facto. Hug. ab eo ordine quẽ apud hæreticos videbatur habere. quasi diceret debent interdici, ne officium ordinis exerceant, cum ordinem nõ habeãt.

a ¶ Baptizabãt. baptizare an quilibet possit vide P. de Anc. in c. j. de bap. nu. 1. Et ibi num. 9. an vnus possit simul plures baptizare, & an plures vnum.

Archid.

3 vel depon. i. non promoueri. †Et est ar. ꝙ aliquis dicitur amittere ꝙ non habet. ar. di. 23. quorundam. & 23. q. 4. guillisarius. & 27. q. 2. §. ex his omnibus. Congrue ergo intelligitur, & de ordine quem videbantur habere & non habebant, & de ordine quem habituri erant, si digni inuenti fuissent. sed nondum habebant. Hu. [Similiter]. 4. pars patet.

1 *Nouatiani vnde dicantur, & quę fuerit eorum hæresis.*

2 *Nomina patris & filij & spũs sancti quare dicantur tremẽda.*



PAulianistæ. Ad idem sequitur hoc. c. ꝙ est Innocentij Papæ vbi ponit duas sectas hæreticorũ, s. Paulianistarum, & Nouatianorum quorum quidam nõ seruãt formam ecclesiæ in baptizando. s. primi. secũdi sic. Breue est & planum. & c. Lege tex. ¶[Paulianistę] quorum errore diximus. s. si quis confugerit. isti nõ baptizant baptismo Christi. quia non in forma q̃ ipse dedit. Matt. vlt. Et ideo venientes ad vnitatẽ ecclesiæ præcipiuntur baptizari baptismo Christi sicut in præfato. c. dictum est. [Nouatiani]. †nouatiani dicti sunt à nouato presbytero vrbis Romæ. qui nouatus aduersus Cornelium cathedrã sacerdotalem conatus est inuadere hæresim instituit volens apostatas recipere & rebaptizans baptizatos vt refert Isid. li. 8. etymo. & habet. 24. q. 3. quidã aũt. [his nominibus] nouatiani rectam formam baptismi seruabant, quia baptizabãt his nominibus. s. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. verum errabãt, quia rebaptizabant baptizatos. Sed surgit hic q. quare hoc faciebant. Respondetur. Tum primo quia credebant ꝙ eorum sectã verus baptismus ab alijs non conferret. & in hoc errabant. Hu. & Archi. & Guido. [Tremendis.] †Tremenda dicũtur nomina. Tũ quia cum tremore inuocanda est sancta Trinitas. Tũ quia ea cũ tremore etiã ab Angelis adoratur. vnde ecclesia cãtat. tremunt videntes Angeli. & Es. 6. Seraphin clamãt suppliciter dicentes. Sanctus Sanctus. & c. Thobiæ. 8. Cum tremore confitemini illi. Tum quia in inuocatione istorum nominũ tremunt demones. ſm Hu. [Nec apud istos. quæstio]. i. dubitatio mota est. Illi. n. nouatiani rectè sentiebant de vnitate diuinæ essentiæ in tribus personis credẽtes, ꝙ pater, & filius, & spiritus sanctus sunt vnus & indiuisus Deus. Sed quia in alijs errabant dicentes, ꝙ baptizati ab alijs essent rebaptizãdi, sunt merito condemnati. quia qui offendit in vno, factus est omnium reus. Iacobi. 2. & 7. q. 1. denique.

Exponit literam.

1

Quæstio. Respõdet.

2

1 *Christus, quod in patria sua non poterat facere signum propter incredulitatem, an sit verum, & rationabile.*

Alij formam. §. est. Et ad præcedentem. §. respicit, & vult subdere capitula de his, q ex certa scientia baptizantur ab hæreticis. Hu. qui. n. ab hæreticis aut schismaticis quibus in hæresi aut schismate cõicant baptizant in forma ecclesiæ sacramentũ baptismi, & characterẽ recipiunt. sed qa in pc̃õ recipiunt. ¶[Virtutẽ]. i. grãm spũssancti non recipiunt quæ pc̃õ aduersat. vnde talis q accipit à talibus, sacramentũ Christi scienter simulat se velle Christo per fidẽ & dilectionẽ coniungi. qui tñ longè est à Deo per pc̃m, psa. 118. Lõgè est à peccatoribus salus, vnde talis fictus est. Et de ipso rectè dr̃ illud Sap. 1. Spũs sanctus disciplinæ effugiet fictũ. Talis ẽt cõicans cum hęreticis in errore hęreticus siue infidelis est. Sine fide aũt impossibile est placere Deo. ad Hebr. 11. [vnde]. i. ad ostendendum, ꝙ sine fide in baptismo nullus, cõsequitur virtutẽ sacramẽti. Hu. [de dño dr̃] ꝙ in patria sua non poterat facere signum ꝑꝑ incredulitatem eorũ. Mat. 13.

Exponit literam.

1 ¶ Sed circa hoc surgit quæstio† vtrũ hoc dictũ sit verum, & rationabile, ꝙ Christus in patria sua non poterat facere signũ ꝑꝑ incredulitatẽ. Et vr̃ ꝙ non. primo. qa non est verũ, & rationabile, ꝙ in patria sua simpliciter non fecerit signum, imo fecit ibi aliquas virtutes. vnde Mat. 13. in fine. c. dr̃. Et non fecit virtutes multas. i. miracula propter incredulitatẽ eorũ. ¶ Secundò, non vr̃ verũ quod dicit, non poterat. quia illorũ incredulitas nõ diminuebat potẽtiã Christi, qa oĩpotẽs erat. ¶ Tertio, nõ vr̃ illa ratio sufficere cũ ait ꝑꝑ incredulitatẽ eorũ. imo ista ratio vr̃ plus induxisse ad faciendũ miracula. qa vt ait apostolus signa sunt nõ fidelibus sed infidelib⁹. 1. ad Cor. 4. ¶ Ad hoc dicendũ iuxta dñm Guid. ꝙ vt Chrys. dicit Homil. 48. super Mat. dominus miracula faciebat nõ ad ostẽtationem sui, sed ad profectum eorum quibus prædicabat. s. ad infidelium conuersionem. in tñ ergo signa & miracula Deus facere voluit in quãtum ad cõuersionẽ infideliũ proficere vidit, sed dũ ex miraculis vidit eos deteriores fieri, tunc cessauit, vnde qa illi de patria sua erant cõtemptores doctrinæ & miraculorum eius, & scandalizabantur in ipso, vt patet in c. prædicto. Mat. 13. & Mar. 6. Et fiebant deteriores in tñ vt voluerunt eũ præcipitare de supercilio montis. vt dr̃ Luc. 4. Christus cessauit à miraculis. quia noluit eos deteriores & magis incredulos fieri. Ideo dicit ꝑꝑ incredulitatem eorum. i. propter incredulitatis obstinationem. ¶ His habitis dicendum est ad rões in oppositum. ¶ Ad primam cum dr̃. non fecit signũ. Respondetur ꝙ non intelligitur absolute, ꝙ nullum fecerit, sed qa paucissima respectu eorum quæ alibi fecit. vnde aliqua ibi fecit. Tum primo, ne salutem illorum contemnere videretur. vnde Lu. 4. sibi dicebant. Quãta audiuimus facta in Capharnaum. fac hic & in patria tua. Tum secundo, ne mali excusationem haberẽt de peccato prout Io. 15. dicit. Si non venissem, & fecissem eis, quæ nemo alius fecit, excusationem haberent de peccato. Tum tertio, ne eius potentia eis occulta esset, & ignota, quam venit in mundo manifestare. Io. 17. pater manifestaui nomen tuum hominibus. quia manifestãdo se manifestabat patrem qui misit eum scilicet per opera. Ioã. 5. Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. ¶ Ad secundam respondetur primo quod ibi non negatur potentia faciendi miracula ibi,

Quæstio.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Respõdet. Guido.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ argu.

[c]um vt iam diximus ibi aliqua fecit. Sed dicitur non posse, q[uia] [n]oluit, nec decuit propter incredulitatem. quia peiores inde [fi]ebant. vt non negetur potentia absoluta, sed ordinata. quæ di[s]posuerat se non facturũ nisi pauca miracula, propter causam dictam. vnde Nicola. de lyra super Marcum. Marci. 6. super illud non poterat virtutem vllam facere. Dicit quod istud non posse, non refertur ad potentiam eius absolutam. sed congruitatis & decentiæ, quia non erat congruũ quod ibi faceret. multa miracula. Cuius causa subditur propter incredulitatem eorum. Et ita exponit hic Hu. [Non poterat]. i. nolebat quia suę potentiæ non congruebat, vt coram non credituris faceret signa. i. miracula. ¶ Simile. 32. q. 5. si Paulus. ¶ Ad tertiam respõdetur ꝙ signa sunt in fidelibus, verum vt conuertantur. Illi autem non erant credituri. Et ideo talibus non erant exhibẽda signa, sicut nec margaritæ ponendæ ante porcos.

Nicolaus de lyra.

Ad tertiũ.

3 *In sacramento baptismi tria considerantur.*
5 *Sacramenta nouæ legis sunt aliquo modo causa gratiæ.*
6 *Causa agens dicitur duplex.*
7 *Virtus spiritualis, quod sit in aqua baptismali, & in alijs sacramentis.*
8 *Motus non est ens completum, sed via.*
9 *Baptismus vim habet abluendi cor à peccatis.*
10 *Instrumentum habet duas actiones.*



Etrahe. Subiungit consequẽter magister Gratianus hoc. c. quod est Augus. super Io. homil. In quo ostendit quod ad verum baptisma Christi requirantur duo. scilicet elemẽtum, & verba à Christo instituta, quæ duo, sunt materia & forma sacramenti. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit in quibus consistit sacramentum baptismi. quia in verbo, & in elemento. In secunda ponit quod efficacia ipsius sacramenti se extendit ad ablutionem cordis. ibi cum ita ait. vnde ista. Pro pleniori intelligentia huius. ca. Quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primum est. Vtrum ad perficiendum sacramentum necessaria sit accessio verbi ad elementum.
2 ¶ Secundũ est vtrum aqua accedente verbo, fiat sacramentũ.
4 ¶ Tertium est vtrum tanta sit virtus aquæ baptismalis, vt tangendo corpus abluat à peccatis.

1 Ad primum. sic proceditur. † Et videtur ꝙ ad perficiendum sacramentum non requiratur accessio verbi ad elementum. Primò sic. Sacramenta veteris legis erant signa nostrorum sacramentorum, sed in illis nõ requirebatur aliqua forma verborum. ¶ Secundò sic. pœnitẽtia & matrimonium sunt quædam sacramenta. sed de integritate eorum nõ sunt aliqua verba. ergo &c. ¶ Tertiò sic. sacramentum est aliquid vnum. sed ex his quæ sunt oĩno separata non videtur posse fieri vnum. Cum ergo res sensibiles & verba huiusmodi. videtur ꝙ ad perfectionem, siue integritatem vnius sacramenti non requirantur verba cum rebus sensibilibus. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione quod ad perfectionem & integritatem sacramentorum requiritur, quod verba rebus sensibilibus adiungantur. Quæ conclusio probatur primo ex illo Apostoli ad Eph. 6. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret mũdãs eam in lauacro aquæ in verbo vitæ. Ratione vero triplici probatur iuxta sanctum Thom. in 3. parte secundum quod sacramenta ipsa possunt tripliciter considerari. Primò quidem ex parte causæ sanctificantis quod est verbum incarnatum. tunc arguitur sic. Sacramenta ex similitudine repræsentant, sed sacramenta repręsentant ea quæ sunt gesta circa Christum, ergo cum in Christo fuerit verbum Dei rei sensibili coniunctum. oportet quod sacramẽtum ei conformetur quodammodo in hoc. quod rei sensibili verbum adhibeat. ¶ Secundò considerantur sacramenta ex parte hominis, qui sanctificatur qui componitur ex anima & corpore. Et ex hoc arguitur sic. Medicinam oportet proportionari morbo. sed morbus peccati hominem quantum ad animam & corpus infecerat. ergo in sacramentis oportet esse verba, quæ respondeant animæ, & res sensibiles, quæ respondeant corpori. ¶ Tertiò considerantur sacramẽta ex parte ipsius sacramentalis significationis. Et ex ista parte arguitur sic. Dicit August. in 2. de doct. Christiana. quod verba inter homines obtinuerunt principatum significandi. quia verba diuersimodè designari possunt ad significandum diuersos conceptus mentis & propter hoc per verba magis distinctè possumus exprimere quod mente concepimus. Et ideo ad perfectionem sacramentalis significationis necesse fuit vt significatio rerũ sensibilium per aliqua verba determinaretur. Aqua enim significare potest & ablutionem propter suam humiditatem, & refrigerium propter suam frigiditatem. Sed cum dicitur. Ego te baptizo. manifestatur. quod aqua vtimur in baptismo ad significandum emundationem spiritualem. ergo conuenientissimum fuit vt verba coniungerentur rebus sensibilibus ad perfectionem sacramentorum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta sanctum Tho. quia non est similis ratio de sacramentis veteris legis & nouæ. Nam quemadmodum dicit August. contra Faustum. Alia debent esse sacramenta rei præsentis & alia rei futurę. Sacramenta autem veteris legis prenuntia erant Christi venturi. Et ideo non ita expresse significabant Christum, sicut sacramenta nouæ legis quæ ab ipso Christo effluunt & quandam similitudinem ipsius in se habent. vt dictum est. Concordat domi. Alexand. in 4. verumtamen vt dicit sanctus Thom. in 3. parte. In veteri lege vtebantur aliquibus verbis in his quæ ad cultum Dei pertinent tam sacerdotes qui erant sacramentorum illorum ministri secundum illud Num. 6. sic. Benedicetis filijs Israel & dicetis eis. Benedicat tibi dominus &c. quam etiam illi qui solis sacris induebantur secundum illud Deutero. 26: profiteor hodie coram domino Deo tuo &c. ¶ Ad secũdam respondetur negando minorem. Et ratio est iuxta sanctum Thom. & Alber. magnum in 4. dist. 1. quia matrimonium licet secundum quod est in officium, & pœnitentia secundum quod est virtus, non habeãt aliquã formam verborum. Nihilominus secundum vtrunque est sacramentum in dispẽsatione ministrorum ecclesiæ consistens vtrumque habet aliqua verba, sicut in matrimonio sunt aliqua verba exprimentia, consensum, & iterum benedictiones ab ecclesia constitutę. In pœnitentia autem est absolutio sacerdotis verbotenus facta. ¶ Ad tertiam respõdetur iuxta sanctum Thom. in 4. & 3. parte quod sacramẽtum est vnum aliquid in genere signi vel causæ. quorum vtrunque importat relationem. Non est autem inconueniens, vt quæ sunt distincta ẜm naturam rei conueniant in relatione ad aliquid vnum, sicut accidit de multis trahentibus nauem. qui sunt vna causa tractus nauis. & sicut pater & mater sunt vnũ in generatione, sic & verba & res sunt vnum in significando, & causando. & per consequens efficiũt vnum sacramentum. Et quia virtus causandi est in rebus ex verbis significantibus verba sunt formalia per modũ quo omne completiuum dicitur. Res verò sensibiles sunt materia.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respõdet.

S. Thom.

August.

Ad primũ argu.
S. Thom.

Alexãder.

Ad secũdũ
S. Thom.
Albertus.

Ad tertiũ.
S. Thom.

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur quod aqua accedẽte verbo fiat sacramẽtum. Primò ex præsenti litera. vbi dicit Augu. Accedit verbũ ad elementum, & fit sacramentum. ¶ Secundò arguitur ex diffinitione baptismi, quam dat Hugo de sancto victore. Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbũ Dei. ¶ Tertiò sic. Sacramentum est elementum ex similitudine repręsentans. Sed elementum baptismi est aqua, & illa repræsentat interiorem mundationem. ergo aqua est sacramentum. ¶ Quartò sic. Ablutio corporalis transit baptismus autem permanet in baptizato. ergo videtur quod baptismus nõ sit ablutio. sed aqua ipsa. ¶ In oppositum est, & arguitur per illud eccle. 33. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius. ergo videtur quod baptismus non sit ipsa aqua. sed ablutio siue lotio. ¶ Respondeo dicendum quod aqua ipsa materialis non est propriè siue per essentiam sacramentum baptismi, sed est ipsa ablutio siue lotio. quæ conclusio est beati Augustini dicentis. Baptismus est tinctio in aqua verbo vitę sanctificata. Pro cuius conclusionis de-
3 claratione. † Est notandum iuxta sanctum Tho. in 3. parte. ꝙ in sacramento baptismi est tria considerare. Aliquid. s. quod est sacramentum tantum. Aliquid quod est res tm̃, & aliquid quod est res & sacramentum. Sacramentũ aũt tm̃ est aliquid visibile exterius existens quod est signum interioris effectus. hoc. n. pertinet ad rõnem sacramẽti. Exterius autem suppositum sensui est & ipsa aqua, & vsus eius qui est ablutio. Quidã aũt æstimauerunt ꝙ ipsa est sacr̃m. Quod quidẽ sonare videntur ipsa verba Hugonis de sancto victore. Cuius ẽt sententiæ videtur esse ipse Hugutio in præsenti. c. & ẽt Archi. qui sequiẽ eius expositionẽ. Sed isti non dicunt verum. patet quia sacramenta nouæ legis cũ sanctificationẽ quandam operentur, ibi perficitur sacramẽtum vbi perficitur sanctificatio. in aqua autem non perficitur sanctificatio, sed est ibi quædam sanctifica

Primũ ar
Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.
Opponit i contrariũ.

Respõdet.

S. Thom.

Hugo de sancto victore.

tionis

tionis virtus instrumentalis non permanens sed fluens in homine, qui est verè sanctificationis subiectum. Et ideo sacramētum non perficitur in ipsa aqua, sed in applicatione aquæ ad hominem quæ est ablutio. Et ideo magister sententiarum. in 4. distin. 3. dicit ꝙ baptismus est ablutio corporis exterior facta sub præscripta forma verborum. Cōcordat magister Ale. de halis. in 4. vbi quærēs quid proprius dicitur baptismus vel aqua abluens vel ipsa ablutio. dicit, ꝙ in baptismo tria sunt, scilicet ipsum elementum, verbum sanctificans. & ipsa tinctio. dicendum ergo, quod in elemento est virtus regeneratiua, potentia ex cōtactu carnis Christi quæ primo reducitur in actū per verbum ipsum, sicut color est visibilis potentia, & luce efficitur actu visibilis, sed in tinctione virtus regeneratiua effectum habet in homine. vnde id quod immediate operatur principalem effectum baptismi, est ipsa tinctio. Concedendæ ergo sunt rationes quibus ostenditur quod proprius dicit̄ tinctio baptismus quam aqua. Hæc ille. Res autem & sacramentum est character baptismalis quæ est res significata per exteriorem ablutionem. & est signum sacramentale interioris significationis, quæ est res tantum huius sacramenti significata & non significans ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiā. Et ratio est, quia non est ille intellectus authoritatis Au. sicut quibusdam videtur, quoniam vt dicit sanctus Th. in 3. parte: Accedente verbo ad elemētum fit sacramētum, non quidem in ipso elemento, sed in homine, cui exhibetur elementū per vsum ablutionis. Et hoc significat ipsum verbum, quod accedit ad elementum, cum dicitur. Ego te baptizo. ¶ Ad secundam respōdetur dupliciter. Primò modo ꝙ Hugo fuit illius opinionis de quo non est curandum in hac parte. Secundò respondetur ꝙ cum baptismus dicatur aqua siue materiale elementum, non est prædicatio per essentiam. sed per causam materialem. quia aqua est materiale principium baptismi. vnde dicit sanctus Thom. in 4. quod hæc est propria prædicatio. baptismus fit in aqua. Et hoc modo. verbum Hu. potest esse verum. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ aqua secundum se & in se non repræsentat interiorem emundationem, sed in applicatione sui ad hominem, quæ est ablutio vt dictum est. nō per essentiam baptismus est ablutio ipsa, & non aqua. ¶ Ad quartā respondetur primo ꝙ hac ratione etiam aqua non possit dici baptismus. Secundo respondetur iuxta S. Tho. & Ale. de halis ꝙ tinctio siue ablutio, licet transeat actu, manet tñ quo ad effectum maximè quo ad characterem, quæ est res & sacramētū, qui semper & indelebiliter manet. Et ita rō non procedit.

Margin: Alexāder de halis. — Ad primū arg. S. Thom. — Ad secūdū — S. Thom. — Ad tertiū. — Ad quartū

4 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur quod non sit tanta virtus aquæ baptismalis, quod abluendo corpus cor mundet à peccatis. Primò sic. virtus ablutiua peccatorum est virtus spiritualis. Sed in aqua (cum sit corpus) non potest esse virtus spiritualis. nec ita ꝙ sit propria ei. quia cum virtus fluat ab essentia rei non transcendit naturā rei. nec etiam potest esse ita quod recipiat eam ab alio. quia vt ait Boethius. Omne quod recipitur in aliquo recipitur in eo per modum recipientis. ergo in re corporali, cuiusmodi est aqua baptismalis non potest recipi virtus spiritualis. ¶ Secundò sic. Omne quod est, reducitur ad aliquod genus entis, & ad aliquem gradū boni. sed non est dare in quo genere entis sit talis virtus, vt patet discurrenti per singula genera, quia nō in genere substantiæ, non in genere quantitatis, & nō qualitatis, non relationis & c. Similiter non potest reduci ad aliquem gradum bonorum. Non. n. potest computari inter minima bona. cum baptismus sit de necessitate salutis. Io. 3. Nec iterū inter media bona cuiusmodi sunt potētiæ animæ naturales quibus homo bene vel malè vtitur. Non etiam inter maxima bona. cum nec sit gratia, nec virtus mentis. ergo talis virtus non est aliquod bonum, & per consequens nihil est. ¶ Tertiò sic. sup illud psa. Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum. dicit gl. Deus per seipsum irradiat pias mētes. ergo cum illa irradiatio fiat per lumen gratiæ, constat ꝙ gratia est à Deo immediate, & non à sacramētis, ergo videtur qđ virtus aquæ nō sit tanta, qđ cor abluat à peccatis. quia hoc nō fit nisi mediāte gratia. ¶ Quartò sic. Nullum corporale potest agere in rē spiritualem, eo qđ agens est honorabilius patiente. vt Aug. dicit. 12. super Gen. ad literam. sed subiectum grāe per quā fit ablutio peccatorū est mens hoīs, quæ est res spiritualis. ergo aqua baptismi nec aliquod sacramētum pōt cor abluere à peccatis. ¶ In oppositum est beatus Au. dicens in præsenti. c. vnde tanta vis aquæ, quæ corpus tangat, & cor abluat. ¶ Responsio dicendum, quia determinatio præsentis quæstionis quodā modo depēdet ab illa quæstione, vtrū sacramēta sint causa gratiæ. Et quia in authoritate prædicta Au. dr̄ vnde tanta vis &c. De tribus hic agemus. primò an sacramēta sint causa gratiæ. secundo an in eis sit aliqua virtus spūalis ad gratiam inducendam. 3. vnde aqua baptismalis, & alia nouæ legis sacramenta habeant hmōi virtutem. Circa primum est cōclusio quam oēs catholici cogunt̄ concedere † qđ sacramenta nouæ legis sunt aliquo 5 modo causæ gratiæ. Quæ conclusio patet, qm̄ per sacramenta nouæ legis hō Christo incorporatur, sicut de baptismo dicit Apostolus ad Gala. 3. Quotquot in Christo baptizati estis, Christū induistis. Nō aūt efficit̄ hō membrum Christi, nisi ꝑ gratiam, ergo &c. secundo patet ex eo, quia hæc differētia cōiter assignatur à doctoribus inter sacramēta nouæ legis & veteris, qđ sacramenta nouæ legis efficiūt qđ significant, qđ sacramentis veteris legis non competit. figurant aūt sacramenta inuisibilē gratiam: si ergo sacra nouæ legis gratiam nō causant, non differrent in aliquo à sacramentis veteris legis ꝙ inconuenienter diceretur. Verū tangit S. Th. tam in 4. sn̄iarum quam in 3. parte diuersimodè ponunt sacramenta nouæ legis cās esse gratiæ. Quidam. n. dicunt, qđ nō sunt cāæ, quasi facientes aliquid in aīa, sed causæ sine quibus non. quia increata virtus, q̄ effectus ad gratiam pertinentes facit in aīa, sacramentis assistit, per quandam Dei ordinationē, & quasi pactionē. Sic. n. ordinauit, & quasi peregit Deus. vt qui sacra accipiunt, simul ab eo gratiā recipiāt non qđ sacra aliquid faciant ad hoc. Et ponunt ad hoc exēplum de illo qui afferens denariū plumbeum accipit centū libras ex regis ordinatione, non quod denarius aliquid operetur ad habendum prædictæ pecuniȩ quātitatem, sed hoc operatur sola voluntas regis. vnde & B. dicit in quodā sermone in cęna dñi. Sicut inuestitur canonicus per librum, abbas per baculum. episcopus per anulum. Sic diuisiones gratiarum diuersæ traditæ sunt sacramētis. Et quia pactio talis non erat facta in sacris veteris legis, vt accedēs ad ipsa in gratiā acciperent, iō dicunt grām non conferre sed promittere tm̄. Sed si quis rectè consideret hæc opinio non est vera. tū primo quia non vr̄ per hūc modum quem ponit de causalitate sacramentorum respectu gratiæ sufficere ad saluandū dicta doctorum, quæ sunt multū ponderanda in hmōi materijs, ꝙ patet, quia cā sine qua non, si nihil oīno faciat ad inducendum effectum vel disponendo vel meliorādo qtum ad rōnem causandi nihil habebit. s. causas per accidens. sicut albū est cā domus, si ædificator est albus. Et ꝯm hoc sacramenta essent causæ per accidens tm̄ sanctificationis. Illa. n. ordinatio quam dicunt siue pactio, nihil dat eis de ratione causæ, sed solū de rōne signi, sicut etiam denarius plumbeus est solū signū indicās quid quis debeat accipere. Quod aūt est per accidens omittit̄ ab arte, nec ponitur in diffinitione, vnde in diffinitione sacramenti non poneretur causalitas prædicta, nec sancti multū curassent de ea dicere. Et tñ dicunt qđ sacramenta non solum significant, sed causant gratiam. Et ideo est alius modus dicēdi. s. Alexandri de halis. in 4. & beati Tho. tam in 4. sen. quam 3. par. & 3. q. disputatio de veritate quod sacramēta & ita baptismus causant gratiam instrumētaliter nō vt principaliter agē-
6 tia. Pro quo notādum iuxta S. Th. in 3. parte † quod duplex est causa agens. vna principalis. alia instrumentalis principalis quidem operatur per virtutē suæ formæ cui assimilatur effectus, sicut ignis suo calore calefacit, & hoc modo non potest causare gratiam, nisi Deus, quia gratia non est aliud quā quædam participata similitudo diuinæ naturæ. ꝯm illud. 2. Petr. 3. Magna nobis & pretiosa promissa donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ. Causa vero instrumentalis non agit per virtutē suæ formæ, sed solū per motū quo mouetur à principali agēte. vnde effectus nō assimilat̄ instrumento, sed principali agenti. sicut lectus non assimilatur securi, sed arti q̄ est in mēte artificis. & hoc modo sacramēta nouæ legis grām causant. Adhibentur. n. ex diuina ordinatione hominibus ad grām in eis causandā. vnde Au. 2. cōtra Faustū. dicit hæc oīa. s. sacramētalia sunt & trāseūt, virtus tñ. s. Dei, q̄ ꝑ ista operatur, iugiter manet. Hoc aūt dicitur proprie instrumētaliter, per quod aliquis operatur. vnde. 2. ad Ti. 3. dr̄. saluos nos fecit per lauacrū regenerationis. Et tm̄ dictū sit de primo pro isto loco. qm̄ de hoc plenius disputauimus circa. c. nunquid de conse. di. 4. vbi principaliter tractatur hæc materia. ¶ Circa ꝯm est notādum quod vt recitat S. Th. illi qui ponunt quod sacramenta nō causant grām nisi ꝑ quādā concomitantiā ponunt, qđ in sacramētis nō sit aliqua virtus quæ operet̄ ad sacramēti effectū. Et tñ vt dicūt virtus diuina sacramēto assistens quæ sacramētalē effectum operatur. Et ad authoritates sanctorum inductas quæ ma-

Margin: Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. Psal. 16. b — Quartū ar — Opponit ī contrariū. — Respōdet. — S. Thom. — Bernard. — Cōtra prædictam op. — Alexader de halis. S. Thom. — Augus. — S. Thom.

quæ manifestè dicunt virtutem esse in sacramentis. Respondetur quòd virtus illa non est nisi quidam ordo ad aliquid. Sed hoc nihil est dictum vt arguit sanctus. Th. in 4. quia virtus nominat principium alicuius & præcipuè prout sumitur hic pro virtute causæ. Ad aliquid vero siue relatio non potest esse principium actionis vel terminus. vt probatur. 5. physic. Et ideo ille ordo non potest habere nomen virtutis, nec ratio nem propter quod sequendo iuxta superius iam posita quod sacramentum est causa instrumentalis gratiæ, necesse est simul ponere quod in sacramento sit quædam virtus instrumẽtalis ad inducendum effectum sacramentalem. Est ergo con-
7 clusio † qđ in aqua baptismali & in alijs sacramentis est virtus spiritualis, qua lauatur anima à peccatis. Ista conclusio probatur sic. Sacramenta medicinæ quædam sunt. sed omnis medicina habet aliquam virtutem per quam fit efficax ad salutem inducendam corporalem. ergo in sacramentis est aliqua spiritualis virtus ponenda, qua sint efficacia inducendi salutem spiritualem. ¶ Secundò sic. si sacramenta nouæ legis nihil dispo nerent nec cooperarentur ad salutem animæ æquè bene sine eis posset fieri salus. sicut cum eis. ergo imposita nobis sacramenta nouæ legis potius dicenda essent onera, quam medicamina. & lex noua potius dicenda veniret oneris quam suauitatis. contra illud Matth. 5. iugum meum suaue est, & onus meũ leue. verum pro intellectu huius conclusionis est notandum iuxta sanctum Thom. tam in 3. parte quam in 4. quod virtus agendi proportionatur agenti. vnde alio modo oportet ponere virtutẽ agendi in principali agente, & alio modo in agente instrumentali. Agens enim principale agit secundum exigentiam suæ formæ. Et ideo virtus actiua in ipso est aliqua forma vel qualitas habens completum esse in natura: instrumentum autem agit vt motum est ab alio. Et ideo conuenit sibi
8 virtus proportionata motui. † Motus autem non est ens completum sed via in ens quasi medium inter potentiam puram & actum purum, vt dicitur. 3. phys. Et ideo virtus instrumenti in quantum huiusmodi secundum ꝙ agit ad effectum vltra id quod competit sibi secundum suam naturam non est ens cõpletũ habens esse fixũ in natura. sed quoddã ens incõpletũ. sicut est virtus immutandi visum in aere, in quantum est instrumentum motum ab exteriori visibili. Et quia sacramenta non faciunt effectum spiritualem, nisi in quantum sunt instrumenta. Et ideo virtus spiritualis in eis non est quasi ens fixũ, sed sicut ens incompletum. & hæc sufficiant pro præsenti loquendo incidenter, quia sufficienter satis & plene loquuti sumus de hac materia. vbi. s. de conse. distin. 4. circa. c. nunquid.
9 ¶ Circa tertium. s. † vnde baptismus ᵃ & alia sacramenta virtutem habeant abluendi cor à peccatis. Est cõclusio ista. quod sacramenta ecclesiæ specialiter virtutem suam habent ex passione Christi. ista conclusio probatur primo per illud quod su per illud ad Rom. 5. in similitudinem præuaricationis Adæ. Dicit glo. ex latere Christi dormientis fluxerunt sacramenta, per quæ saluata est ecclesia. Et ita sacramenta videntur virtutem habere ex passione Christi. ¶ Secundò sic. Sacramenta sunt medicinæ contra peccata sed peccata sunt ablata per Christi passionem quia mortuus est propter delicta nostra ad Ro. 5. ergo sacramenta à Christi passione efficaciam suam habẽt. Pro cuius conclusionis pleniori notitia est notandum iuxta sanctum Thom. Quod sicut dictum est in præcedentibus, sacramenta operãtur ad gratiam causandam per modum instrumenti. Est autem duplex instrumentum. vnum quidem separatum vt baculus. Aliud autem coniunctum. vt manus. per instrumentum autem coniunctum mouetur instrumentum separatum sicut baculus per manum. Principalis autẽ cã efficiẽs gratiæ est ipse Deus ad quem cõparatur humanitas Christi, sicut instrumentum coniunctum, Sacramentum autem sicut instrumentum separatum. Et ideo oportet quod virtus salutifera deriuetur à diuinitate Christi per eius humanitatem in ipsa sacramenta. gratia autem sacramentalis ad duo præcipuè ordinari videtur videlicet ad tollendos præteritorum defectus peccatorum in quantum trãseunt actu, & remanent reatu Et iterum ad perficiendum animam in his quæ pertinent ad cultum Dei ꝑm religionẽ christianæ vitæ. Manifestum est autẽ, ꝙ Christus liberauit nos à peccatis, præcipuè per suam passionem non solum efficienter & meritoriè sed etiam satisfactoriè. Similiter etiam per suam passionem initiauit ritum christianæ religionis offerẽs se oblationem & hostiam Deo. vt dr̃ ad Eph. 5. Et ita manifestum est ꝙ sacramenta ecclesiæ habẽt virtutẽ ex passione Christi cuius virtus quodã modo nobis copulatur per susceptionẽ sacramentorũ in cuius signũ de latere Christi pendentis in cruce fluxerũt aqua & sanguis, quorum vnum pertinet ad baptismum, aliud ad eucharistiã quæ sunt potissima sacramenta. ¶ His habitis sic cursim dicendũ est ad rationes in oppositum. Ad primam respõdetur iuxta S. Tho. ꝙ virtus spiritualis non potest esse in re corporea ꝑ modum virtutis permanentis & completę. sicut ratio probat nihil tamen prohibet in corpore esse virtutẽ spiritualem instrumentalem, in quantum. s. corpus potest moueri ab aliqua substantia spirituali ad aliquem effectum spiritualem inducẽdũ, sicut etiam in ipsa voce sensibili est quædam virtus spiritualis ad excitandum intellectum hominis. Et hoc modo vis spiritualis est in sacramentis in quantum ordinatur à Deo ad effectum spiritualem. ¶ Ad secundã respondetur ꝙ sicut motus in eo quod est actus imperfectus, non est propriè in aliquo genere, sed reducitur ad genus perfecti. sicut alteratio ad qualitatem, ita virtus instrumentalis non est propriè loquendo in aliquo genere entis, sed reducitur ad genus & speciem virtutis, perfectæ quæ est qualitas, vel in qua esset si in genere esset. qa virtus increata non est in aliquo genere. Et ita dicendum est de gradu bonorum, qđ sicut prædicta virtus non est in aliquo genere entis nisi per reductionem, ita nec constituitur in aliquo gradu boni, nisi per reductionem. Reducitur autem ad bona maximè in quibus est gratia quæ quoddammodo est complementum ipsius virtutis, quasi finis eius. vt dicit sanct. Thom. in 4. ¶ Ad tertiam respondetur quod ratio illa non arguit nisi quod Deus principaliter est causa gratiæ. & hoc nos concedimus, sed cum hoc stat quod instrumẽtaliter sacramenta sint causæ eius sicut dictum est. ¶ Ad quartam respõdetur, quod assumptũ est verum de eo corporali, quod agit virtute propria, sed non de eo quod agit vt instrumentum superioris virtutis. Pro quo nota. iuxta sanctum Thom. † quod instru
10 mentum habet duas actiones vnam instrumẽtalem secundum quam operatur nõ in virtute propria sed in virtute principalis agentis. Aliam autem habet propriam quæ competit sibi secundum propriam formam, sicut securi competit scindere ratione suæ acuitatis, facere autem lectum in quantum est instrumentum artis, non autem perficit actionem instrumentalem, nisi exercendo actionem propriam. scindendo enim facit lectum. Et similiter sacramenta corporalia per propriam operationem quam exercent circa corpus quod tangunt, efficiunt operationem instrumentalem ex virtute Dei circa animam, sicut aqua baptismi abluendo corpus secundum propriam virtutem abluit animam in quantum est instrumentum diuinæ virtutis, & ad probationem cum dicitur. quod honorabilius vel nobilius &c. Respondetur quod agens non est semper nobilius patiente simpliciter loquendo, sed in quantum est agens. Agit enim ignis vel ferrum in corpus humanum quod est simpliciter nobilius, quo tamen ignis est nobilior in quantum est actu calidus, & secundum hoc agit in corpus humanum. & sic non oportet quod res materiales quæ sunt in sacramentis sint simpliciter anima nobiliores. sed secundum quid, scilicet in quantum sunt instrumenta diuinæ misericordiæ operantis iustificationem, nec iterum oportet quod instrumentaliter agens sit nobilius effectu. quia effectus non proportionatur instrumento, sed principali agenti qui quandoque per vilia instrumenta nobiliores effectus inducit, sicut medicus inducit ad sanitatem per clysterẽ. Lege textum. ¶ [Detrahe.] Ostendit Augustinus necessitatem obseruandæ formę euangelicę quoniam illa detracta ab aqua, aut non bene & rectè prolata. [Quid erit aqua nisi aqua] id est, nullius virtutis erit ad efficiendam salutem animę. Nam sacramenta vt dicit Hugo. de sancto victore ex sanctificatione gratiam continent sed creatura sanctificatur per verbum Dei. 2. ad Tit. 3. ergo detracto verbo aqua, vel quacunque alia materia alterius sacramenti nihil manet virtutis in eis. vnde sacramentum ex duobus sicut dictum est necessario consistit, scilicet ex verbo & elemento. Et ideo sequitur [verbum] forma scilicet verborum à Christo instituta. Matth. vltim. Baptizantes. In nomine patris &c. [Accedit ad elementum] id est, ad corpus sensibile aquę, cum profertur super aquam cum intentione baptizandi [& fit sacramentum] non quidem ipsa aqua sicut dicit Hu. hic & non bene. sed ipsa ablutio sicut supra declarauimus est sacramentum, sicut etiam patet tam ex diffinitione Aug. quã magistri sententiarum suprapolita. multa possent hic inquiri, & disputari. Sed quia iam discussa sunt. de conse. distinc. 4. vbi principaliter tractatur de sacramento baptismi, nos supersedemus à multis alijs gratia breuitatis [vnde] secunda pars.

supra

S. Thom.

ᵃ Baptismus. Sacramentũ baptismi in quo consistat pulch. Pe. de An. super continuatiõe rubricę de baptis. nu. 1. & qs sit bapti. effectus idẽ in ca. gaudemus. nu. 4. de diuor.

Ad primũ argu. S. Thom.

Ad tertiũ. Ad quartũ

S. Thom.

Exponit li teram.

Hu. de sancto victore.

Cõtra Hu.

ſupra explanauimus in 3. articulo. Et poſſumus etiam dicere S. Thom. iuxta ſanctum Thom. in 4. quod tanta virtus aquæ baptiſmalis & materiæ aliorum ſacramẽtorum eſt ex tribus ſcilicet ex inſtitutione diuina, ſicut principali agente, ex paſsione Chriſti ſicut ex cauſa prima meritoria. & ex fide eccleſiæ, ſicut ex continuante inſtrumentum principali agenti [quæ corpus] hominis ſuſcipientis baptiſmum. [tãgat & cor] ſcilicet ipſius baptiſmum ſuſcipientis. [Abluat] idelt mundet à peccato per gratiam ad quam inducendam inſtrumentaliter operatur niſi malitia ſuſcipientis impediat. Ecce quomodo Auguſti. tangit duplicem operationem aquæ ſicut ſupra circa primum articulum diximus, quod duplex eſt actio inſtrumenti. primo tangit operationem naturalem quam aqua habet propria virtute cum dicit, corpus tangit. ſecundo tangit operationem inſtrumentalem quam non habet virtute propriẽ naturæ, ſed virtute diuina cum ait. Cor abluit. [Et niſi] id eſt, hoc non fit quod actu aquæ mundetur cor à peccatis [niſi facientu]. i. operante inſtrumentaliter [verbo]. i. prædicta forma euangelica verborũ ſit infuſa, & impinguata vt ita dicam diuina virtute [nõ quia dicitur] ſcilicet tantum [ſed quia creditur] à ſuſcipiente baptiſmum vel offerente, vel ſaltem ab eccleſia. vt de conſe. diſtinctio. 4. paruuli. neceſſaria eſt enim fides in ſuſcipiente baptiſmũ vel perſonalis ſi ſit adultus & rationis compos. vel ſaltem eccleſiæ vniuerſalis ſi ſit paruulus, ad conſequendam ablutionem à peccatis. Pro quo notandum iuxta ſanctum Tho. S. Thom. in 3. parte. quod duo efficiuntur in anima per baptiſmum, ſcilicet character & gratia. dupliciter ergo aliquid ex neceſsitate requiritur ad baptiſmum. vno modo ſine quo gratia haberi non poteſt, quæ eſt vltimus effectus ſacramenti. Et hoc modo recta fides ex neceſsitate requiritur ad baptiſmum quia ſicut dicitur ad Rom. 3. Iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti. & Marci. vlti. dr̃. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. Alio modo requiritur aliquid ex neceſsitate ad baptiſmum ſine quo character baptiſmi imprimi non poteſt, & ſic recta fides baptizati non requiritur ex neceſsitate ad baptiſmum, ſicut nec fides baptizantis, dummodo aſsint cætera, quæ ſunt de neceſsitate ſacramenti. Non enim ſacramentum perficitur per iuſtitiam hominis dantis vel accipientis, ſed Auguſt. per virtutem Dei. vnde Auguſtinus dicit quod prorſus fieri poteſt vt aliqui verum baptiſma habeant & non habeant veram fidem, in paruulis autem ſufficit fides eccleſiæ ad vtrunque effectum ſuſcipiẽdum. [Aliud eſt] aſsignat rationem eius quod dicit. [Tranſit] ſcilicet ipſa verborum prolatio. Hugo. [Aliud eſt virtus manens]. i. efficacia ipſius ſacramenti ſiue ipſa interior mundatio. Hugo. [quam ipſum ſacramentum cauſat ſuo mõdo] ſcilicet inſtrumentaliter. Nota quod ſicut ſupra parum ante diximus efficacia ſacramentorum pendet. 3. ex fide eccleſiæ ſicut ex continuante inſtrumentum principali agenti.

De his etiam. § eſt, & reſpicit ad præcedentem. §. Et vult magiſter Gratianus ſubdere capitula quæ loquuntur de illis, qui ex certa ſcientia baptizantur ab hæreticis.



Irmiſsime. De iſtis loquens Auguſtin. lib. 2. de fide ad Petrum dicit quod baptiſmus collatus extra eccleſiam etiam in forma eccleſiæ non confert gratiam, ſed potius eſt ad perniciem ſuſcipientium. Breue eſt. Lege tex. ¶ [Firmiſsime extra eccleſiam] id eſt vnitatem & pacem eccleſiæ. vel extra eccleſiam id eſt prætermiſſa & in contemptum eccleſiæ, & ſcienter ab hæreticis baptizatis. Hug. Gof. & Archi. [In perniciẽ] vt de conſe. diſtin. 4. quamuis. Et hoc ideo, quia irreuerẽtiam & contemptum ſacramento faciunt. vnde quantum in eis eſt ſacramentum polluunt, & fœdant. Et ideo ſarramentum ipſum non ad ſalutem dicuntur ſuſcipere. [de conſe. diſtincti. 4. eccleſia ſolet. hinc patet quod baptiſmo non ſaluatur baptizatus cum ibi non datur, vbi oportet, vt detur. ſ. intra eccleſiam ſi debeat valere ad ſalutem.

Exponit literam.

1 *Melior non debet quis iudicari quia facit miracula.*



Eneamus. Ad idem ſubiuagitur. c. hoc eiuſdem Auguſtini ſuper Exod. vbi in condemnationem vnitatis & pacis eccleſiæ dictus, quod bona quæ fiunt extra eccleſiam non valent ad ſalutem. Et per conſequens patent quæ in præce. ca. dicta ſunt, quod baptiſmus extra eccleſiam receptus non valet Diuiſio. ad ſalutẽ. põt aũt hoc. c. diuidi in duas partes. In prima dicit ꝙ dictum eſt. In ſecunda probat per exempla. in quibus oſtẽdit quod licet quis faciat plura miracula extra eccleſiam quam alius, qui eſt in eccleſia, nõ ex hoc arguit̃ melior, vel ęquè bonus. ſecũda ibi, in vnitate erat. Lege tex. ¶ [Tenea mus vnitatẽ] non inde exeundo per ſchiſma vel hæreſim. Hu. & A[rchi.] [præter vnitatem qui facit miracula nihil eſt (quo ad meritũ vitæ æternæ. Iſtę grãæ gratis datæ ſine charitate) q̃ vinculũ eſt eccleſiaſticæ vnitatis] nihil valent ad vitæ æternæ meritum. 1. ad Corint. 13. Si linguis hominũ loquar & Angelorum, ſi habuero prophetiam, & nouerim omnia myſteria, & omnem ſcientiam, ſi habuero omnem fidem, ita vt montes trãſferã. ſ. operando miracula, charitatem autẽ non habeam, nihil ſum. ergo præter vnitatem eccleſiæ quæ eſt per charitatem operari miracula, nihil eſt ad meritum vitæ æternæ. vt de pe. di. 3. §. poteſt. & etiam. c. ſi quis autem. [In vnitate]. 2. pars, multi. n. non faciunt miracula, qui tñ ſunt in vnitate pacis & charitatis eccleſiæ. Exẽplificat primo de filijs Iſrael. 2. de Petro & Simone Mago, & alijs fidelibus. primo dicit in vnitate fidei & pacis eccleſiæ. [erat populus] notus in Iudæa Deus, & in Iſrael magnũ nomen eius in Pſal. [Et nõ faciebat miracula] quibus eorum. ſ. Hu. [præter vnitatem erant magi Pharaonis:] qui nõ vnius Dei veri fidem habebant ſed erant peſsimi idolatrẽ. [ſimilia.] vt. 26. q. 5. nec mirum. magis. n. illi arte demonum operabantur ſigna quantum Deus permiſit, vt patet Exod. 7. & 8. vnde Aug. 8. de Trinitate. c. 8. dicit quod magi verterunt virgas in ſerpentes virtute demonum, qui non debent dici creatores. ſed pro ſubtilitate ſuæ cognitionis ſemina iſtarum rerũ nobis occultiora nouerunt, & eas per congruas temporum rationes elementorum latenter ſpergunt, atq; ita & gignendarũ rerum & accelerandarum incrementorum præbent occaſiones. verum demones non poſſunt niſi quantum Deus iuſtè permittit. vnde magi Pharaonis defecerunt in 3. ſigno dicentes. digitus Dei eſt hic. i. ſpiritus ſanctus [an qui nõ faciebãt]
1 ar. † ꝙ non debet iudicari melior quis quia miracula facit, cũ hæc bonis & malis ſint communia. vt diximus de gratijs datis. de quibus. 1. ad Corin. 13. [Petrus] ſm̃ exemplum. [reſuſcitauit] Act. 9. [Simon Magus] arte demonum multa mira operatus eſt vt in legenda Apoſtolorum Petri & Pauli legit̃ [gaudebant]. Luc. 10. dominus Apoſtolis & diſcipulis ſuis dixit ꝙ in operatione non gauderent miraculorum, dicẽs. in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus ſubijciuntur vobis, gaudete autem quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. ſ. per prædeſtinationem, & per præſentem iuſtitiam, per hoc certi ſunt de vita æterna habenda, non autem ex operatione miraculorum. verum quia de miraculis loqui alius locus erit aptior, & magis ad propoſitum nihil de eis nunc loqui diſpoſuimus.

Pſal. 75.

Auguſt.

1 *Bptiſmus quod nulla reiteratione violetur, an ſit conuenienter inſtitutum quod ſic. nu. 2.*

3 *Baptiſmum iterans magis peccat quam qui fictè accedit.*



Anc regulam. Sequitur hoc. c. quod eſt Leonis Papæ, in quo ſtatuitur obſeruãdũ per oẽs eccleſias, vt baptiſmus in forma eccleſiæ à quocunque ſit collatus nullo pacto reiteretur. Et diuiditur in duas partes. In prima ſtatuit quod dictum eſt. In ſecũda inducit ad probationem eius Apoſtolum. 2. ibi, dicẽte apoſtolo. Licet de iſta materia. de conſec. diſt. 4. circa. cap. non poteſt quis plene diximus. Nihilominus pro pleniori intelligentia huius. cap. & eorum quæ de hac materia loquũtur hic quę-
1 ritur. † Vtrum hæc regula ſit cõueniens, qua præcipitur, vt baptiſmus nulla iteratione violetur. Et videtur quod nõ. Primò ſic. Sacramentum euchariſtiæ eſt perfectius ſacramentum ꝙ baptiſmus, vt manifeſtum eſt. ſed ſacramentum euchariſtiæ reiteratur, & præcipit̃ reiterari. ergo multo magis baptiſmus poteſt reiterari. & ita videtur inconueniẽter prohiberi. ¶ Secundò ſic ſupra. e. c. ſi quis. ex concilio Niceno habetur, quòd ſi quis confugerit ad eccleſiam de paulianiſtis & cataphrygis, quod tales rebaptizentur. ergo incõuenienter ponitur regula hæc præcipiens, vt baptiſmus nullo modo reiteretur. ¶ Tertiò ſic. poſsibile eſt aliquem baptizari qui nihil recepit gratiæ per baptiſmum. ergo ſi non eſt via ei ſalutis præcluſa, debet & poteſt iterari iſti baptiſmus. Quartò ſic. confirmando rationem factam duo dantur in baptiſmo, character & gratia, ſed quamuis character indelebilis ſit, gratia tamen quæ videtur eſſe principalis effectus eſt delebilis. ergo ſaltem ratione gratiæ poteſt etiam & debet reiterari. ¶ In oppoſitum
2 eſt capitulo præſentis literæ. ¶ Reſpondeo †. quod regula illa poſita de non reiterando baptiſmum fuit conuenientiſsima. patet concluſio. tum authoritate inſtituentis. Tum ſecundo autho-

Diuiſio. Quæſtio. Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Opponit & Reſpõdet

Authoritate Pauli dicentis. vnus Deus vnum baptisma. i. vni cum irreiterabile. tertio patet ratione sic. baptismus nō debet [..] potest reiterari ergo regula illa est conuenienter posita cō sequētia patet. & antecedens probatur ex multis iuxta. S. Th. Alexādrum, dominum Bonauēturā & cæteros qui oēs in hac conclusione conueniūt primo sic. Baptismus est spiritualis re generatio prout. s. aliquis moritur veteri vitæ & incipit nouā vitā agere. vnde dicitur. Ioā. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest videre regnum Dei. vnius aūt nō est nisi vna generatio. ergo nō potest reiterari sicut nec carnalis generatio Aug. super illud Io. 3. Nunquid potest in ventrē matris iterato introire & renasci. dicit sic. Tu inquit intellige natiuitatem spiritus, quomodo intellexit Nicodemus natiuitatem carnis, quomodo. n. verus non potest repeti, sic nec baptismus. ¶ Secundō sic. baptismus habet effectum suū à morte Christi. vnde Apostolus, quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte eius baptizati sumus. sed Christus semel tantum mortuus est: ergo nos tantum semel baptizari cōuenit. vnde ad Heb. 6. contra quosdam rebaptizari volētes dicitur. Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei. vbi gl. dicit. vna Christi mors, vnum baptisma consecrant. ¶ Tertiò sic. Baptismus imprimit characterē qui est indelebilis, & eius primus effectus. ergo sicut aliæ consecrationes non reiterantur in ecclesia, ita nec baptismus reiterari debet. vnde si reiteraretur iniuria fieret sacramento. vt dicit Au. ¶ Quartò probatur sic. Baptismus principaliter datur contra originale peccatum. ergo sicut originale peccatum non reiteratur, ita etiam nec baptismus reiteratur. vnde dicitur ad Ro. 6. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. ¶ Quintò probatur ex parte efficaciæ in curādo sic. Baptismus absoluit à pœna & culpa. ergo si baptismus posset reiterari, tūc quilibet posset impune peccare. quia facilitas veniæ incendium præberet delinquēdi. ergo &c. ¶ Sextò patet. quia talis est diuina institutio. dominus. n. instituit vt perfectam vnicam haberet efficaciam baptismus, & semel tantum fieret. Si ergo fit secundo nihil fit in anima. & ita cassatur sacramētum sciēter.

Thom. Bonauen. August.

Bonauen. 3 †Et propter hoc vt dicit dominus Bonauētura iterās baptismum nihil facit omnino, & magis peccat, quam ille qui fictè accedit quia facit contra ordinationem diuinam. facit contumeliam sacramento. facit etiam contumeliam Christo. quia quantum est de se filium Dei crucifigit. Et ideo patres grauē pœnam imposuerunt rebaptizantibus, & rebaptizatis sciēter propter grauitatem culpæ. quia rebaptizatio aut sapit hæresim, aut si non sapit, grauissimum contemptum Dei, & sacramenti inducit. ¶ His habitis ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta S. Th. in 3. parte. quia licet vtrunque horum sacramentorum. s. baptismus & eucharistia sit repræsentatiuū dominicæ mortis, & passionis, aliter tamen & aliter. Nā in baptismo commemoratur mors Christi, inquātum hō Christo moritur vt in nouam vitam regeneretur. Sed in sacramento, eucharistiæ commemoratur, inquantum ipse Christus exhibetur nobis, quasi Paschale conuiuium. secundū illud ad Eph. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur. Et quia semel nascitur homo multotiens vero cibatur semel tantum datur baptismus, multotiens autem eucharistia. Posset etiam responderi aliter negando consequentiam, quia non est simile de baptismo & eucharistia. Tum primo, quia baptismus imprimit characterem indelebiliter permanētem, quod non facit eucharistia. Secundò quia baptismus est contra originale peccatum, quod nō reiteratur. Eucharistia vero contra alios defectus qui reiterantur in homine. ¶ Ad secundam respondetur q̄ ratio non procedit quia cū præfati hæretici non seruarent formam euangelicam in eorum baptismo non conferebant verum baptismum. Et ita per consequens necesse erat venientes de illorum secta ad vnitatem ecclesiæ baptizari de nouo, sicut plenius dictum est in dicto. c. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Alexādrum de halis. quia per hoc q̄ baptismus non reiteratur, nō præcluditur via salutis, quia per pœnitentiam gratia recuperatur. ¶ Ad quartam dicendum est negando consequētiam. Et ratio est iuxta S. Tho. & Alexandrum, q̄ quamuis gratia sit dignior effectus baptismi quam character non tamen est ita ꝓprius effectus eius. Et in hoc non ita principalis quia gratia amissa etiam per alia sacramenta recuperari potest. Et ideo nō oportet q̄ ad ipsam recuperādam baptismus reiteretur, aliàs etiam de hoc disputauimus. de consec. di. 4. ca. non licet. Lege


Ad primū arg. S. Thom. Ad secūdū Ad tertiū. Alexāder. Ad quartū

tex. ¶ [Hanc regulam] pars est præmissi capituli. [Hi qui ab hæreticis.] Sed repetit Gratianus. quia in sequenti. §. vult determinare finem istius. cap. s. nemo &c. [dicente apostolo.] ad Ephe. 4. secunda pars [vnus Deus.] Expositum est. s̄. e. Hugo. [qui baptisma quod hæreticis nemo] . s. gratiam spūs sancti.

Exponit literam.

Nemo. §. est. vbi determinat quod dictum est in fine. c. præcedentis. ibi vt quod ab hæreticis nemo accipit &c. Ly nemo intelligendus est. qui in schismate vel hæresi constitutus est. [Cæterum baptisma accepit] hoc est verū si accipiens baptismum non sit hæreticus, nec scienter ab hæretico accipiat, vel nisi in necessitatis articulo constitutus. vt. 24. q. 1. si quem & d. 32. §. verum, idem est & cum pueri baptizantur ab hæreticis. j̄. e. q. 4. placuit. Hug. secundum Arch. hic incipit quarta pars quæstionis. in qua dicitur q̄ baptismus potest dari à quocunque. & hoc vsq; ad. §. hic agitur. Io. de fan.

Exponit literam. Archid.



Spiritus sanctus. Ad idem propositum subiungit magister hoc c. q̄ est Leonis Papæ in quo Leo Papa dicit. q̄ etiā ꝑ malos ministros boni colligi possunt. Breue est. Lege. ¶ [Spiritus sanctus gratiam]. i. bonus. [cum palea]. i. cū malo vsque ad diem iudicij commistum est granum cum palea. i. boni cum malis, sed in iudicio quando separabuntur boni a malis [tūc paleas]. i. malos igne comburet, & triticum]. i. bonos & purgatos [ponet in horreum regni cœlestis] Mat. 3. & 32. q. 4. recurrat. Hug. & Archid.] aspernetur]. 32. q. 1. apud infrà. eo. q. 7. si quis Archi. [fallatur] quia falli nō potest & si ea quandoque mentiatur. vt de conse. di. 2. panem. & 22. q. 5. quacunque probos colligat, qui pura mente illa ministeria percipiat. vt. j̄. e. q. ita fit. in fi. Hug.

Exponit literam.

1 *Baptismus an sit qui inuite & ludicre confertur.*
2 *Intentio baptizandi necessaria est in baptizante.*

Ecce. §. est. ¶ [Quomodo ab hæreticis]. s. quando ignoranter, vel in necessitate mortis in forma ecclesiæ accipitur, similiter cum à pueris suscipitur à paganis in forma ecclesiæ datum possit reiterari. de conse. di. 4. à quodam. quia verum baptisma receperat, licet etiā iocosè collatum fuisset. vnde probat exēplo. [Legitur in historia ecclesiastica] quam Eusebius composuit [Petri martyris] qui fuit episcopus, percunctatur. i. inquirit supple. non ob aliud nisi vt sciretur quid intendissent facere. Et quia intendebant baptizare, ita baptisma ratum habitum fuit ab ecclesia. Archi. [Athanasium] proprium nomē est, mos est à sacerdotibus [adimpleri]. s. vt à presbyteris perungantur chrismate in vertice. & ab episcopo in fronte. vt de con. di. 4. nullus. & & di. 5. nouissime. non dicit de his quæ sunt de substantia sacramenti. illa. n. dirimi per plures non possunt. vt di. 23. quorundam. sed reliqua præcedentia vel sequentia congrue quandoq; inter plures diuiduntur. vt. 7. q. 1. nihil. Hug. Hic soluitur quæstio in qua Aug. nō fuit ausus præ
1 cipitare sententiam. s. qua quæritur. † An sit baptismus qui inuitè & ludicrè confertur. quod vtique est. vt hic dicitur, dum modo baptizans baptizare intendat, vt de conse. distinct. 4. so
2 let quæri. † Intentio. n. baptizandi necessaria est in baptizante, non autem in baptismum suscipiente. sed hoc melius determinauimus. de conse. di. 4. c. prædicto.

Exponit literam. August.

1 *Character ordinis necessario præsupponit characterem baptismalem.*
2 *Paganus si baptizat in forma ecclesiæ & cum intentione conferendi quod ecclesia intendit verum baptismum confert.*



Si quis per ignorantiam. Subiūgit magister Gra. c. hoc Isidori, de his q̄ ordinantur antequā fuerūt baptizati. Et diuiditur duas partes. In prima dicit q̄ si quis per ignorantiam ordinatus fuerit, antequam baptismum susceperit talis de nouo debet baptizari. In 2. remouet errorem quorundam dicentium, q̄ baptizati à nō baptizatis iterum essent baptizandi. 2. ibi. Sed romanus pōtifex. Lege. ¶ [Si quis ordinatur.] de solo facto. Nam qui non est baptizatus ordinem recipere non potest. vt dictum est supra. [per ignorantiam] hoc nihil operatur quia idem esset etiam si ex certa sciētia vel cū crederet se esse baptizatum, & nō esset. Nā siue credat, siue nō credat non recipit ordinem ante baptismum. Cum. n. baptis-
1 mus ianua sit omnium sacramentorum † character ordinis necessario præsupponit characterem baptismalem. extra de presbytero non bapt. capitulo primo. sed fortè hoc dicit quia facilius postea dispensatur cum ignorante. Hu. Et meri-

Diuisio. Exponit literam.


to,quia talis contemnit reuerentiam sacramẽtorũ & ecclesię
quam si scienter fecisset,non ordinetur, nisi post susceptũ ba
ptismum nec tuoc,nisi cum dispensatione, quam facilius de-
bet obtinere.quia per ignoran.hoc fecit.[Sed romanus.secũ-
da pars. Hoc inducit vt diximus cõtra errorem eorum qui di
2 cunt.ꝙ paganus non potest baptizare,stiud.n.est falsum. † qa
paganus & infidelis dum baptizat,in forma ecclesiæ & cũ in-
tentione conferendi quod ecclesia intendit verum baptis-
mum confert.quia Romanus pontifex, in quo est ecclesia ca
tholica non attendit personam baptizantis sed spiritum san-
ctum qui gratiam infundit in baptismo,etiam à pagano colla-
to in forma debita,nec sic baptizatus est iterum rebaptizan
dus.patet ergo litera tota.

Quod autem. §.est in quo dixerat magister Gra-
tianus.s.e.q.in §. patet ergo. quod
baptismus cum sua virtute tribuitur ab hæreticis, sed nõ cæ
tera sacramenta.Et illud probauit de sacramẽto baptismi,mo
do probat de alijs sacramentis,quod non tribuuntur ab hære
ticis aliquo modo.vel saltem non tribuuntur cum effectu suo.
quasi diceret sacramentum baptismi cum sua virtute tribuit̃
ab hæreticis.sed cætera sacramenta &c.nõ possunt quo ad es-
sentiam.vel saltem quo ad effectum gratiæ. Si autem Gratia-
nus intelligat vt dicit Hu. quo ad effectum gratiæ potest esse
verum quod dicit.si quo ad substantiam sacramentorum nõ
est verum.Sed recurrendum est ad ea,quæ dicta sunt supra ea.
circa.c.si fuerit.& in §.patet ergo.& ꝑ alia capitula. & patebit
Archidia. lux veritatis.dicit autem hic Archid.quod capitula sequentia
intelliguntur de sacramentis hæreticorum in quibus forma
ecclesiæ prætermittitur, vel qñ recipiuntur ab eis præter ne-
Bar.Brixi. cessitatem & scienter secundum Barto.Brix.Sed cum nõ mo
do de sacramentis loquantur capitula ista, sed generaliter de
sacrificijs & alijs operibus bonis ex specie sua,sicut sunt elee-
mosyna,& ieiunia,& huiusmodi non videtur ad propositum
multum facere verbum præfati Barto.

1 *Pacifica quæ sacrificia dicebantur.*
2 *Holocaustum quid dicatur.*


SIc populus. Hic incipit inducere authori
tates sanctorum,Gratianus ad
ostendendum, quod sacramenta alia à sacramento
baptismi ab hæreticis collata sint irrita siue nulla:
aut saltem inania & inutilia.Primò inducit hoc.c.ꝙ est Hiero
nymi super Aggeum prophetam.c.2.vbi dicit qđ omnia quæ
hæretici faciunt & sacrificia & sacramenta quæ conficiũt vel
tradunt sunt contaminata ante cõspectum domini,quamuis
Exponit literam. ꝯm speciem suam videntur esse bona.Lege tex. ¶[Sic.vota]
quæ domino reddi debent.Deuter.23.Cum verò voueris do
mino Deo nõ tardabis reddere.psal.21.vota mea domino red
dã in conspectu tuo.[vota]generale est.Post subdiuidit in par
tes duas.[vel pro salute]Hu.pro salute.n.offerebantur sacrifi-
1 cia danda vel data conseruãda.Leui.9.[pacifica.]†Sic vocaban
tur sacrificia,quæ offerebantur pro pace adepta vel adipiscẽda
vel conseruanda.de quibus Exodi.20.Altare de terra facietis,
& offeretis super eo holocausta,& pacifica Leuiti. 6. dabo pa
cem in finibus vestris[pro peccato].s.purgando.Hug.Leui.
4.si turba per imperitiam fecerit contra mandatum domini,
& postea intellexerit.i. recognouerit peccatum suum, offeret
2 pro peccato suo vitulum[vel holocausta.]†Holocaustum di-
citur sacrificium,quod totum incendebatur in odorem suaui
tatis domino enim Leu.i.Et dicitur ab holon, quod est totũ,
& caustos quod est incensum.Hug.[contaminata]non in se,
sed quia à contaminatis ablata. quasi ideo dicuntur contami-
nata,quia ipsi contaminati tractant,& conficiunt,& offerunt
ea,vel dicuntur contaminata.i.inutilia, & infructuosa quo ad
præmium æternum.Non.n.sacrificiorum multitudinem sed
offerentium merita causasque dijudicat Deus.vt. 24.q.1.odi.
[Sancta specie sui]sicut opus eleemosynæ,opus ieiunij, & ẽt
sacramenta qtum ad superficiem ecclesiasticæ obseruãtiæ, tñ
declarat ꝙ dictum est qũo dicuntur polluta,non in se.Sed qa
à pollutis tractantur.Sopho.2.Sacerdots eius polluerunt san-
Hierony. ctũ,quia vt dicit ibi Hieronymus,sacerdotes in loco sanctua
rij cõmiserunt sacrilegium,cũ cõtra legem facerent,& victi-
mas offerebãt,& sic hoc nõ cõtradicit ei, qđ dictum fuit.s.e.
q.c.si fuerit.s.quod virtus sacramenti transiens per immũdos
non coinquinatur.quoniam hoc verum est in se. Hic autem
talia dicuntur pollui,quia à pollutis mala vita tractantur.


ODit Deus. Ad idem inducitur hoc.cap.
quod est Hieronymi super
Amos prophetam.Amos.cap.5.patet ex litera to-
tum.Lege.tex.¶[Odit]. Amos.5.cap. dicitur sic. Exponit literam.
dominus.Odiui & proieci festiuitates vestras.& Esa.1.do-
minus ait. Non offeratis sacrificium frustra incensum abomi
natio est mihi &c.vbi not. quod hæc Deus odire se dicit,non
quia huiusmodi passio odij aut ire sit in eo.sed ad modũ irati
hominis loquitur : Nam sicut iratus homo non acceptat ope
ra se offendentis,sic Deus. vnde quia peccatores nõ acceptat,
nec eorum opera.ideo dicitur abijcere à se & odire[fœtorem
eorum].i.eorũ sacrificia fœtida propter eos fœtidos detesta-
tur.idẽ est in eo.[odit]proijcit,detestatur.Et claudit. Loqui-
tur humana similitudine,per figurã quæ dicitur antropospa-
tos.vt.24.quæstio.1.odi.[claudit nares.]nares propriè nõ ha
bet.vnde loquitur sicut dictum est similitudinariè.i.asperna-
tur ea,& non approbat.sed detestatur sicut homo fœtorẽ sen
tiens claudit nares suas.sic Hieronymus.2.li. super Amos cir
ca fi.dicit.odisse autem & proijcere & nõ odorari humana lo-
quitur similitudine,vt nos effectum Dei nostris sermonibus
cognoscamus.24.q.1.odi.


ILli. Ad idẽ subiungit̃ hoc.c. quod est eiusdẽ Hie
ronymi super Oseæ prophetam.lib.2.patet
Litera.¶[Illi].s.hæretici & qlibet scelerati, & ma
li.Hu.[Sacrilegium]quantum ad ipsos vt d.43.c.fi. Exponit literam.
Hu.& Arch.[vere].i.cum fide,per dilectionem operante. tũc
enim opera nostra placẽt Deo.vnde sequitur[Holocausta].i.
Deo accepta.[Interpretor.] tunc.n.cum ex fidé & charitate
procedunt,placẽt Deo in odorem suauitatis.psa.65.Holocau
sta medullata offeram tibi,cum incenso arietum. [scientiam
Dei].i.fidem quia ad Hebr.11.Sine fide impossibile est place
re Deo.[capite].i.fide.Caput dicit fidem,quia est substãtia &
fundamentum virtutum.s.e.cum Paulus. quo destructo nul-
lum remanet ædificium.vnde dicitur substantia rerum speran
darum.ad Hebr.11.vnde Aug.li.de doctrina Christiana.c.7.si August.
de titubante languescit charitas.Nam à fide si quis ceciderit,à
charitate necesse est vt cadat.

1 *Marchion fuit hæreticus & quæ fuerit eius hæresis.*
2 *Basilides fuit hæreticus,& quæ fuerit eius hæresis.*


MArchion. Ad idem sequitur hoc.ca. ꝙ est
ipsius Hieronymi super episto
lam ad Gal.In quo ostẽdit quod apud hæreticos
nec veritas euangelij est nec aliqua bona ꝓsunt
ad meritũ vitæ æternæ. Et diuiditur in duas par
tes.In prima ostendit quod dictum est.In 2.dan Diuisio.
do rationem dicti docet euangelium non in verbis cõsistere,
sed in intellectu,non in superficie,sed &c.2.vbi.nec putem⁹.
1 Lege tex.¶[Marchion].†Iste hæreticus fuit.& vt dicit Aug. Exponit literũm.
li.de hæresibus.c.22.duo principia posuit.s.bonum & prauũ,
siue malũ.ab isto dicti sunt marchionistę hæretici.[Basilides]
2 † quidam alius hæreticus fuit.qui vt dicit Augu.vbi.s.ca.4.à
quo dicti sunt basiliani. Isti non credũt Christum crucifixũ,
sed Simonem cyreneum,qui angariatus sustulit crucem eius.
vt.24.q.3.quidam.[non habebant euangelium Dei]hæretici
non habent euangelium Dei. cum non credant veraciter in
Christum,de quo maximè est euangelium Dei, & sic fidem
non habent,nec spiritum sanctum.vnde non diuinum sed hu
manum euangelium & mendosum annuntiat. & hunc sapien
tiæ verba indoctas fabulas sequuti. quia ergo aliud euãgelizãt
hæretici,quam euangelizauerunt Petrus,& Paulus,& alij apo
stoli sunt anathema vt dicit Apostolus ad Gal. 1.[Nec pute-
mus.]2.pars.[In verbis scripturarum]. Non est veritas fidei.
vnde Apostolus.1.ad Cor.2.dicit.prædicatio mea non in hu-
manæ sapientiæ verbis,sed in ostẽsione spiritus,& virtutis.vt
fides nostra nõ sit in sapiẽtia hoĩm,sed in virtute verba etiam
non quæruntur ꝑꝑ se,sed propter intellectũ cuius sunt signa.
vt dicit philosophus.1.perihermenias.22.q.2.his aũt.vnde di
cit Aug.ꝙ sermo debet esse subiectus rei,non res sermoni.ex August.
tra.de ver.sig.intelligentia.& di.38.sedulo.& 22.q.2. ne quis.
& q.5.humanæ[sed in sensu.]vnde.ff. de lega.scire debes &c.
[Non in superficie] &c.patet ex dictis.


VIde. Ad idem sequitur hoc.c. quod est Hierony
mi ad marcellam.licet hic dicatur esse Am-
brosij vbi sententia est,quod nulla bona alia ꝓsunt
ad meritum vitæ æternæ sine charitate, imo merẽ
tur pœnã sinistra intentione facta,patet.Lege tex.¶[Vide]. Exponit literam.
Istud;c.patet ex apostoli sententia.1.ad Corint. 13. vbi quasi
totum

totum hoc.cap.sententialiter ponitur.[Ita].i.hac intentione [reliquis].i.memoriam.Hu.& Arch.[Pœnam].i.quia hoc fa ..., vt videantur ab hominibus.ideo receperũt hic mercedem vanitatis. Mat. vel & in futurum recipient nisi pœniteue rint de inani gloria pœnam.

Non oportet. Ad idem subiungitur hoc.ca. ex concilio Laodicen. vbi ponit quod benedictiones hæreticorum sunt maledictiones.Hug.Lege tex.Non oporteat.Benedictiones.i.prædicationes & dogmata quæ idiotis videntur benedictiones.i.benedictionũ abusiones.Hu.[sunt maledictiones] ipsis hæreticis, vel scienter & in contemptum ecclesiæ accipientibus eas.quia talium benedictiones.i. abusiones eorum hominem dignum maledictione efficiunt & constituunt. qa indigne & malè & præsumptuosè & temerariè accipit eas à talibus.Hug.& Arch.vnde de talibus benedictionibus dicitur Malach.2.Maledicam benedictionibus vestris.ĩ.e. maledicã. i.quicquid à vobis benedicetur,erit maledictum.vel fortè benedictiones dicuntur hic munuscula & encenia quæ ab hæreticis & excommunicatis non licet accipere vt.11.q.3.excommunicatos.& 24.q.1.cepit.Hu.& Archid.

Exponit literam.

Archid.

1 *Eulogia quid dicatur.*

On liceat. Ad idem per totum est hoc.c. sumptum ex concilio Papæ Martini.Breue & planũ est.¶[Eulogias].†Eulogia vno modo dicitur bona prædicatio, & dicitur ab eu,quod est bonũ.& logos,sermo.quasi bonus sermo,bona prædicatio.Si autem hæretici suas pestiferas prædicationes superbè extollũt vocãtes eas [eulogias].i.bonas prædicationis in quo mentiuntur cũ Apostolus de ipsis dicat.2.ad Ti.2.prophana & vaniloquia deuita. multum.n.proficiunt.gl.i. efficaciam habent ad impietatem .i.contra cultum Dei,& sermo illorum.i.hæreticorum vt cancer serpit.i.à paruo ad maius tẽdit paulatim,quæ sana sunt corrumpendo,& ad impietatem trahendo.secundo eulogia dicitur benedictio quæ pro muneribus datis à prędicante recipitur siue datur siue ipsa dona quæ pro illo sermone dantur.vt. 18.de eulogijs.quomodocunque autem sumantur ab hæreticis & excõicatis non debent corripi.vt hic.Hu.Gof.& Arch. nec cum hæreticis quia vitandi sunt.Ti.3.Hominem hæreticum post primam & secundam correctionem deuita.

Exponit literam.

1 *Celebrantes in hæresi peccant, & eis communicantes scienter sunt excommunicati.*

N ecclesia. Ad idem subiungitur. ca. hoc quod est Leonis Papæ, in quo detestationem hæreticorum dicit quod extra ecclesiam non sunt vera sacrificia.Breue est.Lege te. ¶[In ecclesia]quæ ecclesia corpus Christi est, & ipse caput. ad Col.1.dicit Apostolus ipse est caput corporis sui ecclesiæ. Item.26.q.2.se & illud nec rata quo ad effectum.s.quãtum ad habendam rem sacramenti.& licitam executionem,quoniam si hæreticus episcopus formam & intentionem seruans ecclesiæ ordinet aliquem in sacerdotem ratum sacerdotium efficiunt quantum ad substantiam sacramenti, vt per multa capitula.s̃.e.est ostensum. licet non quantum ad effectum diuinæ gratiæ.& licitam executionem vera sacrificia. Similiter quo ad effectum.s.vt sint salutifera offerentibus & suscipientibus. Hu.[Non vera].dicit sanctus Tho.veritatem fructus vera tñ veritate sacramenti.quia si sacerdos hæreticus formam & intentionem seruans ecclesiæ, verba sacramẽtalia super panem & vinum proferat verum sacramentum conficiat quãtum ad veritatem substantiæ sacramenti,quia per hæresim non pdit characterem sacerdotalem.Cum autem dicitur.ꝙ hæreticorum non sunt vera sacrificia aut intelligitur,qui non est,sacerdotes præsumunt conficere, vel de illis qui non intendunt dicere nec agere,ꝙ ecclesia intendit vel de illis qui debitam formam aut materiam non seruant vel dicuntur non vera quantum ad effectum.†vt dictum est quia in hæresi celebrantes peccant,& eis communicantes scienter sunt excommunicati & suspensi. Et ideo non recipiunt effectum.s. spiritus sancti gratiam nec eorum sacrificia quo ad hoc placent Deo donec per Christum qui est verus pontifex.ad Heb.9. fuerũt in proprietate suæ naturæ reconciliati.Dicũt autem in proprietate suæ naturæ reconciliari quando ab hæresi recedunt & per veram fidem conuersi credunt Christum verum Dei filiũ eiusdem naturæ,cum patre sibi coęqualem consubstantialem, & in spiritum sanctum à patre & filio procedentem credentesque Christum verum Deum & hominem, & cætera, quæ ad veram fidem pertinent prout in symbolo continentur. Sine .n.hac fide mediatoris nostri Iesu Christi nihil valent sacrificia,quo ad vitam æternam siue salutem cõsequendã.ad Ro.3. quem pater proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.i.quæ est de sanguine ipsius pro nobis effuso.

Exponit literam.

S.Thom.

1 a ¶ Celebrantes. Celebrare & celebrari facere & simpliciter audire missã differũt gl. in cle. 1. in ꝟ. princ. de priuile.

Anifestum. Ad idem sequitur hoc.c. eiusdem Leonis vbi inquit qualiter in Alexandria regnantibus hæresibus & homicidijs sacrificia indigne tractabantur,conferebantur.ita vt lumen eorum videretur extinctum. Breue est & litera patet.Lege. ¶[Manifestum]pro quo notãdum,ꝙ eo tempore multa homicidia patricidia fiebant in Alexandria.& Arrius presbiter totam Alexandriam suam hæresi infecerat. ita vt sacramenta indigne à clericis tractabantur & conferebant̃ propter hæreses & à laicis indigne suscipiebãtur propter homicidiorum & aliorum maleficiorum crudelitates.[In Alexãdria]vbi ignis Arrianę perfidiæ accensus est.vt.24.q.3.resecande.[Lumen extinctum]quo ad salutem ministrorum & suscipientium.Hu.[vel extinctum]quia hæresis cum cõtrarietur fidei,lumen fidei extinguit.[Intercepta].i.ablata quo ad salutẽ istorum & illorum.Hu.[deficit]quo ad effectum[& patricidalibus].i.facinorosis vel homicidalibus.[subtraxere]quo ad effectum & rem sacramentorum.i.ad gratiam & salutem ministrorum & suscipientium indigne.Hu.& Arch. ¶Pro intellectu pleniori huius.ca.sciendum est iuxta S.Tho.in 3.parte.q. 64.ar.9.ꝙ hæreticorum quidam in collatione sacramẽtorum formam ecclesiæ non seruant.& tales nec sacramentum conferunt nec rem sacramenti. Quidam vero seruant ecclesię formam & tales quidem conferunt ecclesiæ sacramẽtum sed nõ conferunt rem sacramẽti. & hæc dico si sunt manifestè ab ecclesia præscissi,quia ex hoc ipso ꝙ aliquis scienter ab ipsis accipit sacramenta peccat & per hoc impeditur ne effectum sacramenti consequatur.Et hoc est quod Aug.dicit.s̃.e.in c. firmissime.Et Leo in præsenti.c.cum dicit in Alexandria sacramentorum lumen esse extinctum.s. quantum ad rem sacramenti, non quantum ad ipsum sacramentum. Hæc S.Tho.

Exponit literam.

S.Thom.

1 *Hæresis vnde dicatur.*
2 *Sacramenta sunt apud hæreticos,& conferuntur & conficiuntur ab eis vera quantum ad essentiam,sed non quo ad effectũ.*
3 *Oleum triplex sanctificatur in ecclesia per episcopum.*

I quis Ad idem subiũgitur hoc. c. ꝙ est beati Cypriani in epistola contra hæreticos, in quo videtur Cyprianus velle probare apud hæreticos vera sacramenta non esse, nec per eos ministrari posse.quia non possunt vt inquit baptizare,corpus Christi conficere chrisma consecrare,nec aliqua sacramenta ministrare. Et diuiditur in tres partes.In prima parte facit ꝙ dictum est. In 2. nititur illud ratione ostendere.In 3.exhortatur nos à talibus separari,ne consentientes factis simul cum in illis pereamus, sicut perierunt qui consenserunt chorę,Datham & Abiron.2. ibi, cum huiusmodi.3.vbi,quare qui hæreticis.¶Pro intelligentia præsentis.c.quæritur.Vtrum hoc ca.fuerit conuenienter positum hic à Gratiano ad propositum suum confirmandũ. Et videtur ꝙ non cum manifestè hoc.ca.contineat errorem Cypriani,qui in hoc errauit dicens apud hæreticos non esse vera sacramenta.vt.s̃.distin.32.§.verum .:Respondetur ꝙ aliq volunt dicere vt dicit magister Alexander de halis.in 4.ꝙ hoc c.intelligatur de hęreticis qui formam, ecclesiæ non tenent. Et hoc patet per illud verbum vbi dicit, Omnia per mendacium geruntur:illa dicentur geri per mẽdacium quæ extra formem ecclesię gerũtur.Et ita.c. est verum & bene ad propositum.Alij vero dicunt ꝙ Cyprianus in tantum detestatus est errores hęreticorum,vt diceret nullum sacramentum posse per eos fieri seu conferri,sed in hoc errauit,& ideo eius sentẽtia non est tenenda. vnde Augu.dicit martyrem Cyprianum qui apud hęreticos vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere,tanta merita Cyprianum vsque ad martyriũ posita sunt,vt charitas qua excellebat lucis obumbrationi illa fugaretur, & si quid purgandum erat passionis falsę toleretur. Alij vero dicunt exponendum esse quantum ad effectum.s.rẽ sacramenti sacramenta nõ esse apud hęreticos. Et ita verum est.Exponenda ergo venit litera huius.c.si tenẽda sit eius sententia,aut de hęreticis non seruantibus formam ecclesię. aut quod talis sit sensus quod apud hęreticos sacramenta nõ sint vera,veritate

Diuisio.

Quæstio.

Respõdet. Alexãder de halis.

August.

vera, veritate fructus salutis. quia illam non conferunt. Et in hoc dicuntur mendacia. quia non conferunt id, quod cōferre creduntur. vnde Alex. de halis in 4. ait, ꝙ sacramēta hæreticorum dicuntur irrita, vel etiam damnanda, falsa & inania, non quantum ad se, cum sint sancta & vera, etiam ab hæreticis celebrata. sed tum quia illicitè dantibus perfidis sint ad iudiciū. Tum quia illicitè ab eis accipientibus non conferunt spiritū sanctum, irrita dicuntur & non vera, quia quod promittūt & conferre creduntur, non tribuunt. Et ideo damnanda vt ea dari vel recipi ab hæreticis non approbetur, sed interdicatur, nō. n. quantum ad se polluta sunt, quamuis ab hæreticis pollui dicantur, dicuntur sacrilega etiam, quia ipsi dispensatores ipsa di spensando sacrilegi & execrati efficiuntur. & similiter cum illis communicantes in eorum dispensatione hæc ille. & si hoc modo capitulum hoc exponendo bene & cōuenienter introductum est à Gratiano. Lege tex. ¶ [Si quis præsumptione.] ꝗa superba p̄sumptione hæresis nascitur. vnde Apostolus. 1. ad Ti. 6. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatē est doctrinæ, superbus est nihil sciens, sed lāguescit circa quæstiones & pugnas verborum. Ex quibus oriunť inuidiæ cōtētiones, blasphemiæ, &c. vñ Greg. in moral. c. 44. Oēs hæretici sunt superbi, nisi. n. interius intumescerent, nequaquā ad certamina prauę assertionis venirent [à semetipso.] quia ex propria electione in hęresim damnatam cadit vnde Hierony. su

Alexāder de halis.

Exponit literam.

Gregorius

Hierony.

1 per epistolā ad Gala. & habetur si. 24. q. 3. hæresis. †dicit quod hæresis ab electione dicitur, prout vnusquisq; eam sibi eligit disciplinam, quā æstimat meliorem. Et ideo ab ecclesia exit, quia fidem ecclesiæ relinquit propria culpa, & ab ea & eius cōmunione merito eijcitur, sicut Adā de Paradiso. Gen. 3. [Cū huiusmodi homine.] secunda pars. est ratio Cypriani in summa sua. cum tales sint excommunicati, cum eis nō debemus cibum capere. Si ergo cum eis cibus vel potus corporalis nō est communis nobis, multo minus spiritualis cibus vel potus est nobis communis cum eis ₰m Apostolum qui hoc dicit. 1. ad Cor. 5. [lib. Reg.] 3. Reg. 13. ille. n. vir noluit comedere, nec bibere cum Hieroboam, sicut præceptum fuerat Adon, sed inde recedens & in Iudæam rediens, obuiam habuit vnum ex prophetis, à quo circunuentus contra præceptum domini comedit, quē leo inuasit & occidit, quia contra præceptū dñi in terra idolatriæ cibum accepit, nec ille excusatur quia verba philosophiæ obtemperans comedit. Magis. n. obedire debuit Deo, quā homini. vt dicit Petrus Actuū. 4. [salutare.] potest dici, sicut supra diximus. ꝙ hoc. ca. intelligať cum hæretici nō ministrant in forma ecclesiæ, & hoc videtur haberi vbi dicit. j̇. per mendacium. vel dicamus [sicut dictum est] etiam ꝙ Cyprianus malè sensit de sacramēto baptismi, & de alijs sacramētis ecclesiæ. Non. n. distinguebat inter sacramētum & effectū sacramenti. Et quia non videbat effectum sacramentorū esse apud hæreticos, ideo asseruit apud hæreticos non esse sacramenta ecclesiastica nec per eos posse conferri, nec etiam sacramentum baptismi, sed in hoc fuit redargutus ab Aug. & alijs vt de conse. dist. 4. quomodo. & di. 37. §. verum. potest tamen dici ꝙ Cyprianus loquitur de sacramentis, quæ ab hæreticis in forma ecclesiæ celebrantur, quæ tamen dicuntur non esse apud eos. & dicuntur vana, falsa, sacrilega, inania, & mendacia quantum ad effectum. s. quantum ad rem sacramentorum, &

Cōtra Cyprianum.

Pro Cypriano.

2 salutem ministrorum & suscipientium. ¶ Sunt ergo sacramēta apud hæreticos & conferuntur & conficiuntur ab eis vera quantum ad essentiam, sed nō quo ad effectnm. & sæpe est repetitum. Et quod ita debeat intelligi videtur per hoc ꝙ dicit sacramentum salutare. quasi diceret apud eos est verum sacramentum sed non salutare. i. gratiam conferens, vel ad salutem. vnde subdit [gratiam cœlestem] quæ cum sacramētis confertur, cum digne suscipiuntur. Hu. & Arch. [Non posse] quo ad


a¶ Oleum. Oleum nō sacrū quando commiscetur sacro quare non indigeat consecratione vi pulchre P. de Anc. in ca. quod in dubijs. nu. 4. de cōse. ecclesi. vel alta.

3 effectum. Hu. sicut dictum est [oleum.] †Triplex oleum in ecclesia sanctificatur per episcopum. s. infirmorum. de quo Iacobi. 5. infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesiæ,
a & orent super eum, vngentes eum in nomine domini. Item oleum [a] cathecuminorum quo vnguntur baptizati. Itē oleū mistum cum balsamo. quod est chrisma. & consecratum per episcopū, quo inunguntur in fronte confirmādi, & etiā baptizati in vertice. [Eucharistiam]. i. sacramētum corporis domini. [omnino non posse.] s. quo ad salutem suscipientibus scienter ab illis, vel loquitur de hæreticis non seruantibus formam aut materiam debitam, vel de hæreticis non sacerdotibus per mendacium quo ad effectum. vel loquitur de illis, qui præter formam ecclesiæ sacramenta ministrant. Hug. [vultum]. i. formam ecclesiæ. [Ecce.] hinc habetur, quod formam seruabant in sacramentis. Hu. [Sacrificari.] quo ad effectum, & quo ad salutem. Hu. & Archi [profit.] Ad idem. s̄. e. fertur. [Nam cum his qui displicet &c.] 3. q. 7. in grauibus. cum similibus. Sed ar. contra. j̇. e. ipsi sacerdotes. vbi de hoc tangam. Archi. [Sacrilega.] propter ipsos sacrilegos qui ea celebrant. Hu. & Archid. [carnalia] non spiritualia, nō salutifera, & inania. Hu. & Arch. [falsa] quo ad effectum, vt dictum est. Hu. & Archi. [Non statim] hæc est responsio ad tacitam obiectionem. quasi diceret illi in celebratione sacramentorum & sacrificiorum seruant ordinem ecclesiæ, inuocant dominum verbis, vtuntur cōsuetis. quare videtur eis credendum esse. Sed respondetur quia ꝓpter hoc non est eis credendum, nec recipiēda sunt sacramenta ab eis, nec veneranda eorum sacrificia. Non. n. omni verbo doctrinæ credendū est. 24. q. 1. aduocauit, & di. 50. si quis prępostera. & 8. q. 1. sciēdum. & 11. q. 3. si quis episcopus cū alijs du. & Archi. [moliuntur] vt. 13. q. 2. quam pręposterum & extra de vsur. quia frustra. [quare]. 3. pars. [per Moysem.] Numeri. 16. [Separamini.] Pro intelligentia istius historiæ no. quod legitur. Nume. 16. ꝙ chorę vidēs Aaron honoratum sacerdotio. & Moysen ducatu populi, inuidit & murmurans Moysen & Aaron habuit secum complices. 250. de leuitis, quos dignos sacerdotio præferebat. adiunxit quoque sibi Dathan & Abirō, potiores rubenitarum, quibus principatum populi deberi dicebat quia fuerant de Ruben primogenito. ꝗbus Moyses ait, tollat vnusquisq; Thuribulum suū, & cras hausto igne super ponat Thimiama. & Aarō vobiscum. & quem elegerit De⁹ aliquo miraculo ipse sit sacerdos. misit ergo Moyses mane vt vocarent Dathan & Abiron, qui dixerunt nō venimus. Et conuocata omnium multitudine dixit Moyses ad Chore & 250. Tollite thuribula vestra & ponite Thimiama super ea, & state coram domino. illis autem sic stantibus descendit Moyses cum senioribus populi ad Dathan & Abiron. & dixit Moyses ad turbam. Separamini &c. vt hic sequitur in litera. Hu. & Arch. [in peccatis eorum]. i. consentiendo peccatis eorum. Hu. [Sic etiam per Osee.] Osee. 9. [Luctus] non quantum ad se, sed quantum ad effectum. quia. s. sumētes ea efficiūtur digni luctu. i. pœna eterna. Hu. & Archi. [Contaminabuntur] ex abusione eorū & ex pręsumptione & temeritate, qua accedunt ad ea sumenda, vnde videntur eorum errori consentire. vnde subditur [docens & ostēdens.] Hu. [peccato eorū]. i. cōsensu ad peccatum eorum. vt. 7. q. 1. §. cum autem. & 23. q. 4. ita plane. & c. si quis à catholica. Hu.

Nota historiam.

1 *Locus veri sacrificij quod nō sit extra catholicam ecclesiam an sit verum. & nu. 2.*

3 *Deus qualiter dicatur sacrificia hęreticorum detestari.*



Xtra catholicam. Ad idē est hoc ca. qđ est beati Au. in de baptismo contra donatistas. breue est. ¶ Pro pleniori intelligētia huius. c. ꝙ sępe indu-

Quæstio.

1 citur, quęritur. †Vtrū sit verum quod extra ecclesiam catholicam non sit locus veri sacrificij. Et videtur ꝙ non. Primo sic. Sicut est sacramentum fidei vt baptismus ita sacramentum charitatis, vt hoc sacramentū eucharistię. sed sacramentum fidei quod est baptismus habet locum extra ecclesiam. ergo etiam extra ecclesiam erit locus veri sacrificij, quod est eucharistia. consequentia videtur bona. Et confirmatur authoritate beati Aug. dicentis in epistola cōtra Permenianum. & habetur. j̇. e. quod quidam. ꝙ sicut in hęreticis, & schismaticis baptismus est ita in eis ordinatio māsit integra. sed ex vi ordinationis sacerdos potest consecrare eucharistiam. ergo extra ecclesiam est locus veri sacrificij, cum tales possint consecrare. ¶ Secundò sic. s̄. eo. c. sacramenta in mundum lucis ab immundis coinquinari non possunt, ergo sequitur, ꝙ etiam extra ecclesiam sit locus veri sacrificij. consequentia patet. ¶ Tertiò sic. Sacerdos conficit aut quia bonus, aut quia sacerdos. Si quia bonus & intra ecclesiam existēs, sed nō est certus de bonitate eius. ergo nec certus est si cōficiat, ergo conficit quia sacerdos. sed propter hęresim non desinit esse sacerdos. ergo etiam extra ecclesiam existens conficit. Et ita extra ecclesiam erit locus sacrificij. ¶ In oppositū est tex. pręsentis. c. ¶ Secundò. s̄. e. c. odit Deus. dicit Hie. Odit Deus sacrificia hęreticorum, detestatur fœtorem eorum: ergo extra ecclesiam non est locus veri sacrificij. ¶ Tertiò sic. 24. q. 1. in c. audiuimus. dicit quicunq; ab vnitate ecclesię fuerit alienus, execrare potest, consecrare non valet. ¶ Quartò hoc sacramentum pollui non potest. sed ₰m Hier. hæretici panem

Primū arg.

August.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Oppositū cōtrarium

Secūda op.

Tertia oppositio.

Quarta opposi.


pollutum comedunt. ergo verum sacrificium non habent. Et extra ecclesiam non est locus veri sacrificii. ¶ Quintò, ille qui est extra ecclesiam non videtur aliquid posse agere in persona totius ecclesiæ, sed sacerdos consecrãs eucharistiam hoc agit in persona totius ecclesiæ, qđ patet ex hoc, ꝙ omnes orationes proponit in persona ecclesiæ. ergo videtur qđ illi qui sunt extra ecclesiam. s. hæretici, schismatici, & excommunicati non possunt consecrare. Et per consequens, extra ecclesiam catholicam nõ est locus veri sacrificij. ¶ Sextò sic. Hoc sacramentum eucharistiæ est sacramentum vnionis ecclesiæ. vnde & communio dicitur. sed qui sunt extra ecclesiam sicut sunt prædicti hæretici & c. carent hac ratione, ergo consecrare non possunt. ¶ Respondeo dicendum. ꝙ quidam dixerunt ꝙ hæretici schismatici, & excommunicati, quia sunt extra ecclesiã non possunt conferre sacramẽtum eucharistiæ. & ita extra ecclesiam catholicam dicunt non esse locum veri huiusmodi sacrificij. Sed isti decipiuntur. Pro quo notandum ꝙ vt Au. lib. 2. cõtra Permenianum inquit. aliud est omnino non habere, aliud autem non rectè habere. Et similiter etiam, aliud est non dare, & aliud rectè non dare illi, ergo qui intra ecclesiam constituti receperunt potestatem consecrandi in ordinatione sacerdotij, rectè quidem habent potestatẽ. sed non rectè ea vtũtur si hæresim postmodum aut per schisma aut excommunicationem ab ecclesia separentur, qui autẽ sic separati ordinantur non rectè habent potestatem, nec rectè vtuntur. ꝙ tamen vtrique potestatem habeát per hoc patet, ꝙ sicut Au. ibidem dicit, cum redeunt ad vnitatem ecclesiæ non re ordinãt, sed recipiuntur in suis ordinibus. Et quia cõsecratio eucharistiæ est actus consequens ordinis potestatem illi qui sunt ab ecclesia separati per hæresim aut schisma aut excommunicationẽ possunt quidem consecrare eucharistiam, quæ ab eis consecrata verum corpus Christi & verum sanguinem eius continet, vt probant rationes primo factæ, non tamen rectè hoc faciũt, sed peccant facientes. Et ideo fructum sacrificij nõ percipiũt quod est sacrificium spirituale. dicimus ergo pro cõclusione
2 responsiua † ꝙ extra ecclesiam est locus veri sacrificij veritate sacramẽti, nõ autem locus sacrificij veritate fructus. & est veritas huius quæstionis prout dicit S. Tho. concordat Alexander Albertus, & Bonauentura. Pro responsione autem ad authoritates. & rationes in oppositum est notandum iuxta dominum Bonauenturam in 4. di. 13. ꝙ in sacramẽto duo attenduntur. s. sacramenti veritas, quæ consistit quãtum ad rem primam, & sacramenti vtilitas quantum ad rem vltimam, quæ est incorporatio siue vnio ad corpus mysticum. Si de veritate sacramẽti loquamur veritas sacramenti saluatur, vbi est ex parte ministri ordo, & intentio, & verbi prolatio, cum adest debita materia. sed hęc sunt in ministro præsciso ab ecclesia. ergo sequitur ꝙ veritas sacramenti erit extra ecclesiam. Si aũt loquamur quantum ad vtilitatem dicendum, ꝙ præscissus ad damnationem suam & omnium assistentium conficit. Quia in præscissis & hæreticis manifestis priuatur sacramentũ omni fructu, licet ibi sit verum corpus Christi. Ideo sic loquũtur sacri canones. & authoritates sanctorum, ipsorum sacrificia detestantes non ratione operis operati, sed ratione damni. & sic soluuntur authoritates, simul cum hoc tñ dicetur ad singulas per se. ¶ Ad primam respondet S. Tho. in 3. parte ꝙ omnes similes authoritates intelligendæ sunt quantum ad hoc, quod non rectè extra ecclesiam existentes sacrificium offerunt. vnde extra ecclesiam nõ potest esse spirituale sacrificium quod est verum veritate fructus. licet sit verum veritate sacramenti vel dicendum prout dicit in 4. Alexander de halis. Quod cũ dicitur extra ecclesiam & c. sensus sit extra ecclesiam. i. formã ecclesiæ. vel. i. extra ecclesiam nõ efficit, quod figurat. quia hęreticus conficit, & accipit ad suam damnationem, & confert alijs in simili errore positis. concordat ibidem. S. Tho. in 4. in 3. parte. ꝙ omnes similes. s. authoritates sunt intelligẽdæ quãtum ad hoc, ꝙ non rectè extra ecclesiam existẽtes, sacrificiũ offerunt. vnde extra ecclesiam non potest esse spirituale sacrificium, quod est verum veritate fructus. licet sit verum veritate sacramenti. vel dicendum prout dicit Alexander de halis. in 4. ꝙ cum dicitur extra ecclesiam & c. sensus sit extra ecclesiam. i. formam ecclesiæ. vel. i. extra ecclesiam nõ efficit, quod figurat. quia hæreticus conficit & accipit ad suam damnationem, & confert alijs in simili errore positis. Cõcordat ibidem S. Tho. in 4. dicens, ꝙ Aug. dicit. ꝙ extra ecclesiam non est locus veri sacrificij intelligendum est quãtum ad effectum. siue extra formam ecclesiæ. ¶ Ad secundam respondetur sicut. s.
3 in eo. c. odit dictum est, ꝙ Deus dicitur sacrificia hæreticorum detestari, non, quia non sunt vera veritate substantiæ, sacramenti, sed quia non acceptat ea, nec illorum opera ei sunt grata. sed abijcere & odire dicitur illa. ¶ Ad tertiam responde tur sicut ad primam, vnde dicit S. Tho. in 4. ꝙ verbũ canonis illius intelligendum est quantum ad illos qui debitam formã non seruant, vel quantum ad executionem quam amittũt. nõ. n. ius consecrandi habent ẜm ꝙ hoc solum posse dicimur in iure, quod iuste possumus. vel loquitur de cõsecratione qua ordines conferuntur. Solent. n. hæretici cõsecrare se inuicem in episcopos, vel Archiepiscopos. 24. q. 4. pudẽda. quia ad damnationem potius quam ad sanctificationem recipientium cedit. concor. Alexan. ¶ Ad quartam respõdetur vt dicit. S. Th. ꝙ dicitur panis pollutus non in se, sed quia ipsi & seipsos polluunt consecrando, & sumendo, & alios qui ab eis scienter sacramenta. ¶ Ad quintam respondetur negando minorem, dicimus. n. iuxta S. Th. in 3. parte. ꝙ sacerdos in missa in orationibus loquiť in persona ecclesiæ, in cuius vnitate cõsistit, sed in consecratione sacramẽti loquitur in persona Christi, cuius vicem in hoc gerit per ordinis potestatẽ. Et ideo si sacerdos ab vnitate ecclesiæ præscissus missam celebret, quia ptãtẽ ordinis non amittit, cõsecrat verum corpus, & sanguinem Christi. Sed ǫa est ab vnitate ecclesiæ præscissus siue separatus, orationes eius efficaciam non habent. ¶ Ad sextã respondetur iuxta S. Tho. in 4. ꝙ sacerdotes hæretici, aut schismatici, siue excommunicati in quantum ordinem habẽt ad vnitatem ecclesiæ pertinent, quamuis quantum ad aliud possent ab ecclesia esse præscissi & c. Lege tc. ¶ [Extra ecclesiã]. i. extra vnitatẽ ecclesiæ [catholicam. i.] vniuersalem. Hu.] Non est locus veri sacrificij] quo ad effectum gratiæ, & quo ad executionem dignam siue licitam. Verum. n. sacrificium cum sit panis dans vitam æternam. Io. 6. non est extra ecclesiam quo ad effectũ vitæ, quia vt idem Augustinus dicit in epistola quadã ad Donatistas. extra ecclesiam catholicam non est vita, & separatus ab ecclesia non habet vitam spiritualem. s. quia non habet fidẽ qua iustus viuit. ad Rom. 1. Et ita quantum ad effectum & salutem ministrantium & recipientium non est verum sacrificium, nisi fiat in vnitate ecclesiæ. vt. 24. q. 1. quia ex sola, item. s. e. firmissime. & de conse. di. 4. ecclesia Paradiso. & dist. 23. c. 5. Hu. sacerdos tñ hæreticus, vt diximus. s. si conficiat in forma debita, & materia, verum sacrificiũ offert, licet in hoc peccet celebrando. vel intelligendum est hoc. c. de quolibet sacramento. [quod extra ecclesiam.] . i. formã ecclesiæ nullum est, sicut supra in responsione ad primam expositum est.

Margin notes (left column): Quinta op. — Sexta op. — Respõdet. — August. — S. Thom. Alexãder Albertus. Bonauen. — Ad primũ argu. — Alexãder de halis. — S. Thom. — Ad secũdũ

Margin notes (right column): Ad tertiũ — Ad quartũ — Ad quĩtũ. S. Thom. — Ad sextũ. — Exponit literam. — August.

1 *Sacram communionem an liceat suscipere ab hæreticis & schismaticis.*

2 *Eucharistiam non licet accipere de manu hæretici etiam instante articulo necessitatis.*


Vperueniente. Ad idem sequiť hoc. c. quod est Grego. 3. dia. c. 31. in quo ostenditur ꝙ de manu hæreticorum communio non est accipienda. ¶ Pro cuius capituli pleniori intelligentia, quæritur.
1 † Vtrum liceat ab hæreticis & schismaticis & excommunicatis suscipere sacrã communionem. Et videtur, ꝙ sic. Primò authoritate beati Au. qui cõtra Cecilianũ dicit nec in homine bono, nec in homine malo aliqs Dei effugiat sacramenta. ergo licite potest à quolibet sacerdote recipi eucharistiæ sacramentum. ¶ Secundò sic. corpus Christi verum figuratiuum est corporis Christi mystici. sed à sacerdotibus, prædictis. s. hæreticis & c. verum corpus consecratur. ergo videtur, ꝙ illi qui sunt de corpore mystico, possunt eorũ sacrificijs commnnicare. ¶ Tertiò virtus diuina præualet malitiæ humanæ. sed sacramentum diuina virtute continet gratiam, & causat. ergo quantumcunque sit malus ille qui dederit, vel hæreticus consequetur gratiam, qui ab eo sacramentum recipit. ¶ Quartò sic. iniquitas sacerdotis non potest ipsum corpus Christi inquinare. sed hoc sacramentum ex ipso operato quod est corpus Christi, confert gratiam ergo etiam si aliquis sit excommunicatus vel hæreticus, sacramentum ab eo perceptum, gratiam confert. ¶ Quintò ab istis. s. hæreticis & c. in vltima necessitate suscipiendum est sacramentum baptismi ab adulto. ergo similiter videtur dicendum de sacramẽto eucharistiæ. ¶ Sextò arguitur. quia ẜm hoc videtur, ꝙ eadem ratione à sacerdote peccatore eucharistia non esset sumenda, quod tñ non est verum. Et tamen videtur eadem ratio hinc & inde. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. ¶ Respondeo dicendum sub certis conclusionibus, Prima ꝙ non est licitum suscipere sacramen-

Margin notes: Quæstio. Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Sextũ arg. Opponit & Respõd. — Prima conclusio.

pere sacramentum eucharistiæ ab hæreticis. ista concusio patet primo authoritate canonis.24.q.1.si qs dederit.vbi inducitur grauis pœnitentia suscipientibus sacram communionē de manu hæretici, quod non fieret si ab hæreticis licitum esset cōmunionem suscipere. Item idem patet ex canone.24.q.1.cepit vbi dicitur melius est mortē accipere, quam de manu hæretici communionem sacram.item patet conclusio ex illo.Io.in canonica.qui dixerit ei.s.hæretico. Aue cōmunicat operibus illius malignis. ergo non licet à talibus communionem.

Secunda conclusio. ¶ Secunda conclusio non licet sacram communionem accipere à schismaticis:patet,quia vnitati ecclesiæ nō videtur communicare qui schismaticis communicat.24.q.1.schisma. Sed hoc sacramentum non debet dispensari nisi communicāti vnitati,& à communicante vnitati. ergo non debet dispensari à schismatico,nec hæretico.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio.ab excōicatis non est licitum sacram communionē accipere. patet cōclusio.11.q.3.sanctis quippe.item eadē.q.c.sicut apostoli. vbi habetur.ꝙ excommunicatus est qui excommunicatis cōmunicat. sed specialissima communicatio est in cōmunicatione sacræ communionis.ergo qui ab excommunicato sacrā communionem recipit,est excommunicatus. & per consequens non licuit ab eo recipere.

Quarta conclusio. ¶ Quarta conclusio à sacerdotibus notorijs concubinarijs non est licitum suscipere sacram communionē.ista cōclusio patet ex canone.nullus.di.32.

Quinta conclusio. ¶ Quinta conclusio.à simoniacis non est licitum sacram communionem accipere.Ista conclusio patet extra de simo. tanta vbi habetur, ꝙ quilibet peccator missam cātare potest præter simoniacum.Omnes iste conclusiones.5.probantur simul ratione sic.Quicunque accedit ad sacramentum eucharistiæ sumēdū contra ordinationem ecclesiæ non licitè accedit,sed peccat ꝑ inobediētiam,sed hæretici schismatici simoniaci excommunicati ex statuto ecclesiæ à dispēsatione huius sacramēti sunt suspensi.quia sunt extra vnitatem ecclesiæ in qua sacramenta conferuntur,similiter interdictum est concubinarijs notorijs sacerdotibus,propter spiritualitatem maximam, quæ in hoc sacramento requiritur.ergo non est licitum à talibus sacrā cōmunionem recipere.¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primū argu. S.Thom. Ad primam respondetur iuxta S.Tho.in 3.parte,ꝙ in hoc quod à talibus refugimus aut audire missam aut communionem recipere,non refugimus Dei sacramenta sed potius ea veneramur.vnde hostia à talibus sacerdotibus consecrata est adoranda.& si seruetur licite potest sumi à sacerdote legitimo.sed refugimus culpam indigne ministrātium. vel dicendum ꝫm eundem S.Thom.in 4.ꝙ sacerdos in quātum est malus nō fugitur,sed propter ecclesiæ prohibitionem. vel dicendum ꝙ Aug.ideo dicit ꝙ in malis hominibus sacramenta non sunt fugienda.quia cognoscendum est etiam ab eis verum perfici sacramētū.

Aug. Ad secūdū. ¶ Ad secūdā rñdetur negādo consequētiam.Et ratio est iuxta S.Th.in 3.parte. quia vnitas corporis mystici est fructus corporis veri percepti.illi autem qui indigne ministrant priuantur fructu. Et ideo non est sumendū ex eorum dispensatione sacramentum ab eis qui in vnitate ecclesiæ sunt.

Ad tertiū & quartū. ¶ Ad tertiam & quartam respondetur negādo cōsequentiam.Et ratio est iuxta S.Tho.in 4.quia quamuis sacramentum virtutem suam non amittat,tamen in eo qui indigne accedit contra obedientiam ecclesiæ faciens,effectum non habet.

Ad quintū ¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam. Et ratio est ꝫm magistrum Alexandrum de halis in 4. quia non est simile de baptismo,& sacramento eucharistiæ.quia baptismus est sacramentum necessitatis.Io.3.nisi quis renatus fuerit &c.sic autem non est de sacramēto eucharistiæ hinc ratio non procedit.

Ad sextum ¶ Ad sextam respondetur negando consequentiam,& ratio est qm̄ sicut supradictum est, non ideo communio non est accipienda ab hæretico &c.quia peccator, siue quia malus,siue quia contra prohibitionem ecclesiæ.quæ prohibitio non currit de omni sacerdote peccatore siue malo. Nā hæretici & schismatici siue excommunicati sunt per sententiā ecclesiæ executione consecrandi priuati. Et ideo peccat quicunque eorum missam audit,vel ab eis accipit sacramēta. Nō autem omnes peccatores sunt per sententiam ecclesiæ executione priuati.& sic quamuis sint suspensi quo ad se ex sententia diuina,non tñ quantum ad alios ex sententia ecclesiæ.Et iō

S.Thom. vt dicit S.Tho.ad sententiam ecclesiæ licet ab eis communionem accipere,& eorum missam audire.vnde super illud.1.ad Cor.5.cum huiusmodi nec cibum nec simile.dicit gl.Augus.

August. hoc dicendo noluit hominem ab homine iudicari ex argu.suspitionis,vel etiā extraordinario vsurpato iudicio. sed potius ex lege Dei ꝫm ordinem ecclesiæ siue vltimo confessum vel accusatum & conuictum.his habitis exponenda est litera.

Exponit literam. Lege.tex.¶ [Superueniente sacrilego]non quātum in se,sed ꝑter sacrilegum,qui illam communionem corporis & sanguinis Christi consecerat,vel qui illam tractabat, & ministrabat. vt.j.eo.q.§.opponitur in fi.Hug.& pen.& Arch.[repulit]est
2 ar.†ꝙ nemo de manu hæretici etiam instante articulo necessitatis eucharistiam sumere debet. vt. 24.q.1. si quis dederit. & de consecra.distinct.2.vt quid.secus de baptismo. vt. 24.q.1.si quem Hugut.

1 *Arriani vnde dicantur,& quæ fuerit eorum hæresis.*
2 *Pœnitentia quod non sit sacramentum.*
3 *Baptismus quare eo ipso quod hæreticus reuertitur ab hæresi, & agit pœnitētiam,habet effectum plenum ac si esset collatus in ecclesia,& ordo non.*
4 *Tangere immundum quid dicatur.*



Rrianos. Ad idem subiungitur.capi.hoc Innocentij papæ.in quo ostēdit clericos ab Arriana hæresi reuertentes non debere in dignitatibus vel ordinibus quos habēt remanere,nec de cætero ad maiores ꝑmoueri.

Diuisio. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit quod dictum est. In secunda assignat rationes quatuor ad hoc. quarum prima est ibi in principio.quia eorum.secunda ibi, qm̄ quibus.tertia ibi,qui tetigerit.quarta ibi,qui factus est particeps. planū est.

Exponit literam. Lege.¶ [Arrianos]†Arriani ab Arrio dicti sunt qui negant patris & filij & spiritus sancti vnitatem, & æqualitatem vt dicit Aug.li.de hære.& s.di.15.canones.& 24.q.3.quidam aūt [de testamur.]in tm̄[vt quia prima ratio quæ stat in hoc,ꝙ si laici qui lapsi sunt in hæresim,& in hoc minus peccauerunt quam clerici,quibus est hæresis magis imputāda quam laicis. Et tñ laici ipsi reuertentes ad ecclesiam tantæ pœnitentiæ humilitati subijciuntur longè magis clerici ab hæresi reuertentes sunt puniendi,& humiliandi & honoribus ecclesiæ priuādi, & humili pœnitentiæ subijciendi, nisi ex misericordia exposcente necessitate, & vtilitate communi aliter per ecclesiam fuerit prouisum.sequitur[quia laicos]qui minus tenentur,& minus peccauerunt quam clerici,qui fuerunt cum eis in eadem hæresi[sub imagine].i.forma,& impositione pœnitētiæ publicę per impositionem manus reconciliatoriam,quæ toties est ne-
2 cessaria quoties quis ab hæreticis reuertitur †non.n.est sacramentum.Et ideo reiterari non prohibetur.de conse.dist.4.ab antiqua.[Suscipimus]quāto.s.magis clerici puniendi veniūt, qui in eodem scelere fuerint cum eis.vnde sequitur.[Non videtur ministerij].i.officij vel ordinis[quoniam[secūda ratio. quia solum sacramentum baptismatis permittitur post reconciliationem[ratum].i.plenum effectu suo. quod non est de sacramento ordinis,siue dignitatis in hæresi sumpto. quia licet post reconciliationem, & regressum ad ecclesiam non careat effectu.s.re sacramenti,caret tñ executione,sicut & ante carebat,nisi de misericordia concedatur.& sic non est ratum ante nec post quo ad effectum executionis.& hęc est differentia,q̄ Gratianus assignauit.s.in §.si ergo,inter sacramenta necessitatis & sacramenta dignitatis,vbi hæc melius inueniuntur di-
3 stincta.¶ Sed hic surgit quæstio†quare baptismus eo ipso qd̄ hæreticus reuertitur ab hæresi & agit pœnitentiam,habet effectum plenum,ac si esset collatus in ecclesia & ordo non. Quæstio. Respōdes. respondetur ꝫm Hu.ꝙ duplex est ratio.prima quia sine effectu baptismi.i.sine remissione peccatorum non est salus in adultis,nec in pueris.sed sine ordinis executione bene potest esse salus.secunda,quia remissio peccatorum est solius Dei & est à Deo,& non ab homine.vt.j.eo.vt euidenter.nec in pœnitentē potest impediri dicto vel facto alicuius.Sed executio pēdet ex arbitrio alterius.s.prælati. Si ergo prælatus vel maior vult illam concedere de misericordia redeunti ab hæresi,poterit ille executionem sui ordinis habere. alioqui quātamcunque agat pœnitentiam,nunquam hoc ipso habebit,nisi de misericordia ab homine fuerit ei concessa.ar.bonum ad hoc. de pe.di.6.qui vult.in fi.Hu.pe.& Archi.[in nomine patris &c.] hæc est forma baptismi quasi diceret permittimus baptisma hæreticorum esse ratum post pœnitentiam,si collatum est in forma ecclesiæ,alias non. Hu.[nec spiritum sanctum].i.gratiā spiritus sancti.siue rem sacramenti,siue executionem quo ad ordines.Hu.[ex illo baptismo]quem in hæresi recipiūt[illisque ministerijs].i.ordinibus,& honoribus quos in hæresi recipiunt,si in hæresi permanent,quia vt dicitur sapientiæ primo,spiritus disciplinæ effugiet fictum.i.peccatorem,& hæreticum.Si verò loquatur de conferentibus etiam verum est,ꝙ tales

tales non habent ex baptismo vel ordinum sacramentis in hæ ... ab eis collatis[spiritum sanctum].i.non sunt eis ad salutẽ, sed potius illa conferunt ad sui dãnationem.Hu.[etiam perfectionem].Hæc litera exposita est.s̃.e.qui perfectionẽ. Hu. [plenitudinem]per officij executionem Archi.[eorum].i.Arrianorum.Hu.[quorum].i.quia[eorum etiã laicos]qui minus peccauerunt[imperfectis].f.in sacramẽtis in hæresi receptis quorum non habent effectum in hæresi[qui tetigerit] tertia ratio hoc legitur Leui.22.tetigerit tactu mẽtis, vt inquit gl. 4 †Tangere immundum est consentire peccatis illius. 23. q.4. recedite.Hug.[Et qui factus particeps.]quarta ratio.hæc omnia exposita sunt.s̃.eo.q.ventum.Hug.hæ duæ vltimæ rationes probant eos de cætero promoueri.Pe.& Archi.

Exponit literam.

Ex eo autem. §.est.[Iterari pcipitur]quotiescunque reuertitur ab hæresi.vt.s̃.eo. hi qui.&.c.Arrianos.& de consec.di.4.ab antiqua.&.c.de Arrianis.quomodo.Hu.[sacramentum non esse.]Ratio ista siue cõsequentia facta per Gratianum hic,non est valida.vt dicit Hu. & glo.quoniam vt veritas habet quædã sacramenta sunt quæ iterari possunt,& reiterantur.vt vnctio infirmorum,pœnitentia,eucharistia,matrimonium,& tamen sunt sacramẽta. sciendum tamen quod talis hæreticorum reconciliatio quamuis non ponatur inter sacramẽta reducitur nihilominus ad sacramentũ pœnitentiæ.vt dicit dominus Guido. elue. episcopus.

Guido.

1 *Manus impositio an sit reiteranda.& nu.3.*
2 *Manus impositio dicitur multis modis.*

MAnus impositio. Ad idem subiungit hoc.c.quod est Au. in quo ponit ꝙ manus impositio quæ fit in reconciliatione hæreticorum, quando ad ecclesiã reuertuntur quæ dicitur reconciliatoria,potest iterari & reiteratur licet baptismus non reiteretur,breue est.¶Pro huius.ca. pleniori intelligentia quæritur. 1 †Vtrum manus impositio sit reiteranda.Et videtur ꝙ non auctoritate beati Aug.qui.j̃.e.c. quod quidam dicit ꝙ redeuntibus ab hæresi nõ debet manus iterum imponi , ne non homini,sed ipsi sacramento fiat iniuria. ¶In oppositum est litera huius.c.¶Respondeo dicendum.quod vt tangit.Hu. & glo. 2 hic & Arch.† manus impositio dicitur multis modis,dicit.n. primo manus impositio in fronte baptizatorũ facta chrismatio.Et hæc manus impositio dicitur confirmatoria.Et de ista 3 est conclusio prima† ꝙ talis manus impositio non reiteratur. patet conclusio.quia sacramentum confirmationis non reitetur . Et cõuenit tantum episcopis.de qua habetur de cõse. di. 5.c.2.3.& 4.¶Secundò dicitur manus impositio generaliter quilibet ordo,siue quælibet ordinatio,siue promotio. & ſm hoc omnibus clericis manus imponitur cum ordinantur, & dicitur hæc manus impositio ordinatoria siue consecratoria, de qua Apostolus ad Timo.,nemini cito manus imponas . id est nullum cito consecrabis.Et de ista est conclusio secũda,ꝙ talis manus impositio non reiteratur patet.conclusio.quia est sacramentum ordinis,quod non reiteratur,vt.j̃.e. quod quidam.¶Tertiò modo dicitur manus impositio magis strictè collatio sacri ordinis prout in primitiua ecclesia dicebatur sacer,& hæc fit tñ diaconibus,presbyteris , & episcopis & ſm hoc subdiaconis nõ fit manus impositio, nec alicui inferiori, vt di.23.Acolytus.Et de ista est tertia conclusio . ꝙ talis manus impositio non reiteratur . patet conclusio eadem ratione qua præcedens.¶Quartò dicit manus impositio sola manus extensio super pœnitentes cum inuocatione spiritus paracleti,vel aliqua oratione qualiter Christus & Apostoli leguntur credentibus manus imposuisse, & hæc dicitur recõciliatoria, & fit hæreticis,vt in prece.c. Arrianos . & excommunicatis. vt.12.q.3.cum aliquis.& pœnitentibus.vt di.50. pœnitentes. in capite.Et de ista est cõclusio quarta,quod repeti potest. qa sacramentum pœnitentiæ est reiterabile.de solemni autẽ pœnitentia illa non est reiterabilis , non ea ratione quæ ponitur in gl.quod sit sacramentum, quia non est sacramentum quod imprimat characterem.sed vt in prædicto.c.diximus iuxta S. Tho.inter alia ratione solemnitatis est quæ repetẽda non est. ¶Quintò modo dicitur manus impositio quæ super energumenos extenditur adiurãdo ad exsufflationem demonum , & dicitur exsufflatoria, & cõuenit exorcistis.vt di.23.exorcista. Et de ista est conclusio quinta quod repeti potest . patet cum non sit sacramentum.¶Sextò manus impositio dicitur quædam solemnis oratio siue benedictio,super quosdam abbates vel abbatissas facta.vt di.68.quoniam videmus. Et hæc dicit benedictoria,& quasi sacramentum.Et de ista est cõclusio sexta iuxta.Hu.quod nõ repetitur ad modum benedictionis nuptiarum.extra de secundis nup.c.1.&.c.vir.dicit hic Arch.Audiui in curia,quod ibi obtinuit contra.f.quia iterata fuit in abbate qui priori dignitati cesserat.sed potius ibi fuit factũ quasi ius.¶Septimò manus impositio dicitur cũ olei vnctione super infirmum facta benedictio.Hæc dicitur curatiua.Et est sacramentum de quo habetur.dist.95.§.oleo.aliàs sed istud.De ista est.7.conclusio.quod iterari potest, quod patet cum iterũ infirmari potest qui prius infirmatus est,& sanatus.& non sit sacramentum characterem imprimens. His habitis patet responsio ad quæstionem,quoniam aliqua manus impositio reiterari potest maximè reconciliatoria.de qua hic loquitur. Et aliqua reiterari nõ potest,sicut est ordinatoria.de qua.j̃.quod quidam quod inductum est pro argumento.

Quæstio.

Respõdet.

Prima cõclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta cõclusio.

S. Thom.

Quinta cõclusio.

Sexta conclusio.

Septima conclusio.

Cum igitur. §.est in quo Gratia.ex supradictis. cap. concludit quod alia sacramenta prçter baptismum in necessitate ab hæreticis ministrari nõ possunt quo ad effectum gratiæ.Lege tex.¶[Cum igitur Inno.]s̃.e. in c.Arrianos[& Gregorius].s̃.e.in c.superueniente.[Cyprianus].s̃.e.si quis inquit.[Cum Hie.]s̃.e.sit populus[cum leo] s̃.e.in c.cum ecclesia.[patet & c.non possunt]digne,vel quo ad effectum aliàs non dicit verum.& sequitur opi. erroneã.Hu. [Sed obijcitur].f.quod possunt Lau.Et respicit ad illud.quod obiecerat scilicet,illud.c.si fuerit.Et cætera sequentia ad probandum quod sacramenta hæreticorum sint vera quantum ad effectum.Hug.Archi.

Exponit literam.

SIcut Christus. Inducit cõtra prædicta.c. hoc,quod est Hiero. ad luciferianum,in quo ostendit,quod peccator sanctificatus per baptismum,põt fieri sacerdos,nisi aliud impediat peccatum,maximè hæresis.Breue est,& patet ex expositione literæ.Lege textum.¶[Sicut Christus]potest assignari casus.hic primo quod Luciferianus dicebat quod qui ante baptismum est criminosus fur vel adulter,licet postea,in baptismo nudet ab animi crimine, non tñ potest fieri sacerdos, hoc improbat Hiero.dicens. quod qui in baptismo sanctificatur à peccatis,potest fieri sacerdos nisi aliud impediret.[Sicut Christus qui baptizat]interius mundando . Hug.Io.1.qui misit me baptizare in aqua,ille mihi dixit. Super quẽ videris spiritum sanctum descendentem, & manentem super eum , hic est qui baptizat spiritu sancto[sanctificat]panem & vinum in corpus suum,& sanguinem conuertendi[aut sacrificandi].i. recipiendi ordinem sacerdotalẽ,qui exigitur ad sacrificandũ, vt.j̃.e.dictum est.[Licentiam].i.potestatem [cuius baptisma quod accepit.Hu.[approbas]aut reprobes baptisma , quod accepit dicẽdo eum fortè fictè accessisse,[quem nõ putas esse] .i.posse fieri[sacerdotem[ratione criminũ ante baptisma cõmissorum , Nec.n.potest fieri,vt qui in baptismo[sanctus].i. sanctificatus mũdatus est Hu.[peccator].i.indignus. ratione illorum criminum ante baptismum cõmissorum[ad altare].i. ad ordinem sacerdotalem suscipiendum.¶Secũdò potest poni casus, & fortè, magis ad propositũ Gratiani, quod opinio fuerit luciferiani,quod à degradato vel quolibet præscisso nõ potest confici corpus Christi.sed sacramẽtum baptismi iustè potest ab eis ministrari.Contra hoc dicit Hieronymus quod vel vtrunque cõcedat sibi,vel qua ratione vnum negat, vtrunque sibi deneget,cum ex officio vtrunque habeant presbyteri.Gratian⁹ hoc intelligit de malo catholico tolerato ab ecclesia fortè dicebat ille,quod malus sacerdos licet sit catholicus, potest baptizare,sed sacrificare,non potest:Hieronymus contradicit dicens,quod sicut potest baptizare sic corpus Christi conficere.Et hoc vi sui ordinis dum toleratur ab ecclesia, sed si depositus fuerit,poterit ex miseri cordia dispensare,licet sacrificare inhibeatur.di.1.qui sub gradu.ſm istum casum exponitur litera sic.[Cuius baptisma].i.officium baptizandi]reprobes eius baptisma].i.officium baptizandi, vt dicas eũ non posse baptizare,quem non putas esse sacerdotẽ.i.posse officiũ sacerdotis exercere.f.corpus & sanguinem Christi conficere non põt fieri iure ordinis & officij. [sanctus in baptismo].i. dignus baptisma conferre.[Sic ad altare peccator].i. indignus sacrificare. Qua.n.ratione sanctificatur eius ministerio baptismus,ea ratione nullo impediente eius crimine, per eius ministerium conficitur corpus Christi.Et est ar.ꝙ ex duobus eiusdem iuris,vno concesso alterum cõcedit ar.3.q.6.hoc quippe & 16.q.1.si monachus.& q.2.c.1.Hu.& C.de or.cog.l.2.Simile no.31.di.si laicus.Et extra.de offi. deleg.præterea.Archidi.

Exponit literam.

Casus.

Alius casus.

Sed &

Exponit literam. Sed & hoc tantum. §.est. ¶[Catholico.] ab ecclesia tolerato. Hu.& Archid. Ecce qualiter gratia intellexerat præcedens capitulum. [Cooperante ratum] non quantum ad se, sed quantū ad alios, quibus ministrat cum dicit.j.e.q.§.opponitur.in fi.[in Oseę.] Oseæ.8. sed nulla est contrarietas, vt ibi dicetur, sed alibi.§.in Malachia. Hug. vt sequitur.

Exponit literam Archid. Maledicam. Hoc ponit Hieronymus sup. c.2. Malachiæ prophetę. Breue est & planum. Lege te.[Maledicam vestris].s.qui estis hæretici, & peruersi. Nā hoc intelligitur de hæreticis, & schismaticis, & excommunicatis, quorum benedictiones fiunt maledictiones his, qui eorum sequuntur errores. ergo à sensu cōtrario benedicam benedictionibus vestris qui estis fideles. secundum Ray. Arch.

Hoc igitur. §.est hæc vel hæc magis.s. capitulum illud sacrificia eorum &.c.istud proximū maledicam. Hu.[illud autem ad Luciferianū de ecclesiastico] .i. adhuc ab ecclesia tolerato. de tali peccatore intelligit Gratianus omnia sequentia capitula vsque ad proximum.§. Secūdum vero Arc.& Io. incipit in hoc.§.11. pars quæstionis, in qua probat quod malitia sacerdotis non nocet alijs in sacramētis, quamuis sibi noceant. & hoc facit vsque ad.§.ex his.&c.

3 *Dictio exclusiua adiuncta principali agenti non excludit agens instrumentale.*

4 *Merita presbyterorū sunt necessaria consecrationi ad hoc quod prosint ipsi consecranti.*

Intra catholicam. Sequitur primū.c. huius propositi, & est beati Augu.lib.de corpore Christi. in quo dicit ꝙ malus sacerdos seruans formā ecclesiæ cōsecrat ita sicut bonus. licet sacrificiū obsit malo, & prosit bono. Et diuiditur in tres partes. In prima facit quod dictum est. In secunda assignat rationem. In tertia ostendit, ꝙ verbis Christi conficiantur sacramenta corporis, & sanguinis eius. secunda ibi, quia non immerito. tertia ibi, credendum est. Pro pleniori intelligentia huius.c. quæruntur duo. (Diuisio.)

1 ¶Primum est vtrum sit verum quod Aug. dicit hic. quod in ministerio corporis & sanguinis Christi nihil à bono maius, nihil à malo minus, perficitur sacerdote.

2 ¶Secundum est vtrum verbis formalibus huius sacramenti quæ dicuntur Christi verba conficiantur eucharistia.

Primū ar. 1 Ad primum. Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ hoc dictum beati Au. non sit verū. Primò sic. hoc sacramentum sacerdotis benedictione cōsecratur. sed benedictio sacerdotis peccatoris non est efficax ad consecrationem huius sacramenti cum scriptum sit Malachiæ secundo. & habetur.s.e.c. maledicā. maledicā benedictionibus &c. ergo in ministerio corporis, & sanguinis Christi aliquid à bono maius perficitur, quam à malo sacerdote. ¶Secundò sic. dicitur in hoc.c. ꝙ per virtutē spiritus sancti perficitur hoc sacramentum. Et Damascenus dicit in 4.li.sen. ꝙ panis & vinū ꝑ aduentū spiritus sancti supernaturaliter transit in corpus domini & sanguinem. sed Gelasius Papa dicit, & habetur.j.eo. sacrosancta. quō ad diuini ministerij consecrationem cœlestis spiritus inuocatus adueniet, si sacerdos qui eum adesse precatur, criminosis plenus actionibus cōprobetur. ergo videtur ꝙ per malum sacerdotem hoc sacramentum perfici non pōt. ¶Tertiò sic. quanto sublimior est actus, tanto requirit perfectiorem agentē. Sed sublimissimus est actus consecrandi corpus domini. ergo sublimissimum quærit agentem. sed huiusmodi non est, cui deficit sublimitas vitæ. ergo &c. ¶Quartò sic. Minister ordinatur sub illo cuius est minister, & authoritate & potestate eius facit quod facit, sicut balliui regis authoritate regis, & potestate faciunt quæ faciunt. sed malus sacerdos non est ordinatus sub Deo si ergo nō minister Dei, nec potestate domini operatur. ergo minus perficit ab eo in ministerio isto, quam perficiatur à bono sacerdote. ¶Quintò sic. in ministerio eucharistiæ non solum est consecratio corporis Christi, sed etiam consideratur fructus, & efficacia sacramenti. Sed non dubium, ista magis perficiuntur per bonum, quam per malum. dicit.n. Papa Alexander.j.e.q.c. episcopi. quātò sacerdotes fuerint digniores, tanto facilius in necessitatibus ꝓ quibus clamant, exaudiūtur. ergo &c. ¶In oppositum est te.c. præsentis. ¶Respondeo dicendum ꝙ dictum beati Au. est verissimum, & oppositum est hæresis damnatissima, veritas autem dicti Au. sic primo ostēditur iuxta S.Th. in 3. parte sacerdos (sicut dr̄ hic in litera) consecrat hoc sacramētum non vt virtute propria, sed vt minister Christi, in cuius ꝑsona consecrat hoc sacramentum. sed ex hoc ipso non desinit aliquis, esse minister Christi, ꝙ est mal⁹. Habet.n. Deus bonos & malos ministros seu seruos. vt Mat.24. dominus dixit. Quis putas est fidelis seruus, & prudens &c. Et postea subdit. Si autem dixerit malus ille seruus in corde suo &c. Et Apostolus dicit. 1.ad cori.4. sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Et tñ postea subdit. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum erat. ergo certus se esse ministrum Christi, non tñ erat certus se esse iustum. potest ergo aliquis esse minister Christi, etiam si iustus non sit. ergo æquè à malo sacerdote perficitur sacramentum sicut à bon. ¶Secūdò sic. malitia sacerdotis non minuit in aliquo potestatem consecrandi, & perficiendi ministerium Christi. ergo æquè perficitur à malo sacerdote, sicut à bono. consequentia patet. antecedens patet quia potestas consecrandi sequitur ordinem sacerdotalē. Sed ordo sacerdotalis propter quamcunque malitiam non potest amitti, nec diminui, cum inseparabiliter insit animæ ordinari. ¶Tertiò sic. iuxta dominum Pe.de pa. potestas artis sine bonitate morali, nihil minus operatur, sicut patet in eo qui est bonus artifex & malus homo. ergo similiter qui habet characterem sacerdotalem licet sit malus, æquè potens est conficere corpus Christi, sicut bonus. ergo &c. (Petrus de palude.) ¶Quartò sic. iuxta dominum Bonauenturā nihil ꝙ in bonitate aut perfectione non potest crescere vel decrescere, perficit à bono ministro maius, quam malo. sed corpus Christi non potest aut in bonitate aut perfectione crescere, aut decrescere: ergo non potest maius à bono vel à malo ꝑfici sacerdote. (Bonauen.) ¶His dictis respondetur. Ad primam negando consequentiam. Et ratio est iuxta S.Th. in 3. parte quia sicut eadem actio inquantum fit ex praua intentione ministri potest esse mala, bona autem in quantū ex bona intētione dn̄i, ita benedictio sacerdotis peccatorum in quantum ab ipso indigne fit est maledictione digna & quasi infamia seu blasphemia. Et ideo non oratio reputatur in q̃tum vero profertur ex persona Christi est sancta & efficax. vnde signanter dr̄, maledicā benedictionibus vestris. (Ad primū argu.) ¶Ad secūdam respondetur negando consequentiam. Et ratio est considerata intentione ipsius Gelasij. Nam vt dicit S.Th. vbi.s. ante illa verba Gelasius Papa præmittit sacrosancta religio quæ catholicam continet disciplinam tantam sibi reuerentiā vendicat, vt ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat peruenire. ex quo manifestè apparet eius intentionis esse, ꝙ peccator sacerdos non debet accedere ad hoc sacramentum. vnde hoc quod subdit quomodo cœlestis spiritus aduocatus adueniet, intelligi oportet ꝙ non aduenit ex merito sacerdotis sed ex virtute Christi cuius verba profert sacerdos. (Ad secūdū S. Thom.) ¶Ad tertiam respondetur iuxta dominum Alber. ꝙ ratio ista nō procedit, quia sacerdos nō agit actum illum nobilissimum virtute propria, sed Christi cuius minister est, verba eius proferēs Ad ministrum autem non requiritur necessario bonitas moralis, vt dictum est supra. (Ad tertiū. Albertus.) ¶Ad quartam respōdetur dicimus. n. iuxta magistrum Alexandrum de halis. ꝙ licet sacerdos malus non sit ordinatus sub ratione bonitatis ordinis & officij. Malitia.n. vitæ non tollit bonitatem officij, nec ordinis. hæc .n. malitia & hæc bonitas non sunt in eodem genere, nec conueniunt adinuicem oppositione. vnde licet sacerdos iniustus non sit ordinatus sub Deo per bonitatem vitæ, est tñ subordinatus sub Deo per ordinis dignitatem & excellentiam potestatis. Et quia quantū ad hoc est sub deo, recipit ab eo influentiam, vnde potest consecrare. (Ad quartū Alexāder de halis.) ¶Ad quintam respondetur ꝙ in missa duo est considerare.s. ipsum sacramentum, quod est principale, & orationes quæ fiunt in missa pro viuis, & mortuis, quantum ad sacramentum ipsum principale non, minus, potest sacerdos malus perficere quā bonus: & quo ad hoc loquitur Au. in præsenti.c. de alio autē.s. fructu aut efficacia orationum non est dubium, quin fructuosior sit missa boni sacerdotis, quam mali. Sed de hoc non est sermo. (Ad quintū)

(Secūdū ar. Damasce.) (Tertiū ar.) (Quartū ar.) (Quītū ar.) (Opponit & Respōdet. S.Thom.)

2 Ad secundum. Sic proceditur.†Et videtur quod verbis formalibus huius sacramēti quæ dicuntur Christi verba, non cōficiatur eucharistia. Primò sic. dicit Damascenus.4.li. sententiarum suarum sola virtute spiritus sancti fit conuersio panis in corpus Christi. sed virtus spiritus sancti nō est verba ipsa formalia huius sacramēti. ergo illis verbis nō conficitur hoc sacramentum. (Primū ar.) ¶Secundò sic. Ambrosius dicit sermo Christi conficit sacramētum. quis sermo Christi hic quo facta sunt omnia. iussit Deus, & facta sunt omnia, cœlum & terra. vides q̃ operarius sit sermo Christi. (Secūdū ar.)

Christi. sed verbum quo facta sunt oĩa, nõ est verba formalia huius sacramenti cũ illud sit æternũ & increatũ. de quo. Io. 1. in principio erat verbum. hæc autem verba sunt creata, & tẽporalia. ergo &c. ¶ Tertiò sic. Si illis verbis formalibus huius sacramenti conficeretur eucharistia, oporteret dicere, ꝙ in illis verbis esset aliqua virtus creata effectiua trãssubstantiationis. sed hoc videtur posibile. ergo &c. probatur minor. quia opus transsubstantiationis videtur esse difficilius, quam opus creationis. patet, quia ratio citius consentit operi creationis, quam huic conuersioni, cum quidam etiam philosophi naturali ratione ducti creationem posuerunt, sed nulla virtus creata ꝯm cõmunem opinionem potest Deo cooperari in opere creationis. ergo multo minus in opere huius conuersionis. ¶ Quartò sic. nulla virtus creata potest aliquid supra naturã. sed conuersio panis in corpus Christi est maximè supra naturam. cum non seruetur modus naturalis conuersionis. quia non est subiectum commune & terminus ad quem est præexistens actu. ergo non potest per virtutem creatã verbis formæ collatam fieri huiusmodi conuersio. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. vbi Aug. dicit. Credẽdum est, quod in verbis sacramenta conficiantur. ¶ Respondeo non dicendum. quod quidam dixerunt nullam virtutem creatam esse in prædictis verbis ad transsubstantiationem faciendam, nec etiam in alijs sacramentorum formis, vel etiam in ipsis sacramentis ad inducendos sacramentorum effectus. Sed ista opi. vt diximus circa. c. sanctorum dictis repugnat, & derogat dignitati sacramentorum nouæ legis. vnde cum hoc sacramentum sit præ cæteris dignius, cõsequens est. quod in verbis formalibus huius sacramenti sit quædam virtus creata ad conuersionem siue transsubstantiationem faciendam, instrumentalis tñ. cũ. n. hæc verba ex persona Christi proferantur ex eius mandato siue institutione virtutem consequuntur instrumentalem à Christo, sicut & cætera eius facta vel dicta habent instrumentaliter salutiferam virtutem. vnde hæc opi. secũda melior est. quam dominus Alber. magister Alexander de halis. & S. Th. sequuntur. vnde magister Alexã. de halis. in 4. refutata prima opi. dicit sic. ideo aliter dicendum, ꝙ verba Christi. i. tradita à Christo, habent virtutem conuertendi elementa. i. panem, & vinum, in corpus Christi, & sanguinem. & huiusmodi virtus data est verbo creato à verbo ĩcreato. Nec hoc excludit, quin ibi virtus increata sit intimè operans, sicut in oĩbus vbi cooperatur virtus creata. hæc ille. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est iuxta. S. Tho. tam in 4. q̃ in tertia parte. quia dictio exclusiua adiuncta principali agenti non excludit agens instrumentale. Non. n. sequitur solus hic faber fecit cultellum. ergo cultellus nihil ad hoc cooperatus est. Sic cum hic dicitur sola virtute spiritus sancti panem in corpus Christi conuerti, non excluditur instrumentalis quæ in forma huius sacramenti. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ Ambrosius loquitur de eo in quo principaliter authoritas huius virtutis residet. s. in verbo increato, & cui principaliter actio illa tribuit, nihilominus in verbo creato residet instrumentaliter tñ, vt dictum est. ¶ Ad tertiam respõdetur negando minorem, dicimus. n. ꝙ in verbis illis sit aliqua virtus vt dictum est. Et ad probationem respondetur iuxta S. Tho. in 4. negando consequentiam. Et ratio est, quia virtus creata præsupponit materiam in qua operetur quod contingit esse dupliciter. vno modo ita quod sit mutationis subiectum sicut accidit in conuersionibus naturalibus. Alio modo ita qđ subsit termino à quo, non autem mutationi sicut accidit in ista conuersione panis in corpꝰ Christi, sed creatio neutro modo materiam præsupponit. Et ideo magis potest virtus creata Deo cooperari instrumentaliter in hac conuersione, quam in opere creationis. Et ita non est simile. ¶ Ad quartam respõdetur ꝯm eundem ꝙ verum est, ꝙ nulla creata virtus potest aliquid supra naturam, tanquam principale agens, potest tñ agere tanquam agens instrumentale à virtute increata motum. quia sicut creaturę inest obedientiæ pœna, vt in ea fieret quicquid creator disposuerit ita vt ea mediãte fiat quod est ratio instrumenti. Lege tex. ¶ [Intra]. i. in forma ecclesiæ catholicæ. Hu. & Archid. [in ministerio]. i. in sacramento conficiendo. Hu. [nihil maius] quo ad hoc vt panis transeat in corpus Christi. & vinum in sanguinem Christi, nec quo ad effectum vel salutem [alijs] non sibi. Hug. vt de di. 2. vtrum. [quia non] secunda

4 pars. Assignatur ratio [non immerito] †merita. n. presbyterorum sunt necessaria consecrationi, ad hoc ꝙ prosint ipsi consecranti, non ad hoc vt panis vel vinum transsubstantietur in corpus vel sanguinem Christi [sed in verbo perficitur creatoris]. i. creatore tradito in forma huius sacramenti. s. hoc est corpꝰ meũ & virtute spiritus sancti Io. 6. verba quæ loquor vobis spiritus & vita sunt. quia spiritus viuificat. [baptizat.] s. interiꝰ. s. Christus. Io. 1. ita ipse est qui per spiritum sanctum hanc. s. substantiam panis. Hug. [suam efficit carnalem]. id est in suam transsubstantiat carnem dicendo. hic est calix &c. [Credendum est] tertia pars. [verbis Christi] scilicet, supra dictis, scilicet hoc est corpus meum & hic est calix &c. [Cõficiantur sacramenta] corporis & sanguinis. de cõse. di. 2. panis. Et dicuntur pluraliter sacramẽta propter dualitatem materiæ huius sacramenti [cuius]. s. Christi [creantur imperio] omnia per ipsum facta sunt. Ioã. 1. sic per ipsum omnia in melius recreantur. qui ait Apocalyp. 21. Ecce noua facio omnia.

Omnia. Ad idem est hoc. ca. eiusdem Aug. libr. 2. contra Permenianum. in quo dicit, ꝙ mali possunt sacramenta offerre, & verbũ Dei prædicare vtiliter quo ad alios, licet eis obsit. breue est & planum. Lege. ¶ [Omnia] hoc. c. habetur. ș. ea. per Esa. [indigne obsunt]. i. ipsa præsumptio eorum qua indigne præsumunt accedere ad illa, nocet eis, vt de conse. di. 2. & sancta. & ș. e. per Esaiam. Hu. & Archi. [Sic & verbum Dei]. i. prædicatio, quæ si fiat ab indigno alijs prodest, sed sibi nocet. ar. di. 83. §. quanquam. & 15. q. vlt. c. vl. & ș. e. q. si fuerit. Hu. verbũ quidem Dei prodesse, & si non malè prædicantibus, prodest tamẽ bono, & deuote audienti. Luc. 11. beati qui audiunt verbum, Dei, & custodiunt illud. Tunc. n. qualiscunque fuerit sator, semen, quod verbum Dei si cadat in terram. i. in corda eorum, qui audiunt, & intelligunt fructũ affert. vnde dictum est. Mat. 14. à domino quæ dicunt bona, facite, quæ faciunt. s. mala, nolite facere infra, eadem. non quales. Hugut.

Prophetauit Saul. Subiungitur hoc. c. quod est August. in expositione epistolæ Io. ho. 7. in quo aperte probatur. ꝙ mali habent sacramenta, & alia dona Dei, præter charitatem. vt. ș. e. q. multæ. Breue est & planum. Lege tex. ¶ [Prophetauit Saul. 1. Reg. 10. dicitur insiluit spiritus domini in Saul, & prophetauit in medio eorũ [malus] quia licet certe quãdo prophetauit. 1. Regum. 9. & 10. bonus esset à domino electus, & quandiu humilis fuit placuit in oculis domini, vt patet. 1. Reg. 15. ipse tamen post superbiens & inobediẽs repulsus, & Dauid electus humilis vnctus est in regem. 1. Regum. 15. malus etiam rex erat, quia iniustus innocentẽ Dauid (qui victor hostium triumphauerat) iniuste persequebatur. 1. Reg. 18. [Saul malus] quia iniuste quærebat interficere innocẽtem Dauid. 1. Reg. 18. & 19 [malus] quia propter Dauid interfecit Abimelech sacerdotem. & 85. sacerdotes & totũ populum & mulieres & paruulos impie. 1. Re. 22. [malus Saul] qui affectu Hariolandi accessit ad Phitonissam. 1. Reg. 29. [in nomine] Mat. 7. dicitur, multi in die illa. s. iudicij dicent, nõne in nomine tuo prophetauimus &c. [non noui vos]. i. non approbaui. non nouit illos ad approbandum, sed ad reprobandũ nouit. non nouit ad gloriam, sed ad pœnam quando eis dicet. discedite maledicti à me operarij iniquitatis. Lu. 13. & Matt. 25. [spiritum ergo] malis etiã datur spiritus prophetiæ, vt patet in Balaã Nu. 24. patet etiam in Caipha qui cum esset pontifex anni illius prophetauit. quia Christus moriturus erat ꝓ gente. Io. 11. [Non ad meritum] quia mali non habent charitatem, quæ est ratio & causa merẽdi. vnde Apostolus. 1. ad Ti. 13. Si habuero omnem prophetiam, charitatem aũt non habuero, nihil prodest. secundum glo. ad meritum, quia vt dicit Aug. lib. de gratia. & li. ar. Omne meritum est à gratia.

Propheta. Ad idem inducitur hoc. c. qđ est Hier. super Aggeum prophetam, in quo ostendit quod per malos sancta sacrificia offeruntur eis tñ non prosunt sed obsunt. breue est. Lege. ¶ [Propheta.] Dimissa expositione quam facit glo. de Babylonica captiuitate, quæ non videtur nobis ad propositũ Gratiani. sensus literæ iudicio nostro est. ꝙ sacrificãs in altari tñ, siue in domo dñi tñ. i. exteriori obseruãtia diuini cultꝰ seruata, sine interiori deuotione, licet sanctũ sit ꝙ offert, ipse tñ nõ sanctificanť ex hostijs, sed polluiť. [Ex operibus mortuis]. i. dignos morte æterna constituẽtibus, vt puta ex præsumptione qua indigne ad altare accedere non veretur. de istis. ș. e. q. c. fertur. & c. sicut vrgeri &c.

1 *Hæreticorum societas dicitur dispersio.*

2 *Spiritus sanctus non accipitur extra vnitatem ecclesiæ.*

Ita sit.


Tertiũ ar. Quartũ ar. Opponit 1 contrariũ. Respõdet. Albertus. Alexãder S. Thom. Ad primũ argu. 3 Ad secũdũ Ad Tertiũ S. Thom. Ad quartũ Exponit literam. Exponit literam. Exponit literam. August. Exponit literam. Cõtra glossatores.


Ta fit. Ad idem subiungitur hoc.c.quod est etiam beati Aug.de verbis domini secundum Matt.sermone.11.cuius sententia esse videtur quod in spiritum sanctum peccare dicitur cum ex dispersione.s. hæresi aut schismate ad vnitatem & pacem ecclesiæ nunquã venitur. sed in schismate obstinatus moritur. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit quod dictum est. In secunda ostendit ꝙ si ad vnitatem ecclesiæ quis perueniret, etiam si per malum ministrum dum tñ ipse corde non ficto sed deuoto venerit, remissionem consequetur. secunda ibi, ad ꝙ congregationẽ &c. Lege.¶[[Ita fit verbum].i.blasphemia & peccatum. Hu.[contra spiritum sanctum cum ex dispersione].i. dispersa hæreticorum societate. Hu.& Arch.†Bene autem hæreticorum societas dicitur dispersio. quia ab vnitate ecclesiæ dispersi sunt. vnde Hiere.10. Omnis grex eorum dispersus est.& Ezec.34. dispersæ fuot oues meæ.[ad congregationem.]i.vnitatem ecclesiæ.de qua psa.119. Confitebor tibi in concilio iustorum, & congregatione[nunquam venitur] cuiusmodi est qui de Dei misericordia desperans in peccato obduratus per finalem impœnitentiam, quæ est peccatum in spiritum sanctum, quod vocat Ioannes peccatum ad mortem. 1.Ioan.5.vsq; ad mortẽ perdurat. vt de pe.di.1.§.potest etiam & di.3.§.fine[quæ].s.ecclesiæ[vnitas]siue congregatio]accipit spiritum sanctum]extra vnitatem ecclesiæ non accipitur spiritus sanctus, in cuius signum datus fuit spiritus sanctus non dispersis. sed congregatis. vbi erãt discipuli omnes in eodem loco Act.2. Item Christus discipulis cõgregatis apparuit. Lu.24.& Mat.18. dicitur vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo in medio eorum sum[reprobos fugiat.]vt.s.eo.spiritus sanctus. Hu.& sapientiæ id est, spiritus sanctus effugiet fictum.i. peccatorem [colligat]ad vnitatem, & pacem ecclesiæ.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Extra ecclesiam potest, quis esse dupliciter.*


T euidenter. Ad idem sequitur hoc.c. ꝙ est Au.li.de remissione peccatorum. vbi summa est ꝙ spiritus sanctus principaliter remittit peccata, ministerialiter verò sacerdotes intra vnitatẽ ecclesiæ existentes. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit quod dictum est. In secunda ostẽdit quis verè dicitur esse extra ecclesiam, & quis intra. dicitur verè extra ecclesiam, licet in ecclesia toleret, cui Christus ostiarius non aperit, & dicitur esse in ecclesia, licet ab episcopo iniustè expellatur, cui ostiarius aperit per gratiam introducendo. secunda ibi, proinde sicut. Lege.¶[[Vt euidenter non meritis hominum].i.non ab hominibus. quantumcunq; sint magni meriti. solus.n.Deus principaliter remittit peccata nõ homo. de conse.di.4.nemo.& 24.q.2.legatur.& de pe.dist.1.verbum Hug.& Arch. vbi tu vide, quoniam nos ibi de hac materia plene disputauimus[quodam loco.]Ioã.20.[Spiritus sanctus principaliter]per suam gratiam dimittit peccata, & in signum huius cum dedit apostolis potestatem dimittendi peccata insufflans in eis ait. Accipite, spiritum sanctum. Et quorum remiseritis peccata remittuntur eis vt daret intelligere, ꝙ spiritus sanctus principaliter remittit peccata, ministerialiter verò sacerdotes, quibus dominus ait. Quorum remiseritis peccata. &c. & Matt.18. Quodcunque ligaueritis super terram &c.[Proinde]secunda pars.[sicut extra ecclesiam.]Quo ad charitatis vnionem.[& extra corpus.] Corpus Christi est ecclesia cuius Christus ipse caput est. ad Colo.1. extra dico ꝑ sacramentorum cõionem[ostiarius].i. Christus qui est ostiarius, & ostium. Io.10.& j.ea.q.ordinationes [non aperit gratiam]infundendo. talis vere est extra ecclesiam saltem numero pro quo sciendũ ꝙ †dupliciter põt quis esse extra ecclesiã. vno modo cũ est extra fidem sine qua nõ sumus mẽbra Christi. secundò modo dr̃ quis esse extra ecclesiã, qui & si habeat fidem nũ tñ charitatẽ, quæ est vinculũ ecclesiasticæ vnitatis. Et talis dr̃ extra nõ numero sed merito. ita non ideo extra ecclesiam est, & nõ est de corpore[si quis pastoris præiudicio]iniustè excõicatis. 11.q.4.si episcopus. Hug.[Ecce.]iste est vnus modus, quo quis extra ecclesiam, dicitur quo ad homines, & non quo ad Deum. vt cum est iniustè excommunicatus, & sic excommunicatus debet patienter sustinere, donec per superiorem fuerit prouisum. vt in prædicto.c.si episcopus.

Diuisio.

Exponit literam.


Vm scriptura. Ad idem inducitur hoc.c. ex Ambrosio libr.de ministerijs. vbi iuxta Gratianum est intellectus. ꝙ deus non merita personarum, sed sacerdotum officia considerat. ita ꝙ non potest consecrare homo quantumcunq; sit bonus, nisi sit sacerdos ẽm veritatem. Amb. ostẽdit hic q Deus in sacramentis nouæ legis inuisibiliter operatur, sicut in veteri lege visibiliter operabatur: vnde Gratianus in hoc.c. reprehenditur etiam de mendacio, quia etiã in litera Ambrosij non continetur sicut ipse inducit. Et ideo nos iuxta veritatem exponemus eam. Et diuiditur in tres partes in prima ponit qualiter ad preces Hierobaal.& Heliæ ignis visibiliter descendit de cœlo super eorum sacrificia: in secunda ostendit ꝙ ignis ille visibilis significat virtutem spiritus sancti inuisibilẽ operari in sacramentis nouæ legis. in tertia concludit Christũ ad inuocationem sacerdotum adesse ecclesiæ sacramentis. secunda ibi ignis ille. tertia ibi, Credo ergo. Lege tex. ¶[[Cum scriptura testetur]iudicum.6. vbi dicitur, ꝙ Angelus domini apparuit Gedeoni qui Hierobaal dictus est, & super sacrificiũ Gedeonis in petra accensus est ignis qui carnes & panes sacrificij consumpsit. hic autem Hierobaal qui & Gedeon nõ fuit malus, sed bonus. vnde falsus est tex. vbi dr̃ consequenter ad preces Hieroboam qui fuit malus rex Israel idolatra. vt patet. 1.Re.12. sed debet dici Hierobaal. Quod vero dicit Hu. super. Hieroboam ad preces huius mali regis descẽdit ignis de cœlo. quod in nostra translatione nõ habetur. sed in alia quam Amb. hic sequit̃ non est verum. quia de Hieroboã rege pessimo in nulla trãslatione habetur ꝙ ad preces eius descenderit ignis consumẽs sacrificiũ. sed de Hierobaal habetur in nostra translatione. Iudicũ.6. vt dictum est.[& Helia]de quo.3.Reg.18. habetur, ꝙ orauit Helias dicens. dñe Deus Abrahã Isaac, & Israel, hodie ostende, qa tu es Deus Israel. Ego seruus tuus & iuxta præceptũ tuũ fieri oĩa verba hæc. exaudi me dñe &c. Et sequitur: cecidit ignis dñi & deuorauit holocaustũ. [datur intelligi, quod Deus nõ merita &c.] mendosè oppositum est, hoc à Gratiano. vt dicit Lau.& Hu. quæ verba & sensum Ambrosij voluit inuertere nec in litera Ambrosij inuenitur Hieroboam sed Hierobaal, non.n. hic fit mentio malorũ sacerdotum vt Gratianus interposuit, sed duntaxat bonorũ.s. Heliæ, & Hierobaal, & aliorum sanctorũ quos in illo libro nominat. vnde ad præsentẽ materiã Gratiani nihil hoc.c. operat̃. [ignis ille]secunda pars. verba sunt Gratiani[vt crederent].s. vt visibili signo inuitarentur, & attraherentur ad fidem. vel vt crederent fideles per hoc factum miraculum super illa sacrificia veteris legis[ꝙ ignis inuisibilis].i. virtus spiritus sancti interius operetur effectum gratiæ in sacrificijs & sacramentis nouæ legis. vnde in litera Ambrosij sic habetur. quod dimisit quis dubitet spiritum sanctum adesse sacerdotum sacramentis, cũ scriptura testetur quod credimus scilicet omnes.s. tota ecclesia catholica.[Credo ergo]tertia pars[ait]Matth.18. in medio eorum sum qui Christus principalis sacerdos in æternum sua virtute in sacramentis per ministerium sacerdotum secretius operatur.

Diuisio.

Exponit literam.

Cõtra Gratianum.

1 *Mysterium quid dicatur.*
2 *Sacramentum proprie quid dicatur. & nu.4.*
3 *Sacrificium vnde dicatur.*
5 *Sacramentum corporis Christi an conuenienter inter alia sacramenta nominetur eucharistia.*
Et quid operetur nu.6.
7 *Corpus Christi verum an sit melius, quam corpus Christi mysticum.*
8 *Sacramentum dicitur malum vel pollum quatuor modis.*
9 *Benedictio solet dici alicuius beneficij collatio.*


Vlti. Ad idem sequitur.hoc.c. quod est Gregorij in registro. in quo Gregorius reprehẽdit laicos, qui vitam sacerdotum tota die inuestigant, vt diffament, & vituperent, in quo grauiter peccant. quia illorum sacrificia & sacramenta despiciunt, quos malos esse credunt. putantes sacramenta minus sanctificata esse per malos sacerdotes, quam per bonos. quod non est verum. Et diuiditur hoc. c. in 4. partes. secundum glo. In prima parte reprehendit laicos, qui vitã sacerdotum reprehendendo sacramenta ab eis collata contemnunt. In secunda parte dicitur quod quantumcunque sit sacerdos malus sacramenta tamen per eum collata vera sunt, nec magis sanctificantur à bono. In tertia parte ostendit quid dicatur ministerium. Quid sacrificium. quid sacramentum. In quarta ponuntur verba prophetæ Oseæ & Malachiæ, & exponuntur, secunda ibi, heu inquam. tertia ibi mysterium. quarta ibi, polluimus. Lege text. ¶[[Multi secularium hominum.]bene dicit seculariũ. quoniã si spirituales essent,

Diuisio.

Exponit literam.

essent, seipsos studerent iudicare non alios[discurrant]alias [concutiant]causa detrahendi & diffamandi. Hug.[contēptionis]vt contemnant diuina sacramenta[erroris foueam dilabūtur[cadendo deterius.quia etiam sacrilegiū incurrunt.vt.24. q.3.non in perpetuum.Hug.& Arc.[Lederet]occasionaliter. quoniam nec inde exemplum malum sumerent, nec eorum peccatis consensum præstarent,nec eorum sacrificia vel sacramenta contemnerent,nec eos indiscrete vituperarent. in his .n.vita malorum sacerdotum occasionaliter solet lædere in anima quosdam imperitos & stultos aliàs regulare est. quod crimen vnius non noceat alteri.vt.ī.e.q.4.c.1.nisi fortè temporaliter & in corpore.vt.s̄.ea.q.fertur.[contēnant]quod nō deberet esse nisi per sententiam sint cōdemnati, vel à canone suspensi.vt.8.q.4.c.1.& 15.q.vlt.c.vlt.& di.28.c.vlt. tūc licitè quis ab officio taliū abstineret vt di.32.nullus.& di.81.si qui sunt presbyteri. Hu.& gl.[Heu.]secūda pars.[plus ab alijs sanctificata]Cum.n.s̄.eadē. in c. intra. dicat Augustinus quod in ministerio corporis & sanguinis Christi nihil à bono mai⁹ nihil à malo minus perficitur sacerdote.quia non merito consecrantis.sed in verbo perficitur creatoris.& virtute spiritus sancti non dubium quin in magnum laqueum erroris cadāt qui credunt maiorem sanctificationem esse in sacramento confecto per bonum sacerdotem,quam per malum.[cum vnus idē spiritus]assignat rationem,quia non plus sunt æstimanda sanctificata diuina ministeria ab vno,quam ab alio.Quia vnus & idem &c.incomprehensibiliter.]Non.n.à nobis comprehendi potest qualiter trāssubstantiatio panis & vini in corpus, & sanguinem Christi fiat,& sic de effectibus aliorum sacramentorum Hu.[sanctificet].i.sanctificata efficiat,& [benedicat] .i.effectum illis tribuat Archid.[mysterium]tertia pars. vbi

August.

1 ostendit.vnde dicatur mysterium. † mysterium dicitur sacrū vel abscōditum,vel præfiguratio occulta, vel occultum secretum,vel quia occultam habet dispensationem, sicut dicitur hic.Et dicitur a à mystis vel à mysticem græcè quod est secretum latinè.vnde mysticus.c.cum.i.sacer,occultus, figuratiuus.quia in se occultam & secretam habet intelligentiam.s. cum aliud dicitur, & aliud intelligitur. Et idem est mysteriū

2 & sacramentum.†Sed sacramentum propriè dicitur quod videtur mysterium id quod per illud significatur,vel repræsentatur.Et generaliter omne sacrum secretum dicitur mysterium,vt mysterium incarnationis natiuitatis Christi, & huiusmodi.Quod etiam sacramentum similiter dicitur,vt sacramentum incarnationis,natiuitatis & huiusmodi Hug.Archi. & Bern.[Dispensationem].i.virtutem siue gratiam à Deo]di

3 spensatam].i.collatam.Hug.[Sacrificium]† declarat vnde dicatur sacrificium.Et dicit quod sacrificium dicitur quasi satis factum,quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicæ passionis.ita dicit etiam Isidorus. Ety.li. 6.vbi agit de officijs.sed hoc pertinet ad corpus Christi.Generalius autem sumit sacrificium paulo ante dicens. duo sunt quæ offeruntur donum,& sacrificium.donum dicitur quicquid auro vel argento aut qualibet alia spem efficitur.Sacrificium autem est victima, & quæcunque in ara cremantur seu ponuntur.Brito[sacramentum]assignat vnde sacramentum

4 dicatur.†Et notandum quod sacramentum iuxta Etymologiam suam dicitur sacræ rei signum . Et hoc modo assignat primo hic significationem sacramenti dicens , sacramentum est in aliqua celebratione.cum res gesta ita geritur,& fit vt aliquid significatiuè.i.aliquid sacrum per illud significari accipiamus,siue intelligamus.quoniam sacramentum dicitur nō cuiuslibet rei signum sed rei sacræ signum . Et hoc est quod hic dicitur. quod sanctè est accipiendum,sicut immolatio agni Paschalis dicitur sacramētum immolationis Christi,alio modo assignatur ratio sacramēti ꝯm suam propriam diffinitionem vt spectat ad præsens.Et est sacramentum inuisibilis gratiæ visibilis forma,ita vt eius similitudinē gerat,& cā existat. vt diffinit magister.in prin.4.sen. Vel sacramentum est iuxta Aug. in quo sub tegumento rerum visibiliū diuina virtus secretius operatur salutem.Et ita secundo assignatur hic ratio sacramēti.Cum ait[sunt autem sacramenta &c. quæ ob id sacramēta dicūtur &c.A secretis virtutibus.]cōtra opinionē eorū qui in sacramentis non ponunt latentē instrumentalē virtutē ad effectus sacramentorum de quo disputauimus.s̄.e.c.intra.[Latēter.]quia inuisibiliter operatur[eucharistia].idest bona gratia.

Augusti.

5 ¶†Sed hic surgit quæstio vtrum conuenienter sacramentum corporis Christi inter alia sacra nominetur spāliter eucharistia. i.bona gratia.Et vr̄ ꝙ nō,quia nomē propriū debet alicui imponi ex eo ꝙ sit sibi propriū. Sed bonitas gratiæ est cōmunis

Quæstio.

a¶ Et dicitur mysteriū dici authore Eusebio.li.2.p̄parationis euāgelicæ à mysos ꝙ latinè scelus dicitur, hinc mysteria quæ nisi sacerdoti fas scire.

omnibus sacramentis,ergo ex hoc non debet imponi nomē proprium vni sacramento,vt dicatur eucharistia.¶Respondeo dicendum,ꝙ conuenientissime & propriè hoc sacramentum dicitur eucharistia.i.bona gratia iuxta dominum Bonauenturam.in 4.Tum quia principaliter est,ibi ratio boni,quia bonum est diffusiuum & communicatiuum . vnde cibus qui communicat se pluribus per partes est bonus, qui communicat pluribus totus & successiuè est melior,vt verbum Dei qđ prædicatur.Qui verò cōicat se pluribus, & totus, & simul est optimus & talis iste cibus est.hic etiā est ille cibus qui est summum bonum.s.Christus Deus . Et sic præcipuè reperit̄ in eo ratio boni.Reperitur etiam principaliter rō gratiæ. Tum per modum contentiui.Tum per modū effectiui.per modū contentiui,quia in hoc sacramento continetur ille,qui est Theca. & fons.dicit Albe.oīs gratiæ.Io.1.plenum gratiæ & veritatis.

Respōdet.

Bonauen.

6 Ratione effectiui]†siue vt dicit Albe.ratione multiplicis authoritatis,quam facit hoc sacramentum.qm̄ hoc vt dicit dn̄s Bonauentura multipliciter adiuuat.primo quidem quia est cibus incorporans capiti.Io.6.qui māducat carnem meā in me manet.secundo quia fortificat.psa.panis cor hominis confirmat:tertio.quia delectat. Sapi.15.panē de cœlo præstitisti eis omne delec.&c.quarto valet ad augmentū fidei.sicut dicitur. 1.ad Cor.13.quintò ad subleuationem spei Mat.vlt.Ecce ego vobiscum sum vsque ad consum.&c.Sextò ad dilatationē charitatis,qa est memoriale amoris.Matt.26. Hoc facite in meā commemorationem. septimo ad remissionem venialium sicut dicit inuocatis.Albertus magnus in 4. addit aliam rationē quare dicatur eucharistia.i.bona gratia.s. quia principalis gratiæ.s.amoris est sacramentum in hoc ꝙ vnit nos capiti sicut charitas est vnitiua.¶Quibus habitis ad rationem in oppositū respōdetur ꝙ ab eo ꝙ est cōe aliquid bene authoritate denominari potest.Et ita hic.[Et quid melius corpore & sanguine Christi]quasi diceret nihil.hoc pōt intelligi vel inter sacramenta ecclesiastica,& tunc nō est dubium quin omnibus alijs sacramētis sit melius potius & perfectius,ex eo ꝙ in eo cōtinetur ipse Christus specialiter.In alijs autem sacramentis continetur quædam virtus instrumentalis participata à Christo, semper autem quod est per essentiam potius est eo, quod est per participationē,& sic intelligitur & nihil in sacrificijs &c. Alio modo potest intelligi dictam illud simpliciter, & tūc fit

Albertus.

Bonauen.

Psal. 103.c

Albertus magnus.

Ad arg.

7 dubitatio & quæstio apud doctores.†vtrū corpus Christi verum sit melius quā corpus Christi mysticum . Et arguitur ꝙ non.primo sic super illud.1.ad Cor.10.oīa in figura cōtingebant illis.dicit gl.in bonis multo melius figuratur per figurā, quam sit ipsa figura. Sed corpus Christi verum est figura corporis mystici.ergo mysticum est melius.¶Secundò sic.Aug. dicit,ꝙ totus Christus est membra cum capite. Constat autē quod mēbra cum capite sunt aliquid melius,ꝗ caput. solū ergo corpus mysticū est melius,ꝗ corpus Christi verū. ¶ Tertiò aīa Christi est aliquid melius, ꝗ corpus ipsius Christi,ergo &c.¶In oppositū est te.præsentis literæ.¶Respondeo dicendū.ꝙ corpus Christi verū melius est corpore mystico ꝓpriè loquendo.probatur ista conclusio.cā simpliciter est melior suo effectu.sed cā corporis mystici est corpus Christi verum:ergo melius est illo. ¶ Secundò sic. pretium valens hoc & adhuc plus melius est quā hoc demōstratū.sed corpus Christi verum est pretium valens ad redimendum totum corpus mysticum,& adhuc plus.quia si infiniti mundi essent per sanguinem Christi possent redimi:ergo ipsum est melius.¶Tertiò sic.Creator infinite distat à creatura pura. sed qđ est creatura vnita creatori medium est inter hæc duo:ergo sicut est minus bonum creatore,ita melius est creatura non vnita.Sed corpus Christi verum est vnitum creatori . & corpus Christi mysticum non.ergo corpus Christi verum melius est corpore Christi mystico.¶ Nunc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta Alber. & sanctum Tho.in 4.di.13.ꝙ gl.illa ad cor. loquitur de illis, quæ sunt figuræ tantum.quorum vsus totus est in significando, & nō est in causando.sicut fuit agnus paschalis. Non autem intelligitur de his quæ sunt signa causatiua rei,cuiusmodi est corp⁹ Christi verum respectu corporis Christi mystici.¶Ad secundam respōdetur iuxta Alber.ꝙ corpus Christi mysticum nō dicit propriè loquendo nisi membra adhærentia capiti & tūc cum fit comparatio inter membra, & caput in illa comparatione caput intelligitur in altero comparatorum.Et ideo licet vt dicit Au.totus Christus sit caput & corpus mysticum quod est membra,nō sequitur ex hoc,ꝙ corpus mysticum sit melius quoniam caput non intelligitur cū membris . vel dicēdum vt

alij dicunt

Quæstio. Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar. Opponit & Respōd.

Ad primū argu.

Albertus.

Ad secūdū.

Augusti.

alij dicunt distinguentes in corpore mystico.s. ꝙ potest dicere membra tantum.vel caput cum membris. Si primò modo dicunt melius esse corpus Christi verum, quam mysticum.si secundò modo tunc dicunt mysticum melius esse, quam verum.dicit autem S.Thom.in 4.si tamen corpus Christi verũ accipiatur sine diuinitate cui est vnitum.aliàs non.quia Deus & omnes creaturæ non sunt aliquid melius, quam Deus tantum.¶ Ad tertiam respondetur. ꝙ hic loquimur de corpore Christi cum anima & diuinitate quæ sunt sibi coniuncta reali concomitantia. Et ideo ratio non procedit. Sequitur in litera.[Quia spiritus sanctus mysticè].i.occultè[illud viuificat] id est virtute sua conficit, & perficit[visibilibus operibus] id est visibilibus speciebus, scilicet ignis, aut huiusmodi sicut Actuum.2.& Actuum.8.& 10.& 19.[quia nec qui plantat.] hoc dicit Apostolus.1.ad Corint.3.cætera patent[polluimus] quarta pars. Ostendit hic Gratianus qualiter intelligantur istæ authoritates, ne videantur contradicere huic veritati iam positæ.[polluimus.]s.quando indigne accedimus id est, polluta mente tractamus illud.vbi notat. Hugo. & repetit Archidia.

S. Thom. | Ad tertiũ. | Archid.

8 quod.4.† modis dicitur sacramentum malum vel pollutum, primò.s.quantum est in ipsis offerentibus.vt.j.eo. quod quidam.& 49.distin.sacerdotes.& de conse.dist.4.quæris. & 22. quæstio.2.§.Item opponitur.in fine.secundò quia ipsi mali & polluti tractant & conficiunt & conferunt ea vt hic. & suprà. ea.q.sicut populus.tertio per effectum. quia efficiũt effectum malum, & pollutũ non rei veritate sed occasionaliter. quia eorum abusio & temeritas qua quis temere & indigne accedit ad illa tractanda vel suscipienda hoc facit.s. eadem quæstio.si quis inquit.& j.e.q.§.opponitur. in fin. quarto modo potest dici pollutum sicut & falsum, inane.s.quo ad effectum & rem sacramenti, quo carent in administrantibus indigne.s. eadem quæstio.si quis inquit.& j.eadem quæstio.§.opponitur Epilogando ergo hos quatuor modos dicitur quis polluere sacramentum quantum in se est.[Item polluit]id est, ipse pollutus administrat vel suscipit.Item[polluit]id est, ipse ex temeritate ministrandi & suscipiendi polluitur.Item quanto vel[polluit] quia effectum non habet circa ipsum ministrantem vel suscipientem.Hug.[Maledicam.]Hic exponit qualiter sit intelligenda secunda authoritas, quæ est in Malachia. Et ponit duas primas expositiones iuxta Hierony.& alias duas addit. Exponitur ergo prima sic [Maledicam benedictionibus vestris].i.non acceptas habebo benedictiones vestras inquantũ ex vobis.s.procedunt.ita exponit S.Thom.in 3.parte. secundo[maledicam]id est, subtraham vobis quæ meis benedictio-

S. Thom.

9 nibus possidetis. † solet.n.benedictio dici alicuius beneficij collatio.Et econuerso, maledictio subtractio.secundum Hu. tertiò maledicam &c.puniam benedictionibus quibus benedicitis sanctis.quia ex praua intentione procedunt.quarto maledicam bene.s.adulationibus, quàs peccatoribus faciunt gratia fauoris humani aut diuitiarum consequendarum.

1 *Christum obliuisci dicuntur qui Christo non obediunt.*



SIgnificastis. Ad idem sequitur. cap.hoc quod est Fabiani Papæ, vbi reprehendit eos, qui propter malam vitam sacerdotum contemnunt & sacramenta & prædicationes eorum. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat quosdam laicos, propter malam vitam sacerdotum contemnere eorum sacramenta. In secunda parte reprehendit eos.secũda ibi. o miseros.planum est.Lege.¶[Significasti]plerosque laicos.Hug.[Non congruenter viuere &c.].i. multorum in ecclesiasticis honoribus positorum vitam non congruere prædicationibus.Sæpe.n.vita prędicatorum non congruit prædicationi eorum, quod esse non debet.ar.dist.40.multi.& di.43.c.1.& sacramentis ecclesiasticis quorum ministri sancti esse debẽt.quibus dominus ait.sancti estote, quoniam ego sanctus sum.Leui.10.[O miseros] secunda pars.[miseros].s.miseria culpæ.Prouerbiorum.14. miseros populos facit peccatum[Christum obliuiscũtur]†Chri

Diuisio. | Exponit literam.

1 stum obliuisci dicuntur qui Christo non obediunt. de quibus dicitur psa.77.obliti sunt benefactorum eius.Et Oseæ.13.dominus dicit.Leuauerunt cor suum per superbiam, & obliti sunt mei[prędixit]Mat.23.de Pharisæis qui verba legis docebant seruanda, quam ipsi nõ obseruabãt, quæ inquit dicunt facite.i.ꝙ seruetis legem prout dicunt, sed quæ ipsi faciunt transgrediendo legem nolite facere.vbi Christus docet ꝙ legi obtemperetur quamuis hoc à malis prædicatoribus annũtietur

a & dicatur.[traditorem.] a dominus.n.Iudam quãuis eũ pręsciret suum futurum proditorem, tñ eum cum alijs.11. misit ad prædicandũ.Matt.10. & lauit pedes & corpus & sanguinẽ suum dedit.Io.13.Nam Apostoli assignata ratione reprehensionis illorum laicorum sumpta ex parte tam doctrinæ Christi, quam praxis eius. Nunc inducit etiam rationem ex parte apostolorum, quorum doctrinam & vitam imitari debet populus Christianus talem consuetudinem, qualem habent isti laici, qui tantum malam vitam sacerdotum attendunt, & non bona quæ dicunt, & bona & sancta quæ administrant siue dispensant. apostoli.n.non vitauerunt sacramenta nec vitanda docuerunt propter malitiam ministri.Et per consequens nec nos præsumere vel innenire debemus.ar.35. dist. qui de mensa.& dist.45.episcopum.& dist.55.si euangelica.& 2.q.5. consuisti.& 7.q.1.c.1.& 30.q.1.quod si.

a ¶ Traditorē. Traditio ꝓprie vel improprie qualiter accipiatur Spe. in ti. de emp. & ven.§.1. versi. tradere. & vers. sed & si plures.



NOn quales. Ad idem sequitur hoc. cap. quod scribit Papa Nicolaus Michaeli Imperatori, & est planũ totum quod hic dicitur.intendit duo dicere. Primum est qđ ꝑ malos possunt verba salutis prædicari, & ideo non quales sacerdotes domini sint sed quid de domino loquuntur &c.secundo ostendit quod si dominus sedentes super cathedram Moysi etiam malos sed bene docentes præcipit audiendos.Longè magis obtemperandum est sedentibus super cathedram Petri.



DOminus. Ad idem sequitur hoc.ca.quod est beati Augustini contra Petilianum ostendens, quod immũdicia sacerdotis non aufert mundiciam nec veritatem sacramẽti.Et diuiditur in tres partes secundum Hugo. in prima ostendit.ꝙ immundicia malorum bonis & mundis non obest.In secunda ponit quãdam obiectionem Petiliani & eam soluit.In tertia parte respondendo obiectioni quorundam hæreticorum ostendit, ꝙ si sacramenta in forma ecclesiæ conferantur à quocunque dentur, vera sunt: secunda ibi, Petilianus.tertia.ibi.qui autem solo sacramento plana sunt omnia.Lege.¶[Dominus declarauit in vno cetu hominum]s.apostolorum[eadem sacramenta sumentium non obesse bonis immundiciam malorum]dũmodo eis non consentiant.vt.23.q.4.quisquis.Hu.& 7.q.1.§.cum autem.Archi. vnde Apostolis non obfuit malitia Iudæ. Non.n.maculauit alios apostolos.quibus dominus ait.vos mundi estis. sed non omnes, sciebat.n.quis eũ traditurus esset. Et propterea dixit, non omnes.Io.13.[Petilianus]secunda pars [dixit]obijciẽdo Hu.Opinio.n.Petiliani hæretici erat.ꝙ malus sacerdos nulla sacramenta conficiebat, vel conferebat, nec etiam volebat ꝓbare.Si quis non est sacerdos proferendo verba sacerdotis nõ conficit sacramenta nec efficitur sacerdos, sed malus sacerdos non est verus sacerdos:ergo proferendo verba sacerdotis non conficit vel confert sacramenta.Ad hoc respondet August.ꝙ obiectio Petiliani non est conueniens, quia non quærimus qs sit verus sacerdos, sed quid sit verum baptisma.[vt.n.sit quis verus sacerdos]incidenter & occasione obiectionis Petiliani ostendit Aug.quid requiratur ad verum sacerdotem.videlicet ꝙ sit sacramẽto sacerdotalis ordinis insignitus.[& sit iustitia .i.omni virtute repletus, sicut psa.131.scriptum est.[Sacerdotes tui induantur iustitia].i.omni virtute. Nam vt ait Aristoteles.5.Aethi.iustitia est omnis virtus. Verũ ista duo cadũt vt inquit Au.in vero sacerdote.[verò.[inquam.non tm̃ veritate ordinis sacerdotalis, quam veritate dignitatis officij vel meriti vitæ.Sicut dicit Chrys.super Mat.& habetur.in c.multi.di. 40. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes, multi nomine, & pauci merito vitæ. multi sacramento ordinis insigniti. pauci idonei siue dignati multi loco altiori sublimati, pauci virtutibus adornati.[Qui autem]tertia pars. [sacramẽto ordinis] sacerdotalis.Hu.[Cayphas]ille fuit sacramento ordinis sacerdos.Io.11.[verissimi].i.Christi.verus.n.fuit sacerdos Christus cui pater vt refert apostolus ad Heb.5.ait illud psa.109.b.Tu es sacerdos in æternũ ꝯm ordinem Melchisedech. quamuis iste verax non est veritate meriti vitæ, id est, bonus vel idoneus, qualis deberet esse iuxta reuerentiam sacri ordinis, & credite sibi dispensationis[quod dat]tamen verum est in essentia.& etiam in effectu, nisi malitia suscipientis impediat. Hugo.[quia] assignat rationem.quia non dat suum sed Dei. suum dico, quod.s.ex merito suo pendeat, sed ex virtute Dei. sacramenta.n.non merito sacerdotis, sed verbo saluatoris conficiuntur.vt.s.ea.intra catholicam.vel non dat suum. vt dicit Hug.in sua forma.alia à forma ecclesiæ[sed Dei].idest in forma ecclesiæ[cretenses.]hoc allegat Apostolus à malo prophe-


Diuiso. | Exponit literam. | Chrysost.

ta dictum Tit.1. vnde arguit Aug.[Si ergo] si Apostolus veritatem dictam à malo propheta .s. ꝙ Cretenses forent semper mendaces, & malæ bestiæ &c. nō abiecit sed acceptauit. Lōgè minus propter malitiam sacerdotis debemus abijcere veritatem Christi seu sacramentorum eius, quia veritas à quocunq; dicatur à spiritu sancto est, quia ecclesiastici. 1. dicitur. Omnis sapiētia à Deo est. patet ergo litera.[Si ego Apostolꝰ nescio] .s. per apostolum, qa apostolus illū nō nominauit[vel nescio] .i. non dico, non nomino. Hu.& Archi.[attestatus est] Tit.1. Cur nos.[interpositio est vsq; ibi non discernimus. Hug.[Nō discernimus veritatē sacramenti].i. verū sacramentum à veritate vel potius falsitate hoīs, non discernimus dico,[sic nec ille].s. Paulus non dixit illum veracem sed ait testimoniū eius verum est.[Nunquid ideo dicimus] quasi diceret. Non[vobis autem necesse est vt erretis].i. non potest esse vos non errare, quandiu de sacramentis ita sentitis. Hu. duo dicebant isti hæretici, primum erat propter sacerdotum vitia sacramēta esse iteranda. secundo ecclesiam quę sacramenta ipsorum hæreticorum non violabat reiterādo suæ hæresis, esse participem, & hæc sequuntur in litera. primum[quādiu propter hoīm vitia sacramenta violatis] reiterando. Hug. secunduma[ut].i. an. Archi.[violari] reiterando.[etiam vestri schismatis sacrilegium] .i. vestrum schisma sacrilegum[assumere].i. approbare putatis Hu.[baptismi: ergo puritas] idest, veritas quo ad essentiā. concludit ex dictis omnino distincta est. ita quod puritas hoīs nō tribuit veritatem illi sacramento. nec malitia hominis minuit eius veritatem, dummodo ecclesiæ forma seruetur.

1 *Peccatum socij non imputatur alicui si ei displiceat, dummodo admoneat vt resipiscat.*



Emento. Ad idem sequitur. c. hoc eiusdē Aug. q de eadem materia loquitur, & sunt aliqui libri qui hoc. c. non habent distinctum contra præcedens. imo sub eadem diuisione cum præcedenti. diuidit gl. sed est. ca. distinctum. ſm Hu. & Lau. Diuiditur autem hoc. c. in tres partes. In prima prosequitur, ꝙ sacramēta Dei à quocunque etiam malo proferantur vera sunt. Probat exēplo Saulis. in secunda ostendit ꝙ quales sunt qui sacramenta suscipiūt, talia sunt illis ipsa sacramenta. in tertia refert duplicem cōclusionem contra duplicem opinionem Petiliani, gratias agens Deo, ꝙ acquieuit Petilianus suis rationibus secunda ibi, item nos dicimus tertia ibi, per hanc sñiam. Lege te.¶[Memēto. Nihil obesse] vt. j. e. q. per Esaiam[vel minus sancta] in se similiter & in effectu, nisi malitia suscipiētis īnpediat.[Saul] ostēdit exēplo Saulis, ꝙ veritas sacramēti pōt esse in aliquo simul & malitia vitæ. quia in Saule erat sanctitas sacramēti.i. veritas. non quæ illum sanctificaret, sed quæ in se sancta erat, & in eo erat malitia, qñ ipse persequebatur Dauid innocentem. Hug. [sanctitatem sacramenti].i. sanctum sacramentum.i. vnctionem regni.[honorauit viuum] cum in spelunca potuit eum interficere. & noluit. & ait non extendam manum meā in dominum meū. quia Christus domini est.i. vnctus à dño. 1. Reg. 24. & 2. q. 7. ff. de his.[etiam vindicauit occisum.] vnde. 1. Re. 26. Quis extendet manum suam in Christum domini, & innocēs erit. vnde Dauid illum qui occidit Saul iussit interfici, qa interfecerat Christum domini ac si non esset vnctus oleo. 1. Reg. 1. c.[Et quia trepidauit].i. grauiter doluit. Hug.[sanctitatem].i. veritatem. nō qua esset sanctus, & hoc est nō vitæ suę, quia ista sine innocentia haberi non potest sed sacramēti &c. [sanctum est].i. verum[item].3. pars. Hic Augustinus contra quosdam hæreticos qui Donato episcopo adheserant dicit, tale esse sacramentum baptismum accipienti qualis ipse accipiens est.s. malo malū. bono bonū. vtriq; malo malum. vtriq; bono bonum. Hug.[qualis accedit]. s. e. q. §. ecce. & de conse. dist. 2. & sancta. Archi.[Scriptū est] Ti. 1. omnia humanis vsibus concessa[de cibis loquitur mūdis].i. bonis qui munda mēte & intentione accedunt. Hu. & Archi.[per hanc]. 3. pars[sententiam veridicam] isti quibus loquitur Augustinus consenserāt in hæresi optato episcopo hæretico. & de manu eius receperunt corpus Christi. hi in duobus peccauerūt.s. quia sciēter receperunt cōionem de manu hæretici, & quia consenserunt in hæresi illius episcopi, tñ se excusabant dicentes se accepisse pura & simplici mēte, ad eius cōionē & sacrificium eius facta reprobantes. Et ideo dicebāt se non esse pollutos eius sacrificio. Ad hoc dicit Augustinus[ꝑ hanc sñiam] præmissam[etiā vos] non solum illi, qui nullo modo ei participarunt[sacrificio Optati] proprium nomen hæretici[non estis polluti si eius facta displicebant vobis, quod tunc constaret, si ad communionem de manu eius suscipiendam omnino inuiti & coacti fuissetis attracti, sed horum nihil est. Sponte. n. ad illum accessistis. & in hæresi & in sacrificio eius communicastis.
1 Hu. Et est ar.† non imputari alicui peccatum socij si ei displiceat, dūmodo admoneat vt resipiscat ar. j. e. q. 4. c. 1. cū multis alijs.[Nā vtiq;] quasi diceret displicere merito debuissent. vobis facta eius.[Nam panis illius].i. optati hæretici[panis luctus erat].i. doloris[sub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat.] Bene lugebat. qa in ea gladio schismatis in maxima multitudine percussi mortui iacebāt. vel sic pōt legi.[Nam vtiq; panis].i. sacrificium illius hæretici optati[panis luctus est].i. immundus his, qui ab eo scienter sumunt illum, quia vt. s. dictum est, tale cuiquam fit sacrificium qualis accedit vt sumat. [sub cuius].s. hæretici. &c.[Sed panē luctus.] sensus est iuxta Hu. panem luctus prædictum cōem esse vobis.i. esse susceptū à vobis ab illo non facit vos hæreticos, aut schismaticos, licet in hoc peccaretis de manu hæretici communionē accipiēdo. sed facit consensus videtur in schisma & hæresim suā. Et hoc est quod dicit[omnium vestrum malum schismatis facit] itē gratias[inuocatum nomen Christi] vel speciali vel generali inuocatione hoc petilianus primo negabat.s. orationes & inuocationes spiritus sancti à talibus factas valere alijs. Hug.[ergo intellige.] Concludit principale propositum cum Christi &c. [Aliena peccata] dummodo consensus nō interueniat. vt. 23. q. 4. ita si quis & 32. q. 5. ita ne. Hu. Alia lectura.



Hristus. Ad idem subiūgitur. hoc. c. quod est eiusdem Augustini super Psalm. 10. per quod exēplo Christi qui Iudam licet esset malus, tñ ad communionem sui sanctissimi corporis admisit, & cum cæteris ad prædicādum misit, ostenditur, ꝙ etiam per malos dona Dei cōicātur eis, qui ea bona fide & recta deuotione recipiunt. Breue est, & non diuiditur Lege te. Exponit literam.
¶[Christus primam.] primo. n. consecratum fuit corpus dñi in cœna[confectam manibus suis] qñ cœnātibus illis accepit panem &c. Mat. 26. & ore suo [cōmēdatam].i. consecratā dicendo. hoc est corpus meum &c.[vel cōmēdatā].i. laudatam cum diceret. Io. 6. hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur &c. item qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. & ego. &c.[sicut cæteris] Mat. 26. & Luc. 22. dicit. Ecce manus tradentis me mecum est in mēsa. vbi Augustinus sup Io. dicit. Lucas hoc expressit, vt ostenderet, ꝙ Iudas corpus dñi cum alijs accepit. & de conse. dist. 2. cum oē[. Quid nobis fecit Christus[nobis quippe dedit exemplū primo vt patienter toleremus aduersarios & bene faciamus his q nos persequuntur. 2. vt occultos peccatores nō prodamus exēplo Christi qui proditorē occultū quærētibus Apostolis nō reuelauit. 3. vt occulto peccatori in mēsa altaris dñi corpus petēti cū instātia sibi dari non negemus. quia vt dicit Augusti. li. de pnīa. Nos. n. à cōione quenquam prohibere nō possumus, nisi aut spōte cōfessum, aut in iudicio nominatū, aut conuictū[diabolū:] Christus. n. Iudā ꝓditorē diabolū nominauit. Io. 6. vbi dicit. Nōne ego vos. 12. elegi, & vnus ex vobis diabolus est. dicebat aūt hæc de Iuda Simonis Scariotis[loculis fidem non potuit].i. noluit. Iudas. n. cum furaretur de pecunia loculorū Christi vt patet Io. 12. infidelis minister erat. vbi Augustinus sup Io. dicit. Ecce inter sanctos est Iudas. Et ecce fur est Iudas, fur & sacrilegus non qualiscunque fur, sed loculorum, sed dominicorum, sed sacrorum ad prædicandum vt patet Mat. 12.[vt demonstraret &c.] omnia clara sunt. August. Augus.



On nocet. Ad idē inducitur hoc. ca. quod est beati Gregorij in registro, in quo ostendit ꝙ malitia ministrantium sacramenta non nocet veritati sacramentorum. Et diuiditur iu duas partes. in prima dicit quod dictum est. in 2. parte assignat rationem dicens. quia illorū virtus & perfectio est a deo 2. ibi baptisma. planū est. Lege tex. ¶[Non nocet] quo ad veritatē sacramentorū dūmodo forma ecclesiæ seruetur nec ēt quo ad effectū circa alios nisi malitia suscipientis īpediat. Hu. & Archi.[Nec ad cōsecrationem ecclesiæ[quo minus sit consecrata. vt. 7. q. 1. episcopus. Licet in odiū cōsecrantis dicatur execrata. j. e. q. 4. ecclesia. lu. gl.[Quia]. 2. pars.[Sicut & eucharistia] licet indigne conficienti vel sumenti non fit ad salutem. vt infra. eo. q. per Esaiam & 24. q. 1. schisma. Hugo. Diuisio. Exponit literam.

Sed obijcitur. §. est & respicit. §. hæc igitur proxpositū. vbi dicit. ꝙ sacramēta à malis ministrata catholicis rata sunt cui dicto obijcit & interserit sex

Diuisio. Exponit literam.

rit sex capitula sequẽtia, quędã directè quędã à cõtrario sensu, ad probandũ ꝙ malus sacerdos non possit conficere sacramenta & postea in sequenti. §. soluit dicens, ꝙ in sacramentis catholicorũ exigitur vita sacerdotum quo ad se, s. vt habeat effectum circa ipsos, sed non quo ad alios. Hug. & glo.

1 *Missa boni sacerdotis an sit melior quam missa mali.*



SAcerdotes. Hoc est. 1. c. eorum quæ inducit Gratianus contra prędicta, & est Hieronymi in Sophonia propheta. c. 3. istud c. non videtur esse cõtra, vt credit Gratianus, nec rubrum videtur respondere ad intellectum Hieronymi. vnde sciendum ꝙ quidam sunt qui assidua & crebra oblatione sacrificij se iustificari arbitrantur absq; vitæ sanctitate. sed decipiuntur cũ potius grauentur tam præsumptiua temeritate sacrificandi. vnde Apostolus. 1. ad Cor. 11. Qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit, & de con. di. 2. & sancta. & contra tales hic loquit̃ Hieronymus ẜm Hu. & Archi. Et ad hoc videtur respondere scriptura Leuitici. 20. quæ infra inducitur sacerdos &c. Exponatur ergo litera sic. Lege textu. ¶ [Sacerdotes, imprecantis]. i. per preces inuocantis. Hu. [non vitam bonã] quasi diceret. bona vita est necessaria cum forma verborum vt digne dispenset siue quantum ad salutem ministrantis. qua si diceret non ad hoc ꝙ conficiat. sed vt proficiat conficienti. Hu. [merita] Hic videtur † ꝙ melior sit missa boni sacerdotis quam mali. vt Archi. arguit. Sed dicas secundum S. Thom. Albertum & dominum Bonauenturam, & cõiter omnes Doct. ꝙ de missa possumus loqui dupliciter. Aut quantum ad id q̃d est essentiale in ea. s. confectio corporis, & sanguinis domini. Et sic à quocunq; dicatur missa dum t̃n sit sacerdos & seruet formam ecclesiæ, æqualiter bona est. quia opus operatũ æqualiter bonum est. & virtuosum, quia vnum, & idẽ ab omnibus fit, vel quantum ad id quod est annexum sacramento, & quasi secundariũ vt sunt orationes, personales obsecrationes, & deuotus, & mundus affectus, & sic missa boni sacerdotis est melior, quia nõ solum habet efficaciam ex opere operato sed ex opere operante. Et hoc modo bene iuuant merita sacerdotũ. vt infra in c. se. Et ideo cæteris paribus melius est audire missam boni sacerdotis, quam mali. de hac materia plura disputauimus. s̃. e. circa. c. intra catholicam. de quibus dicitur leuitic. 21. [macula] mortalis peccati. [Non accedat] nec debet accedere, cum sit indignus, & magister grauaretur inde. de consequ. dist. 2. quotidie. Nihilominus si accedit non minus conficiet, licet non ad vtilitatem sibi. Hug.

Archid.

Exponit literam.


S. Thom. Alber. ma. Bonauen.

1 *Remissio peccatorum obtinetur precibus sanctorum.*
2 *Sacerdotes quomodo dicantur in se consumere peccata populi.*


IPsi. Ad idem sequitur. c. hoc quod est Alexandri Papæ, vbi dicitur tanto facilius exaudiuntur sacerdotes, quanto apud Deum sunt digniores. Breue est. Lege text. ¶ [Ipsi sacerdotes comedunt.] Ose æ. 4. Sequitur expositio. [Quia suis precibus ea delẽt, atq;
1 cõsumunt] sic. n. prædestinatum, † vt precibus sanctorum obtineatur remissio peccatorum. vt 23. q. 4. obtineri. Hug. & gl. [vel delent & consumũt] quia exemplo bonæ operationis, & verbo prædicationis homines corriguntur. & sic eis peccata
2 dimittuntur à Deo. ¶ † Sacerdotes ergo quãtum in se est peccata populi consumunt, cũ sic laborant, vt illi cõuertantur, & compungantur. hæc eadem expositio habetur. j̃. 3. q. 1. nulli. Est etiam alia expositio. [Comedunt peccata populi]. i. oblata à populo pro peccatis. & hæc expositio habetur. j̃. 10. q. 1. quia sacerdotes. Est etiam alia expositio. [comedũt peccata populi]. i. oblata à populo percipiunt, & comedunt cũ peccato hoc intelligitur de illis clericis, qui accipiunt partem ab ecclesia. cum propria sibi sufficiunt, & hæc expositio habetur. 1. q. 2. pastor. Hug. [digniores.] mali enim non sunt boni intercessores ad Deum iratum. dicit. n. Grego. Cum is qui displicet &c. vt. j̃. e. q. 6. ego. & in q. 7. in grauibus. & dist. 49. §. ecce. & s̃. e. quæstio. fertur. [Tanto facilius]. id est tanto sunt exaudibiliores scilicet magis digni exaudiri.

¶ Exponit literam.

Grego.


SAcrosancta. Ad idem subiungitur hoc. c. quod est Gelasij papæ. quod diuiditur in duas partes. In prima dicit ꝙ talis est ecclesiastica disciplina, vt nullus ad sacramenta audeat accedere, aut dispensando, aut sumendo, nisi cum pura & munda conscientia. in 2. assignat rationem dicens. Ad inuocationem criminosi sacerdotis nunquam venturum esse spiritũ sanctum, s. ad diuini ministerij consecrationem quę sit salutaris ipsi consecranti. 2. ibi. Nam quomodo. Lege. ¶ [Sacrosancta]. i. religiosa, sacrorum sacramentorum dispensatio [quæ catholicam continet disciplinam]. i. quæ debet esse ẜm catholicam. i. ecclesiasticam disciplinam [tantam sibi. &c. nõ audeat]. i. non debeat. Hug. [Apostolo prohibente]. 1. ad Cor. 11. probet autem seipsum homo, vt de pane. &c. [Nam quomodo]. 2. pars, [adueniet] vt inuocanti prosit, quasi diceret nullo modo. Hu. & Archi. Adueniet quidem ad ipsius sacramenti consecrationem, & eius effectum circa alios. sed non circa ipsum, sed potius aduenit ad eius detrimentum, quam ad salutem. & de conse. dist. 2. & sancta. Arch. Sanctus vero Tho. in 3. parte. dicit. ꝙ intentio Gelasij Papæ in hoc dicto est. ꝙ peccator sacerdos non debet accedere ad hoc sacramentũ. vnde per hoc quod subdit. Quomodo cęlestis spiritus aduocatus adueniet, intelligi oportet, quod non aduenit ex merito sacerdotis, sed ex virtute Christi, cuius verba profert. hæc ille.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Animæ fidelium dicuntur vasa domini.*


NEcesse est. Ad idem sequitur. c. hoc quod est Gregorij in registro. vbi inquit, quod sacerdotes mũdi debent esse vt digne sacrificent & alios mũdent. Et diuiditur in duas partes. in prima facit quod dictum est. in 2. confirmat illud authoritate scripturæ. 2. ibi, scriptũ namque. Planum est. Lege. ¶ [Necesse est. manus]. i. mens & conscientia sacerdotis [munda] à mortali peccato, ad hoc vt sit digna aliena peccata delere, vel vt sibi prosit talia facere. Hu: [ne tacta quęque deterius inquinet] scilicet quantum ad se id est, ex præsumptione, qua præsumit illa tangere & tractare amplius inquinetur. 49. dist. cap. vltimo. Hug. & Arch. [si ipsa manus sordida sequens vt mundet lutum] tenet Hug. & Archid. [Scriptum]. 2. pars. Esa. 5. [vasa domini]. i. sacramenta, quæ sunt vasa domini, in quibus virtus diuina medicinalis continetur ad salutem suscipientinm. vt. s̃. e. c. multi. vel [vasa
1 domini]. i. † animas subditorum, quorum sanguis requiretur de manibus vestris. vasa dicuntur animæ. dicit glo. quod in eis dominus sedet, vel inhabitat Deus. ad Ephe. 3. habitare Christum per fidem in cordibus vestris. in charitate radicati &c. vel dicamus, ideo dicuntur vasa domini, quia in illis liquor diuinæ gratiæ infunditur. Matth. 25. prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis [ad interiora] id est spiritualia & cœlestia. Hug. & glo.

Diuisio.

Exponit literam.

2 *Maius alio aliquid dicitur multipliciter.*
3 *Sacramentum vnum est maius alio quinque modis.*
4 *Verbum Dei multos habet effectus.*
6 *Peccata non dimittuntur nisi venialia per corpus Christi.*


INterrogo vos. Ad idem inducitur hoc. capi. Augustini lib. de corpore domini. Et inducit ad hoc quod sicut verbum prædicationis prolatum per bonum aut malũ ministrum proficit digne audiẽtibus, ita corpus Christi collatum siue per bonum siue per malum ministrum prodest suscipientibus digne. Et diuiditur in tres partes. in prima mouet quæstionem quid sit maius an verbũ prædicationis an corpus Christi &c. in 2. respondet. in 3. elicit correlarie, quod tanta solicitudine est seruandum verbum Dei, ne cadat de corde, quanta corpus Christi ne cadat in terram. 2. ibi. Si vultis verum. 3. ibi, Et ideo quanta. Pro pleniori intelligentia huius. c. quod videtur pluribus valde difficile aut obscurum, quæruntur duo.
1 ¶ Primum est vtrum verum sit quod maius sit verbum Dei siue prædicatio verbi diuini quam corpus Christi.
5 ¶ Secundum est vtrum tantum peccatum sit verbum Dei negligenter audire, quantum sit per negligentiam corpus Christi in terram cadere permittere.
1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quod corpus Christi sit maius. Primò. ex. capi. supra. eodem multi. vbi expresse habetur, quod nihil melius corpore & sanguine Christi. ¶ Secundò maius est illud cui diuinitas est realiter vnita, quam illud in quo est tantum significatiuè: sed diuinitas est vnita realiter corpori Christi, & ecõtra, nõ autem verbo prædicationis nisi significatiuè ergo &c. ¶ Tertiò ad hoc faciunt argumenta quæ fecimus in præfato. c. multi. ad ostendẽdum ꝙ nihil est melius corpore, & sanguine Christi. ¶ In oppositum videtur Augustinus in præsenti litera, vbi ait. ꝙ nõ est minus verbum Dei quã corpus Christi.

Diuisio.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit in cõtrarium

Respōdet. 2 ¶ Respon. dicendum † ꝙ aliquid est maius alio multipliciter, sed ad præsens dicere possumus dupliciter. Aut maius dignitate, & pretiositate naturæ, aut maius maioritate necessitatis aut vtilitatis ad salutem. Secūdum hoc sit prima conclusio ꝙ corpus Christi sit maius dignitate & pretiositate, atq; nobilitate naturæ, quam sit verbum Dei prędicatum, siue verbū prædicationis, & per consequens in maiori reuerentia habendū est corpus Christi, quam prædicatio diuini verbi. ista conclusio est clarissima. nec Augustinus dicit contra. patet ex. cap. s̄. multi. & ex disputatione nostra ibidem. ¶ Secūda conclusio. Maioritate necessitatis ad salutem animarum maius videtur esse verbum Dei, quam corpus Christi. ista conclusio quæ videtur esse Augustini in hoc. c. probatur sic. Prædicatio actualis verbi Dei est necessaria ad Christi fidem habendam, sine qua impossibile est placere Deo. ad Hebre. 11. Et ad Rom 10. dicitur. Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Non est autem sic necessaria ad salutem animarū actualis susceptio corporis Christi, aut præsentia eius in sacramento. vt patet. ergo conclusio vera. Consequētia patet, & antecedens est notum. dicente Apostolo ad Ro. 10. Oīs. n. qui inuocauerit nomen domini, saluus erit, quomodo autem audiente sine prædicatione. & j'. ergo fides ex auditu est, & auditus est per verbum Dei. ¶ Secundò sic. Non derogat nobilitati sacramēti eucharistiæ, ꝙ aliqua alia sacramēta sint illo maiora aliquo modo: ergo nec ꝙ prædicatio diuini verbi. cōsequētia videtur bona. antecedens probatur quoniam tam Alexan. quam S. Th. & Bonauentura dicunt † ꝙ quinq; modis vnum sacramentum est maius alio, vno modo quantum ad maioritatem effectus & sic baptismus qui delet omnem culpam, & aufert oēm pœnam est maximum sacramētorum. Alio modo quantum ad id quod in eo cōtinetur, & sic eucharistia est nobilissimum & maximum in quo continetur ipse Christus. 3. quantum ad gradum dignitatis in quo constituit, & sic ordo est dignissimum sacramentum. 4. quātum ad ministrum, & sic confirmatio & ordo sunt maiora & dignissima sacramēta. 5. quantum ad significatum & non contentum, & sic matrimonium est dignissimum. quia significat coniunctionem duarū naturarum in persona Christi. ¶ Tertiò ex dictis pōt sic probari præfata conclusio. Effectus proportionat̄ suæ causæ, sed maiorē efficaciā in efficiendo salutem animæ in nobis. vel ad illam disponendo habet vt vr̄ verbum Dei prædicatum & susceptum & custoditum, quam corpus Christi, quod nō operatur nisi in digne suscipiētibus & prius mūdis à peccatis, & in gratia existētibus remissionē venialiū & cōfirmationē in bono vt dicit Inn. 3. quia ex institutione huius sacri in eo sumit̄ corpus Christi per modū nutrimēti, quod nō cōpetit mortuo

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Alexander de halis. S. Thom. Bonauen. 3

4 in peccatis. ergo cōclusio vera. consequentia est bona. † an̄s ꝓbatur ex multis effectibus qui attribuuntur verbo Dei. ¶ Primò quidem est verbū Dei malleus cōterens duriciem cordis ꝑ timorē. Hie. 23. Nonne verba mea quasi ignis & quasi malleus cōterēs Petrā. ¶ Secundò verbū Dei est cibus quo anima sustentatur. Mat. 5. Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. & Mat. 4. & Deut. Non in solo pane viuit homo, sed in oī verbo quod ꝓcedit de ore Dei. ¶ Tertiò verbū Dei est gladius, quo aduersarius impugnat̄. ad Ephe. 6. gladiū spūs assumite. quod est verbū Dei. & ad Heb. 4. viuus est sermo Dei, & penetrabilior omni gladio. ¶ Quartò verbū Dei est aqua, qua ęstus, vitiorum extinguuntur. Oīs verò caro fœnum, & ideo timēdū. psa. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. ¶ Quintò verbū Dei est sicut lumē, quo via monstrat̄. psa. Lucerna pedibus meis verbū tuū, & lumen semitis meis. Et ideo Prouer. 19. dicitur. ne cesses fili mi audire doctrinam, ne ignores sermones scientiæ. ¶ Sextò verbū Dei disponit ad suscipiēdum spiritum sanctū & inducēdū in cor hominis. Act. 10. Cecidit spūs sanctus super oēs, q audiebant verbū. ¶ Septimò est sicut clypeus, quo aduersitas patiēter sustinet̄. Proue. 3. Omnis sermo Dei quasi ignitus clypeus sperātibus in se. ¶ Octauò verbū Dei est sicut medicina. sanatur. n. aīa eo, ꝫm id Psa. misit verbū suū & sanauit nos. ¶ Nonò est sicut ignis accēdēs, & liquefaciens corda in amorē creatoris. vnde Lu. 23. Nunqd cor nostrū ardēs erat dum nobis loqueret̄ in via. & ardēs Luc. 12. ignem veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt ardeat. ¶ Decimò verbū Dei dulcedo quædā aīæ est. vnde psa. q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. ¶ Vndecimò verbū Dei auditum & studium dignum reddit hoīem beatitudine superna. Lu. 11. beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Super quo verbo Ber. de vtilitate diuini verbi loquens ita ait. vultis nosse q̄ bene sonans in auribus aīæ vox diuina cōturbat & terret & dijudicat. Si quotidie nō auerteris aurē viuificat, liqfacit, calefacit, illuminat, & mūdat. deniq; & cibus noster est, & gladius, & medicina, & cōfirmatio, & requies, refectio quoq;, & cōsummatio nostra. ex q̄bus oībus clarissima est necessitas, & efficacia vtilitatis prædicationis diuini verbi. Et ita patet quid sentiendū de quæstione pro posita. ¶ Ad rationes factas in oppositum in princi. quæstionis patet responsio: procedunt. n. de corpore Christi ꝙ sit maius quantum ad dignitatem, & nobilitatē naturæ. ꝙ concedimus prout in prima conclusione dictum est.

Psal. 41. a

Psa. 118. 9

Psal. 106. b

Psal. 118. n

Bernard.

Ad argumenta.

5 **Ad secundam.** quæstionē sic procedit̄. † Et videtur ꝙ maius sit peccatū per negligentiam permittere cadere corpus Christi in terram, quā negligenter audire verbū Dei. Primò sic negligentia illa videtur esse maioris reatus, cū maius est quod prætermittit̄. sed maius & maiori dignū est corpus Christi, q̄ sit verbum Dei. ergo &c. ¶ Secundò sic. Tanto aliquod peccatum est grauius, quāto magis est contra Deū, sed permittere ꝑ negligentiā cadere in terram corpus Christi est magis cōtra reuerentiā diuinā agere, q̄ negligenter audire verbum Dei. patet, qm̄ corpus Christi est vnitū diuinitati. ¶ In oppositū vr̄ esse Augustinus in præsenti litera ad minus non est minor reatus &c. Ad idem est Augustinus super Exo. hom. 13. vbi post multa ait. qūo putatis minoris esse piaculi verbū Dei neglexisse q̄ corpus Christi. ¶ Resp. dicendū ꝙ in negligentia ista pōt ex duobus cōsiderari maioritas reatus. primo ex parte rei neglectæ. Et sic cū maior videatur irreuerentia quæ committitur circa digniora & nobiliora. Et conclusio quod maior reatus esset ex negligētia permittere cadere in terram corpus Christi, quam negligenter audire, vel retinere verbum Dei. patet ista conclusio tam ex dictis in superiore quæstione & ex ratione. 2. facta in prin. 2. pōt attendi maioritas reatus ex parte damni quod incurreret negligens ex negligentia facta circa rem neglectam. Et sic saluo meliori iudicio loquendo cum Augustino & Origene non minus imo vt videtur magis est reus, qui verbū dei negligenter audit, q̄ ille qui corpus Christi sua negligētia &c. Quæ conclusio intelligendo eā qn̄. s. ex tali negligētia audiendi verbū Dei deueniret̄ in errorē, aut ignorantiā agendorum, aut credendorū de necessitate salutis probat̄ sic. Quāto pc̄m est magis nociuum, tanto videtur esse grauius. quia sicut dicit Augustinus in Enchiridion, malum dicitur aliquid quod nocet. sed qn̄q; negligenter audire verbū Dei pōt esse magis nociuum aīæ, q̄ per negligentiā ꝑmittere cadere corpus Christi in terram. patet, quia negligentia pōt esse aīæ mortifera, cum verbū Dei vt in superiori quæstione declaratū est sit cibus sustētation. s aīæ, & lumē directionis & vita aīæ. ergo &c. ¶ Secūdò pōt sic ꝓbari. Negligentia circa id qd̄ est de necessitate salutis siue eius cuius absentia & defect⁹ pōt vergere & mortem aīæ est grauior, sed hmōi est negligētia, quæ est circa verbū Dei. vnde Gregorius in quadā Homi. Cibus mentis est sermo Dei, acceptus cibus stomacho languente reijcitur, qn̄ auditus sermo in ventre memoriæ nō tenetur. sed quisquis alimenta non retinet huius profecto vita desperatur. ¶ Tertiò posset sic argui pro conclusione. minora mala minoribus pœnis puniri videntur. sed negligentia qua permittit̄ cadere corpus Christi in terrā minori pœna punitur, q̄ negligentia audiēdi verbum Dei, quo aīa viuit. ergo &c. cōsequentia patet. maior est manifesta. minor verò vr̄ petere ex canone. de cōse. di. 2. si per negligentiam aliquid distillauerit &c. 40. diebus pœniteat. de pœna vero negligentiæ audiendi verbum Dei dr̄ Prouer. 19. Qui negligit vitā, mortificabit̄. ista pro nunc sufficiūt Ad rōnē patet ex dictis. Lege te. ¶ [Interrogo.] Comparatio quæ fit in hoc. c. inter corpus Christi & verbū Dei. i. inter sacramentū corporis Christi & prædicationē euangelij non refert̄ ad res ipsas, cū in creaturis nihil sit melius corpore Christi. vt. s̄. e. c. multi. [sed ad nos] Nam verbum Dei. i. prædicatio euangelica non minus prodest nobis, imo magis sæpe ad cōsequendam salutem quā corpus Christi. Nam sæpe audita prædicatione homo conuertitur, & cōpungitur, & sic fidē suscipit.
6 Et ita per fidem dimittuntur ei peccata etiam mortalia. † sed per corpus Christi non dimittuntur nisi venialia. vt de conse. distin. 2. iteratur. Sicut ergo prædicatio euangelica nobis non est minor ad salutem, quam corpus Christi. ita nō est leuioris culpæ, imo maioris si verbum Dei auditum negligamus, & à corde nostro recedere & rapi sinamus, quam si dn̄icum corpus nobis traditum in terram decidere negamus. Hu. & Lau. & etiam in parte Arch. [plus]. i. maioris efficaciæ ad salutē nobis [verbum Dei]. i. prædicatio euāgelica vel propositū bene operandi,

Primū arg.

Secūdū ar.

Opponit i cōtrarium.

Respōdet.

August. Origenes.

Grego.

Exponit literam.

operandi,& mandata Dei custodiendi. Hu.& Archid.[Si vultis.]2.pars.[non fit minus]imo maius.i.maioris efficaciæ nobis ad salutem. Hu.& Arch. Archidiaconus notat hic aliquos effectus verbi Dei,sed nos etiam aliquos annotauimus in quęstione.[Et ideo quanta.]3.pars.[Aliud cogitamus]quod fieri non debet.de conse.di.2.quando.[negligenter audierit].i.auditum neglexerit & de corde cadere & rapi permiserit. Hugo.& Archidiacon.[in terram cadere.]Quæ autem sit pœnitentia imponenda habetur.de conseq.distin.2.si per negligentiam.Hugo.& Archid.

Archid.

1 *Sacramentum eucharistiæ ad hoc vt rite offeratur,an requirantur illa tria de quibus in litera.quod sic.nu.3.*
2 *Rectum dicitur dupliciter.*
4 *Factum quid non intelligitur nisi sit rite factum.*
5 *Sacramentum eucharistiæ an prosit alijs, quam sumentibus illud.*
6 *Sacramentum eucharistiæ non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium.*



Eque enim. Ad idem sequitur hoc.ca. quod est eiusdem Augustini ibidem,vbi ponit quæ sunt necessaria ad hoc hoc quod sacramentum altaris rectè fiat. quæ sunt tria secundum quæ potest diuidi hoc. ca.in tres partes. Primum est ex parte ministri.vt qui ministrat dignus sit ministrare.2. est ex parte suscipientis vt dignus sit accipere.3.est ex parte sacramenti, vt in forma ecclesiæ celebretur. primum notatur cum dicitur nisi per sacerdotem iustum.2.ibi,nec nisi.3.ibi,atque idem. Pro pleniori intelligentia huius.c.quæritur.† Vtrum sit verum, ꝙ ad hoc qđ hoc sacramentum rite offeratur,requirantur illa tria quæ dicta sunt.Et videtur ꝙ non.Primò sic.s.e.in ca.intra habetur, quod nihil à bono maius nihil à malo minus sacerdote perficitur.ergo sequitur,quòd ad rectè celebrandum siue offerendum hoc sacramentum non requiratur in primis dignitas ministrantis.idem arguitur ex capitulis tribus sequentibus.¶ In oppositum est tex.præsentis.cap.¶ Respon.dicendum† quod rectū potest dici dupliciter.primo modo id quod habet omnia ea,quæ pertinent ad veritatem, & integritatem suæ naturę.sicut homo dicitur quid rectum,quia habet ea quæ ad veritatem & integritatem suæ naturæ.s.humanæ pertinent. ¶ Secundò modo dicitur rectum quo ad fructum, & efficaciam rectè operationis.vt dicimus quod iste est rectus vir, quia rectè & verè opera viri facit. Sic & offerre corpus Christi rite vel rectè si accipiatur primo modo quantum.s. quantum ad veritatem & integritatem corporis Christi, tunc est conclusio quòd non requiritur bonitas sacerdotis ad hoc,ꝙ rite offeratur,quoniam sicut inductum est in argumento nihil à bono maius nihil à malo minus perficitur sacerdote. inquit Augustinus.. Si verò loquamur de recto secundo modo.s. pro fructu,vt.s.corpus Christi proficiat celebranti & suscipienti,tūc est conclusio.2.†videlicet ꝙ ad hoc quòd rite siue rectè offeratur corpus Christi tria sunt necessaria assignata in litera,primum est ꝙ sacerdos sit iustus,& sanctus.Leu.c.21.panes Dei sui offerunt,ideo sancti erunt.2.est,quod qui accipit etiam dignus sit,& sanctus, aliàs indigne accedens iudicium sibi manducat & bibit,non dijudicans corpus domini.vt dicit Apostolus.1.ad Cor.11.3.est quod conficiatur & consecretur in forma ecclesiæ debita. quia aliàs non efficeretur corpus Christi non seruata forma. Lege tex.¶ [Neque sacramētum altaris.] Hug.[rite].i.rectè.vt dicit Britto in summa sua.vnde Cyprianus.vbi ait de aduerbio dicit.à rito verbo vel ritu rite pro rectè.quia nihil in ritibus traducitur,nisi quod rectum creditur esse.dicit autem hic Archid.quod ex isto canone elici consueuit†quod nō intelligatur quid factum nisi rite sit factum. Ad idem.ff.de re iu.l.si se non obtulit.§.condemnatum,[nisi per sacerdotem iustum]ecce primum. Aliter quo ad offerentem non rite offertur[nec].i.non potest rite offerri.nisi rite & digne accipiatur ab eis pro quibus offertur.Ecce.2.[accipiatur] digne sacramentaliter & realiter siue spiritualiter, vel saltem tm̄ spiritualiter,vt.s.sint digni accipere aliter non offert quo ad eos rite.Hu.[atque]ecce.3.[sit].i.celebretur sine vitio formæ eccle.vt sic rite possit offerri pro vitiosis mundandis, ꝙ generaliter est intelligendum,vt dicit Hu.& gl.vbi no.ꝙ quāuis peccatoribus meritoriæ non prosit sacrificiū ecclesię peccatis impedientibus,dum tn̄ sanctus & dignus sacerdos erat, & sacrificiū offert pro peccatoribus vt Deus eruat eos à peccatis,valet eis quo ad hoc vt Deus mundet eos à peccatis &


Diuisio. Quæstio. 1 Primū ar. Opponit 2 & Respōd. Prima conclusio. 3 Secunda conclusio. Exponit literam.

nifundat gratiam suam.Iaco.5.Orate pro inuicem vt saluemini.multum.n.valet oratio iusti assidua.Verum pro intelligentia huius partis. 5 Quæritur. † Vtrum hoc sacramentum prosit alijs quam sumentibus illud.Et videtur ꝙ non.quia hoc sacramentum est vnius generis cum alijs sacramentis. vtpote alijs condiuisum, sed alia sacramenta non prosunt nisi sumētibus sicut effectum baptismi non suscipit nisi baptizatus:ergo nec hoc sacramentum prodest nisi sumentibus. ¶ In oppositum est tex.præsentis.c.¶ Respon.dicendum. ꝙ hoc sacramentū prodest alijs quam sumentibus illud sacramentaliter.patet ista conclusio quoniam sacramenti sit pro multis deprecatio quę frustra fieret,nisi hoc sacramentum alijs prodesset.ergo conclusio vera ꝙ hoc sacramentum non sumentibus prosit. Pro cuius conclusionis declaratione sciendum iuxta sanctū Tho. 6 in 3.parte†ꝙ hoc sacramentum non solum est sacramentum sed etiam est sacrificium. inquantum.n. in hoc sacramento repræsentatur passio Christi, qua Christus obtulit se hostiam Deo,vt dicitur ad Ephe.5.habet rationem sacrificij. inquantum vero in hoc sacramento traditur inuisibilis gratia sub visibili specie habet rationem sacramenti. Quo notato est.2. cōcluco.ꝙ hoc sacramentum sumentibus prodest per modum sacrificij,& per modum sacramenti. patet,quia omnibus sumentibus offertur.vnde in canone missæ dicitur. Quotquot ex hac altaris participatione.&c.¶ Tertia conclusio.alijs non sumentibus prodest hoc sacramentum per modum sacrificij inquantum pro salute eorum offertur.patet conclusio. vnde in canone missę dicitur.memento domine famulorum famularumq; tuarum, pro quibus tibi offerimus hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus,pro redemptione animarum suarum,pro spe salutis & incolumitatis eorum &c. Præterea vtraque conclusio patet ex illo verbo domini Matth.26. Qui pro vobis.s.sumentibus, & pro multis alijs effundetur in remissionem peccatorum.¶ His visis dicendum est ad rationē in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia hoc sacramētum præ alijs habet ꝙ est sacrificium. Et ideo nō est similis ratio de eo,& de alijs. Sequitur in tex.[hæc certe omnes.]s.vt per hoc sacrificium mundētur à peccatis. Arch.vnde in collecta missæ dicitur sic. hoc sacramentum ablutio scelerum &c. item in alia. sacramenta quæ sumpsimus quæsumus domine omnia crimina nostra detergant &c.

Quæstio. Primū ar. Opponit & Respōdet. Prima conclusio. S.Thom. Secunda conclusio. Tertia conclusio. Ad arg.

Cum vita sacerdotum. §.est in quo soluit cōtrarietatem pręmissorum capitulorum,quæ dicere videntur vitam sacerdotum necessariam fore consecrationi eucharistiæ dicens,ꝙ nō consecrationi necessaria intelligenda est, sed ad hoc vt digne, & ad salutem suam sacerdos consecret & sumat[Apostoli].1. ad Cor.11.[dictum Hiero.]s.e.sacerdotes.[Quod vero]reuertitur Gratianus ad materiam suam.s.ad ostendendum, qđ sacramenta malorum sacerdotum catholicorum sunt vera, etiam quo ad effectum Hu.& Archi.

1 *Ministri ecclesiæ operantur ad effectum sacramentorum principalem,sed solus Deus principaliter.*
2 *Sacerdos si cantat missam vt Deus perdat aliquos,conficit verum sacramentum,sed venit puniendus.*
3 *Spiritus sanctus est dator gratiarum.*
4 *Officium sibi concessum nullus debet præsumere,quamuis scientiam habeat, nisi sibi inungatur.*



Ictum est a domino. Inducit Gratia. ad probandum propositum suum hoc.capit.quod est Augustini libro.q.no.ve. testa. per quod probatur. quod etiam per malos ministros tribuatur gratia hominibus. Et diuiditur in tres partes. in prima parte ostendit.quod in ministerijs ecclesiasticis licet sacerdotes ministrent, Deus tamen operatur effectum. in 2. ostendit.quod tanta sit dignitas sacerdotalis, vt eam respiciat & præferat multum Deus, & non merita personarum. in 3. ostendit quod benedicere non possit ex officio nisi ordinatus.2.ibi,quanta autem.3.ibi,vt quamuis. Lege text. ¶ [Dictum est à domino in numeris]hoc quidem dictum est à domino Aaron & filijs eius. Numeri.6.[vos ponite]id est inuocate.Hugo.Sicut enim in nostra translatione habetur. inuocabunt nomen meum super filios. & ego benedicam eis. vt .n.glos.ibi dicit.Sacerdotum est nomen domini inuocare,dn̄i aūt quod petitur perficere.vnde psa.98.loquens de Moyse & Aaron ac cæteris sacerdotibus ait.inuocabant dominū,& ipse

Diuisio. Exponit literam.

exaudiebat eos. quos etiã propheta inuitat Esa. 54.dicẽs,quę
rite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum pro
pe est.& certe dominus prope est sacerdotibus deuote oranti
bus.psa.144.Deus.n.prope est his,qui inuocant eum in veri-
tate.cuiusmodi sunt qui digne & deuote orãt.Deus.n. propè
est sacerdotibus ministrantibus sacramenta Christi, in qui-
bus Deus suam virtutem secretius operatur,quia sacramenta
digne suscipientibus dant vitã. Hier.28.inuocabitis me,& vi
uetis.Sacerdotes exterius administrãdo sacramenta in forma
ecclesiæ operantur per suum ministerium,& inuocant nomẽ
domini,quia in nomine sanctæ trinitatis sacramenta cõferũt
sed Deus digne suscipiẽtibus interius suam gratiam largitur
qualiscunq; fuerit sacerdos dummodo formam ecclesiæ ser-
uet.Tunc.n.mala vita sacerdotis non obest ei, qui digne sacra
mẽtum suscipit,& deposcit.quia ei Deus benedicit & gratiã
suæ benedictionis infundit qui ait Numeri.6. Ego dominus
benedicam eos.i. effectum benedictionis à vobis factæ siue
petitionis dabo illis.Hug & Archid.[vt gratiam].i.hoc dixit
Deus,vt ostenderet ꝙ gratiam infundat hominibus [per mi
1 nisterium ordinati traditam]ar.† ꝙ ministri ecclesiæ operan
a tur ad effectum sacramentorum ª principalem,sed solus Deus
principaliter.[nec volũtas obest]si est mala.[aut prodesse pos
set]si est bona,dummodo intẽdat tale officium exercere.aliàs
nullum sacramentum conferret. Sed si intendit licet non sit
eius voluntas,vt prosit, prodest tñ.vt de conse.d:4.illud.Hug.
2 ¶Sed surgit quæstio.† Quid si cantet missam vt Deus perdat
aliquos.Respon.iuxta Hu.& gl.ꝙ talis conficiet verum sacra
mentum,sed venit puniendus.26.q.5.quicunq;.sed meritum
benedictionem poscentis siue suscipientis.[Quanta].2. pars.
hic probat Aug.ꝙ Deus sacerdotali dig.deferat cum ait.Quã
ta &c.exemplo sumpto de Caipha . indignus.n. erat Caiphas
præ sua nimia malitia,ꝙ haberet spiritum prophetiæ , quem
nihilominus habuit non suo merito,sed officio dignitatis sa-
cerdotalis.de quo Io.11.habetur[de nequissimo]verè nequis
simus fuit colligens conciliũ,& quærens quomodo Christus
innocens occideretur.Nequissimus etiam fuit cum contra iu
stitiam sine veris testibus non conuictum condẽnauit.Matt.
26.Nequissimus etiam fuit, quia pro veritate quam Christus
dixit,cum ait se filium Dei ipsum morti condemnauit [dato-
3 rem gratiarũ]† dator.n.gratiarum est spiritus sanctus, qui do-
na sua vnicuique diuidit prout vult.[dona.n.gratuita]1.gratis
data,inter quæ numeratur prophetia.1.ad Cor.11.[non solũ
dignis.]sed etiam indignis,qui ea recipiũt sine gratia gratum
faciẽte & charitate.vt supponit Apostolus.1.ad Cor.11.& pa
tet in hoc nequissimo Caypha.qui donum habuit prophetię.
& hoc est quod ait non sequitur personam conferentis & in-
uocantis digni,aut indigni,sed ordinem traditionis.s.sacerdo
talem.¶Hic quærit Archi. vtrum Deus exaudiat peccatores
orãtes.de qua Respon.iuxta S.Tho.verum quia hæc quęstio
non habet hic locum ordinarium aut conuenientem , & nos
in superioribus disputauimus supersedemus de ea.[vt quam
uis].3.pars.]non possit benedicere]ex officio.s.pdicare , ora
re,baptizare,sacrificare,& huiusmodi. vt 20.q.1.quia Hugo.
nisi fuerit ordinatus in ordine sacerdotali vel episcopali . Hu.
4 ar.optimum ꝙ† officium sibi concessum nullus debet præsu
mere quis scientiam habeat,inisi sibi iniungatur.Non.n.suffi-
cit habere scientiam,nisi habeat potestatem etiam exercendi
tale officium.vt hic.Ad idem.68,di.presbyteri.in fi.69.dist:
quoniam.& 16.q.1.adijcimus.vbi Hug.notauit.ad idem.20.
dist.in prin.Archi.Dei autem est effectum tanquam principa
lis agentis.vnde ad Rom.8.Deus qui iustificat, solus.n. Deus
peccata dimittit.vt supra.e.q.euidenter.

a ¶ Ad effectum sacramẽtorum. et ideo minister malus est contrarius laudi Dei. Pe. de Anc. in ca.1.nu.3. de his quę vi me.cau.

Quæstio. Respõdet.

Quod vero per hæreticos.

§. est supra magist.Gra
tianus dixerat alia sacramenta præter baptisma ministrata ab
hæreticis suo carere effectu in illo.§.cum ergo innocẽtius, &
quædam capitula contra illud huc vsque obiecit & soluit quia
de malo catholico intelliguntur nõ de hæreticis,. Adhuc con
tra illud obijcit.c.Anastasij,& soluit Hu.& Arch.[Carere effe
ctu]etiam quo ad veritatem sacramentorum Anastasij.vt di.
19.[Sed hoc].2.pars.soluit & malè.quia Anastasius in illo. ca.
nihil dixit contra rationem , vel propter quod reprobaretur
ſm eos,qui dicunt veritatem sacramentorum esse apud hęre
ticos,& ideo sic soluit.Hu.& Archi.de hac materia plura dixi
mus circa præfatum.c.2.di.19.vbi disputauimus,vtrum Ana
stasius errauerit ratas habens ordinationes,quas Achacius hę
reticus Constantinopolitanus Patriarcha senserat.ibi vide[an
te Anastasium].i.ante tempora Anastasij siue antequam Ana
stasius esset Papa.quia Achacius mortuus fuit ante Anastasiũ,
& Anastasius successit illis.Et ita cum successerit Gelasio,nõ
fuit excommunicatus ab eo.nec à præcedentibus.Ber.Arch.
[vnde]quia.s.asserebat ordinatos ab Achacio,ordinem & exe
cutionem accepisse.Archi.in tractatu decretalium.1.dist.19.
Anastasius.Hu.& Archi.item obijcitur contra hoc quod di-
ctum est à Gratiano quod sacramenta præter baptisma, non
possunt ministrari ab hæreticis.

Exponit literam.

1 *Baptizatus in heresim siue ab ecclesia decedens an perdat ius baptizandi.*
2 *Baptizandi potestas potest sumi tripliciter.*
3 *Pars vnde dicatur*
4 *Laici non habent ius siue potestatem baptizandi.*
5 *Rediens ad ecclesiam quis dicatur.*
6 *Veniens ad ecclesiam quis dicatur.*



Vod quidam.

Sequitur hoc.c. quod
est beati Augustini ad
Permenianũ de hæreticis. Et diuiditur in duas
partes,in prima parte opinionem quorundam
dicentium ꝙ baptizatus recedens ab vnitate fi
dei & ecclesiæ,retinet baptismum,sed amittit potestatem ba
ptizandi,reprobat quatuor rationibus.primam ponit ibi,pri-
mo quia.2.ibi,nã si quando.3.ibi,ꝙ & si laicus.4.ibi.n.aliquę.
in 2.parte dicit nullam remansisse quæstionẽ , qñ illi qui sunt
extra ecclesiam habeant sacramentum baptismi & dare pos-
sint licet ad sui perniciem habeãt.2.ibi de his qui ab ecclesię.
1 ¶Pro pleniori intelligentia.huius.c.quæritur.† vtrum bapti-
zatus in hæresim siue ab ecclesia recedens perdat,ius baptizã
di.Et videtur quod sic.Stomachus vel epar extra corpus ho-
minis eiectum nullã potestatem habet amplius seruiendi mẽ
bris remanẽtibus in corpore,sed recedens ab vnitate ecclesiæ
est sicut membrum eiectum extra corpus hominis. ergo nul
lus talis habet ius.siue potestatem conferẽdi membris rema
nentibus infra corpus ecclesiæ aliquod sacramentũ. ¶Secun
dò sic.ius baptizandi stat in vnitate ecclesiæ:ergo qui recesse
runt ab ecclesiæ vnitate non habent ius baptizãdi. ¶ Tertiò
sic.dicit Augustinus li.de baptismo contra Donatistas.si here
ticus ius baptizandi non habuit tñ Christi est quod dedit,& il
lud Christi est quod accepit, multa.n.contra ius dantur, nec
tñ ideo vel nulla vel non data dicũtur.Quartò sic. arguitur cõ
tra fundamẽtum rationis Augustini qui ait,ꝙ talis potestas ba
ptizandi sit sacramentum quoniam hoc videtur falsum . vt in
c.sanctum.de con.dist.4.vbi dicitur ꝙ authoritas traditionis
per dominum nostrũ ad apostolos, & per illos ad episcopos,
& alios sacerdotes etiam laicos christianos translata est.Clarũ
est autem ꝙ talis authoritas translata in laicos non est sacra-
mentum.¶ In oppositum est tex.Au.in præsenti.c. ¶Respõ
detur.dicendnm ꝙ Augustinus loquitur hic de his qui sacer
dotalem ordinem habuerũt in ecclesia , & postea in hæresim
prolapsi sunt.Et de istis est conclusio vera ipsius Augustini vi
delicet,quod tales sicut non amiserunt per recessum ab eccle-
sia baptismum,sic nec ius siue potestatem baptizandi.ista con
clusio probatur per eundem Augustinum multis rationibus
de quibus videbitur in expositione literæ. ¶ Verum pro in-
telligentia pleniori & faciliori responsione ad argumenta est
notãdum,sicut etiam notat Hu.hic† ꝙ ius siue potestas bapti
zandi siue ordines conferendi aut sacramentum conficiendi
potest sumi tripliciter.vno modo 4.potestate sacerdotali,cui
ex officio competit baptizare,sicut in c.constat . de conse.di.
4.Et de tali iure siue potestate est conclusio,ꝙ amitti non po
test.de conse.dist.4.ostenditur. in c.præsen. Secũdò modo di
citur ius siue potestas dandi baptismum vel ordinẽ & huius-
modi executio illius ordinis.vt de conse.di.4.quomodo. & s.
e.q.si quis inquit.& de tali potestate potest esse conclusio ꝙ
talis amitti potest,& amittit eã quilibet aperte præscissus ab
ecclesi.non.n.de iure debet baptizare,nec ordinare, & huius-
modi facere,licet tñ si baptizauerit,vel ordinauerit, verum ba
ptismum & ordinem conferat . Tertiò modo large.s.dicitur
potestas siue ius dandi baptisma,permissio siue licentia dandi
baptismum in articulo necessitatis.& hoc modo sumitur in
c.sanctum est.de conse.dist.4.¶ His notatis patet respõsio ad
rationes . Ad primam respondetur negando consequentiam.
Et est ratio ſm Albertum magnum in 4.di.6. quia non est si-
mile,quia hæreticus nõ est ex toto extra ecclesiam cum exer
ceat actum ministerij ſm formam & intentionem ecclesiæ.
vnde non est in omnibus simile de dependentia membrorum
spiritualium ad inuicem,& de dependentia membrorũ cor-
poralium

Diuisio.

Quæstio.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit & Respõdet.

Ad primũ argu.

Albertus magnus.

Ad secũdũ

STatuimus. Subsequitur. cap. hoc, quod est Papæ Nicolai. vbi de pęna simoniacorum loquitur, & maximè de ordinatis per simoniam, in quibus ẜm trimembrem diuisionẽ quam facit de his qui simoniacè ordinãtur, ita pœnam tripliciter distinguit. Pro pleniori intelligentia huius. c. & sequentium multorum quæritur. † Vtrum cõueniens pœna simoniaci est, vt priuetur eo quod per simoniam acquisiuit. Et videtur quod non. Primò sic. Simonia committitur ex eo, quod alicuius muneris interuentu spiritualia acquiruntur, sed quædam sunt spiritualia, quæ semel adepta non possunt amitti, sicut omnes characteres, qui per aliquam consecrationem imprimuntur. sicut maximè in ordinibus, de quibus in præsenti. c. loquitur. ergo non est conueniens pœna vt quis priuetur eo quod simoniacè acquisiuit. ¶ Secundò sic. Contingit quãdoque, quod ille qui est episcopatum adeptus per simoniam præcipiat subdito, vt ab eo recipiat ordines. Et videtur qđ debeat obedire, quandiu toleratur ab ecclesia, sed nullus debet aliqd recipere ab eo, qui non habet potestatem conferendi. ergo episcopus non amittit episcopalem potestatem, si eam simoniacæ accepit. ¶ Tertiò sic. Nullus debet puniri pro eo, quod non est factum eo sciente & volente, quia pœna debetur peccato, quia est voluntarium. Contingit autem quandoq;, quod aliquis simoniacè consequitur aliquod spirituale procurantibus alijs eo nesciente, & nolente. ergo non debet talis puniri per priuationem eius, quod ei collatum est. ¶ In oppositũ est tex. præsentis. c. vbi simoniaci ordinati iubẽtur à proprio gradu cadere & ab officio malè accepto remoueri. ¶ Respondeo dicendum, quòd conueniens pœna inter alias pœnas (de qbus infra) est, vt eo priuetur quod per simoniam acquisiuit. Quæ conclusio probatur primo ex præsenti. ca. & sequentibus aliquibus. Item patet ex. c. si quis episcopus. s. e. q. vbi dicitur ex Calcedonen. concilio. Si quis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit proprij gradus periculo subiacebit, & qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione vel ꝓmotione quæ est per negotiationem facta proficiat, sed sit alienus à dignitate, vel solicitudine quam pecunijs acquisiuit. Ratione vero conclusio sic probatur iuxta S. Tho. in secunda secundæ. q. c. ar. 6. nullus. Nullus licitè retinere potest id, quod contra voluntatem domini acquisiuit, puta si aliquis dispensator de rebus domini sui daret alicui contra voluntatem & ordinationem domini sui, ille qui acciperet licitè retinere nõ posset. Dominus autem omnium ecclesiarum quarum prælati sunt dispensatores & ministri ordinauit, vt spiritualia gratis darentur. secundum illud Matth. 10. gratis accepistis, gratis date. Et ideo qui muneris interuentu spiritualia quæcunque assumuntur ea licitè retinere non possunt. Et ita merito simoniaci in hoc puniunt, quod eo priuant, qđ illicitè acquisiuerunt. Est aũt circa
2 pœnam simoniacorum notandum † ꝙ multiplex est pęna eorum, vna quæ est secundum iustitiam diuinam quæ est perditio damnationis æternæ. de qua Act. 8. habetur, vbi Petrus ait Simoni, pecunia tua tecum sit in perditionem. Alia est pœna ecclesiasticæ disciplinæ. & ista est multiplex. Pro quo sciẽdũ, ꝙ vel est laica vel secularis persona, quæ simoniã committit, vel clericus secularis, vel persona religiosa. Si est persona laica quæ committit simoniam debet excommunicari vt in præfato. c. si quis episcopus. & in ca. reperiuntur. eadem quæstione. Si vero est clericus tũc vel est simoniacus in ordine vel in beneficio. Si in ordine, vel actiuè vel passiuè. Si passiuè in ordine. s. quia scienter simoniacè ordinatus est, pœna eius prima est, quod est suspensus quo ad se. s. de executione sui ordinis, quod. s. se non intromittat, & quo ad alios. vt. s. nullus ei communicet in ordinis executione, sicut exponit S. Tho. & hoc siue peccatum illud sit manifestum, siue occultum. extra de simo. tanta. & 32. dist. §. verum. Et sic intelligitur. c. reperiunt. s. e. q. Ratio autem prædictæ suspẽsionis, sicut dicit dominus Vlrichus non est, quia sic ordinatus nõ recipiat characterem vt quidam dicunt, quia tũc nec ordinatus esset, eo quod ordo non est sine charactere, sed quia hunc characterem furtiuè suscipit dicente Gregorio. 7. j. ea. quæstione. c. ordinationes. Ordinationes q̃ interueniente pretio vel precibus vel obsequio fiunt falsas esse iudicamus. quoniam tales non per ostium. i. Christum intrant, sed sunt fures, & latrones. Ioann. 10. sed furtum ibi sumitur parabolicè, non propriè. vnde sequitur hoc Prouerbium dixit illis Iesus &c. † Et ideo simoniacus non est
3 fur, sed habet in prædicto facto similitudinem furis. Dicit S. Thomas, quasi furtiuè suscepit characterem contra principalis domini voluntatem. Dicunt autem aliqui iuristę, quod habent tales simoniaci characterem vitiosum, sed malè dicunt nullus character est vitiosus, sed factus vitiosè, tamen habet eum simoniacus. vnde dicit S. Greg. Cum sacerdotalis ordo intus ortus occiderit, foris quoq; diu stare non poterit. supple quantum ad executionem. ¶ Et nota quod talis simoniacus non solum est suspensus ab ordine quem simoniacè recepit, sed etiam ẜm dominum Vlrichum in summa sua ab actibus, omnium aliorum ordinum. Idem etiam dicit Innoc. in glo. super. c. tanta. ¶ Secundò punitur etiam talis simoniacus pœna depositionis & ĩfamiæ, si de crimine iudici suo aliquo modo siue per accusationem siue per denũtiationem siue per inquisitionem constiterit. 15. q. 3. sanè. & extra de accus. inquisitionis. Item punitur in hoc tertio quod non potest repetere pecuniam quam dedit, non quia alius bene acceperit, sed ipse turpiter dedit. 14. q. 5. non sanè. Si verò actiuè simoniacus sit in ordine. s. quod simoniacè contulerit ordinem est conclusio, quòd si crimen est occultum, talis est suspensus ipso iure quo ad se tantum, sicut & quilibet criminosus, non tñ quo ad alios ar. extra. e. & si quæstiones. &. c. veniẽs. &. c. ex tuæ. Si vero crimen est manifestum est conclusio, quod tũc ipso iure suspẽsus est, etiã quo ad alios extra. e. accusatum. s. c. quoties. & dist. 32. §. verum. Idem Innoc. vbi. s. Si verò sit simoniacus in beneficio iterum hoc vel actiuè vel passiuè. Si actiuè. s. in collatione beneficij cuiuscunq; vel fuit mediator Simoniæ si crimen est occultum est conclusio, quod talis est suspensus quantum ad se, sicut & quilibet constitutus in peccato mortali. Si verò est manifestum est suspensus quo ad se & quo ad alios.
4 extra. e. accusatum. &. c. à quacũq;. † Passiuè vero in beneficio
a simoniacus est, qui simoniacè recepit [a] beneficium, & tunc est distinctio vel talis sit recepit simplex beneficium, & tũc est conclusio quod simile est de eo, sicut de eo qui actiuè est simoniacus in beneficio, quia. s. est suspensus eodẽ modo. Itẽ conuictus per accusationem deponitur per inquisitionẽ vel denuntiatione admonetur & tenetur renũtiare beneficio, & restituere omnes fructus ꝑceptos, & qui percipiet potuissent deductis expensis, quæ fiunt quærendorum congregãdorum & conseruandorum fructuum gratia, quæ deducuntur tam à bonæ quã à malæ fidei possessore. 14. q. 6. si res aliena. & extra de resti. spol. grauis. nisi illos quos expendisset in vtilitatẽ ecclesiæ, quia

Marginalia: Diuisio. Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit ĩ cõtrarium. Respõdet. S. Thom. S. Thom. Vlrichus. S. Thom. Grego. Vlrichus.


a ¶ Simoniacè recepit. Simoniacè dãs magis punitur, quã recipiens in eodẽ genere simoniæ Pe. de Anc in c. monachi. n. 5. de stat. mon.

cleſiæ, quia generaliter omnis poſsidẽs ſine titulo vel qui poſ-
ſidet tali titulo qui pro non titulo habetur .i. quia turpiter &
contra legem interdictam mercatus eſt. tenetur ad omnia dã
na, & lucra percepta, & percipienda. ff. de rei. ven. ſi nauis. §. &
generaliter. & hoc intelligendum eſt in omni ſimoniaca rece
ptione cuiuſcunq; beneficij, vel dignitatis, ſiue ipſe beneficiũ
recipiens fecerit ſimoniam, ſiue ipſo ſciente & conſentiente
facta ſit, vel ſi ſtatim cum ſciuit non renuntiauit. ar. e. titu. de ſi
moniacè. & ſicut tuis. circa fi. alias ſi eſſet bonæ fidei poſſeſſor
non teneretur de conſumptis fructibus, ſed de ſtantibus tan-
tum. C. de rei ven. certum. Si autem talis recepit dignitatẽ ſeu
beneficium habens curam animarum tunc eſt cõcluſio, quod
talis eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & quo ad alios. Iſta concluſio eſt
Goff. e. ti. §. 10. Vnde cum executionem authoritatis ſui bene
ficij non habeat, quicquid agit gerendo officium ſuæ dignita
tis vel beneficij ſuſpenſus agit, & decipit animas ſubditorum
extra. de elec. dudum. eccleſia Rhoto. Idem etiam dicit Vlri-
5 chus in ſumma. ¶ Sed hic ſurgit quæſtio. † Vtrũ ſimoniacus,
Quæſtio.
in ordine ſuſpenſus ſit quãtum ad ea quæ ſunt iuriſdictionis,
ſicut eſt ſuſpenſus quantum ad ea quæ ſunt ordinis. ita. ſ. quod
non poſsit excommunicare vel ſuſpendere aliquem, ſicut nõ
poteſt executionem ordinum dare. Reſpondet Guili. ꝙ cum
Reſpõdet. Gulielm.
pœnæ non ſint extendendæ potius dicẽdum eſt, ꝙ non eſt ta
lis ſuſpenſus quantum ad ea, quæ ſunt iuriſdictionis per ſimo
niam obtentæ. vnde ſi alias habet iuriſdictionem, & poteſt ſu
ſpendere, & excõmunicare, & ab excommunicatione abſolue
re. Concor. Io. & Ber. ¶ Pro pleniori autem intelligentia præ
miſſorum eſt ſciendum ꝙ aliquis eſt ſuſpenſus quo ad ſe tan
tũ, qui. ſ. iure diuino. indignus eſt actum ſacramentalem exer
cere, ſicut quilibet in peccato mortali exiſtens ſuſpenſus eſt à
celebratione miſſæ, & ab omnibus actibus ſpiritualis miniſte
rij. Et ideo peccat eos exercendo. Alius vero eſt ſuſpenſus, &
quo ad ſe, & quo ad alios. ita. ſ. ꝙ. nec licet exercere ſuum offi
cium & illi qui ſciunt tenentur eum vitare, & hoc ꝑpter ſen
tẽtiam canonis vel iudicis, vt ſimoniacus & notorius fornica
tor. Alij vero minus proprie ſiue large dicuntur ſuſpenſi quo
ad alios, non quo ad ſe. vt ſacerdotes peregrini ignoti. Illi. n. ex
deuotione priuata poſſunt celebrare, ſed non debent permitti
quod celebrent plebi. quia non eſt certum de eorum ordina-
tione, vt dicit Auguſtinus in ſermone quodam ad populum.
6 & extra. eo. ti. c. tuæ. † Si verò religioſi aliqui ſimoniacè ſuntre
Raymun.
cepti ſm̃ Raymundum eſt concluſio, ꝙ ſi recepti ſunt ipſis
ſcientibus & poſt generale cõcilium ſine ſpe reſtitutionis de
ſuo monaſterio repulſi detrudantur in locum arctioris regulę
ad agendam perpetuam pœnitentiam, vel ſi non inuenitur ar-
ctior regula poſt puram & abſolutam abrenuntiationem ſaltẽ
ad tempus mutentur ad aliud monaſterium eiuſdem regulæ,
& poſtea eligantur de nouo mutato loco priori & inferiori,
aſsignato. Si vero ipſis ſcientibus, ſed ante concilium, tunc de-
bent in alijs locis eiuſdem ordinis collocari, quod ſi commo-
de non poteſt fieri, tunc ne damnabiliter euagentur in ſeculo
debent diſpenſatiuè recipi in eiſdem monaſterijs mutatis lo
cis prioribus. extra. e. dilectus. & de conſtit. quoniam ſimonia
ca. Si vero facta eſt ſimonia ipſis ignorantibus ſiue ante conci
lium ſiue poſt renuntient ſimpliciter, & poſtea in eiſdem mo
naſterijs poſſunt eligi de nouo, mutatis tamẽ locis prioribus.
Poteſt autem cum omnibus prædictis epiſcopus diſpẽſare vt
Vlrichus. S.Thom.
dicit dominus Vlrichus. Et idem. S. Tho. vt. ſ. e. ex inſinuatio
ne. Sed de iſta parte infra circa. q. ſecundam plenius annotabi
Ad primũ argu.
mus. ¶ His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitũ. Ad
primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt iu
xta S. Tho. & veritatem, ꝙ ille qui ſimoniacè accipit ſacrũ or
dinem recipit quidem characterem ordinis propter efficaciã
ſacramenti, non tamen recipit gratiam, nec ordinis executio
nem, eo quod quaſi furtim ſuſcepit characterem contra prin
cipalis domini voluntatẽ. Et ideo ipſo iure ſuſpenſus eſt quo
Ad ſecũdũ S.Thom.
ad ſe, & quo ad alios, & ſic licet nõ priuetur charactere, quia
indelebilis eſt, priuatur tamẽ executione eius. ¶ Ad ſecundã
reſpondetur negando minorem. Dicimus. n. iuxta S. Tho. ꝙ
nec propter præceptum nec etiam propter excommunicatio
nem debet aliquis recipere ordinem ab eo quem ſcit ſimonia
cè promotum, & ſi ordinetur non recipit ordinis executionẽ
etiam ſi ignoret eum eſſe ſimoniacum, ſed indiget diſpenſatio
ne quamuis quidam dicant, ꝙ ſi non poteſt probare eum eſſe
ſimoniacum debet obedire recipiendo ordinem ab eo, ſed nõ
debet exequi ſine diſpẽſatione. Sed hoc abſq; ratione dicitur
quia nullus debet obedire alicui ad communicandum ſibi in
facto illicito. Ille autem qui eſt ipſo iure ſuſpenſus, & quo ad
ſe & quo ad alios illicite confert ordinem. Vnde nullus debet
ſibi communicare recipiendo ab eo quacũque ex cauſa. Si au
tem ei non conſtat nõ debet credere peccatum alterius, & ita
cum bona cõſcientia debet ab eo ordinem recipere. Si autem
epiſcopus ſit epiſcopus aliquo alio modo, quã per promotio
nem ſuam ſimoniacè factam, poteſt recipere ordinem ab eo,
ſi ſit occultum, quia non eſt ſuſpenſus quo ad alios, ſed ſolum
quo ad ſeipſum. ¶ Ad tertiam reſpondetur, quod ratio nõ ꝓ
Ad tertiũ S.Thom.
cedit duplici ratione iuxta S. Tho. Tum primo, quia quod ali
quis priuetur eo quod accepit nõ ſolum eſt pœna peccati, ſed
etiam quandoq; eſt effectus acquiſitionis iniuſtę. puta cum ali
quis emit rem aliquam ab eo, qui vendere non poteſt. Et ideo
ſi aliquis ſcienter & propria ſpõte ſimoniacè accipiat ordinẽ
vel beneficium eccleſiaſticum non ſolum priuatur eo quod ac
cepit, vt. ſ. careat executione ordinis, & beneficium reſignet
cum fructibus inde perceptis, ſed etiam vlterius punitur, qa
notatur infamia vt ſupra dictum eſt. Si vero nec eo volente,
nec ſciẽte per alios illius promotio ſimoniacè procuratur. Ca
ret quidẽ ordinis executione, & tenetur reſignare beneficiũ,
quod eſt aſſecutus cum fructibus exiſtentibus, non autem te-
netur reſtituere fructus conſumptos, quia bona fide poſſedit
niſi fortè inimicus eius fraudulẽter pecuniam daret pro alicu
ius promotione, vel niſi ipſe expreſſe contradixerit, tunc. n. nõ
tenetur ad renuntiandum niſi fortè poſt modum pacto cõſen
ſerit ſoluendo qđ fuerit promiſſum. Lege te. ¶ [Statuimus]
Exponit literam.
Trimembrem facit diuiſionem ſimoniacorum. Tales. n. aut
ordinantur ſimoniacè à ſimoniacis, ſcilicet, quando ſimonia
eſt ex vtraque parte, ſcilicet ordinatoris & ordinati, aut ſimo-
niacè à non ſimoniacis. ſ. quando ſimonia eſt tantum ex par-
te ordinati, qui pretiũ dat alicui conſiliario epiſcopi ipſo igno
rante. Aut non ſimoniacè à ſimoniacis. ſ. quando tantũ eſt ſi-
monia ex parte ordinatoris, ſiue in eadem ordinatione ipſe
committat ſimoniam cum aliquo vice ordinati ſibi dante pe
cuniam ignorãte ordinato, ſiue ex alia cauſa ſit ſimoniacus, &
in iſta ordinatione non fuit aliqua ſimonia dummodo ordina
tus hoc neſciat. [A ſimoniacis.] Loquitur de primo caſu, & di
cit ſine diſtinctione quod tales à proprio gradu cadãt tam or
dinatores, quam ordinati [ſimoniaci quoq; ſimoniacè.] Loqui
tur de ſecundo caſu, ſimiliter ab officio malè accepto remo-
ueantur, talis. n. quo conſcio pecunia data eſt, omnino ab ordi
ne deponetur, ſicut expoſitum eſt in quæſtione. Si verò eo ne
ſciente pecunia data ſit vni de cõſiliarijs epiſcopi, omnino ẽt
debet abrenũtiare, & poſt q̃ omnino abrenũtiauerit, ſi vtilitas
eccleſiæ exigerit eodem ordine fungi poterit. vt. j. e. q. 5. vlti.
Hu. [Simoniacè à ſimoniacis] tertiꝰ caſus in quo ſic diſtinguit
Hu. Aut. n. ordinatur à ſimoniaco tolerato, aut præſciſſo. Si à
tolerato non eſt quod ſibi imputetur, quia licet ſciat eum eſſe
ſimoniacum, debet tamen ab eo recipere ſacramenta. vt. 15.
q. vltima. c. vltimo. niſi ſit notorium. vt diſtin. 32. §. verum. Et
fortè niſi teſtibus hoc probare poſſet, quod videtur haberi. ſ.
eadem quæſtione. quiſquis. Si à præſciſſo aut ignoranter aut
ſcienter, ſi ignoranter ex pietate eccleſiæ illius ordinatio ha-
betur rata. vt. j. c. proximo. Si autem ſcienter aut ſpontaneus,
aut coactus. Si ſcienter ſpontaneus omnino irrita erit eius or
dinatio. vt. j. c. proxi. Si ſcienter & coactus, ſi infra mẽſem cũ
potuerit ad eccleſiam non redierit, erit reus vſurpatæ dignita
tis. vt. j. ea. conſtat. [in officio]. i. in executione. Io.

Sed hoc intelligendum.

§. eſt. [hoc] Hoc reſpicit vltimam partẽ capituli præcedentis, & probat hoc perſequẽs capitulũ.

1 *Ignorantiam allegans eam probare tenetur.*
2 *Ignorantiam qualiter quis poſſit probare.*


SI qui. c. hoc eſt Vrbani ſecundi Papæ, qui vt
narrat Archid. Anno incarnationis do
minicæ. Mil. 95. indictione tertia, celebrauit pla
centiæ ſynodum cum epiſcopis & abbatibus tã
galliarum, quam etiam Lombardiæ, & Tuſciæ,
& ibi ſtatuta ſunt plura. c. ſ. c. quod eſt. j. e. q. 3. ea
quæ. Item. c. hoc ſi qui. Item. c. j. e. quicunq;. Item. 76. di. ſtatui
mus. Item. 70. diſt. ſanctorum. ſicut hæc in originali vidi con-
tineri. Arch. Hoc autem. c. diuiditur in duas partes, ſm̃ quod
Diuiſio.
loquitur de duobus modis promotis à ſimoniacis. In prima
oſtẽdit qđ ſi q ſunt ignorãter ordinati, nõ ſimoniacè a ſimo
niacis, eorũ ordinatio habeť rata, ſi ignorantiã probauerit. In
ſecunda dicit, quod ſi ſcienter ſunt ordinati, non ſimoniacè à
ſimoniacis, eorum ordinatio irrita habetur. ſecũda ibi, qui ve
Exponit literam.
rò ſcienter. Lege tex. ¶ [Si qui.] In declaratione huius. ca. eſt

differentia

differẽtia inter Hu. & alios. Nã vult Hu. ꝙ hoc. c. intelligatur de præscisis, qui tamen nesciebantur esse prescissi. Nã opinio illius est, ꝙ si occultum est eum ordinatorem simoniacũ esse, quia toleratur ordinatus suscipit executionem. vt. 15. q. 8. ca. vlti. nisi sit notorium. vt di. 32. §. verum. vel nisi testibus probare posset. s̃ e. q̃squis. Et ideo nec habet locum ẜm eũ quod sequit[misericorditer & c.]Et ideo dicit ꝙ necesse habet legere de præscisis. Oppositum vero dicit Io. gl. vnde ait. Nos aliter sentimus dicit Io. ar. ĩ. e. quibusdam. & s̃. e. reperiuntur, & legimus. c. de occultis. Nam quantumcunq; occulti sint, & ignoret iste, non cõsequitur executionem, & hoc in simonia co in ordine. Tunc. n. cum ipse ordinator nõ habeat executionem. extra de simo. tanta. eam dare alij non potest. Io. Arc. Et licet sine culpa illius ordinati contingat, indiget tñ dispensatione, & hoc in detestationẽ criminis. Et ideo dicit licet misericorditer. & licet hoc ignoret & c. vsq; in finem gl. hæc no. Goff. vt no. in summa de tempo. or. §. sed quid si ignorãtẽ & c. Arch. [A simoniacis] & intellige damnatis. Hu. [non simoniacè] quia nec in promotione, nec in promouẽte, nec in promouẽdo interuenit simonia. Hu. [probare nescisse eos esse. & c.]
1 ar. † ꝙ qui allegat ignorantiam eam probare tenetur. argu. 9. q.
2 1. ordinationes. ¶ Sed surgit quæstio † qualiter quis ꝑbare potest ignorantiã. Respondetur ꝙ hoc ipso intelligitur quis probare eam, quia non probatur eius contrarium, quod optimæ inuenies distinctum. s̃. di. 82. proposuisti. Hu. Dicit ergo[probare] quod intelligunt facere eo ipso, ꝙ non probatur contrariũ. vel probare hoc ipso etiam. i. quia tunc cum ordinati sunt ab eis. [Illi] . s. simoniaci ordinatores habebantur pro catholicis, quia prædicabant, consecrabant & c. & omnia officia episcopalia faciebant, sicut catholici. Et ideo ab omnibus reputabantur catholici. Non ergo dicit & tũc & c. ideo ꝙ isti tenebãtur probare duo. s. ignorantiam, & quia tũc pro catholicis habanturilli. sufficit. n. probare ignorantiã. Et quod supponitur. [Et tunc est] per quod maximè probetur & præsumatur ignorantia. s. quia eorum officium ab omnibus audiebatur, & omnes habebant eos catholicos ẜm Hu. & Archi. habebantur ordinati, vel ordinantes ẜm id, quod dicitur in gl. præcedenti. in fine. Archi. [vita præsens] vel præterita. Hu. [commendat]. i. commendabiles reddit. Hu. Io. de fantu. [Qui vero] secunda pars. Sciẽter & sponte à simoniacis & præscisis, & damnatis. [Consecrari] licet non simoniacè. Hug. & Archid.

Quæstio. Respõdet.

1 *Præscissus an possit deponi.*




DE cætero. Ad idem sequitur hoc. c. eiusdem Nicolai, & est etiã Alexãdri secundi in quo statuit pœnam eius, qui à simoniaco scienter se ordinari ꝑmittit. Breue est Lege tex. ¶ [De cætero. Simoniacum] præscissum & damnatum esse non dubitat, quia est notorium. vel per sententiam est præsci lus vel damnatus. [Consecrari] etiam si non simoniacè, Hug. [permiserit] spontaneus.
1 Hu. [vterq; depositus.] ¶ Sed surgit quæstio. † qualiter iã præscissus & damnatus, & depositus deponetur. Respondetur ꝙ confirmabitur eius depositio, vel iterato feretur sententia de positionis in eum ẜm Hu. potest autem legi de simoniaco qui in notorio crimine iacet, cuius officium non est audiendum, nec sacramentum ab eo sumendum. vt di. 32. §. verum. vel de eo simoniaco, quem potest ordinandus accusare; & habet testes per quos potest eum conuincere, quod si non facit meretur damnari. vt. s̃. q. quisquis Hu.

Exponit literam.

Quæstio. Respõdet.

1 *Episcopus potest cum simoniaco dispensare.*
2 *Promotus simoniacè ad aliquem ordinem, si non est publicum sed secretum inducendus est per episcopum vt ordinem alicuius religionis assumat, & perpetuo ab officio quod illicite acquisiuit abstineat.*



ERga. Ad idem est hoc. c. eiusdem Nicolai, in quo dicit quod simoniaco in dignitate seruanda nulla est impendenda misericordia. Breue est. Lege. ¶ [Simoniacos. Nullam]. ĩ. e. si quis neque. ĩ. e. q. 7. requiritis. gl. [in dignitate] vel ordine quam vel quem simoniacè per se adepti sunt. extra de simo. tanta. & no. extra de renuncia. post translationem. & de simo. de simoniacè. & ĩ. e. q. ordinationes. alioqui cõtradicit Vrbano. ĩ. e. q. 5. c. 1. & 2. Regulare quidem est, & ordinarium quemlibet emptorem vel venditorem gratiarum spiritus sancti omnino esse deijciendũ. vel si fortè misericorditer toleratur in reliquis, in ordine tñ vel dignitate ꝑ se simoniacè adepta sustineri nõ potest, si ipse simoniacus cõuincitur. vt. ĩ. e. q. si quis neq;. Nõ potest dico ẜm canones datos à Papa, tamen cum quolibet simoniaco potest dispensare. Hu. Super ver. gl. nõ potest dispensari. Dicit Archi. quod dicit
1 Vincẽtius † ꝙ episcopus potest cũ simoniaco dispensare, nec inuenitur eis prohibitum. licet quidã dicant contra per hoc. c. erga. sed hoc c. intelligit. vitio nõ purgato. vt extra de ele. si alicuius. vbi. c. hoc ipse notat[ac deponẽdos.] Circa istos no.
2 iuxta Archi. hic. † ꝙ vbi quis simoniacè promotus est ad ordinem aliquem, & hoc non est publicum sed secretum, inducẽdus est per episcopũ vt ordinem alicuius religionis assumat, & perpetuo ab officio quod illicitè acqsiuit abstineat. ꝙ si ad hoc induci non poterit, episcopus poterit ei ad sustentationẽ illius aliquod beneficium consignare, ad hoc vt ab ordine taliter suscepto debeat perpetuo abstinere. vt hæc omnia leguntur extra de sim. ex tuæ. in parte decisa. ¶ Sed surgit quæstio. Nam hoc videtur simoniacum vel illicitum vt detur beneficium spirituale, ne faciat quod non debet, quia & si ꝑmissum est tibi aliquid ne facias maleficiũ nulla est obligatio. ff. de pa. l. iurisgentium. §. sed si. Et si tibi dedi aliquid ne mihi facias iniuriam repetam. ff. de condi. ob turpem causam. l. idem. §. quoties. Posset ad hoc respõderi iuxta eundem Arch. quod forte hic accipiens non versatur in turpitudinem, ex quo prædicta decre. ex tuæ. sibi concedit, quia & aliàs potest esse vtilis ecclesiæ, licet non celebret. extra de æta. & quali. quæris. & de mai. & obedien. statuimus. sed si in nullo alias esset vtilis ecclesiæ, peccaret accipiendo. ar. ꝑdicti. c. quæris. Et sic episcopus posset ei dare beneficium ne peiora faceret. Ego autem dicit Archid. non darem sibi cum intelligam eum indignum, & si ipse vult celebrare videbit quia ego non possum aliquid facere cũ sit occultum exemplo Iudę. 2. q. 1. nihil. Nec etiam extẽdo casum illius. c. ex tuæ. ad alia crimina de quibus agit extra de tẽpo. ordin. quæsitum. In quibus acta pœnitẽtia potest celebrare cum sint occulta ẜm Vincentium qui ita notat in prædicta decre. quæsitum. Sed videtur nobis Arch. in hac parte valde durus. vnde videtur nobis ꝙ vbi ille vellet acquiescere cõsilio episcopi licet aliàs non esset vtilis ecclesiæ. Nihilominus quia ex hac susceptione voluntaria salutaris cõsilij videtur effectus dignus ad susceptionem alicuius simplicis beneficij ad sustentationem sui, ne in opprobrium sacerdotalis ordinis quo semper manet insignitus mendicare cogat, non peccabit suscipiẽdo dictum beneficiũ etiam si decretalis expresse non concessisset. [Subaudiendum est] . s. in præmissis capitulis, vbi ordinatus à simoniaco scienter deponitur & eius ordinatio irritat.


Archid.

Quæstio.

Respõdet.

Archid.

1 *Ordinati ab hæretico per violentiam si ordinationi tacite vel expresse non consentiunt excusabiles sunt.*
2 *Hæreticorum qui dicantur maiores, & qui minores.*



COnstat. Subiungitur hoc capitulum quod est Innocentij Papæ, de his qui violẽter sunt ab hæreticis ordinati, dicens. † quod ordinati ab hæreticis per violentiam cui ordinationi si omnino non consentiunt expresse vel tacite excusabiles sunt. Et diuiditur in tres partes. In prima narrat factũ damnabile quorundam hæreticorum qui per violentiam multos ordinabant. In secunda ostendit quandò tales ordinati sint excusabiles. In tertia ostendit quando non. secunda ibi, sed aliquis. tertia ibi, cæterum. Planum est. Lege tex. ¶ [Constat. attractos] violen
a ta coactione, & absoluta.[a] Hug. sed non est verum, quia tunc non reciperent characterem: extra de baptismo. maiores. Io. de Fan. Archi. [sed si aliquis] secunda pars. Subiungit quod ad hoc ꝙ excusetur ordinatus ab hæreticis per violentiam vt pateat, ꝙ non voluntarius, sed inuitus ab eis ordinem suscepit, debet hoc ostendere multipliciter. Primò, ꝙ non communicauerit eorum errori, nec consenserit, imo toto posse eorum errorem fuit detestatus. vnde Deute. 7. dominus ritus infidelium præcepit à fidelibus detestandos. dicens, quasi spurcitiã detestabitur, & quasi abominationes, & sordes habebis, quia anathema est. Et hoc cum dicit, si post talem ordinationẽ nõ interfuit. s. sponte cum illi conficerent sacramenta, & si communioni illorum participatus non fuerit. 1. ad Ti. 5. Ne communicaueris peccatis alienis. ¶ Secundò quod illorum errori abrenuntiauerit, & cõsilia illorum fugerit. psa. Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilẽtiæ, s. erroris, non sedit, adhærendo, sed in lege domini fuit voluntas eius, & hoc est cum dicit si statim. & c. ¶ Tertiò, ꝙ ad matrem ecclesiam reuertatur suã innocentiam ostẽdendo, cum ait & ad ecclesiam redierit. Sic ergo per hæc tria inuitus creditur ordinatus, & habet colorẽ & sufficientem

a ¶ Absoluta. Coactio absoluta excusat à pœna & à culpa. Pet. de Ancha. in c. sacris. n. 2. de his quæ vi metuve cã.

& sufficientem apparentiam excusationis, vt toleretur in eisdem ordinibus. Hug. & Archidi. [Cęterum] tertia pars. [post mensem]. i. statim quam cito potuerint siue infra mensem siue postea. Si. n. statim potuit recedere, & non recessit, videtur consensisse, si non potuit recedere etiam infra annum non imputabitur ei. Posuit ergo infra mensem gratia exempli, quod potest contingere, & sub intelligitur maximè, vel posuit mensem ad ostendendam mansuetudinem ecclesiæ, quæ hominũ tarditati & periculis indulget. quæ Cant. 8. ait. Reuertere dilecte mi & c. [Quamuis nihil] quo ad effectum gratiæ vel executionis. Hu. & Archid. sequitur. [tales]. s. qui cõsenserunt hæreticis per ignorantiam, & qui recesserũt statim, & etiam qui non recesserunt statim omnino tales quandoq; de misericordia possunt tolerari, sed cũ simoniacis nulla admittitur dispensatio, nec fructuosam valent agere pœnitentiam, nisi rei quam simoniacè adepti sunt prius renuntiauerint. vt. j. e. si quis neq;. & q. 7. requiritis. [sed damnationem legimus]. s. eo. q. erga & j. e. q. 7. c. vlt. [medicinam]. i. pœnitentiam.]authéticam]. i. fructuosam, vtilem quo ad Deum, nisi quod emerint prius renũtiauerint agere, aut consequi non valet [nõ legimus] nisi facta prius renuntiatione [nisi quod] quasi diceret in dignitate vel ordine quem ipsi emerint non inueniemus dispensationem, sed in alijs sicut cum minoribus donatistis inuenitur facta dispensatio, & non cum maioribus, vt sit sensus. Non legimus nisi quod &c. Ita. s. ꝙ in ordinibus vel beneficijs à se non emptis dispensetur & non in alijs, quasi diceret. in alijs non inuenitur dispensatum, sed in his sicut cum maioribus hæreticis non est dispensatum, sed cum minoribus. [vel nisi quod] quasi diceret in simoniacè habitis non inuenitur dispensatio renuntiatione non facta, sed facta renũtiatione inuenitur in quibusdam, non in omnibus sicut dispensatum est cum quibusdã hæreticis. Hugo. [Vsurpatum]. i. extra vsum rigoris factum. Nam de rigore omnes hæretici & simoniaci essent deponendi. [minoribus.] Ad vtrosque refertur nouatianos, & donatistas. Et dicitur respectu aliorum de eisdem sectis qui maiores
2 erant. † In qualibet. n. secta hæreticorum erant quidam maiores, & quidam minores. Maiores qui erant authores illius sectæ, vel præcipui defensores. Minores vero qui quadam simplicitate ducti eos sequebantur. Minores ergo nouatianos & donatistas dicit illos, qui non ex pertinacia contra ecclesiam armati, sed dumtaxat quadam simplicitate seducti nouati & donati hæresim sectabantur. Hi cum ad ecclesiam reuerteban tur ex dispensatione, in suis ordinibus recipiebãtur. Maiores verò absq; omni respectu deponebantur. hæc distinctio sumitur ex. c. illo. j. ea. q. 7. si qui presbyteri. & 24. q. 3. qui aliorum. In decimo et si. ecclesiasticæ historiæ legit, ꝙ in Alexandrino concilio statutum est de lapsis & de hæreticis, vt tantum perfidiæ authoribus amputatis reliqui sacerdotes abiurato prius errore suæ dignitati restituerentur. Dicit ergo in nouatianis, vel donatistis. Non ipsis quidem omnibus, sed minoribus vtique hæreticis [non canonicè]. i. rigore iuris. ita vt etiam quasi diceret sicut ex dispensatione prædicti nouatiani, & donatiste cum ad ecclesiam reuertuntur in suis ordinibus recipiebãtur. vt. j. eod. q. 7. maximum, sed vltra non promouebantur, quod probat per subiectum. ca. Ita cum simoniaci ad ecclesiã redeunt, in illis ordinibus in quibus inueniuntur ex dispensatione possunt remanere, sed ad superiores non ascendent. [Remanere] dico si illos ordines simoniacè non receperunt, quia si simoniacè illos susceperint, in illis remanere non permittũtur. [Credunt]. i. in ipso factum ostendunt se credere [qua parte]. i. in ea, in qua non separauerunt se ab ecclesia tenentes articulos fidei, & ecclesiasticam formam sacramẽtorum. [Cognoscantur] sine pœnitentia & sine iteratione sacramẽtorum, quę dederunt vel susceperunt in forma ecclesiæ. vt. s. ea. quęstione sicut facti. & c. nec. &. c. nonne. Hug. [Hinc]. s. ad ostendendũ quòd dispensetur cum hæreticis redeuntibus. Hug.


Mnis. Sequitur. c. hoc ad propositum præfatum, & est Leonis papæ ad Ianuarium episcopum, in quo habetur. quod cum hæreticis qui erroris sui damnatione & legitima satisfactione præmissa ad ecclesiã redeũt dispensari poterit, vt in ordine quẽ habẽt maneant sine spe tamen promotionis ad superiores ordines. Breue est. Lege textum. ¶ [Omnis legitima] sic. 50. dist. absit. Archid. [dãnatione] in libello suo comprehensa. j. e. q. 7. quoties. &. c. saluberrimum. Hug & Archidi. [ordine] si illum simoniacè non acquisierit. Hug. [permaneat] nisi in sex casibus dictis. s. e. q. si quis hæreticæ. Hu. de his autem. (Exponit literam.)

1 Pro præpositio dupliciter accipitur.
2 Dare aliquid pro sacramento an sit licitum.
5 Emptio, & venditio in quibus consistat.
7 Munus à lingua dicitur triplex.
8 Prælati ordinantes vel beneficia dantes aliquibus principaliter ad hoc intendentes vt per fauorem humanum aut laudem popularem extollantur per vrbes sunt simoniaci.
9 Simonia quare non committatur in precibus oblatis pro digno, & committitur si datur pecunia.
10 Prælatus si ad preces concedit quod alias non concederet, quia supponit, quòd rogans non nisi pro digno rogaret, ita quod suæ preces sint quasi testimonium, non est simonia.
11 Beneficium habens curam animarum potest quis petere pro se, si sit dignus.
12 Episcopi principaliter habent curam animarum omnium suæ diocæsis.
13 Simoniæ modi an sufficienter hic assignentur.
14 Simoniæ diuisio multipliciter assignatur.
15 Simoniarum, quod sit grauius peccatum.
16 Sententia contra ius litigatoris lata transit in rem iudicatam si non fuerit appellatum.
17 Simoniacus in ordine suscepto non solum perdet executionem ordinis simoniacè suscepti, sed etiam omnium aliorum.
18 Simoniacus dicitur fur dupliciter.


Rdinationes. Subiungit ad propositũ iam dictũ magister hoc c. quod est Gregorij quarti in quo ordinationes quę pretio vel precibus vel obsequio factę sunt, falsas esse indicat. & potest diuidi in duas partes. In prima facit quod dictum est. In secunda assida assignat rationem. secunda ibi, quoniam qui. Pro pleniori intelligentia huius. ca. & sequentium multorum in quibus fit mentio de triplici modo, quo committitur simonia. s. aut interueniente pretio, aut precibus, aut obsequio, vel munere à manu, vel ab obsequio, vel à lingua quæruntur tria. (Diuisio.)
1 ¶ Primum est vtrum per munus à manu in spiritualibus committatur simonia.
4 ¶ Secundum est vtrũ per munus obsequij temporalis committatur simonia.
6 ¶ Tertium est vtrum per munus à lingua committatur simonia.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quod per munus à manu non committatur simonia. Primò sic. Pro spiritualibus bonis habendis munera à manu Deo offerre non est simoniacum. ergo nec illa offerre hominibus. consequentia videtur bona; probatur per illud Gen. 4. vbi dicitur, quod respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Et dicitur Mat. 5. Si offeras munus tuũ ad altare &c. (Primũ ar.) ¶ Secundò redemptio peccatorũ est quid spirituale, sed pro illa est licitum dare munera à manu, secundum illud Daniel. 4. peccata tua eleemosynis redime. ergo &c. (Secũdũ ar.) ¶ Tertiò. Regnũ cœlorum est maximè spirituale, sed illud muneribus à manu emitur secundum illud Grego. Regnum cœlorum tantum valet, quantum habes &c. (Tertiũ arg.) ¶ Quartò consuetudo facit, vt nõ sit peccatum id quod alias esset peccatum. sicut dicit Au. ꝙ habere plures vxores, quando mos erat crimen nõ erat, sed est cõsuetudo ꝙ in consecrationibus episcoporũ, benedictionibus abbatum, & clericorum ordinibus pro chrismate vel oleo sancto & alijs huiusmodi aliquid detur. ergo videtur ꝙ hoc non sit illicitum. (Quartũ ar) In oppositum est tex. præsen tis. c. Respondeo dicendum, ꝙ cum dicitur aliquod munus à manu dari pro spirituali potest intelligi dupliciter. s. ꝙ illa propositio † pro potest dupliciter accipi. Vno. n. modo accipit prout dicit appretiationem siue commutationem, sicut dico, do pecuniam pro panno, & tunc est conclusio respõsalis ꝙ munus à manu in pretium rei spũalis offerre est illicitum, & simoniacũ. Ista conclusio patet primo ex. c. præsenti. vbi ordinationes, quę interueniente pretio fiunt falsæ iudicantur. (Opponit & Respõ.) ¶ Secundò ꝙ sit illicitum probatur ratione sic. Omnis ille actus dicitur malus, & illicitus ex genere, qui cadit super indebitam materiã, sed venditionis & emptionis materia indebita est res spũalis, cũ res spũalis nullo terreno recompensari possit. ergo sequitur, ꝙ illicitum sit dare munus à manu in pretium cuiuscũq; rei spũalis. Quod vero sit simoniacũ, patet ex diffinitione simonię in princ. huius. q. positæ. In qua dicitur, simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquod spirituale, vel spirituali annexum.

Vlrichus. S. Thoma. Alexander de halis.

annexum. ¶ Secundò modo præpositio illa pro quandoq; notat subsidij vtilitatem. vt dicit Vlrichus, vel stipendium sustẽtationis, vt dicit S. Tho. in secunda secundæ. qñq; rõnem prouocationis ad amicitiam, vt dicit Alexander de halis in secũdo. Et hoc modo loquẽdo iuxta sacros canones, & egregios doctores tam theologos, q̃ canonistas dare munus à manu ꝓ spũalibus nõ inducit simoniam, imo est licitũ. vnde iuxta hũc modum pro pleniori intelligentia materiæ ponunt certę cõclusiones per quas posset responderi ad totidem quæstiones.

Prima cõclusio.

Prima conclusio. † Licet aliquid dare pro sacramento, non ꝙ sacramentum ematur, sed quia gratis cõfertur ex deuotione concepta in perceptione sacramenti in subsidium eius, qui ministrat sacramentum. Ista conclusio habetur. ṡ. e. q. 3. c. quicquid. vel ita dicit. concilium Toletanum. Quicunq; deinceps clericus aut pro baptizandis assignandisq; fidelibus chrismate vel promotione graduũ pretia quælibet vel præmia nisi volũtariè oblata &c. super hoc dicit Hu. Hæc licitè accipiuntur. vt j̃. e. q. 2. placuit. Pro ista conclusione & oĩum aliarum facit, ꝙ dicit Arch. di. 63. c. Agatho. vbi notat. ꝙ hæc præpositio pro, qñq; notat appretiatiõnẽ seu cõmutationem. Et ſm hoc nunquã est cõcedendũ, ꝙ tẽporale detur pro spũali, vel ecõuerso. Quandoq; notat causam efficientẽ, qñq; finalẽ, qñ ergo aliqs recipit aliquod sacramentũ, & conferẽti dat aliquod tpale. Et dicitur, iste dedit denariũ pro sacramento, vel aliquid aliud. si hæc præpositio pro notet appretiationem, falsa est inquit. Si aũt notet causam finalẽ, vt sit sensus. iste dedit denariũ pro sacramento. i. propter venerationem sacramenti, siue propter venerandum sacramentũ licitè põt hoc fieri & concedi. Similiter si notat causam efficientem, vt sit sensus. iste dedit pro sacramento. i. pro deuotione q̃ habuit ad sacramentũ, licitè põt fieri hoc, & concedi, quia deuotio quã habet aliquis ad sacramẽtum licitè, potest eum mouere ad dandum aliquid in receptione sacramenti. hæc Archi. Ista conclusio est etiam S. Th. qui in 2. 2. q. c. ar. 2. ita dicit. Accipere pecuniam pro spũali gratia sacramentorũ crimen simoniæ est. Accipere aũt aliqua ad sustentationem eorum qui sacramẽta ministrant ſm ordinationem ecclesiæ & consuetudines approbatas nõ est simonia, nec pc̃m. Non. n. accipit̃ tanq̃ pretium mercedis, sed tanquã stipẽdiũ necessitatis: hec S. Th.

Archid. S. Thom.

Secunda conclusio.

¶ Secunda conclusio hoc modo est licitum dare episcopis aliquod munus à manu pro consecratione & visitatione ecclesiarum. extra de censi. cum apostolus. & extra de simo. cum sit Rom. & 10. q. 3. relatum. Ista ẽt conclusio est S. Th. vnde in 2. 2. vbi. ṡ. dicit. Licet autem prelatis accipere procurationes, qñ subditos visitant, non quasi pretium correctionis, sed quasi debitum stipẽdium. Et idem est vt idem S. Tho. dicit in 4. dist. 25. de procuratione moderata quam accipere possunt episcopi in consecratione ecclesiarum ſm ecclesiæ determinationem.

S. Thom.

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio. Hoc modo licitũ est dare prædicatoribus pro prædicatione. Quæ conclusio satis aperte colligitur. prima ad Corin. 9. Nescitis, ꝙ qui in sacrario operantur quæ sacrario sunt edunt. Et qui altario seruiunt, & de altario participant. Ista cõclusio est S. Th. qui in 4. vbi. ṡ. ita dicit. stipendia debentur prædicãtibus ad sustentationem victus, ne cogantur relinquere verbum Dei, nõ autem debentur eis quasi pretium prædicationis. hæc ille. vnde Aug. dicit quod Apostoli gratanter panem accipiebant ab illis quibus gratuitam prædicationem impendebant.

August. Quarta cõclusio.

¶ Quarta conclusio. Hoc modo licitum est dare munus à manu sacerdoti celebranti. 12. q. 2. charitatem. Ista cõclusio est S. Tho. in 2. 2. vbi. ṡ. ita dicẽtis. sacerdos non accipit pecuniam quasi pretium consecrationis eucharistiæ, aut missæ cantatæ. hoc. n. esset simoniacũ, sed quasi stipendiũ sustentationis suæ.

Quinta cõclusio.

¶ Quinta conclusio. Hoc modo licitum est pro alijs operibus spiritualibus dare aliquod munus à manu his, qui ex officio ad illa non tenentur, patet conclusio ex. c. præfato. charitatem. 12. q. 2. Ista conclusio est Raymun. & Goffr. & etiam conclusio S. Thom. vbi. ṡ. s. cum datur in stipendium sustentationis vitæ.

Sexta conclusio.

¶ Sexta conclusio. Hoc modo licitum est dare munus à manu pauperibus, & bonis viris pro oratione. Ista conclusio patet. ṡ. e. q. ipsi sacerdotes. & 13. q. 2. animæ. & extra de testa c. si. Ista conclusio est etiam S. Tho. vnde in 2. 2. vbi. ṡ. ita dicit. Illi qui dant eleemosynas pauperibus vt orationum suffragia impetrent, non eo tenore dant quasi intendentes orationes emere, sed per gratuitam beneficentiam pauperum animas, prouocant ad hoc vt pro eis gratis & ex charitate orent. vnde Lucæ. 16. dicitur. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis &c.

Septima conclusio.

¶ Septima cõclusio. Hoc modo licitum est dare munus à manu ecclesijs pro facienda processione, vel pro faciendo anniuersario, vel aliquo simili. Ista conclusio est S. Thom. in secunda secundæ. ita dicit. Temporalia quæ dantur Deum laudantibus in celebratione diuini officij siue pro viuis, siue pro defunctis non quasi pretium, sed quasi sustentationis stipendium dantur. Et eo etiam tenore pro processionibus faciendis in aliquo funere aliquæ eleemosynæ recipiuntur. Si autem huiusmodi pacto interueniente fiant aut etiam cum intentione emptionis vel venditionis simoniacum esset. hæc S. Thom. Cui concordat Alexander de halis in secundo dicẽs. Non est licitum pactione interueniẽte accipere redditus pro anniuersario celebrando. Si tamen deuotio fideliũ est in conferendo redditum tenetur ecclesia propter deuotionem fidelium ipsorum celebrare pro illis pro quibus rogatur. Idem dicit. S. Tho. 4. dist. 25.

Alexãd. de halis.

Octaua cõclusio.

¶ Octaua conclusio. Hoc modo licitum est dare aliquod munus à manu monasterijs pro aliquarũ personarum receptione. i. ad sustentandum huiusmodi personas, vt melius possint in suis statibus Deo militare. Ista conclusio quæ est Raymun. & Vlrichi, & etiam S. Tho. tam in 2. 2. quã in quarto. vbi ita dicit. quod pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere quasi pretium religionis. licet tamen si monasterium sit tenue, quod non sufficiat ad tot personas nutriendas, sed vt habeat monasteriũ vnde possit ei prouidere, si ad hoc non sufficiant opes monasterij.

Raymun.

Nona conclusio.

¶ Nona conclusio. Hoc modo licitum est ex deuotione & amicitia concepta ex beneficijs spiritualibus liberaliter oblatis aliquod munus à manu gratis recompensare. Ista conclusio est Vlrichi, & patet etiam ex. c. quicquid. ṡ. e. q. & c. quam pie. & c. placuit. j̃. e. q. 2.

Decima conclusio.

¶ Decima conclusio. Hoc modo licitum est pro redimenda vexatione eius, quod iure alicui competit, & hoc constat certitudinaliter dare aliquod munus à manu. patet conclusio. j̃. eo. q. 5. quicũq;. & extra de sim. c. dilectus filius. & extra de magistris. prohibeas. De ista conclusione dicit ita S. Tho. in 4. dist. 25. Si aũt ei acquisitum ius põt aliquid dare non in pretium prelationis sed in redemptionem vexationis propriæ.

S. Thom.

Vndecima conclusio.

¶ Vndecima conclusio. Hoc modo est licitũ dare munus à manu pro amotione impedimenti electionis fiendæ. i. impedienti ne electio aliqua fieret. Ista conclusio est etiam dñi Vlrichi.

Duodecima conclusio.

¶ Duodecima conclusio. Hoc modo licitum est dare munus à manu ad subleuandum onus cõsequentis spirituale sicut pro matrimonio. vnde datur dos pro oneribus matrimonij. quæ conclusio est dñi Vlrichi. & etiam S. Tho. tam in 2. 2. quam in 4. de quo dicit, ꝙ dare pecuniam pro matrimonio inquantum est in officium naturæ licitũ est.

Tertiadecima conclusio.

¶ Tertia decima cõclusio est. ꝙ hoc modo licitum est dare munus à manu pro spiritualibus in stipendium laboris. patet ista conclusio. ṡ. e. q. iudices. patet etiã. Nam sacerdotes vt dicit Ho. in summa possunt locare operas suas si non habent aliàs vnde viuant. vt. 91. di. 1. & 2. & 3. & j̃. q. 2. c. penul. & 10. q. 3. relatum.

Quartadecima conclusio.

¶ Quartadecima cõclusio est, ꝙ hoc modo licitũ est dare munus à manu. s. enxenia quæ nõ extenduntur ad munerum quantitatem quæ cum fiãt sine pacto & sine aliqua corrupta intentione non inducũt simoniã. Ista conclusio vt dicit Host. patet. ff. de offic. proconsul. solẽt. §. nisi autem. & §. fi. Licitè. n. recipit esculentum & poculentum, quod infra triduum potest consumi. ff. de offici. præsi. plebiscito. vnde & quæ prophetis offerebantur magis æstimabãtur stipes tabernaculi quam munera prophetarum. ṡ. e. q. duces. Nota tamen ꝙ si dubitetur vtrum gratis aut ex pactione vel corrupta intentione munus à manu datũ sit, hæc tria sunt maximè attendenda secundum Raymundum. s. qualitas dantis, & recipientis, videlicet an pauper det diuiti, vel ecõuerso, diues diuiti, muneris quãtitas, vt si magni vel minoris pretij res data existeret, & donationis tempus an. s. tempore necessitatis instante vel ante consecutionem rei spiritualis vel parũ post seu alio tempore offertur. & secundum hæc habenda est præsumptio pro vel cõtra. extra de simo. & si quęstiones. Sed hæc intelligenda sunt vt dicit Vlrichus in foro causarum, vbi accipitur præsumptio de simonia ex multis. In foro autẽ conscientiæ attenditur intentio. idem dicit Hosti. addens. Quicquid agant homines, intẽtio iudicat omnes. s. quo ad Deum.

Raymun.

Vlrichus.

Hostie.

Ad primũ argũ.

¶ His habitis dicendum est ad rõnes in oppositum in principio quæstionis. Ad primã respondetur negando cõsequentiã. Et ratio est iuxta S. Th. quia Deus est dominus rerum spiritualium, homines vero non, sed tantum aliquarum rerũ spiritualium dispensatores. secundum illud prima ad Corint. 4. sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores ministeriorum Dei.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, qm̃ redimere ibi non propriè dicitur. sed per quãdam similitudinem, propriè. n. redẽptio non est, sed ideo re-

demptio dicitur, quia sicut per donationem pretij homo retrahit à se alienatam hæreditatem, sic homo dando eleemosynas pauperibus pro amore Dei dispositiue ad se retrahit diuinam amicitiam, & ius participationis hæreditatis æternæ, à qua per sua peccata fuerat alienatus. (Ad tertiū.) ¶ Ad tertiam respondet negando consequentiam eadem ratione qua supra. quoniam non est propria illa locutio, sed Metaphorica vt dicit sanctus (S.Thom.) Tho. in quarto. Et per similitudinem emptionem vocat meritum, quod quidem emptio propriè non est, quia Deo ex merito nostro nihil accrescit, sicut vendenti ex pretio aliquid accrescit. Item etiam meritum nostrum non est æquiualens pręmio, quia non sunt condignę passiones huius temporis nec aliqua dona nostra vel opera ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. ad Ro. 8. (Ad quartū) ¶ Ad quartam respondetur ꝙ consuetudo non præiudicat iuri naturali vel diuino, quo simonia prohibetur. Et ideo si aliqua ex consuetudine exigantur quasi pretium rei spiritualis cum intentione emendi vel vendendi est manifestè simonia, & præcipuè si ab inuito exigantur. Si verò accipiantur quasi quędam stipendia per consuetudinē approbata, non est simonia, si tamen desit intentio emendi & vendendi, sed intentio referatur ad solam consuetudinis obseruātiam. Et præcipuè quando aliquis voluntarie soluit.

4 **Ad secundum.** sic proceditur. † Et videtur ꝙ munus obsequij temporalis exhibiti (Primū ar.) pro spiritualibus non inducat simoniam. Primò sic. Dicit Gregorius. vtilitatibus deseruiētes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, sed seruire ecclesiasticis vtilitatibus pertinet ad munus ad obsequio. ergo videtur ꝙ licitum sit pro obsequio ecclesiastica beneficia largiri. (Secūdū ar.) ¶ Secundò sic. Dicit idē Gregor. iustum est vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum reperiuntur commodasse obsequium. (Tertiū ar.) ¶ Tertiò sic. Extra de præben. c. significatum. dicitur, ꝙ quidam canonici sacerdoti cuidam præbendam in ecclesia, dederunt, vt missam de beata Virgine quotidie celebraret. Et papa confirmat illam pactionem. ergo idem quod prius. (Opponit. & Respō.) ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. & aliorum sequentium. Respondeo dicendum, ꝙ illicitum est & simoniacum dare spiritualia pro munere ab obsequio temporali. Ista conclusio est præsentis. ca. Ista etiam probatur dependere ex præcedenti quæstione sic iuxta S. Tho. tam in secunda secundæ ꝙ in quarto. (S.Thom.) Simonia vt dictum est consistit in venditione & emptione spiritualiū
5 vel eorum quæ sunt annexa. † Emptio autem & venditio consistunt non solum in datione & acceptione pecuniæ, sed omnium eorum quorum pretium potest numismate mensurari. Manifestum est autem ꝙ obsequium hominis ad aliquā vtilitatem ordinatur, quæ potest pretio pecuniæ æstimari. Vnde ēt pecuniaria mercede ministri conducuntur. vnde idem est ꝙ aliquis det rem spiritualem pro aliquo obsequio temporali exhibito vel exhibēdo, ac si daret pro pecunia data vel promissa qua illud obsequium æstimari posset. Cū ergo dando munus à manu pro spiritualibus sit simoniacum, vt visum est in præcedenti quæstione pari modo erit simonia, si pro obsequio aliquo temporali detur aliquod spirituale. Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est notandum, ꝙ obsequium aut est illicitum & inhonestum, vel etiam ad carnalia ordinatum, vt est seruitium, quo seruitur prælato, vt inquit S. Tho. ad vtilitatem cōsanguineorum suorum, vel patrimonij sui, vel aliquid huiusmodi. Et tunc est conclusio, quod pro munere à tali obsequio dare spirituale est illicitum, & simoniacum. Ista conclusio est præsentis. c. & etiam S. Tho. & omnium doctorum iuristarum & theologorum. (S.Thom.) Si verò obsequium sit honestū aut tale est corporale aut spirituale. Si corporale vt puta ꝙ aliquis vadit Romam pro negotijs alicuius ecclesiæ vel alio honesto seruitio seruiat ecclesiæ, vel episcopo, vel alij prælato, tūc aut interuenit pactum & ly pro, dicat causam principaliter mouentem, tunc est conclusio. quod dare spirituale pro tali obsequio est simoniacum. ista conclusio est nota. quo ad præsumptionem iuris. (Petrus de palude.) Nam vt dicit Petrus de palu. secundum veritatem si propter seruitium, quamuis honestum quasi pro mercede detur beneficiū, simonia est. Et si aliquis propter hoc seruiat, vt pro remuneratione præbendam acquirat, simonia est. Aut non interuenit pactum. & ly pro, vel propter, non dicit causam principaliter, sed secundariam. quā quidam vocant incitatiuam quæ excitat affectum dantis aliquod spirituale ad amorem obsequentis, vt potius ex liberalitate amoris cōferat illud spirituale respiciens principaliter Deū, & merita personæ, quæ per talia obsequia & bona opera acquisiuit non est simonia. Ista etiam est conclusio S. Th. qui vbi supra dixit sic.

Si est honestum obsequium ex ipso obsequio redditur quīque homo dignus beneficio ecclesiastico sicut & alijs bonis operibus & tunc si pactio non interuenit potest absque simonia beneficium ecclesiasticum dare ei, qui obsequutus est. vt non habeatur respectus ad obsequium principaliter, sed ad dignitatem personæ. Ista etiam est sententia Alexandri de halis dicentis, quod si non interueniat pactio, & persona sit digna & non principaliter habeatur animus ad hoc licet habeat secundaria, non committitur simonia. Concordant Raymundus. (Ra[illegible]nu[illegible]) Goffred. & Hostien. & Hu. & Archid. Concor. etiam domino Petr. de palude in qtarto aliquid addens. (Petrus de palude) Dicit enim quod curiæ prælatorum probatoria sunt clericorum, vt dicit quidam. vnde si aliquis non esset seruiturus prælato, nisi quia sperat ab eo habere præbendam, non sic tn̄ quod hoc velit habere pro mercede, sed vult ostendere se dignum vt secundum meritum recipiat, & non secundum seruitium, & prælatus det non remunerando, sed tanquam digno, ex testimonio seruitij, quamuis aliàs nō daturus, quia per hoc probat eum māgis meritum non est simonia. hæc ille. Concordat Richardus (Richar. de alta villa) de alta villa in quarto dicens, quod si sine pacto aliquis seruit alicui, & ille qui seruitiū recipit ipsum remunerat aliquod beneficium ecclesiasticū conferendo, si tamen aliàs est dignus, non peccat, nisi principalem affectum habeat ad seruitium, quod ab ipso recepit. Clericus etiam seruiens episcopo in spe futuræ remunerationis simoniam non committit, si sine pactione & conditione seruiat, dummodo principaliter hac intentione non seruiat, nec episcopus directè pro hoc seruitio præbendam ei assignet. extra de simo. cum essent. in gl. Dicit consequenter quod si seruiat principaliter intentione obtinendi beneficium aliquod ecclesiasticum, nullo tamen pacto interueniēte, quamuis grauiter peccet, & simoniam committat, non tamen illam simoniam, quæ ad resignationem obligat beneficij ecclesiastici, quod simoniacè adeptum est, qđ potest probari à simili per illud quod habetur extra de simo. mandato. Si verò obsequium est spirituale, est conclusio, quod ex pacto vel conditione non licet illud pro aliquo spirituali impendere. In contractu enim spirituali non debet interuenire conditio. Bene tamen si vacante beneficio per statutum aliquod spirituale obsequium est impositum ipsi beneficio, ille qui recipit beneficium tenetur impendere illud obsequium. sicut extra de præben. significatum. Alexander tertius confirmat statutum de missa de beata virgine celebranda ab eo cui quædam præbenda fuit collata. Ista conclusio est domini Vlrichi in summa sua. (Vlrichus. Alexāder de halis.) Et est Alexandri de halis in secundo vbi quærens. vtrum obsequium spirituale possit aliquis facere ꝓ beneficio ecclesiastico interueniente conditione, & tenet qđ non. Et respondens ad prædictam decretalem significatum. ita dicit. quod conditio illa conuenientius posita fuit in institutione præbendæ & postea sequuta est confirmatio summi pontificis. Et ita illi præbēdæ adhærebat tale officium & res cum onere suo transit. ita quod illud quod dicitur in decretali prædicta ad conditionem positam in constitutione refertur. Eiusdem sententiæ est Sanctus Thom. in quarto. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. (Ad primū & secundū argu.) Ad primam respōdetur iuxta S. Tho. ꝙ Gregorius loquitur in casu in quo obsequium est honestum, & cum non interuenit pactio, & principaliter intentio nō habetur ad obsequium, sed ad Deum, & ad merita personæ. ¶ Ad secundam respondetur eodem modo. (Ad tertiū.) ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quoniam (vt dictum est parum ante, & dicit S. Tho. in quarto.) ibi non fuit aliqua pactio, sed illi prębendæ annexū, fuit illud officium cantandi missam talem.

Ad tertium. Sic proceditur. † Et videtur ꝙ per munus à lingua in spūalibus simonia non committatur. (Primū ar.) Primò sic. Illud quod fit ad preces alicuius gratis fieri videtur. Et ita nō videtur locum habere simonia, quæ in emptione & venditione consistit, sed munus à lingua intelligitur si quis ad preces alicuius ecclesiasticum beneficium conferat. ergo hæc non est simonia. (Secūdū ar.) ¶ Secundò, vnusquisq; licitè potest petere qđ ei debetur de iure, sed ordinato qui non habet beneficium competens tenetur de iure ordinator eius prouidere. sicut habetur extra de præben. non liceat. ergo nō peccat si petat beneficiū, sed hoc vocatur munus linguæ scilicet rogatio. ergo &c. (Tertiū ar.) ¶ Tertiò sic. Si fiāt preces pro digno, nō cōmittitur simonia ex hoc sed preces sunt munera linguæ siue fiant pro digno siue pro indigno. ergo munus à lingua nō semper facit simoniam. (Opponi. & Resp.) ¶ In oppositum est capitulum præsens & sequens. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ per munus à lingua in

gua in spiritualibus contrahitur simonia. Ista conclusio probatur eodem modo sicut in præcedentibus probatum est, qđ per munus ab obsequio committatur simonia quia similiter quod aliquis satisfaciat precibus alicuius ad temporalem gratiam quærēdam ordinatur ad aliquam vtilitatem, quæ potest pecuniæ pretio æstimari. Et ideo sicut contrahitur simonia accipiendo pecuniam aut obsequium: ita per munus à lingua. Pro cuius tamen conclusionis pleniori intelligentia est notan
7 dum,† ꝙ munus à lingua triplex est. vnum est laus famæ popularis, quod ideo addo, quia si sit laus spiritualis, per quā qui gloriatur in domino, gloria illa non appetitur vitiosè. de populari vero laude sit ista conclusio. Per tale munus à lingua in spiritualibus committitur simonia. patet ista conclusio. Tum qa dicit Gregorius, & habetur. ȷ̇. e. q. in c. sequenti. Qui propter humanam gratiam vel fauorem ordinauit aliquem de impenso officio sanctitatis minimum accipiunt fauoris. Tum etiā
S. Thom. patet conclusio, quia vt dicit S. Tho. talis fauor ad quem pertinet laus popularis sub pretio cadit. Hinc sequitur corollariè,
8 †ꝙ prælati ordinantes vel beneficia dātes aliquibus principaliter ad hoc intendentes, vt per fauorem humanum aut laudē popularem siue vt laudibus vanis siue garullorum extollātur per vrbes sunt simoniaci ⸫m munus à lingua dicuntur preces carnales. Et istæ sunt duplices, quia aut porriguntur ab alijs ꝓ aliquo aut ab aliquo pro seipso preces porrectas ab alijs pro aliquo alio ordinando vel promouendo, dicimus carnales quę veniunt ex carnali coniunctione vel affectione, & tunc aut iste fiunt pro digno, aut pro indigno. Si pro digno, aut elector vel ordinator habet principalem respectum ad Deum, & merita personæ licet secundaria eius intentio referatur ad ꝑces. tunc est conclusio, ꝙ non est simonia. vt extra de æta. & qual. tuam. & ȷ̇. e. q. latorem. Concordant omnes quasi. ¶ Sed hic
Quæsto. 9 surgit quæstio. † quare in precibus oblatis pro digno non committatur simonia, & committitur si offeratur pecunia:
Respōdet. Alexāder de halis. ¶ Respondeo iuxta Alexandrum de halis. ꝙ ratio est, qa preces sunt ad manifestandum ꝙ congruit talem ordinari, vel beneficiari. Ad hoc. n. est sermo deprecatorius pro digna persona. Pecunia vero non est ad hoc, sed vt inordinate moueat affectum, cōferentis ordinem, vel beneficiū. patet ēt conclusio,
S. Thom. quia vt dicit S. Tho. subest debita causa, ex qua illi pro quo preces porrigūtur spirituale aliquid porrigatur. Sequitur alia con
Petrus de palude. 10 clusio iuxta hoc ⸫m Petr. de palude in quarto. † ꝙ si prælatus ad preces alicuius concedit, quod aliàs non concederet, quia supponit, quod rogans non nisi pro digno rogaret. ita quod suæ preces sunt quasi testimonium non est simonia. Si verò principalem respectum habeat ad preces, & non ad Deū, esset simonia quantum ad diuinum iudicium, quamuis non apud homines. Concordat Petrus de palu. in quarto. Cuius est ista conclusio, ꝙ si quis scit aut credit conferentem sibi contulisse ordinem aut beneficium principaliter propter obsequia vel preces carnales à se vel ab alio interpositas. Si erat indignus debet resignare quia tunc succedūt loco pretij. Alioqui si erat dignus non tenetur sed debet pœnitere de intentione corrupta si illud procurauit. extra. e. mandato. & de æta. & quali. tua. Si vero preces fiant pro indigno tunc est conclusio, quod simonia est. patet conclusio. ȷ̇. e. q. de ordinationibus. & c. nonnulli. Patet etiam ratione, quia cum talis ad ordinandum vel beneficiandum non moueatur, nisi fauore preces siue ipse fauor succedunt loco pretij. Et ideo talis cum manifestum sit, quod ad preces videatur principaliter intendere qui preces pro indigno exaudit simoniacè ordinat vel promouet, cum dicat S. Tho. in 4. qui dat aliquod spirituale pro fauore vel laude habēda quem expectare videntur qui precibus alicuius satisfaciat, non est dubium, quod simoniam cōmittit. Si vero qs ordinatur aut promouetur proprijs precibus, si preces carnales faciat simonia est. Carnales autem preces dicimus quas aliquis porrigit pro seipso quando scit se indignum ordine vel beneficio. Tunc. n. non mouetur intentione spirituali, sed vtilitate & commodo carnali. Talis. n. non velit propter preces solas ordinari, aut promoueri, quia supponitur, quod alias indignus sit, non dubium quin simoniam committat. Si vero di-
Prima op. gnus sit currit triplex opinio vera est Hu. & multorum aliorum, quod simonia sit quantumcunq; sit dignus. pro qua opi
Secūda op. Raymun. nione inducunt capitulum præsens. & in c. scriptis. 8. q. 1. Secūda opi. est Raymundi, qui distinguit de beneficio, aut est simplex, aut dignitas siue curam animarum habens, cōcordat cū opinione Hu. quod quantumcunq; quis sit dignus simoniacū sit, quòd fundat pro se preces pro tali beneficio per iura allegata. Si est beneficium simplex, & est dignus & indigens, pōt

absq; metu simoniæ petere extra. e. tuam. & ar. extra de resti. tuam. & c. ad aures. & extra de præben. cum ⸫m. Concordare videtur S. Tho. in quarto. ita dicēs si beneficium habet cu S. Thom. ram animarum, quia præsumptuosum est, nec tamen simonia est, nisi pro tanto quia ex ipsa præsumptione indignus redditur. & tunc preces suæ hoc ipso quod rogat pro indigno sunt. Concordat Hostien. in summa. 3. parte. ita dicens. Si promoue tur, quis suis precibus ad prælaturā maximè quæ per electio- Hostiens. nem confertur committitur simonia. Et in hoc casu intelligo quod nullus debet sibi honorem assumere, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. extra de elect. qualiter. 8. q. 1. in scriptis. & 1. q. 6. sicut is. cum ista secunda opinione quantum ad reprehensionem primæ opinionis cōcurrit Guilielmus in gl. Ray Guiliel. mundi, qui ait ꝙ opinio illa Hu. sit dura & multoties fiat contrarium. Idem dicit Io. in gl. ȷ̇. e. q. filium. vbi sic dicit. Aliquis potest pro se dignas preces offerre quod Hugo. non concedit in quo non credo eum bene dicere, quia multos condemnat. hæc ille. Pariter huius opinionis est magister Alexander de Alexander de halis. halis in secundo. vbi sic de illa opinione inquit. Graue enim est hoc dicere cum iura non sint de hoc omnino expressa, & multorum secundum hoc fieret damnatio. Pariter etiam huius opinionis est dominus Vlrichus in summa sua. Tertia opi Tertia op. nio est aliquorum, quod quis potest fundere preces pro se si præsumit se dignum non solum pro beneficio simplici, vt illi de secunda opinione dixerunt, sed etiam pro dignitate vel beneficio habente curam animarum. & hoc siue indigeat siue de suo patrimonio satis habeat, quia nemo cogitur proprijs stipendijs militare. hæc conclusio est Guilielmi in glos. qui vt
11 inducit Io. in summa confess. ita dicit. Credo† quod benefi- Ioannes. cium habens curam animarum annexam potest petere pro se si dignus sit, exemplo Esaiæ qui dicit. Ecce ego, mitte me. Esa. 6. Concordat cum eo Vlrichus in summa sua, dicit tamē Vlrichus. quòd si dignitatem vel curam animarum pro se petat ex tanta præsumptione quæ eum tali beneficio reddat indignum simonia est, qa sunt preces pro indigno. hæc ille. Et videtur opinio ista nobis magis rationabilis, & magis pia. Præcedens. n. videtur multos damnare, maximè nostris temporibus, in quibus quasi nunquam dantur beneficia sine cura & cum cura, nisi petentibus, quod nullo modo curia Romana sustineret in beneficijs curam animarum annexam habentibus, si ita damnabile foret. sicut opin. præcedēs inquit. maximè cum ex hoc manifestè sequeretur, quod papa taliū supplicationibus condescendens mortaliter peccaret, quod durum esset asserere. vnde videtur dicendum iuxta præfatum modum loquēdi dñi Vlrichi, ꝙ vbi quis se æstimat dignum. s. doctum prudentē, & exemplaris cōuersationis, posset pro se petere cum humilitate sperando in adiutorio altissimi beneficium cum cura, aut dignitatem citra episcopalem cui annexa sit cura animarum. Nec hic videtur habere locum præsumptio si dignus sit, vel si sit modica erit & quasi nulla. primū patet. Nam vt dicit S. S. Thom Th. in secunda secundæ. q. 130. ar. 1. Præsumptio est cū aliquis assumit ad agendum ea quæ præferūtur suæ virtuti. Si autem iste dignum & potentem se sentit quantum fragilitas humana permittit ad explendum beneficium habens curam animarū, iam non assumit aliquid quod præferatur suæ virtuti. ¶ Secūdum patet. dicit. n. idem S. Tho. in ar. se. ꝙ sicut magnanimitas ita & præsumptio in aliquod magnum tendere videtur. Non . n. multum consueuit dici aliquis præsumptuosus, si in aliquo modico vires suas transcendat. ergo videtur ꝙ vbi est parua aut modica præsumptio, vt in huiusmodi minoribus dignitatibus, aut bñficijs curā habentibus aīarum, non reddat, quis ex ea indignus bñficio, vbi alia cōcurrunt spectātia ad dignitatē personæ pro tali bñficio. Bene tñ concedimus cum præfato dño Vlricho, ꝙ ex tanta præsumptione posset quis talē dignitatē, aut beneficium curam animarū habēs petere, qđ redderet indignus tali beneficio. Et fortè hanc opinionē videtur Host. sentire quando in summa sua. ti. de simo. ait. Si quis pro- Hostiensi mouetur suis precibus ad prælaturam maximè quæ p electionē confertur cōmittitur simonia. Et in hoc casu intelligo, qđ nullus debet sibi assumere honorē, sed qui vocat à Deo tāquā Aaron. hæc ille. Vnde videtur qđ authoritates sanctorū, quæ videntur dicere, qđ prælatura non decenter appetitur sicut illa Aug. 19. de ciuitate Dei, vbi ait. Locus superior sine quo populus regi non potest, & si administretur vt decet nō tamē decenter appetitur, intelligendæ sunt quando notabilis præsumptio interuenit, & de maioribus prælaturis siue superioribus, sicut sunt episcopales, quia sole tales dicuntur absolute prælaturæ. vnde sanctus Thomas in secunda secundæ. quæ- S. Thom. stione.

13 ſtione.184.ar.6.dicit.† quod epiſcopi principaliter habēt curam animarum omnium ſuæ diocœſis. Presbyteri autem curati & Archidiaconi habent aliquas ſubminiſtrationes ſub epiſcopis,& ita ad eos non pertinet principaliter paſtorale officium. hæc ille. Iſta pro nunc ſufficiant pro prædicta opinione quæ magis pia nobis videtur iuxta communem practicam eccleſiæ Romanæ quæ nō eſt faciliter vniuerſaliter damnanda.¶ Tertium autem munus à lingua ſunt preces armatę ſiue violentæ.i. cum quibus infertur alicui timor cadens in conſtantem virum,vt dicit Albertus magnus in quarto.vt cū aliquis potens potenter petit pro aliquo de quibus ſit iſta concluſio,ꝙ ſi prælatus requiſitus de dando ordinem aut beneficium huiuſmodi precibus propulſatus principalem reſpectū habeat ad illas preces.ſ.vt euitet aliquod malum perſonæ, vel famæ,vel rerum,quod probabiliter timetur,ſimonia eſt.patet concluſio,quia cum carere malo ſit quoddam bonum,vt dicit 5.Ethicorum.talis prælatus non dat gratis ſpirituale, ſed pro fauore principis habendo,aut periculo euitando, patet etiam ex illo,quod dicit Symmachus papa.Si quis epiſcopatum deſiderat,potentes perſonas minimè ſibi adhibeat, nec ad certū ſibi faciendum adhibito cuiuſcunq; generis timore cōpellat. ¶Secunda concluſio.Si talis prælatus nō habeat principalem reſpectum ad preces,ſed ex ſuo duntaxat officio eū inſtituat neceſsitate, vel vtilitate eccleſiæ exigente, licet ſecundarius reſpectus habeatur ad preces,ſimoniam non committit.vt extra de æta.& quali.tua.Iſta concluſio eſt ſancti Tho.tam. in 2. 2.quam in ſcripto.Et eſt Vlrichi in ſumma ſua.& Hoſ.in ſua.

Albertus magnus.

Ad primū argu. ¶His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum.Ad primam reſpondetur negando aſſumptum.quoniam vt dictum ſub pretio cadunt ipſe preces,ex quibus acquiritur fauor humanus,vel vt malum aliquod euitetur. Et ideo ſi aliquis principaliter ad hoc intendat, non dubium quin ſimoniam cōmittat.

Ad ſecūdū ¶Ad ſecundam reſpondetur, quod ratio bene procedit, quando dignus eſt ipſe qui petit.

Ad tertiū. ¶Ad tertiam conceditur. ꝙ preces non ſemper inducant ſimoniam ſed ſolum in caſibus ſupradictis.

Exponit literam. Lege tex.¶[Ordinationes.] quæ interueniente pretio vel precibus vel obſequio. Quia hic ~~fit mentio~~ modo rum,quibus ſimonia committitur.

Quæſtio. Primū ar. ¶Quæritur † vtrum hic & in ſequenti.ca. ſufficienter aſsignentur modi quibus committitur ſimonia.Et videtur quod non:Primò quia in cōmutationibus dignitatum vel eccleſiaſticorum beneficiorū committitur ſimonia.ſed ibi non eſt aliquod munus de prædictis ergo non ſufficienter aſsignantur modi ſimoniæ.

Secūdū ar. ¶Secundò. ſic.Aliqui ponunt parentelam,ſicut cum quis alicui dat gratia conſanguinitatis.ſm illud.Laus parentela violēta negotiatio ſiue rogatio.dona obſequium vile.vēdunt ius ſpirituale.

Opponit & Reſpō. ¶In oppoſitum videtur ex tex.præſentis.ca. ¶ Reſpondeo dicendum.ꝙ diuiſio quæ hic ponitur penes munera per quę committitur ſimonia eſt ſufficiens. quæ concluſio patet ex præſenti.c.& ex ſufficientia aſsignata per ſanctum Th.quæ ponitur infra.

14 Eſt tamen hic notandum.†ꝙ multipliciter aſsignatͬ diuiſio ſimoniæ.Prima diuiſio eſt penes eos inter quos ſimonia committitur.vt dicit Guil.in ſumma.de vitijs. Nam alij committunt eam emendo, vt Simon magus. Et iſti propriè ſimoniaci vocantur. Alij verò committunt eam vendendo, qui Giezitę vocantur.aliquando tamen large vocantur ſimoniaci iſti & illi.Secunda diuiſio eſt ſm diuerſitatem munerū, per quę ſimonia committitur.de qua habetur in præſenti.ca. quæ cum aliorum additione in his verſibus comprehendunt.

Verſus.

Munus lingua timor caro cum fama populari.Non faciūt gratis ſpirituale dare:vel ſic.Laus parentela violenta rogatio dona. Obſequium vile ius vendunt ſpirituale:vtroſq;.n.verſus expedit habere:dicit dominus Vlrichus.quia ſecundo poſiti exponunt primos. & inſuper non ſunt ſufficientes ſine ſe inuicē. Primi.n.ponunt munus à lingua,& etiam famam popularem ſiue laudem quorum alterum tm̄.ponitur in ſecundis. ſecūdi verò ponunt munus ab obſequio quod in primis non habetͬ. Qualiter autem omnia hæc mēbra ſub prædictis tribus mēbris comprehendantur patet ex dictis præter ſolā carnē ſiue parentelā.i.qn̄ datur aliquid intuitu conſanguinitatis.ſed hoc reducitur ad munus à manu,qn̄ eſt ſimonia. Nam ſi conferēs ſpirituale tm̄ ſecundarium reſpectum habeat ad conſanguinitatē,& principalē ad merita perſonæ nō eſſet ſimonia, ſed de hoc infra videbitur plenius.Sufficiētia iſtorū colligit ſic à ſancto Th.in 4.Bonum tpale quod pōt qs ab alio expectare vel eſt ex parte aīæ, ſicut amicitia aut fauor eſt, qtūm ad hoc eſt munus à lingua,vel eſt ex parte corporis, ſicut aliqs actus exercitus,& quantū ad hoc eſt munus ab obſequio, vel eſt aliquid exteriorum bonorū,& ſic eſt munus à manu.Quātū ad primū cōmittitur ſimonia ꝑ munus à lingua, quia lingua opinionē exprimit & gratiā cōceptā. Quātū ad ſm,ꝑ munus ab obſequio.Quātū ad tertiū,per munus à manu. Hæc S. Tho. Tertia diuiſio eſt ſm diuerſitatē eorū, quæ vendūtur à ſimoniacis,quia inter bona ſpiritualia quæ ipſi vendere volūt,quædam ſpūalia.vt dicit præfatus Gui.in li.de vitijs,& virtutibus. quia illis quæritͬ ſpiritus ſanctus vt orationes eccleſiæ. quædā vero qa illis cōfertur & augetͬ gratia ſpiritus ſancti,vt ſacra eccleſiæ,& ſocietas eccleſiaſtica,& officia vel dignitates eccleſiæ.Quædā verò dicuntur ſpūalia,quia illis habetͬ ſpiritus ſanctus vt ſcientia & virtus.Scientia vero habetur in quantū illuminans.Et ideo prohibetur vendi ſcientia in prouerbijs. vbi dicitur.Noli vendere ſapientiā doctrinā & intelligentiam. Et virtute habetur ſpiritus ſanctus in quantū afficiens animam. Quædā verò dicuntur ſpiritualia quia per ea oſtēditur haberi ſpiritus,vt miracula.Quædam verò dicūtur ſpiritualia large, quia ſpiritualibus exercitijs deſeruiunt,vt vaſa & veſtes eccleſiæ.Quædā verò ſpiritualia, quia illis ſuſtentatur qui ſpiritualibus exercitijs ſunt intenti,vt ſunt decimæ. Sed iſta duo vltima potius dicenda ſunt annexa ſpiritualibus quā ſpiritualia.

Prouerbi. 23.c.

Ad primū argu. S.Thom. ¶Quibus habitis dicendum eſt ad rationes. Ad primā reſpōdetur iuxta S.Th.ꝙ in cōmutationibus ſiue ꝑmutationibus non ſemper eſt ſimonia,ſed ſolū qn̄ pro aliquo terreno commodo vtriuſq; vel alterius cōmutatio fit.Si aūt pro aliquo ſpirituali,vt pote quia hic in loco illo poſſet melius Deo ſeruire non eſt ſimonia. vnde tunc poteſt fieri commutatio authoritate epiſcopi diocœſani.

Ad ſecūdū ¶Ad ſecundā reſpondetur ꝙ ēt nō ſemper committitur ſimonia dando conſanguineis beneficiū aliquod etiam ratione conſanguinitatis vt dictū eſt.Et ple
15 nius de hoc infra diſputabimͦ.

Quæſtio. Reſpōdet. Vlrichus. ¶Sed ſurgit hic quæſtio† quę ſimonia inter iſtos modos eſt grauius pctm̄. ¶ Reſpondetur iuxta Vlrichum in ſumma,& deducit Io.in ſumma confeſſorum.ꝙ in munere à manu.vnde dicit ſic.Quāuis in oībus prędictis ſit ſimonia. Tum quia magis ꝓpriè pretiū eſt munus à manu,ꝗ̄ à lingua,vel ab obſequio.Ideo illa ſimonia eſt magis ſiue maius pctm̄ in hoc gn̄e peccati. Et ideo legale ſacerdotiū quamuis ex cōſanguinitate ſiue paterna ſucceſsione accipere tur,quia potius fuit vmbra ſacerdotij ſpiritualis, ꝗ̄ aliquid ſpirituale tn̄ illicitè dabatur ꝑ munere.vnde dicit Au.& habetͬ. ſ.e.q.ſicut eunuchus,quod ignis ſacrificij qui.70.annis Babylonicæ captiuitatis ſub aqua vixerat.2.Macha.1. extinctus eſt antiquo Iaſoni vendente ſacerdotium.2.Machab.4.

Auguſt.

Exponit literam. Sequitur in litera.¶[Pretio]iam dato,vel retento vel promiſſo. glo. & Hu.[vel precibus]ab ipſo ordinando,vel promouēdo,vel ab alio pro ipſo indigno porrectis. Et vt dicit glo.hoc intelligitͬ de precibus pro indigno, & carnali amore impenſis. vel à ſe porrectis alias non de quo extra.de æta.& quali.tuam. & ĵ.e. §.nō itaq;.& ĵ.q.3.ſaluator.in gl.1.precibus. Nos etiam ſupra in quæſtione ſufficiēter hoc expoſuimͦ.[vel pro obſequio.] ita ꝙ ly pro dicat cauſam principaliter mouentem ad dandū ordinem vel beneficium ſicut expoſitū in quæſtione.tunc.n. a plane ſimonia eſt[a] :& hoc eſt quod ſequitͬ ea intentione impēſe.ſ.vt quis ordinetur vel promoueatur vel quia eſt ordinatus vel promotus,quia ſicut dictū eſt de pretio in pecunia.ſ. e.q. eos.Ita & de obſequio.i.quod ante & poſt exhibetͬ mala intentione,& intuitu ordinationis iam factæ,vel fiendę,& vtrobiq; committitur ſimonia ſm Hu.Idem dicit etiam ea intentione,qa poteſt fieri obſequiū ſine tali intētione.Hu.& ſ. ex poſuimus,ꝙ aliquis ſine tali intentione pōt alicui prælato exhibere honeſtū obſequiū,cui à prælato conferetͬ bn̄ficium aliquod,non intuitu ſeruitij,ſed meritorū ſuorum,vel quæ non cōi cōſenſu,qui debet interuenire ſm antiquos canones. 62. di.c.1.& 63.di.c.quanto.Arch.[Sanctiores.]

Quæſtio. Reſpōdet. ¶Sed hic ſurgit quæſtio.quid ſi forſan forma canonica non fuit ſeruata.Reſpōdeo oīa ſupplentͬ in confirmatione ſm Inn. ſicut & defectus
16 per interlocutoriā.extra de elec.cū dilecti.ad ſi.†Nam & ſententia contra ius litigatoris lata in rem tranſit iudicatam, ſi nō fuerit appellatum.extra de re iud.cū inter.in ſi.ſm Hoſti.qui ita notat extra de accu.præla.Arch.[falſas]quo ad executionē
17 niſi diſpenſetur cū eis.Hu.& Arch.† Et not.ꝙ ſimoniacus in ordine ſuſcepto nō ſolum perdit executionem ordinis ſimoniacæ ſuſcepti,ſed ēt omnium aliorum.ſm Inno.vt no.extra de ſimonia.per tuas.& ſ.nos hoc notauimus.[Nō per oſtiū] hoc ſumptum eſt. Ioan. 10. Ego ſum oſtium.Et qui non intrat per me,fur eſt & latro.[Non per oſtium].i. non canonicè, non per canonicam ordinationem vel electionem,ſed per ſimoniacam prauitatē[vel nō intrant].i.non accedūt ad talem ordinem,

a ¶Simonia eſt. Simōia eſt crimen publicū, & eqparatur crimini læſæ maieſtatis Bal. in l.ſi quemquā. C. de epiſ & cle. gl.in §.per contrariū. inſti de hæredi. quæ ab inte.de ſe.Alex.in l.1.de pub. iudi.

ordinem, vel prælationem. [per ostium]. i. Christum. i. ꝓpter Christũ. [sed tanq̃ fures & latrones] propter lucrum, aut aliqđ
18 commodum t̃pale. vbi no. † ꝙ dupliciter potest dici simoniacus fur. primò respectu eius, cuius bona contractat eo nolente. Secundò respectu pauperum quos bonis ecclesiæ defraudat. vnde cum prælatus vicem Christi obtineat, quando simoniacus prælatus efficitur latro, & sacrilegus, vice Dei in ecclesia fungitur, vt dicit Guili. author libri de vitijs & virtutibus dicit etiam gl. Io. hic super ver. fures videtur ergo cum simoniacus furi comparet, quod cum simoniaco non possit dispensari, nisi renuntiet ordini, aut beneficio malè suscepto. vt. j. si quis neque. & s. cap. erga. & extra. eo. ti. nobis. in fi. quia nec vitium furti purgatur nisi res furtiua reddatur in potestate domini. vt. 14. q. 6. si res aliena.

1 *Pecuniam an aliquis dare possit alicui simoniaco ne de cætero faciat simoniam.*

2 *Pecuniam si aliquis offerat pro me vel promittat, an ego dicar simoniacus. & nu. 3.*

4 *Inimicus meus si dedit pecuniam me ignorante pro promotione mea, an sim dicendus simoniacus.*

5 *Simoniacus an dicatur dans pecuniam si sine pecunia obtenturus erat ordinem vel beneficium.*

6 *Simoniacus an sim dicendus si soluo pecuniam promissam me nesciente.*

7 *Munus ab obsequio indebite impensum est duplex.*



SVnt nonnulli. Ad idẽ sequitur hoc. c. quod est beati Greg. in homilia quarta super euangelium in quo ponit tres species siue modos quibus commmittitur simonia. de quibus in præcedenti capitulo facta est etiam mentio. Et potest diuidi in tres partes. In prima reprehendit quosdam qui in collationibus ordinum aut beneficiorum solum vitabant accipere munus à manu. In secunda ponit tres species muneris. In tertia infert, quod non solum committitur simonia per munus à manu, sed etiam per munus ab obsequio, & à lingua. secunda ibi, vnde bene. tertia ibi, qui ergo sacros ordines. ¶ Quia de istis omnibus satis dictum est & disputatum in c. præce. non est opus alia disputatione circa has species. Verum pro pleniori notitia huius materiæ quæruntur aliqua. Primum est cum Archidiacono. in c. præcedenti. † vtrum aliquis possit dare pecuniam alicui simoniaco ne de cætero faciat simoniam. Ad hoc respondet dominus Hu. cardinalis. ꝙ sic sicut tempore domini Alexandri in quadam ecclesia erat quidam canonicus pessime cõditionis nec poterat eum expellere episcopus, conuentum est inter ipsum & episcopum super certo pretio de præbenda resignanda. Et consultus papa respondit, purga ecclesiam tuam.

Diuisio.

Quod primum. Respõdet. Hugo cardinalis.

1

Secunda q. Respõdet.

2 ¶ Secundum est vtrum † si aliquis per viam ordinationis aut promotionis pecuniam offerat pro me vel preces vel promittat, vtrum ego dicar simoniacus. Respondetur quod non nec mihi obest si à prin. contradixi. vt extra. eo. sicut tuis. §. pe. & extra de homi. Petrus. secus si sciui, & consensi, tunc. n. dicor vt dicit Host. in summa interponere volũtatem turbatam. Et ideo quantumcunq; occultum sit renuntiare teneor, si animã saluare volo memor illius verbi. Nihil prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur vt extra. e. Matth.

Tertia q. 3 ¶ Tertiũ est † vtrum si amicus meus me ignorante dedit pecuniam pro promotione mea, ego dicendus sim simoniacus. *Respõdet.* Respondetur ſm Hosti. ꝙ non sum inde simoniacus, nihilominus teneor renuntiare, vt extra. eo. de simoniacè. & c. nobis.

Quarta q. 4 ¶ Quartum est † vtrum si inimicus meus dederit pecuniam volens vt ex hoc promotio mea iudicaretur simoniaca & sic impediretur. *Respõdet.* Respondet̃ iuxta Ho. quod non committitur simonia quo ad me, nec mihi nocet, ne ille ex dolo reportet quod intendit, vt in c. sicut tuis. & 3. c. nobis. extra. e.

Quinta q. 5 ¶ Quintum est † si aliquis sine pecunia obtentutus erat ordinem, vel beneficium, & tamẽ pecunia data fuit vtrum talis sit simoniacus. *Respõdet.* Respondetur ſm Innoc. ꝙ si alius dedit pecuniam dum tamen ordinatori non est simonia. arg. 1. q. 6. §. vlti. Si autem ipse ordinatus dedit, simoniacus est. ar. 1. q. 2. quam pio. & q. 3. si quis. & q. 6. c. 1. Concor. Vlrichus. & Host.

Sexta quõ. Respõdet. Hostien. 6 ¶ Sextum est † vtrum si pecuniam pro me, me nesciente promissam soluam, sum simoniacus dicendus. Respõdetur ſm. Host. in summa ꝙ simoniacus debeo iudicari, quia in maleficijs ratihabitio retrotrahitur, & mãdato equiparatur sicut notatur extra. e. sicut tuis. In hac tamen simonia ſm Raymũdum episcopus potest dispensare. His habitis exponenda est litera tex. Lege text. ¶ [Sunt nonnulli laudis humanæ] quæ in talibus non est quærenda. vt di. 24. quando. Hu. & Arch. [propheta.] Esaias. secunda pars. ca. 33. vbi sic dicit. qui ambulat in iustitijs, & loquitur, veritatem. qui proijcit auaritiam, & calũniam & excutit manus suas ab oĩ munere &c. Sequitur iste in excelsis habitat. [Ab omni] dicit vt omnia particularia & singularia comprehenderet. ar. di. 19. si Roma. [seruitus] indebite impensa & indebita. Nam si debita sit, & debite impendat̃,
7 non prohibetur. Hu. Nota ꝙ vt dicit Vlrichus † munus ab obsequio indebite impẽsum est duplex, vel quod ſm se est indebitum, & illicitum & inhonestũ, vel quod ex intentione impendentis seruitium est indebitũ. Quodlibet. n. obsequiũ indebite impẽditur, quod pro aliquo spirituali acquisito vel acquirendo impẽditur. Ita ꝙ ly pro, dicat causam principaliter mouentẽ ad hoc. vnde in vtroq; casu est simonia. Dicit̃ ergo. impensa. i. ea, vt aliquid spirituale acquiratur. vel quia est acquisitum. Hu. [In diuinis]. i. in ecclesiasticis vel spiritualibus. Hu. de istis satis disputatum est in præcedenti arti.


Exponit literam.

Vlrichus

1 *Simoniacus dicitur omnis ille qui ductus amore alicui indigno beneficium confert.*

2 *Negotia transformantes vt legi fraudem faciant non excusantur.*

3 *Res acquisita per simoniam dicitur furtiua.*



SI quis nec. Ad idem sequitur hoc aliud. c. eiusdem Grego. in registro, vbi dicit, ꝙ si quis per simoniacã prauitatem ordinem vel dignitatem ecclesiasticam acceperit in æternum peribit, nisi in vita reliquerit & finaliter pęnituerit. Breue est & non diuiditur. Lege tex. ¶ [Si quis pulsatione vocatus] quod debet esse saltẽ pulsatio precum. Licet. n. quis sit valde dignus, tamen non debet se ingerere, sed cũ timore & deliberatione onus sacerdotij subire. vt. j. e. q. 6. sicut is. & s. e. q. non est. & di. 13. nerui. & di. 61. miramur. [iniusto cordis amore]. i. ex nimia cupiditate & am-
1 bitione. † Ex hoc vt dicit gl. collige omnem illum esse simoniacum qui ductus amore alicui indigno beneficium confert. ar. extra de simo. nemo. [sacerdotalem]. i. clericalem generaliter accipitur. vt. j. e. q. nullus episcopus. & s. ea. q. qui per pecuniam. [vel sordibus precibus] à seipso factis. Sicut. n. laus, ita & preces in proprio ore sordescunt. Hug. [Comitatu] pacto vel in hac intentione adhibito. Hu. [manuali]. i. propria manu dato, vel labore propriæ personæ exhibito [fraudulento] per aliũ dato. vel alia occasione exhibito vel promisso. Et est ar. cõtra illos. qui t̃pe suæ ordinationis vel receptionis aliquid dant, quasi pro vtilitate ecclesiæ, & contra illos qui ratione expẽsarum factarum aliqua conferunt, vel petunt, vel recipiunt, hoc
2 multos fecit simoniacos. † Non. n. excusantur qui vt legi fraudem faciant negotia transformant. ar. 14. q. 3. putant. & s. ea. q. statuimus. vbi notantur illi, qui pro chrismate seu pro luminaribus ecclesiæ dicunt se pecuniam petere. Hu. [Non relique-
3 rit] † est. n. res furtiua quæ per simoniã acquiritur. Et ideo nisi restituatur per renuntiationem non agitur pnĩa, sed simulatur vt. 14. q. 6. si res [sponte.] dicit quia si in ordine iudiciario cogeret̃ relinquere, nisi volens dimitteret ei ad salutẽ aĩæ non valeret. vt. 20. q. 3. præsens clericus. Hug. [mors] non valet pęnitentiã ad salutem, nisi in ea quis saltem animo perseueret vsq; in finẽ vitæ. vt de pe. di. 1. §. his authoritatibus. Hu. &c.

Exponit literam.

DE ordinationibus. Ad idẽ est hoc. c. eiusdem Gregorij scribentis Ioanni episcopo vbi prohibet ne pro ordinibus aliquid recipiatur. Breue est & planum. omnia patẽt ex superioribus. Lege textum. ¶ [Discernimus]. i. discernendo districtè interdicimus. Archid.

Exponit literam.

1 *Amittere quod aliquando quis dicatur quod nunquam habuit.*

2 *Simoniaci etiam occulti sunt ipso iure suspensi, non tamen sunt vitandi.*

3 *Simoniaci in beneficio occulti & criminosi licitè celebrant post pœnitentiam.*

4 *Preces carnales pro digno porrectæ non faciunt simoniam.*



QVibusdam. Ad idem est hoc. c. eiusdem Gregorij, vbi ostendit quod nec propter commodum vel præmium temporale nec per gratiam humanam fauoris, nec per preces ordines ecclesiastici sint cõferẽdi sed tm̃ propter bonæ vitæ meritũ. Et assignat ad hoc. 4. rationes ſm quas potest diuidi in quatuor partes, sicut patebit ex-

rebit exponendo literam. vel iuxta gl. potest diuidi in tres partes. In prima Grego. ostendit se dolere quod in illis partibus, nemo promouetur ad sacrum ordinem sine commodi datione. In secunda probat authoritate domini simoniacos ipso iure esse suspensos. In tertia parte prohibet hoc de cætero fieri & statuit pœnam in committentes, secunda ibi scimus quippe. tertia ibi, Ideoque. Lege tex. ¶ [Quibusdam flens dico.] hoc sumptum est ex verbis apostoli Phi. 3. flens dico inimicos crucis Christi. [quia] prima ratio. [ortus occidit] collatus enim ordo per simoniam intus occidit. quia cadit à luce gratiæ. & caret debita executione vt foris stare non possit ad debitum officium exercendum. quia executionem amittit †vbi no. quòd quamuis executionem nunquam habuerit, eam tamen dicitur amittere. ar. ff. vsusfruct. quemadmodum ca. l. 3. §. 1. licet sit arg. contra. ff. de condi. & demon. Titio vsumfructum. de hoc le. & no. 17. di. concilia. & 23. di. quorundam. Archi. [Scimus] secunda ratio. [Ex euangelio] Mat. 21. [per impositionem] Act. 7. imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum, qui nomine columbæ intelligitur. qa sub specie columbæ super Christum baptizatum descendit. Luc. 3. [ceciderunt] .i. cadere meruerunt, vel significatæ sunt debere cadere. Hu. & Arch. s. cum cathedras vel vendentium columbas euertit. hic gl. arguit. †quod ipso iure simoniaci etiã occulti sunt suspensi, non tamẽ vitandi sunt cum probari nõ potest eorum simonia. 6. q. 2. si tantum. & extra de simo. tãta. & s. e. reperiũtur. Hic no. quod dicit Inn. † quod simoniaci in beneficio [a] occulti & criminosi licitè celebrant post penitentiam. quia nec sunt suspensi à iure, nec impediuntur exequi officium suum post pœnitentiam. sed beneficium simoniacè acceptum recipere vel retinere non possunt. extra. e. de regul. Et hoc dicit esse verum in recipientibus aliqua simoniacè. i. ordinem vel beneficium, in dantibus autem aliqua simoniacè seruatur, quod habetur extra. eo. dilectus filius secundum Innoc. qui ita notat extra. e. tanta. Illa autem decretalis accusatum intelligitur quando crimen est notorium. Si verò est occultum, quamuis sit suspensus quo ad se, sicut quilibet criminosus. vt. s. e. q. sacerdotes. non tamen quo ad alios est suspensus. ar. extra de simo. Matthæus. & c. ex tuæ. Archid. [qui videlicet] tertia ratio. [perducitur] .i. promouetur. Archi. [prouectus] .i. promotionis [radice] .i. principio. Arch. [paratior.] vide quod dicit glo. Quod noua testam. & c. [Et vbi est quod scriptum est] Matth. 10. quarta ratio. [Et cum primo] .i. ante alias hæreses post ascensionem Christi. Hug. de hoc legitur & notatur. s. eo. cũ liqueat. & c. fertur. Archi. [vt hæreticus fiat] consecutiuè intelligitur vt suprà. eo. benedictio. & c. quisquis Hug. & Archi. quomodo autem hoc sit verum supra. ibi disputauimus. [ideoque] tertia pars. secundum aliam diuisionem [gratia alicuius] humani fauoris. 23. distin. quando. Hug. [supplicatione] carnali. Hugu. [nisi] id est, sed. sic ponitur. 38. dist. sedulo. & de pe. di. 1. sicut primi. Hug. & Archid. secundũ glo. est hic ar. †Carnales preces pro digno porrectas non facere simoniam. Secus in pecunia aut in obsequio. vide quod dicit glo. quia nos iam. s. e. q. circa. ca. ordinationes. de hoc assignauimus rationem.

Margin notes: Exponit literam. / 1 / 2 / [a] ¶ In beneficio. Nam cum in ordine etiam peractã pœnitentiam Pe. de Ancha. in c. tanta. nu. 2. de simo. / 3 / 4

1 *Magistratum petens apud laicos ambitione punitur lege Iulia pœna centum aureorum.*

2 *Gradus altior grauius facit peccatum.*



VLlus. Ad idem sequitur hoc. capi. quod est Symmachi papæ. Et diuidit in duas partes. In prima statuit, vt nullus per ambitionem permittatur accedere ad honorem ecclesiasticum. In secunda assignat rationem propter quam hoc sit reprehensibile in clericis. secunda ibi. Nam cum hoc lege. ¶ [Nullus per ambitum] id est, ambitionem, & cupiditatem. talis enim repellendus est. di. 61. miramur. & j. eo. q. 6. sicut is. Hug. sicut. s. eo. si quis Archidi. [Ad episcopalem] vel alium honorem ecclesiasticum dicente Apostolo ad Heb. 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatus est à Deo, tanquam Aaron. vnde filij chore sacerdotium ambientes tanquam indigni sunt repulsi & graui morte à Deo puniti. Num. 16. [Nam] secũda pars. [Excessus] ambitionis] in laicali culpetur] & puniatur. †quia apud laicos si magistratum ambitione poterit, lege Iulia punitur pœna centum aureorum, & efficitur infamis. ff. ad. l. Iul. de Ambitu. l. 1. & j. q. 7. sancimus. gl [In religiosis.] quo nomine comprehenduntur omnes clerici. Hug. & est ar. †quod gradus altior grauius facit peccatum. vt. 8. q. 1. illud quod. & 11. q. 3. præcipuè. Hu. & gl. [Opprobrium.] s. culpæ & pœnæ. quia efficitur infamis.

Margin notes: Diuisio. / Exponit literam. / 1 / 2

1 *Sublimari non debent aliqui in ecclesia potentia aut precibus, sed tantum scientia & bonis moribus.*

2 *Grauitas est à quinquagesimo anno vsque ad sexagesimum.*



EStote. Ad idem est hoc. capi. quod est beati Gregorij in registro. vbi beatus Gregorius solicitus vt bonæ ordinationes fiant in ecclesia instruit prælatos. de. 4. circa ordinationes fiendas, Primò instruit circa ætatem, vt prouectiores ad sacros ordines admittantur. secundo circa vitam, vt mundi opere. tertio vt circa ordinandos discussio & examinatio debita præcedat. quarto vt nõ moueantur ad aliquos ordinandos potentia aut supplicatione quantumcunque personarum sed sciẽtia & morum honestate. Lege tex. ¶ [Estote. ad sacros] strictè accipitur hic [prius. n. vitam] quia non sufficit fides sine bona vita. vt. s. ead. fertur. in princip. [Non vobis potentia]. j. eod. q. 6. c. 1. & di. 4. c. multi. †Nõ. n. debent in ecclesia sublimari aliqui potentia aut precibus, sed tantum scientia, & bonis moribus. Nam Deus non multos potentes nec nobiles elegit sed infirma mundi, vt dicit Apostolus. 1. ad Cor. 1. nec ad preces matris filiorum Zebedei contulit, vt vnus sedere à dextris, & alter à sinistris in sede ecclesiæ. sed hos vult sedere in eius quibus paratum est à patre per vitæ sanctitatem, & doctrinæ claritatem [supplicatio] facta pro indigno. vel quæ sit principalis causa ordinationis. s. vt magis expectetur precum affectio, quam ordinandi religio. Hug. extra de æta. & quali. tuam. Archid. graues. s. 24. di. quando. gl. †grauitas est à quinquagesimo anno vsque ad sexagesimum vt notat Hu. 77. dist. in singulis. & inde dicitur senectus [adhibete.] quod debet fieri in examinatione & ordinatione clericorum, & in alienatione rerum & in multis alijs vt di. 24. quando episcopus. & 12. q. 2. sine exceptione. Hugu. [pensate] dist. 84. c. 1. Archid.

Margin notes: Exponit literam. / 1 / 2

1 *Deus dicitur offendi in simonia multipliciter.*



VEri. Ad idem sequitur hoc. cap. eiusdem Gregorij in registro, in quo statuit ne pueri ad sacros ordines promoueantur, & quod nec fauore aut venalitate ad sacros ordines, quis promoueatur. Et potest diuidi in duas partes. In prima statuit quod dictum est. In secunda assignat rationẽ quia in talibus simoniacis promotionibus Deus offenditur. Pro pleniori intelligentia huius. cap. duo venirent quærenda. primum est vtrum pueri si ordinentur reciperent sacrorum ordinum characterem. secũdum est de rationibus propter quas in simonia dicitur Deus offendi. primum expediuimus dist. 76. in c. subdiaconus. vbi disputauimus hanc quæstionem. †Circa secundum no. quod in simonia Deus. 12. offensis offenditur prout trahitur ex summa de vitijs, titulo de simonia. Prima est, quia simoniacus quantum in se est Deum vendit, quia vendit gratiam spiritus sancti. vnde super illud Io. 12. his qui columbas vendebãt & c. dicit gl. spiritus sanctus in columba apparuit. vnde per columbam spiritus accipitur, quem simoniaci vendunt. Item Greg. paulo ante. e. q. in c. quibusdam. dicit. columbas vendere, est de spiritu sancto quẽ omnipotens cõsubstãtialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. idem. j. e. q. 3. saluator. ¶ Secunda offensa est. quia simoniacus Deum venditorem & dona sua pecunia aut pretio temporali venalia existimat. vnde Petrus dixit Simoni mago. quia existimasti donum Dei pecunia possideri. vnde dominus Ioan. 2. Nolite facere domum patris domũ negotiationis. & j. eo. q. 3. saluator. ¶ Tertia offensa est quod donum Dei contemnit qui dona Dei pretiosissima temporalibus commodis nullius, quasi æstimationis vendere aut emere contendit. ¶ Quarta offensa est, quia simoniacus aufert à deo ostium ecclesiæ cum per violentiã siue contra volũtatem Dei per aliud ostium quam per Christũ præsumit ecclesiã intrare. s. e. ordinationes. ¶ Quinta offensa est quia simoniacus procurat vt ecclesia quæ sponsa Dei est, aliunde grauida sit, q̃ à sponso suo. Ecclesia. n. de spiritu sancto solo concipere deberet, sed simonia facit vt ipsa concipiat de spiritu maligno. ¶ Sexta offensa est, q simonia facit Deum nutrire filios adulterinos. ¶ Septima est q simonia filios exhæredat à patrimonio suo. s. Christi, & filios suos diaboli ibi hæredes constituit. ¶ Octaua offensa est. q simoniacus celebrãs pro pecunia, videtur Deũ idolo offerre siue im-

Margin notes: Diuisio. / 1 / Quæstio. / Prima offensa. / Secunda offensa. / Tertia. / Quarta. / Quinta. / Sexta. / Septima. / Octaua.

 molare,

Nona. molare, cum pro pecunia celebrat. ¶ Nona offensa est, quod simonia nulli loco nulli personæ defert. alia peccata sanctitati locorum deferunt. Nullus. n. fornicatur in ecclesia vel iuxta altare, sed ipsa simonia altaria inuadit. vnde Hie. 17. dicitur peccatum Iuda scriptum esse in cornibus ararum: per peccatum Iudę intelligitur peccatum clericorum, qui deberent vacare confessioni diuinæ laudis. ¶ Decima offensa est quod eisdem vtitur simoniacus ad hominũ inquinationem quæ Christus, instituit ad eorum sanctificationem. ¶ Vndecima offensa est quia simonia fures. & sacrilegos facit obtinere locum vicem Dei in ecclesia, simoniacus latro est. vnde Io. 10. qui nõ intrat per ostium in ouile ouium, sed ascẽdit aliunde, fur est & latro. s. e. & ordinationes. & Mat. 21. fecistis eam spelũcam latronũ. ¶ Duodecima offensa est. q simonia ecclesiam iumentis, & reptilibus replet: suffodit. n. murum ecclesiæ. s. prælatum præcipuè si terrenus sit. suffosso. n. muro ecclesiæ, i. corrupto p simoniam intrat multitudo iumentorum & reptilium. iuxta illud. Eze. 10. ingredere & vide abominationes pessimas. Et ingressus vidi. Et ecce similitudo reptilium & animaliũ abominatio. Cum. n. aliquis luxuriosus in ecclesia beneficiat, porcus tunc in ecclesiam ingreditur. Cum aliquis amans lites & rixas canis in ecclesiam ingreditur. Bene ergo dicit Gregorius in tex. præsentis. c. q procul dubio Deus offenditur si ad sacros ordines. &c. Lege. ¶ [Pueri] nec etiam adolescentes. vt di. 60. innouamus. & di. 23. quando. & di. 77. per totum. & dis. 78. qd est. Hug. [Ad sacros] strictè accipitur. s. ad subdiaconatum, ad diaconatum, & presbyteratum, si tñ ordinantur recipiunt ordines etiam septemnes, vel minores, dum tamen sint baptizati, vt dicit Hu. & nos ita diffiniuimus. s. di. 77. sed de episcopatu non fuimus nec sumus opinionis ipsius Hug. imo ipse in hoc nõ bene dicit, vt ostendimus supra loco iam dicto, vbi disputauimus istam materiam satis copiosè. Et de his quæ tangunt hic in gl. ibi vide. De istis potes notare quid Inn. & Hos. dicunt extra de æta. & quali. §. cui & in summa sua. Gof. e. ti. §. sed quærit. Arc. ne tanto periculosius vt di. 48. sicut. Hug. [Nã procul dubio] secunda pars. iam de hoc satis dictum est.

Decima. Vndecima. Duodecia. Exponit literam. CõtraHu.

1 *Papa potest committere simoniam in generali sicut quicunque alius inferior prælatus.*
3 *Papa non potest committere simoniam, quo ad pœnam iuris positiui.*
4 *Pœnas iuris canonici non incurrit papa, nec ille qui ab eo emit beneficium vel ordinem.*
7 *Simonia dicta est à Simone mago.*
8 *Beneficium datur propter officiũ ad sustentationem ministri.*
9 *Instituere quid dicatur.*
10 *Papa sæpe ad preces clericorum, & etiam laicorum ordinat, dispensat, confert, & tolerat aliqua, & permittit.*



Atorem. Inducit hoc. cap. quod est beati Gregorij in registro, magister Gratianus contra ea quæ dicta sunt de precibus. In quo habetur qualiter ad preces vnius episcopi Papa Gregorius quendam ordinauit in acolytum. Breue est. Sed pro pleniori intelligentia huius. c. imo totius materiæ, quia hic fit mentio quomodo papa ad preces vnius episcopi contulit ordinem acolytatus cuidã, & vt tangitur in gl. huius. c. sæpe papa ad intercessionem clericorum, & laicorum ordinat dispensat vel cõfert beneficia vel tolerat. quæruntur hic tria.

2 ¶ Primum est, vtrum papa possit committere simoniam.
5 ¶ Secundum est, vtrum distinctio assignata à iuristis dicentibus, quædam esse simoniaca de se quædam solum ex iuris prohibitione sit bona & conueniens.
6 ¶ Tertium est, vtrum papa vendens canonicatum committat simoniam.

Primũ ar. 1 **Ad primum.** sic proceditur. † Et videtur qđ papa non possit committere simoniã. Primò sic. Statuta canonum non ligant papam, sicut nec leges imperatorem. patet hoc. ff. de leg. l. princeps. & 9. q. 3. cuncta per mundum. ergo videtur q papa non possit committere simoniam in quibuscunque prohibitis per canones. ¶ Secũdò sic. Iacob non commisit simoniam emẽdo hoc, quod sibi ex concessione debebatur, sed potius Esau quia hoc alio modo dare voluit. ergo cum omnia sint credita domino [papæ] quæ sunt ecclesiarum, videtur q ipse non committat simoniã accipiendo à personis ecclesiasticis pro spiritualibus cum sibi aliàs darent. ¶ Tertiò. nulla persona habet ius in bonis ecclesiasticis, nisi per iurisdictionem domini papæ. ergo sicut ipsa persona ecclesiastica accipit ex iurisdictione papæ, ita papa potest accipere. ¶ In oppositum est quod simonia dicta est simonia à cõtractu, quem voluit facere Simõ cum Petro papa apostolorũ. ergo multo magis cum alijs papis potest committi simonia. ¶ Secũdò sic, iuxta Albertum magnum. iuuans ad peccatum mortale & non impediens cum possit impedire peccat pari peccato cum faciente, vt dicunt sancti. sed papa scit subditum posse committere simoniam, ergo si non prohibet non recipiendo quod offert, & concedendo quod petit ipse pari peccato peccat. ergo simoniacus efficitur. ¶ Respondeo dicendum sub certis cõclusionibus. prima est, † q papa potest committere simoniã in generali sicut quicunq; alius inferior prælatus. quo ad culpam & grauius peccat. Ista cõclusio est sancti Th. in 2. 2. q. c. ar. 1. dicit sic. papa potest incurrere vitiũ simoniæ sicut & quilibet alius homo. Peccatum. n. tanto in aliqua persona est grauius quanto maiorem obtinet locum. Quãuis ergo res ecclesiæ sint eius vt principalis dispensatoris, non tñ sunt eius vt domini & possessoris. Et ideo si reciperet pro aliqua re spirituali pecuniam ex redditibus alicuius ecclesiæ non caret vitio simoniæ. Et similiter etiam posset simoniam committere recipiẽdo pecuniam ab aliquo laico, non de bonis ecclesiæ. Ista conclusio est eiusdem sancti doctoris. in 4. dist. 25. vbi ita dicit. Opinio illa erronea est, videlicet quæ dicit q papa nõ potest committere simoniam. Si. n. papa pro aliquo spirituali munus acciperet, simoniam cõmitteret, sicut & alius homo. quia in ipso Petro cui Papa succedit simoniæ vitium damnatione inchoauit in nouo testamento. Hæc ille. Ista etiã conclusio est. Alberti magni. in 4. di. 25. vbi respondendo quęstioni. Ita dicit. In veritate bene puto. quod papa bene potest committere simoniam, nec videtur mihi hoc dubium quãdo vendit spirituale: hæc ille. Ista conclusio etiam est domini Vlrichi in summa sua vbi dicut sic. dicunt quidam papam non posse committere simoniam cum quacunque persona ecclesiastica, quia nihil lucratur, cum omnes res ecclesiarũ sint suæ. sed stultum est hoc dicere. cum origo ipsius hæresis fuerit in voluntate ineundi pactum cum primo papa. i. cum Petro. etiã tunc temporis quando omnibus fidelibus omnia erant communia, nec res ecclesiarum sunt papæ, nisi sicut ẜm leges omnia sunt principis. s. ad gubernandum, non ad possidẽdum. Et si etiam secundo modo sint suæ, tñ esset simonia. quia nõ possidet eas actu, sed sibi debent cũ voluerit accipere. Et qui debitori suo daret aliquod spũale vt recuperaret quod suũ est, simoniam committeret. Idem est ergo in proposito. Hæc Vlrichus præfata conclusio est etiam domini Durandi. & domini Petri de palude. in 4. di. 25. Quæ conclusio iuxta Durandum. sic probatur. Primò præsupponitur quod omne peccatum sit deuiatio ab aliqua lege naturali, diuina, vel humana rectè posita. vnde Amb. dicit q peccatum est dictum vel factũ vel concupitum contra legem. Quæcũq; autem lex loquitur his, qui sub lege sunt vt dicitur ad Ro. 3. Ex quo potest sic argui. Omnis homo faciens contra legem cui subiectus est, peccat, sed omnis homo vendens spirituale pro temporali peccat contra legem naturalem, & diuinam cui omnes subiecti sunt tam papa quam alij. ergo talis peccat, & non nisi peccato simonię. ergo &c. maior & minor patent. consequentia est formalis. Secunda conclusio iuxta eundem dominum Durandum & dominum Petrum de palude est ista. † Quod papa non potest committere simoniam quo ad pœnam iuris positiui. probat conclusio, quia sicut argutum est in principio, sicut leges nõ ligant imperatorẽ, ita nec canones papam, sed potius leges habent vim ex imperatore, & canones ex authoritate papę, propter quod papa non ligatur statutis papæ, vt incurrat pœnam à canone taxatam. vnde nec suspensionem nec huiusmodi pęnas iuris sui tenet, sicut si percutiat clericum excõmunicatus non est. quia princeps solutus est legibus. ff. de leg. l. princeps. ¶ Tertia conclusio iuxta dictos doctores est. † quod nõ solũ papa sed etiam nec ille qui à papa emeret beneficium vel ordinem pœnas iuris canonici incurreret. patet conclusio. quoniã sicut papa posset dispẽsare in pœnis iam incursis, ita quod nõ incurrantur sicut posset dare priuilegium alicui, q percutiendo clericum non esset ex eo excommunicatus, licet non libenter faceret. Quando autem dat aliquod spirituale alicui pro pecunia videtur dispensare quòd liceat retinere, sicut quando scienter dat irregulari eo ipso dispensat cum eo. vnde qui habuit beneficium per simoniam in curia si habet conscientiam quod emanauerit ex conscientia papæ conferentis pœnitẽdo de peccato non tenetur renũtiare sed potest retinere. hęc do minus

Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponi: cõtrarium Secũda op. Respõdet. Prima cõclusio. S. Thom. Albertus. magnus. Vlrichus. Durandus Petrus de palude. Secũda cõclusio. Tertia cõclusio.

Ad primũ argu. minus Pet. de palude. ¶ His habitis ad rationes in principio dicendum est. Ad primam negatur consequentia, si loquamur quo ad culpam. Et ratio est, quia facere contra prohibitiones tales canonum in multis est peccare contra legem naturæ & legẽ diuinã, quibus papa est subiectus. Si vero loquamur quo ad pœnam taxatam per canones, bene cõceditur sicut iam diximus, ꝙ illas non incurrit. ¶ Ad secundam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est iuxta dominũ Albe. in 4. q̃a non est simile. quia ius primogenituræ datum fuit à domino ipsi Iacob. Et ideo redemptio fuit potius vexationis quod ipse fecit, quam contractus emptionis. sed bona ecclesiarũ non sunt data à prælatis ad possidendum, sed ad defendendum ad vsus aliorum. s. pauperum. vnde non potest papa vendere, vel emere vel etiam dare cui vult pro libito suo. sed ad necessitates ecclesiæ vel vsus pauperum vel personarum ecclesiæ sunt expendendę. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est ₰m Alber. vbi supra. quoniam licet verũ sit quòd nullus habeat ius in ecclesijs, nisi per papam, tamen non puto ꝙ sit ex eo ꝙ sint sua, aut conferat vt sua. licet ei collatũ sit patrocinium defensionis, sicut etiam legislator dicit. quod omnia sunt imperatoris ad defensionem & tuitionem. Sicut .n. dicit Basilius & Aristoteles dixerat ante eum, tyrannus est qui omnia retorquet in vsus proprios, & non quærit vtilitatẽ subditorum. Et hoc de primo quæsito satis dictum sufficit.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

5 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur ꝙ distinctio assignata à iuristis, in qua dicunt quòd aliquid potest esse simoniacum dupliciter. vno modo de se. Et ideo prohibetur de iure. Alio modo ex sola prohibitione iuris de se sunt simoniaca, quæ prohibentur vẽdi in nouo vel veteri testamento, vt sunt sacramenta. Cætera verò sunt simoniaca, quia ꝓhibita. quæ distinctio habetur extra. de offi. iudi. de leg. c. ex parte. in gl. ordi. Quæ diuisio, quod non sit conueniens nec vera argumentis domini Durandi. in 4. di. 25. sic probatur. Primò sic. Circa illud quod non est de se malum nisi quia prohibitum non contingit peccare, nisi peccato simplicis inobedientiæ. quia de talibus tota ratio peccati est ex transgressione prohibitionis. ergo videtur ꝙ nulla sunt simoniaca nisi sint ex sua natura talia. quia ex prohibitione iuris non possunt esse nisi in sola inobedientia. ¶ Secundò sic. Simonia est venditio rei spiritualis pro temporali, sed prohibitio iuris non mutat naturas rerum, vt de temporali faciat spirituale aut econuerso. ergo vbi non est simonia ex natura rei non potest esse ex prohibitione iuris. ¶ Tertiò per exemplũ sic. quia comedere pluries in die non est de se illicitum, sed ex prohibitione iuris quo ad dies ieiuniorũ, sed non peccat tũc comedens pluries in die, nisi peccato solius inobedientiæ. ergo &c. ¶ Quartò sic. Mentiri iocose est peccatum veniale. si autem additur præceptum prælati ne quis mentiatur tũc mẽtiendo non additur mendacio simplici, nisi peccatum solius, inobedientiæ, & sic est in omnibus quia prohibitio hominis, vel iuris non addit nisi peccatum simplicis inobediẽtiæ. ¶ In oppositũ est authoritas multorum doctorum iuristarum, & theologorum. Iuristarum quidem, vt Ray. & Gof. in summis suis. & Ber. in gl. ordi. de off. dele. ex parte. ponit eam. Itẽ idem ponit eam extra de pac. cum pridem. in gl. super ver. illicitę pactionis. & de iureiur. & si Christus. in quadam gl. Ad idem est Io. in glo. decreti. in c. saluator. 1. q. 3. super ver. iudicio. Hanc quæstionem communiter scribentes in iure canonico & famosiores Inn. Host. Henricus Boyc. Io. in summa de casibus. Bernar. Pisanus in summa & plures alij. Theologi vero quos nos vidimus sunt Alex. de halis in secundo. Pet. de Tharentasia. in 4. Vlrichus in summa sua. Pe. de palude. in 4. quos ita faciliter damnare est valde durum, cum multi eorum fuerint tã in iure diuino, quam canonico illuminatissimi. ¶ Respõdeo ergo. dicendum quod distinctio illa iuristarum bene intellecta est conueniens, & vera. quod potest ostendi in triplici via. vna est iuxta Durandum in 4. di. 25. vbi postquam improbauerat prædictam distinctionem, dicit sic. Quia tamen prædicta distinctio ponitur in iure ne videatur totaliter reprobari dictum iuristarum potest sic exponi, quod illud quod non est simoniacum de se est simoniacum ex prohibitione, non quidẽ quo ad culpam, quia illud vt inquit non potest esse culpa simoniæ, sed inobedientiæ, vt dictum est. sed quo ad pœnã quia faciens contra talem prohibitionem iuris simili pœna punitur ac si esset verè simoniacus. Contingit autem quandoq; quod illa peccata simili nomine censentur quæ simili pœna puniuntur: hæc ille. ¶ Secunda via sustinendi distinctionem præfatã est, quod illa quę ex prohibitione iuris dicuntur simoniaca dicantur simoniaca nõ propriè sed similitudinariè, quemadmodum simonia dicitur hæresis. 's. e. q. per multa. c. vt in c. presbyter. & in c. quisquis. & in c. qui studet. quæ vt in ca. presbyter. explanauimus, non est hæresis propriè dicta, sed per quãdam similitudinem. quia simoniacus talia operatur ac si æstimaret dona spiritus sancti posse pecunia possideri. ¶ Tertia via est quæ videtur magis esse ad propositum, quod verè ex constitutione aut prohibitione potest aliquid dici, & esse simoniacum, quod ante prohibitionem non erat non modo quo ad pœnam, sed etiam quo ad culpam. patet hoc, quoniã vt dicit Pe. de palude. Non omne prohibitum emi vel vendi ex hoc fit simoniacum, sicut res ecclesiæ prohibentur vendi, nec propter hoc earum vẽditio est simoniaca, nec positiua nec diuina. sed illa quæ prohibentur vendi vel emi à iure. quia iuris reputatione & ordinatione pro sacris & spiritualibus haberi debuit, quæ de iure diuino non erant illa dicuntur simoniaca, quia ꝓhibita, & sunt simoniaca non solum quo ad pœnam, sed etiã quo ad culpam. hæc dominus Pe. de palude. Quæ autem sunt huiusmodi in principio huius quæstionis notauim⁹ iuxta dominum Vlrichum. Nos verò inducemus vnũ exemplum qđ videtur satisfacere multum proposito & respondere fortioribus rationibus inductis in contrarium. Clarum est, quòd ordinatione ecclesiæ potest nunc prohiberi aliquis gradus consanguinitatis, qui ante non est prohibitus. manifestum est qđ hoc dato qui copularetur carnaliter cum consanguinea in gradu nouiter prohibito non modo peccaret peccato luxuriæ, & peccato inobedientiæ, sed etiam peccato incestus. qui dicitur consanguineorum vel affinium abusus. quod non faceret ante prohibitionem. vnde Ho. dicit in summa, ꝙ incestus modo non committitur in hoc gradu, & sic deinceps. Et S. Tho. videtur dicere in 4. ꝙ incestus sit abusus consanguinearũ affinium quæ vxores simpliciter esse non possunt. Et hoc nimirũ potest facere ecclesia videlicet ꝙ carnalis copula sit licita vel illicita secundum diuersa tempora in diuersis gradibus cõsanguinitatis. quia vt dicit S. Tho. sicut & officia humana determinantur legibus humanis, ita cõtractus & officia spiritualia lege ecclesiæ. hæc ille. Et ad idem propositũ dicit in 2. 2. q. 154. ar. 10. Aliæ personæ quæ non coniunguntur secundum seipsas, sed per ordines ad parentes non habent ex seipsis indecentiam sed variantur circa decentiam vel indecentiam secũdum consuetudinem & legem humanam vel diuinam. Non est ergo mirum, quod in officijs ecclesiasticis ex prohibitione iuris fiat aliqua mutatio, vt quod non erat simoniacum sit sicut quod ex prohibitione iuris fiat aliqua species peccati, quæ nõ esset non facta prohibitione. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur primo iuxta Petrum de palude. in 4. negando assumptum. dicit. n. quod bene constituit transgressio illa aliud peccatum, quam inobediẽtiæ, quia in omni virtute medium coniecturatur rem non solum ex his, quæ per se incidunt, sed etiam quæ per accidẽs. vnde homo quando comedit cibum vetitum non tantum fuit ibi peccatum inobedientiæ, sed etiam Gule. potest etiam secundo responderi per ea quæ diximus filium esse assumptũ, sicut patet de eo qui copularetur nunc cum aliqua consanguinea in quinto gradu si ecclesia prohibuisset. Clarum. n. est, quod in prædicto casu copulari matrimonialiter cum consanguinea in quinto gradu non fuisset malum, nisi quia prohibitum. & tamen non solum fuisset peccatum inobedientiæ, sed etiam peccatum incestus ¶ Ad secundam respondetur iuxta dominum Petrum de palude, quod licet prohibitio iuris nõ mutet naturas rerum, mutat tamen ₰m rationem, quia aliqua dicuntur spiritualia ex sola iuris vel hominis ordinatione, sicut omnia quæ ex consecratione ecclesiastica dicuntur sacra vt calices & talia. Quicquid autem non habet sanctitatem vel spiritualitatem, nisi ex statuto ecclesiæ potest per papam fieri non sanctum vel spirituale, & sic sine simonia poterit emi vel vendi amota illa spiritualitate. hæc ille. Potest etiam responderi breuius, quod licet prohibitio iuris nõ mutet naturas rerũ, facit tamen quandoq; speciem nouam in actu peccati sicut patet ex dictis. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominum Petrum negando minorem, imo dicimus, ꝙ comedẽdo pluries in die non solum peccat peccato inobedientiæ, sed etiam peccato intemperantiæ, siue gulæ, quia sobrietas attendit mediũ non solum pensatis circunstantijs, quæ sæpe concurrunt, sed etiam quæ pro tunc accidunt quando agendũ est. ¶ Ad quartam respondetur iuxta præfatum doctorem negando minorem. dicit. n. quòd n mendacio iocoso præcepto addito non solum est peccatum inobediẽtiæ, sed etiam peccatum linguę

Aliquando

Marginalia: Durandus. Primũ ar. — secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit i cõtrarium — Respũdet. — Durãdus. — Petrus de palude Vlrichus — Hostien. S. Thom — Ad primũ argu. Petrus de palude. — Ad secũdũ — Ad tertiũ. — Ad quartũ

Aliquando.n.est duplex deformitas in peccato, sed vna nõ est nisi alia supposita, sicut accipere rem alienã in ecclesia est duplex peccatum.s.furti,& sacrilegij. & tamen nisi fuisset furtũ non esset sacrilegium, quia accipere rem suam in ecclesia nullum est peccatum, si sit prohibitum non solum est peccatum inobedientiæ sed etiam linguæ. licet non sit linguæ nisi præsupposita inobedientia.

6 Ad tertium. Sic proceditur.†Et videtur quòd papa non possit committere simoniam vendendo canonicatum vel simplex beneficium. Primò sic. Non minus est dominus papa in spiritualibus, quam imperator in temporalibus. imo plus vt videtur. sed quia omnia sunt principis, ipse non potest committere simoniam laicalem, quę pu nitur per legem Iuliam ambitus, vbi dicitur quod lex Iulia & ambitus cessant in vrbe.ff.ad.l.Iul.ambitus.l.vna. quia.s.dignitates vrbis conferuntur per principem. ergo nec papa cõmittit simoniam conferendo beneficia ecclesiastica. ¶ Secundò sic. Illud quod non est simoniacũ de se sed solum ex iuris prohibitione non ligat papam nec inferiores, cum quibus papa dispensat, sed conferre simplicem canonicatum cui non est annexa cura animarum nec sacer ordo, non est de se simoniacũ, sed solum ex iuris prohibitione ergo &c. Maior patet, quia statuta canonica non ligant papam, nec illum cum quo papa dispensat sicut nec leges imperatorem, probatur hoc.ff. de legi. l.princeps.& 9.q.3.cuncta per mundum: minor patet per Ho. qui dicit hoc expresse extra de simo.super.c.vlt. Et probatur per rationem sic. quia non videtur quod aliquid sit de se simoniacum, nisi emptio vel venditio sacramentorum vt patet per illud quod legitur Actu.8. vnde radix simoniæ processisse videtur.

7 †Simon.n.a quo simonia dicta est pro pecunia voluit emere gratiam conferendi spiritum sanctum, quem videbat visibiliter dari in sacramento confirmationis per impositionem manuum apostolorũ, sed in simplici canonicatu vel beneficio siue cura nulla est obligatio ad susceptionem vel ad ministrationem sacramenti. ergo emere vel vendere tale beneficium non est de se simoniacum. ¶ Tertiò sic. quando spirituale & corporale sunt annexa, licitum est ex venditione tẽporalis transferri spirituale si non augeatur pretium, vt patet de iure patronatus.ca.cum seculũ. sed in simplici canonicatu sunt annexa spiritualia cum temporalibus.s. officium cũ præbenda. ergo cum præbenda posset vendi, videtur quod cũ ea posset transire canonicatus licitè, dummodo non vendatur plus præbenda propter canonicatum. ¶ Quarta ratio. Nõ minus spiritualia sunt antecedentia ad sacramenta quam sequentia. sed antecedentia ad sacramenta vt vasa sacra possunt licitè vendi, dummodo non plus vendantur ratione cõsecrationis. vt patet. ergo quodcunque beneficium ecclesiasticum cum sit consequens ad sacramentum, vel natum sequi potest licitè vẽdi, dummodo non plus vendatur ratione spiritualitatis. Et cõfirmatur. quia pure spirituale nullo modo licitum est vẽdere, temporale vero omnino potest vendi. ergo quod est partim temporale & partim spirituale vt canonicatus cum præbenda potest vendi. ¶ Quintò sic. Illa quæ non fuerunt instituta tẽpore apostolorum non videtur quod eorum venditio sit prohibita, nisi iuris tantum prohibitione, sed tituli beneficiorum ecclesiasticorum (vt decanatus Archipresbyteratus &c.) non fuerunt tempore apostolorum, sed videntur institutione humana fuisse inducta. ergo talium venditio non videtur esse ꝓhibita, nisi iuris prohibitione. ¶ In oppositum arguitur ex illo Mat.21.& Io.2. vbi dominus eiecit vendẽtes columbas, & mensas numulariorum de templo. vbi vt dicit canon ex multis.1.q.3. sicut per columbarum venditores illi denotãtur qui sacramenta manus impositionem vendere conantur, sic per numularios ecclesiastici beneficij venditores designãtur, qui domum Dei teste euangelio, speluncam latronum efficiunt. ſm quæ verba canonis manifeste apparet, ꝙ vendere beneficium ecclesiasticum sit prohibitum lege diuina. & per consequens patet quod hoc non possit papæ licere. ¶ Respõdeo dicendum quod hic est duplex modus dicendi. vnus est qui dictus est, videlicet quod Papa possit vendere canonicatum, vel simplex beneficium cui non est annexa cura animarum, imo aliqui extendunt plus opinionem istam ad omnes titulos beneficiorum ecclesiasticorum dicentes talia iure positiuo inducta esse. & ideo venditio talium est solum ex iuris prohibitione, & per consequens vt dicit Bernar. in c.cum pridem. extra de pac. quod excusat authoritas papæ, qui habet dispensare in talibus. Pro ista opinione (si opinio & non error dicenda sit) sunt rationes supra positæ. Est alia opinio dicentium quod papa non possit vẽdere beneficium ecclesiasticum sine peccato & graui offensa Dei. pro qua opinione sunt rationes quæ sequuntur iuxta dominum Durandum & Petrum de palude. ¶ Prima est. Maior spiritualitas est authoritas officiãdi ecclesiam, quam authoritas docendi quamcunq; humanam scientiam, sed authoritas siue licentia docendi non potest sine peccato vendi. vt extra. de magistris, & ne pro licentia aliquid exigatur. quasi per totum. ergo fortiori ratione authoritas officiãdi ecclesiam. ergo &c. ¶ Secunda est, venditio beneficij est ꝓhibita iure diuino in euangelio. Mat.10. non quidem in se, sed in suo simili. Non.n. minus spirituale est authoritas eligendi episcopum, & officiandi ecclesiam, quam authoritas prædicãdi. sed in simplici canonicatu est authoritas eligendi episcopum & officiandi ecclesiam. Dum ergo prædicatio prohibeatur vendi. ergo & authoritas eligendi episcopum, & officiãdi ecclesiam, quæ est in simplici canonicatu. ¶ Tertia ratio. Cõferre canonicatum pro pecunia est peccatum simoniæ siue simoniacum de se, & non solum ex iuris prohibitione, ergo papa non potest. consequentia patet. Antecedens probatur sic. In simplici canonicatu sunt duo.s. officium ad quod aliquis mancipatur, & beneficium temporale, quod inde percipitur.

8 †beneficium.n.datur propter officium ad sustẽtationem ministri. Illud autem beneficium non est aliud quam quoddam emolumẽtum temporale à fundatoribus ecclesiarum, & alijs deuotis personis, loco, & officio pro sustentatione ministri, qui debet in loco officiare. instituere autem ministrum pro tali officio & pro tali loco pertinet ad prælatum cuius est iudicare de idoneitate ministri sed quod institutus recipiat beneficium non est ex dono prælati, qui nihil iuris habet in beneficio, quo ad hoc sed ex dono fundatoris, qui tale beneficium dedit ministro in tali loco, & in tali officio. & hoc satis innuitur in auth. de sanctis. episc. §. si quis oratorium &c. coll.9. vbi expresse dicitur. quod fundatores ecclesiarum debent expen. ministrare clericis, sed clerici debent institui per episcopum, & instituti debent obseruare.i. seruire suis ecclesijs, & adimplere ministerium ecclesiasticũ. Ex quo sic arguitur. dare spirituale pro temporali est simoniacum, & cõtra ius naturale & diuinum, vt patet ex præcedenti quæstione. sed vendere canonicatum est dare spirituale pro temporali. ergo est de se simoniacum, & contra ius naturale & diuinum. & sic nullus prælatus nec etiam papa potest excusari à peccato. ergo &c. minor patet ex dictis, quia prælatus non dat aliquod beneficium, nisi quia instituit ministrum loco & officio. institutio autem ministri ad diuinum officium est pure spirituale, prout nunc loquimur de spirituali quod de iure vendi non potest ergo &c. ¶ Quartò potest argui contra eos qui dicunt, quod papa non recipit pecuniam pro beneficijs, sed pro fructibus sic. Si hoc esset verum, quod papa non conferret nisi fructus, tũc omnis cui papa confert beneficium nõ habet titulum beneficij, nec deberet dici talis ecclesiæ episcopus, aut decanus, vel canonicus &c. nec deberet exercere ea quæ sunt illius officij. Præterea litterę papales super talibus prouisionibus confectæ patẽtentissime declarant contrarium vbi prouidendæ personæ in

9 stitui mandant †instituere [a] autem est ius canonicum in eccle

a sia. vel ecclesiæ beneficio conferre. vt in c. ex frequentibus. de sti. ergo oportet dicere, quod non solum fructus beneficiorũ qui sunt accessorij ad titulum vendantur, sed illud quod est mere spirituale & principale.s. titulus seu potestas exercendi tale ministerium, & etiam propter quod sunt tales fructus deputati. quod etiam clare ostendit canon si quis obiecerit.j.e. q.3. vbi dicitur. quisquis horum alterum vendiderit sine quo nec alterum peruenit neutrum inuẽditũ dereliquit. ¶ Quintò potest argui sic. in ca. non satis. de simonia quod emanauit ex concilio Turon. & in c. cum in corpore ecclesiæ.e.ti. quod emanauit ex concilio Lateranensi expresse legitur. Quicunque receperit pecuniam pro episcopis, pro abbatibus prioratibus, seu quibuscunque personis ecclesiasticis ponẽdis seu introducendis in ecclesiam & c. In primo dicit. quod ille qui dederit, vel receperit, vel consenserit, partem se cum Simone nõ dubitet habiturum. In alio dicit. sciant se cum Giezi portionẽ habituros, idẽ.j.eo.q.3. si quis. & in multis alijs. ergo nisi talia emere vel vendere fuisset damnatum lege naturali vel diuina in personis Simonis & Giezi, quomodo hoc possit esse verũ quod ibi dicitur, nisi vendere vel emere beneficia ecclesiastica esset peccatum eiusdem speciei.s. simoniæ cum peccatis eorum. quod sic est vnum similium indiuiduorum est lege diuina vel naturali prohibitum. Omnia similia pariter sunt prohibita. quia idem de similibus omnibus iudicium. vt in ca. inter cæteras.

Marginalia: Primũ ar. — Secũdũ ar. — Hostien. — Tertiũ ar. — Quartũ ar — Quitũ ar. — Opponit in cõtrarium — Respõdet. — Prima rõ. — Secũda rõ. — Tertia rõ. — Quarta rõ — [a] ¶ Instituere. Adde card. Zab. in cle. 1. 6. q. in solutione. ds supplenda negl. præl — Quĩta rõ

cæteras.de rescri.& in c.inter corporalia.de trans. præ. Si autē non sunt eiusdem speciei quomodo cōstitutio papæ vel concilij posset efficere, ꝙ qui non peccauit eodem peccato vel eadem specie peccati cum Giezi vel Simone debeat cum eis magis portionem habere quam cum homicidis.aut cum eis similem damnationis pœnam incurrere, cum tñ non similiter cū eis peccauerit,& tamen dissimilium,causarum dissimiles debent esse effectus.¶ His habitis dicendum est ad rationes in

Ad primū argu. Durādus.

oppositum.¶ Ad primam respondetur.primò iuxta Durandum.ꝙ imperator vendens magistratum licet non peccet in legem Iuliam ambitus,peccat tamen in legem naturalem cui subijcitur.Et similiter papa si vendat quodcunque beneficiū ecclesiasticum licet non peccet in legem canonicam cui non subijcitur,peccat tamen in legem diuinam. sed ista responsio quo ad id ꝙ dicit imperatorem vendendo magistratum pec-

Petrus de palude.

care in legem naturalem siue diuinam,non placet domino Petro de palude,cui videturillud non esse verum per se. quia illa potestas est temporalis , & propter vtilitatem rei publicæ posset institui , ꝙ præpositurę venderentur sicut alicubi fit, dum tamen caueretur.ꝙ mala inde non sequerentur,sic fit aliquando propter quod est malū per accidens,sed non simonia cum vt dicit S.Tho.ad ducissam Brabantiæ. hæc ille. Et ideo iuxta alios respondetur ꝙ tales leges ciuiles non sunt ad propositum.quia illę loquuntur in dignitatibus, & officijs secularibus,quæ multum differunt à spiritualibus dignitatibus,& officijs.vt in c.solitæ.de maio.& obe.Et ideo ab vno ad alium non est validum argumentum.Nam sicut res temporales inquantum vsui nostro deseruiunt sunt in potestate nostra,& ideo vendi & emi possunt,sic similiter iura & officia,& dignitates ordinatę ad gubernationem seu dispositionem quamcunq; talium naturæ non repugnat, ꝙ vendantur,sed subsunt soli constitutioni principis.Sed contrarium est in spiritualibus. qa ista in nullius sunt dominio,nisi solius Dei,sicut sunt virtutes spirituales,quarum naturæ repugnat venditio.1.q.gratia. cū nullum pretium sit quo æstimari possunt,sic etiā officia & dignitates ecclesiasticæ quæ cum disponant vel versentur obiectiuè circa talia sunt eiusdē naturæ,vel sunt met spirituales quædam potestates.Nam quilibet titulus ecclesiasticus est quædā spiritualis potestas , seu ius spirituale ad exercendos aliquos

Ad secūdū

actus spirituales.¶ Ad secundam respondetur per interéptionem minoris.de Host.autem dicimus ꝙ non est necessarium sequi eum nisi quis voluerit,quod autem subditur ꝙ in sacra scriptura non inuenitur esse aliquid damnatum vt simoniacū nisi venditio sacramentorum,& operatio miraculorum . falsum est.Matt.n.10.prohibentur vendi omnes actus spirituales ad quorum aliquem simplex canonicus deputatur . in lege .n.veteri reprobatur ꝙ fieret minister per pecuniam.& habetur.3.Reg.13.quicunque volebat replebat manum suam , & fiebat sacerdos.Si aliquis contra istam solutionem vellet dicere primo quod bene verum est ꝙ olim erat simoniacum , ꝙ quis fieret minister templi pro pecunia, quia institutio ministrorum ecclesiæ erat de iure diuino.& sanctificatio sacerdotum,& leuitarum,quanquam distinctio & ordinatio fuerit facta à Dauid,sed institutio canonicorum non est de iure diuino,sicut ordinum & sacramentorum . Item authoritas illa inducta Matt.10.gratis accepistis, gratis date,posset dici . quod intelligatur de his quæ accipiuntur à Deo non ab homine vt sunt canonicatus.sed iste malè responderet quoniam spiritua li formaliter accidit,quod habeat causam spiritualem diuinā, ad hoc ꝙ eius vēditio sit simoniaca. vnde cum deputari ad diuinum cultum sit spirituale,sicut & ipse cultus à quocunque fiat hæc deputatio,dum tamen ad illum pertineat potestate à Deo deriuata, si deputare simoniacum est de se illam deputationem vendere siue à Deo immediate siue ab homine haben

Ad tertiū. Durādus. Petrus de palude.

te potestatem Dei fiat. ¶ Ad tertiam rationem respondetur negando consequentiam.Et ratio est iuxta Durandum , & Petrum de palude,quia non est simile de iure patronatus , & de collatione beneficiorum,quia ius patronatus transit vendita villa vel castro,& non venditur directè. Et primò quia super ipsum non cadit venditio,sed super villam.nec venditur etiā secundario,quia non venditur plus villa propter ius patronatus annexum,alioqui esset simonia. Sed si vēderem beneficiū ecclesiasticum,venditio caderet directè super id quod est spirituale,quia prælatus non habet aliter beneficium conferre, nisi quia habet instituere ministrum ad officium . Et ideo si quid venderet hæc primo venderet, & ratione huius quodcunque aliud annexum temporale. & sic caderet venditio directè super id ꝙ est spirituale.quod non posset esse sine vitio simoniæ.Sed quia contra istam solutionem domini Durandi

Opponit

posset aliquis dicere,quod nō esset bona sicut dicit dominus Petrus de palude,quia posset dici ꝙ prælatus non solū dat ius spirituale,imo & temporale confert.Cōfert.n. papa statim canoniā , quæ est ius spirituale, & confert sibi primam præbendam vacaturam , quæ est beneficium temporale: vnde posset dicere ego confero tibi gratis caanoniam . sed si cum hoc velis habere præbendam,dabis mihi tantum vnde dimidius canonicus quo ad ius spirituale est integer canonicus,ergo si papa faceret eum canonicum integrum pro pecunia, vēditio caderet super pure corporale.potest ergo iuxta Petrum de pa-

Petrus de palude.

lude aliter dici.s.ꝙ accessorium sequitur principale, & nō ecōuerso.vnde quando principale est de se corporale,tunc sup ipsum cadit venditio,& spirituale gratis consequitur , & sic est in iure patronatus.Quando autē est econuerso , sicut in beneficio , in quo spirituale est principale. tunc sicut ipsum debet gratis concedi , & non vendi , sic nec accessorium.vnde cum de iure diuino sit ꝙ qui altari seruit de altari viuat, cōtra ius diuinum esset si illud quod pro officio deberet habere , nō daretur nisi pro pecunia.Si autem prælatus de facto sic diuisim ageret dicens.do tibi gratis canonicatum, & vendo tibi præbendam,& iniustè quidem ageret.quia semel datum venderet.dando.n.canonicatum dat per consequens præbēdam,sed nihilominus committeret simoniam . quia nō vendit fructus ipsos,sed ius percipiendi fructus ipsos. Ipsum autem ius est spirituale per essentiam,quia est idem re,quod canonia sicut dictum est. ¶ Ad quartam rationem respōdetur negādo cō-

Ad quartū. Durādus.

sequentiam.Et ratio est iuxta dominum. Durandum.quia antecedentia ad sacramenta vt vasa sacra possunt vendi licitè, dummodo non plus vendantur ratione consecrationis . quia super illud quod est corporale cadit directè venditio.sed officium sequens ad sacramentum secundum se, est spirituale.& ideo vendi non potest,nec ratione temporalis beneficij annexi consequentis cum non transferatur.nisi prius translato officio,propter quod oportet cadere venditionem super officium,quod est spirituale.Et per hoc patet responsio ad sequētem confirmationem.quia quando est aliquid partim corporale , & partim spirituale , potest aliquo modo vendi ratione corporalis,quando vendens directè, & per se potest illud corporale in alterum transferre,& non mediante spirituali,quod non est in proposito. ¶ Ad quintam respōdetur negando con-

Ad quintū

sequētiam,quicquid sit de authoritate.Et ratio est,quia ad hoc quod sit aliquid spirituale, vt dicit dominus Petrus de palude,


Petrus de palude.

& quod de se sit simoniacum vendere illud sufficit , quod sit in se spirituale spiritualitate,quæ est relatio rationis,nec oportet,quod sit in eo spiritualitas , quæ sit ens reale naturale, vel supernaturale,sicut vendere calicem cōsecratum ratione consecrationis,quæ in eo nihil reale ponit,est de se simoniacū,sicut olim erat simoniacum vendere sacerdotium,vt dictū est. quod tunc nullum characterem imprimebat, sed puram relationem rationis.Ex quo sic arguitur.Non ideo vendere sacerdotium erat simoniacum,quia sacerdotium erat à Deo institutum . quia tunc vendere oē ens esset simoniacum,cū omne ens sit à Deo institutum & creatum . sed quia sacerdotium à quo sit institutum ad Dei cultum institutum est, & ex hoc habet spiritualitatem,quæ tūc non erat relatio rationis. ergo cū per omne beneficium ecclesiasticum homo ordinetur ad diuinum cultum , & seruitiū ipsum ius canoniæ est spirituale ex ordinatione ad diuinum cultum, licet in se nō habeat rem spiritualem.Ad hoc autem ꝙ aliquid de se sit simoniacum non oportet ꝙ habeat causam spiritualem diuinam , sicut dictum est in responsione ad secundam,sed sufficit ꝙ in se sit tale formaliter . Si.n. papa fecisset calicem non esset propterea plus consecratus quam si faber fecisset , cum formaliter sua spiritualitas sit ex consecratione.vnde huiusmodi quæ sunt ex statuto ecclesiæ diuino cultui annexa,sicut sunt etiam tituli dignitatum,& beneficiorum sunt ex se formaliter spiritualia licet effectiuè per ecclesiam . vnde sicut olim erat de se simoniacum vendere sacerdotium quo homo ordinabatur ad dei cultum in cerimonijs,sic nunc de se simoniacum est vendere quodcunque beneficium ecclesiasticum , quo quis ordinatur ad Dei cultū in ecclesiasticis officijs . Et hæc pro nunc de ista

Exponit literam.

quæstione.vnde his expeditis ad literā veniam'. Lege.¶ [La
10 torem per intercessorem]cooperantibus meritis.Hug.†Sepe enim dominus papa ad preces clericorum & etiam laicorum ordinat, dispensat, confert , & tolerat aliqua, & permittit.vt dist.28.de Syracusane.& distinctio.50.clerico.& 63.distinct. Salonitane.& 25.q.9.veniam.Hugut. [proficere] Extra de maio.&

maio.& obedi.per tuas.& extra.de tempo.ordin.cum in distri buendis.gl.istæ concordantiæ probant ꝙ iste sine licentia papæ non poterat promoueri,& ad hoc inducuntur.Archi.



Filium nostrum. Ad idem est sequēs. c. quod est eiusdem Gregorij in epistola Heliæ presbytero, & Abbati.in quo principaliter innuitur ꝙ is quem papa in sacro ordine constituit nullus ei de cætero manus imponet sine speciali licentia eius. Lege. ¶[Filium mandastis]rogando & supplicando.Hu.[vt ad sacrũ].s.ad diaconatũ[factus est]à nobis.Hu.[in hac].s. ecclesia Romana.Hu.[sacrũ ordinē acceperit]a summo pontificē[sacrũ].i.diaconatũ,vel sacerdotiũ,hi ordines soli olim habebantur sacri.vt di.60.nullus.Ex quo.n.Romanus pontifex aliquē in aliquo ordine ordinat nullus de cætero ei manũ imponit, nisi de speciali licētia dñi papæ.Itē ipse nō ordinat aliquem in diaconũ vel presbyterũ quē cardinalē nō cōstituat.vnde nunquã ille inde egredietur nisi p.p dignitatem vt alicui ecclesiæ præsit nisi papa illum egredi concesserit.vt dist.63.literas. vel propter religionem,quod facere non potest sine licentia eius dem.vt.7.q.1.mutationes.Sed ordinatus à papa in subdiaconum vel infra ratione ordinis à papa recepti non cogitur esse in ecclesia Romana.Et ideo hoc.c.non contradicit præcedenti.quod loquitur de ordinato à papa in acolytum.Hug.

Exponit literam.

Non itaque. §.est in quo Gratianus soluit contrarietatem præmissorum capitulorũ.Nã offerre preces pro digno,non carnali affectu, sed magis charitatiuo & spirituali licet absq; vitio simoniæ. ¶[Sed hoc demum].i.tantum.Hu.[affectu.]dic vt le.& no.extra de æta. & qua.tuam.& 8.q.1.Moyses.Arch.[Non solum]secunda pars. hoc interserit Gratianus occasione præcedētis.c.vbi probat, ꝙ summus pontifex potest monachos ad sacros ordines promouere.quod probat sequenti.c.

Exponit literam.

1 *Clericus nullus potest intrare monasterium inuito domino Papa.*

2 *Papa non potest inhibere quin clericus fiat monachus.*

3 *Papa potest prohibere quod clericus non intret monasterium.*



Per principalem. Hoc.cap.quod est Nicolai papæ inuenies expositum.9.q.vlt.Lege tex. ¶[Conuocare]ar.† ꝙ nullus clericus potest intrare monasterium inuito domino papa. de episcopis certum est.7.q.1.hoc.& extra de regula.licet de alijs idē est.Nam si potest eos extrahere, multo fortius potest prohibere ne intrent.ar.optimũ extra li.6.& de regula.non solũ quã decretalem intelligunt curiales in regularibus tantum, de quibus loquitur non in alijs quod habetur.eo.ti.constitutionem.

Exponit literam. 1

2 dic vt ibi Archi.†Non tamen potest inhibere quin fiat monachus ipse clericus quia etiã in propria domo potest fieri monachus.de hoc legit & no.27.q.1.de viduis. Et si hoc ꝓhiberet non esset audiēdus.11.q.3.si quis episcopus.&.c.si quis dominus.&.c.non.n.ſm Hu.† Et quod papa possit prohibere,

3 a ꝙ clericus non intret monasterium a facit optimè extra li.6. de relig.do.religionum.nota super illud potestatem.dicit glo. hoc idem potest episcopus.2.q.7.cũ pastoris. & extra de cler. non resi.de cætero.Idem tenet Io.de.Et hoc le.& no.58.dist. c.1.& 11.q.3.qui resistit Archidiac.

a ¶ Intret monasteriũ. Est.n. papa omnium clericorũ & ecclesiarum gubernator & arbiter cũ libera administratione. Pe.de Ancha.in c.a nobis.nu.5.de deci.

Quolibet. §.est.Et hic incipit.15. pars huius quæstio.In qua intendit probare magister ꝙ sicut ordines pretio non sunt dandi, ita nec pretio restituendi: Et quod sit simoniacus.s.indirectè, & sacrilegus, qui promotionem vel alicuius electionem impedit, vel ecclesiæ cōsecrationem,vel fundationem,& hoc probat per tres authoritates sanctorum,vel per sex leges principum.Io. de Anc.Lege tex. ¶[Falsa].i.inutilis.[sacri ordines]generaliter accipit ordines quoscũque,siue inferiores vt.28.q.1.nullus.& 6.q.1. infames. & di.54.nulli.& s.e.q.de ordinationibus quibusdam [redimē di]quia sicut ecclesia non potest emi,ita nec redimi. extra de simo.querelam.sed secundum Vincen.& Goffre. Tancre.& Phi.exponitur ibi[redimi].i.pro pecunia resignari, vel transactione, vel aliqua non gratuita pactione extra de pacti.cum pridem.& extra de transa.constitutus.&.c.super eo.sed Io.de exponit ibi [redimi] scilicet expresse.quia primo ibi ecclesia gratis data fuerat, & sic intelligas. Et sic intelligendo vitabis contraria.j.q.3.si quis obiecerit.&.c.saluator.&.c. ex multis. secundum Io.de.& Archi.

Exponit literam.

1 *Interdictus aut excommunicatus,aut suspensus ab officio & beneficio an possit pecunia redimere restitutionem sui beneficij, vel officij, vel absolutionem ab excommunicatione.*

2 *Seruitium notat angariam vel perangariam.*

2 *Prælati possunt exigere à clericis & abbatibus seruitia honesta & moderata.*



Nullus. c.hoc est Gregorij.7. Et potest diuidi in duas partes ſm duo dicta quæ ponit.In prima statuit cum adiunctione pœnę contra facientibus ꝙ nullus episcopus grauamen inhonestũ siue insolitum sine necessitate imponat abbatibus,siue clericis. In secunda statuit ꝙ sacerdotale officium interdictum non restituatur pretio.secunda ibi.vel interdictum.Pro pleniori intelligentia huius.c.quæritur.Vtrum †interdictus aut excommunicatus vel suspensus ab officio & beneficio potest pecunia redimere restitutionem sui beneficij,vel officij,vel absolutionem ab excommunicatione.Et videtur ꝙ non,primo ex.c.præsenti secundo.ex.ca.querelam.extra de simo. vbi dicitur ꝙ sicut emi non potuit,ita nec redimi.tertio ex.c.nemo.e.ti. ¶In opposi tum videtur colligi.j.q.3.c.quæsitum. ¶Respondeo dicendum sub ista conclusione.quoniam aut talis est iniustè excōmunicatus,& suspensus & priuatus,aut iuste. Si iniustè tunc est conclusio.quod non est simonia ex parte dantis, si datur aliquid pro restitutione officij,vel beneficij, vel communionis,& pro absolutione.Ista conclusio est Hu. in c.præsenti.& in c.decimas.16.q.7.vbi ait,ꝙ ex parte dantis,pecuniam non est simonia,licet ex parte recipientis bene.Nam dans nullum ius acquirit,sed dat vt acquisitum sine vexatione in pace retineat,vel redimat,quod licet argu.1.q.3.quæsitum. & extra de vsu.c.1.& extra de simo.dilectus. Si autem iustè excommunicatus est:vt interdictus &c.tunc est conclusio, ꝙ in tali casu si detur pretiũ pro restitutione officij, vel communionis simonia ex vtraque parte.vt patet per.c.præsens. & extra de simo. nemo.Concordat Host.in summa.e.tit.qui sic ait.Sed nũquid licet mihi redimere iniuriã meam sine metu huius criminis. puta episcopus iniustè excommunicat me,vel infert minas super beneficio auferēdo,quod iustè possideo do sibi pecunias, vt sententiam iniustam reuocet vel ab hac iniuria desistat. Respondet equidem. Ego iuste ius meum redimo licet, ipse illicite recipiat.ar.1.q.3.quæsitum.& extra de magistris & de vsu.c.1.redimamus:ergo tempus secundum apostolum.quoniam dies mali sunt.ar.etiam extra.e.ti.ad aure.&.ca.dilectus. cum alijs multis.& j.Si verò iustè excommunicatus sit quis, vel iniustè acquisiuit beneficium, tũc hinc & inde committitur simonia.arg.ex.c.præsenti.& ex.ca.supra inducto. nemo. Cōcludit ergo redemptio rei spiritualis permittitur vexato iniustè & redimenti,sed prohibenti.sed prohibetur vexanti. & pro vexationis cessatione recipienti.hæc Host. ¶His habitis.dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primã respondetur, quod capitulum præsens loquitur de eo qui iustè est excommunicatus, vel interdictus aut suspensus,tunc.n.ex vtraque parte committitur simonia.s.dantis, & recipientis. ¶Ad secundam de.c.querelam.vbi vtrunq; videtur prohiberi.s.emi & redimi, respōdetur, ꝙ non facit ad propositũ.quia ibi exponitur redimi.i.resignari. ¶Ad tertiam de capitulo nemo.dicit idem Host.non obstare. quia ibi nō redimitur vexatio.sed emitur absolutio secundum Gof.Lege. ¶[Nullus ser

Diuisio.

Quæstio.

Opponit & Respō.

Hostien.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

Exponit literam.

2 uile.] † seruitium notat angariam vel perangariam quod lex vocat sordidum munus.16.q.1.§.nouarum.glo.dicit ergo ꝙ nullus episcop⁹ imponat abbatibus &c.[seruile]vt in angarijs

3 & perangarijs,& huiusmodi illicitus seruitijs.†Licita.n. & honesta seruitia & moderata possunt exigere prælati à clericis, & abbatibus.vt.18.q.2.seruitium.Hu.[ex vsu.] Nam ex necessitate poterit aliquando moderatum grauamen imponere vt.10.q.3.cauendum.Hu.[vel ex vsu].i. præter hactenus constitutum,sed solo vsu.prætextu longæui vsus, & diuturnitate consuetudinis statuta patrum excedentis.sic.n.indebitum solutum non obligat vt.10.q.3.quia.& C.de pac.si certis annis. hoc est dicere ex vsu præterito quasi ratione præscriptionis, angarias & huiusmodi clericis nō imponat. Et intelligitur de de his quæ iure communi non possunt peti,& à talibus possideri,quia in talibus non currit præscriptio quæ nouum ius nō causat, sed causatum aduocat. vnde in omnibus illis casibus euanescit præscriptio,vbi non est proditum ius cōmune præscriptum,vel non præscriptum.quo tales talia valeant possidere vel petere.ar.di.c.contra morem.& 33.q.5.quod Deo.& di.93.illud.& 16.q.7.decimas.Hu.vel nō imponat.[Ex casu] id est non

.i.non assuescat quasi diceret. Et si contingat eum aliquando hoc facere, non assuescat. sed prima expositio præualet. Hug. [vel interdictum] secunda pars.[Sacerdotale].i.clericale. vt.s. e.q.si quis neque.[pretio] precibus potest, vt disti.50. clerico. Hug.gl.mouet hic quæstionem, quam primo disputauimus. [Subeat] tanquam simoniacus cum non sit dubium quin in hoc casu simonia interueniat. Hug.

1 *Pecuniam dare episcopo vel prælato, vt non ordinetur quis vel non conferat beneficium, vel non consecret ecclesiam an sit simonia.*

Qui autem. §.est vbi Gratianus, postquā hactenus probauit multis authoritatibus ꝙ peccant, & simoniam committunt, qui pecuniam accipiunt pro ordinibus & beneficijs ecclesiasticis conferendis, modo probat quod etiam illi peccāt, & simoniā cōmittunt, qui pecuniā accipiunt, vt ordines ecclesiasticos, & officia vel beneficia ecclesiastica non conferant, quibus conferenda sunt Hug. super quo inducit.c.sequens & aliquas leges.¶ Pro pleniori intelli-

Quæstio. 1 gentia huius.§.&.c.sequentis queritur.†Vtrum dare pecuniā episcopo vel prælato vt non ordinetur quis vel non conferat beneficium, vel non consecret ecclesiam sit simonia. Ad quod respondetur sub distinctione, quoniam aut iste cui episcopus pretio ductus non vult ordinem aut beneficium conferre, est dignus, vel non est dignus. si nō est dignus est cōclusio. ꝙ tūc non est simonia. Ista cōclusio est Vincentij, Episcopus tamē turpiter recipit & dans repetere potest.ar.ff. de calumniatoribus.l.si quis ab illo.ſm Vincen. prout recitat Archi.j.e.2. quā pio. Si verò dignus, est conclusio iuxta Hugo.in hoc loco, ꝙ est simonia. vnde ait sic. Tales in hoc casu simoniam committunt, quod inde probatur, quia qui pecuniam accipit, vt nō ordinet ordinandum, vel vt non conferat beneficium ei qui dignus accipere, sic vult istum carere illo ordine, vel illo beneficio, vt alius quicunq; habeat, hæc ille. ponit etiam Archid. super gl. Lege tex.¶[Qui autem acceptæ pecuniæ rei] quia simoniaci. Hugo.& Arch.[Infames.] j.ea.quæstio.3.c.vltimo. & extra de simo.ex diligenti. Archi.

Respōdet.

Vincētius. Archid.

Exponit literam.

Sunt quidam. Inducit magister ad præfatum propositum. c. hoc q̄d est Paschasij papæ secundi. in quo non modo simoniacos sed sacrilegos dicit iudicandos, qui ecclesias non permittunt regulariter ordinari. Breue est. Lege textū. ¶[Sunt fauore] vel pecunia recepta. ad hoc extra.e.ti. de hoc secundum Ray. Archi.[non permittunt.] Et in hoc grauiter peccant, & grauiter sunt puniendi. vt.19.q.3. quoniā à quibusdam.& 8.q.3.talia.& extra.de elec.cum in cunctis.Hugo.[ordinari.] Aliqui. vt Archi.tāgunt hic de eo, qui impedit electionem fieri, vtrum possit vexatio illa redimi. de quo nos supra disputauimus eadem quæstio. Ibi videas.[Sacrilegos] quasi diceret non solum vt simoniacos Hu.& idem ſm Ray. & Go. sed Host.intelligit hoc subaudiendum esse q̄n ex pacto violētia inferretur, alias non putat esse subaudiendum. vt idem in summa sua no.eo.ti.in §.qualiter.in fi.Archid. Quod verò tales in hoc casu sacrilegium committant, inde patet. quia si ille qui frangit immunitatem ecclesiæ, vel quod inde aliquid eripiat sacrilegium iudicatur, multo fortius qui facit ne ecclesia ordinetur, vel ne ordines tribuantur, vel alicuius electio vel promotio impediatur. Hu.& glo.

Exponit literam.

Archid.

Hostien.

1 *Honorati qui dicantur.*
2 *Decurionatus, quid dicatur.*
3 *Crimen concussionis, quando committatur.*
4 *Iudex quicunque sit nihil debet accipere à subditis, neque eius domestici.*

Iubemus. Consequenter magister Gratianus ad propositum suū pro parte inducit leges sequentes. Pro parte dicimus, quia dictum erat ꝙ peccant qui pecuniam accipiūt vt ordines & alia beneficia ecclesiastica vel spiritualia tribuant, & ꝙ peccāt, qui pecuniam accipiunt, vt ea nō conferant illis quibus conferre debent ad vtrunque istorum probandum inducit leges humanas, quibus probatur, non quod ille qui accipit pecuniam vel non accipit sit simoniacus, sed quod peccet, & malè faciat, & qui accipit pecuniam vt faciat, quod facere non deberet, ex officio vel vt nō faciat. Si ergo ita est in rebus humanis, & secularibus, multo fortius peccant qui accipiunt pecuniam, vt spiritualia conferant, vel non cōferant. Dicitur autem in hac lege, ꝙ quicunq; aliquid soluerit iudici vel magistratui quod non deberet, & quicunq; sententiam pretio datam vel pœnam pretio inflictam, vel remissam, vel alio modo iudicem deuiasse exeat in publicum, & crimen deferat, & si probauerit remunerabitur. vbi nota qualiter hæ leges prohibentes ne in causis iudicialibus munera interueniant, conformantur legi diuinæ. Præcepit.n.dominus Moysi, vt tales eligeret iudices, qui oderunt auaritiam. Exo.28. quia munera deuiare faciunt à vero iudicio auaros. Deu.16. In iudicio non accipies personas nec munera quæ excęcant oculos sapientium quia maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocētis.& Esa.5.ve qui iustificatis impium pro muneribus, q̄a de his alias erit sermo. Lege.¶[Iubemus, & hortamur] temperat quod dixerat iubemus, ne videatur iubere, aliquem inuitum accusare. Hug.& gl. Super hoc videas, quod legitur.& no.4.q.5.quisquis.in fi.Archi.[Honoratorum] qui honorem gerunt [siccum].i.sine administratione tales specia-

Exponit literam.

1 liter honorati dicebantur.†licet generaliter honorati dicant̄ qui honorem habent cum administratione vel sine administratione Hugu. de istis etiam habetur.3.q.7.§.apud vrbem.

2 Archid.[Decurionum.]†decurionatus est honor, quo fungebantur, qui quasi de curia ciuitatis vel imperatoris nobiliores & maiores erant. Hug.& Archid.[possessorum].i.quorumlibet aliquid possidentium. Hu.& Arch.[colonorum] agros cōductos colentium. Hu.& intelligit Bar.Brix.de colonis rei publicæ. Arch.[concussus].i.grauatus in pecunia. Ber. Archi. vel [cōcussus].i.vi coactus, & exactus, vt solueret aliquid pro iu-

a dicando. quod crimen concussionis a est, quod in quadruplū

3 punitur.†quod crimen committitur cū magistratus vel alius in publico officio positus aliquid extorquet à subdito, quod non debet, & illud repetendum est ab eo in quadruplū. vt. C. ad.l.Iul.repe.l.1.li.9.& j.e.& duplū accipit spoliatus, & duplū fiscus. vt.C.de.asses.l.3.lib.10. In quadruplo cōtinetur id quod extortum est, & triplum est.pœna Hu.[si quis scit sentētiam] de iure gratis dandam [fuisse venalem].i.pro pretio datam. q̄d non debet esse. vt.11.q.3.non licet.& 14.q.5.non sanè.[si quis pœnam remissam.] nocenti. Hu.[vel vitio cupiditatis].i.propter donum ex cupiditate acceptum [ingestā].i.illatam, & inflictam innocenti. Hu.& Archi.[Si quis postremo improbū] .i.pretio contra leges iudicantem, vel contra modum à lege statutum multantem, vel aliàs pretio malè iudicantem, vel per improbitatem aliquid ꝙ non deberet exigentem. vt.2.q.6.§. diffinitam.& §.certa.[vel administrante eo] si ille talis sit, quē in ius vocare non liceat.[vel post administrationem] si ille sit talis quē in administratione non possumus in ius vocare. Qui autem in administratione possint in ius vocari & qui non, inuenies diligenter distinctum.2.b.1.prohibentur. quod hic assi-

4 gnatur pro contrario. sed ibi soluitur. Hug.[deferat.]† iudex quicunq; sit nihil debet accipere à subditis, neq; domesticus, neq; impularius eius.i.socius. nec serui eius. C.ad.l.Iul.re.le.1. Et iudex super hoc accusatus, qui talem vel consiliarium suū per quem conuinci posset subtrahit hic pro confesso habet̄, & ablata in duplum reddere cogitur. vt duplum fiscus, & duplum habeat spoliatus. C.de asses.l.3.& l.nullus iudicum. Nec durante administratione debet iudex siue administrator ædificare, nec donationes accipere. per se, vel per interpositā personam, nec aliquis de suis aliàs totum tenetur restituere, & etiam si post administrationem is à quo recepit, remiserit. C. de iudi.l.1.ſm Host. qui hoc & alia de hac materia notat. extra de simo.& si quæstiones. iuxta fi. Habes hic ꝙ quis inuenitur ex maleficio deposito officio. & extra de immu. eccle. aduersus. vbi de hoc.& ff.de acti.emp.l.Iulianus.§. idem Arc. [Gloriam].i.gloriosam remuneratione, quia reipublicæ consulere videtur. C.de epis.& cle.nulli in fin. Archid.[Ecce] hic pretium promittitur ad accusandum. vt di.79. si quis papa.& 3.q.5.accusatoribus. cum multis alijs. Hu.

a¶ Crimen concussionis. Crimine cōcussionis quis teneatur vide in Spe. de execut. ver. sed q̄ quid teneatur & de salar. §. vers. sed quid si delegatus. Bald. in l. mis. in fin. C.de exa. tribu.li.10. Car. Zab. post. gl. in cle. 2.§. 1. de hære.

1 *Annus vtilis quis dicatur.*

In eum. Ad idem sequitur ista alia lex vulpia.ff.de cal.l.3. Intellectus patet ex expositione literæ. Lege tex.¶[In eum].i.negotium siue controuersiam. Arch.[faceret].quod facere non deberet. vel non faceret quod de iure facere deberet. Hu.& Archi.[intra annum vti-

Exponit literam.

1 lem].i.à principio, post continuum. ff.de calum. annus †vtilis dicitur qui computatur tantū ex illis diebus in quibus habuit vel habere potuit copiam iudicis. Hu.[in quadruplum] in quo continetur rei persecutio, vt tantum triplum sit pœna. Hug. [post annum simplum].i.vt tantum repetatur quantum datū est. Hu.

est.Hu.[Competit]nõ ei qui dedit,sed ei ad cuius læsionem, data est pecunia, cum ille ob turpem causam dederit, ne sibi negotiũ fieret,vt causa sanguinis.vt.2.q.3.præuaricator. Qđ autem non competat ei qui dedit,ſed ei cui facta est cõtume lia,& ad cuius læsionẽ data est pecunia, habetur.ff.de calum. l.& generaliter.§.illud erit. hoc verũ est vbi pecunia data est vt negotium fieret. Nam si data est vt negotium non fieret, tunc competit actio illi,qui dedit.Hu.& Arch.

Iudicium publicum quid dicatur. Quid priuatum. nu.2.
Concussor quis dicatur.



Oncussionis. Ad idem currit hæc lex, quæ est Marcelli impera toris.ff.48.ti.de cõcussione. sensus eius patebit ex literę expositione. Lege tex.¶[Cõcussionis iudicium publicum nõ est]nec ordinarium, qa ad accusationem talis criminis non admittitur, quilibet de populo,nec eius certa pœna statuta est à lege, sed (Exponit literam.)
1 est priuatum,& extraordinarium delictum. †publicum ergo iudicium erit vbi agitur de publico crimine.s.ad cuius accusa
2 tionem admittitur quilibet de populo.† priuatum iudicium est vbi agitur de priuato delicto.s.ad cuius accusationem non
3 admittitur quilibet de populo.†Concussor dicitur qui subditos concutit vt pretium soluat pro eo q officio suo ipse actu rus est, & generaliter qui à subditis aliquid extorquet,qđ non deberet.vt di.18.quoniam quidem.& 23.q.1.militare.& ff.de concus.l.1.& 2.Hu.[minatus sit].i.vt cum quis minatur se ac cusare aliquẽ,nisi pecuniam ei dederit.Hu.& Arch.[Ex sena tuscõsulto].s.Volusiano, & Libaniano.legis corneliæ de falso [ob accusandum]eum qui est accusandus.Sed aliter hæc verba intelliguntur,vt diligenter inuenitur expositum.2.q.1.pro hibentur.& di.79.si quis pecunia.Hu.[denuntiandum].i.pro ferendum vel non denuntiandum..i.dicendum.Hug.



Ege Iulia repetundarum. scilicet pecuniarum. Ad idẽ inducitur hæc lex, & lex Iulia repetundarum dicitur quæ punit illos qui in magistratu vel alio publico officio po siti auferunt à subditis in quibus casibus non de bent.ff.e.l.1.Hu.& Arch.& dicitur repetundarum .i. pecunia rum,quia ab eo qui aufert repetendum est in quadruplum, & medietas datur spoliato & alia medietas datur fisco. Ipse etiã extraordinariè punitur aliquando capite aliquando in insulã deportatur.Hu.& Arch.[cum aliquem].ff.ad.l.Iul.repetun.l. vlt.[decernendum].i.decretum faciendum.Archi.



El quæ magis. Hæc est quarta lex.ff.eod. titu.Archid.Ista satis clara & de se patent &c.



Adem. Hæc est.6.lex.ff.e.tit.& habet quinq; dicta breuia.Arch.¶[Lege.]s.Iulia re petundarum.Arch.[Legendum].i.eligendum.s.vt eligeretur,qui non debet,quia non est idoneus, vel vt non eligatur,qui deberet.[mittendũ]qui non est mittẽdus [dandum]approbandum[fideiussores]vel loco iudicis recusa ti[iubendum]vt iudicet[ob litem]æstimandum.s. vt pretio li tẽ maioris vel minoris æstimationis dicat, vel faciat[iudiciũ capitis].s.capitalem irrogat pœnam.i.condemnationẽ de capi te amittendo[pecuniæ].i.ciuilem & pecuniariam condemna tionem vel pœnam ſm varietatem admissorum.vt.2.q.3.præ uaricator.Hu.[hodie].2.pars.[extraordinariè].i. pœna ordinaria non punit.s.quod sit vna semper.imo qñq; maior, qñq; minor, vt subijcit.Et dic q etiã alijs modis potest puniri vt dicitur.ff.ad.l.Iul.repe.& ff.de cal.l.1.vbi de hoc no. Arc. Hu. verò dicit extra ordinem.i. extraordinariè.s. ad arbitrium iudicis ſm varietatem admissorum.vt.2.q.3.præuaricator. (Expoñit literam.)

¶ Quæstio Secunda.

1 *Pecunia an sit exigenda pro ingressu monasterij, aut exacta soluenda. & num.2.*
3 *Religio continet votum continentiæ in professione sua.*
4 *Monasterium si est tanta paupertate depressum, quod possessiones non sufficiant ad sustinendum plures personas, licitè potest exigere aliquid ab ingrediente.*
5 *Taxatio, quod ingrediens monasterium tantum soluat an sit licita.*
6 *Pactum facere de obseruando consuetudinem an sit licitum.*
7 *Persona postquam gratis est ingressa monasterium an sit licitum compellere eam ad seruandam consuetudinem. & nu.8.*
9 *Timens non recipi in monasterio dicit abbati si vultis me recipere dabo vobis bona mea, Abbas habito cõsilio recipit eũ, & ille dat sua, an talis receptio sit simoniaca. & nu. 10. simile. numero. 11.*
12 *Regulares, qui promittunt alicui quod post biennium recipiẽt eum si interim didicerit artem sutoriam vel similem &c. an sit simonia.*
13 *Seruitor regularium, qui non vult eis seruire nisi promittant quod recipient eum post aliquod tempus, & sic illi promittũt an sit simonia. Similis casus. nu. 14.*



Equitur secũda quæstio. Hic intitulatur secunda quæstio, quæ diuiditur in duas partes. In quarum prima quę ritur vtrum pro ingressu ecclesiæ pecunia sit exigenda vel exacta persoluenda. In secunda parte ponit aliam quæstionem incidentem.s.vtrum clerici diuites possint percipere partem de patrimonio Christi. Secunda pars ibi in §. Item opponitur. Circa primam partem primo allegat & probat per tres authoritates,quod pro ingressu ecclesiæ possit aliquid dari siue exigi.Secundò soluit ibi,sed aliud est.¶Pro pleniori intelligentia huius capituli & sequentium loquentium de ista materia. (Diuisio.)
1 Quæritur.¶Vtrum pro ingressu monasterij pecunia sit exigenda,& exacta soluenda. Et videtur multipliciter quod sic. Primò argumentis positis in litera. Nam Anna pro Samuele filio suo (vt reciperetur in templo.)dedit vitulos,ac farinam, & amphoras vini. 1. Regum. 1. & tamen in hoc non culpat. ergo &c. ¶ Secundò arguitur de actibus Apostolorum vbi Actuum.4.legitur,quod fideles ad vnitatem credẽtium recepti,pretia omnium quæ possederant ad pedes Apostolorum obtulerũt,& quia Ananias partem pretij fraudauit damnatus est.¶Tertio arguitur de hoc quod in multis monasterijs aliquid ab his quæ recipiuntur exigitur, & tamen de hoc non comprehendũtur.ergo &c. ¶ In oppositum est litera præsentis.c.& sequentium aliquorum. ¶ Respondeo dicendum, q intelligendo per ingressum monasterij assumptionem status, religionis sit ista conclusio.†Non licet exigere aut excipere siue dare pro ingressu monasterij aliquid quasi pretium religionis.Ista conclusio ex prima quæstione huius causæ probatur sic.Illicitum est spiritualia & annexa spiritualibus emere vel vendere,sed status religionis est spiritualis. patet cum religio sit quædam virtus per quam aliquis ad Dei seruitium, & cultũ maximè se exhibet.vnde Dionysius.6.c.cœlestis Hierarchiæ.Religiosos nominat Dei famulos ex Dei puro serui (Quæstio) (Primũ ar.) (Secũdũ ar.) (Tertiũ ar.) (Opponit & Respõ.) (Prima conclusio.) (Diony.)
3 tio & famulatu vniri ad amabilem perfectionem. †Continet .n.religio votum continentiæ in professione sua.Constat autem q continẽtia sub voto est donum Dei, quia vt scribitur. Sap.8.nemo continens nisi dominus dederit.¶Secundò continet votum paupertatis,quo quis efficitur spiritualis discipulus Christi,& vitæ ac perfectionis euangelicæ sectator. vnde Mat.19.Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia, quę habes, & da pauperibus,& sequere me.¶Tertiò votum obediẽtiæ per quam propriæ voluntati renuntiat, vt Deo obtemperet, diuinis mancipatus perseuerat semper in obsequio Christi. ergo sequitur quòd exigere vel accipere pecuniam vel dare quasi pretium religionis est illicitum,& simoniacum.¶Secũ
4 da conclusio.†si monasterium est tãta paupertate depressum vt possessiones loci illius non sufficiant ad sustinendum plures personas,tunc licite potest exigi aliquid ab eo,qui in loco illo vult seruire Deo,non quasi pretium religionis,ſed vt habeat monasterium vnde ei posset prouidere,nec hoc est simoniacum.Ista conclusio est formaliter S.Tho.in 4.di.25. Est &t in 2.2.q.c.articulo.3.Ista conclusio est etiam domini Vlrichi in summa sua,qui dicit sic.quod in isto casu non solum monasteria possunt habere intentionem accipiendi temporalia à recipiendo in monasterium, sed etiam gratis exhibitis spiritualibus requirere temporalia,quæ sufficiant eorum sustentationi,& possunt exprimere determinatam quantitatem, & pacisci de hoc,quod illa summa detur de qua habeat vnde valeat sustentari,quod probat ex his quæ inducit Gratianus in præsenti.c.Et nos induximus in principio quęstionis. Concord. Hu.in præsenti.c.dicens,quod non notatur hic vitium cupiditatis & simoniæ.sed simpliciter declaratur necessitas ecclesię Concordat Raymundus,& glossator eius, qui ait.quod licet exprimere (Secunda conclusio.) (Vlrichus.) (Raymun.)

exprimere nomina & quantitatem oblatorum. Et addit glo.
ꝙ si huiusmodi recipiendus dicat vel alius pro eo, dabo singu
lis annis pro expensis meis cẽtũ solidos vel libras, videlicet,
quandiu vixero, non est illicitum quando nõ sufficit monaste
Opponit cõtrarium. rium. Concor. Host. & Gof. Sed contra iam dictam cõclusio
Secunda nem arguitur dupliciter. Primò ex decretali illa, quoniam
extra de simo. vbi dicitur, sub paupertatis prætextu. ¶ Secun
dò ex illo dicto Innocentij super. c. tua. e. ti. dicentis, ꝙ non li-
cet sub illa forma recipere aliquem. Recipimus te in fratrem
si detuleris vnde viuas, quia bona ecclesię non sufficiunt nisi
Respõdet. Ad primã oppositio. nobis. Sed respondetur ad ista. Ad primam respondetur, ꝙ il
la decretalis non militat contra conclusionem prædictã, quo
niam intelligitur cum hoc dicebatur in fraudem ẜm Raymũ
dum vel secundum Host. quod non tacite cõceditur, vt. s. pri
mo gratis conferantur spiritualia, & postea dicatur ei, ꝙ ferat
secum vitæ necessaria. sed potius recipientes pactum faciunt
& certum forum. Quocirca Raymundus, subiungit. Consu-
Raymun. lendum est ingredientibus, quod quæ dant sine pacto darent
& principaliter propter Deum, & ne essent onerosi illi do-
mui. ar. 6. q. 6. de laps. ẜm Ray. cuius sententia videtur fulciri
per illud ꝙ notat Vincentius, & Bernardus. extra de simo. nõ
Ad secũdã. satis. & in prædicta decre. quoniam. vt dicit Archi. hic. ¶ Ad
Raymun. secundam respondetur ẜm fratrem Raymũdum. vt dicit Ar
chi. hic. ꝙ decre. tua intelligitur quando ecclesia vel monaste
rium abundat. Secus autem si monasterium adeo tenue esset,
& paupertate depressum, ꝙ redditus non sufficerẽt personis
præsentibus. quia illo casu possent dicere sicut dictum est in
Tertia cõclusio. quæstione. ¶ Tertia conclusio est, quod si quis tali intẽtione
inductus intrauerit monasteriũ aliquod, & receptus sit, quod
aliquid daret si nullo pacto interposito intrauit, licet postea
aliquid dederit, non cogitur renuntiare beneficio, siue consor
tio taliter assecuto, nec recipiens reddere quod recepit tenet
imo talis simonia per pœnitentiam aboletur, quia hic nõ of-
fenditur ecclesia, sed solus Deus. vt extra de simo. c. vlt. Ista cõ
Hostien. clusio est in forma domini Host. in summa in præsenti titulo
Raymun. de simo. Est præterea conclusio ista Raymundi qui post præ
Ioannes. dicta dicit vt recitat Io. in summa. ꝙ sic recepti intẽtione cor
rupta non tenentur renuntiare, nec recipientes restituere tali
ter accepta. quia huiusmodi simonia mentalis per condignam
pœnitentiam purgatur extra. e. mandato. Concor. Inn. super.
S. Thom. c. tua nos. Concor. S. Tho. in 2. 2. q. 100. ar. 6. & in responsione
ad. 6. ꝙ quo ad Deum sola voluntas facit simoniacũ, sed quo
ad ecclesiasticam pœnam exteriorem nõ punitur vt simonia-
cus, vt abrenuntiare teneatur, sed debet de tali intentione pœ
Quarta cõclusio. nitere: hæc ille. ¶ Quarta conclusio. Si monasterium est diues
& potens etiam sine grauamine ecclesiæ repetere petentẽ in
gressum monasterij exigere aliquid pro receptione illi⁹ simo
niacũ est. Ista cõclusio est S. Th. in 4. di. 25. Et est cõclusio om
Quæstio. 1. nium doctorum. ¶ Sed hic pro pleniori intelligẽtia huius ma
teriæ occurrunt quæstiones decem soluendæ. Primò quærit.
5 †de monasterijs vbi non fit pactum, sed taxatum est quãtum
ingrediens debet dare, vtrum talis taxatio sit illicita, vel non,
Respõdet. sed simoniaca. Respondetur ẜm Host. ꝙ talis taxatio non est
Secunda q. licita. vnde reprobatur extra. e. sicut pro certo. & in c. intantũ
6 in fine. ¶ Secũdò quæritur vtrum † sit licitum pactum facere
Respõdet. de obseruando consuetudinem. Respõdetur ꝙ non, quia hoc
Tertia qõ. 7 est simoniacum. extra. e. veniens. ¶ Tertiò quæritur. † vtrum
sit licitum postquam persona gratis est recepta cõpellere eam
ad seruandum consuetudinem. Respondetur ꝙ non extra. e.
audiuimus. & c. Iacobus. Nihilominus si absq; omni conditio
ne & compulsione datur gratis, quod consuetum est, non est
Quarta q. 8 simonia. sed de intentione Deus iudicat. ¶ Quartò quæritur
Respõdet. †. vtrum contra hoc possit aliquod remedium esse. Respõde
tur ẜm Hostien. ꝙ sic. s. vt puella gratis in monasterio recipia
tur, & si pauperes tunc agant contra patrem pro alimẽtis filię,
vel si mortuus est pater agant ad partem hæreditatis suæ, vt
Quinta q. in auth. de sanctissimis episcopis. §. nulla. col. 9. ¶ Quintò quę
9 ritur† de eo qui timens non recipi in monasterium dicit abba
ti. Si velitis me recipere dabo vobis bona mea. abbas habito
consilio recipit eum, & ille dat sua, vtrum talis receptio sit si-
moniaca. Respõdetur iuxta Guil. ꝙ siue intuitu illius prõmis
Respõdet. sionis fuerit receptus, siue non, simonia est saltẽ ex parte offe
rentis cum interposuerit conditionem dandi temporalia pro
sua receptione, vt no. Tancr. extra. e. nobis. Cõcor. Ber. & Ho.
Tãcredus. ibidẽ in glo. nec potest remanere in monasterio. nec data repe
Hostiensi. tere, cum sit in turpi causa. Tenetur tñ ad aliquod monasteriũ
transire si ex illa sui obligatione obligatus est ad religionem, si
dedit se, & receptus sit in monachum. & fratrem, quia hæc est
quædam professio. ar. extra de reg. porrectum. ¶ Sextò quę- Sexta.
10 ritur. † Quid si expressa fuit conditio de tẽporalibus haben
dis ex parte recipientium, & recipiẽdus timens repelli si con
tradiceret, omnino tacuit proponens nihil dare, sed ꝙ tãtum
propter Deum reciperetur, & sic ingressus est. vtrum talis po
test remanere in illo monasterio, & ingressus eius dicatur si-
moniacus. Respondetur ẜm Guil. ꝙ talis non potest remane Respõdet.
re, & ꝙ talis ingressus sit simoniacus, sicut in præcedẽti casu.
Ratio est, quia taciturnitas eius cum non contradicit illicitæ
pactioni pro consensu habenda est. etiam in foro pœnitentiali
si propter hoc tacuit, vt dictum est. quia timebat repulsam si
11 contradiceret. ¶ Septimò quæritur† quid si interponat con- Septĩa qõ.
ditio ex vtraque parte. s. recipientium & recipiendi sed anteq̃
recipiatur vel acceptetur recipi, vtraque pars pœnitet de con
ditione apposita, & eam reuocat, & ille petit recipi propter
Deum, & illi consentiunt. Nunquid ingressus est mundus à si
monia. Respondetur iuxta glo. Guil. quod credendum est, ꝙ
liceat & ingressus valeat dum tamen intentio nõ sit corrupta. Respõdet.
Si autem ante reuocationem huius conditionis iam receptus
fuisset aut ꝓmissa recepta eo ipso factus est indignus illo mo
12 nasterio. ¶ † Octauò quæritur de regularibus qui promittũt Octaua q.
alicui quod post biẽnium vel triennium recipient eum, si inte
rim didicerit artem sutoriam, vel aliam mechanicam, quando
laicus est, vel quando est clericus, si interim studuerit in ista
vel illa facultate, & ex tunc recipiunt, sed nolunt eum recipe
re ad habitum nisi elapso termino & completa conditione.
vtrum hoc sit simonia. Respondetur dicendum. quod nõ cre Respõdet.
datur simonia committi. nec est illicita huiusmodi pactio vel
conditio. quia perinde est ac si dicatur recipiemus te induen
dum tali tempore, vel tali, dum tamen interim reddas te ido-
neum ad hoc, vt recipiaris addiscendo tale artificium vel talẽ Vlrichus.
scientiam. Concor. Vlrichus. Et addit quod illud si tamen, ꝙ
sonat in modum conditionis, non est conditio, sed potius ad
monitio ad id quod quis de iure & ex statuto tenetur. s. quod
13 sit aut fiat idoneus. ¶ Nonò quæritur† de seruitore regula- Nona qõ.
rium qui non vult eis seruire, nisi promittant quod recipient
eum saltem post aliquod tẽpus certum, & sic illi promittũt,
vtrum hic sit simonia. Respondetur ẜm Guil. quod simonia Respõdet.
est, quia omnis pactio & conuentio temporalium cessare de-
bet. j. e. quæstione 2. quam pio. ¶ Decimò quæritur. † quid si Decima q.
aliquis familiaris vel amicus alicui⁹ monasterij rogatus ab ali-
quo ꝙ faciat sibi recipi filium suum. vel filiam, vel neptẽ &c.
& facit ꝙ gratis recipiat, quo facto iste amicus sollicitat illũ
cuius filius aut filia suscepta est, vt det aliquid illi monasterio.
vtrum hoc sit licitum aut sapiat simoniam. Respondetur iu- Respõdet.
xta Gui. in gl. ꝙ si dictus familiaris aut amicus aliter non in-
terposuisset preces suas, nisi speraret illum aliquid daturum
monasterio illi, vel etiam licet à principio nihil tale sperasset
ex post facto, tamẽ post receptionem personæ de qua rogauit
petit aliquid dari monasterio, pro receptione illius personæ si
monia est. Si verò alias sollicitat eum, ꝙ sit deuotus illi mona
sterio sicut debet esse, & ꝙ ille ex deuotione orta est huius re
ceptione facta aliquid conferat monasterio, non est simonia,
dum tamen intentio non sit corrupta. ¶ His habitis dicendũ
est ad rationes in principio primæ quæstionis positas. Ad pri
mam, & secundam bene respondet Gratianus in litera. ꝓ quo Ad primũ & secũdum argu.
notandum ꝙ exhibitio pecuniæ monasterio potest fieri du-
pliciter. vno modo ex pacto, & in pretium ingressus monaste
rij. Et isto modo est illicitum pecuniam offerre, vel recipere,
vt dictum est. Alio mõ potest pecunia exhiberi monasterio,
non ex pacto, nec intẽtione emẽdi, aut vẽdẽdi ingressum mo
nasterij, sed gratuite & ex deuotione honorãdi Christum in
suis mẽbris. & ministris, siue cõpatiendo paupertati monaste
rij tanquam indigentibus pauperibus eleemosynam largien-
do, & hoc est licitũ & opus pietatis. sic. n. Anna mater Samue-
lis nõ legitur vitulos aut alia obtulisse ex pacto, nec Heli sacer
dos hoc exegit. vnde non fuit illud pecunia appretiabile exa-
ctum, nec solutũ, sed mera liberalitate & ex deuotione Deo,
& templo oblatum, nec apostoli pro cõuersione credentium
exegerunt quicquam. sed credentes paupertati multitudinis,
compatientes sua tribuebant vt inde Christi pauperes susten
tarentur. Ananias verò non ideo damnatus est quia noluit sua
offerre, sed quia spiritui sancto mentitus est pretium agri, de
fraudando morte punitus est. Et hoc ostẽdunt verba Aposto
li. Act. 5. qui ait. Ananias cur tentauit Sathanas cor tuum mẽ
tiri spiritui sancto & fraudari de pretio agri. ¶ Ad tertiam re Ad tertiũ.
spondetur. ꝙ in monasterijs in quibus aliquid exigitur pro in
gressu monasterij tanquam pretium religionis, aut [illegible]
sitate

sitate, vrgente vt dictum est illicitum est, & malè fit, & debēt subijci pœnæ, de qua supradictum est. q. 1. circa. ca. statuimus. Lege tex. ¶ [Sequitur. 2. q. Vtrum pro ingressu] ista quæstio non habet dubitationem, quia certum est, ꝙ pro ingressu monasterij. i. cuiuslibet ecclesiæ pecunia nō est exigenda, & si fuerit exacta persoluenda non est, quia vtrumq; simoniacum est .s. exigere, & exactum soluere siue ante susceptionē siue post susceptionem. vtrumque. n. prohibetur extra de simo. cum ecclesiæ. melius extra. e. veniens. & melius extra. e. quoniam simo. & ſ. q. 1. eos qui. & ĵ. e. q. 3. si quis præbend. nisi fortè sicut dictum est monasterium ita tenue esset, ꝙ nō posset pluribus quam ibi sunt sufficere, tunc. n. licitè potest dicere volenti illā ecclesiam intrare. Ecclesia ista adeo est pauper, quod non pōt pluribus sufficere. Ideo te non possumus recipere, sed si tu habes vnde posses viuere parati sumus te recipere, & tu offeras ecclesiæ vnde ipsa posit tibi etiam sufficere. hic. n. non notat vitium cupiditatis, sed simpliciter declaratur necessitas ecclesiæ sm Hu. [Hoc vtrumq;.] s. quod possit exigi, & exactum solui, arguit quod licitè posset fieri [comprobat] allegando dicit. Arch. [Regum]. c. 1. & 20. q. 1. c. quicunque. Archi. [In actibus.] 2. authoritas. [ait]. 4. c. [possidebant]. i. detinebāt. sic. 12. q. 2. quorum [vnus]. s. Ananias. [mortuus]. Actuum. 5. [hinc liquido allegando dicit, vt statim sequitur. Arc. [Sed aliud]. 2. pars. Hic soluit & bene, iam de hoc dictum est [sponte]. sponte. n. oblata siue in ipso ingressu siue ante siue post præsertim cum intrantes monasterium hoc ipso se & sua intelliguntur tradere monasterio. vt. 19. q. 3. si qua mulier. Hu.

Exponit literam.

1 *Simonia an committatur in paruis munusculis quæ episcopi vel eorum seruitores vel clerici consueuerunt accipere.*
2 *Procuratio quare detur episcopo pro consecratione ecclesiæ, & non pro ordinandis clericis.*
3 *Fundator ecclesiæ ex quo volūtariè se exhibet ad fundationem intelligere similiter se exhibere ad debitum cultum exhibendum dictæ ecclesiæ.*



PLacuit. Inducitur hoc. c. ad ostendendum quod licitum sit sponte oblata suscipere, & est capitulum Bracharen. concilij. Et diuiditur in duas partes. In prima parte statuit, quod pro cōsecratione ecclesiæ nullum munus exigatur. In secunda statuit quòd nulla basilica consecretur ab episcopo, nisi dos ei fuerit assignata. 2. ibi, hoc tamen, quia iam, vtrum pro consecratione ecclesiarū episcopus possit aliquid exigere disputauimus. ſ. e. q. 1. 3. c. statuimꝰ. Ideo ad literam exponendam accedimus. Lege te. ¶ [Placuit. munus aliquod] indecens, & inhonestum, & non debitum. s. pecuniam, equum, & huiusmodi. vt. ſ. q. 1. statuimus. & c. placuit. 2. sed procurationē moderatam sibi & suis exigere pōt. Dignus est. n. mercenarius mercede sua, & nemo cogit militare stipendijs suis, & qui spiritualia alicui ministrat licitè ab eo temporalia exigit vt. 12. q. 2. charitatē. & 13. q. 1. §. 1. & extra de simo. cū sit. Hu. & Archi. ¶ Sed hic surgit vna questio.

Diuisio. Exponit literam. Luc. 10. b. 1. Cor. 9. a.

1 †Quid iuris de alijs paruis munusculis quæ episcopi vel eorū seruitores vel clerici quasi ex debito consueuerunt accipere. Respondetur quod non debent exigi, sed oblata licitè suscipiuntur, & fortè quia modica sunt & ex antiqua consuetudine solent accipi & excusantur recipientes. Hu. [A fundatore] vel etiam ab ecclesia quamuis opulenta. Hu. [sed ipse] vel etiā ecclesia pollens diuitijs [ex suo voto.] s. sponte & voluntariè. Hu. [non reseruatur]. i. recipi non prohibemus. vt. ĵ. e. q. sicut. [Si vero. aut &c.]. i. si egestate detinetur quamuis gratis offerat [nihil exigatur]. i. recipiatur quasi exactum, cū paupertas vel necessitas illum vel ecclesiam excuset. ar. 10. q. 3. cauendū. vnde si ecclesiam paupertas vrgeat talis ecclesia ad hospitalitatem seruandam aut iura episcopalia persoluenda non tenetur, nisi fortè aliquid nomine cathedratici. ar. ad hoc. de con. cum olim. & extra de offic. ord. conquerendæ. §. 1. ver. synodū. nec talis ecclesia episcopum procurabit. 10. q. 3. cauēdum. quousque perueniat ad pinguiorem fortunam. extra de consu. cum dilectus. secundum Host. qui ita notat. extra de consecr. ecc. vel al. ca. cum sicut. Archi. ¶ Sed circa superius iam dicta surgit quæstio.

2 †Cur datur procuratio a episcopo pro consecratione ecclesiæ & non pro ordinādis clericis simili ratione. Respondetur iuxta Archi. quòd ratio est sm quosdam, quia potest ordinare clericos suos, & debet in ecclesia sua. ar. 67. di. ca. 1. & 75. di. ordinationes. & facile potest habere expensas de domo sua, in qua habet victualia, sed illa victualia non potest commode ferre secum ad aliam ecclesiam. vnde necesse est ei

Quæstio. ¶ Procuratio. Nota quod procuratio nō est spūalis, licet visitatio sit spiritualis. P. de Anc. in c. cū à nobis. n. 3. de ar. Nec exigitur ꝑ episcopum ex oratorijs, licet aliqn in eis celebretur. idē in c. authoritate. nu. 1. de cēsib.

de victualibus prouideri alibi cum aliam visitet aut consecret ecclesiam. Archid. Sed vide quid dictum sit. ſ. q. 1. [statuimus hoc tamen]. 1. pars. [dotem.] ex qua clerici valeant habere sustentationem. Hu. [Obsequium]. i. vnde obsequium luminarium, & aliorum possit esse in ecclesia. de cōse. dist. 1. c. nemo. & in auth. vt nullus fabri. domum. §. 1. col. 5.

3 †Fundator. n. ecclesiæ ex quo voluntariè se exhibet ad fundandam ecclesiam, intelligitur se voluntariè obligasse ad ea quæ sunt necessaria ad debitum cultum exhibendum in dicta ecclesia, sicut Salomon. 4. Re. 6. cum ædificauit templum prouidit de luminaribus, ministris, & alijs, quæ in templo ad dei seruitium erant opportuna. [Chartulę]. i. per chartulam donationis manu tabellionis & roboratam. Hug. vel per donationem chartulæ. i. per chartulam donationem manifestantem, non tamen minus valet etiā sine chartula. C. de pactis pu. quod bo. Ideo er go fit charta, vt obuiet sibi propria scriptura. ĵ. e. q. 7. saluberrimum. & ff. de pig. contrahitur. Io. de fan. Archi. [siue spiritua li]. i. sustentatione consistente in substātijs, & possessionibus, quibus luminaria fiant, & sustententur seruiētes ecclesiæ. [priuata]. i. priuatorum vsibus, & non diuinis assignata. Hu.

1 *Pecunia aut aliquod tēporale an possit licitæ dari pro inductione ad fidem, aut ad religionē, aut ad gubernationem alicuius ecclesię secularis aut regularis.*
2 *Temporale datur pro spirituali quando datur in conuersione ad fidem vel religionem.*
3 *Nota Deo frequenter sunt ignota hominibus.*
4 *Spiritualia seu spiritualibus annexa gratuite, & non ex munere debent conferri.*
5 *Eleemosyna danda est ex communicato indigenti.*



QVam pio. Sequitur ad idem hoc. ca. quod est Bonifacij papæ, vbi papa respondet cuidam consultationi quorundam monachorum petentium, vtrum pro prælato habēdo in monasterio liceret dare pecuniam. Potest autem diuidi in 3. partes. In prima papa exorditur responsionem suam. In secunda respondet consultationi, quod nullo modo conuenit interueniēte aliquo pacto aliquē ad religionem nec ad fidem nec ad ecclesiæ regimen suscipere. In tertia consulendo, dicit, quod omni pacto cessante subsidij gratia pauperi monasterio aliquid conferri siue erogari potest. 2. ibi, dubitationi autem vestræ. 3. ibi, veruntamen. ¶ Po pleniori intelligentia huius. c. Quæritur. Diuisio.

1 ¶ †Vtrum pro inductione ad fidem, aut ad religionem, aut ad suscipiēdam gubernationem alicuius ecclesiæ secularis aut regularis possit licitè dari pecunia, aut aliquod temporale. Et videtur, quod sic primo in c. syncera. di. 45. dicit beatus Greg. qui syncera intentione extraneos à christiana religione ad fidem cupiunt rectam adducere blandimentis debēt non asperitatibus studere. ¶ Secundò sic ex. c. vlt. 23. q. 4. vbi dicit gl. quod in spiritualibus licitè fit pactio, vbi agitur de conuersione alicuius ad fidem. ¶ Tertiò sic. Licitū est pecunia redimere hominem de captiuitate corporis etiam pacto interueniente imo est opus pietatis, ergo similiter licitum erit pro redemptione animæ à peccatis dare pecuniam vel aliquid temporale. ¶ In oppositum est. c. præsens. ¶ Respondeo dicendum, quòd hic est varius, modus dicendi vt tangit Archid. Raymūdus dicit quod quis potest trahere infideles ad fidem promissionibus, & muneribus, & etiam per grauiorem exactionem pensionum faciendam in principio locationis. vt in prædicto. c. vltimo. 23. q. 4. & e. causa. q. 6. iam vero. Et hanc sententiam tenet Io. Vincē. & Phil. & Ber. extra de simo. dilectus. Alij dicūt, quod nec ad fidem, nec ad religionem aliquis trahendus est per munera danda, propter fidem recipiēdam vel ingressum religionis ex pacto. & huius opinionis est Hug. in præsenti c. qui ait. Ita in factis, & munusculis & exenijs possumus & debemꝰ blādiri infidelibus, vt conuertantur, sed pactum debet abesse. vt hic dicitur. non ergo prohibetur hic nisi pactio. hæc ille. Dicunt autē isti, quod si aliquis infidelis vellet baptizari nisi timeret paupertatem inter christianos vel si quis desiderans intrare religionē si esset solutus à debitis, aut si studuisset per aliquot annos vt capacior esset ad intelligendū quæ legeret in religione, ab aliquo sciēte eius propositum reciperet pecuniam, vel redditus quantum ad primū casum vel liberatur à debitis aut reciperet expen. in scholis. quantum ad secundum casum, licitum esset dū tamen non pro pretio rei spiritualis, sed ad aliud adminiculum impedimenti tollendum daretur illud vel reciperetur. Sed Archid. volens mediare dicit, ꝙ fortè secundum Hostien.

Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Opponit & Respō. Raymun. Archid.

Host. pôt dici ꝙ aliud est in baptismo sine quo non est salus. vt extra de sum.tri.c.1.§.penul.& tunc posset dari pecunia, vt supra dictum est in opinione Raymundi. Aliud est in religione, sine qua salus esse potest. 22.q 4.§.vl.& tunc non potest dari pecunia pro hoc, vt.s. aliquis ingrediatur monasterium, & sic ipse Host. scripsit in prædicta decre. dilectus. Dicit autem S.Tho. circa hoc in 2.2.q.c.ar.3. quod licitum est aliquem prouocare ad deuotionem monasterij per temporalia beneficia, vt ex hoc inclinetur ad monasterij ingressum licet non sit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingressu monasterij, vt habetur. 1.q.2. quam pie. hæc S.Tho. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur secundum primum modum dicendi, ꝙ conceditur ꝙ ad fidem possint infideles induci promissionibus, & muneribus. iuxta verò illum modum dicendi. Respondetur ꝙ licet id ꝙ dicit Gregorius verum sit, nihilominus pactum nõ debet interuenire in aliquo prædictorum. ¶ Ad secundã respondetur ꝙ loquitur iuxta primum modum loquendi Raymundi, & etiam Ho. ¶ Ad tertiam respondetur negando cõsequentiã. Et ratio est, quia in redemptione hominis de captiuitate corporali datur temporale pro temporali.

S. Thom.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

2 † In conuersione verò ad fidem vel religionem si daretur temporale, daretur pro spirituali. Et hæc pro nunc sufficiant. Lege tex. ¶ [Quam pie.] Pro intelligentia huius.c. est sciendum ꝙ cum longo tempore quoddam monasterium caruisset abbate, quendam monachum sibi in abbatem de alio monasterio pauperrimo elegerunt. sed ille venire recusabat. vel monachi illius monasterij illum non concedebant, nisi illi monachi gratia beneficij suo pauperi monasterio aliquid conferrent cum sibi esset vtilis. vnde præfati monachi Bonifacium Papam super hoc an esset licitum consuluerunt. Et respondit ꝙ non exemplo apostolorum &c. ¶ [Romana compatiatur ecclesia.] Sancta quippe Ro. ecclesia quæ cunctorum fidelium mater existit, quos in vtero sacramentalis regenerationis amat, & diligit, eis in eorum aduersitatibus affectuosè compatitur nec potest iuxta illud Esa.48. obliuisci mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui. [Compatiebatur.] quia lõgo tempore illud monasterium destitutum erat, & in multis diminutum. Hu. [Incognitum.]

Exponit literam. Casus.

3 † quia quæ Deo nota sunt frequenter hominibus sunt incognita. cognitori omniũ, ad Hebr.4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. [dubitationi] .i. inquisitioni Hu. [Dubitatio reddit anxium. [Ironicè loquitur. Dubitatio.n. monachorum non ex difficultate reddebat papam anxium nec ineptum ad respondendum. Nouit.n. sedes apostolica, ꝙ nemo assumendus est ad ecclesiastica beneficia, pecunia seu munere interueniente. [reddit anxium.] quia.s. in hoc dubitatis vbi dubitandum non est extra de simo. & si quæstiones. & ex anxietate ineptum, quia ipsi in tam manifesta simonia dubitauerant. vnde postea loquitur Ironicè cum dicit caute. [Nunq̃.]

4 2.pars. † probat exemplo apostolorum spiritualia seu spiritualibus annexa gratuite & non ex munere seu pecunia debere conferri. [muneris interuentu] apostoli.n. & Christi discipuli prædicatione & miraculis Iudæos & gentiles ad fidem conuerterunt. vt patet de Petro, qui vna die tria millia, & alia die quinque millia animarum conuertit, non muneribus. Actuũ. 2. vnde sanans claudum ait. Aurum & argentum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. in nomine Iesu Christi Nazareni surge ambula: [de pauperum alimento.] quod dabãt apostoli pauperibus conuersis. Hu. [quis commune.] quia inutilis & incongrua est oppositio Hug. [Quorum]. i. quia eorũ nulli cuiuscunque professionis essent victualia negabant ne-

5 cessaria ad vitæ sustentationem. Et est ar. † quod etiam excõ-

a municato indigenti est danda eleemosyna. [a] ar. 11.q.3. quoniã & 16.q.1. si cupis. cum alijs. Hugu. [Restat ergo] à contrario sensu argumentatur vt.s.e.q.1.& 24.q.2. sanè. pro aliqua susceptione. s. vt pretio inductus suscipiat ecclesiam [donum Dei] .i. donum voluntatis bonæ, quod à Deo est [venundet] cum sine pretio ecclesiam non vult suscipere. Hug. [munus autem largiens] illi quem vult pretio conducere ad suscipiendum ecclesiam. [Emat.] Et ita vterque est simoniacus, vt habetur. j. ea.q.3. audiuimus [ambiguum] derisoriè & Ironicè loquitur vel ambiguum. i. periculosum. Hu. & Arch. [omnis pactio] illicita, simoniaca. non.n. remouetur nisi pactio inhonesta, non autem honesta. ar.23.q.4. quanquam. & dist. C. in ea synodo. & 18.q.2. Eleutherius. Hug. gl. Quid autem concludi necesse non est, quoniam manifestũ est de venditoribus. patet 3.Re. 5. de Giezi, qui importune accipiens pro dono Dei, quo curatus fuerat Naaman pecuniam accepit lepram pro se, & in sua

a ¶ Eleemosyna Adde plene Car di. Zab. in clemẽ. 1.§. ideoq; . de reliq. & venera. sanc. Collect. in c. nuper n. 13 ver. sed nũquid ex cõitãt indiligẽti. de sent. excõ.

posteritate. De emptoribus etiam in Simone Mago, qui quia voluit emere gratiam Spiritus Sancti à Petro, maledictus interijt Actu.8. [Veruntamen]. 3.pars. [ac postmodum] quasi diceret non ante ne præsumatur simonia, vbi notat. quod quandoque licet aliquid post, quod non licet ante. vt in sequẽti capitulo. & 8.q.3.c.1. Quandoq; aliquid licet ante quod nõ post. vt di.4. in istis & 2.q.6. quoties. & 8.q.2. dilectissimi. quãdoque quod non licet nec ante, nec post. vt.s.eo.q 1. eos qui. [gratia subsidij]. q. diceret non eo intuitu, & ea intẽtione, vel pacto vt ille ad vestram ecclesiam assentiat venire. & sic remouetur hic assignatum supra. ea. quæstione prima. eos qui. & j. ea.q.1. ex multis. Hic enim ex sola gratia subsidij, aliquid dari conceditur, ibi ex pacto vel ea intentione vel eo intuitu dari prohibetur. Hu. & gl.


NVllus abbas. Ad idem sequitur hoc.c. quod est, Vrbani Papæ. Breue est & planum ex dictis, palea tamen in aliquibus. vnde Hug. nec glo. nec Archi. tangunt illud, & in seq.c. quasi idem continetur. Summa eius est, quod nec pro ingressu monasterij, nec pro ordinatione, nec pro chartis siue instrumento aliquid est dandum.

1 *Notarius an possit aliquid temporale exigere pro literis ordinationum. & nu. 2. & 3.*


4 *Notarius si petat pro laboribus suis aliquantulum plus secundum facti magnitudinem aut grauitatem non videtur prohiberi & nu.6.*

5 *Literarum numerus seu scriptura non sunt consideranda, sed magnitudo & grauitas contentę materiæ.*

7 *Notarius si aliquid sibi offertur gratis quod beneuolentiam aut pietatem sapiat potest licite accipere.*

8 *Venditio verbum non continet gratuitum contractum.*

9 *Offerri an possit aliquid gratis & sine pacto ante ordinationem sicut post.*


SIcut episcopum. Sequitur ad idem. c. hoc Gregorij in registro. In quo ostendit quod pro ordinatione nec ab episcopo nec ab Archidiacono nec à notario est aliquid exigẽdum. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit quod dictum est. In secunda dicit ꝙ si aliquid gratis oblatum fuerit post acceptas chartas & palliũ non prohibet recipi. 2. ibi, is autem. ¶ Pro pleniori intelligen-

Diuisio.

1 tia huius.c. circa notarios. Quæritur sic. ¶ † Vtrum notarius pro literis ordinationum possit aliquod tẽporale exigere. Et videtur quod non. Primò ex præsenti capitulo quod etiam ponitur extra est simo. capitulo primo. vbi prohibetur. ¶ Secundò arguitur ex.l. in authen. de sanctis. episcop. §. quando. vbi idem prohibetur. ¶ Tertiò ex.c. non sanè. 14. quæstione. quinta. vbi prohibetur aliquid pro ferendo testimonio recipere. Cum autem literæ illę testimoniales sint ordinationum sequitur &c. ¶ In oppositum videtur militare ꝙ in curia Romana notarij sciente Romano pontifice & nõ prohibente recipiunt pecunias de literis tam pallij, quã beneficiorum, quã dispensationum. ¶ Respondeo dicendum, hic sunt duo articuli declarandi. Primus est de scriptura notariorum, an pro illa possit aliquid licitè exigi. ¶ Secũdò an ꝓ sigillo episcopi, aut prælati, aut iudicis, sit aliquid exigendum. Circa primum articulum est duplex opinio seu modus dicendi extremi. prima opi. est Hu. in præsenti.c. & Ber. in c.1. de simo. & aliorum sequentium eos. iuxta quorum opinionem firmãtur sequentes

Quæstio.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit i contrariũ.

Respõdet.

2 conclusiones. Prima est † ꝙ si certũ salarium est notario cõstitutum, vt tale officiũ agat. s. vt dictet & scribat literas episcopi, vel alterius prælati, non debet aliquid exigere intuitu officij, sed laboris sui. Ista conclusio patet hic, & extra de simo.c.

3 1. ar. 23.q.1. militare. ¶ Secunda conclusio. † ꝙ si salarium non est sibi aliquod pro labore hoc constitutũ, potest exigere congruum sui laboris pretiũ, & accipere. quæ cõclusio probatur. Tum primo. quia vnicuiq; licet locare operas suas. Tũ secundo quia de suo nemo cogitur inuitus facere beneficiũ. vt 10. q.2. precariè. & 12.q.2. charitatem. Tum tertio potest persuaderi præfata conclusio sic. Non minus spũale est ecclesias consecrare, & pollutã reconciliare, quã chartã ordinum scribere imo magis. sed eps pro consecratione & recõciliatione ecclesiarũ exigit, & accipit procurationẽ, & similiter in visitando, vt.s.e.q.1. placuit. ergo scriptor pro literis ordinum laborans potest exigere pecuniam, & recipere pro suo labore, & præ-

Primũ cõclusio.

Secũda cõclusio.

sertim quando tali scriptori non est assignatum certum salarium.¶ Tertia conclusio.† ꝙ si notarius petat pro laboribus,

Tertia cõclusio. 4

suis aliquantulum plus ꝑm facti magnitudinem aut grauitatē non videtur prohiberi.¶ Quarta conclusio.† In laboribus huiusmodi literarum non est habenda consideratio tantum ad numerum linearum, siue chartarum scripturæ, sed ad magnitudinem & grauitatem & grauitatem cõtente materiæ. patet conclusio. quoniam in talibus alquibus opus est magni studij & vigilantiæ plurimæ. Non.n.est labor solius copistæ, sed qñ que bene docti viri. vnde pro talibus literis componendis & dictandis aliquid plus accipere quam sit labor scripturę non videtur illicitum.¶ Quinta conclusio. † est circa atramentū, est chartam ꝙ si pro eis inueniendis aut emendis est assignatum salarium, aut si ordinatus vel beneficiatus emit illa, & notario exhibuit, tunc pro illis notarius nihil debet exigere. patet. Si verò ipse notarius debuit inuenire, & emere, potest iustum pretium illorum exigere. Ista conclusio est. Hu. in præsenti.c.¶ Sexta conclusio.† ꝙ si aliquid gratis offertur. quod beneuolentiam aut pietatem sapiat, potest notarius accipere. patet conclusio. Tum primo ex.c. præsenti. Tum ex.c. dilct[9]. 2.&.c. ad apostolicam. extra de sim. Aliorum vero opinio est: sicut Laurentij vt testatur Ber. in c.1. de simo. videlicet, ꝙ si etiam notarius nihil recipiat de publico, nihil debet recipere de tali scriptura, quia simoniā committeret, & est speciale in odium simoniæ ne fraus posset procurari: Hunc sequi videt̄ Io. in gl. huius.c. sic dicens. In collatione ordinis nō est distinguendum an habeat salarium vel non. Nam dicit ꝙ in collatione ordinis nec pro labore, nec pro charta debet aliquid recipere. sed episcopus procuret vt sine muneris cuiuscunq; acceptione scribatur. Sed videtur nobis, ꝙ istud esset graue dominis episcopis, maximè habentibus paucos redditus satisfacere laboribus scriptorum notariorum in huiusmodi, & dare chartas & ceram & alia necessaria pro omnibus, qui ordines suscipiūt, aut beneficia, aut alia spiritualia, in quibus literæ cõscribendæ venirent necessariæ. vnde prima opinio plus nobis placet. verum ista secunda op. potest habere veritatem, si in literis prædictis consideretur tantum, ꝙ sunt testimoniales, quemadmodum.n. pro testimonio reddendo nihil recipiendum est, vt in c. non sanè. prædicto. ita nec pro huiusmodi literis inquantum huiusmodi videtur aliquid exigendū.¶ Circa ꝑm articulū de sigillo domini episcopi vel iudicis pro quo aliquando ad partem capitur pecunia vltra scriptorū labores, dominus Pet. de palude. in 4. di. 25. dicit sic. Cum sigillum iudicis non sit nisi ad testificationē sui iudicij non apparet quo modo pro sigillo suo iudex possit aliquid petere, nisi fortè expensas ceræ, & sigillatoris, & clericorum ad hoc deputatorum.¶ His habitis pro nunc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ.c. hoc intelligitur cum notarius habet salarium de publico.¶ Ad secundam similiter respondetur.¶ Ad tertiam respondetur ꝙ licet pro testimonio reddendo nihil sit exigendum nihilominus tamen testis potest petere expen. quas fecit veniendo ad locum iudicij, & redeundo. ita in præsenti, licet pro literis. in quātum testimonium reddūt ordinationum siue huiusmodi actuum spiritualium nihil sit exigendum. Nihilominus tñ pro laboribus tam mentalibus, quam corporalibus, qui interueniūt in huiusmodi literis, quam pro expen. necessariorum vbi publico nō est statutum sufficiens salarium licitum videtur aliquid recipere saluo semper meliori iudicio. & hoc modo excusantur notarij curiæ Romanæ. videlicet quia non habent salariū à Papa. ꝑm Abb. Alij vero excusant eos dicentes, ꝙ simonia non habet locū in curia Romana, sicut nec lex Iulia de ambitu. ff. ad. l. Iuli. de Ambitu. l. vna ꝑm Gof. quod vt dicit Host. est verum in simoniacis quia ꝓhibita, vt ipse notat. extra de sim. c. 2. quia vt dicit in istis excusat excusatio papæ seu scientia, sed de istis ꝓ nūc ista sufficiāt. Lege.¶ [Sicut episcopus manū]. i. ordinatoriam, vel consecratoriā imponit in cõsecrationibus episcoporū de sacra vnc.c. vno. & in collatione sacrorum ordinū. de sacra non ite.c.1.& fi. [minister]. i. Arc. qui examinat promouēdos vocem q̄ emittit vocando ordinādos de offi. Arc. ad hoc. [vel minister]. i. diaconus. [vocem]. i. lectionem euangelicā, quia legitur euangelium in ordinatione. Hu. & in gl. [in ordinatione eius]. i. q̄ facit episcopus. Hu. [Notari[9] calamū]. i. scripturam, q̄ ordinatus recipit ab ordinatore in testimoniū suæ ordinationis, ne dubitetur de eius ordinatione, quod inutilis fit, & vbiq; deberet obseruari regulariter. vt. 2. q. 1. legum.

8 Hu. [vēdere] † verbum venditionis non continet gratuitum contractū, quia vēditio non procedit sine pretio. ff. de cõtrah. emp. l. 2. §. sine pretio. & C. e. ti. l. empti fides. & insti. e. ti. §. pretium. Bern. super primū. extra de sim. q hic ponit duas supra notatas opiniones de notario. [Is aūt]. 2. pars. [palliū.] quo ad Archiepiscopos hoc.n. nō dabatur nisi pro pretio, sed postea fuit prohibitū. vt. di. C. nouit. Hu. [causa tantummodo gratię] .i. benignitatis & merę liberalitatis. & hoc ideo dicit qa si pacto interueniente vel ea intētione daret, quia suscipit ordinē simoniacus esset. s. e. q. 1. Ordinationes. siue ante siue post. s. e. q. 1. eos qui Hu. & Archi. Sed hic surgit quæstio. † Nunquid

Quarta cõclusio. 5

Quita cõclusio. 6

Sexta conclusio. 7

Petrus de palude.

Ad primū & secundum arg. Ad tertiū.

Exponit literam.

9 possit aliquid gratis & sine pacto offerri ante, sicut & post. Respondet ꝙ vtriq;. sed citius præsumitur ante quā post. & ideo hoc sæpius permittitur expressum. secundum Hu. & Archi.

Quæstio. Respōdet.

Authoritate.

§. est. Epilogat ea quæ dicta sunt, & tandem inducit obiectionem cõtra. Lege tex.¶ [Bonifacij]. c. quam pie. [ad conuersionem]. i. ad fidem & cultum Dei. Hu. [Gregorij]. c. sicut episcopū. Hug.

Exponit literam.

1 *Diuites non debent sumere de bonis ecclesiæ.*

1 Item opponitur.

Hic incipit. 2. pars quęstionis in qua probat. † ꝙ diuites non debēt sumere de bonis ecclesiæ, ꝙ intellige de illis qui corporaliter nō seruiunt ecclesiæ, & hoc probat per quatuor authoritates sanctorum patrum ꝑm Io. Arc. Lege tex.¶ [Opponitur]. s. contra id ꝙ dixerat, s. ꝙ pro ingressu ecclesiæ nihil est exigendum à suscipiendis, vel susceptis sed omnes quotquot recipiuntur debent gratis recipi, & suscepti pasci de rebus ecclesiæ, exceptis talibus de quibus loquuntur sequentia. A talibus.n. videtur posse exigi, vt bona sua conferant ecclesiæ, vt abstineatur à sumptibus ecclesiæ.

Exponit literam.

1 *Vidua vnde dicatur.*

Viduas.

Ista est prima authoritas, quam inducit ad probandum ꝙ diuites non debeant sustentari de bonis ecclesiæ, & est authoritas Pauli. 1. ad Ti. 5. Lege tex.¶ [Viduas honora.] non solum reuerentiā exhibendo, sed ēt necessaria. Hæc.n. duo intelliguntur in hoc verbo honora. vnde in præcepto honorandi parentes intelligitur etiam de subuentione, quasi dicat in necessarijs proinde vt exponit S. Th. super Apostolū. hic etiā dicit Hu. [viduas honora]. i. sumptibus ecclesiæ sustenta, nō tñ omnes. [sed quæ verè viduæ sunt]. i. quæ sicut à viris ita reb[9]

Exponit literam.

1 & amore mundi sunt destitutę. Hu. †. vidua dicitur quasi à viro idua. i. diuisa. Nam vidua verè est illa, quæ non habet aliās ꝑsonas à quibus sustētet̄, & huic necessaria dabant̄ de eleemosynis fideliū, vt exponit S. Th. vbi supra. & hoc patet hic in litera, cum exponit [quæ verè viduæ non sunt]. i. quæ suis &c. [non recipiant] vt sustētent̄ sumptibus ecclesiæ, possunt qdē recipi, sed receptæ nō debēt sustentari bonis ecclesiæ. Hu. [vt ecclesia sufficiat]. ar. quod clerici alicuius ecclesiæ nō debent recipere aliquem vltra quam facultates ecclesiæ sufficiūt. ar. de consec. di. 1. omnes. & di. 60. sanctorū. & 10. q. 3. viuo. Hu.

S. Thom.

1 *Clerici quibus de proprijs aut parentum bonis subest sustentationis sufficientia, an possunt licitè suscipere ab ecclesia vitæ stipendia. & nu. 2. & 3.*

4 *Diuites de patrimonio proprio, & beneficiati in ecclesia licite & sine peccato possunt petere & exigere stipendia ab ecclesia. Et quid si accipiunt causa cupiditatis. nu. 6. Nec prælatus potest eis ea denegare. nu. 5.*

7 *Clericus diues quantum possit accipere ab ecclesia cū proprijs.*

8 *Literæ an debeant facere mentionem de bonis proprijs in impetratione beneficij.*

Clericos.

Subiungit magister Gratianus ad præfatum propositum secūdam authoritatem quæ est Hieron. in epistola ad Damasum papam. hoc.c. est pars illius c. 16. q. 1. qm̄. Hug. Capitulū hoc pōt diuidi in duas partes. In prima ponit ꝙ illos clericos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari quibus parentum & propinquorum subsidia nō suffragantur. In secūda adiungit damnationē eorum, qui de proprijs opibus sustentari possunt, & bona pauperum accipiunt. 2. ibi, qui autē bonis. ¶ Pro pleniori intelligentia istius.c & sequentis. Quæritur

Diuisio.

1 sic.¶ † Vtrum hi quibus de proprijs aut parentum bonis subest sustentationis sufficientia possint licitè suscipere ab ecclesia vitæ stipendia. Et videtur quod non. Primò ex.c. præsenti, vbi Hieronymus dicit hoc esse sacrilegium.¶ Secūdò idem arguitur ex.c. sequenti. vbi Prosper dicit, illud esse grāde peccatum. ergo videtur quod hoc nō sit licitum.¶ Tertiò idem arguitur ex.c. præcedensi. vbi solę verè viduæ. i. vere pauperes & humano

Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar.

Quartum ar. & humano subsidio desolate debent de sumptibus ecclesiæ sustetari vt dicit Apostolus.¶ Quartò arguitur.quia videtur, ꝙ in hoc bona pauperū defraudantur,cum dentur non indigē tibus.vt.in c.sequenti. ¶ In oppositum arguitur ex consuetu dine ecclesiæ,in qua nō modo pauperes sed etiam diuites ad ecclesiastica beneficia promouentur, & de stipendijs deputatis præfatis officijs sustentantur. ¶ Respōdeo dicendum sub certis conclusionibus quas nos ponimus saluo semper melio ri iudicio.

Opponit contrariū. Respōdet. Prima cō clusio.

2 Prima est † ꝙ illi quibus sua sufficiunt aut qui propinquorum auxilijs possunt sustentari, si canonice ad beneficia ecclesiastica assumantur,vel promoueantur, & seruiant in eisdem ecclesijs licitè possunt stipendia præfatis beneficijs deputata recipere,vt viuere honeste de eis . Ista conclusio quæ est domini Inno.& Vlrichi & Host.& Hu.multipliciter patet tam naturali ratione,quam humana lege, quam humanis con suetudinibus,quam ordinatione diuina.patet ergo.1.naturali ratione.Tum quia nemo cogitur de suo inuitus alteri facere beneficium,aut seruitium.10.q.2.precariè. Secunda quia ne mo cogitur proprijs stipendijs militare.1.ad Corint.9. & extra de simo.cum sit.& de præscrip.cum ex officij. ¶ Tum secundo humana lege patet,quoniam qui ecclesiæ seruit, dignū est vt inquit Gregorius in registro , vt ecclesiastica remuneratione gaudeat.12.q.2.charitatem.& in c.ecclesiasticis vtilitatibus,& j.e.q.c.vl.¶ Tertiò patet ex cōsuetudine generali, qua qui pascit gregem de lacte eius mäducat.1.ad Cor.9. ¶ Quartò ordinatione domini.Ordinauit.n.Deus vt q in sanctuario operantur quæ de sanctuario sunt edāt,& qui altario seruiūt, cum altario participent.1.ad Cor.9.& dominus in euangelio. Matth.10.& Lucæ.10.Dignus est mercenarius mercede sua.

Secunda conclusio. 3 ¶ Secunda conclusio † quod tales diuites de patrimonio proprio beneficiati in ecclesia licitè & sine peccato possunt petere & exigere stipendia ab ecclesia patet conclusio.Tum ex dictis.Tum quia non exigunt nisi sibi debitum.iuxta.ca. quod debetur.14.q.1.

Tertia cō clusio. 4 ¶ Tertia conclusio.† Talibus prælatus nō potest denegare stipendia ecclesiæ.patet quia cum stipendia sint illis debita,prælatus ea denegans faceret contra iustitiam,quę vnicuique reddit quod suum est.

Quarta cō clusio. 5 ¶ Quarta conclusio. † Tales de stipendijs ecclesiæ licite viuunt,quanquam de patrimonio aliunde habeāt viuere ad sufficientiam. patet cōclusio.tū primo.quia iure suo vtuntur.Tum secūdò patet. quia,sicut supradictum est, Deus ordinauit vt qui altario seruit de altario participet.1.ad cor.9.

Quinta cō clusio. 6 ¶ Quinta conclusio. † Illi qui ita diuites sunt,vt ex proprijs aut parentum siue propinquorum sufficientiam vitæ habeant , si causa cupiditatis.s.augendi diuitias propinquos ditādi vel si vitio prodigalitatis faciant,vt superflue & luxuriosè viuant,stipendia ecclesiæ accipiunt grauiter peccant.Patet tum ex dictis. Tum quia quod pauperū est cū non indigeant per auaritiam rapere videntur.vt dis.42.ca.1.& dist.47.sicut patet etiam ex.cap.præsenti,& se.& 12.q.1.illi.& 16.q.1.quoniam.

Ad arg. ¶ His habitis dicendum est ad capitula inducta,vbi notādum,quod vt colligitur tam ex his quæ hic dicit gl.& Hu.& Arch.& Host.in summa multipliciter respondet ad dictum Hieronymi.

Pria opi. Quidam.n.excusantes excusationes, in peccatis,dixerunt & scripserunt, ꝙ capitula allegata de cōsilio loquuntur.quod vtiq; credere dicit Host.si iura inducerent quæ non habent,sed etiam ista responsio nulla est, quoniam in ipsis capitulis continetur contrarium.Nam in primo c.dicit Hieronymus quod tales committunt sacrilegium. Et in secundo dicit Prosper, ꝙ non sine grandi peccato tales accipiunt ecclesiastica stipendia,quod non esset verum,si capitula illa loquerentur tantum de consilio.

Secunda opinio. ¶ Secundi dicūt, ꝙ est præceptum , sed intelligitur de his qui occasione diuitiarum patrimonialium vagantur, & nec per se, nec per alios seruiūt ecclesiæ.Sed isti licet bene dicant in hoc . ꝙ dicunt , quod sit præceptum,nihilominus non bene dicunt , ꝙ intelligātur capitula illa de illis,qui vagantur,& non seruiunt per se, nec per alios ecclesiæ.& etiam hoc commune est omnibus clericis si ue diuitibus,siue pauperibus , qui vagantur & seruire contēnunt ecclesiæ.vt extra de cle.non resid.

Tertia op. ¶ Tertij dicunt , ꝙ loquuntur de his,qui vsurpāt quartam partem decimarum pauperibus assignatam , nec isti videntur sufficienter soluere qa capitula prædicta generalius loquuntur quam de vsurpatione quartæ partis.

Quarta op. ¶ Quarti respondet ꝙ intelligantur in eo casu, in quo ecclesia non sufficit omnibus , tunc.n.quibus propria sufficiunt debent cessare à sumptibus ecclesiæ cum sit casus, in quo deberent potius de suo subuenire.ar.76.dist. pasce. & extra de censib.c.licet.

Quīta op Vlrichus. ¶ Quintò dominus Vlrichus respondet in summa sua sic. ꝙ hoc intelligendum est cum extrema necessitas pauperum hoc requirit,vt etiam sua eis quisq; pro sua facultate communicet.hæc est etiam sententia S. Thom. qui in 2.2.q.185.ar.7.dicit ad istam authoritatem Hieronymi ꝙ non omnia bona ecclesiarum sunt pauperibus eroganda,ni si fortè in articulo necessitatis,in qua etiam pro redemptione captiuorum , & alijs necessitatibus pauperum vasa cultui diuino dedicata distrahuntur,vt Ambrosius dicit.& in tali necessitate peccaret clericus , si vellet de rebus ecclesiæ viuere, dummodo haberet patrimonialia bona,de quibus viuere posset.hæc ille.Item idem.q.187.ar.4.in responsione.Ad primū ar.dicit ad prædictas authoritates Hieroni, & Prosperi,ꝙ authoritates ille sunt intelligendę tempore necessitatis,quando .s.non posset aliter pauperibus subueniri , tunc.n. tenerentur non solum ab eleemosynis suscipiendis desistere, sed etiam sua(si quæ haberent)largiri ad pauperū sustētationem. hæc ille.Circa quam intelligentiam dicit Hug. Ego autem dico qđ sit præceptum,& quod si tales accipiunt stipendium ecclesiæ vt suis honestis vsibus prouideant & pauperibus tempore necessitatis subueniunt,bona est eorum intentio , & sine peccato possident sua,& percipiunt ecclesiastica stipendia sibi assignata. S.Thom.

¶ Sed hic surgit quæstio . † quantum potest quilibet accipere cum proprijs.Respondet Hu. Dico ꝙ quantum sibi assignatum est canonicè,vel hoc pro honestate personæ,& qualitate moderandum est.Ista pro nunc sufficiant quia sæpe occurret huiusmodi materia. Quæstio. Respōdet.

Lege.¶ [Clericos.] Nota ꝙ vt notat hic dominus Arch. Rodof.intelligit hoc.c.& 12.q.1.Illi. & similia.ꝙ loquantur ſm statum primitiuæ ecclesiæ, quando exiles erant redditus, & distribuebātur de facultatibus ecclesiæ prout cuique opus erat.12.q.1.c.2.&.c.quia tua.Archi. Sed iste videtur nobis nimis grosse intellexisse,quoniam Hieron.& Prosper cum nō fuerint t pe status primitiuę ecclesiæ non loquuntur ſm illum. Exponit literam. Archid.

[Sacrilegium.] Si ex auaritia & cupiditate hoc faciunt tales.s.qbus sua sufficiūt in hoc sacrilegiū committere intelligunt,qa circa stipēdia dedicata Deo & deputata ecclesiæ ad sustentationem ministrorū eius, & pauperū Christi,quæ etiam sacra dicūtur,delinquunt, cū ea accipiāt ea intentione corrupta,vt diuitias accumulēt, vt ædificia magna construant,vt parentes ditent,& exaltent,vt superflue & luxuriosè viuant.

8 ¶ Sed hic surgit quæstio quam mouet . Archi.† vtrū in impetratione beneficij debeant literæ facere mētionem de bonis pprijs.Et videtur ꝙ non,quia hoc videt in nui ex eo ꝙ apostolicus non respondet cōsultationi sibi factę super hoc extra de rescrip.postulasti.& hoc ibi approbāt Inno.& Ber.& Comp.ad hoc.ar.30.di.hoc autem.vnde dicebat Inn.non credimus ꝙ qui habet beneficiū viuere debeat de patrimonio sed de altari.extra de præb.cum ſm apostolum.Nō obstat.c.j.proxi.quia ibi author canonū intendit prohibere, ne quis de patrimonio auare thesaurizet & bona ecclesiæ expendat.aliàs aūt bene licet sua conseruare hæredibus, & bona ecclesiæ expēdere.& hoc ipse Inn.no.extra de præb.episcop'. Sed Vinc.notat in prædicto.c.postulasti.ꝙ non valent literę, nisi faciant mētionem de paterna hæreditate.Et hoc ideo qa talis indigne petit beneficiū. 16.q.1.qm.& 12.q.1.illi & hic.Et idem tenet Phi.eadem ratione.sed hoc simpliciter dicere nō placet.vnde dic cum dño Gof.ꝙ ista locum habent, quando quis est ordinatus,ad titulum patrimonij sui.extra de præbē. tuis.Et hoc ipse notat in prædicto.c.postulasti.aliàs credo verum,quod tenent Inno.& sequaces. Quæstio.

Archi.[per abusionem] abusio est quando cum ea corrupta intentione quæ dicta est stipendia ecclesiæ quærūt,& accipiūt,aliàs si accipiūt, vt bene dispensent,& vt sibi & suis prouideant.& vt pauperes tempore necessitatis sustentent,nō peccant.vtuntur.n.iure suo, & sibi debita accipiunt,vt dicit Hu. [iudicium.arg.[manifestum quod.c.hoc non intelligatur de consilio, sed de præcepto.

PAstor, Ad idem sequitur hoc.c. quod est Prosperi lib.de vita contemplatiua.c.10.Et diuiditur in duas partes.In prima ponit,quod prælati ecclesiæ his quibus sua sufficiunt non debēt stipendia ecclesiæ erogare.In secūda parte assignat aliquas rationes ad hoc.secunda ibi, quandoquidem.intelligentia huius capituli satis patet ex disputatis in superiori. Et nihilominus dicemus aliquid in litera. Diuisio.

Lege.¶ [Pastor non debet].s.cum ecclesia non potest omnibus existentibus sufficere.Ista ratio tāgitur.1.ad Ti.5.& in præcedēti cū dicitur. ꝙ viduæ quæ suis vel parentum opibus sustentari possunt,non recipiantur,vt.s. sustententur stipendijs ecclesiæ,vt ecclesia sufficiat his, quæ verè viduæ sunt . vel intelligitur in eo casu cū clerici extrauagātur,& incūbūt proprijs,& nō seruiunt ecclesiæ. vel intelligitur Exponit literam.

gitur in eo casu in quo clerici reseruant sua mala intentione.i. vt diuites sint, vt diuitias accumulent, turres extruant, propinquos ditent, vel ipsi luxuriosè viuant. tales.n. non debent tali intentione exigere vel recipere. Hug. Sciendum tamen ꝙ ista verba, pastor ecclesiæ, non habentur in originali prosperi, sed quod sequitur in hæc verba: nec illi qui sua possidentes da ri sibi aliquid volunt sine grandi peccato. [Quandoquidem]. 2. pars. Prima ratio tangitur. ibi grandi peccato. vnde grande quoniam panis egentium vita pauperis est, qui fraudat illum homo sanguinis est. 9. q. 5. ca. 2. Cum autem graue peccatum non committatur nisi ex transgressione alicuius præcepti, cũ prosper dicat grande esse peccatum quod habens diuitias acci piat bona ecclesiæ, ex quibus pauper victurus erat: patet quod dictum tam Hieronymi quam Prosperi est in præcepto, sicut superius dictum [de clericis]. 2. ratio. [Spiritus sanctus] Oseę 4. [peccata populi]. i. oblata à populo. [percipiunt, & comedunt cum peccato.] vide plenius. s. e. q. 1. c. vbi sacerdotes. vbi exponitur. Hug. [Non alimenta.] sua tantũ, sed suscipiunt [aliena peccata]. i. cum peccato suscipiunt ea, quæ alijs debentur, quasi diceret, non suscipiunt ea tm̃ in vsum alimentorum. i. vt sint eis alimẽta tãtum, sed peccata, qa peccãt, qa suscipiũt aliena [aliena]. i. alijs debita. vt di. 42. §. 1. & di. 48. sicut. Hug.

Verum. §. est in quo Gratianus exponit de quibus diuitibus intelligatur, quod non sint recipiendi vt ecclesia in eius stipendijs alãtur, & qui recipi possunt, videlicet qui relinquentes propria pro Deo est verum quod dicit Hu. & Goffredus. quòd Gratianus nõ videtur rectè procedere cum præmissa capitula quibus id confirmat loquantur de iam receptis, & ipse concludit de recipiendis. Sed sic potest concordari, vt quod hic dicit prohiberi suscipi, intelligatur. i. susceptos ali siue quod prohibeantur suscipi vt pascãtur de re bus ecclesiæ, si aliunde habent. [Petrus]. Mat. 4. [Mattheus.] Mat. 9. [Paulus.] Act. 14. Zacheus] Lucæ. 19. [pedes Apostolo rum.] Actu. 4. & 9. Arch. [residentes.] cum sint clerici, & debeant esse in ecclesia, & ei seruire. Hu. & Arch. [de quibus]. i. qualibet. & loquitur prosper expresse in sequentibus. ca. sicut & in præmisso de susceptis, licet magister Gratianus in §. suo concludat de suscipiendis. Hu.

1 *Perfectior an sit qui se mundi rebus propter Christum spoliat, aut qui in mundo nihil habuit, nec habere desiderat, quam ille qui multa possidet, & de illis ecclesiæ aliquid præstat.*



I quis. Ad idem propositum subiungit hoc c. Gratianus, quod est Prosperi vbi supra. Et diuidit in tres partes. In prima dicit, ꝙ qui relinquere sua non vult de rebus ecclesiæ sustentari non debeat. In secũda assignat rationes, quare hoc sit graue peccatum. In tertia parte ostendit, quod si quis diues de suis facultatibus ecclesiæ conferat, non propter hoc est præferendus pauperi volũtario. qui nec diuitias habet, nec diuitias diligit, sed pauper de rebus ecclesiæ pascitur. 2. ibi. Non est meum. 3. ibi, quod si aliquid. ¶ Pro pleniori intelligentia eius, quod in tertia parte contine tur quæritur. ¶ Vtrum perfectior sit, qui se mundi rebus pro pter Christum spoliat, aut qui in mundo nihil habuit, nec habere desiderat, quam ille qui multa possidet, & de illis ecclesię aliquid præstat. Et arguitur quod nõ. Primò sic perfectius est dare eleemosynam, quam petere. Dicitur.n. Actu. 20. Beatus est dare quam accipere. ergo videtur quod perfectior est qui habet vnde det ecclesiæ quam qui nihil vnquam habuit, sed semper ab alijs recipit, & habetur in c. cum Matthe. extra de cele. miss. ¶ Secundò sic. virtus in medio consistit, vt dicitur. 1. Ethicorum. sed ille qui omnia dimittit propter voluntariã, paupertatem non videtur in medio consistere, sed magis in extremo. ergo non agit virtuose, & per cõsequens non est in hoc perfectior alijs. ¶ Tertiò sic. dare eleemosynam est opus maximè deo acceptum, & sicut Chrysostomus dicit est medicamentum, quod maximè in pœnitentia operatur, sed paupertas talis vt quis nihil in mundo habeat, excludit eleemosy narum largitionem. ergo videtur quod talis paupertas non faciat ad perfectionem & per cõsequens ex tali paupertate nullus dicendus est habentibus aliquid & dantibus de eis aliquid ecclesiæ perfectior. ¶ Responsio. dicendum, quod perfectior dicitur cæteris paribus qui se mundi rebus spoliat propter Deum aut qui in mundo nihil habuit, nec habere desiderat quam ille qui multa possidet, & de illis ecclesiæ aut pauperibus aliquid præstat. Ista conclusio patet. primo authoritate

Diuisio. — Quæstio. 1 — Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Respõdet.

huius. c. 2. authoritatibus Augustini, quas inducit hic Archi. Primò enim Augustin. dicit libr. de bono coniugali. bonum erat quod faciebant qui de sua substantia Christo & discipulis ministrabant necessaria, sed melius qui substantiam suam dimiserunt, vt expeditiores dominum sequerentur. item libr. de ecclesiasticis dogmatibus dicit idem Augustinus. bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare, melius est pro intentione seruiendi domino omnia simul donare, & absolutum à solicitudine egere cum Christo. Tertiò patet authoritate beati Gregorij qui. 4. moralium dicit. Sunt nonnulli iustorum qui ad comprehendendum culmen perfectionis accincti dum altiora interius appetunt, exterius cuncta derelinquunt. Quartò patet ratione sic. Ad perfectionem charitatis in qua substantialiter perfectio consistit maximè appropinquat homo cum affectum suum abstrahit ab effectu terrenorum. patet. Tum ex illo Matthe. 19. Si vis perfectus, esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Tũ ex illo Augusti. 10. confess. loquentis ad Deum, minus te amat qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat, qui etiam libro. 83. q. dicit. quod nutrimentum charitatis est minutio cupiditatis perfectio, vbi nulla cupiditas. Ex hoc autem quod aliquis res mundanas possidet. alligatur animus eius ad earum amorem. vnde Augustinus dicit in epistola ad Paulinum & Therasiam, quod terrena diligũtur arctius adepta quam concupita. ergo sequitur perfectior sit qui se pro pter Deum mundi rebus spoliat, quam qui multa mundi bona possidet, etiam si de illis aliqua ecclesiæ aut pauperibus, præstet. His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. dicimus enim iuxta sanctum Tho. in 2. 2. quod licet cæteris paribus perfectius sit dare, quam accipere, tamen dare vel relinquere omnia sua pro Christo & modica accipere ad sustentationem vitæ melius est quam dare particulariter aliqua pauperibus vt ex dictis patet. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem. Et ratio est iuxta sanctum Thom. vbi supra. quia medium virtutis secundum philosophum. 2. Ethicorum. accipi tur secundum rationem rectam, non secundum quantitatem rei. Et ideo quicquid potest fieri secundum rationem rectam non est vitiosum ex magnitudine quantitatis sed magis virtuosum. Est autem præter rationem rectam, si quis omnia sua consumeret in intemperantiam, vel absque vtilitate. Est autem secundum rationem rectam quod aliquis diuitias abijciat, vt contemplationi sapientiæ vacet. quod etiam philosophi quidam fecisse leguntur. vnde multo magis secun dum rectam rationem est vt homo omnia bona sua relinquat ad hoc quod Christum perfectè sequatur. vnde Hieronymus dicit in epistola ad rusticum monachum. Nudum Christum nudus sequere. ¶ Ad tertiam respondetur negando con sequentiam. Et ratio est iuxta sanctum Thom. vbi. s. quia ab renuntiatio propriarum diuitiarum comparatur ad eleemosynarum largitionem sicut vniuersale ad particulare, & sicut holocaustum ad sacrificium. vnde Gregorius dicit super Eze. quod illi qui ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, in bonis, quæ faciunt sacrificium offerunt quia aliquid Deo immolant, & aliquid sibi reseruant. Qui vero nihil sibi reseruant offerunt holocaustum, quod est maius sacrificio. vnde Hieronymus, contra Iulianum dicit. Quod autem asseris eos melius facere qui vtuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidant, non à me eis sed à Deo respondetur. Si vis perfectus esse &c. Et postea subdit. Iste quem tu laudas secundus, & tertius est, quem & recipimus, dummodo sciamus prima secundis, & tertijs præferenda. Et ideo ad excludendum errorem Vigilantij dicitur de ecclesiasticis dogmatibus, quod superius induximus. Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogari, sed melius est pro intentione sequendi dominum insimul donare & absolutum à solicitudine egere cum Christo. Lege. ¶ [Si quis.] clericus. Hugo. [propter hoc non vult.] quod facere non debet. vt. 23. q. 7. quod autem. & 12. quæstio. 1. illi autem. & 12. quæstio. 1. expedit. Hugo. [vt quid multiplicat sua peccata peccatis alienis.] id est, vt quid multipliciter peccant suscipiendo res ecclesiæ alienas. id est alijs debitas, & communicandas. Hugo. [Non est meum.] Assignat rationes duas, quod hoc sit grande peccatum, quia facultates ecclesiæ, quæ deberent cedere in vsus pauperum deuorant, & rapiunt, & in hoc pauperes defraudant. Secundo ratio est, quia ecclesiam grauãt quam deberent si Deum, & proximum diligerent suis facultatibus adiuuare. [in congregatione.] Congregatio talium

August. — Grego. — August. — Ad primũ argu. S. Thom. — Ad secũdũ — Ad tertiũ. — Gregorius — Hieron. — Exponit literam.

talium est velut congregatio taurorum de quibus psalm.67. Hu.congregatio taurorū.i.diuites qui abundant in vaccis populorum in temporalium superabundantia velut vaccæ in lactæ,dum bona ecclesiæ suscipiunt excludunt pauperes, q̄ probati sunt carere auro & argento,hi.n.tanquam indomiti tauri pauperum pascua inuadunt,in talium cōgregatione non viuit gratia spūs sancti.vt in illa sancta congregatione. de qua Act. 4.dicitur ꝙ multitudinis credētium erat cor vnum, & anima vna.vbi nemo sibi propriū dicebat, sed erant illis omnia cōia, & distribuebatur vnicuiq;,prout opus erat.ibi pauperes pascebantur,nec qui plus tribuebat inaniter extollebatur nec contemnebatur,qui minus offerebat.[Quod si aliquid.]3.pars. non se præferant clerici]ob hoc.Hu.[perfectior.]Re uera initium maioris perfectionis habet.Nam inchoatiuè perfectio consistit in paupertate voluntaria,essentialiter vero in sequela Christi iuxta illud Mat.19.Si vis perfectus esse vade & vende &c.Et sequitur:sequere me.vel perfectior.i.expeditior ad seruiendum Deo Hu.[iactat.]dicit Gregorius in pastorali in captiuitatem virtus & pulchritudo traditur in manus inimici cum deceptæ menti antiquus hostis ex boni operis elatione dominatur.ad hoc.s.e.q.1.vide quantum.Archid.

1 *Relinquens sua amore Christi de bonis ecclesiæ inter alios pauperes licitè accipit.*

2 *Pauperes sunt in multiplici differentia.*

3 *Clerici possunt diuidere beneficia ecclesiastica,vt in priuato percipiant quod in communi soliti sunt habere.*

4 *Distributiones quotidianæ quæ dicantur. & nu.6.*

5 *Impetrans literas quod habeat quotidianas distributiones non habebit panem,& vinum & talia.*



SAcerdos. Ad idem sequitur.c.hoc ꝙ est eiusdem prosperi in quo ostenditur quod clerici deserentes omnia sua ꝓpter. Deum vel pauperes seruiētes ecclesiæ possunt licitè de fructibus ipsius sustentari. licet gloriosius sit abstinere, & proprijs laboribus sustentari.Et diuiditur in tres partes. In prima ostendit ꝙ clerici qui omnia reliquerunt propinquis,aut pauperibus distribuerūt, aut rebus ecclesiæ adiunxerunt,licitè possunt viuere de rebus ecclesiæ.In secūda ostendit ꝙ clerici quos natiuitas pauperes fecit,licitè possunt de rebus ecclesiæ viuere, siue in domibus suis existentes,siue in ipsa comemorantes. In tertia ostendit quomodo hoc non obstante Paulus de euāgelio noluit viuere,sed de labore manuum suarum.2.ibi clerici quoque.3. ibi, apostolis tamen.Plana sunt omnia. Lege text.¶[Sacerdos.]s. episcopus vel alius ecclesiæ prælatus.Hug.[dispensat] sibi & alijs,& ne intelligatur de quolibet sacerdote subdit de quo debeat intelligi.s.qui reliquerit laude,quia laude pietatis extollēdus est,qui amore perfectionis propria relinquit,& dispensat communes ecclesiæ facultates, prudēs ac fidelis seruus quem constituit dominus super familiam suam.Mat.24.& 25.[accepit]vt det illi cibū in tempore, sic laudat prosper in li. de vita contemplatiua Pascinum nolensem & Hylarium arelaten.episcopos qui amore perfectionis propria reliquerūt,& facti episcopi facultates ecclesiæ communes dispensarunt,& auxerūt & pauperibus distribuebant, ꝓ vt opus erat[paupertatis amore.]bene dicit paupertatis amore,qm̄ vt dicit Hug.non videt perfectio,cum aliqui oīa sua relinquunt consanguineis,vel distribuunt pauperibus,& assumunt paupertatis habitum, non amore paupertatis.sed vt possint ad aliquas dignitates ꝓmoueri non propter Deum, sed propter humanā laudem. vel vt

1 ditent propinquos[pauper]voluntarius.†Qui.n. sua amore ꝑfectionis reliquit sequens Christum pauperem,pauper de bonis ecclesiasticis inter alios pauperes laudabiliter accipit,sic apostoli qui omnia dereliquerunt Mat.19.[de bonis multitudinis credentium.]quæ erant cōmunia ei.vt in c.dilectissimis 12.q.1.laudabiliter,[prout opus erat acceperūt].Act.4.Et in signum huius Christus loculos habuit Io.12. vt deducit Au. super Io homil.8.& ponitur.12.q.8.Exemplū domini accipite.[Talis quoque].2.pars.[Natiuitas.]Notat hic Hu. & Arc:

2 differentiam inter pauperes.†Nam quidam sunt quos natiuitas pauperes fecit,quam tamen paupertatem diuino intuitu voluntariè patiuntur.Alij sunt pauperes, qui diuino intuitu siue amore seipsos Christi pauperibus adiunxerunt,& oīa bona sua propter Deum reliquerunt,vt apostoli qui relictis omnibus sequuti sunt Christum,vel pauperibus erogauerūt,vt Zacheus,vel ecclesiæ rebus adiunxerunt,paupertas istorum voluntaria dicitur.Sunt alij pauperes sola cupiditatis habēdi voracitate, vt hypocritæ. Istorū paupertas dicitur simulatoria. Sunt alij pauperes contra voluntatem suam dolentes ꝙ non sunt diuites,vt mendici,& istorum paupertas dicitur necessa

3 ria.[In domibus].ar.†ꝙ clerici possunt diuidere beneficia ecclesiastica, vt in priuato percipiant quod in communi soliti sunt habere.arg.32.di.si qui verò & 12.q.1.quia. Sed dico ibi, & hic loquitur de clericis indigentibus,quibus tenetur ecclesia prouidere sicut alijs pauperibus. Isti tales accipiunt ab ecclesia non quia clerici,sed quia pauperes,non quasi præbendā sibi assignatam ratione clericalis officij, sed tanquam eleemosynam.alioqui contradiceret.12.q.1.necessaria. & q.2.vobis. & de conse.dist.5.in omnibus.Hug.de talibus.s.de primis,qui omnia reliquerunt parentibus.aut pauperibus &c.[Apostolus].1.ad Corin.9.[In sacrario.]vt.13.q.1.§.quia ergo. & 16. q.1.cap penult.Hu.& glo.]participent.]Ad horum declarationem notandum iuxta dominum Archidi. hic quod quædam sunt ecclesię in quibus dantur quotidianę portiones.extra de


4 præben.dilectus.1.in fin.†& illę appellantur quotidianę distributiones,quæ tamen dantur illis qui intersunt horis diuinis, & in ecclesia residentibus.vt extra.eo.ti.licet. Et isti qui talibus intersunt dicuntur adesse ad opus sanctum,vt patet.19.distinct.c.vlt.sunt etiam quædam ecclesię,quæ habent præbendas quæ tantum residentibus de communi conferuntur. Habent etiam manualia beneficia,vt patet extra de verbo.signi.

5 olim.secundum Hostien.†Nota tamen quod si quis impetrat literas, quod habeat quotidianas distributiones propter hoc non habebit panē & vinum & talia,sed intelliguntur quotidianæ distributiones tantum denarij, qui dātur his qui intersunt horis diuinis,vel quid aliud secundum cōsuetudinem quarūdam ecclesiarum.Et sic intelligunt doctores extra de præben.

6 licet.sic etiam tenet curia secundum Bon.†Nota tn̄ quod quo

a tidiane distributiones[a] aliquando vocantur victualia,& in prædicta decre.olim.Et quod ista pro eo accipiantur patet extra lib.6.de cle.non resi.consuetudinem.in principio. Sed hic ab Archidiacono mouetur quæstio.vtrum qui ad horas canonicas & exequias mortuorum & similia potius pro denario vel pro ventre,replendo,quam pro Deo ad officium accedunt cōmittant simoniam.sed nos plene istam quæstionem disputauimus.s.distin.91.c.clericus. ibi vide vbi copiosius diximus, quam Archid.[hic Apostolus].3.pars.quamuis enim euangelium copiose prædicaret, & potestatem haberet, vt de euāgelio viueret,& victum acciperet ab his quibus euangelizabat sicut & cæteri apostoli,non tamen est vsus hac potestate.vt dicit.1.ad Corint.9.imo sibi & alijs acquisiuit manibus laborando,& operando.vnde 1.ad Corint.4.ait.Laboramus manibus nostris.& 1.ad Thess.2.ait,memores fratres estis laboris mei & fatigationis, quia nocte ac die operantes ne aliquem vestrum grauaremus.glo.in expen.Hac autem potestate qua poterat viuere de euangelio Apostolus non est vsus.vt dicit.1.ad Corinth.9.& hoc primo ne offensam poneret in euangelio, ne crederetur eius euangelium venale. Secundò ne meritum suæ gratiæ vacuaret.magna enim gloria est prædicatori sumptus non quærere de prædicatione si aliter potest transire, qa per hoc compatitur infirmis,ne habeant occasionem detrahendi.Tertiò quia ex hoc quod non accipit sumptus videtur ex charitate magis euangelium enuntiare.[mori]vel ad literā [vel mori].i.affligi.glo.[gloriam meam euacuare[non tamen prorsus extingui sed minui Archidia. Vel euacuare dicit gloriam suam, si sumptus acciperet, quia non supererogaret. Non enim ei esset tantum meritum vel tanta gloria si de laboribus manuum suarum nō viueret, sed ab alijs reciperet temporalia,quibus spiritualia ministrabat.Et est ratio Apostoli talis. gloria quæ est præmium super erogationis non debetur operibus necessitatis ad quæ tenemur ex præcepto. ergo ex hoc quod sumptus reciperet ex euangelio non habebat gloriam supererogationis, sed potius ex hoc quod nō accipiebat sumptus secundum S.Tho.super Apostolum qui ita exponit.

1 *Clerici bene & fideliter ac vigilanter deseruientes ecclesiæ de bonis ecclesiæ iuxta eorum merita vitæ stipendia licitè suscipiant.*



CLerici. Ad idem sequitur capitulum hoc capi.quod sumptum est ex concilio Agatensi.In quo dicitur. † quod clerici bene, & fideliter ac vigilanter deseruientes ecclesiæ de bonis ecclesiæ iuxta eorum merita vitæ stipendia licitè suscipiant. Breue est. Lege textum.¶[Clerici omnes.]per istud signum vniuersale,omnes dicebat

Diuisio.

Exponit literam.

[a] ¶ Distributiões. quotidiane.Vide floria. Bal. & Angel.in l.1.parté fun di.ff.de serui rust.prædi.Inno in c.cū.M.ferrariēsis de constitu.& ibidē Pet. de Anc.& Car. Zab. Bart. cœpo.in trac. de ser rus. prædio. ti. de aquedu ctu. Et qd veniat distributionū appellatiōe, Car. Zab.in cle. 2.§.1.q.15. de ætat. & quali.

Exponit literam.

nes dicebat Ioann. de quod clerici diuites de patrimonialibus dummodo seruiant ecclesiæ, iustè recipiunt stipẽdium ab ecclesia. argu. 10. q. 2. præcariè. & 12. q. 2. charitatem. & c. ecclesias. & cap. quicunque. Nam qui ad onus eligitur non debet repelli à mercede. extra de præben. cum secundum Archidiac. Sed contra hoc argutum est. s. ea. quæstio. clericos. & ibi expositum est, & solutum. & dicetur infra. Deo duce. 12. q. 1. illi [qui ecclesiæ fideliter & vigilanter.] Ecce forma & modus deseruiendi ecclesiæ, scilicet fideliter, fidelis seruus, & prudens quem constituit dominus super familiam suam. Lucæ. 12. [vigilanter.] Ecclesia. 39. Iustus cor suum tradit ad vigilandum diluculo. dicit glo. quod quia clerici infirmi deseruire etiam intelliguntur beneficijs ecclesiæ non priuantur. vt extra de cle. ægro. capitu. 1. [stipendia suis laboribus debita]. 1. ad Corinth. 9. Nescitis, quod hi qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt, & qui altario seruiunt de altario participãt. i. partem habent de his quæ altario offeruntur. Hoc enim vt dicit Ambrosius ratio naturalis habet, vt inde viuat vnde laborat, Hoc etiã dominus ordinauit. Lucæ. 10. Dignus est operarius mercede sua. id est, cibo suo. Matt. 10. de hoc etiam. 10. q. 3. cap. penul. & 12. q. 2. charitatem. & c. quicunque. & c. ecclesiasticis. Hug. & Archidiaco. [meritum.] vt. 12. q. vulterane. & distin. 74. consuluit. Sed contra. 16. q. 7. capi. 1. sed præter illud quod ibi dicitur & soluitur addit hic Archidia. quod hic & in c. prædicto. vulterane. 12. q. 2. loquitur de his quæ ex possessionum redditibus vel cæteris huiusmodi proueniunt ibi de decimis, quæ tantum spirituali iure solummodo veniũt equo iure omnibus distribui præcipiuntur vel ibi prohibetur ne non dignioribus & non magis meritis alijs amplius detur, hic vero præcipitur vt in dãdo locus & meritum discernatur vel ibi dicitur vt nulli pro suo personatu. i. intuitu carnalis nobilitatis vel affectionis, vel ipsius personæ plus detur. Goff. Arch. [meritum seruitij]. vt presbyteri pluſquam alij percipiant. s. dist. 74. consuluit.

¶ *Quæstio Tertia.*



VLtorum. Hic incipit quæstio tertia, magister Gratianus, post digressionem, quam fecit de bonis ecclesiæ conferendis, vel non conferendis, reuertitur ad conclusionem intentam, videlicet quod qui pro ingressu monasterij siue ecclesiæ siue præbendæ pecuniam dant, vel recipiunt, simoniam committunt.

1 *Præbendas ecclesiæ emere an sit simoniacum.*
2 *Canonia quid dicatur.*
3 *Prælatus an possit vendere fructus beneficiorum suorum ad totum tempus quo venditor tenet beneficium.*
4 *Clerico an liceat locare ecclesiam suam in totum.*
5 *Beneficium an possit vendi vel locari vltra tempus vitæ locantis.*
6 *Prælatus locauit ad tempus, & ante tempus decessit, an successor eius teneatur stare contractui locationis.*
7 *Prælatus vel rector vendit omnes obuentiones ecclesiæ, quid erit de eo quod prouenit ex iurisdictione.*
8 *Rector ecclesiæ presbyteris quos ipse conducit, vel illi cui locat fructus ad tempus, curam an animarum possit committere. per idem tempus.*
9 *Prælatus an possit sub annuo censu vices suas concedere.*
10 *Episcopus nec archiepiscopus non possunt sub annuo censu vel pretio concedere alicui vices suas. & nu. 11.*
12 *Prælatus si pure & simpliciter committat alicui vices suas, & tali vicario constituat salarium non est peccatum.*
13 *Prælatus si dicat, ego pro salario tuo dabo tibi centum, & tu exerceas iurisdictionem hãc, & dabis mihi totum lucrum, licitum est.*
14 *Laicus an posit licitè recipere pecuniam pro pulsando campanas.*
15 *Clericus vel laicus licite pro officio pulsandi campanas habendo potest dare pretium.*
16 *Iuris idem est in vno cohærentium, quod in altero.*
17 *Ostia claudere dicitur dupliciter.*
18 *Laicus licite põt accipere pretiũ pro claudendo ostio ecclesiæ.*

Sed obijcitur. Sicut dictum est hic, tractatur. 4. q. quæ est an ingressum monasterij vel præbendas ecclesiæ emere sit simoniacum. prema pars huius quæstio. scilicet de ingressu monasterij expedita est in preçe. quæstione, vbi determinatum est, quod dare aliquid pro ingressu ecclesiæ siue monasterij vel emere ingressum, quod idem est, sit simoniacum. Nunc videndum est de alia parte scilicet, an præbendas ecclesiæ emere sit simoniacum. Disputabimus ergo nunc in principio pro intelligentia pleniori omnium dicendorum. quæritur. † Vtrum præbendas ecclesiæ emere sit simoniacum. & videtur quod sic primo ex presenti. capit. vbi inducitur authoritas Malachiæ prophetæ. ¶ Secũdò arguitur sic. præbendæ sunt coniunctæ sacris officijs ecclesiæ. vnde qui præbendas emit eo ipso videtur officia ecclesiastica emere, sed emere officia ecclesiastica est simoniacum: ergo emere præbendas ecclesiæ simoniacum est. ¶ Tertiò arguitur ex. cap. quoniam. extra ne præla. vices suas & c. vbi prohibetur ecclesiam sub annuo censu concedi. ¶ Quartò arguitur, ex. cap. j. eod. si quis obiecerit. vbi manifestè habetur, ꝙ nullus emat ecclesiam, vel præbendam, vel aliquod ecclesiasticum, nec pastellum, nec pastum ante vel postea. ¶ In opposi tum est. capi. vlti. extra ne præla. vices suas. ¶ Respon. no. dicendum iuxta Hug. quod in præbendis vel beneficijs ecclesię duo sunt. s. ius præbendarum & beneficiorum, & fructus ex præbendis percepti vel percipiendi, ius præbendarum intelligitur esse adiunctum sacro officio, quia sine eo non habetur, vnde & laici, quia non possunt habere ius præbẽdarum, quod solis clericis conuenit ratione officij clericalis, ipsi quoque clerici si sua culpa priuentur, omni sacro officio priuati etiam intelliguntur ecclesiæ stipendio. vt dist. 28. decernimus. nisi ex misericordia beneficium quãdoq; tribuatur ablato officio, sicut colligitur di. 50. studeat. & quia ius præbendę sic est adiunctum sacro officio. iõ si quis ius præbẽdæ emit, ipsum quoq; sacrum officium intelligitur emere, & sic simoniam committeret fructus aũt percepti vel percipiendi non sunt sacris officijs adiũcti, quia etiam à laicis possunt haberi. & ideo possunt vendi & emi sine simonia. Secũdò nota quod etiam tangit gl. in præsenti. c. ꝙ præbenda q̃nq; dicitur ius quoddam spirituale percipiendi ecclesiam & ipsam præbendam. Et hoc modo capiendo præbendam est conclusio, ꝙ emere præbendã est illicitum & simoniacum. ista conclusio patet ex rõnibus inductis in prin. quæstionis. Q̃nq; vero dicuntur ipsi fructus prebenda, & hoc modo capiendo præbendã non est simoniacum emere prębendã. ista conclu. patet ex. c. vl. extra ne præla. vices suas. Sed ista concl. deficit in vno casu ꝑm Hu. vt si quis cũ intrat ecclesiam dat pecuniã intuitu fructuũ dicens. Ego non do pro ecclesia, vel præbẽda. sed pro fructibus, qui sunt ibi percepti & collecti, vel pro his q sunt percipiẽdi. In hoc casu simonia committit. quia intelligit iste emere ecclesiam vel ingressum ecclesię, vel ius prębendæ. quod proculdubio simoniacũ est. Sed cum gratis, quis iam ingressus est ecclesiã, vel adeptus prębendam, & fructus ex prębenda vel ecclesia percipit, poterit iste sine simonia fructus perceptos vel percipiendos vendere & alij ab eo possunt licitè emere, & hoc exẽplo summi pontificis, qui fructus oblationum altaris sancti Petri infeudat, vendit, & impignorat. Omnis ergo huiusmodi quęstionis authoritates vt subiungit. Hu. quę de non emendis vel vendẽdis prębendis vel beneficijs ecclesiæ loquuntur intelligendę sunt de iure prębendarum vel beneficiorum, vel de fructibus non emendis ab ingressuris, nec vendendis ingressuris, tunc enim videntur ingressum ecclesiarum & iura ipsa emere prębendarum, quod vtrunq; simoniacũ est. ergo nec in ingressu ecclesię nec in adeptione prębendę, licet dare pecuniam intuitu fructuum propter hoc. cum glo. dicit quod fructus emere nõ esset simoniacum subiungit, nisi iquis fortè fructus ipsos ab initio suę ordinationis vel institutionis in ecclesia emeret. vt habeat dũ vixerit, vt. j. e. si quis obiecerit. & c. saluator. Tũc enim ita sunt annexa vt qui priuatur officio, & beneficio. vt dist. 71. si quis sacerdotum. hęc glo. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam de c. presenti. respondetur, ꝙ ex. c. presenti non habetur, ꝙ fructus præbendę modo asignatæ vendi non posint, aut emi sicut etiã licet officium ostiarij non posit vendi, nec emi sine simonia, ipsa tamen executio eius. s. ipse actus excludendi ostia ecclesię põt bene committi laico. & laicus si non habet salarium certũ cõstitutum pro isto actu potest recipere pecuniam, qa licitè põt locare operas suas, vt dicit Hugo. ¶ Ad secundam respondetur. ꝙ prębenda prout dicit ius spirituale est coniuncta diuino officio, vt dictum est. & sic capiẽdo prębendam vẽdi nec emi potest sine simonia. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta glo. vlti. c.

Quæstio. Primũ ar. Secũdũ r.

Tertiũ ar.

Quartũar.

Opponit & Respõ.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

vlti.c.e.ti.quæ soluit per distinctionem de ecclesia, vbi inter alia dicit.ꝙ aliquando ecclesia dicitur ipsæ obuentiones ecclesiasticæ prouenientes ecclesiæ, vt hic & in hac significatione ecclesia conceditur ad firmam sub annuo censu reddendo, qđ licet quia nullum spirituale loquatur. & ideo non contradicit capitulum proxi. hæc gl. ¶ Ad quartam respondetur iuxta dominum Vlrichum in summa sua. vbi ita dicit. Hoc intelligendum est ꝯm ꝙ præbenda dicitur ius quoddam spirituale per

Ad quartū

2 cipiendi prouentus in ecclesia ex canonia descendens. † Nam canonia est ius spirituale in choro in c. & in alijs quorum est vsus cōmunis quod ex receptione vel ex electione in canonicum, & in fratrem oritur, vel de nouo creatur, quod nullus debet habere sine præbenda. Si verò præbenda vocetur ipsi fructus, tunc in quantum annexi sunt officio, ita quod qui priuatur officio priuatur & ipsis, non possunt vendi sine simonia, simpliciter autem & per se & non vt annexi spirituali, sed vt res temporalis emi & vendi possunt, vt in c. allegato. extra ne præla. vices suas. hæc ille. Et isto modo conclusiones suprapositæ intelliguntur. sed hic surgūt aliqua dubia siue quæstiones.

Quæstio.

3 prima est. † vtrum prælatus vel clericus posset vēdere fructus beneficiorum suorum ad totum tempus, quo venditor tenet beneficium. Ad hanc quæstionem respondetur sub istis conclusionibus, prima est, ꝙ licitum est vendere fructus perditos ad modicum tempus. ista conclu. est Raymundi. extra ne præla. vices suas. c. querelam. & patet ex præcedentibus. ¶ Secunda conclusio. ad totum tempus quo venditor tenet beneficiū vendere prædictos fructus non est simoniacum, nec legitur prohibitum, non tamen est honestum. & hoc ita intellige, qđ nihil spirituale interueniat. extra de re. permu. ad quæstiones.

Respōdet.

4 ¶ Alia quæstio est. † vtrum liceat clerico locare ecclesiam suā in totum. ad quam respondetur quod sic. Nam si loco tibi ecclesiam cum sis presbyter, & tu per consequens locas operas tuas, vt ibi officies non habiturus aliàs ibi aliquam iurisdictionem, nō committis simoniam, nec alias peccas. ar. 12. q. 2. charitatem. Tamen nota, quod sicut dicit Guil. non habet in talibus locum locatio, & conductio, sed presbyter debet gratis facere officium, & ille gratis debet expensas prouidere. ¶ Itē

Quæstio. Respōdet.

5 alia quæstio. † vtrum beneficium possit vendi vel locari vltra tempus vitæ locantis. Respondetur ad hoc secundum Gof. ꝙ non potest. & ratio est quia clericus in beneficio vsufructuario comparatur, qui non est nisi ad vitam. 16. q. 6. illud. ¶ Itē

Quæstio. Respōdet.

6 est alia quæstio. † si prælatus locauit ad tempus & ante tempus decessit, vtrum successor eius teneatur stare contractui locationis. Ad hoc respondetur iuxta Inn. aut locatio est facta nomine ecclesiæ, aut nomine proprio illius prælati, si nomine ecclesiæ. Aut in vtilitatem ecclesiæ, aut non. Si in vtilitatem ecclesiæ est conclusio, quod successor tenetur. extra de solu. ca. 1. & 10. q. 2. hoc ius. & 12. q. 2. quicunq; suffragio. Si verò nō in vtilitatem ecclesiæ, aut seruata fuit forma in alienationibus rerū ecclesiasticarum seruanda, aut non. si sic, tunc est conclusio. ꝙ ecclesia tenetur stare contractui. Si verò læsa fuisset, ecclesia restituitur. extra de in inte. resti. c. 1. si verò nō fuerit seruata, est conclusio. quod ecclesia non tenetur stare contractui. Si vero nomine proprio prælati non intendentis obligare ecclesiā tūc est conclusio. quod nō tenetur successor, nec hæres eius, tamē si conductor vel emptor aliquid soluerit, tunc ꝯm Host. tenetur successor eius habere ratum, in quātum pecunia versa est in vtilitatem ecclesiæ. & hoc verum est, vt dicit Inno. in habēte administrationem siue in prælato ecclesiæ. s. quod successor tenetur habere ratum, quod factum est à prædecessore. Item no. ꝙ licet rector ecclesiæ possit ipsam ecclesiam locare vltra tempus vitæ, nunquam tamen canonicus vltra vitam suam potest locare, licet de illa possit agere, & conueniri pro præbenda sua, sicut legitimus administrator. ¶ Item est alia quæstio.

Quæstio.

7 pono quod aliquis prælatus vel rector vendit omnes obuentiones ecclesiæ, quæritur qđ erit de eo quod prouenit ex iurisdictione. Respondetur secundum Hostiē. quod commodum iurisdictionis transit cum alijs, nisi fuerit excepta iurisdictio per se, cum iurisdictio vendi non possit, nec debeat. ¶ Item

Respōdet.

Quæstio. 8 est alia quæstio. † vtrum rector ecclesiæ presbyteris, quos ipse conducit, vel illi cui locat fructus ad tempus, curam animarū possit committere per idem tempus. Respondetur secūdum Hostien. puto quod sic, dum tamen gratis & sine pactione, & authoritate domini episcopi interueniente. extra de off. vica. c. ad hoc. etiam videtur quod hoc possit ad modicum tempus committere sine episcopi authoritate profectione necessaria imminente. s. per vnum, duos, vel paucos dies, sed diu nō. 10. q. 1. per totum. quia nec peregrinari potest rector ecclesiæ sine licentia episcopi. de conse. dist. 5. non oportet. ¶ Itē est alia

Respōdet.

9 quæstio. † vtrum prælatus possit sub annuo censu vices suas concedere. Ad hoc respondetur sub istis conclusionibus. Pri- Quæstio. Respōdet.

10 ma est. † ꝙ nec episcopus nec archiepiscopus nec alius prælatus potest sub pretio annuo, vel censu concedere alicui vices suas. i. prælationem vel iurisdictionem. ista conclu. habetur extra ne præla. vices suas c. 1. 2. & 3. Est etiam Raymūdi in summa. eo. ti. patet ratione: quia cum tale ius sit spirituale, non est dubium pro eo dare vel accipere pecuniam simoniam esse. Prima cōclusio.

11 ¶ Secunda conclu. † quod vbi aliquid datur vel retinetur non pro iurisdictione sed in signum subiectionis antiquæ, non est simonia. vt extra de reli. do. constitutus. ¶ Tertia conclusio. Secunda conclusio.

12 † si prælatus pure & simpliciter committat alicui vices suas, & tali vicario constituat salarium, non est peccatum, sed potius ad hoc tenetur. 12. q. 2. charitatem. & c. quicūque. ¶ Quar Tertia conclusio.

13 ta conclu. si dicat prælatus sic. † Ego pro salario tuo dabo tibi centum, & tu exerceas iurisdictionem hanc & dabis mihi totum lucrum, licitum est. patel. 12. q. 2. charitatem. Concor. his Goff. & Hostien. qui dicit. quod sicut pro iurisdictionis commissione non licet certam pecuniæ quantitatem, ita minus licet recipere quotam vel partem prouentus. coneor. etiam Ar Quarta conclusio.

14 chid. in hoc. c. ¶ Vltima quæstio. † vtrum licitè possit laicus, recipere pecuniam pro pulsando companas. Respondetur, ꝙ sic secundum Hug. & ratio est, quia pulsare companas non est proprium officiū alicuius ordinis, quod not. 15. q. 2. c. 1. in glo. & ideo sine simonia, & clericus, & laicus potest accipere pecuniam pro pulsatione campanarum. Et de consuetudine ecclesiæ est, quod inde accipiatur aliquid. vnde videtur iam quasi debitum posse exigi, sicut dicitur de procuratione episcopi in consecratione ecclesiarum: si tamen hoc officium est deputatum clerico vel laico & certum salarium est ei ob hoc constitutum, non potest ille pretium inde accipere sine simo Quæstio. Respōdet.


15 nia. Hug. ¶ Sed hic surgit alia quæstio. † Vtrum clericus vel laicus potest licitè pro tali officio habendo dare pretium. Respondetur secundum Hug. quod non. Et ratio est, quia tale officium in ecclesia non potest vendi vel emi sine simonia. secūdum Hu. Lege. ¶ [Multorum. sed adhuc obijcitur, his itaque respondetur annexa.] ar. † quod idem iuris est in vno co- Quæstio. Respōdet.

16 hæretium quod est in altero. vnde qui priuatur officio, priuatur & beneficio. ar. dist. 28. & distinc. 81. si quis amodo, & c. si quis sacer. & c. eos etiam. Contra dist. 50. studeat. Hug. ad hoc facit quod no. supra. eod. q. 1. sicut Christus. & 3. q. 6. hoc quippe. Archidiacon. [Malachias] Malachiæ primo [in vobis] id est inter vos. [gratuito] quasi diceret nullus [non est] supple. & ideo. Archidiaco. ostia claudere non est officium sacri muneris. [officium] intransitiuè. id est sacrum munus scilicet, ordo, qui confertur ostiario qui quandoque dicitur munus vel

17 officium. Hugo. vel dicendum. † quod ostia claudere dicitur dupliciter, scilicet officium vel ius claudendi ostia. Et hoc officium ordinis est adiunctum ordini, qui confertur ostiarijs. vnde in ordinatione eorum traduntur eis claues, & Archidia. dicit eos ad claudendum & aperiendum ianuas ecclesiæ, & pulsandum campanas, cum ab episcopo ordinantur, & hoc non potest emi, vel vēdi, vel per pecuniam exerceri sine simonia. Item dicitur ostia claudere ipse effectus illius officij, vel ipsa executio eius scilicet ipse actus claudendi ostia. Et hoc non est prædictum officium. sed ei adiunctum, vt dicit magis. Gratianus nec hoc similiter ostiarius potest pretio exercere, vel emere, vel vendere sine simonia. ¶ Sed surgit hic quæstio. Quæstio Respōdet

18 † Quid de laico. Respōdetur quod licitè potest accipere pretium, scilicet vt ostia claudat. Hoc tamē intelligo si laico non est certium salarium ob hoc constitutum. tūc enim licitè potest locare operas suas, & sui laboris iustū pretium exigere, & accipere. sed si laicus est deputatus ad tale officium, & certum salarium ob hoc est constitutum, non potest inde accipere pretium sine simonia, sicut. s. diximus.

1 *Papa debet audire quæ sunt periculosa & damnosa animabus, fidelium, vt per eius prouidentiam succurratur.*
2 *Simonia quare dicatur sacrilegium.*
3 *Constitutio quare trahatur ad præterita.*



Vdiuimus. Ad propositum principale videlicet, quod ecclesiæ præbendæ vel beneficia non sint pretio danda, vel accipienda. sequitur hoc capitulo. quod est Gregor. ad episcopos Hispaniæ, in quo Gratianus, duo genera simoniarum notat: scilicet illos, qui dant pecuniam pro habenda ecclesia, & illos, qui

accipiunt pecuniam pro ecclesia adeunda. Et in vtroque casu dicit simoniam & quasi sacrilegium commiti. Et potest diuidi in tres partes. In prima narrat factum detestabile. In secunda parte admiratur illud non fuisse per eos correctum duabus rationibus. In tertia illud corrigi præcipit. secunda ibi, quod quidem. Et prima ratio admirationis ibi iustè. secunda ibi, a sacrilegio. tertia principalis pars ibi, quare fratres charissimi. Lege tex. ¶[Audiuimus oportuit.] oportet. n. summum pontificem, quæ ecclesiæ sunt damnosa & animabus fidelium periculosa audire, vt per eius prouidentiam succurratur. quia vt idem Grego. dicit. Iacula quæ præuidentur, minus feriunt. & ideo dicitur Sap. 1. Auris zeli audit omnia. quia audire debet zelum Dei habēs & ecclesiæ, quod verū est, si posset, & maioribus non fuerit impeditus. & ideo se excusans Greg. ait. [Audisse oportuit, sed audisse profecto non libuit.] vt cum apostolo diceret. Non. n. quod volo bonum hoc facio. Guido. [quod quidē.] secunda pars. [iustè.] prima ratio admirationis. [vterque]. s. & qui largitur, vt ecclesiam habeat, & qui præsumit accipere. s. ea. q. 2. quam pie. Hug. & Arch. [iste]. s. qui largit. [hic autem]. s. qui præsumit accipere. [donum Dei.] Et quod sit illud donum habetur. s. e. q. 2. quam pie. [à sacrilegio.] Et bene sacrilegium dicitur simonia, quia de sacro altari pecuniam accipit velut Iudas, & sacrilegus de loculis domini furabatur. Ioā. 13. vt inducit Aug. super Io. homil. 48. [gratis.] vt qui gratis in episcopum est ordinatus gratis debet alijs conferre. [sic. n. saluator ait.] Mat. 10. gratis accepistis, gratis date. [Causabatur] .i. dānabiliter fiebat. [Quare fratres.] tertia pars. [facta sunt.]

3 hic videtur quod constitutio trahatur ad præterita. sed hoc ideo quia constitutio iuris naturalis, & vtriusq; testamenti pagina condemnatur. ar. extra de vsuris. quia in omnibus. &. ca. cum tu Ioan. de san. Arch. [refellite]. id est irrittre. Archi.

Diuisio.

Exponit literam.

Gu. eluen.




SI quis. Ad idem sequitur hoc. c. eiusdē Gregorij in registro Rothomagen. episcopo. vbi inuehit contra ecclesiasticorum beneficiorum emptores & venditores. Et diuiditur in duas partes. In prima tales dicit esse simoniacos, & ita nō excludi à perditione Simonis magi. In secūda parte statuit tales, nisi restituerint, quod simoniacè acceperunt, anathematizandos esse. secunda ibi, & si etiam perseuerauerint. Lege tex. ¶[Si quis &c.] Congrue intelligit hoc. c. de illis de quibus dictum est proxi. c. præcedenti videlicet de illo qui dat pecuniam, vt habeat ecclesiā vel ecclesiasticum beneficium, & de illo qui à clerico alicuius ecclesiæ accipit pecuniam, vt ad illam tantum ecclesiam veniat seruiturus, [dator vel acceptor] pecuniæ [quæ præbēdas vocant] vt. j. e. q. si quis. [susceperit.] Et determinat de vtraq; subdens [siue in dando] pecuniam. [siue accipiendo] pecuniam. [vēdiderit]. s. donū Dei. s. e. q. c. proxi. [à simonis]. s. e. q. 1. quisquis. de quo simone habetur Actu. 8. quia donum Dei æstimasti pecunia possideri. [si etiam.] secunda pars [perseuerans] vt non resipiscat, vt non renuntiet, quod malè acquisiuit [multetur]. i. anathematizetur. [& meritum perdit.] quia simonia damnabilis culpa aufert meritum vitæ æternæ, & indignum reddit suscepto beneficio. [cogitur.] acceptor. [iniustè]. i. simoniacè. [restituere.] non emptori, vel venditori in detestationem culpę eorum, sed aut ecclesiæ in cuius ignominiam data est, & accepta, vel authoritate superiorum eroganda est pauperibus. Si enim pecunia data inde à Iudæis, nec Iudæi retinuerūt, nec Iude remansit, sed data est in cemiterium pauperum peregrinorum, vt patet Matt. 26. de hac pecunia disputationē fecimus. supra. e. q. 1. non est putanda. ibi vide.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Quod iuris est in toto, & in tota parte.*



SI quis episcopus. Ad idē subiūgitur hoc c. quod est Gre. 7. papæ. In quo statuit vt episcopus beneficia ecclesiastica vendens deponatur. Et potest diuidi capitulum hoc in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda assignat rationem, propter quam dignus sit tali pœna. secunda ibi, dignum est. Lege. ¶[Si quis episcopus vel aliter. [puta ibi instituendo indignos, & non idoneas personas. vt dist. 59. si officia. & s. e. q. 1. hi quoscunque. Hug. & Archi. [Suspendatur]. i. deponatur, & deijciatur. vt dist. 78. c. 1. & sic etiam sumitur. 26. q. 5. si quis episcopus iustū est. n. vt qui turpiter intrauit, turpiter eijciatur, sicut ille qui ad nuptias intrauit non habens vestem nuptialem. Matt. 22. [gratis] Mar. 10. gratis accepistis &c. [Membra.] ar. quod iuris est in toto & in tota parte. sicut. n. totū sic

1

Diuisio.

Exponit literam.

& pars eiusdem iuris censetur. ar. 12. q. 2. cognouimus. & dist. 63. in synod. 3. q. 9. pura. [distribuat] 16. q. 7. c. nullus omnino. & extra de insti. cum venissent in prin. nota de hoc Archidia.

1 *Census quid dicatur secundum ius canonicum. Quid secundum ius ciuile. num. 2.*

3 *Simonia an dicatur si aliquis laico nullum ius habenti in electione, sed malitiose impedienti det aliquid vt cesset à tali impedimento.*



QVæsitum. Ad idē sequitur hoc. c. quod sumptum est ex concilio Vrbani papæ habito in Aluernia. quod potest diuidi in tres partes. In prima ponitur. q. de quibusdam excessibus quorundam episcoporum, qui iura monasteriorū pecunia redimi compellebant. in secunda prohibet ne vlterium fiat. In tertia moderatur, quod quęcunque huiusmodi. 30. annorum præscriptione monachi possederunt sine molestia vlterius possideant, saluo tamen iure episcoporum. secunda ibi, nos autem. tertia ibi porro. Lege text. ¶[Quæsitum.] Casus est iste, vt tangit gl. & Hug. Quidā episcopi contulerant quasdam ecclesias cū omnibus iuribus suis quibusdā monasterijs, in quibus ecclesijs monasteria ipsa constituebant rectores, quibus autem mortuis vel mutatis cum monasteria ibidem alios vellent rectores constituere, episcopi nolebant dare assensum sine pecunia. Monasteria verò potius, quam ius suum amitterent, munus pecuniæ vel aliquid aliud dabat. quod vtpote simoniacam prauitatem detestatur hic Vrbanus papa decernens ipsa monasteria ad quorum iura spectabant ecclesias illas regere, nihil deinceps sub tali auaritia episcoporum. i. sub obtentu iuris episcopalis persoluere nisi annuum censum, non obstante longæui temporis prolixitate quam episcopi allegabant; licet. n. episcopi vltra centum vel vltra annorum spatia ab ipsis monasterijs vel eorum ecclesijs tali obtentu pecuniam extorsissent. Nullum tamen ius per simoniam sibi acquirere potuerunt. Monasteria tamen crimē simoniæ non incurrebant, quia compulsi ius suū redimebant. [quæsitum] in concilio. Hu. [altaria]. i. ecclesias, vel decimas. Hu. quæ ideo sic dicuntur quia ratione sacramentorum quæ in altari pro salute nostra ministrantur decimæ conferuntur. Io. de Fan. Archi. [date] canonicè ab ipsis episcopis, vel antecessoribus, vel clericis alijs pro redemptione animarum suarum. Hu. & gl. [Simoniacæ prauitatis vsus] ex parte episcoporum non monachorum. quia ius nouum non acquirebāt, sed suum redimebāt. [palliata.] quasi sub obtentu iuris suæ ecclesiæ & defendendo ius suæ ecclesiæ. 16. q. 2. c. 1. ad fi. [nos aūt] secunda pars. [ex ministerijs]. i. officijs. Hug. [sic etiam venūdandas]. vt. 12. q. 2. alienationes. [interdicimus]. j. ea. si qs obiecerit. [porro.] tertia pars. [supra huiusmodi redemptione.] etiam à. 30. annis. & s. per quod fortè videtur aliquod ius esse acquisitum episcopo, quia per 30. annos & vltra accepit huiusmodi redēptionem à monasterijs, quasi diceret quamuis monachi per. 30. annos & vltra sic dederint episcopis, tamen deinceps non tenentur inde dare episcopo, quia nullum ius inde est sibi acquisitum. Non. n. iure præscriptionis hanc redēptionem episcopus sibi potest acquirere. nam quia simoniacè possedit, non præscripsit, cum vbi simonia, ibi furtum. & res furtiua præscribi non potest iure canonum. [saluo censu annuo] vide quod no. 16. q. 2. c. 2. in gl. si quæras. [quem ex eisdem] quod non est contra ius. vt. 10. q. 3. relatum. & 16. q. 2. statuendū. Gu.

1 Ex hac litera consueuit elici diffinitio census. vnde dic quod census est annua pensio, quæ episcopo de prouētibus ecclesię debetur, vel hic secundum Goff. & Host. qui Host. dicit quod quicquid annuatim præstatur in quātitate, vel summa vocari potest census. [a] ff. de censi. ætatem. cum duabus legibus sequent. ad hoc

2 extra eo. ti. olim causam. &. c. cum canonicis. secundum Hosti. Census vero in iure ciuili sic diffiniri potest. census est, quædā præstatio, quæ a persona seu prædijs percipitur. vt dicit Io. Fa. bene Archi. mouet hic quæstionem super versi. vexationem. in


3 glo. Quid si aliquis laico nullum ius habenti in electione sed malitiosè impedienti det aliquid vt cesset à tali impedimento, vtrum sit simonia. & videtur quòd sic extra eo. tit. de hoc. Item quia vterque habuit voluntatem studiosam laicus vendendi, & clericus emendi. s. ea. q. 1. qui studet. & j. eo. saluator. In oppositum videtur, quod nō sit simonia. quia talis dedit vt redimeret vexationem suam, quod est licitum vt hic dicitur. & habetur extra eo. ti. dilectus. Respondetur in hac quæstione: dicit Raymūdus, quod dubitari potest. Credit tamē simoniam commissam, quia nondum erat eis ius quæsitum, postquam

Diuisio.

Exponit literam. Casus.

a ¶ Vocari census ad de quod cēsus est signū subiectionis, & exēptionis Inno. in c. preterea. de trāsact. glo. 11. q. 1. magnum. 22. q. 8. tributū, Baldū in mar. ver. census Ang. in l. 3. de nat. lib. Abb. in c. 2. de censi. & ibi Panor. in ver. subiectiōis Ang. cons. 24. 4. volu. Bal. in l. data. C. q ac. non poss. & in Aut. qbus mo. nat. effici. sui. §. si qs

quam enim esset ius quæsitum secus diceret, in quo casu loquitur, quod vltimo allegatum est pro parte contraria, secundum Ray. Archi. de ista quæstione. s. determinauimus, quasi idem ex sententia sancti Tho. sub distinctione illa. Aut erat ius acquisitum, aut non, ibi videas.




A quæ. Ad idem subiungitur. ca. hoc quod est beati Greg. vbi statuit siue declarat, quod quicquid data vel promissa pecunia in ordinibus sacris acquiritur irritum habeatur. Et potest diuidi in duas partes. In prima confirmat apostolica authoritate, ea quæ à sanctis patribus in simoniacis statuta sunt. in secunda statuit vt quicquid in sacris ordinibus vel ecclesiasticis reb⁹ vel data vel promissa pecunia acquisitum est, irritum esse habedum, secunda ibi, quicquid igitur planũ est, & litera patet. gl. autem multa loquitur de transactionibus, & Archi. prosequitur. sed quia hic ad tex. præsentis literæ beati Gregorij non videtur pertinere, ideo transimus vsque ad alium locum magis ad propositum.

1 *Pecunia vocatur quicquid possidetur.*
2 *Pecunia dicta est à pecudibus.*



Otum. Quia sæpe dictũ est, quod pecunia pro spiritualibus data vel promissa simoniam inducit, ideo magister Gratia. inducit hoc. c. quod est beati Aug. super Gen. & in li. de doctr. Christiana, in quo docet quid nomine pe-
1 cuniæ accipiatur. †Et dicit quod quidquid possi detur pecunia vocatur. ff. de ver. sig. l. pecuniæ: & pecunia dicitur quidquid pro pecunia accipitur. ff. de calum. l. 1. §. vlti. & l. vlti. Est autem hoc. c. conuenietissimè introductum ad remouendas excusationes eorum, qui excusabant se dicetes, quod pro beneficijs, nec accipiebant nec dabant pecuniam, sed alias res, puta seruos agros, vasa, & c. huiusmodi, quæ pecunia sunt appretiabilia, quia etiam id his committitur simonia. cum ₰m Aug. hæc omnia nomine pecuniæ intelligantur, quia ₰m philosophũ. 4. Ethi. pecunia intelligitur omne quod pecunia est appretiabile. Sic. n. dicit pecunia est qdquid numismate appre-
2 tiatur. [pecunia.] †à pecudibus dicta est, quia antiqui diuitias, in pecudibus habebant, vt Abraam, Loth. Gen. 17. & Gen. 26. Iacob etiam, Gen. 31. Et sic patet tota litera.

1 *Regula posita hic in litera an sit vera.*
2 *Ecclesia quare dicatur corporalis.*
3 *Spirituale sine corporali perpetuo consistere non potest.*
4 *Beneficium ecclesiasticum emere vel vendere est simoniacum, quia malum.*



I quis obiecerit. Ad propositum principale sub sequitur. c. hoc quod est Paschalis papæ, vbi ostendit, quod annexa spiritualibus sine qbus spiritualia esse nõ possunt, non possunt vendi, nec emi sine spiritualibus, & per cõsequẽs sicut committitur simonia in emptione ordinis, vel beneficij ita committitur in emptione iuris percipiendi res prouenien-
Diuisio. tes ex ordine, vel beneficio. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit quandam obiectionem seu magis excusationẽ quorundam. in secunda improbando illam dicit quod dictum est assignando rationem eius. in tertia elicit conclusionem, prohibendo, quod nullus emat ecclesiam vel præbendam & c. secun-
Exponit li teram. da ibi. nam cum corporalis, tertia ibi, nullus ergo Lege. ¶[Si quis obiecerit]. Circa hanc regulam generalem, quam ponit Paschalis papa cum ait. Quisquis horum alterum vendiderit sine quo nec alterum peruenit neutrum inuenditum reliquit.
Quæstio. Primũ ar. 1 Quæritur † vtrum hæc regula sit vera. Et videtur quod nõ. qa ius patronatus est adiũctum fundo inseparabiliter. ergo si ista regula est vera, cum ius patronatus sit spirituale, non posset vendi sine villa, impossibile erit, quod fundus vendatur sine
Secũdũ ar. simonia. quod est falsum. ¶Secundò potest argui de eo quod determinatũ est. s. eo. q. 3. in prin. circa. §. quod obijcitur quod
Opponit & Respõ. fructus præbendæ vendi possunt. ¶ In oppositum est litera præsentis. c. ¶ Respon. dicendum quod hæc regula intelligit, aut de iure rerum corporalium, aut de ipsis corporalibus rebus. si de iure corporalium. i. percipiendi res corporales, puta de iure præbendæ intelligatur, patet esse simoniã vẽdendi vel emendi. Si de ipsis rebus corporalibus, qñq; est simonia, qñq; nõ, est autẽ tunc simonia, qñ quis promouẽdus ad ecclesiam vel ordinem fructus prouenientes ecclesiæ vel ordinis iure perceptos vel percipiendos emit, præsumitur. n. ecclesiam vel ordinem emere, aliàs fructus percepti vel percipiendi licitè emi, & vendi possunt, sicut in prin. huius quæstionis distinximus, & disputauimus, potest etiam regula intelligi de rebus ecclesiæ sacratis, quæ laicis non possunt vendi in sua forma simonia. ar. j. c. proxi. & 17. q. 4. si forte. ¶Ad rationes in oppositum dicẽdum est. quod regula intellecta sicut dictum est bene est conueniens. ¶Ad primam rationem respon. iuxta dominum Bonauen. in 4. di. 25. in expositione literæ. quòd non
Ad primũ argu. Bonauen. loquitur hic papa de temporalibus quibus annexa sunt spiritualia, sed econtra de spiritualibus quibus annexa sunt temporalia, sicut est præbenda. Et in talibus habet locum regula illa, non in primis. fundus. n. non est annexus iuri patronatus, sed magis econuerso. & ideo ratio non procedit, vel dicendum iuxta. S. Thom. in eodem loco. quod regula illa est intelligenda S.Thom. de illis quorum vnum, quod venditur ordinatur ad alterum, quod sub pretio cadere non potest, sicut beneficia ecclesiastica sunt ad ministrorum ecclesiæ sustentationem. & ita nõ procedit instantia de iure patronatus, quod per se non venditur, quamuis transeat cum venditione villæ, quia dominium ville non est ordinatum ad ius patronatus. ¶Ad secundam ratio- Ad secũdũ nem respondetur quod ratio non est ad propositum, quia fructus præbendæ non sunt ita annexi sacro officio, quod sine eo haberi non possent sicut in prin. huius quæstionis habitũ est. quod etiam hic commemorat Archid. quòd in præbendis vel beneficijs ecclesiæ duo sunt. s. ipsum ius præbendarum, & beneficiorum, & fructus ex præbendis capti vel percipiendi ius præbendarum intelligitur esse adiunctum sacro officio, quia sine eo non habetur. & ideo vt hic dicitur in litera, nõ potest vnum vendi quando aliud intelligatur venditum, fructus autẽ præbendarum non sic sunt sacro officio adiuncti, & ideo de eis litera non procedit: sequitur tex. ¶[Si quis cõsecrationes] Litera. .i. ordines, dignitates, & officia ecclesiastica. Hu. [sed res] corporales Hu. [ex consecratione]. i. ex ordinibus, dignitatibus. & officijs ecclesiasticis. Hu. [cum corporalis ecclesia.] secũda pars. i. domus in honorem Dei ab episcopo ædificata, vel desi-
2 gnata, siue sit sacrata, siue non. †Et dicitur corporalis ad differentiam spiritualis, quæ est fidelium congregatio. vt de conse. di. 1. ecclesia. [episcopus]. i. episcopalis dignitas. [Abbas]. i. dignitas abbatis. [Aliquid tale] vt Archidiaconat⁹, & decanatus, & huiusmodi. Hug. [in nullo proficiat.] ad hoc vt exerceatur
3 sine illis. Hug. † verum est, quod spirituale sine corporali consistere non potest. s. perpetuo. sed ad tempus bene posset. C. dis. optatum. secundum Gof. qui ita no. extra de præben. dilecto. in fi. Archi. [sicut anima corporaliter.] bene quippe ait corporaliter. Nam anima rationalis cum separatur à corpore p mortem hominis, viuit sine corpore, cum sit spiritus spiritualiter, & non corporaliter, quia vt saluator ait. Luc. 24. Spiritus carnem, & ossa non habet: [vendit] quisquis horum intelligitur sicut dictum est de spiritualibus, quibus annexa sunt corporalia. hue vt dicit. S. Thom. de illis, quorum vnum quod vendit ordinatur ad aliud, quod sub pretio cadere non potest, sicut sunt beneficia ecclesiastica quæ sunt ordinata ad sustentationem ministrorum ecclesiæ. [nullus ergo.] tertia pars. & est cõclusio ex dictis. Et etiã est expositio præfatæ regulæ, de quibus intelligatur. [nec pastellum.] est diminutiuum de pastu. ante vel post.] vt. s. e. q. 1. eos. Hugo. [soluat] ex pacto vel ea intẽtione, nec etiam obtentu consuetudinis. vt. j. eo. q. c. vlti. Hu.
4 †Ex his manifestum est quod aperte errent qui dicunt, quod emere vel vendere ecclesiasticum beneficium nõ sit simonia, cum, nisi quia prohibitum. hoc. n. falsum est, imo est prohibitum, quia malum in se, & simoniacum. Cum. n. beneficium sit propter officium, nulli personæ põt esse debitum, qui non sit ad officiandum obligatus. vt. j. c. proxi. & di. 70. sanctorum.

1 *Pseudo græcè & latinè decipiens.*
2 *Vitia peccata, schismata, & hæreses, quare dicantur portæ inferni.*
3 *Necessarium nomen dicitur multipliciter.*
4 *Vtilitas quæ elicitur ex hæresibus est multiplex.*
5 *Vendere res ecclesiasticas an sit simoniacum.*
6 *Laicus an peccet plus, quam clericus in peccato simoniæ.*
7 *Clerici plus peccant, quam laici per se & simpliciter in peccato simoniæ.*
8 *Vicedominus & œconomus sunt eiusdem officij.*
9 *Laicus potest esse defensor ecclesiæ.*
10 *Syndicus, quis dicatur.*
11 *Castaldus quis dicatur.*
12 *Consuetudo facit licitum, quod alias esset illicitum, & ecõtra.*


13 Simonia

13 *Simonia committatur si aliquis dat pecuniam, vt fiat monachus.*

14 *Monachus si aliquis factus fuerit per pretium in aliquo monasterio, an debeat habitu spoliari vel priuari monachatu.*

15 *Vniuersalis colligitur ex indefinita.*

Contra rubrum.



SAluator. Ad idem sequitur hoc.ca. quod est Vrbani Papæ. & est notandũ in prin. quod rubrica istius.capi. falsa est. vt dicit Hug. quia non congruit ipsi.c. si quia non respõdet continentiæ ipsius capituli fortè. respondet sequenti huius.c. quæ hic non est. Casus capituli est iste. Præpositus sancti Vincentij talem quæstionem sibi obiectam à quibusdam fecit Vrbano papæ. An.s. vẽdere rem ecclesiasticam sit simonia. Nunc Vrbanus super hac quæstione rescribit ei, respondendo, quod est simonia. Et diuidit hoc c. in quatuor partes. In prima præmittit tam ex verbis domini, quam apostoli quod circa finem mundi multæ debent esse hæreses in ecclesia, non tamen præualiturę, quibus boni prælati se debent opponere murum pro domo Israel. In secũda ꝙ vendere rem ecclesiasticam sit simonia, probat multiplici authoritate. Tum ex verbo Petri ad Simonem. Tum secundo authoritate cõcilij Calcedon. Tum tertio authoritate paschalis papæ. In tertia parte probat authoritate beati Augus. quod omnes simoniaci vendunt vel emunt spiritum sanctum, non re vera sed quantum in se est. in quarta parte probat simoniacos grauiter puniẽdos exemplo Christi, qui de templo eiecit & grauiter increpauit illos, qui vendebant & emebant offerenda in templo. secunda ibi igitur quia metuisti. tertia ibi, quod verò. quarta ibi, pensandum est: quia omnia quæ tangũtur hic pro magna parte sunt disputata supra transiuimus ad explanationem literæ. Lege textum. ¶ [Saluator in euangelio.] Mat. 24. [circa fi. seculi] dicit tamen Chrysostomus, super Matth. Homo in morte fantasias multas aspicit, sic & mundus in exitu suo multos patietur errores. dicitur. n. Mat. 24. Surgẽt multi pseudo prophetæ, & seducent multos. Pseudo. n. est falsus,

Casus.

Diuisio.

Exponit literam. Chrysost.

1 & subdolus.† qa pseudo græcè latinè dicitur decipiẽs, siue falsus, qui nomine verorum surgit, & se trãsfert ac si esset verus & bonus cum sit malus, & imitator Sathanæ, qui transfigurat se in angelum lucis. de quibus Apostolus. 1. ad Corinthio. 11. [pressuras.] hoc sumptum est ex verbis Christi, qui discipulis dixit. Io. 16. in mundo pressuram habebitis. [portas] hoc sumptũ est ex verbis Christi (qui discipulis dixit Io. 16.) Loquentis de stabilitate ecclesiæ, & fidelium in ea vbi dicit, sup hanc petram. hoc est per seipsum qui firma petra est. 1. ad Cori. 11. petra autem erat Christus. Aedificauit ecclesiam suam & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, videlicet nec tyrannicæ potestates, nec hæreticæ prauitates contra ecclesiã præualebunt. imo finaliter succumbent. quia firmum stat fundamuntum veritatis. Prouerb. 12. Labium veritatis firmũ erit in perpetuum. & 2. ad Tit. 2. Firmum fundamentum Dei stat

2 † Dicuntur autem vitia, & peccata schismata, & hæreses, portæ quia per eas ad inferos intratur, quæ non præualent ecclesiæ, quia semper aliqui boni sunt in ecclesia ar. 24. q. 1. à recta. & c. pudenda. [Apostolus.] 1. ad Corint. 11. Oportet hæreses, esse. ¶ Sed hic surgit quæstio. Vtrum hoc sit verum. Quod non. primo quia alias hæretici venirent commendabiles, & non extirpandi vel fugiendi contra Apostolum ad Ti. 3. ¶ Secundò sic. non dicimus de alijs peccatis, quod oporteat aut necesse sit ea esse vt furtũ aut fornicationem vel superbiã &c. ergo nec oportet esse hæreses. ¶ Tertiò hæreses sunt maximi nocumenti. sic habetur. 2. ad Tit. 2. & prophana & vaniloquia deuita. Multum. n. proficiunt ad impietatẽ, & sermo eorum vt cancer serpit. ergo non est necesse hæreses esse. ¶ In oppositum est tex. apostoli. & c. præsentis. ¶ Respondeo di-

Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respõ.

3 cendum iuxta magistrum Alexã. de halis. in 2.† quod nomen necessarium dicitur multipliciter. ¶ Vno modo dicitur necessarium quod impossibile est aliter se habere, & hoc modo necessitatis non oportet nec necesse est hæreses esse. ¶ Alio mõ dr̃ necessariũ ꝙ ↄ̃m se est expediens, & hoc modo necessitatis etiã non oportet aut necesse est hæreses esse. ¶ Tertiò modo dicitur necessarium quod secundum accidẽs est vtile, & hoc modo necessitatis dicit Mat. 18. necesse est vt veniant scandala. veruntamen, ve homini illi per quem scandalum venit. & hoc modo dicit hic Apostolus oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant. Deus. n. sua pia & sancta voluntate permittit mala fieri, quæ fieri non permitteret nisi in

August.

4 de eliceret bona, vt dicit Aug. in Enchiridion. ca. 11. † Vtilitas autem quæ elicitur ex hæresibus, est multiplex. prima faciunt. n. ad maiorem declarationem veritatis fidei catholicæ. vnde dicit Aug. in gl. ab aduersario mota quæstio dicendi existit occasio. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia dum hęreticorum callida inquietudine exagitantur, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & prædicantur instantius: Vnde Prouer. 27. dicitur. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui. ¶ Secunda vtilitas est. Valent. n. ad excutiendam pigritiam doctorum ecclesiæ, & vt inuigilent, & insistant cõtra versutias hæreticorum. Vnde in gl. ibi, apostoli, dicitur. Vtamur hæreticis, non vt eorum approbemus errores, sed vt catholicam doctrinam aduersus eorum insidias asserentes, vigilantiores, & cautiores simus. Prosint ergo hæretici nobis, non verum, docendo, quod nesciunt, sed ad verum quęrendum, & aperiendum catholicos excitando. permittat ergo Deus hæreses, vt pigritiam excutiamus, & diuinam scripturam noscere cupiamus. ¶ Tertia vtilitas est, valẽt. n. ad manifestandam firmitatem in his qui rectè credunt. cũ ait vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis. i. inter vos probati. n. qui in Christi fide feruent, habentes eloquia domini casta, argentum doctrinæ charitatis igne examinatum & probatum septuplum, vt dicit psa. 11. per hæreticorum malitiam clarius manifestantur. ¶ Quarta vtilitas est, quia prosunt doctoribus, catholicis ecclesiæ ad meritum. quia dum doctores circa conuersionem hæreticorum, & expugnationem eorum errorum laudabili studio laborare satagunt, & de sibi creditis talẽtis conantur lucrum domino reportare, accrescunt eis merita quibus ad beatitudinem perducãtur. Dan. 12. qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stellę in perpetuas æternitates. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respon. ꝙ ratio procederet si aliquo duorum primorum modorum necessitatis necesse esset hæreses esse, sed sic non est, vt visum est. ¶ Ad secundam respon. negando consequentiã, & ratio est secundum Alex. de halis. quia non est simile omnino in alijs peccatis, & in isto. Aliã. n. pc̃tã & si in se mala sint, & ex illis aliquod bonum eliciat Deus, non tamen tantum quantum ex isto. Occasione. n. istius peccati acquiritur exercitium ecclesiæ sicut ex persecutione quæ à tyranno infertur vnde Au. Omnes inimici ecclesiæ vel errore excœcati vel malitia deprauati prosunt, quia si accipiunt potestatem corporaliter affligendi exercent eius patientiam. si vero malefaciendo aduersentur, exercent eius sapientiam. ¶ Ad tertiam respon. ꝙ procedit de primo & secundo modo necessitatis, non autẽ de tertio. vnde ratio nõ procedit. sequitur in litera. [Oportet nos cum propheta ex aduerso &c.] Ezec. 13. dominus ꝑ prophetam increpat senes prælatos, qui se non opponunt contra hæreticos dicens ve prophetis insipientibus &c. Non cõtenditis ex aduerso. nec opposuistis vos murum domus Israel, & dist. 44. c. 1. & 7. q. 1. cum vero. & cum apostolo Act. 14. [passiones.] ad Ro. 8. [ad futuram gloriam]. s. promouẽdam. Hu. [ergo quia.] secũda pars. Hic post præmissa Vrbanus papa de-

Ad primũ argu. Ad secũdũ

August.

Ad tertiũ.

Litera.

5 scendit ad propositam quæstionem † . s. vtrum vendere res ecclesiasticas sit simoniacum. & respondet quod sic. Et probat hoc primo authoritate Apostoli Petri Act. 8. qui ait Simoni mago. pecunia tua &c. donum Dei est spiritus sanctus. Lu. 11. dabit spiritum bonum petentibus se. per hoc donum ineffabile dãtur omnia bona. 1. ad Corin. 11. vbi enumeratis multis donis. ait apostolus Hæc omnia operatur vnus spiritus, diuidens vnicuiq; prout vult. donum Dei est ipsa res oblata ecclesiæ. ad Heb. 5. Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur in his quæ sunt ad Deum. vt offerat dona. i. oblata à fidelib⁹ Deo pro peccatis. ita quod dona Dei sunt res deo & ecclesiæ oblatæ quę non debent pecunia possideri. [vel donum spiritus sancti]. i. officium faciẽdi miracula. vt. s. e. q. 1. quisquis. [ad fidem accessit.] nam baptismum accepit fictę tamẽ. vt. 27. q. 2. quod interogasti in palea. Arch. [scriptum est.] Sap. 1. [effugiet]. s. e. q. 1. per Esaiam. & de conse. di. 4. ostenditur. [fieri non posse] vt. s. e. q. 1. quisqs. [idolorum.] ad Colo. 3. & s. e. q. 1. cum omnis. [perculit]. i. percussit. Archi. [quisquis ergo res ecclesiasticas quę]. i. quia Hu. [dona Dei sunt.] hic dicit Hu. quod sicut in pręce. c. distinctũ est, potest hoc intelligi de iure percipiendi res ipsas, vel de ipsis rebus corporalibus in casu supra assignato. s. in ingressu ecclesię, vel promotione ad aliquem ordinẽ, vel ad aliquod officium ecclesiasticum, tunc. n. simonia committitur, si ille qui ingreditur ecclesiam, vel promouetur ad ordinem vel officiũ ecclesiasticum emit res ecclesiasticas ad illam ecclesiam ordinem vel officium pertinentes potest etiam, hoc secundo intelligi.

ligi de rebus ecclesię consecratis, quę si vendantur laicis in ea dem forma simonia committitur vt.17.q.4.si forte.vrbanus tamen videtur dicere ꝙ quicunq; res ecclesiasticas contra iuris authoritatem alienat,simoniam incurrat dicens,non est mirum si iuris prohibitio illum cōstituat simoniacum. qa etiam sacrilegum,& furem,vt.17.q.4. omnes.& 23.q.4. quid ergo. sed Hug.non credit.qui dicit ꝙ litera ista quisquis res ecclesiasticas &c. potest intelligi de rebus ecclesiæ consecratis, quæ si vendantur,laicis in eadem forma simonia committitur. vt in prædicto.c.si forte. ſm Hu.Pro isto intellectu facit.j.eo.c. in fi.vbi videtur loqui contra alienatores rerum sacrarū.item pro Hu.facit,j.eo.non solum ibi in ecclesiam spiritualem. Ar chi.[quicunq;.]potest esse expositio præcedentium , vel hoc dicit de ordinibus,& dignitatibus officijs,& sacramentis ecclesiasticis.Hu.& Arch.[propria.]idem esset & si propter aliena.Hu.[lucra.]idē esset, & si ob aliud sed sæpius & potius qs facit hoc propter lucrum,quam propter aliud, & potius propter suum quam propter alienum.Et vacat hic ar. à contrario sensu.vt.s.eo.q.1.quos si quis episcopus. [linguæ].i.precibus quas pro se non potest quis offerre. ſm.Hu.vt.no.1.q.1. sunt nonnulli.[indebiti obsequij.]vt.s.e.q.1.sunt nonnulli . [alioqui.]secundo probat hoc authoritate Calcedonen. Concilij. alioqui.i.si illi qui emūt vel vendunt res ecclesiasticas nō sunt simoniaci.[cur Synodus].s.e.q.c.vlt.[milites ecclesiæ].i.clerici isti Deo militant in ecclesia qui intelliguntur per hoc qđ promisit quanquam regulæ subiectum.Hu.& Archi. [præcelluntur]puniuntur & damnantur.[non milites ecclesiæ].i.laicos qui sunt milites seculi,non ecclesiæ qui intelliguntur nomine procuratoris,& defensoris.Hu.[damnabilius.] Sed hic

Quæstio. 5 surgit quæstio.†vtrum in peccato simoniæ plus peccet laicus, quam clericus.Et videtur ꝙ clericus,quoniam magis tenetur clericus vitare hoc delictum.Tum ratione ordinis,vel officij, & dignitatis,& gradus altioris,& quia à clericis plus exigitur, quia plus eis committitur.In oppositum videtur ex præsenti

Respōdet. litera. ¶Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus.

7 primat.ꝙ per se & simpliciter clerici plus peccant pro quanto maioris scientiæ & maioris status sunt & ad diuina honoranda magis obligati quæ per simoniā contemnunt:quæ cōclusio satis colligitur dist.19.nulli fas.& 7.q.1.illud.& 32.q.5.qui viderit.& 40.di.homo.& 11.q.3.præcipuè. ¶Secunda cōclusio est.ꝙ laici extensiuè plus peccāt,quia in pluribus.s.in duobus, clerici verò in vno.Laici emendo spiritualia vel vendēdo,pec cant,quia præsumunt & tractant ea quæ sibi habere vel tractare non licet.& in hoc ꝙ simoniam committunt. Clerici vero in hoc tantum delinquunt,quia simoniam committunt.Simile.22.q.1.monet.Hu.Alij exponunt.[damnabilius].i.dānabiliter.simile.27.q.2.coniuges.vt tangitur in gl.[sed beatus.]tertio hoc probat per dictum prædecessoris sui Paschalis,[de cōsecratione.]supple loquens in superiori.c.Hu.[peruenit].i.nō debet peruenire,quia nec ordo sine beneficio debet conferri. 70.di.c.1.& 2.nec canonia sine præbenda.extra de præben. relatum.nec beneficium ecclesiasticum sine ordine.quia non cadit in laicum.extra de trans.ex literis.Archi.[præpositū.]hic in quibusdam ecclesijs administrat temporalia canonicorum, in quibusdam etiam spiritualia.Hu.[æconomum vicedomi-

8 num.]†vicedominus & æconomus sunt eiusdem officij . sed

a vicedominus est in rebus episcopalibus[a].s.qui res episcopales disponit & ministrat.89.di. volumus. æconomus in rebus canonicorum,& tamen sæpe vnum ponitur pro alio ſm Hug.

9 [defensorem.]†hic potest etiā esse laicus.vt.77.di. in singulis. Hu.[aduocatum].i.patronum in causis.vel aduocatum.i. pro

10 curatorem siue syndicum † syndicus dicitur actor vniuersita

11 tis siue defensor.Hu.[Castaldum.]†Castaldus in ecclesia dicitur procurator siue dispensator ecclesiasticarum rerum temporalium.Forte castaldia dicitur illa procuratio quæ potest cōcedi & clerico & laico.sed potius laico consueuit concedi.Hic circa istam materiam quæritur.vtrum ista officia hic asignata possint pretio vendi siue concedi sine simonia.¶Respondeo dicendum.quod vt recitat hic Hu.quidam dicunt . quod clerico non debet concedi pretio.sed laico licitè venditur . & hoc dicunt de omnibus istis ministerijs,siue procurationibus siue administrationibus rerum ecclesiasticarum temporaliū, quæ per laicos exerceri possunt. Ego autem dico dicit Hu. cū Vrbano & Calcedon.concilio ꝙ hæc ministeria nec laico nec clerico,debent vendi.i.per pretium concedi.& si sic conceditur clerico vel laico simonia committitur: & huius opinionis est etiam Bar. & hoc vt dicunt est simonia cum,quia prohibitū.

Raymun. Aliorum verò vt Raymū.& sequacium est opinio.qui cōsuetudini adhærentes,vt tangitur in gl.& Io.tangit in summa cō fessorum probabilius dicunt ꝙ tunc tm̄ est simonia in empta administratione vel dignitate hmōi si talis est,quæ habeat spi

12 rituale aliquod sibi annexum,aliàs non.†Sæpe.n. consuetudo facit licitum,quod aliàs esset illicitum & econuerso. extra de cog.spirituali super.e.& 9.q.3.conquestus.& his concor.Vlrichus.& addit ꝙ tria prędictorū.s.aduocatus,castaldus,iudex, potest esse laicus,& tunc nihil spiritualitatis habet annexum. his etiam concordat Archi.in 1.c.huius quæstionis, ita dicēs. Officia aūt temporalia vt castaldaria si pro pecunia concedat, licet aliàs sit turpe lucrum,vel turpis questus,non tn̄ est simonia,nisi habeat spirituale annexū.& sic intelligitur.ca. saluator ſm Inno.qui ita notat extra ne pręla.vices suas.c.1. hæc Arc. concor.Gui.gl.Raymundi dicens semper est illicitū talia vēdere,quia prohibitum, & cōsuetudo talis corruptela est dicit aūt Hu.ꝙ si episcopus vel aliqua ꝑsona ecclesiastica pro labore vitando vellet concedere laico vel clerico totum vnū redditum alicuius loci pro tanto annuatim,nō est simonia.verbi gratia, dicit episcopus tm̄ redditum annuatim debeo habere de hac villa,concedo tibi castaldiam illius , si tantum mihi vis reddere singulis annis.si ille sic accipit,non est simonia in clerico,vel laico,sed si vltra aliquid datur simonia est.quod nos credimus.licet sit turpe lucrum,cum nihil spiritualiter habeat annexum.[iudicē.]quem debet habere quilibet prelatus ecclesiæ si pōt vt causas quarum ipse est iudex ex delegatione eius & mādato tractet.ar.11.q.1.te quidem.& 12.q.1.duo. Et hic potest esse clericus,& laicus.Hu.[in subiecto vero regulæ archiepiscopum &c.]præfati ministri non dicuntur subiecti regulæ.quia circa negotia secularia eorū cōsistit administratio. vnde ab illa regula eximuntur & non ea ligantur. Nemo.n.militans Deo &c.vt di.88.[decreuit]horum aūt administratio, circa spiritualia versatur vnde illi regulæ sunt subiecti , & illa eos ligat cum sint ecclesiastico mancipati officio[monachū.]

13 †Ecce si quis dat pecuniam vt fiat monachus in illa vel in illa

14 ecclesia,simonia cōmittitur.¶Sed hic surgit quęstio. † vtrū si quis per pretium monachus in aliquo monasterio fuerit factus debeat habitu spoliari vel priuabitur monachatu. Respōdetur iuxta Hu.hic ꝙ nō debet priuari habitu, nec monachatu,& ratio est,quia vt dicit est pęna ei,sed illo monasterio priuabitur.Credo tamē ꝙ & beneficio monachali debet de iure priuari,sed habitum & vitā monachalem tenebit, & omnia quæ illius professionis sunt,& quę sunt oneri.concor. Gof.& ru.qui vt dicit Archi.hic dicunt, ꝙ non priuabitur cum habitus sit ei pœna sed monasterio priuabitur. Non.n. propter habitum,sed propter monasteriū dedit pretium . sicut si aliquis dedit pecuniam vt ordinaret episcopus , non amitteret sacrū ordinē,sed dignitatem propter quā solam obtinendam & nō propter sacramentum pecuniam dedit.non.n. de sacramento curaret,si sacramento dignitas obsisteret ſm Go.& Ru.Arc. [Quod vero spiritum sanctum.]tertia pars.[quātū in se est.] quod fit cum conatur & vult eum vendere, nec per eum stat qn̄ fiat,vt de consec.di.4.queris.& 22.q.2.§.item opponitur. in fi.[Au.super Io.]s.homi.10.[secernūt].i.pretio distribuūt. non reprehendit quia tot erāt,sed quia per pecuniam omnes erant vel cum prius non essent nisi certi per simoniam erant innumeri.[rogatus.]proprium nomen.Arch.[prępositum].i. pręposituram habet pro pretio acquisitam,vel habet quasi venalem,vt.s.illam pretio conferat , si inuenit qui velit pretium dare.Hu.[Ecce venerabilis Au.nomine columbę.]vt.s.e.q.1. quibusdam.[spiritus sancti.]qui super Christum in specie columbę descendit.Mat.3.[pēsandum vero est.]quarta pars.[si cum flagellis.]Io.2.[fecisti.]vt dist.88.consequens. [si tantū

15 indefinite.]† Nota ex indefinita colligi vniuersalem. ar.19.di. si Romanorum.cum multis alijs.in gl.nō adijciens . ergo nec nos debemus adijcere,vel aliquam determinationem facere. Ex quo enim à canone nihil excipitur vel adijcitur, nec nos debemus excipere,vel adijcere.ar.2.q.5.cōsuluisti.& 31.q.1. ꝙ si dormierit.& dist.55.si euangelica.& multis similibus.

Vlrichus. Archid. Innocen. Quæstio. Respōdet.

a ¶In rebus episcopalibus. adde Bal. in addi.Spec. de his q. alie. no.in iudi. inter. ver. œconomus & qualiter constituatur idē.in omnes populi.C. de epis.& cle.

1 *Simonia est vnditur detestabilis dupliciter.*
2 *Simoniaci difficile saluantur duabus de causis.*
3 *Prophanum dicitur quasi procul à phano.*
4 *Mercari verbum comprehendit emptionem & venditionem.*
5 *Auari non sunt eligendi in ecclesia.*
6 *Praferendus plus debet pollere moribus,quam scientia.*
7 *Scientia necessaria est in eligendis.*



Diuisio

EX multis. Ad idem subijcitur hoc.c. qđ est Alexandri papæ scribentis, episcopo lucen. Et diuiditur in quatuor partes. In prima reprehendit Alexander papa consuetudinem, quæ in Lucẽ. ecclesia inoleuerat.s. quod nulli quantuncunq; digno aliquod beneficium ecclesiasticum concedebatur nisi interuentu pecuniæ. In secũda ostendit eos qui emunt ecclesiastica beneficia ita esse damnandos sicut eos qui emunt ordines ecclesiasticos, ad quod significandum eiecit de tẽplo ementes & vendentes &c. in tertia statuit ne de cætero interuentu pecuniæ conferat aliquod beneficium ecclesiasticum. in quarta statuit pęnam depositionis cõtra transgressores huius constitutionis. secunda ibi Calcedonen. tertia ibi, quapropter ego. quarta ibi, quod si aliquis.

Exponit literam.

Lege tex. ¶[Ex multis detestabile.] merito simoniam detestabilem dicit, tum quia vt dicit Damasus papa. Omnia crimina ad comparationem simoniacè hæresis quasi pro nihilo reputantur. j. eo. q. vlti. c. vlt. in quo verbo

1 †dupliciter detestabilis ostenditur. primo quia ostẽditur excedere cætera crimina. secundo quia hæresi comparatur. quod etiam per alia sanctorum dicta superius ea. q. 1. patet, in quibus hæresis vocatur. secundo est detestabilis simonia quoniam ipsa est gratiæ cõtraria. proprie. n. facit contra illud Matt. 10. gratis accepistis, gratis date. tertio detestabilis demonstratur ex zelo, quem Christus & sancti leguntur habuisse contra eam: sicut de Christo legitur Io. 2. & habetur in præsenti. c. & habetur. 4. Reg. 5. de Heliseo qui dixit Giezi, lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo in sempiternum. Petrus etiam magnum zelum habuit quando dixit simoni. pecunia tua tecum sit in perditionem. Act. 8. Item quantum zelum habuerũt sancti viri contra hoc peccatũ satis hoc aperte colligitur ex capitulis positis in hac prima causa, & per titulũ de simonia in decretalibus. ¶ Quartò detestabile malũ est simonia. reddit. n. hominem exosum Deo & hominibus: vnde ecclesiastici. 20. Qui potestatem sibi assumit, indigne odietur gl. à Deo, & hominibus frequenter. licet simonia sit occulta, tamen hominem reddit exosum hominibus, punit. n. Deus in hoc eos, vt apud homines gratiam non habeant. ¶ Quintò detestabilis est simonia quia ipsa vitiat radicem. vnde ea quæ sequũtur venenata vel saltem inutilia reddit: ad quod potest referri illud Oseæ. 9. radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam faciet. ¶ Sextò detestabilis

2 est. †quia simoniaci difficile saluãtur. & hoc duabus de causis. primo propter magnitudinem peccati. secundò quia oportet resignare beneficium, quod simoniacè acquisiuerunt. vt. s. eo. q. si quis dator. quia aliter non saluatur. vnde diligenter debet homo cauere quomodo intrat ecclesiá, nisi. n. sibi caueat, quasi in inferno ponit pedem suũ. ideo dicitur Ecclesia. 4. Custodi pedem tuum ingrediens domum domini. ad hanc difficultatem pertinet quod Petrus ait Simoni mago. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua. Et roga Deum si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle. n. amaritudinis & obliga-

3 tionis iniquitatis video te esse [prophano pecuniæ.] † prophanum est quasi procul à templo. Simoniacus. n. prophanus est, & procul à templo eijciendus. procul, quia Deus ementes, & vendẽtes scilicet, simoniacos eiecit de templo. Matthe. 21. vnde de simoniacis dicitur psalm. 88. prophanasti in terra sanctuarium eius, munus. n. simoniacũ prophanum est, quia procul debet esse ab ecclesia. Prouer. 10. Qui odit munera viuet. [Calcedonense.] 2. pars. s. e. q. 1. si quis episcopus. vnũ ex principalioribus. vt. s. dist. 16. c. sancta. Hu. [simili pœna.] vt. 15. q. 3. sanè. [sacram manus impositionem.] Hu. i. ordinem vel dignitatem ecclesiasticam. [mercari]. i. vẽdere, vel emere † vtrã-

4 que hẽbet significationem. vt. s. e. q. 1. quos constituerit. Hu. & Arch. [authoritate inexpugnabili.] quo ad retinendam rem emptam simoniacæ simile. s. e. q. 1. cito. Hu. [illos]. s. ementes ecclesiasticum beneficium [istos]. s. ementes sacrã manus impositionem. Hu. & gl. [vnde]. i. ad significandũ. [redemptor.] s. dominus Iesus Christus Mat. 21. & Io. 2. Simoniam ostẽdens se nimium detestari. [corripuisse.] sicut tũc. Hu. [cum non solum &c. eliminauit de templo.] vt. 16. q. 7. & hæc. & s. eo. q. 1. quibusdam. Hu. [nõ sicut cæteri peccatores] quos omnes tũc templo dimisit. & s. e. q. 1. qui studet. Cætera. n. peccata pro nihilo reputantur. vt. j. e. q. vlti. patet. Hu. [Quapropter. [tertia pars. [indignus]. s. tanto honore causa humilitatis, & vitandæ iactantiæ. hoc dicit. [ita credens] 22. q. 2. cum humilitatis. Archid. [sanguis.] hoc sumptum est de Ezec. vbi dominus comminans prælato & præposito ecclesiæ, si subditis non annuntiauerit peccata ea corrigendo, dicit sanguinem eorum de manu tua requiram. [sanguis]. i. vindicta vel perditio vel peccatũ

5 9. q. 3. episcopo. Hu. [iniquorum]. i. simoniacorum. [vlla venalitate] bene dicit, quia multiplex. est. vt. s. e. q. 1. sunt nonnulli. Hu. [maiores sacculos]. arg. † quod auari non sunt eligendi in ecclesia, sed morum & scientiæ prærogatiua præditi. ar. di. 85.

6 Archi. † Nota φ moribus dicit primo, & postea sciẽtiá vt denotet mores scientiæ esse proferendos. vt. s. dist. 38. sedulo. &

7 C. de profes. l. magistros. † scientia tamen est necessaria a. 24. di

a stin. quando Goff. Arch. [audeat aliquid conferre.] ex pacto, vel ea intentione ante vel post, vel tunc vt. s. e. q. 1. eos. [fabricis] quasi diceret ea occasione qđ fabrica ecclesiæ indigeret reparatione vel quia ipsa ecclesia inops est in vasis, vel in alijs vtensilibus, & thesauro, vel quia debeat dare pauperibus [scriptura.] quia Apostolus dicit. ad Ro. 2. Non sunt facienda mala, vt eueniant bona, nec bona dici possunt vnde philosophus. dicit. 2. Ethico. φ quæ malis sunt inuoluta bene fieri non possunt. [vel scriptura]. s. ea. q. 1. non est, & 14. q. 1. fortè. Hugo.] quod si aliquis.] quarta pars. [nec ministrare.] nõ. n. in ordine vel beneficio quod quis simoniacè acquisiuit debet tolerari. vt. j. ea. q. 7. requiritis. & s. e. q. 1. si quis neque. Hug.

a¶ Scientia est necessaria. Quæ scia requiratur in electo vide P. de Anc. in c. cũ nobis olim. n. 3. de elect. & qđ expers sciẽtiæ nõ ẽ idoneus, ad beneficia obtinẽda. idẽ in c. cõgregat. nu. 2. e. tit.

2 *Crimen concussionis quando dicatur,*

3 *Iudex delegatus si est pauper, vel oportet eum facere labores & expensas &c. potest petere expensas ad huiusmodi necessarias.*

4 *Iudex ordinarius nihil potest exigere a partibus.*

Bene tamen moderata enxenia sponte à partibus oblata accipere nume. 5.

7 *Sententia etiam iusta si per pecuniam data fuerit nullius est momenti.*



VEndentes. Ad idem est hoc. ca. quod est Beati Greg. in hom. quadam, in qua beatus Grego. damnat duo genera hominum, primo simoniacos. secundo iudices sententiam vendentes, & eos qui pretio alios contra iustitiam defendunt. secunda ibi: item in templo. ¶ Pro pleniori intelligentia huius secundæ partis quærũtur hic duo.

1 ¶ Primum est, vtrum iudex possit capere pecuniam pro iustitia facienda.

6 ¶ Secundum est, vtrum iudex pretio dans sententiam etiam iustam sit simoniacus.

Primũ ar.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur φ iudex possit capere pecuniam pro iustitia facienda sicut iudex tenetur ad dandam iustam sentẽtiam. ita aduocatus ad iustum patrocinium, & iurisconsultus, tenetur dare rectum cõsilium, sed tam aduocatus pro suo patrocinio, quam iurisconsultus pro suo consilio possunt recipere pretiũ & salarium iustum, vt dicit Aug. ad macedonium: ergo etiam iudex potest recipere pretium, & salarium iustũ, vt dicit Au. ad macedonium, ergo etiam iudex poterit pro iustitia ferenda pecuniam recipere. ¶ Secundò sic. 28. q. 1. iam nũc. Nemo cogitur proprijs stipendijs militare. ergo videť, quod iudices si indigẽt possunt pecuniá recipere. ¶ In oppositũ est primo illud Exodi. 23. Non accipies munera, quæ etiam excæcãt prudentes, & subuertunt verba iustorum. tum secundo est litera præsentis. c. ¶ Respon. dicendum φ hic non quærimus an iudex possit habere stipendia taxata à principali domino, siue à republica. quoniá de hoc nulla difficultas est, quin debeat habere, & possit recipere talia stipendia, quia nullus militat pro prijs stipendijs. 1. ad Cori. 9. vnde Gregorius super illo verbo Luc. 3. contenti estote stipendijs vestris, dicit quod stipendiũ dominus appellat prouisionem imperialem deputatam per legem dignitatibus ministrantibus. Est ergo quæstio, vtrum iudex vltra stipendia sibi à domino vel communitate deputata licitè possit à partibus litigãtibus aliquid recipere pro iustitia ferenda, vbi distinguendum est, quia vel sunt iudices ordinarij, vel iudices delegati. de iudicibus ordinarijs sit ista conclusio, iuxta dominum Alexá. de halis in 3. & Vlrichum in sum. & etiam S. Tho. in 4. di. 25. quod iudex non potest licitè recipere à partibus vt iudicet siue vt sententiam proferat. imo iudex nolens iustè iudicare nisi pro pecunia, grauiter peccat. patet conclusio. quia ex officio suo tenetur iudicare, & bene iudicare, & gratis. vnde turpiter peccat & crimen concussionis committit. vnde ad illos se extendit illud Luc. 3. neminẽ concutiatis, contenti estote stipendijs vestris, vbi dicit glo. Ambro. & Aug. ne dum sumptus quæritur prædo crassetur. 86. di. non satis. & 23. q. 1. militare. Quod verò peccatũ concussionis com-

Secũdũ ar.

Opponit i cõtrarium Respõdet.

Alexãder de halis. Vlrichus. S. Thom.

Vlrichus.

Vlrichus. 2 nis committat, patet quia vt dicit Vlrichus † crimen concussionis est cum quis in officio constitutus extorquet aliquid per metum à subditis, vel quãdo extorquet pecuniam pro eo quod gratis debet impendi. aut cum aliquis officialis, vel miles vltra stipendia sibi constitura aliquid extorquet, vel cum aliquis accusat vel desistit ab accusatione propter pecuniam. In secundo istorum peccat iudex accipiẽdo pecuniam pro iusto iudicio. quia vt dicit Au. ad macedonium, & habetur in c. licet. 11. q. 3. non licet iudici iustum iudicium vendere, & si liceat aduocato vendere iustum patrocinium, & iurisconsulto rectum consilium. vnde tenetur ad restitutionem, & si is qui dedit prædictam pecuniam bona fide dedit. s. vt ius suum, & quietem seruaret debet iudex restituere eidem. Si verò dedit ei, vt animum suum corrumperet tunc iudex vel restituet ei in cuius iniuriam accepit, vel dabit pauperibus sicut aliud turpe lucrum. ¶ Secunda conclusio. quamuis nullus iudex ordinarius pro iusto iudicio pretiũ accipere debeat, seu munera vt Secunda conclusio.
3 dictum est in prima conclusio. † iudex tamen delegatus si pauper est vel si oportet eum facere labores & expẽsas vel si propter insufficientiam suam oportet eum conducere assessores, potest petere expẽsas ad huiusmodi necessarias & nihil vltra, patet conclusio. Quis. n. militat suis stipendijs vnquam. 1. ad Cor. 9. Dum tamen nullam partem propter hoc acceptet, nec aliquid faciat in fraudem. Et hoc dicũt iuxta decretalem cum ab omni. extra de vi. & ho. cle. & in ca. statutum. §. insuper. & extra de rescript. li. 6. idem etiam Inno. in gl. ibidem. idem ẽt Host. vbi etiam consulit iudici ꝙ habeat assessorem de cõsensu partium. dicit etiam in hoc ꝙ si papa alicui prælato causam delegauit, non videtur, ꝙ etiam expensas potest petere, si tamen sibi stipendia sua sufficiant nisi fortè ipsum extra domũ exire oporteat. quia tunc plus expendit, quam domi faceret puto ꝙ repetere possit. 10. q. 3. cauendum est sanè. & sic concordari possunt iura, quæde hac materia loquuntur, sed si pauperes sunt litigantes nihil habebit. vt in auth. de manda. prin. Innocent. Hostiẽsis.
4 §. sit tibi. colla. 3. ¶ Tertia conclusio. † Ordinarius vero iudex cum propter iustitiam tenendam habeat suam dignitatem & reditus assignatos, nec expensas potest exigere à partibus. alias vt diximus crimen concussionis incurrit. ¶ Quarta con Tertia conclusio.
5 clusio iuxta Vlrichum † potest iudex ordinarius moderata enxenia sponte oblata recipere quæ non extendantur ad munerum quantitatem. vt pote potulentum, & esculẽtum, quod statim consumitur similia si sponte offerantur. quam conditionẽ addo, quia nec ista possunt iudices exigere, nec debent etiam oblata recipere ab his, qui non spõtanea liberalitate, sed in lite constituti iudicij ad captandam beneuolentiam iudicis videntur, ea offerre non debent dico suscipere propter vitandam suspitionem, nisi adhibitis illis conditionibus secundum, quas etiam in spiritualibus licet accipere gratis oblatum, & nõ pro re spirituali datum, quas. s. tetigimus sæpe. vnde. ff. de offi. consu. l. solent. dicitur ꝙ à nemine recipere in humanum, passim verò vilissimum est, & per omnia auarissimum. Hoc etiam satis colligitur dist. 18. de eulogijs. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respõ. negando consequentiam. & ratio est iuxta S. Thom. in 4. di. 25. quia iudex ex officio suo tenetur iudicium reddere. similiter & quilibet tenetur ex hoc ꝙ est iudici subditus ad verum testimonium, reddendum, sed aduocatus non tenetur patrocinium suum iõ præstare, nec iurisperitus dare consilium. & ita non est simile de iudice, & de aduocato, & iurisconsulto. & ideo sicut dicit Aug. ad macedonium. non debet iudex vendere verum iudicium, aut testis verum testimonium, quia aduocatus vẽdit iustum patrocinium, & iurisperitus verum consilium. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis. iudex enim ordinarius iam habet stipendia ordinata. & ideo non est opus alia petere. delegatus verò si pauper est potest expensas iuxta secũdam conclusionem petere, & nihil vltra. Quarta cõclusio. Ad secũdũ

6 Ad secundum. † Respondetur per verba S. Tho. qui in 4. dist. 25. ita dicit. iudex vendendo verum iudicium simoniam committit, si sit spiritualis iudex, aliàs non committit simoniam, sed grauiter peccat. Et similiter dicendum est de teste. hæc S. Th. Hoc idem videtur dicere. Hu. hic. concor. Vlrichus dicens sic si iudex ecclesiasticus pro reddendo iure in spiritualibus aliquid acsipit, simonia est. idem dicunt etiam de temporalibus, quia ratione ecclesiasticæ iurisdictionis ad hoc tenetur. vnde dicunt ꝙ si laicus aliquid accipiat in simili casu licet grauiter peccet, non tamẽ cõmittit simoniam quia sua iurisdictio temporalis est non spiritualis. & hanc opi. dicit Vlrichus esse veram. Lege tex. ¶ [Vẽ Respõdet. S. Thom. Vlrichus. Exponit literam.

dentes.] duobus modis vt partim tetigimus: intelligũtur verba euãgelij, vbi dicitur. quod Christus eiecit de templo emẽtes, & vendentes. primo de simoniacis. secundo de alijs grauiter peccantibus. s. de iudicibus sententiam vendentibus. & de illis qui pretium acquirunt, quod alios contra iustitiam defendant. Hu. & Arch. [eliminauit.] Matt. 11. [quia vel] pro & [impositionem manus]. i. ordinem vel pro & Hu. [item.] secunda pars. [qui hoc]. s. iustam causam. [iustitiam.] de illis intelligit, qui cum ex officio suo debent singulis iustitiam facere,
7 hanc nisi dato pretio nolunt adimplere. Et est ar. † quod sententia etiam iusta si per pecuniam data fuerit nullius sit momenti, vt. 2. q. 6. §. venales. & quod sententia etiam iusta per pretium ferri non debet, vt. 11. q. 3. qui rectè. & 13. q. 5. non sane. Hug. [ementes verò.] de illis hoc dicit, qui dum aliquid alicui debent dant, pretium aliquibus qui eis contra rationem defendunt. Hu. [quod iustum est]. i. quod debet [patronis]. i. aduocatis, defensoribus, dato vt illos defendant contra ius. [emunt peccatum]. i. defensionem acquirunt cum peccato, non dicit [de patronis]. i. aduocatis in causis, quibus licet certum salarium dare. vt. 11. q. 3. non licet. & 14. q. 5. non sane. sed dicit de aliquibus magnatibus, qui sua potentia eos cõtra ius defendunt ne faciant quod debent. Hu. de aduocatis alias erit locus dicendi magis proprius, quam hic sit.

1 *Magistri doctores, & alij docti viri in liberalibus artibus an possint licite vendere scientiam suam.*
2 *Spiritus sanctus habetur duobus modis.*



On solum. Ad idem sequitur hoc. c. qđ est Bede. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, quod nõ solum simoniaci sunt qui ordines & beneficia ecclesiastica pretio largiuntur, sed etiam qui officium suæ dignitatis vel scientiæ vel alterius doni nolunt in ecclesia exercere, nisi causa retribntionis humanæ. In secunda infert ex hoc ibi, quicunq;. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius. c.
1 quæritur. † vtrum magistri doctores & alij docti viri in liberalibus artibus possint licitè vendere scientiam suam. & videtur quod sic. ¶ Spirituale. n. est quo habetur spiritus sanctus vel datur vel significatur haberi: sed liberalibus artibus nec habetur spiritus, nec datur, nec significatur haberi. ergo huiusmodi scientiæ non sunt spiritualia, nec spiritualibus annexa. ergo possunt vendi. ¶ Secundò dicitur Prouer. 23. veritatem eme. sed quod libere potest emi potest vendi. ergo huiusmodi sciẽtiarum veritates possunt vẽdi. ¶ Tertiò sic. cõsilium potest, ergo & scientia vendi. consequentia videtur not. antecedens est Aug. in episto. ad macedonium dicentis, quod iurisperitus potest vendere rectum consilium. ¶ In oppositum videtur tex. præsentis literæ. ¶ Respondeo dicendum sub certis conclusionibus iuxta magi. Alex. de halis. & S. Th. & Vlrichum. ¶ Prima est quod quanquam liceat magistris vendere suos labores vendere tamen scientiam est illicitum & est simoniacũ. ista conclusio patet. primo ex tex. præsentis. c. quia cum donũ Dei sit non est licitum vendere. dicitur. n. Matt. 10. gratis accepistis, gratis date. secundo patet ex illo Prouer. 23. Noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Ex qua authoritate manifestum est, quod huiusmodi non cadunt sub venditione & emptione. Tũ tertio patet quia dicit lex ꝙ ciuilis sapientia non est pretio numario comparanda. ff. de var. & extra or. cog. l. 1. §. 1. ergo multo fortius nulla alia scientia rationalis est pretio comparanda. ¶ Secunda conclusio. magistri artium qui pro scholis regendis habent stipendium sufficiens ab ecclesijs secundum constitutionem Eugenij. 37. dis. de quibusdam. vbi etiam tractatur ista quæstio. & post modum Alexandri in concilio Lateranen. & Innocentij in concilio generali. extra de magistris, ne aliquid exigant. cap. quia nonnullis. siue sint doctores liberalium artium, qui secundum statutum Innocentij debẽt poni in omnibus collegiatis ecclesijs, quarum facultates ad hoc sufficiũt, siue sint doctores theologi, qui debent esse in singulis ecclesijs metropolitanis, simoniam committunt, si exigunt aliquid à pauperibus scholaribus, vel à clericis eius ecclesiæ, à qua recipiunt beneficium vel quæ sunt de alia ecclesia, vel si festum de iure vel consuetudine colendũ nolunt concedere scholaribus colendũ, nisi data sibi pecunia, vel econuerso, dum non colendum concedunt colẽdum pro pecunia, simoniam committunt. patet conclusio. quia cum de labore suo habeant sufficiens stipendium ab ecclesijs nihil vẽdunt nisi scientiam, quæ est donum spirituale, vt arguit in præsenti litera beatus Grego. ista conclusio est etiam S. Tho. tam in 4. quam Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit & Respõ. Prima cõclusio. Secunda conclusio.

Tertia cõclusio.
in 4.quam in 2.2. ¶ Tertia conclu. Si magistris præfatis non
sufficiant stipendia ecclesiæ vel si etiam nullum stipendium
habent ab ecclesia possunt exigere salarium moderatum non
pro scientia, sed pro labore.ar.12.q.2.quicunq;.&.c. ecclesia-
sticis.nisi sint insufficientes ad docẽdum, quia tunc est eis ex
debito prouidendum, vel si sponte offertur possunt recipere
etiam si sua sibi sufficiunt.10.q.3.priscis.hoc dicunt Innocẽ.
Host & Vlrichus.Similiter si pro pecunia conceder et magi-
ster scholaribus vacationem aliquo die festo propter recrea-
tionem dicunt quidam esse simoniam, sed turpe lucrum, quia
illa recreatio non est spirituale sicut est celebratio festi. huius
sententiæ videtur esse Raym.& Vlrichus.vt dicit Io. in sum
ma. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.
Ad primũ argu. Alexãder de halis.
¶ Ad primam respond.minorem. & ad probationem dicitur
2 iuxta Alex.de ha.in secundo ꝙ spiritus sanctus habetur duo
bus modis.s.vt lux illuminans intellectũ.& sic habetur in qua
cunque scientia, quia vt dicit Be.Ambr. veritas à quocunque
dicatur à spiritu sancto est, aut vt calor inflammans affectũ,
Ad secũdũ
& sic habetur per virtutes & sacrament ecclesiæ. ¶ Ad secun
dam respon.quod authoritas non facit contra.quoniam loqui
tur de emptione spirituali, vt dicit Alex.de ha.nõ.n.cognitio
veritatis emenda est pecunia, sed eo modo quo docetur Pro
uer.4.vbi dicitur principium sapientiæ posside sapientiã qua
si diceret.si vis habere sapientiam, accipe illam quia ipsa se of
fert quærenti.Si.n.quæsieris eam tanquam pecuniam,& quasi
thesaurum inuenies eam.de illa emptione dicitur Prouer.22.
Quid prodest stulto habere diuitias, cum sciẽtiam emere nõ
Ad tertiũ.
possit.¶ Ad tertiam respon.concedendo, quod etiam ille qui
non habet salarium deputatum, aut non sufficiens, potest pro
labore suo(sicut dictũ est)aliquid accipere non tñ pro scien-
tia, sicut iurisconsultus pro consilio. quoniam cum dicit Au.
ꝙ iurisperito vel assessori licet vendere rectum consilium nõ
est intelligendum de ipso consilio in se, quia hoc nõ licet ven
dere vel pro ipso non licet aliquid accipere, sed de opera & la-
bore quem habet in studendo,& disputando siue conferẽdo
cum alijs ad notitiam causæ habendam & instruendam.vnde
dicunt aliqui. & credo quod bene, ꝙ pro consilio in quo sine
labore respõderi potest nihil recipere debet, cum quilibet ex
charitate teneatur proximo subuenire, quãdo hoc facere po
test sine proprio detrimento. vt dicit dominus Vlrichus. &
Vlrichus.
idem in glo.in c.non licet.11.q.3.licet aliqui dicant contrariũ
vt.Io.An.Lege.¶ [Non solum].s.simoniaci sunt &c.[qui gra
Exponit literam.
dum].s.dignitatis.[gratiarum.] alicuius scientiæ, vel alicuius
doni.Cum.n.sunt literati & alijs donis præditi, nolunt nisi in
tuitu humanæ retributionis hæc exercere in ecclesia.vt.s.e.q.
2.quam pio.[contra illud petri].1.Petri.4.[qui loquitur quasi
sermones Dei].q.diceret.Si quis habet scientiam loquẽdi nõ
sibi sed Deo imputet, in eius seruitio illã exerceat solius dei
intuitu.vnde glo.ord.super illo verbo Apostoli.ita dicit.si qs
habet scientiam loquendi nõ sibi, sed Deo tribuat, timeat ne
præter volũtatem Dei vel sacrarum scripturarum vel prȩter
vtilitatem fratrum doceat, vel ne quod docendum est tacear.
[qui ministrat.Sequitur in glo.Bibliæ.i.eleemosynã, vel aliud
bonum opus humiliter ministrat, & impendit, tanquam ex
virtute &c.sequitur in gl.quia nihil habet à seipso quod impẽ
dat, sed à solo Deo.& ideo intuitu illius hoc faciat.[quicunq;]
secunda pars.[veniente.]ad iudicium.Hug.& Archid.[de ec
clesia.]cœlesti & triumphante vel ecclesia præsenti & militan
ti. [veniente domino].i.sententia excommunicationis lata
authoritate domini papæ.Hug.

1 *Res ecclesiæ non sunt propriæ, sed communes.*
2 *Simoniacus tenetur de vi.*


Es ecclesiæ. Ad idem sequitur hoc.c.qđ subiungitur Vrbani papæ.
Verba ista præcedentia sunt verba Gratia. vsque
ibi quis secundum veriorem opinionem, in qui
bus satis exprimitur intellectus totius capituli.
Exponit literam.
Lege textum. ¶ [Res quæ ex consecratione]id est, intuitu
consecrationis, id est dignitatis, vel ordinis vel officij ec-
1 clesiastici habentur. [in ius suum] id est proprium. † res
n.ecclesiasticæ non sunt propriæ sed communes.Et ideo non
debemus eis vti tanquam proprijs.vt.12.q.1.res ecclesiæ nul
2 li.Hug.ar.hic vt dicit gl.† ꝙ simoniacus sit violentus detẽtor,
& sic tanquam violentus tenetur de vi.& verum est, ꝙ violen
tiam committit, quia non gratis accipit & quodam modo ab
inuito extorquet.Ioan.de Fan.& Arch. Nota tamen ꝙ timor
non inducit simoniã, vt not.1.q.6.si quis. in gl.vlt.Arc. quis-
quis.Hucusq; vt dictum est sunt verba Gratiani. ẜm Hug.&
Archi.& Guidonẽ,& hoc habetur.s.e.saluator.[gratis.]Ma.
10.gratis accepistis &c.[sermone.]Actu.8. Archidi.

2 *Ius accipiendi decimas ad solos spectat.*
3 *Res quæ nomine decimarum dantur possunt dari laicis ex causa.nume.4.*
7 *Prælatus dans beneficium consanguineo suo, qui sit idoneus, imo præferens eum æque idoneis non peccat.& nu.8.*
9 *Prælatus si præfert consanguineum ratione consanguinitatis in collatione alicuius spiritualitatis beneficij aut dignitatis dignioribus, dicitur acceptio personarum.*
10 *Prælatus conferens beneficium consanguineo motus principaliter ratione consanguinitatis solum intendens ad prouidendũ sibi non committit simoniam in prouidendo, licet grauiter peccet.*
Similis casus.nume.11.


Eruenit. Ad idẽ sequitur hoc.c. quod est
Gregorij.7.in quo damnat epi-
scopos, qui decimas, & oblationes conferunt
laicis aut cõsanguineis. Et diuiditur in tres par *Diuisio.*
tes.In prima narrat detestabile factum. In secũ
da prohibet.in tertia subiungit punitionem.se
cunda ibi, vndẽ si quis.tertia ibi, Et sicut Vicenna.pro plenio
ri intelligentia huius.c.quæruntur tria.
1 ¶ Primum est, vtrum sit licitum dare decimas seu oblatio-
nes altaris laicalibus personis.
5 ¶ Secundum est, vtrum damnabilius sit dare decimas consan
guineis, quam extraneis.
6 ¶ Tertium est, vtrum dare beneficium siue præbendam con
sanguineis ratione consanguinitatis sit simoniacum.
1 Ad primum. sic proceditur. † Et videtur ꝙ sit lici-
tum dare decimas laicis personis ex
consuetudine ecclesiæ quæ ex causa quandoq; dat regibus &
principibus decimas &c.¶ In oppositũ videtur ex litera præ
sentis.c.¶ Respondeo dicendum iuxta S. Tho. in 2.2.q. 87. *Respõdet. S. Thom.*
ar.3.ꝙ circa decimas duo sunt consideranda.s.ipsum ius acci
piendi decimas,& ipsæ res quæ nomine decimæ dantur.& se
2 cundum hæc sunt duæ conclusiones. Prima † Ius accipiendi *Prima cõclusio.*
decimas ad solos clericos spectat,& solis illis sunt dandæ. Ista
conclusio probatur authoritate,& ratione. Authoritate dici
tur.nu.18.Leui.dedi omnes decimas Israel in possessionem,
pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo.sed filijs le
ui succedunt clerici in nouo testamento.ergo solis clericis de
bentur.Ratione sic.Ius accipiẽdi decimas siue oblationes est
quid spirituale.Consequitur.n.illud debitum quo ministris al
taris debentur sumptus de ministerio.& quo seminãtibus spi
ritualia debent temporalia, quod ad solos clericos pertinet ha
bentes curam animarum:ergo solis illis competit hoc ius ha
bere:ergo per consequens tale ius non est conferendum qui-
3 buscunq; laicalibus personis.¶ Secunda conclusio. † Res quæ *Secunda conclusio.*
nomine decimarum dantur possunt dari laicis ex causa pater,
quia cum istȩ corporales sint, possunt in vsu quorumlibet ce
dere,& sic possunt etiam ad laicas personas peruenire. Ista cõ
clusio est gl.in præsenti.ca.quæ ita dicit. Nota ꝙ fructus bene
possunt dari laico ex causa, sed ius decimale nequaquã. Nam
aliud est ius, aliud ipsa res. Est etiam conclusio Alexandri de
halis in secundo. Est etiam Hu.hic.Sed vtrum possint dari de
cimæ in feudum relinquemus vsque ad.16.q.7. in princi.vbi
ista materia habet proprium locum.¶ Ad rationem de.c.præ *Ad argu. Alexãder.*
senti.respondetur iuxta iam dicta, & vt in forma respondet
magister Alexander in secundo ꝙ dictum illud Gregorij in-
4 telligitur de iure decimali, non de ipsis fructibus. † fructus.n.
ipsi possunt ab ecclesia authoritate prælati concedi ex causa
ipsis laicis sicut militibus propter defensionem ecclesiæ in fa
uorem christianitatis, sicut concedebantur militibus quibus-
dam in regno Aragoniæ, ꝙ decimas omnium locorum quæ
possunt perquirere expellendo paganos perquirerent. Sed si
hoc est, nõ percipiunt eas perpetuo de iure communi, sed ex
priuilegio, & concessione ecclesiæ quandiu extat causa.s.n.
postea ecclesia enormiter grauaretur, vel non iuuarent sed
impugnarent vel priuilegio abuterentur, non perciperent li-
cite ipsas decimas.
5 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur ꝙ nõ *Primũ ar.*
sit magis damnabile dare decimas
consanguineis, quam extraneis, quia vt dicit Augu.lib.de do-
ctrina christiana.c.33.æqualiter indigentibus præferẽdi sunt
coniunctiores

coniunctiores extraneis. ergo hoc non est peccatum, sed est magis charitatis officium. ¶ In oppositum videtur esse tex. præsentis literæ. Respondeo. dicendum non est grauius aut damnabilius peccatum, sed minus dare consanguineis res ecclesiæ, quam extraneis personis. patet ratione iam dicta. Et ad literam præsentem respondetur, quod non dicit quod sit grauius peccatum dare res ecclesiæ cōsanguineis. sed est grauius .i. damnū vt dicit Hu. & gl. quod patet sic. Magis. n. tenemur vt dictum est subuenire consanguineis, quam extraneis. quia hæc est ordinata charitas. ergo minus peccatū est dare res ecclesiæ consanguineis, quam extraneis. sed quia prælati prouidēdo consanguineis enormiter lædunt ecclesiam. Ideo dicit ꝙ grauius est dare consanguineis .i. damnosius, quia inde grauiorem sentit læsionem ecclesia. Tum quia proniores sunt ad dādum consanguineis, quam extraneis, & profusiores sunt illis, quam illis. Et ita apparet, vt dicit gl. quod minus peccatū propter adiunctum grauius punitur. minus. n. peccatum est dare consanguineis, quā extraneis. 86. di. non satis. sed quia prouidendo consanguineis enormiter lædūt ecclesias, idcirco dicit quod grauius est dare consanguineis &c. vel dicendum quod ideo dicit grauius, vt dicit dominus Guido. quia dum ad ditandum, & non ad sustentandum bona ecclesiæ cōsanguineis effunduntur magis carnali affectu, & maiori cupiditate ad cōsanguineos prælatus inclinatur, fitque quod plura largiuntur consanguineis, quā extraneis. Et sic in eis plus grauatur ecclesia, & pauperes Christi, ꝗ in extraneis. vel vt dicit Alexander de halis in secūdo. grauius quia difficilius euellitur, & propter pronitatem maiorem patitur ecclesia læsionem &c.

Opponit & Respō. — Guido.

6 **Ad tertium.** Sic proceditur. †Et videtur quod prælatus dans præbendam alicui cōsanguineo tantum causa consanguinitatis committat simoniam primo ex. c. præcedenti vbi dicit Beda. venditores columbarum sunt qui gradum vel gratiam in ecclesia spiritualem quam domino largiente perceperunt non simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis. Sed prælatus dans præbendam consanguineo causa consanguinitatis non simplici intentione facit, sed causa humani fauoris, aut honoris. ergo simoniam committit. ¶ Secundò sic. Simonia contrahitur per amorem pecuniæ: ergo pari ratione contrahitur per amorē carnis. consequentia videtur bona. ¶ Tertiò quia in versibus vbi exprimuntur modi simoniæ ponitur etiam caro. Vnde versus sunt isti Munus, lingua, timor, caro, cum fama populari; Non faciunt gratis spirituale Dei. Vel sic. Laus parentela violentia rogatio dona, Obsequium vile vendunt ius spirituale. ergo sequitur quod dare ratione parentelæ consanguineæ, sit simoniacum. ¶ Quartò sic. Iste nō dat gratis, qui ratione carnis dat: ergo simoniam committit. secundum illud Matth. 10. gratis accepistis, gratis date. ¶ In oppositum arguitur. ibi. Non est simonia vbi non recipitur aliquod temporale in pretium conferendo spirituale. sed cum prælatus cōfert ratione consanguinitatis, præbendam cōsanguineo, aut ratione carnalis affectionis alicui amico non interuenit aliquod pretiū pro spirituali. ergo &c. ¶ Respondeo dicendum sub certis cōclusionibus.

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. Versus. — Quartū ar — Opponit i contrariū. — Respōdet.

7 Prima est † ꝙ prælatus dans beneficium consanguineo suo qui sit idoneus imo præferēs eum alijs æquè idoneis non peccat. Ista conclusio est probata in disputatione quam feci satis plene. di. 89. in c. decenter. Tū primo. quia secundum rectum ordinem charitatis homo plus debet diligere sibi cōiunctos, & per consequens magis prouidere. Tum secundo quia si hoc esset illicitum videretur ex eo quod talis prouisio non esset vtilis ecclesiæ, sed nociua. sed hoc non. quia nihil deperit ecclesiæ prouidendo sic suo consanguineo, cum æquè idoneo prouideatur. Licitum est. n. circa huiusmodi prouisionem etiam amori naturali satisfacere qui inclinat ad hoc, cum non sit charitati contrarius. ergo videtur conclusio vera.

Prima cōclusio.

8 ¶ Secunda conclusio. † prælatus conferens beneficiū cōsanguineo habens respectum principalem ad merita personæ, secundario tamen ad consanguinitatem non committit simoniam.

Secunda conclusio.

9 ¶ Tertia conclusio. † Si prælatus consanguineum ratione cōsanguinitatis in collatione alicui' spiritualitatis beneficij aut dignitatis præferret dignioribus esset acceptio personæ quæ vt dicit Aug. super illud Iac. 2. fratres mei. Nolite in personarum acceptione &c. licet in quibusdam reuerentijs tolerabilis tamē in dignitatibus ecclesiasticis intolerabilis est, & nō leuis culpa. præcipuè si indignus præfertur digno. secundum illud Miche. 3. qui ædificatis Sion in sanguinibus. secundum Vlrichum.

Tertia cōclusio.

10 ¶ Quarta conclusio. † prælatus conferens beneficium consanguineo principaliter motus ratione consanguinitatis solum intendat ad prouidendum sibi non committit simoniam in prouidendo, licet grauiter peccet. patet conclusio quæ est S. Tho. in 4. dist. 25. & Vlrichi in summa. quia non vendit cum nihil accipiat prælatus conferens beneficium spirituale.

Quarta cōclusio.

11 ¶ Quinta conclusio. † Prælatus conferēs beneficium consanguineo principaliter motus ratione consanguinitatis, & intendens ex huiusmodi promotione nō solum prouisionem personæ promotæ, sed etiam vtilitatem ex illa prouisione transeuntem in ipsum. s. ꝙ ipse conferens per hoc magnificetur vel sit potentior, vel vt domus eius exaltetur, & nobilior reddatur, vel aliquid simile talis simoniam committit. patet quia sic conferens spirituale accipit pro eo vtilitatem temporalem, vel accipere sperat, vnde reducitur ad munus à manu, vt dicit S. Th. & Vlrichus. Ista etiam est sentētia Alexandri de halis in 2. & etiam Raymundi in summa. ¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur, ꝙ dictum Bedæ intelligitur vbi est retributio humana, vel expectatur propter gratiam scientiæ vel doni alicuius. Et in talibus debet esse simplex intentio, vt non requiratur muneris, retributio. In præsente autem proposito in casu vbi non est retributio, nec expectatur, non est simonia. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Alexandrum de halis. in secundo, quoniam quando fit amore pecuniæ intentio est, quod transferatur aliquid ad ipsum conferentem aliquo modo ab eo cui confertur. Non sic autem est cum fit amore carnis, imo non tantum stet in eo cui confert. ¶ Ad tertiam respondetur. quod cōtinetur sub illis versibus in casu in quo loquitur quinta cōclusio. ¶ Ad quartam respōdetur. negādo assumptum. dicimus. n. quod in primis casibus gratis dat, quoad hoc, quia pro nullo pretio dat. & de istis pro nunc sufficiat. Lege text. ¶ [Peruenit. sacerdotibus] qui debentur. Num. 18. [Laicalibus] quod fieri non debet. vt extra de decimis. prohibemus [quibus etiā] nec ecclesiastica beneficia sunt committenda. vt di. 89. iudicatum. Expositum est, quod debet intelligi de iure spirituali recipiēdi decimas siue oblationes. [quod grauius est] superius disputatum est de veritate huius literæ, & datus est sensus verus. [Nicena]. s. eo. q. 1. quicunque. Hugo. [& qui dat decimas] tamen quæ ad ipsos episcopos pertinēt dare possunt episcopi laicis quo ad fruct'. Hug. [Iure semper.] apud ipsos episcopos retento vt. s. diximus sed alias decimas aut clericorum, vel pauperum nō possunt [laici.] vt. 16. q. 7. c. 1. Hug.

Quinta cōclusio — Ad. 1. arg — Ad secūdū — Ad tertiū. Ad quartū Ad quintū — Exponit literam.


Altaria. Ad idem sequitur hoc. c. quod est Paschalis papæ. 2. Summa est quod oblationes, & decimas per pecuniam dare sit simoniacum. Breue est. pro pleniori tamen intelligentia quæruntur tria.

1 ¶ Primum est vtrū decimæ possint vēdi laicis sine simonia.

2 ¶ Secūdum est vtrum laici possint percipere oblationes datas ecclesijs.

3 ¶ Tertium vtrum liceat redimere decimas laicis.

1 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur quod decimę non possunt vendi laicis sine simonia. Primò ex. c. proximo præcedenti vbi dicitur, quod si aliquis amodo inuentus fuerit, qui decimas &c. inter hæreticos & antichristos habeatur. ¶ Secundò arguitur idem ex. ca. præsenti. ¶ Tertiò idem habetur ex. c. querelam. extra. de simo. ¶ In oppositum arguitur. quia fructus decimales sunt tēporales. Res autem temporales possunt vendi, & emi sine simonia. ergo non est simoniacum vendere decimas aut oblationes. ¶ Respondeo dicendum sicut dictum fuit in prima quæstione. c. præcedentis sub duabus conclusionibus iuxta S. Tho. & magistrum Alex. de halis. prima quod ius percipiēdi decimas non potest vendi laicis nec cuicunque. Ista conclusio patet, quia tale ius percipiendi decimas est annexum, spirituali. s. ordini sacro. Soli. n. clerici habent ius percipiendi decimas. Sicut habetur ex concilio Rauēnaten. prohibemus. Sed simonia est voluntas emendi vel vendendi spūale, vel annexum spūali. ergo simonia est vendere vel emere ius recipiendi decimas. ¶ Secunda cōclusio. Fructus episcopi qui nomine decimæ dantur, possunt vendi & emi et laicis sine simonia. patet cōclusio ex ratione supra assignata cū res tēporales sint. Ad rationes in contrariū respondetur vnica responsione ꝙ illa capitula intelliguntur de iure decimali, non de ipsis fructibus, sicut plene dictum est circa præcedens capitulum &c.

Primū ar. — Secūdū & tertiū ar. — Opponit i cōtrarium — Respōdet. — Prima cōclusio. — Secūda cōclusio. — Ad arg.

2 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur quod laici non possint accipere oblationes datas altaribus siue ecclesijs. Primò sic. dicit Damasus papa in

Primū ar.

pa. in c. hanc consuetudinem. 10. q. 1. oblationes quæ intra ecclesiam offeruntur nullo modo sub dominio laicorum detineantur. ¶ Secundò oblationes quas Christiani offerunt pro peccatis suis ad hoc offeruntur, vt pro populo oretur. sed nō est officium laicorum, sed sacerdotum orare pro populo. vt in c. quia sacerdotes. 10. q. 1. ergo non est licitum ipsis laicis recipere oblationes. ¶ Tertiò in veteri testamento prohibitū fuit filijs Israel, ne comederent panes sanctos præter Aaron vt in præfato. c. hanc consuetudinem: sed multo nobilius est quod offertur in noua lege, quam quod offerebatur in veteri testamento. ergo non est licitum laicis in nouo testamēto recipere oblationes datas ecclesiæ. ¶ In oppositum arguitur. Oblationes illę in sui substantia sunt res temporales. sed licitū est laicis habere dominium rerum temporalium. ergo licitū est eis recipere oblationes. ¶ Respōdeo dicendum iuxta magistrum Alexandrum de halis sub duabus cōclusionibus. prima est. quod laici nullum ius habent percipiendi oblationes ecclesiæ, nec per consequens est licitū eis percipere illas quæ fiunt in altari. Ista conclusio patet eisdem rationibus quibus superius est probatum, ius decimarum non conuenire laicis. ¶ Secunda conclusio possunt oblationes pręfatę dari laicis ex causa, sicut de decimis dixim⁹ vel ad reparationē ecclesiæ vel ad aliquem vsum honestum. Ita tamen ꝙ nullum ius per hoc vendicetur ab eis. Ad rationes in oppositum patet responsio ex dictis. quoniam procedunt iuxta primam conclusionē de iure percipiendi oblationes siue decimas.

Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit i contrariū. — Respōdet. Prima cōclusio. — Secunda conclusio.


3 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur quod non possunt redimi. Primò sic decimæ nō possunt vendi, vt patet in c. præsenti. & 16. q. 7. decimas. & extra de simo. querelam: ergo non possunt redimi. ¶ Secundò. sic. Non possunt permutari pro re temporali. extra de re. per mu. ad quæstiones: ergo per consequēs nec redimi. ¶ Tertiò iniustè laici possident decimas, vt dicit Gregorius. ergo vendere non possunt. ergo per consequens clericis non est licitū ab eis emere. ¶ In oppositum est gl. pręsentis. c. vbi dicitur redimere decimas non est simoniacum cum rei ecclesiasticæ libertatis. ¶ Respondeo dicendum quod decimæ à laicis redimi possunt, sicut & vendi. Ista conclusio est Raymūdi & Alexandri de halis dum tamē fiat authoritate episcopi, ad cuius dispensationem spectant decimæ. Multum. n. valet authoritas iudicis in talibus casibus. extra. de præbē. & dig. nisi. & extra de re permu. quæsitum. Idem dicit Goff. & Hos. Sed Gui. in gl. Raymundi addit quod si parochialis ecclesia vellet decimas ab huiusmodi iniusto detentore redimere, nō est necessaria authoritas episcopi, quia cuilibet licitum est redimere ius suum, nec est aliqua simonia ex parte redimentis, quia nō dat temporale pro spirituali. sed tantum temporale pro temporali. s. pro fructibus decimę detentæ iniustè à milite siue laico. iusque spirituale percipiendi decimas non redimitur, sed semper remanet apud ecclesiam à quocunq; fructus iniustè vsurpentur. Sed nec etiam huiusmodi miles licet aliàs peccet cōmittit simoniam accipiendo inde pecuniam, quia nihil spirituale vendit. potest tamen esse simoniacus intentione sola & voluntate, non re ipsa. s. intendit vendere aliquod spirituale. Si autem alia ecclesia parochialis velit huiusmodi decimas redimere necessaria est authoritas episcopi. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur dupliciter. Primò quod sicut non licet emere decimas, ita nec redimere intelligendo pro re spirituali. ¶ Secūdò modo respondetur iuxta Alexandrum de halis negando consequentiam. Et ratio est secundum eum, quia licet nō sit licitū simpliciter emere vel vendere decimas. Licitum tamen est propter ius quod habet ibi ecclesia, & id quod redimitur non est nisi propter impedimentum iuris tollendum. ¶ Ad secundā respondetur secundum eundem quod hic non est permutatio inter spirituale vel annexum spirituali, & inter temporale sed inter temporale quod obtinere poterat laicus, & temporale. vnde temporale redimitur in tali casu. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quoniam licet laicus non possit licitè vendere si iniustè tenebat contra voluntatem ecclesiæ fructus decimarum, tamen qui redimūt iuste redimunt redimentes iniustam vexationem, vel (vt dicit Alexander de halis) iustè redimunt. quia aliquo tempore ex concessione ecclesiæ propter causam necessariam interueniēte vtilitate & authoritate superioris poterant laici ad tempus fructus decimarum percipere, & ita cadit in contractu. Lege tex. ¶ [Altaria] ad literam. vel altaria. i. ecclesiam. vt. s. eod. quæsitum. Hugu. [& spiritum sanctum] i. dona spiritus sancti. Hugu. [nullus]. supra. eod. q. 1. presbyter si.

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit i cōtrarium. — Respōdet. — Ad. 1. arg. — Ad secūdū. — Ad tertiū. — Exponit literam.

1 *Prælatus an possit licitè conferre ecclesias siue beneficia retentis sibi fructibus vel aliqua parte eorum. & nu. 2.*

3 *Auaritia habet ardorem ad acquirendum, & ad conferendum diuitias fruendo, & malo affectu.*

4 *Consuetudo etiam longæua non excusat in delictis in his quæ sunt contra ius naturale.*



Si quis præbendas. Ad idem subiūgitur hoc. ca. qđ est Innocentij papæ. 2. Et diuiditur in duas partes. In prima papa Innocentius statuit, qđ emētes & vendentes beneficia, honores ecclesiasticos, aut sacramenta, & etiam interuētores cum nota infamiæ veniant deponēdi. In secunda pro prætextu cuiuscunq; consuetudinis nullus præsumat pro aliquo talium pecuniam exigere aut dare. secunda ibi. Neque sub obtentu. 1 ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. Quæritur. † Vtrum licitè potest prælatus ecclesias siue beneficia conferre retentis sibi fructibus vel aliqua parte eorum. Et videtur primo quod nō ex præsenti. c. vbi dicitur quod libere & absque diminutione dignitates & bēneficia sunt conferenda. ¶ Secundò idem arguitur. ex. c. si monachus. 16. q. 1. vbi habetur. si monachus ad clericatum promoueatur, beneficia ei plene & annonę & decimæ absque vlla numero ratione donentur. ¶ Tertiò idem videtur haberi extra vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. ¶ In oppositum arguitur de annatis quas licitè vt creditur recipit papa. quæ sunt partes fructuum beneficiorum. ¶ Responsio dicendum. iuxta Raymundum & Innoc. extra. vt ecclesia. be. &c. sub aliquibus conclusionibus. Prima 2 est † si prælatus antequam conferat beneficium non percipit fructus beneficij, sed ex collatione ipsius consequitur quod ipsi prouentus eiusdem beneficij in toto vel in parte participet vel percipiat, est simonia. patet conclusio. Si talis prælatus etiā ante collationem beneficij, percipiat fructus, nihilominus, conuenit cum illo, cui vult conferre beneficium, vt beneficio ei concesso prælatus percipiat fructus, est simonia. Cōclusio patet ratione pacti siue conuentionis. ¶ Tertia conclusio. Si prælatus ante dationem siue collationem beneficij percipit illos fructus siue prouentus, & ex iusta causa & necessaria cōstituat maximè ad vtilitatem communem ante donationem vt ipse retineat illos fructus ad tempus cuicunque illud beneficium conferatur hoc sine simonia fit & licitè. Hæ cōclusiones patēt extra. vt ecclesiastica beneficia &c. in fi. & extra. de censi. prohibemus. & in gl. præsentis. c. cōcor. S. Tho. in 4. di. 25. in fi. vbi, ita dicit. In hoc distinguendum est, quia si ante donationem præbendę percipiat prouentus pro aliqua iusta causa, & non interuenit aliqua iusta pactio cum eo cui donare disponit nō est simonia. Si autem pactio interueniat, vt ante receptionem vel post recipiat simoniacum est. hoc. S. Th. Item dicit dominus Vlrichus in summa. Idem Host. in summa. lib. 3. Rubrica. 12. vt ecclesiastica. ver. quamuis autē. Idem etiam Goff. e. ti. ¶ His habitis patet responsio ad rationes in oppositum. quoniam licet ita vt dictum est sine diminutione beneficia sint conferenda, nihilominus iusta ex causa nulla tamen pactione interueniente potest prælatus vacantium beneficiorum prouentus pro parte reseruare, vt patet ex dictis. Lege. ¶ [Si quis præbendas]. s. e. q. si quis dator vel acceptor. &. c. ex multis. Hu. intellige. vt dicitur. s. e. q. si quis obiecerit. Archid. [promotionem.] ad ordinem, vel dignitatem, vel officium ecclesiasticū. vt. s. q. 1. quicquid. Hu. [Chrisma]. s. ea. 3 q. 1. multi. [ardore.] † Auaritia. n. habet ardorem ad acquirendum & ad conseruandum diuitias fruendo, & malo affectu, de quo eccle. 23. anima calida. i. æstu auaritię quasi ignis ardēs interuentor. supra. eo. q. si quis episcopus. &. c. saluator. Hug. [procellantur.] per sententiam. Archid. [neque] secunda pars [Consuetudinis.] Est ar. † quod consuetudo etiam lōgæua nō excusat in delictis & in his quæ sunt contra ius naturale. Et in his in quibus non currit præscriptio ar. di. 8. si consuetudinem. & di. 100. nouit. & 9. q. 3. cōquestus. & s. e. q. 1. reperiūtur. cum multis alijs. Hugu. nec valet ad excusationem simoniæ. extra de simo. cum ecclesia [ante vel post] supra. q. 1. eos. & q. 4. si quis obiecerit. Hugu. [dare] ex pacto, vel intentione. s. e. q. 1. ordinationes. Hugu. & Archid. [Diminutione]. 16. q. 1. si quis monachus. & quæstio. 7. quicunque. [de secūda & tertia quæstione] verba sunt Gratiani.

Diuisio. — Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. Opponit & Respō. — Raymun. Innocen. Prima cōclusio. — Secūda cōclusio. — Tertia cōclusio. — S. Thom. — Ad arg. — Exponit literam.

1 *Puniatur an quis licite pro peccato alterius.*

2 *Pœna temporalis est duplex.*

¶ Quæstio

¶ *Quæstio Quarta.*



Vnc ergo. Hic intitulatur quarta
quæstio. videlicet vtrũ
quis reus ſit criminis quod eo ignorãte pa
ter commiſit. & ratione huius introducit
Diuiſio. quæſtionem, vtrum teneatur filius pro pa-
terno crimine. Et diuiditur hæc quæſtio
in quatuor partes ſm Io.de Archi. in pri
ma oſtenditur.9.authoritatibus, ꝙ filius non teneatur pro pa
terno crimine. In ſecunda inducit in contrarium.4.authorita
tes. In tertia aſsignat.7. cauſas propter quas aliqui puniuntur
propter aliorum peccata. In.4.pro clariori reſpõſione ad prin
cipalem quæſtionem diſtinguit inter ignorantiam iuris & fa-
cti. ſecunda ibi, in §.ſed obijcitur.3.ibi, his ita.4.ibi, notãdum
Quæſtio. quoq;. ¶ Pro pleniori intelligentia materiæ quæ tãgitur in hac
1 quæſtione venit diſputandum. Vtrum quis licitè puniaẽ pro
pctõ alterius. Verũ qa de iſta materia copiosè diſputauimus.
s.di.56.circa. c.vndecunq;. parum hic de ea tractabimus niſi
quantum ad præſentem materiam ſpectat. Et vt tangit gl. Ar
Primũ ar. guitur ergo. ꝙ nullus licitè puniatur pro peccato alterius. pri-
Secũdũ ar. mo arguitur ex multis authoritatibus quæ ponuntur in lite-
Tertiũ ar. ra. ¶ Secundò quia pœna ſuos debet tenere authores. vt habe
tur extra.de his quæ fi.à ma.par.c.quæſiui. ¶ Tertiò ſic diciẽ.
Eze.18.filius non portabit iniquitatem patris. ſed portaret ſi
Quartũ ar. pro pctõ patris puniretẽ:ergo &c. ¶ Quartò pęna debeẽ pctõ.
ergo nõ peccãti nõ debeẽ pœna:ergo. &c. ¶ In oppoſitũ ſunt
multa capitula quæ in hac quæſtione infra ponũtur. ¶ Reſpõ
deo dicẽdũ. ꝓ pleniori intelligẽtia hui⁹ materiæ iuxta Hu. &
gl.huius c.& Raymũdũ & Ho.in ſum.ti.de pœnis. Eſt ſcien-
dũ ꝙ pœna quædã eſt æterna, quædã tꝑalis. Loquendo de pœ
na ęterna. Eſt cõcluſio. ꝙ pœna æterna puniẽ pro peccato alte
rius. Iſta concluſio patet. Tum primo ex primis.cap.huius.q.
Tum ſecundo ex.c.vndecunq;.& alijs ſequẽtibus.di. 56. Tũ
tertio ex illo. Ezec.18. Filius non portabit iniquitatem patris.
Tum quarto ex illo Apoſtoli.ad Gal.6.vnuſquiſque onus ſuũ
portabit. vnde Aug. ſuper Ioſuæ. non eſt credendum in pœ-
nis quæ poſt mortem irrogantur, aliũ pro alio poſſe damnari,
ſed in his tantum rebus hic irrogari pœnam, quæ finẽ fuerãt
a ¶ Pœna. Pœnarum genera sũt ſeptem de iure ciuili. Pe de Anc. in cap. veniens. nu. 11. de acc.
a habituræ. ergo ſola pœna a temporali vnus pro alio iuſtè pu-
2 nitur. † Pœna vero temporalis eſt duplex. Quædã eſt corpora
lis. Quædã eſt ſpiritualis. Corporalis quidẽ reſpicit corpus ꝓ-
priũ. Et de iſta eſt concluſio. ꝙ ſæpe punitur quis pro pctõ al
terius. Iſta concluſio patet. Tum primo.j.e.q.2. Itẽ pro pctõ.
vbi dr̃ pro pctõ Aegyptiorum poſſeſsiones eorũ gradũ tradi
tæ. Iumenta & primogenita eorũ morte cõſumpta ſunt. Et ſe
quiẽ de multis alijs ſacræ ſcripturæ exẽplis. Itẽ patet.2. cõclu-
ſio ex.c.turbaẽ ibidẽ. Itẽ tertio patet.34.q.3.his itaq; reſpon-
detur. quarto ex illo Exo.21. Ego ſum Deus zelotes, viſitans
iniquitatẽ patrũ in filios in 3.& 4.gñationem. Alia pœna cor-
poralis tangit ſtatũ, vt eſt ſeruitus & infamia. Et de iſta eſt cõ-
cluſio. ꝙ iſta pœna ſæpe puniẽ vnus pro pctõ alterius. patet cõ
cluſio 6.q.1.§.verũ.& 15.q.fi.cũ multæ &c. extra de fi. presb.
literas. quaſi ꝑ totũ. & extra de pur.c.accedẽs. pœna aũt tꝑalis
ſpũalis eſt, quadruplex. prima eſt pœna excõicationis. Et de
iſta eſt concluſio. ꝙ pœna excõicationis nunq̃ puniẽ vnus pro
alio. Iſta cõcluſio patet.24.q.3.ſi habes.& j.e.q.nõ imputanẽ.
Et eſt dictũ Aug. vbi dicit, ꝙ ꝓ pctĩs parentũ ſpũali pœna nõ
ſunt plectẽdi filij, & de hoc intelligiẽ. vt dicit tã gl. q̃ Alex. de
halis de pœna ſpirituali quæ eſt excõicatio maior quæ ſeparat
à ſuffragijs & à perceptione ſacramentorum. Secunda eſt pœ
na interdicti. Et de iſta eſt concluſio. ꝙ pœna interdicti ſæpe
punitur vnus pro alio. quæ cõcluſio ſatis patet extra. de ſpon.
non eſt nobis. & de offi.dele.ſanè. tertia eſt pœnæ remotio ab
oblationibus. Et de iſta eſt concluſio. ꝙ tali pœna quandoque
punitur vnus ꝓ alio. patet.17.q.4.mior. quarta pœna eſt ordi
nis. Et de iſta eſt cõcluſio. ꝙ tali pœna qñq; puniẽ vnus ꝓ alio.
patet. Nã maritus repelliẽ ab ordinibus ꝑꝑ delictũ vxoris.34.
di.ſi cuius. Itẽ ſi pater emit eccleſiam pro filio ignorãte ipſo,
licet nõ repellaẽ ab ordinibus, eccleſiam tñ amittere debet.j.
q.5.c.1.& extra de ſimo.de regularibus.& duobus.c.ſequẽti-
Ad arg. bus. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ dicendũ. Ad oẽs ſimul reſpõdeẽ
ꝙ authoritates illæ intelliguntẽ. aut de pœna æterna aut pœna
aĩæ ſpũali. Iſtis.n.pœnis nullus puniẽ pro pctõ alterius. vel di
cendum, ꝙ intelliguntẽ illæ authoritates regulariter. vt.n.dicit
hic Hu. regulariter & ex ordine nulla pœna dẽt infligi vni pro
peccato alterius niſi in caſibus cæteris, de quibus dictum eſt.



Vllius. Subiũgit magiſter Gratianus capitula
ad probandũ, ꝙ quis non ſit reus crimi
nis, quod eo ignorante per patrẽ ſuũ vel alios com
miſſum eſt. Inter quæ primo ponit hoc.c. quod eſt
Au.in quo quid dicat patet in rubro. Lege tex. ¶ [Nullius].ſ. Exponit literam.
alterius. [macula neſcientẽ].i.ignorãtẽ, non cõſentientẽ, non
approbantem. Hu.vt.s.e.q.1.dominus.& 23.q.4.nimiũ. & 7.
q.1.s.cum autem. [Neſcientem] intellige de ignorantia inuin
cibili, quæ omnino tollit inuoluntarium, vt patet.3.ethi.

1 *Infantes qui ante vſum rationis ab hæreticis ſunt baptizati nõ*
propter hoc incurrunt irregularitatem, dummodo facti maio
res errorem illorum abhorreant, & manus impoſitionem ſu
ſcipiant in eccleſia.



Lacuit. Ad idẽ inducit hoc.c.ex cõcilio Afri
1 cano, in quo & in ſequẽti ſtatuit † ꝙ in
fantes q ante vſum rõnis ad hæreticis ſunt bapti-
zati nõ ꝑꝑ hoc incurrãt irregularitatẽ, dũmodo fa
cti maiores errorẽ illorũ abhorreãt & manus impoſitionẽ ſu
ſcipiãt in eccleſia. Breuia ſunt. Leg.te. ¶ [Placuit ꝓmoueanẽ] Exponit literam.
s.e.q.1.ventũ eſt. Cõtra.j.e.q.7.qui in qualibet. Solutio eſt tri Opponit & Reſp.
plex. Prima ꝙ in illo.c.loquaẽ de baptizatis apud hæreticos.in
adulta & diſcreta ętate, ſed hic de illis q infantes apud eos ba-
ptizati ſunt. ¶ Secũda ſolutio. ꝙ hic & ibi loquanẽ de infanti
bus, ſed ibi de illis q poſtea in adulta ætate hæreſi cõſenſerũt,
hic de illis qui nunq̃ cõſenſerũt. ¶ Tertia ſolutio ꝙ ibi obſer
uatur rigor hic miſericordia, & diſpenſatio. quia licet hi pue-
ri ſint innocentes, tñ in odiũ hæreſis non debent promoueri.




Vi apud. Sequitur de eodẽ hoc.c.ab eodem
cõcilio ſumptũ. Breue eſt & planũ.
Lege te. ¶ [Qui erroris interitũ].i.errorẽ q eſt in- Exponit literam.
terit⁹. Hu.& Arc. [Ordine antiqno].i. ſm antiquã
regulam vel conſuetudinem eccleſię. vt.s.e.q.1.Hi qui. & de
conſe.di.4.ab antiqua [impedire] vt di.56.vndecunque. Hug.


1 *Papa non ſolum clericorum ſed etiam laicorum debet curam ge*
rere, & ipſorum vtilitatibus intendere.
2 *Suſpectus cogendus eſt ſe purgare per iuramentum.*



Via præſulatus. Sequitur ad idẽ hoc.
c. qđ eſt Leonis papę
quarti. In quo vult. ꝙ cõſanguineorum maleficia.
nullo modo obſint illis, qui nec illa ſciuerũt nec il
lis cõſenſerũt. Et põt diuidi in tres partes. In prima papa præ Diuiſio.
mittit, qđ officij ſui ſit ſollicitũ eſſe de vtilitate oĩum fideliũ
nõ modo ſacerdotũ, ſed etiam ſeculariũ. In ſecunda narrat ca
ſum. In tertia prouidet. ſecũda ibi, ꝓpterea. tertia ibi, qđ ſi ita
1 eſt. Lege te. ¶ [Quia ſeculariũ.] † Sũmus pontifex non ſolũ Exponit literam.
clericorũ ſed ẽt laicorum debet curam gerere, & ipſorum vti
litatibus intẽdere, cum ſit paſtor gregis dñici ſucceſſor Petri,
cui dñs ait Io.vlt. Paſce oues meas, inter quas non ſolum cle-
rici, ſed etiã laici cõprehẽdũtur. [Propterea.] ſecũda pars. [ex
cõicationem. Erat.n. excõicatus pro eo qđ infra ſequitur. Et
ideo dicit ꝑ ordinẽ, aliàs nõ ſufficeret. extra de offici. ordi. ex
parte. & ſen.exc. pro cauſa.&.c.officij. ſm Ioff. Arch. [pręſum
pſit.] Et ideo oĩ honore eccleſiaſtico priuandus.7.q.1. eũ qui
& extra.de conceſ. præb.c.1. Arch. ¶ [Parentes eius.] ſ. primi
2 presbyteri] abſq; ſua voluntate] ar. † qđ cogendus eſt aliqs qui
ſuſpectus habeẽ ẽt volũtatem purgare. ſ. ꝑ propriũ iuramẽtũ,
cũ de ſnĩa eius quæraẽ. extra de hom. ſignific. vbi de hoc. &
extra de ſen.ex.ſi vero. Si tñ laborat ĩ famia, ſibi nõ credereẽ,
niſi cũ purgatoribus. extra de purg.c.ex tuarũ. Io.de Fan. Arc.
[ſine conſilio].50.diſ.ſi quis viduã. Quod ſi ita eſt] tertia pars.



Rimen. Ad idem ſequitur hoc. c. qđ ſtatue-
rũt Gratianus imperator & Theodo
ſius Au. Breue & planum eſt. Lege. ¶ [Filio].hoc Exponit literam.
concordat ſacræ ſcripturæ Ezec.18. hoc vel intelli
gitur de pœna æterna, vel pęna aĩæ ſicut dictũ eſt in prin. hu
ius quæſtionis, vel intelligitur regulariter. qa hoc regulare eſt
& ex ordine eſt, vt di.56.vndecunque.&.c.naſci.&.c. ſatis.in
caſu tamen quãdoq; aliter inuenitur de tꝑali pœna. vt.s.iam
in prin. expoſuimus in multis exemplis. Hug. [Admiſſo].i.de
licto. Archi. [ſorti].i.pœnæ. Hug. [nec alieni.] dum modo nõ
ſit imitator, nec tunc punitur, niſi pro proprio delicto Hug.



Vdæi. Ad idẽ ſequitur.c.hoc ex concilio.4.Toleta-
no. vbi conciliũ ſtatuit, vt perfidia parẽtum fi
lijs fidelibus obeſſe nõ poſsit. Et diuiditur in duas par-
tes. in prima ſtatuit qđ dictũ eſt, in ſecũda authoritate ſacræ Exponit literam.
ſcripturæ confirmat. ſecunda ibi, quia ſcriptum eſt. Lege tex.

Exponit literam. ¶[Iudæi quælibet pœna.]. s. percussionum & tributorū exactione, vt ipsa exactionis pœna compellantur ad rectitudinē festinare. vt. 33. q. 5. iam vero. [Excludi non oportebit] nec ipsi parentes siue baptizati sint, siue non filios fideles excludere possunt ab hæreditate extra. de Iudæis. Iudæi. Sed. C. de apost. l. 1. contra. Sed respōdetur. ꝙ legi præiudicatur à canone. Hu. vnde gl. dicit hic. ꝙ nihil speciale constituitur circa Iudæos. Idem. n. fit in filijs aliorum damnatorum. C. de bo. dam. auth. bona. nisi in dānatis crimine læsæ maiestatis. vt. 6. q. 1. §. verū. & in crimine hæresis. extra de hære. cum secundum lib. 6. [quia scriptum] Eze. 18. & 4. Reg. 14. & 14. q. 3. his itaque. Archid.


Iam itaque. Ad idem sequitur. ca. hoc quod est Beati Aug. ad Bonifacium, in quo dicit. quod peccata quæ à parētibus committuntur, non imputantur filijs iam ab eis psonaliter diuisis siue separatis. Et pōt diuidi in duas partes. In prima dicit quod dictum est. In secunda respondet ad quandam tacitā quæstionem. secunda ibi, vt autem posset. De hac materia plura dispu tauimus. de conse. di. 4. circa prin. ibi vide. Lege te. ¶† Iam itaque. alter est effectus]. i. personaliter ab eo diuisus sine sua cōsensione, nec tunc dr̄ teneri alterius peccato de suo. s. cū consensit ad peccatum alterius. s. di. 56. vndecunque [traxit ergo reatum]. i. causam reatus à parente. Hoc dicit de pc̄tō originali, quod contrahunt filij ex parētibus descēdētibus ex massa. Adæ, quo peccant oēs in eo, in quo erat tota natura humana, descendentes ab eo per gnationē viri & mulieris peccauerūt dicente Apostolo ad Ro. 5. ꝙ per vnum hominē intrauit peccatum in oēs, in quo oēs peccauerunt. de conse. di. 4. firmissimè tene, & nullatenus dubites oēm hominem qui per concubitum viri & mulieris concipitur cū originali pc̄tō nasci [quod contraxerit admissum est]. i. receptum & cōtractū. Hu. tunc iste erat vnus [cum illo]. s. patre nondum personaliter ab eo diuisus. Et in illo naturaliter existens. Hu. [anima.] Exo. 18. [vt aūt] secūda pars respondet vt dixi. Ad tacitam quæstionē diceret quis. Tu dicis, ꝙ nullum pc̄m̄ maculat aliū nescientem. Ego aūt video ꝙ per officiū alienæ voluntatis, quis nesciens regeneratur. Ergo simili per alienum peccatū quis nesciens inquinatur. Respondendum est, ꝙ non est simile, quia puer nesciens per alium adhibentem officiū pietatis regeneratur non habet hoc ab ipso sed ab vnitate ecclesiæ & spū sancto, per quē in fide creatur. de conse. di. 4. quæris à me. Hug. [Consecrādus]. i. baptizandus [vnus spūs] & idē in oībus vbi gl. dicit. Ex his pōt colligi ꝙ aliud sit in malis, & aliud in bonis. Nā nō pōt qs peccare per aliū licet possit saluari per aliū. vnde de pe. di. 1. tres & de conse. di. 4. quæris. Dicit aūt Apostolus. ad Ro. 5. Non sicut delictū, ita & donum. Si. n. vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundabit.

1 *Iniquitas patris non nocet filio.*


Homini. Ad idē est. c. hoc, quod est beati Gregorij. 27. moralium vbi docet. ꝙ solū imitatoribus nocet aliorū impietas aut iustitia iuuat. Breue est. Lege te. ¶[Homini.] verba ista sunt

Exponit literam. Iob. Iob. 35. vsq;. ibi [humana] & exinde sunt verba Gregorij
1 Iob exponētis [nocebit] exēplo. Hu. † filio, nō. n. nocet iniquitas patris, & pdest iustitia aut bona vita. quia filij ex conuictu & conuersatione parentū vitā siue bonā siue malā plerūque vt frequentius imitant̄. [& filiū hominis]. i. similē tui. Hu. nō adiuuabit iustitia tua. quasi diceret. imo vnde sequuntur verba Gregorij quæ exponunt humana impietas nocet exēplo. quem peruertendo ad malum coinquinat [immutat]. s. exemplo. vt. 2. q. 7. Paulus. & 26. q. 2. sed & illud. Hug.

1 *Deus quare dicatur zelotes.*
2 *Zelus dicitur inuidia, & amor.*
3 *Deus quare dicatur visitare in terti- & quartā generationē.*

Contra. §. est. Postquam magister Gratianus superius probauit per multas sanctorum authoritates peccata parentū non nocere filijs. Inducit in contrarium multa dicta sacræ scripturæ, & sanctorū. Et primo illud Exo. 16.
1 vbi dn̄s ad Moysem ait, Ego sum Deus zelotes † Dicitur aūt zelotes Deus non passione aliqua, cū passio zeli non cadat in Deum, sed dicitur se habere ad modum zelantis, quia bono & pio affectu misericordiæ cupit nos ad ipsum conuerti. & expectat ad pœnitentiam, & hoc dicit Au. 22. contra Faustū. ca. 17. zelus inquit accipitur. cum coniugis adulterio animus turbatur, contabescit & sic non cadit in Deum. Aliquando accipitur cum seruandæ pudicitiæ coniugalis custodia diligens adhibetur, quod Deum facere cum plebem suam tanquam
a coniugē alloquitor. q̄ fornicari per multos falsos deos a non vult, non solum sine dubitatione, verum etiam cum gratiarū actione nobis vtile est confiteri. Et ideo exponenda est litera sic. ¶[Zelotes]. i. exactor castitatis à fideli anima, sicut spon-
2 sus à sponsa sua. † zelus dicitur inuidia. Dicitur etiam amor & propriè amor viri ad vxorem, pro quo sustinere non potest alterius accessum ad eam iuxta hoc dicit. [Ego sum zelotes]. i. ex nimio amore non patior sponsam meam. i. fidelem animam fornicari post deos alienos. sunt hæc verba domini in Exo. & habētur. 23. q. 4. ex his. & 24. q. 3. §. his ita. & extra. de renuntia. nisi cum. § personæ Arc. [qui visito peccata patrū] non ꝙ dominus imputet peccata patrū in filios, quæ patres actualiter contraxerunt quo ad culpam licet peccata patrū puniat in filios pœna corporali, aliqn̄ prout dicit Au. li. 6. contra Iulianum. peccauit. n. Cain & in eius filium Chanaā vindicta prolata est Gen. 9. p pc̄tō Salomonis filius eius regni diuisione punitus est. 3. Re. 11. pœna tamen spirituali. s. gratiæ vel vitæ æternæ filius non punitur pro peccato actuali patris iuxta illud. Eze. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. filius nō portabit iniquitatē patris. de quo supra satis diximus. & di. 56 circa. & c. vndecunq; plenius. [In tertiā & c.] † Sed cur dr̄ visi- 3
re in tertiam & quartam generationem. Respondetur qa cōiter & frequēter parentes vident filios in tertiā & quartā generationē. & fili ex conuictu imitantur parentū vitā quos si imitantur in mala vita suis proprijs culpis puniuntur. Sed dicunt̄ peccata patrum quia in filios per imitationem descenderunt. [Au]. s. super epistola. ad Gal. hoc aperit. Non in æqualitate iudicij] quasi diceret. Hu. ꝙ dn̄s dicit non est inequale iudicium tunc. n. esset inæquale si hoc esset ꝙ vnus peccaret, & nō ipse, sed alius pro illo pc̄tō puniretur. Sed hoc dicit dn̄s de magnitudine clementiæ suæ. Hæc. n. est magnitudo clementiæ dei. s. [dum semper expectat]. i. toto tempore vitæ suæ qn̄q; & sepe. quod in prima generatione delinquitur. [non prius corripit]. i. punit. [nisi tertia & quarta generatio. euenerit]. i. nisi cum vitā finierit vel ad seniū venerit. vnde ꝯm Au. prædicta authoritas vult hoc dicere ꝙ sæpe Deus non punit immediate peccata patrum tēporaliter, sed expectat eos vsq; in tertiā, & quartam gnationem. & si corripiuntur & pœnitent parcit eis. Alioqui post longā expectationē punit etiam in posteris pœna. s. temporali sicut prius dictum est, & hoc profecto tā longa expectatio opus clementiæ & maximè est pietatis.

Cum ergo. §. est in quo magister Gratianus incipit soluere quæstionem quasi diceret. sicut ignorantia excusat infantes ab hæreticis baptizatos, ita etiam excusare videtur eum, cui ignoranti pater ecclesiam pretio acquisiuit. vel sic. Si filio non debet nocere patris impietas. ergo nec isti impietas patris ementis pretio ecclesiam. sed interserit diuersas authoritates, & exempla, quibus probare videtur quod aliena peccata videntur alijs imputari, & semper supponit quæstionem, & concludit, quod in principio quæstionis, proposuerat. s. quod ignorantia istum excusat & continuat se sic. [Cum ergo.] quas dicere. Cum hoc inquam sit [ergo pa- tet.] Hug. Innoc. [scribat legem] & c. s. eo. q. placuit. [Item sicut Aug. scribit post natiuitatem] vt denotet peccata actualia de quibus. s. e. q. iam itaq; loquutus est idem Aug. [pœna spirituali]. s. quæ vergat in defectum gratiæ aut vitæ æternæ [vel pœna spirituali] vt exponit Hu. excommunicatione qua spiritus hominis læditur, occiditur, & diabolo traditur. vt. 11. q. 3. audi. [officio & c. spiritualis pœna est.] verba sunt Gratiani sophistice concludētis, & æquiuocātis in nomine spiritualis pœnæ. primo. n. spiritualis pœna in verbis Au. dr̄ excommunicatio. Hæc. n. nulli infligitur pro alio. In cōclusione verò quā facit Gratianus pœna spūalis adeptio rei spiritualis. s. quæ priuat & remouet à donis spiritualibus. vnde filio infligitur pro quo pater dedit pecuniam, vt ordinaretur. Hu. & Arch. [si excusatur. vrbani. s. e. q. 1. si quis à simoniacis. Hu. [Excusandus est.] Excusatur à reatu criminis, sed non quando priuetur beneficio. vi. j. q. 5. c. 1. & c. præsentium. glo.

Item obijcitur. § est Gratiani, & secūda pars huius quæstionis. In qua probat contrarium per quatuor authoritates. Et dicit. Obijcitur. s. quod filius nō puniatur pro peccato patris. Et obijcitur quia ecclesia quæ est res insensibilis per simoniam tamen cōsecrata punitur ex peccato consecrantis. vt dicatur non cōsecrata & animalia irrationabilia pro peccato alterius occidantur & thesauri anathemate damnantur. Et multa alia quæ inducit.

1 Consecrare

Marginalia: Diuisio. — Exponit literam. — a ¶ Per falsos deos zelus domus Dei debet nos comedere Pe. de Anch. in c. relinqui, nu. 3. de cu. sto. eucha. — Quæstio. Respōdet. — Exponit literam.

1 *Consecrare ecclesiam ex pactione pecuniæ est potius execratio & prophana actio quam consecratio.*



Exponit literam.

Ecclesia. Ad idem probãdum inducit hoc. c. quod est beati Gregorij in registro. Breue est. Lege text. ¶ [Ecclesia quæ per pactionem] id est, per interuentum pecuniæ ex pacto promissæ pro ipsa cõsecratione, quod non licet[execrata] †quoniam consecrare ecclesiam ex pactione pecuniæ est potius execratio, & prophana actio quam consecratio. Nam talem cõsecrationem Deus execrat & abominatur. vnde Esa. 1. dominus ait. Incensum abominatio est mihi. & Proue. 28. [Oratio eius]. s. simoniaci erit execrabilis. [Execrata.] Sed cõtra videtur. s. e. q. 1. non nocet. Sed respondetur quod non dicitur sic execrata, ꝙ re uera nõ sit consecrata ecclesia, quæ per pecuniã fuit consecrata, dummodo debita forma ecclesiæ fuerit obseruata. sed dr̃ execrata non in se, qa locus sanctus est, sed in detestationem illius q eã pactione consecrauit vt dicatur execrata quantũ ad eũ cui obest actus talis consecrationis, & transit in eum maledictio execrationis. sic mala. 2. dicit dominus indignis sacerdotibus. Maledicam benedictionibus vestris, nõ quod benedictiones in se essent maledictæ, sed quia fiebant & transibant in maledictionem benedicẽtis. nec in hoc loco propriè ecclesia punitur. sed magis populus ex causa in detestationem simoniacæ prauitatis. Item pro peccato cõsequenter inducit multa exempla de sacra scriptura. primum de ciuitate Hieric. [anathematizati] sic. n. dominus ait Iosuæ. 6. sit ciuitas hæc. s. Hieric. anathema, & omnia quæ sunt in ea. [domino.] i. à domino anathematizata & maledicta à domino. vnde Achor q recepit de hoc anathemate lapidatus est, Iosuæ. 7. Item ponit ƒm exemplum de Amalechitis. [Saul]. 1 Reg. 15. [Item] tertium exemplum de Aegyptijs, qbus domin⁹ immisit plures plagas. Exo. 9. & 11. Item quartũ exemplũ de pc̃tõ Israelitarum, ob quod Arca dñi capta fuit per Philisteos. 1. Reg. 4. Ex quibus cõcludit Gratianus. ꝙ si hæc inanimata aĩa (saltem rationali) Deus execratus est, consequens est, ꝙ ignorantia non excuset culpã simoniæ veluti.a]hoc probat ẽt exẽplo. quia ditatus ex latrocinio patris filius per ignorantiã non excusatur, & licet quãdiu filius latrocinia patris ignoret ignorantia inuincibili, credens se iusti patrimonij hæredem esse excusetur à culpa, ex quo tñ ad notitiã eius peruenerit, ꝙ pater inique per latrocinia siue furta acquisierit, non excusatur quin talia reddere teneatur, & si ex tunc non reddiderit, & occupauerit sic malè possessa, & ex tunc paterni criminis particeps est. quia sciẽter detinet aliena, & patris latrocinio consentit, & sic peccat. qa ƒm apostolicũ. ad Ro. 2. non solum qui malè faciunt, sed etiam qui eis consentiunt peccãt. Item aliud exemplum ex peccato Achor. quamuis plebs Israelitica peccatum Achor in furto anathematis, ignoraret, nihilominus plebem Israeliticã dñs puniuit, & inimicorũ manibus percussi sunt de eis quasi tria millia pugnatorum. Iosuæ. 7. Item ponit aliud exemplum filiorum Heli. filiorum. n. Heli sacerdotis peccato populus Israeliticus cęsus est, ex quibus ceciderunt de Israel. 30. millia peditum. 1. Re. 4 Itẽ aliud exemplũ. [peccato plebis.] quia propter peccata plebis Israel sancti Daniel Ananias & Azarias, & Misael sunt ducti cum multis alijs in captiuitatẽ Dan. 1. [Similiter Ezechiel propheta] Ezel. 1. Ex quibus patet. quod propter peccata aliorum quis punitur pœna corporali, & temporali.

a ¶ Veluti. Dictio ista qd ipo. t. t vide Bart. inl pe. circa fi. de interdic. matrim. inter pu. & tut.


1 *Esau alio nomine dicitur Edom, vnde idumei.*

His itaque respondetur. Hic ẽ tertia pars questionis, in qua Gratianus respondet mystice exponendo prædicta exempla assignans septem causas, quibus alij propter aliorum peccata puniuntur. primo. s. causa sacramẽti. i. figuræ sicut lapides & thesauri Hierico. & animalia Amalechitarum. secundo cã flagelli. vt primogenita & possessiones Aegyptiorum. tertio cã detestandi criminis, vt pecunia simonis magi. quarto cã experientiæ & probationis, vt electi & prophetę. quinto cã puniendi in quo deliquerunt, vt Dauid, qui populũ numerauit. qa in lata gẽte gloria regis in diminutione plebis cõtritio principis. sexto causa diminuendę pœnæ. vt paruuli Sodomitarũ. septimo causa exempli & correctionis vt Giezi & chã. Io. de Arc. ¶ [Causa sacramẽti]. i. figuræ. quia vt ait apostolus oĩa in figura contingebant illis. Hu. [Figura] exponitur in litera & oẽs aliæ causæ [in detestationẽ pc̃ti pecunia simonis] Act. 8. [Sanctificationẽ consecrationis.] Hoc fecit Gregorius quia formã ecclesiæ Arriani hæretici in cõsecrãdis ecclesijs nõ seruauerũt. Nã si cõsecrassent in forma ecclesiæ, nõ erat cõsecratio reiterãda. vt. s. e. q. ecclesia. [Sic &] secũda pars. vt dicit Archi. in qua redit Gratianus ad propositũ principale vt probet alios puniri pc̃tõ aliorũ. Et hoc ꝓbat nouẽ exemplis ƒm Ber [Nauicula Ionę.] primũ exẽplũ Io. 1. & Mat. 12. [fugitiuus.] s. ipse Ionas, qui fugiebat à facie dñi in Tarsis [deprehensus] à nautis. [fluctibus maris immergeret] ab ipsis nautis. Arc. [filij Israel]. 1. Re. 4. ƒm exẽplũ. [portãtes]. i. tolerantes [pc̃tã sacerdotũ]. s. ophni & Phinees filiorũ Heli. [in manib⁹ hostiũ] Philistinorũ. s. qñ fuit Arca capta, & hæc historia recitari consueuit. 37. di. legãt. Hu. & Arc. [Itẽ Dauid.] tertiũ exẽplũ Dauid. n. superbè, nõ dãs gloriã deo. populum numerauit, cuius pc̃tõ popul⁹ ab angelo percussus est, & ceciderũt. 72. milia virorum. 2. Re. 24. [in lata gente] hoc sumptũ est ex illo proue. 14. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Dauid ergo inaniter glorians in multitudine mot⁹ est ad populũ numerãdũ, & subtractione populi punitus est, vt in quo gloriabat̃, in hoc ẽt torqueretur. [Itẽ paruulos.] quartũ exẽplũ. [Sodomitarũ.] Gen. 18. Non solum maiores Sodomitarũ puniti sunt, sed eorũ paruuli eorũ ignorantia non obstãte, qa filij pro peccatis patrũ, vt dictũ est corporaliter bñ puniũtur: diminuta est pœna, qbus successio paterni sceleris [est adẽpta]. i. remota. diuina. n. ꝓuidẽtia quę præscit, & ꝓuidet qualis quisq; debeat esse futurus ꝓuidebat eos si ꝑmãsissent paterni sceleris imitatores futuros. Et iõ ꝑ hoc maior pœna illis diminuta est qbus successio paterni sceleris est adẽpta. [Daathan.] Quintũ exẽplũ. Dathan & Abirõ. n. 16. Eos. n. cũ suis paruulis terra absorbuit, vt pateat ꝙ pc̃tis parẽtũ filij corporaliter puniant̃. Et ne filij viuẽtes pc̃tã parentũ imitarẽtur. [Itẽ [sextũ exẽplũ [Chã.] de quo habet̃ Gene. 9. & & di. 15. maledicit̃ à Noe. [Giezi.] septimũ exẽplũ de quo habet̃. 4. Re. 5. & s. e. q. 1. cito. [Iudæis] octauũ exẽplũ. [Clamantibus] sanguis eius Mat. 27. [reliquię] eorũ [additę pœnæ]. i. ꝑ ꝑ mortẽ Christi. s. ꝑ Titũ et Vespasianũ q Hierusalẽ destruxerũt & oẽs Iudæos ꝑdiderũt vel interficiẽdo, vel per diuersas partes mũdi dispgẽdo [Achab.] nonũ exẽplũ de quo. 3. Re. 3. iste fuit rex. 10. tribuũ in Samaria. Hic accepit Iezabel filiã regis synodiorũ in vxorẽ. Et cũ ea coluit Baal Deũ sydoniorũ. Et iõ fecit eũ Deus occidi, qñ Ibat cũ Iosaphat rege duarũ tribuũ ad expugnãdũ Ramoth ciuitatẽ quę est in Galaad [huius Achab filiã]. s. Athaliã Iorã filius Iosaphath rex Iuda duxit in vxorẽ, cuius filius nepos, & pronepos. s. Ozias, Ioas, & Amasias, qui & ipsi succedẽtes sibi inuicẽ reges Iuda fuerũt in gñatione à Matthæo ꝑtermitttũtur. sed à Iorã transitũ facit euangelista. ad Ozochiã, q fuit quartus post eũ. Et ideo dicit tex. hic, ꝙ à genealogia Christi sunt exclusi, vt patet Mat. 1. qa dictũ erat per Heliseũ prophetã in throno regni tui quẽquam nõ esse sessurũ de domo Achab, nisi in quarta gñatione. ¶ Sed hic surgit quæstio. Nõne illi tres ꝑtermissi sederũt in throno regni? respõdetur ꝙ sic, sed iõ dicunt̃ hic non sedisse, qa nõ sederunt merito vitæ, cũ oẽs fuerint mali. dicit ergo [de semine eius]. s. de Athalia filia eius & vxore Ioram. Hic ex ea genuit Ezechiã, Ezechias genuit Ioas. Ioas. ge. Amasiã. Amasias ge. Osiã [vsq; ad purgatã]. s. quartã gñationẽ. [Exclusi]. i. prætermissi à Matthæo. s. illi tres prædicti. Illi. n. tres fuerũt mali, & ideo in generatione dñi prætermittũtur, vel iõ qa Iorã se miscuerat generi Iezabel. Et ideo memoria eius tollitur à generatione dñi in filio, & nepote & pronepote. sed purgata labe gentilis familiæ in quarta generatione numeratur in Osia, qui fuit quartus post eũ Hu. [Odiũ quoq; Esau.] decimũ exẽplũ

Quæstio. Respõdet.

1 [ad idumeos] q ex eo nati sunt. † Nã Esau alio nomine vocat̃ Edom. vnde dicũtur idumei quasi Edomei, ad quos testante Malachia transiuit odiũ dñi. Malachi. 1. ¶ [Sed his exẽplis.] s. postremo positis. s. de Cham, & Giezi, & Achab & Esau nõ probatur ex peccato aliorũ nisi qui eorũ mala imitantur. vide licet quãtũ ad culpã vel subtractionẽ gratiæ aut vitæ æternæ. Hac. n. pœna nemo punitur, nisi propria culpa, tẽporali vero & corporali bñ, vt sæpe cõmemoratũ est punitur quis aliena.

1 *Apostoli passi sunt tempestatem in naui Petri malitia Iudę.*



Turbatur. Ad idẽ subiungit hoc. ca. quod est Be. Ambrosij sup Lucam, in quo cõtinuat ꝓbando ꝙ pc̃tm̃ vnius nocet alteri. ita ꝙ iustus qñq; punit̃ ꝑ ipio. Et diuiditur in duas partes. In prima ostẽdit, ꝙ corporali pęna aut ꝑsecutione qñq; iustus punit̃ demeritis malorũ q in eadẽ societate sunt. In secunda elicit, qđ non sit reus criminis simoniæ dicendus, pro quo data est pecunia ipso ignorante. secunda ibi: Non itaq;. Lege.

Exponit literam. Diuisio. Exponit literam.

¶[Turbatur nauicula Petri in qua erat Iudas]cum Petr. 24. 1 q. 1. non turbatur. † Ex malitia. n. Iudæ apostoli in naui Petri passi sunt tempestatem. Nauicula. n. hæc quæ agitabatur fluctibus erat nauicula Petri, in qua erat Iudas cũ alijs. Et significat ecclesiam quæ bonos habet & malos quæ ecclesia sancta suis, meritis firma est, & fundata super firmam petram, vt patet Matt. 16. quæ frequenter alienis peccatis concutitur, & temporaliter exagitatur persecutionibus multis, quam Christus velut à somno excitatus post persecutiones ad pacem & tranquillitatem reducit[ignorabat]clarum autem est qđ Petrus, ignorabat peccatum proditionis Iudę. vnde Io. 13. cum Christus dixit. ꝙ vnus ex discipulis suis eum traderet tanquã ignorans quis traditurus esset dixit Simon Petrus Ioã. quis est de quo dixit & tñ ignorantia peccati Iudæ non excusauit Petrũ & alios quin paterẽtur maris turbationem, & periculum naufragij absq; suo peccato, vt pateat ꝙ ex peccato alterius quanquam ignorans corporaliter punitur. [Nõ itaq;.]secũda pars. Tales quidem sunt simoniaci, qui rem simoniacè per alios acquisitam possident, & eam debent amittere, sed non sunt simoniaci. i. peccato simoniæ rei vel infecti.

2 *Ignorantia iuris est triplex.*
3 *Ignorantia iuris naturalis neminem excusat à peccato, qui vsum potest habere sciendi.*
4 *Ignorantia iuris diuini in his sine quibus nulli est salus, neminem excusat qui scire potest.*
5 *Ignorantia iuris canonici non excusat à peccato episcopos seu superiores prælatos.*
6 *Ignorantia iuris canonici quo ad sacramentorum communium dispensationem & ad canones pœnitentiales & ad sanctorũ legendas non excusat à peccato sacerdotes.*
7 *Ignorare nulli licet ea quæ publicè facta sunt.*
8 *Ignorantia iuris canonici in his quæ pertinent ad officium est peccatum, & neminem in officio constitutum excusat.*
9 *Ignorantia iuris ciuilis quos excuset.*
11 *Ignorantia iudæorum, qualiter conuincatur damnabilis.*

Notandum. §. est in quo Gratianus occasione sumpta principalis quæstionis ostendit, ꝙ non omnis ignorantia excusat, nec omnis ignorantia nocet, distinguendo in genere de duplici ignorantia iuris. s. & facti. Pro pleniori intelligentia huius quæruntur tria.

1 ¶Primum est vtrum ignorantia iuris excuset à peccato.
10 ¶Tertium est vtrum ignorantia facti excuset à peccato.
11 ¶Tertium est, vtrum ignorantia posset ligare ad pœnam, licet excusat à culpa.

Primũ ar. 1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur qđ ignorantia iuris excuset à peccato, primò sic. dicit Cyprianus vt in c. consuetudo. 8. dist. Ignosci potest simpliciter errãtibus, sicut de ipso dicit Paulus. Qui prius fui blasphemus & persecutor, sed misericordiam consecutus, qa ignorans feci. (1. Tim. 1. c) ¶Secũdò arguitur ex. c. præsenti, vbi habetur, ꝙ non potest probari reus criminis cuius conscientiam non habuit. (Secũdũ ar.) Et loquitur de eo qui habuit beneficiũ per simoniã per alios perpetratam. ¶Tertiò sic. Omne peccatum est voluntarium. vt dicit Aug. ergo quod tollit vel diminuit rationem voluntarij excusat, vel alleuiat peccatum. (Tertiũ ar.) sed ignorantia iuris est huiusmodi. quia inuoluntarium per ignorantiam causatur, vt philosophus dicit. in 3. Ethic. ergo ignorãtia iuris excusat. ¶In oppositum est magister. in §. præsenti, in quo ostẽdit, ꝙ ignorantia iuris quandoq; non excusat. (Opponit & Respõ.) ¶Respõdeo de ista materia, an ignorantia excuset plene disputauimus supra. circa prin. di. 38. Et ideo ibi vide. Nam de hac causa breuiores hic erimus. Dicendum quantum spectat ad præsens † quòd 2 ignorantia iuris distinguitur triplex. s. iuris naturalis, iuris diuini, & iuris humani canonici. s. siue ciuilis. Quo proposito supposito sit ista prima conclusio† ignorantia iuris natura- 3 lis neminem excusat à peccato, qui vsum potest habere sciendi. (Prima cõclusio.) ista cõclusio est magistri. in §. præsenti, vbi sic dicit, ignorãtia iuris naturalis oĩbus adultis damnabilis est. Adultis dico q habent vsum rõnis, propter furiosos, & amentes, & hmõi vt exponit magister Alex. de halis. in secundo, quia in talibus iuris naturalis nihil interest in vitio decipere vel decipi vt. 16. q. 1. si cupis. & C. de in ius. vo. l. 2. Et de hac dicit ignorãs ignorabitur, vt dicit gl. & Hu. ¶Secunda conclusio. † Ignorãtia iuris diuini in his sine quibus nulli est salus neminem excusat (Secũda cõclusio.) qui scire põt. Ista etiã cõclusio est præsentis. §. Est etiam beati Au. in Enchiridion sic dicentis. Longè tolerabilius est in his (August.) quæ à religione seiuncta sunt mentiri, quam in his sine quorũ fide & notitia Deus cœli non põt falli. Sed hoc est dictũ quia ignorantia in his quæ spectant ad salutem est damnabilis, vnde est malus actus, qui per ignorantiam talium perpetrat, nec 5 habet excusationem. ¶Tertia conclusio. † Ignorantia iuris canonici non excusat à peccato episcopos seu superiores prælatos. (Tertia cõclusio. Alexãder de halis.) Ista conclusio quæ est magistri Alexandri de halis. in secũdo patet per illud quod Celestinus. di. 38. de episcopis loquẽs ait. c. nulli. Nulli sacerdotum liceat canones ignorare. & ibi. in c. oẽs psallentes ex. 7. Synodo præcipitur. ꝙ inquiratur diligẽter an promouendus in episcopum in promptu habeat & sacros canones, & sanctum euangelium, & librum apostolicũ, quorum expositionem vide nostrã & disputationes nostras. 6 intelliges plenius probationes conclusionis. ¶† Quarta cõclusio. (Quarta cõclusio.) Ignorantia iuris canonici quo ad sacramentorum cõmunium dispensationem & ad canones pœnitentiales & ad sanctorum legendas non excusat à pctõ alios sacerdotes, si faciũt contra statuta patrũ. Ista conclusio patet ex. c. quæ ipsis. ꝙ est beati Au. di. 38. vbi Aug. ponit ea quæ sunt necessaria scire sacerdotibus sine quibus non habẽt cõueniẽter nomẽ sacerdotis ibi vide. ¶Quinta cõclusio. (Quinta conclusio.) Ignorantia eorũ quæ publicè ꝓmulgant de his q̃ pertinẽt ad statũ laicorũ nõ excusat à peccato, ꝙ in illis per ignorãtiã ꝑpetrat. Ista cõclusio est magistri Alex. vbi. s. & patet qa nulli ignorare ꝑmittit ea, quæ publicè fiunt. (Alexãder de halis.) Hoc aũt maximè de clericis intelligẽdũ est, sicut habet. di. 16. c. si. vbi dr ꝙ penes vos & in vestris regionibus actum est, & oĩs ecclesia recipit, qua rõne cõueniat, vt hæc sancta cõstantinopolitana ecclesia non reciperet, vbi dicit gl. ar. † ꝙ nul- 7 li liceat ignorare ea quæ publicè facta sunt. 12. q. 2. q & humanis. & 8. q. 1. licet cũ multis alijs ibi inductis similibus. ¶Sexta conclusio. (Sexta conclusio.) 8 † Ignorantia iuris canonici in his quæ pertinent ad officium est pctm̃, & neminẽ in officio cõstitutũ excusat, nisi sit ignorãtia inuincibilis. patet cõclusio. p illud ꝙ ait Leo papa. di. 38. in c. si in laicis. Si est in laicis intolerabilis ignorantia eorũ quæ. s. tenent scire ꝟm cõgruentiã suorũ officiorũ, sicut sunt q in dignitatibus cõstituti sunt, de quibus habes exẽplũ. di. 59. si officia. quãto magis est intolerabilis in his q præsunt. s. in ecclesia. s. sacerdotibus, & episcopis qui debent alios 9 docere. ¶† Septima cõclusio. (Septima conclusio.) Ignorãtia iuris ciuilis quosdãexcusat. s. eos qui nõ tenent scire, & quosdã nõ. s. qui tenent scire iuxta qualitatẽ dignitatis, aut officiorũ, qbus sunt deputati Ista cõclusio patet ex præsenti tex. vbi ait, ꝙ ius ciuile alijs ꝑmittit ignorare alijs nõ &c. Ista sufficiãt ad ꝑsens. ¶Dicendũ est ad rões in oppositũ. Ad primã respõdet iuxta Alex. de halis. in secũdo ꝙ ex hoc ꝙ ignoscebat apostolo nõ ostẽdit non fuisse pctm̃, ꝙ ignoranter dr fecisse, sed bñ ꝙ ꝑꝑ ignorãtiam excusationẽ quãdã habuit, ꝑꝑ quam minuebatur peccatum. (Ad primũ argu.) Ignorabat. n. ea quæ à prophetis de Christo fuerant pronuntiata, tũc fuisse cõpleta, & hoc modo erat de illis de quibus dr Act. 3. Scio ꝙ ꝑ ignorantiã fecistis &c. ¶Ad secundã respõdetur ꝟm eundẽ Alex. qđ licet talis nõ sit reus criminis, ꝟm qđ crimen dr quod est dignum accusatione. (Ad secũdũ) Nihilominus tñ nõ est immunis à pœna. s. priuatione beneficij, qui per ignorantiã Simoniæ parentũ adeptus est beneficium. Hoc aũt est ꝓpter enormitatem criminis. Et quia possidet quod suum nõ erat. ¶Ad tertiã respondetur quod ratio bene procedit de ignorãtia iuris inuincibili. (Ad tertiũ.) Hæc autẽ bene excusat, non aũt de omni ignorantia iuris. qm̃ in aliquibus quoddammodo est volũtaria, sicut ea quæ est in potestate sciẽtis quæ dr ignorãtia vincibilis, vel affectata. Et ista non excusat, sed aggrauat potius.

10 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videt quod ignorantia facti non excuset. primo ex eo qđ vt dr hic in litera. Ignorãtia facti nõ excusat Iudæos qui non credũt Christũ venisse. (Ad primũ argu.) ¶In oppositũ vr de illis qui comedunt idolaticũ ignorantes dicit Apostolus. 1. ad Corin. 10. (Opponit i cõtrarium) & habet etiã. in §. præsenti. vnde dicit Apostolus. Si qs infidelium vocauerit vos ad cęnam, & ire vultis, quidquid appositum fuerit vobis, comedite, nihil interrogantes propter conscientiam. ¶Item arguitur idem de his qui per ignorantiã baptizant ab hæreticis vel etiam ordinant à simoniacis cũ (Secunda oppoli.) nesciant esse simoniaci, sicut dicit Vrba. s. q. 1. in c. si q. Si qui à simoniacis non simoniacè ordinati sunt, si probare poterunt se nescisse eos simoniacos, tũc pro catholicis habeant, & taliũ ordinationes sustinemus misericorditer &c. ¶Respõdeo de hac materia satis diximus. distinct. 38. circa principium. (Respõdet.) nihilominus quantũ spectat ad locũ præsentem breuiter sic dicimus iuxta distinctionem quam Gratianus facit, de ignorãtia facti. Et cõmemorat Ale. de halis. in secũdò. quoniã quædam (Alexãder de ha[lis]) est eius quod oportuit scire tunc est conclusio prima, quod si

est adhibita

est adhibita diligentia debita excusat à toto. ¶Secunda cõclusio.si debita diligentia non est adhibita non excusat à toto, licet bene à tanto. ¶ Tertia conclusio. si ignorantia est supina non excusatur, imo graue peccatum est, sicut exemplatur in litera de Iudæis, qui dicuntur habere ignorantiam de Christo, quod iam venerit. dicit.n. magister Alexander de halis in secundo ꝙ istorum ignorantia est supina. possent.n. scire. Tum ex operibus Christi. Tum ex operibus discipulorum Christi. Tum ex collatione scripturarum propheticarum. Præterea non est simile vt inquit idem magister Alexander de Iudæis illis qui penituerunt in primitiua ecclesia, quia nondum erat plene veritas, quæ latebat in prophetis. Loquendo autem de ignorantia facti quod non oportuit scire est conclusio quarta ꝙ talis ignorantia excusat sicut patet in exemplo posito in litera de cibo idolatico. de quo habetur prima. ad Cori.10. Ad aliud vero quod de ordinatis à simoniacis non simoniacè inducitur respondetur. quod talis ignorantia, licet excuset à culpa, nihilominus tamen in detestationem criminis tales priuãtur executione ordinis, & indigent dispẽsatione. Simoniacus .n. occultus ipso iure suspẽsus est. Paruuli vero qui simpliciter habent ignorantiam excusantur à culpa, cum baptizantur ab hereticis in forma ecclesiæ. Et sic patet solutio ad totum.

11 Ad tertium. Sic proceditur.†Et videtur qđ ignorantia quæ excusat à culpa non liget ad aliquam pœnam. primo sic. Pœna.n. debetur pro culpa: Si ergo ibi non incurritur culpa. vt patet. videtur quod non debeat quis obligari ad pœnam. ¶In oppositum arguitur. ex. ca. eos. j. e. q. 5. vbi dicit Vrbanus loquens de his quibus ignorantibus cupiditate parentum collati sunt ordines, aut beneficia, quod ignorantia tales excuset à reatu criminis non à fructu emptionis. Respondeo dicendum iuxta Alexandrum de halis. in secundo ꝙ iudicandum est in huiusmodi sicut in alijs enormibus peccatis in quibus ad detestationem criminis puniuntur, qui non delinquunt. Vnde ponitur conclusio. quod iuste istis & similibus imponitur pęna priuationis acquisiti, licet ipsi à culpa sint immunes. Ista conclusio ex multis, superius dictis patet. Patet etiam. Tum quoniam ex alieno dolo. non debet quis commodum reportare. ff. de eo per quem fac. est. l. vlti. Tum secundo quia ab initio non habuit canonicum ingressum. Et ideo in hoc puniendus est, vt possessione priuetur. Et hoc dictum sit ad præsens. Lege tex. ¶ [Notandum ignorantia] distinguit Gratianus de ignorantia facti, & iuris. Et de ignorantia facti subdistinguit. Quoddam.n. factũ est quod scire non oportet, sicut ponit exemplum de cibo apposito vtrum sit idolis immolatũ, aut non, de quo apostolus. 1. ad Corin. 10. scribit. Et quoddã est quod oportet scire sicut est ignorantia Iudæorum respectu aduentus Christi & aliorum quæ pertinẽt ad salutem, vt sunt dicta prophetarum, qui de Christo pronuntiarunt. Hæc.n. pertinent ad fidẽ, sine qua impossibile est placere Deo, & fide saluamur. Vnde Apostolus ait. ad Ephe. 2. gratia saluati estis per fidem. Et quia Iudæi dicta prophœtarum ignorant, excœcati in sua infidelitate manent increduli & blasphemi. [Iudæis.] Iudæi quidem saluatorem expectant futurum, quem nos aduenisse firma fide credimus, & gaudemus de quo tẽpore Esaias prophetauerat. Esai. 12. dicens. Exulta & gaude filia Sion, quia magnus in medio

12 tui sanctus Israel.†Et si quæras. vnde conuincitur damnabilis ista ignorantia Iudæorum. Respondemus ꝙ ex quatuor potissime. Ex quibus manifestè colligitur. ꝙ saluator noster qui ꝓmissus erat iam venerit, ex quibus Iudæi cognoscere potuerunt, & cognoscere possent, qui nondum credunt eum aduenisse. Primo ex determinatione temporis aduentus sui designata. Daniel. 9 in Hebdomadibus. 70. abbreuiatis. Secundo ex signis datis aduentus eius, sicut de trãslatione regni, vt habet Gen. 49. Tertiò ex qualitate & modo aduẽtus eius, qa in humilitate, & paupertate, sicut prophetarũ erat Zac. 9. Quartò ex excellentia operum de quibus doctrinam suam confirmabat soli Deo possibilibus propter quod ait. Io. 16. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. s. infidelitatis in me. Et ista sufficiant ad præsens, quia de istis sermo copiosus alium locum expectat. [ignorantia] prosequitur de ignorantia iuris dicendo, quod alia iuris naturalis. Hic ius naturale appellatur quod natura introduxit, vt quod tibi nõ vis fieri, alij ne feceris. vt. s. di. 1. humanum Genus. Io. de Fan. Hu. & Archi. [naturalis omnibus adultis damnabilis

a est.] a s. vsum rationis habẽtibus videas. de pę. di. 2. §. quod ver. bona condita &c. Arch. [alia ciuilis.] Large accipitur. s. legalis quod. s. à lege humana introductum est. Hu. & Archi. Et assignans differentiam iuris ciuilis cõtra ius naturale dicit, quod ius ciuile alijs permittitur ignorare, vt pupillis ob beneficiũ ætatis, & rusticis propter commodum agriculturæ, & militibus qui propter rem publicam occupãtur in castris, quos magis arma vult scire imperator, quam leges. sed non omnibus hoc concessum est militibus sed minoribus, quibus aliud officium non committitur, nisi vt pugnent, sed maiores & nobiliores milites non debent ignorare ius, cum sæpe cognoscant de causis. Hug. & Archi. Excusat ignoratia iuris ciuilis mulieres, & hoc propter sexum, sed hoc non semper. sed in Velleianu. Hu. & Arc. [Ignorantia iuris ciuilis nemini obest] in damno vitando, quia in damno vitando omnibus prodest. vt. ff. de iuris. & fac. igno. l. iure. gl. [Si negotium contigerit] quia facilius succurritur in negotio quam in delicto. Et tamẽ vt dicũt legistæ casus sunt in quibus nocet iuris ignorantia etiam in damno vitando, & in negotio. Hu. [quam delictum est] dicit Goff. & Hu. & Arch. commemorat, ꝙ hoc exemplum non est congruum quod magister ponit de negotio & de delicto, cum dare mutuã pecuniam siue in maiore siue in minore sit negotium, non delictum, nisi ideo velis eum id dixisse, quoniam leges nisi in casu non permittunt maiorem à filio familias petere cum effectu propter exceptionem senatusconsulti Maced. cum dederit mutuum, sed minori propter ætatẽ permittunt. Prohibet.n. senatusconsultum Macedo. filiofamilias dare pecuniã mutuo, vel aliud in fraudem senatusconsulti macedo. Et qui ei crediderit petere non potest, sed si minor fuerit qui crediderit cessat senatusconsultũ. ꝫm Gof. Hu. & Arc. [Item si successionẽ.] hic est tenor leg. C. de iuris & fa igno. sed potest vsq; ibi. [vel si id.] & loquitur hęc lex in constituto hærede cũ quodam extraneo. Et dicit ac. ꝙ iste errauit in facto. Credebat.n. testamẽtũ habere. 7. testes, cum tñ haberet. 6. placentinus aũt dicebat, ꝙ iste errauit in iure, & nondũ tradiderat iste alij partẽ hæreditatis, & ꝫm eum dic[obtinebit]. s. retinendo, alioqui nõ repeteret, cũ naturaliter esset debitũ cu ius per ignorantiam soluti repetitio nõ cõuenit. C. de iuris & fac. igno. l. cũ quis. de hoc videas. in l. si post. Sed ꝙ in errore facti loquaẽ hic notat Ioff. dicens, ꝙ iste credebat in testamento se habere cohæredẽ, ꝙ credidit iure factum, cũ non esset qm falsum vel iniustũ vel irritũ erat ipsum testm̃. Et tunc habet locũ ꝙ hic dr̃. Et idẽ notat hic Hu. & Arch. [Successionẽ]. i. hæreditatẽ. Nã cum putares te habere cohæredẽ in testamento, ꝙ credidisti iure factũ, cũ nõ esset solida tibi successio deferẽ. Et si diuiseris cũ eo sine iudice poteris repetere ꝗ obtinebis. Nã si cũ iudice nõ repetes. Hu. [obtinebis] qa poteris iure repetere, & obtinebis. Hu. [vel si id ꝙ si nullo iure] ꝙ.n. nec naturali iure nec ciuili debeẽ, vel naturali non debeẽ quãuis ciuili debeaẽ solutũ per ignorantiã repetiẽ promissum reddi nõ cogitur, naturaliter tm̃ debetur pacto, ciuiliter tm̃ chirographo, naturaliter & ciuiliter, mutui numeratione, vel stipulatione, ciuiliter tm̃ obligatus sum, vt in hoc casu ꝓmisisti mihi denarios mutuo. ego feci tibi chirographum de debito reddendo, nõ das mihi postea denarios obligatus sum tibi ciuiliter tm̃. s. ex chirographo. sed si petis habeo exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ [repetis] ꝙ per ignorantiã soluisti cõditione indebiti. [vel repetis] liberationem conditione incerti, qa si sine causa ob incerti conditionem consequi possunt vt liberentur. vt. ff. de condi. sine cau. l. qui sine causa. Hu. [Non ita si delictum committitur] ex ignorantia Hu. Incidit in constitutionem hãc. s. si quis in tantã, quæ est. C. vnde. 6. & 16. placuit. sed. j. 2. q. 7. placuit. & Latro. contra. Sed ibi soluitur de delicto congruum exemplum ponit Gratianus. Hu. [In hoc autem.] Hic Gratianus reuertitur ad propositam quæstionem videlicet ꝙ ille puer qui ingressus est monasterium simoniacè ex culpa patris quã iste ignorabat. Et dicit ꝙ iste puer excusatur dupliciter propter ignorantiam facti ꝙ non tenebatur scire. Secundo propter ætatis infirmitatem qua non poterat scire.

1 *Dispensatio an possit esse circa simoniacos.*
2 *Papa potest dispensare in omnibus, & cum omni simoniaco. In aliquibus tamen non consueuit. nu. 3.*
4 *Episcopus potest dispensare cum simoniace ordinato si crimen perpetratum est nescientibus ordinatis postquam simpliciter renuntiauerit executioni ordinis.*
5 *Episcopus potest dispensare si simonia non est commissa cum episcopo sed cum collaterali suo episcopo ignorante.*
Et cum illo qui scienter recepit ordines simoniace, non tamen ministrauit in eis, in ordinibus rite ante susceptis. nu. 6.
Et cum religiosis, quibus ignorantibus in receptione eorum si-

Primũ ar.

Opponit i contrariũ.

Respõdet. Alexãder de halis.

Exponit li eram.

Quæstio. Respõdet.

a¶ Dãnabilis est. adde Spec. in ti. de sum. tri. & fide cat. nec ignorãtia iuris diuini. Card. Zab. i cle. 1. q 6. decõ fan. & affi.

monia commissa est in fauorem religionis.nu.7.

8 *Abbas in quibus casibus simoniæ possit dispensare.*

9 *Episcopus potest dispensare in minoribus speciebus simoniæ.*

10 *Dispensatio simoniæ contractæ in beneficijs fit quatuor modis.*

11 *Episcopus potest dispensare si simonia est commissa ignorante eo, cui beneficium acquiritur, & ignorãte episcopo. & n.12.*

13 *Episcopus non potest dispensare si simonia commissa est sciente ordinato, sed solus papa.*

14 *Episcopus potest dispensare si sola intentione seu voluntate com missa est simonia.*

Et cum illo qui contulit beneficium vel ordinem simoniace, vel fuit mediator simoniæ, dum tamen sit occultum.nu.15.

Et cum illo qui resignauit beneficium post debitam pœnitentiam.nume.16.

17 *Episcopus non potest dispensare cum simoniaco in dignitate. Nec cum electo simoniace.nu.18.*

¶ *Quæstio Quinta.*



Vod vero. Hic intitulatur quinta quæstio.s. an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ordinatione, quã paterna pecunia est assecut⁹. Et diuiditur in tres partes. In prima probat, quod filij non possunt tenere beneficiũ emptũ à patre cũ esset puer Io.de. In secunda probat, ꝙ de rigore iuris deberent deponi simoniaci quocunq; modo. Io.de. In tertia dicit, ꝙ si ordinatus fuerit inuitus simoniacè eo ignorante cum eo dispensatur Io.de.& Arc.secunda ibi. in §.hoc autem.tertia ibi.in §.ex his. Est autem notandum vt dicit Hu. Et tangit gl.huius quæstionis, duo sunt articuli. Primus est an liceat ei esse in ecclesia, quam paterna pecunia est assecutus. Secundus est si pater non emit ei ecclesiam sed ordinem, an liceat ei illo ordine fungi. Ad primum respõdetur. in c.seq. Ad ꝯm.in c.præsentium.e.q. ¶ Pro huius.c.intelligentia pleniori. Quæritur sic. † Vtrũ circa simoniacos possit esse dispensatio. Et videtur ꝙ nõ maximè circa simoniacos in ordine. simoniacus necesse habet renuntiare ei, quod simoniacè acquisiuit.vt.s.e.q.1. si quis neq;. sed ordini nullus posset renuntiare, cum animæ imprimatur indelebiliter.32.q.7. licitè. nec executioni. quia illam non habet. vnde hoc vitium non videtur posse purgari.14.q.6.si res. Et ꝙ idem sit de simoniaco in beneficio videtur ex eo quia Calcedonen. concilium adeo condemnat simoniacum in beneficio, sicut simoniacũ in ordine.vt.s.e.q.3 ex multis. ¶ In oppositum est litera capitulorum huius quæstionis. ¶ Respondeo dicendũ. ꝙ aliqui volũt dicere, ꝙ papa non possit dispensare cũ simoniacis in ordine maximè, & multo minus episcopi. sed isti non bñ dicunt. Pro qua materia plenius elucidanda ponetur aliquæ cõclusiones.

Diuisio.

1 Quæstio. Primũ ar.

Opponit & Respõ.

2 Prima con clusio. Prima† ꝙ papa potest dispensare in oĩbus & cum omni simoniaco. patet conclusio. quia istud est de iure positiuo. totũ autem ius positiuum in potestate papæ est. dicit Vlrichus. Hu. dicit hic. Credo ꝙ papa põt in ordine empto, & in quolibet alio casu si vult simoniacis dispẽsare. quia nõ subest canoni, licet ꝯm canonem viuere debeat. ¶ Secunda cõclusio. †Licet papa de plenitudine potestatis possit cum simoniacis in ordine dispẽsare etiam si ipsis scientibus cõmissa sit. nõ cõsueuit tñ, sicut nec in alijs casibus, qui in sequẽtibus versibus cõtinetur. Siue bis ordo datur vel baptismus repetatur. s.scienter. Si ue vt euertatur fidei status ordo petatur. Et vterq; simoniã operetur. Vt dispensetur spes irrita prorsus habetur. Declaratio horũ versuum est, ꝙ papa raro aut nũquã dispẽsat. Primò qñ bis scienter se baptizari permisit. de conse.di.4.eos.&.ca.si bis. Et idem si ignoranter. Et postea cũ sciuit ratum habuit. Secundò similiter qui bis sciẽter recipit eundem ordinẽ.j.e.q. 7.saluberrimum. Idem etiã intelligas de reconfirmato. ar.88. di.c.1.& de conse.di.5.dictum. Tertiò cum quis ad subuertẽdum fidem se fecerit ab hæreticis ordinari.j.e.q.7.conuenientibus. Quartò. cum quis ordinetur, ita ꝙ simonia interueniat tam ex parte ordinati, quam ex parte ordinatoris.9.q.1.ab excõicatis.& s.e.q.1.si quis episcopus. In istis nõ cõsueuit papa dispẽsare, & hoc rõnabiliter vt dicit Vlrichus, qa in oĩbus istis 4.casibus iniuria fit sacramẽto ordinis. Et ideo merito in eo punit quis, in quo delinquit. ¶ Tertia cõclusio. † Cũ simoniacè ordinato si crimẽ perpetratũ est nesciẽtibus ordinatis tũc postquã simpliciter renuntiauerit executioni ordinis potest episcopus dispensare. Patet cõclusio ista extra.de simo.c.de simoniacè. qđ intelligẽdum est, si nõ fuerit data pecunia episcopo. Nam si episcopo fuisset data, non posset ipse dispẽsare ꝑ turpitudinem suam, sed solus papa.s.e.q.1.si quis neq;.& j.e.q.præsentiũ. vel vt dicit glo. Gui.& Vlrichus et successor eius vel alius episcopus in cuius diocœsi ordinatus haberet beneficium, vel domiciliũ, vel Metropolitanus vt etiam dicit Ray.

3 Secũda cõ clusio.

Versus.

Vlrichus.

4 Tertia con clusio.

5 Concor. Inno. Gof.& Host. ¶ Quarta conclusio. † si simonia non est commissa cum episcopo sed cũ collaterali suo ipso episcopo ignorante episcopus potest dispensare. ¶ Quinta cõclusio.

Quarta cõ clusio.

6 †Cũ illo qui scienter recepit ordines simoniacè nec tñ ministrauit in eis, põt episcopus dispẽsare in ordinibus rite ante susceptis. Non aũt in illo quẽ simoniacè recepit, nec põt dispẽsare, ꝙ recipiat alios ordines ante dispensationẽ, quia promo-

Quinta cõ clusio.

7 tus esset per saltũ di.52.c.1. ¶ Sexta conclusio. † Cũ religiosis qbus ignorantibus in receptione eorũ simonia cõmissa est in fauorem religionis, episcopus dispensare põt, & in ordine & in loco. Ista conclusio est Raymundi, & Vlrichi. De religiosis vero exemptis qui habent priuilegiũ dispensandi cũ suis subditis nisi in casibus in quibus est apostolica sedes merito consulenca, est cõclusio.

Sexta con clusio.

8 † ꝙ in oĩbus casibus prædictis possunt dispensare, qa pro casu quẽ episcopus expedire põt nõ de necessitate papa adeundus est. Ista conclusio est dñi Petri de palu. in

Septima conclusio.

9 4.di.25. ¶ Octaua conclusio. † Episcopus põt dispẽsare in minoribus speciebus simoniæ. s. quæ committuntur in exequijs mortuorũ, in benedictionibus nubentiũ, in cemiterij cõsecratione, in sacrorũ vasorũ ac vestimẽtorum benedictione, in receptione chrismatis, in aquæ benedictione, vel salis seu panis benedicti venditione. Ista cõclusio est Vlrichi. Cõcor. Gui. in gl.& Ray. in sum. ti.de magistris. Itẽ Host.& Gof.eo. ꝙ non prohibetur. ar. extra. de sen.exc.ex eo. nuper. Nec ob.s.eo.q.1. ergo. quia loquitur in simoniaco in dignitate ꝯm Gof.& Ho.

Octaua cõ clusio.

Vlrichus. Guilielm. Raymun.

10 Notat etiam hoc Arc.s.e.q.1.statuimus. † Circa dispensationem simoniæ contractæ in beneficijs est in primis notandũ, ꝙ illa fit quatuor modis. Est.n. dispensatio parua, vt habeat laieam communionem. i. quæ laicis datur in pascha, vel alijs solẽnitatibus vt dicit gl. Gui. S. Th.& Vlrichus. Magna, vt post pœnitẽtiam in alia etiam in suo ordine remaneat maior, vt remaneat in eadem ecclesia sed in minoribus ordinib⁹ maxima vt in eadem ecclesia etiam maiores ordines exequitur, non tñ prælationem accipiat. j.e.q.c.1. Item S.Tho. in 2.2.q.100.art.

11 vlti. Qua distinctione habita sit ista prima conclusio. † Si simonia est cõmissa ignorãte eo cui beneficiũ acquirit, & ignorante episcopo, potest episc. dispẽsare. vt postquã pure & simpliciter illi beneficio renũtiauerit. Idem beneficium de nouo ei conferatur. Ista conclusio colligitur satis aperte extra de simo.

Prima con clusio.

12 ce.& extra de ele. si alicuius. ¶ Secunda cõclusio. † si episcopus scienter eidem contulit beneficium, episcopus tunc non põt dispẽsare, sed superior potest dispẽsare. patet. ar. j.e.q.c.1.& extra. de ele. coniu. diuersis fallacijs. Ista conclusio est Raymundi.& Arch.s.e.q.3.ex multis. Et dicunt aliqui. dicit Arc. ꝙ idem posset successor episcopi sic beneficium conferẽtis.

Secunda conclusio.

13 ¶ Tertia conclusio. † Si simonia commissa est sciente ordinato episcopus non potest dispensare sed solus papa. extra.e.de regularibus. Hæc conclusio est S.Th. in 2.2. vbi.s.& Vlrichi. Secũdum gl. vero Gui. intelligit hoc, ꝙ cum talibus nõ possit dispẽsari, nisi per papã, nec in illo beneficio nec in alio, si remanet in seculo. Cõc. Tã. extra.e.nobis & similiter Ho. ¶ Quar

Tertia con clusio.

14 ta conclusio† sola intentione seu voluntate cõmissa est simonia põt eps dispẽsare. Ista cõclusio est Ray. & Vlrichi. Vel potius vt dicit Vlrichus nõ est necessaria dispẽsatio, sed per cõdignã pniam liberatur ex toto. ar. di.50. de his vero.& est etiam

Quarta cõ clusio.

15 expressum extra.e.mandato. ¶ Quita cõclusio. † Eps põt dispensare cũ illo qui contulit bñficium, vel ordinẽ simoniacè, vel mediator fuit simoniæ, dũ tñ sit occultũ, & cũ illo qui carnales preces interposuit pro indigno, nulla alia interuẽtione

Quinta cõ clusio.

16 cõditione vel pacto. ¶ Sexta conclusio. † Cum eo qui recipit simoniacè beneficiũ postq̃ resignauit in executione ordinũ post legitimã pœnitentiã põt eps dispensare si sit immunis ab illo peccato. Alioqui Metropolitanus debita discretione adhibita in pœnitentiali iudicio potest dispensare. Et hoc quando ex consuetudine metropolitanus habet audire in cõfessione

Sexta conclusio.

17 subditos suffraganeorũ suorũ. ¶ Septima conclusio. † Eps nõ potest dispensare cum simoniaco in dignitate. Ista conclusio est Inno. extra.e.nobis. imo etiam cum nullo simoniaco scienter in dignitate, etiã pro qua non fecit simoniam.s.e.q.1.ergo.

Septima conclusio.


18 ¶ Octaua cõclusio. † Eps nõ põ dispensare cum electo simoniacè, quòd postea eligatur si electio probata est iuridice per simoniam

Octaua cõ clusio.

simoniam facta, etiam quam electus ignorauit, nec postea ratam habuit. Nihilominus potest episcopus dispensare de simplici beneficio.s.quod non est dignitas, nec habet dignitatem annexam ꝑm Inno. Gui.& Vlrichum, si ignoranter recipit ꝑ simoniacam prauitatem, vt post liberam resignationem ei cõferatur extra.de elec.si alicuius. quod etiam dictum est.s̃.eo. circa conclusionem primam. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. cum dicitur de ordine, ꝙ nõ potest dimittere ad quam respondetur iuxta Archi.& Hosti.negando ar. Et ratio secundum eum. Tum quia potest talis se vltro offerre ad depositionem.21.di.nunc autem sic ꝙ potest renũtiare quantum in eo est. Tum etiam ratio non procedit, quia si papa secum dispenset purgatio vitiũ ordinis.j̃.e.q. præsentiũ. Nam & vitium furti purgatur re furtiua apud furem manẽte domini voluntate.ff.de vsuc.si fur.& s̃.q.1.quod quidam. De beneficio autem planum est quod renuntiare posset. *(Ad arg.)*

1 *Filij si nolunt credere parentibus quod sint simoniace promoti, quid iuris.*

2 *Mutatio loci aliquando valet.*



QVicunque. Inducit hic magister Gratianus ad oppositum questionis propositæ capitulum hoc, quod est Vrbani papæ, & distinguit tres casus secundum quos capitulum hoc diuiditur in tres partes. secũda ibi, illi vero. tertia ibi, si qui autẽ. Lege tex. ¶ [Quicunque.] Primus casus de illis quibus paruulis existentibus parentes eorum ecclesiam vel ecclesiastica beneficia per pecuniam acquisiuerunt, de istis dicit quod post renuntiationem si canonice viuere voluerint ibidẽ, ex misericordia possunt remanere, nec ab ordinibus acceptis remouebũtur. [parentũ.] vel etiam aliorum. Hu. [paruuli.] Vnde præsumitur beneficio etiam ꝙ fuerunt inscij. Simile.s̃.eo.q.4.placuit. Idem esset de adultis si paternę emptionis inscij fuissent. Hug. [vel ecclesiarum partes.] s. præbendas vel alia ecclesiastica beneficia. Hu. [postquã omnino] .i.libere. extra.de simo. ex insinuatione Archid. vel omnino.i.quo ad officium & beneficium. Hug. [Dimiserint] supple, quam totius potuerunt. Alioqui si postquã, hoc statuerint tacite vel expresse consentiunt videntur ratificare, & eis nocebit, extra de simo. de simoniacè. Archi. ¶ Sed surgit hic quæstio. †quid si filij nolunt credere parentibus. dicunt quidam, ꝙ si non habent inde læsam cõscientiam securi sunt omnino. ar. ff. de his qui sui vel alie.iu. sunt l.filium. Alioqui si faciunt contra conscientiam ædificant ad Gehẽnam extra de pres.c.vl. Quod verisimiliter creditur, nisi in hac parte acquiescant verbis parentum, de quibus non est verisimile ꝙ falsum dicant. ar. extra de præsum. afferte.&.c.literas. vnde eis omnino credendum est. extra qui ma.ac.poss. Satis potest dici ꝙ tales sunt in hac conscientia nimis duri, prout in casu consimili notat Host. extra de pœ.& re. officij. Ad hanc materiã facit quod le.& no. extra.de simo. per tuas.2. Arch. Sed dic iuxta Hug. qui super ver. dimiserũt. dicit.i.statim postquam sciuerunt, dum tamen filius nescit pecuniam esse à patre datam pro illa ecclesia, quam habet non peccat, & si statim vt cognoscit dimittit, excusat̃ à peccato, & ex misericordia tolerat̃ ibi, si statim non dimittit peccat & irreparabiliter tanquam simoniacus directe deponitur. ar.s̃.e.q.1.constat.& 20.q.2.c.1.& 2. Hu. [Si canonicè] .i.regulariter.honestè, & religiosè [pro magna misericordia.] Nam de rigore iuris oĩno deponi merent̃. s̃.e.q.1.presbyter: debent.n.amittere rem emptã non pro culpa sua, sed quia rem furtiuam habet per emptionem sibi inde bitè acquisitam. nisi ergo prius purgetur vitiũ quod fit eam dimittendo retinere nõ possunt. ergo tales in odiũ simoniaci criminis de iure deponunt̃ ecclesiastico bñficio [nec à sacris] .i.ecclesiasticis [ordinibus] acceptis vel accipiendis. [remouem⁹] hoc similiter ex misercordia respectu odij criminis simoniaci. aliter vr̃ potius hoc esse debere de iure cõi Hu.& Arch. [illi vero] secũda pars. & est secũdus casus q satis patet in litera [maioris ætatis] per ꝙ præsumitur quod sciebant & intelligebant quid agerẽt. & est præsumptio contra eos rõne ætatis simile. j̃.ea.q.7.qui in quolibet. [Si in alijs.] †valet interdũ mutatio loci, vt di.81.valet. s̃.e.q.1.si qui à pseudo [seruatis proprijs ordinibus] quos.s.post emptionem ecclesiæ canonicè receperunt. Hug. [Pro magna misericordia] sicut.s̃. Quod si ad alias ecclesias non poterunt fortè propter scandalum, vel propter aliqd aliud. Hu. [& in eis] .s.ecclesijs emptis ad sacros ordines.i.ad ministeriũ sacrorum ordinũ quos post emptionẽ ecclesiæ canonicè susceperunt. Et ita aggrauatur eorũ pœna in ecclesijs emptis, qm̃ in illis ab officio & executione illorũ ordinum debent cessare. Hu.& gl. [salua tñ in oĩbus apostolicę sedis] .i.papæ. [authoritate] vt.s.papa possit dispensare si velit, vel vt hanc reuocet si iterum ei videbit̃ expedire gl. [si qui tñ] tertia pars. tertius casus, qui est iste. si q ante emptionẽ ecclesiarũ fuerũt canonicè ordinati, si postquam ecclesias quas emerunt dimiserint, voluerint canonicè viuere, ex misericordia cõcedit̃ in eadẽ ecclesia remanere in oĩbus suis ordinibus, ꝙ non est in ꝑcedẽti casu.s.cũ ordinati sunt postea. Et hoc iõ, qa cũ essent criminosi, ꝓmiserunt se ordinari, in quo multum peccauerunt, & sic plus peccauerunt isti, [nisi fortè hmõi ecclesia sit] .s.illa empta [vbi primũ locũ] .i.locũ plationis. fortè adeo pauper est, ꝙ non põt ibi esse nisi prælatus cũ aliquo clerico [primũ.n.] i.singularem vel [locum præpositurę] .l.prælationis. Hu. Nõ.n.locum regiminis in ecclesijs emptis obtinebunt] simile di.12.nos consuetudinem. isti.n.sermones prælationem designant non inferiorem dignitatem. Hu.& Archid.

Hoc autem. §.est.& secunda pars, in qua secũdum Arch. dicitur ꝙ de rigore deberent deponi simoniaci quocunque modo. Io.de. Lege tex. ¶ [Hoc canonum] simoniacos d eponentium. Hu. Iof.& Arch. *(Exponit literam.)*

EOs qui. Ad idem probãdum inducit magister Gratianus hoc.c. ꝙ est eiusdem Vrbani papæ. vbi dr̃. ꝙ cum eo qui ecclesiam simoniacè emit, si ad religionẽ trãsiẽs ibi laudabiliter cõuersetur dispensat̃ misericorditer cũ illo. Lege. ¶ [Eos q ecclesiã] vel ecclesiasticũ bñficium [vita] .i.bonorũ meritorũ ꝓrærogatiua, vt. j̃.e.q.7.tali.& s̃.e.q. 1. si q à simoniacis. [in monasterijs] vt di.56.presbyterorũ.& §.vnde. Hu. [ministrare cõcedimus] vt di.50.vt constitueretur [præiudicio] vt di.55.præscriptis. Hu. quasi nõ de iure cõmuni sed ex dispensatione. gl.&c. *(Exponit literam.)*

Ex hac. Hic incipit tertia pars. in qua dicit̃, quod si ordinatus fuerit simoniacè ipso ignorante cũ eo dispensatur. Io.de.& Archi. Lege tex. ¶ [Ex hac.] hoc.c.respicit.s̃.eo.quicunq;. ꝙ est Vrbani, per ꝙ determinat quæstionẽ per præmissam authoritatem quicunq;. Hug. [Non à fructũ] quia ecclesiam sic emptam retinere non possunt. Nam fructũ quem sperabant emptores non habent. [illud idem] secunda pars. ꝙ .s.dictum est de eo qui ecclesiam consecutus per paternam pecuniam.s.ꝙ excusetur à crimine Hu. & Iof.& Archi. [Ex principibus] .i.familiaribus episcopi. Arch. *(Exponit literam.)*

1 *Simoniacus nõ dicitur quo ignorãte ordo vel ecclesia empta est.*

2 *Discretio pertinet ad prudentiam.*

3 *Episcopus an debeat requirere consensum sui capituli in omni dispensatione.*

PRæsentium. Ad idem probandum quod dixerat magister Gratianus, inducit.c.hoc, ꝙ est Vrbani papæ.2. Casus huius.c. est data pecunia cuidam amico vel familiari episcopi qdã ordinatus est ꝑsbyter ab episcopo, vtroq; ignorãte pecuniã esse datã. q presbyter ex quo factũ cognouit, rogauit episcopũ, vt eũ deponeret. vñ papa episcopo sup hoc cõsulẽti rescribit dicens, ꝙ ex mĩa licet de rigore deberet deponi, toleret̃ in eodẽ ordine, cesset tñ ab officio illius ordinis. si vero postea vtilitas ecclesiæ hoc exigeret, vt locum regiminis acciperet ex cõcessione epĩ sacerdotale officiũ exerceat. diuidit̃ ergo.c.hoc in duas partes. in prima narrat factũ: in secũda prouidet casui, secũda ibi licet. Lege te. ¶ [Præsentiũ parẽtiũ incuria] .i.negligẽtia, & quędã stulta miseria fortè nõ credebãt hoc esse pctm̃, nec curiosi, nec solliciti fuerũt vt hoc à sapiẽtib⁹ inuestigarẽt. vel iniuriã vocat cupiditatẽ ꝓmouẽdi filiũ. qua excœcati nesciebant quid faceret. [Nõ episcopo] qa si episcopo tũc in odiũ ipsius ordinatoris nõ ita facile dispensaretur cum eo præsertim cũ tũc simonia esset in ꝓmotione & promonẽte. Hu. [inuiti] .i.ignorãtẽ. Hu. vel inuitũ.i.renitẽtẽ, & nolẽtẽ illum ordinẽ accipere. Hu. [deponendũ] in odiũ simoniaci criminis. vt.s̃.e.q.1.præsentium. sancitum. [culpã istã] non ꝙ hic esset culpa cũ actus iste illo nesciente & nolente sit cõmissus. sed ꝙ alias solet esse culpa.s. vbi quis sciens factum & volens ordinaretur, & est improprietas. simile dis.34. si quis viduam. & di.56.c.vl. cum multis alijs. Hug. vnde improprie dr̃ culpa actus [vel culpa] .i.defectũ. Arc. [vel nesciens] .i. ignorans istã culpam, quam cõmiserãt parẽtes [& coactus] .i. nolẽs suscipere ordinem illum. ¶ Sed hic surgit q. si coactus recipit, qũo r̃ nesciens. Ad hoc dicit Archid. quod quidam dicunt nesciens, quantitatem vel qualitatem culpæ, quæ ignorantia iuris fuit, & ideo non excusauit maximè in lucro captando. ff. de iur.& fac.igno. *(Casus. Diuisio. Exponit literam. Quæstio Respõdet.)*

(Diuisio. Exponit literam. — Quæstio Respõdet.)

fac.ignor.l.iuris error.vel dic & melius,quod inuitus ordinē suscepit & simoniam ignorauit.ista etiā est sententia Hu.[cō misit].i.in canonem simoniacos deponētem incidit. Hu.vel commisit propriè loquitur.dicit Archi.vnde expone.i.ordinem pro quo commissa est culpa recepit.ita etiā exponit.Hu.
inter hominem & Deum.in foro autem exterioris iudicij cā agitur inter hominem,& hominem.Et ideo absolutio vel ligatio quæ vnum hominem obligat quo ad Deum tm̄ pertinet ad forum pœnitentiæ.sed illa quæ hominē obligat in cōparatione ad alios homines ad forum publicum exterioris iudicij pertinet.Et quia per excommunicationem homo à cōmunione fidelium separatur,ideo excōmunicatio ad forum exterius pertinet.vnde in c.præsenti habetur quod nemo excōmunicet antequam causa probetur, propter quam ecclesia & canones hoc fieri iubent . Et ideo illi soli possunt excōmunicare,qui habent iurisdictionem in foro iudiciali, cuiusmodi sunt episcopi:vnde in c.peruenit.11.q.1. dicitur . quod si qs contra quemlibet clericum causam habuerit episcopum eius adeat.vnde in c.corripiantur.24.q.3.dicitur. quod excommunicatio quam facit iudicium episcopale &c. ergo videtur qđ soli episcopi propria authoritate & prælati habentes talem iurisdictionem possunt excommunicare, & non presbyteri parochiales,nisi ex commissione eis facta,aut in certis casibus, sicut dictum est contra committentes furta,& rapinas.in generali dicendo sic.excommunico illum, qui talem rem furatus est,vel rapuit.¶Secundò probatur sic ratione præfata cōclusio.iuxta eundem S.Tho.Ea in quibus eminet periculum sunt maioribus reseruāda. sed pœna excommunicationis est valde periculosa,nisi cum moderamine fiat.ergo talis non debet committi cuilibet sacerdoti,sed maioribus ecclesiæ tantū reseruari. Verum pro pleniori intelligentia huius partis ad videndum qui possunt excommunicare, & qui non,ponentur certæ cōclusiones iuxta dominum Petrum de palude in 4.di. Petrus de palude.
18.Et primo circa eos qui possunt iure ordinario excommunicare.Secundò circa eos qui possunt iure alterius.¶Circa pri Prima cōclusio.
2 mum sit ista conclusio.†papa qui habet iurisdictionē iure ordinario super omnes christianos & quilibet episcopus super omnes subditos de diocœsi nō exemptos, potest excommunicare iure ordinario.patet ista conclusio. Tū ratione supradicta.Tum

dicta. Tum quia excõicatio est proprius Mucro. 16. q. 2. visis. in fi. ¶ Secunda conclusio. † inferior prælatus episcopo qui de iure vel consuetudine habet subditos citare, & in foro contẽtioso ecclesiastico ius reddere, potest excomunicare. patet quia iudicium redditur in inuitũ & sine coercione nulla est iurisdictio extra de offi. dele. ex literis. vnde eo ipso habet excõicare sicut Archidiaconus habens curiam, & sicut decanus ruralis, si & ipse curiam habeat, & similiter decanus si non solum curam animarum sed & causæ cognitionem & decisionem, per quam facit ius actori de reo canonicè coram eo cõuẽto. Aut succentor vel alius, ad quem per modum iudicij vel fori contentiosi pertinet iurisdictio, super clericos chori. Si autem talẽ curiam sic iudiciariè cognoscentem non habent, per consequens excommunicare non possunt. cum excommunicatio sit iurisdictionis, & fori cõtentiosi. † Consuetudo. n. dat iurisdictionem, iurisdictio autẽ sine modica coercione nulla est, quam interpretatur papa excommunicationem. de off. dele. c. ex literis. ¶ Tertia conclusio est † quod curatus simplex. quia talem iurisdictionem non habet, potest. n. vt arbitror parochianos suos pacificare non vt iudex, ideo non potest excommunicare de iure, sed quia consuetudo, potest dare iurisdictionẽ integram. 9. q. 3. conquestus. & fortiori ratione dimidiã. inde est quod quantũ habent de consuetudine facere possunt, & non plus, puta vt supra diximus, pro certis casibus manifestis in generali non in speciali. vt extra de offi. or. c. 2. ¶ Quarta conclusio † quod abbates etiam non benedicti, dum tamen sint cõfirmati possunt excommunicare. extra de simo. c. sicut. & extra de offi. or. cum ab ecclesiarum. patet ratione conclusio. quia isti iudices sunt monachorum suorum per electionem instituti. ¶ Quinta conclusio † prior etiã conuentualis per electionem positus potest excommunicare. patet cõclusio. extra de maio. & obe. cum in ecclesijs, vbi loquitur de priore cui iurauerant. Secus de priore claustrali qui sine electione ponitur ab abbate licet nõ possit amoueri sine causa, nec habet authoritatem, nisi quãtum abbas sibi committit cuius est delegatus: sed abbate mortuo prior eius vicem gerit per legem, & similiter supprior vicem prioris qui est per electionem. vnde tũc iure suo possunt excommunicare, sicut & capitulum vacante sede. quando gerit vicem in spiritualibus episcopi mortui. de maio. & obe. his qui. ¶ Sexta conclusio. † Cardinalis non episcopus in ecclesia sui tituli potest fulminare vt ex eodem capitulo. ¶ Septima conclusio † quod officialis episcopi, & cuiuscũque Archidiaconi qui habet curiam de consuetudine põt ẽt excõicare. extra. de sol. c. 3. ¶ Octaua conclusio. † quod prior collegio assignatus qui sine abbate totaliter regit conuentum in spiritualibus & temporalibus extra abbatiam principalem videtur posse excommunicare. ¶ Nona conclusio † quod similiter guardianus qui solet esse per electionem quando fit per prouisionem superioris potest excommunicare. patet cõclusio. quia simile est de eo, & episcopo qui est per prouisionem. quia hoc accidit dignitati. extra de off. or. c. 3. in gl. & c. quãta. in gl. ¶ Decima conclusio. † legatus potest excommunicare intra prouinciam sibi creditam & non extra etiam si sit ex latere. extra. de offi. le. nouit. sed etiam legatus simplex hoc potest nisi quando legatus à latere superuenit. de offi. le. volẽtes. ¶ Vndecima conclusio. quod licet contra illud quod habetur de appel la. c. dilectis, tamen licet non possit ponere interdictum. vt ibi dicitur, † tamen excommunicare potest istum vel illum de capitulo. quod minus est. vel loquitur de decano, qui nõ habet curiam, vel non potest ponere interdictum in populum sibi non subiectum, sicut nec excommunicare aliquem de illis sed in collegium suum sic, quoniã in quemlibet per se habet iurisdictionem. & hoc circa primum articulum. ¶ Circa secundum articulum videlicet quis posset excommunicare iure alterius sine delegato. sunt tres conclusiones. † Prima quod delegatus papæ subdelegatus ab eo potest excommunicare. item officiales vt dictum est sed magis iure alterius quã suo. item delegatus cuiuscunque ordinarij, qui potest excommunicare, quia hoc est iurisdictionis, & ideo potest cõmitti. ¶ Secunda conclusio. † quod visitator missus non solum ad simplicẽ requestam faciendam, & referendam sed & ad corrigendum & puniendum quod sine censura ecclesiastica bene fieri non potest. potest etiam excommunicare. extra de off. dele. ex literis. ¶ Tertia cõclusio. † quod prior claustralis non habet ex communicare, quia habet abbatem præsentem, qui hoc põt. vnde nisi specialiter sit sibi commissum ab abbate aut habeat de consuetudine non habet fulminare sed disciplinare. vnde & vicarius vel firmarius curati sui ex toto & per totũ annũ vices suas integre commisit hoc potest quia sic habet consuetudo. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta Alexandrũ de halis in 4. quod ibi presbyter dicitur Archipresbyter siue talis quod habeat iurisdictionem in foro exteriori, & non quicunque presbyter. extra de offi. iu. or. cum ab ecclesiarũ. 2. respondetur iuxta superius posita in quæstione quod capitulum hoc & alia iura similia intelligenda sunt non absolute, sed in casibus aliquibus tantum in quibus à iure vel consuetudine seu ab homine habent iurisdictionem concessam. ¶ Ad secundam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est triplex. iuxta Albertum magnum in 4. di. 18. prima. quia excommunicare est actus potestatis, completę, non autem potest diminutę. diminuta autem potestas cõsideratur ex ordine solo. & non ex iurisdictione. Et ideo non omnis habens clauem habet excommunicandi potestatem cum non omnis sacerdos habeat iurisdictionem talem sicut requirit. vt diximus. s. in foro exterioris iudicij ad posse excommunicare. ¶ Secunda ratio est quia actus excommunicandi magis est clauis iurisdictionis, quam ordinis. Et ideo non sequitur quod omnis habens clauem habeat excommunicandi & absoluendi potestatem. ¶ Tertia ratio est huius satis pia. quia cum excommunicatio sit maius damnum quod fieri potest christiano in hac vita raro, & cum moderatione facienda est ordo & ideo paucis & superioribus qui præsumũtur discretiores talis potestas est concessa. Concor. S. Tho. in 4. vbi supra & Richardus de media villa. ¶ Ad tertiam respõdetur quod presbyteri parochiales habent iurisdictionẽ quãtum ad forum conscientiæ super subditos suos. Non autem quantum ad forum iudiciale. quia non possunt coram eis conueniri in causis contentiosis. Et ad illud quod dicitur quod iurisdictio habet coercionem. Respon. quod verum est de iurisdictione in foro exteriori. Non autem de iurisdictione in foro conscientiæ, quoniam vt dicit Alber. vbi supra multis alijs modis. s. per exhortationes & monitiones & comminationes potest parochianus sacerdos subditos suos auertere à malo. & si hoc non valet potest recurrere ad superiorem, per illius authoritatem excommunicatos denuntiare. ¶ Ad quartam respondetur negando minorem. Et ad capitula illa inducta respondetur, quod intelliguntur vt dictum est in aliquibus casibus à iure vel ex cõsuetudine vel ex delegatione alicuius superioris concessis. ¶ Ad quintam respondetur quod excommunicatio solum propria authoritate pertinet prælatis maioribus, vt supra probauimus cuiusmodi nõ sunt presbyteri parochiales vt patet. ¶ Ad sextam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta S. Th. in 4. quoniam quamuis forum pœnitẽtiale sit dignius tamen in foro iudiciali requiritur maior solemnitas, quia in eo oportet quod non solum Deo, sed etiam hoĩbus satisfaciat. ¶ Secundò respondetur quod etiam consequentia non valet. Et ratio est iuxta Alexandrũ de halis quia illud solũ tenet. Verum vbi maioritas & minoritas ordinate se habent vtpote in eodem genere siue ordinatione cuiusmodi non sunt istę potestates. quoniam potestas excommunicandi non est annexa ordini simpliciter sed iurisdictioni & non cuicunque: sed iurisdictioni in foro exteriori. Lege. ¶ [Nemo presbyter] Non currit hic ar. quod dicit gl. & iam responsum est ad argumenta omnia quæ ibi gl. adducit quod simplex sacerdos habet potestatem excommunicandi. vnde hoc nõ est verum vt ostensum est. [Excommunicet.] dicit Inno. in ca. 1. de exces. præla. quod hic ponitur excommunicatio pro suspẽsione. Arc. [causa]. i. cõtumacia. pro hac. n. sola est quis anathematizandus. ar. 11. q. 3. nemo episcoporum. & c. nullus sacerdotum. Et dicitur tamen quis excommunicari pro homicidio, pro furto, & huiusmodi. i. pro contumacia in tali vel tali crimine. vt. 11. q. 3. certum. & 20. q. 1. prædicandũ. Hu. & Arc. videas quod de hoc notatur. 11. q. 3. nemo episcoporum. [propter quam] pro parua & leui causa quis excommunicari nõ debet. 11. q. 3. nullus. & no. s. in c. in primis. in gl. pro modica & c. Arc. [Si quis] 2. pars. [aduersus eam]. i. propter eam. i. ea. s. causa non probata. vel eam. i. constitutionem, qua hoc cautũ est. Hu. & Arc. [excõicatus authoritate maioris sacerdotis. & c.] ar. † quod iniusta excõmunicatio tenet, & ligat, nec debet cõtemni, sed absolutio peti à maiori. vt. 11. q. 3. si episcopus forte, & duntaxat tamen si sit ante appellationem, & à proprio iudice. & est ar. quod multa fieri non debent, facta tamen rata manent. ar. di. 27. quidam. & c. si vir. & dist. 45. de Iudæis. & di. 74. vbi. & 1. q. 1. quod quidam. cum multis alijs. Hu. [is autem] 3. pars. [Non legitimè] quidam intelligunt & per iniuriam ar. 11. q. 3. c. illud. in prin. vbi de hoc ibi videas Arch. abstineat

Margin notes (left): Secũda cõclusio. 3 — 4 — Tertia cõclusio. 5 — Quarta cõclusio. 6 — Quinta conclusio. 7 — Sexta conclusio. 8 — Septima conclusio. 9 — Octaua cõclusio. 10 — Nona conclusio. 11 — Decima cõclusio. 13 — Vndecima conclusio. 13 — Secundus articulus. Prima cõclusio. 14 — Secũda cõclusio. 15 — Tertia cõclusio. — 17

Margin notes (right): Ad primũ argu. Alexãder. de halis. — Ad secũdũ Albertus. magnus. — S. Thom Ad tertiũ — Ad quartũ — Ad quintũ — Ad sextũ. S. Thom — Alexãder de halis. — Exponit literam. Cõtra gl.

stincat à communione sacramentorum secundum Hug.[visum fuerit] dic,vt extra de sen.ex.sacro.in princ.[iustè patia
18 tur.]ar. † quod nemo debet spernere ius sibi dici qđ in alium dixerit.ar. distin.8.nec.& di.95.esto.Hug.

1 *Iudicans alterius parochianum facit illi iniuriam.*
2 *Iudicis officium conquiescit pendente dilatione.*
3 *Episcopus non potest suspendere nec excommunicare clericum præter ordinem iudiciarium.*
4 *Contumax quamuis sit absens potest condemnari.*



Omen. Ad idem magister Gratianus inducit hoc.c.quod est beati Augustini in epistola quadam in quo Augustinus dicit se noluisse punire presbyterum hunc accusatum & infamatum, quia non fuerat conuictus, vel confessus.& sic hoc.c.facit ad propositũ magistri,vt nullus condemnetur sine ordine iudiciario.Et potest diuidi in quatuor partes.in prima ponit quod non fuit ausus, suspẽdere à communione vel deponere præfatum presbyterum sibi accusatum.quia.s.peccatum illius erat occultum , nõ notorium.in 2.confirmat lege diuina.in 3.lege ciuili.in 4. lege canonica.2.ibi,ne diuinæ pietatis.3. ibi , quod nec in iudicijs. 4.ibi in episcoporum.Lege tex.¶[Nomen.nõ ausus sum.] licet à multis fuerim instigatus.Hu.[supprimere].i. suspẽdere à communione fidelium per excommunicationem,vel delere per depositionem,& vt colligitur ex gl.tangit antiquã consuetudinem quando nomina ecclesiasticorum in matricula.i in tabula scribebantur,quando suspẽdebantur vel excommunicabantur nomina supprimebantur,vel cancellabantur desuper quando deponebantur nomina irradebantur.sic. dist.50. contumaces.[ne diuinæ].2.pars.[diuinæ]cui soli commissa sunt occulta.6.q.1.si omnia.Hu.[pendet]cum eis delictũ adhuc occultum sit.Bertran.15.q.6.c.1.ver.non potest. Archi.

Diuisio.

Exponit literam.

1 [iniuriam.]Nota.ar.†quod qui iudicat alterius parochianum facit illi iniuriam,vel qui de occultis iudicat iniuriã facit deo. ꝭm Bertran.quod etiam sic patet.quia cum occulta iudicanda soli Deo reseruent,qui occulta sicut manifesta nouit.Omnia.n.nuda & aperta sunt oculis eius.ad he.4.Homo de occultis iudicans Dei iudicium vsurpat.vnde apostolus.1.ad Cor. 4.dicit nolite ante tempus iudicare,quousq; veniat dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum , & manifestabit occulta cordium.[præuenire.]præsumptuosæ superbię est velle in occultis diuinum iudicium præuenire.Tum quia præueniendo iudicat ꝙ verum ignorat.Tum quia in hoc suum iudicium præfert diuino,& incertum certo,in quo patet superbus arrogans indoctus.Proue.21.[quod nec].3.pars.[defertur.]s.per appellationem vel reuelationem.Hu.[pendente relatione].i. appellatione.qua interposita aliquid non est innouandũ. vt. ĵ.e.q.5.innouandum.&.c.appellatione.vel [relatione].i.consultatione.s.nondum recepto respõso à maiori.vt.3.q.6. multum.quando.n.aliquis iudex cognoscẽs de aliqua causa, & dubitat refert ad maiorem iudicem,vt eum certificet.Hugo.de quo dic,vt extra.de appel.in timasti.Arch.[Aliquid audeat.]
2 hic no.†quod pendente dilatione iudicis officium cõquiescit
a extra.de appel.significante.ꝭm Bertran.Arc.[in episcoporũ]. 4.pars.[Conuictus]vel confessus.Hu.Et videtur hic quod accusatus esset iste presbyter,sed pendente causa nondum condemnatus vel fortè sciebat Augustinus eũ criminis esse reũ, Sed quia nec accusatus,nec cõuictus erat,sustinebat.Ioff. Sed Bar.Brixi.intelligit quod erat accusatus & diffamatus. Et huius sententiæ videt esse Hu.qui ait.iste presbyter, de quo hic loquitur,accusabatur.vel infamabatur coram Augustino . Sed quia non erat conuictus,vel confessus non fuit ausus eum su-
3 spendere vel deponere[Suspendi]ar.†quod nec suspendere, sicut nec excommunicare potest episcopus clericum præter ordinem iudiciarum.ar.š.c.proxi.& ĵ.e.multi.sed hoc intellige verum esse,si vult eos suspẽdere perpetuo. ꝭm Hu.& tũc cum cõsensu capituli extra de exces.præla.c.1. vbi de hoc per Inno.Io.An.tamen.ꝭm Hu.si vult eum suspendere ad tempus quandoq; potest hoc facere, præter ordinem iuris.ĵ.e.q. 5.presbyter.Archi.[repræsentauerit].i. venire contempserit.
4 & ar.†quòd cõtumax quamuis sit absens potest condemnari quia interpretatiuè conuictus,& confessus intelligitur.arg.3. q.8.decernimus.& 4.q.5.c.1.& 24.quæst.3.de illicita.Hu.si tamẽ iusta causa absentiæ probata fuerit locum habet. extra de re iudic.cum Bertoldus.Qualiter autem probetur ipsa causa secundum Io.& Lau.no.4.q.5.c.1.in fi.Archi.

a¶ Officiũ cõquiescit. Adde ꝙ officium iudicis nõ cõquiescit pẽdente vna dilatione . P. de Anc. in c. exposuit. n. 10. de dilatio.

1 *Iudicare an liceat ex suspicione.*
2 *Suspicio est triplex.& quæ dicatur violenta.*
3 *Suspicio probabilis quæ dicatur.*
4 *Suspicio leuis contingit ex tribus.*
Et quando sit peccatum.nu.5.6. & 7.
8 *Iudex tenetur iudicare secundum allegata , non secundum conscientiam.*



Rimo. Ad idem propositum inducitur hoc.c.quod est Melchiadis papæ. quod potest diuidi in 5.partes. secundũ quinque documenta obseruanda in iudicio faciendo.Primum est præuia diligens inquisitio veritatis.Secundum est vt diffinitio fiat cum iustitia, & charitate.s.zelo iustitiæ.& cum charitate non ex odio.tertiũ est nullum condemnare sine ordine iudiciario.4.est nullum ex arbitrio suspitionis iudicare.5.est vt quod nobis fieri nolumus, alteri ne faciamus.ista patent per ordinem in litera. Pro pleniori tamen intelligentia huius.c.maximè quo ad.4.documentũ de iudicio ex suspicione non habendo.quia etiam de hoc tan
1 gitur in gl.quæritur.†vtrum liceat ex suspitione iudicare . Et videt.quod sic primo ex c.dicit dominus.32.q.1. vbi suspitio inducit.¶Secundò sic.Ex suspitione videtur esse opinio incerta de aliquo malo.vnde philosophus.6.Ethic.ponit.ꝙ suspicio se habet ad verum & ad falsum,sed de singularibus contingentibus non potest haberi opinio,nisi incerta. cum ergo iudicium humanum sit circa humanos actus,qui sunt in singularibus & contingentibus, videtur quod nullum iudicium esset licitum,si ex suspitione iudicare non licet.¶Tertio sic. per iudicium illicitũ fit iniuria proximo . sed suspicio mala in sola opinione hominis consistit , & sic nõ videtur ad iniuriã alterius pertinere.ergo non videtur illicitum suspicionis iudicium.¶In oppositum est tex.præsentis.c.¶Responsio.dicẽ
2 dum iuxta gl.præsentis.c.†quod triplex est suspicio.quædam .n.dicitur violenta,quæ pro facto reputatur , vt si inueniatur suspectus cum suspecta in eodem lecto , & huiusmodi, & de ista est conclusio quod licitum est de ea iudicare . patet cõclusio.quoniam talis qñq; inducit condemnationẽ.vt.32. q.1. dixit dominus.& extra.de pręsump.c.2.& C.de adulte.quis.qđ autem sufficit ad condemnationem alicuius non dubium suf-
3 ficere ad iudicandum †.2.suspicio dicitur probabilis,quæ consurgit ex suspitionibus aliquibus & fama crebrescente , & de ista est conclusio quod talis non sufficit ad iudicandum nihilominus qñq; purgationem inducit, ista conclusio patet.1.q. 5.presbyter.& ff.qđ me.causa.l.vlt.& extra . de pur.ca.si quis ex gradu.& extra.de præsump.illud.Et ad videdũ quæ & qualis suspicio sufficiat ad inducendum purgationem vide extra de offi.or.ex parte.in vlt.gl.& super ea.per Io.An.vbi dicit.ꝙ solius episcopi occulta suspicio nõ sufficit, sed probabilis episcopi & aliorum sufficit.3.est suspicio leuis, quæ in nullo mouet animum iudicantis vt in hoc.c.& 6.q.1.oues. quæ ꝓsumptio surgit à malis hominibus, & ex leuibus causis siue iudicijs,puta vt si quis videret virũ semel loqui cum muliere, & statim præsumit de malo,& mala præsumit , quoniam dubia in meliorem partem sunt interpretanda.extra de re.iur. esto
4 te.vt autem notat S.Tho.in 2.2.q.60.ar.3.†ista leuis suspitio cõtingit ex tribus,vno quidem modo.ex hoc ꝙ aliquis in se ipso malus est.& ex hoc ipso quod conscius sua malitia faciliter de alijs malum opinatur . secundum illud ecclesi.10.in via stultus ambulãs cum ipse sit insipiens omnes stultos estimat. Alio modo prouenit ex hoc ꝙ aliquis contemnit vel odit aliquem,aut irascitur,vel inuidet ex leuibus signis opinatur mala de ipso.quia vnusquisq; faciliter credit quod appetit.tertio modo prouenit ex longa experientia.vnde philosophus dicit in 2.Rheto.quod senes sunt maximè suspiciosi quia multoties experti sunt aliorũ defectus . primæ duæ suspicionis causæ manifestè pertinent ad peruersitatem affectus.3. vero causa diminuit rationem suspitionis,in quantum experientia ad certitudinem proficit,quæ est contra rationem suspitionis.de ista sic dicta leui suspitione sunt aliquæ conclusiones iuxta S.
5 Tho.vbi supra.¶ Prima†quod ex leuibus indicijs,de bonitate alterius dubitare incipiat est veniale peccatum,patet.pertinet.n.ad tentationem humanam,sine qua vita ista non ducit. vt habetur in gl.super illud.1.ad cor.4.Nolite ante tempus iu
6 dicare.¶Secunda conclusio . † ꝙ aliquis pro certo malitiam alterius æstimat ex leuibus indicijs si hoc sit de aliquo graui est peccatum mortale.patet conclusio,quoniam hoc non est sine contemptu proximi.vnde gl.1.ad Cor.subdit. Si ergo suspitiones

Diuisio.

Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respon.

Io. And.

S Thom.

Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

spitiones vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen. i. diffinitiuas sententias continere debemus. ¶ Tertia conclusio. † Non est licitum ex talibus suspitionibus aliquem iudicare, imo iudex ex talibus suspitionibus procedens ad aliquem condemnandum peccat mortaliter. patet conclusio ex. c. præsenti. & c. oues. 6. q. 1. Et patet ratione. quoniam talis ex tali leui suspitione ad condemnationem procedes manifeste contra iustitiam agit. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum in prin. quæstionis. Ad primam respondetur, quoniam non procedit quoniam illud. c. loquitur de suspitione violenta, quæ quandoque sufficit ad iudicium faciendum. in c. vero præsenti fit sermo de Leui. de qua non licet ad iudiciũ procedere. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiã. Et ratio est iuxta S. Th. quoniam in humanis actibus bene inuenitur aliqua certitudo, licet non tanta quanta in demonstratis. inuenitur tamen tanta sicut in tali materia sufficit. puta cũ aliquid per idoneos testes probatur. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorẽ. dicimus. n. quod ex hoc ipso quod aliquis malam opinionem habet de aliquo sine sufficienti causa, indebite condemnat ipsum, & per consequens iniuriatur &c. Litera sequitur. ¶ [Lege. Primò] diximus quandoque documenta obseruanda à iudicibus contineri in hac litera. Primũ est inquisitio diligens veritatis ibi diligenter &c. quoniam aliter non possumus ad veritatem peruenire. 23. q. 9. occidit. vnde Iob. 22. dicitur. causam quam ignorabam diligenter inuestigabam. secundum est vt causæ diffinitio fiat cum zelo iustitiæ, & desiderio correctionis & salutis proximi nõ ex odij fomite, ibi cũ iustitia &c. Sap. 1. diligite iustitiam qui iudicatis terrã. 3. est vt nullus condemnetur nõ seruato ordine iudiciario ibi neminem ante. [Apostolus.] ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. [Verum] quo ad causam [iustum] quo ad ordinem [iudicium.] i. probationem. vt. j. e. q. Deus. Hu. & Arch. 4. est nullum ex suspitionis arbitrio iudicare [suspitionis.] s. temerariẽ siue leuis vt. j. 6. q. 1. oues. [Probatę] i. examinatę. [legitimo tramite] iuris. Simile. j. e. q. c. Deus. Alioqui idẽ esset iudex, & actor, siue accusator. quod esse non debet. j. e. multi. & 4. q. 4. c. 1. & extra. de ver. signi. forus. Et est hic. ar. † quod iudex non secundum consciẽ- 8
tiam sed secundum allegata tenetur iudicare. secundum Hugo. quod dic, vt no. 3. q. 7. iudicet. & extra. de offic. ordi. c. 1. & de offic. deleg. c. pastoralis. §. quia vero. Archid. [Charitatem] i. ex charitate causa correctionis procedentem 5. est illud quod vobis &c. ibi [quod vobis non vultis] hoc sumptum est ex verbis Thobiæ. 4. vbi dicitur, quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne alij facias. hoc etiam habetur. s. dist. 1. humanum genus. item 45. di. c. 3. in fi. & extra. de maio. & obe. dilecti.

Tertia cõclusio. 7

Ad primũ argu.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Exponit literam.

1 *Accusare an quilibet possit.*
2 *Mulier regulariter repellitur ab accusando, nisi in casibus & numero. 15.*
3 *Pupillus regulariter prohibetur ab accusando.*
4 *Militare officium dicitur sacramentum.*
5 *Magistratum habens non debet accusare.*
6 *Fraus secundum veteres dicebatur pœna.*
7 *Magistratus delinquens an possit conueniri durante officio.*
8 *Paupertas de se non est vituperanda.*
9 *Liberi & liberti etiam prosequendo suam iniuriam non possunt accusare parentes, & patronos nisi in casibus exceptis, quos ibi vide.*
10 *Abolitio quid dicatur.*
Et quod sit triplex. num 11.
12 *Consensus accusati an sit necessarius in danda abolitione priuata.*
13 *Accusatus & accusator si volũt, quod detur abolitio, an iudex debet eam dare.*
24 *Annonæ crimen quid dicebatur.*
16 *Mulier quando admittitur ad accusandum, an teneatur se inscribere ad pœnam talionis, an incidat in Turpilianum.*



Rohibetur. Ad idem propositum inducit Gratian⁹ hoc. c. sumptum ex libro. ff. tit. de accusa. & in scrip. in quibus numerantur. 10. personæ. quæ ab accusatione repelluntur. nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur. Et continuari potest sic ad præcedentia. Supra. in c. illo nihil dictum est. quod nullus est condemnandus sine accusatore. Ne autem videretur. quod quilibet ad accusandum admitti deberet, inducit magister leges istas in quibus ostendit qui sint repelendi ab accusatione. dicit autẽ Hu. quod in hoc capitulo plenum documentum traditur de ordine iudiciario, dum ostenditur qui non possint accusare. Et diuidi potest in quatuor partes hoc. c. in prima parte describit. 10 personas quæ prohibentur accusare. in 2. excipit casum, in quo accusare possunt, videlicet si suam vel suorum iniuriam prosequantur. in 3. limitat vnum casum in quo quis non accusatur. in 4. ponit crimen speciale in quo alias prohibitus accusat. 2. ibi, hi tamen oẽs. 3. ibi, ab alio delatum. 4. ibi, mulierem.

Continuatio.

Diuisio.

1 ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius. c. quæritur † vtrum quilibet possit accusare. Et videtur quod sic. dicitur Leuiti. 5. Cuilibet fideli si peccauerit oĩa & audierit vocem iurãtis testisque fuerit, quod aut ipse vidit aut conscius est nisi iudicauerit portabit iniquitatem suam. ex quo sicut dicit Augustinus videtur lex dicere peccare hominem, qui scit aliquem falsum iurare & tacet. ergo videtur quod quilibet iure diuinæ legis possit imo teneatur accusare alium. ¶ In oppositũ est textus præsentis. c. ¶ Responsio. dicendum quod quilibet accusare potest qui non prohibetur. ff. qui. ex cau. ma. necnon. §. quod eis prohibẽtur aũt aliqui sicut patebit in expositione literę quæ sequitur. Lege. ¶ [Prohibentur] vbi nota quod Gratianus ponit hic simul quinque leges quæ segregatim & diuisim ponuntur in prædicta rubrica, quarum prima incipit qui accusare. 2. 3. & 4. incipiũt immediate post illam. l. accusare. Sequitur quinta quæ incipit
2 mulierem. [Alij propter sexum, vel ætatem, vt mulier.] † regulariter repellitur mulier, nisi prosequatur iniuriam suam. vt hic. sed fallit in certis casibus secundum Azo. quod dic secundum dictam. l. qui accusare. ff. de accu. & de hoc etiam nota. 15. q. 3. de cri-
3 mine. cum sequenti. c. ¶ † Secundò pupillus etiam regulariter prohibetur. quod dic vt no. ff. de accus. l. 2. & l. qui accusare. Et hoc dicunt quidã quia discretione carẽt. 2. q. 7. 15. tria. secundum Archid. ¶ Tertiò alij propter sacramentum vt milites qui astricti erant reipublicę. iurabant. n. non se euitaturos mortẽ pro re publica, & semper eius vtilitati intendere, & ideo nõ admittebantur ad accusationem, ne ob hoc impediti vtilitatẽ reipublicę prætermitterent. & sic periurium incurrerent. Hu. No-
4 ta † quod militare officium dicit sacramentum. quia charactere militari insigniuntur, vt dicit Augustinus ad Bonifacium vt qui stipendium quod de communi milites consequebantur. vnde Beatus Io. dicebat militibus, Contenti estote stipendijs vestris. Lu. 3. Alij propter magistratum non quantumcũque
5 modicũ, sed habentem merum imperium. vt est consulatus. † Magistratum. n. habens non debet accusare ne calumniam fa-
6 ciat ex sua potestate [sine fraude] i. sine pœna. † fraudem. n. pœnam veteres interpretati sunt. ff. de redhibitoria. l. cum aũt. §. 2 Sed hodie aliud est fraus & aliud pœna. ff. de ver. sign. aliud. [Non possunt] vnde puniunt qui tales vocant. sed contra hoc videtur haberi. s. 1. q. 1. iubemus. vbi dicitur quod possunt vocari in ius. Sed respondetur iuxta gl. & Hu. primo. quod illud loquitur de perpetuis magistratibus, quos iniquum esset nũquam vocari in ius. Hoc autem. c. loquitur de magistratibus temporalibus, vel illud de minoribus, hoc autem de maioribus, vt dictum est, vel illud de commissis in administratione. iustũ est. n. vt qui in administratione peccant, in ea puniantur. hoc de commissis ante. Hug. ¶ Ex his soluitur quæstio qua quærit.
7 † vtrũ magistratus delinquens posset conueniri durante officio. Ad hoc respondetur quod aut loquimur de magistratibus sola dignitate, sine administratione, vt comites, & Marchiones & isti possunt. C. vbi sena. vel clari. l. 2. Aut cum dignitate, & iurisdictione, & tunc aut sunt minores. & isti possunt cõueniri durante officio. vt. l. nec magistratib⁹. ff. de iniurijs. Aut sunt de maioribus, & tunc aut sunt perpetui, & tales possunt conueniri, ne delictum maneat impunitum. vt no. in dicta. l. iubemus. Aut sunt temporales, & tunc si delinquunt circa officiũ possunt conueniri, & sic loquitur. l. iubemus. aut extra officiũ & sic non possunt. vt hic. Alij propter delictũ personæ. s. proprium. vt criminosi & infames: tales. n. merito prohibẽtur ab accusatione, quia viles sunt, & faciliter proni sunt ad commenta falsitatis. Admittuntur tamen in certis criminibus ad accusandum & testificandum. Alij propter turpitudinem, prohibentur. n. alij propter suspitionem turpis questus, vt qui duos reos in diuersis iudicijs habet iudicio nõdum finito, tertium accusare non potest nisi per suam vel suorum iniuriam prosequantur. præsumitur. n. quod is qui aduersus duos inscripsit tertium vult accusare ex ipsa importunitate & desiderio accusandi videtur velle cum singulis reis configere, vel transigere, vt sic aliquid lucretur in vnaquaque transitione. [duo iudicia] i. duas accusationes de diuersis criminib⁹. Ioff. Arc. [numos] 7. prohibentur ab accusatione, qui ad accusandum vel non accusandum

Quæstio.

August.

Opponit & Respõ.

Exponit literam.

August.

Opponit. & Respõ.

Quæstio. Respõdet.

accusandum pretiũ accepit. Talis.n.crimen concussionis cõ-
mittit,& tenetur ad restitutionem faciendam ei, qui dedit si
non turpiter dedit.alias in cuius iniuriam datum fuit ad accu
sandum eum,qui nõ debet accusari.Hu.& non accusandum
eum qui debet accusari.Hu.& Archi.8.alij propter conditio
nem,vt seruus,vel prop erreuerentiam ꝗ tenent ex sua con
ditione exhibere aliquibus ꝑsonis.vt liberi liberti contra pa-
tronos beneficiati serui familiares tales non possunt accusare
patronos suos criminaliter,nec etiam ciuiliter.3.q.vlti.§.vlti.
nisi in criminibus specialibus,de quibus habes.12.q.2.§.in cri
minali.9.[Alij propter suspicionem calumniæ subornati].i.
instructi in alia causa ad falsum testimonium dicendum.Hu.
3 io.[Nonnulli propter paupertatem.]†Non quod paupertas
a de se sit vituperanda cum non sit de genere malorum. a imo
si volũtariè sumatur beatificat.Mat.5.beati pauperes spiritu.
hæc est quæ perfectos discipulos Christi facit. Matth.19.&
Lu.14.Loquitur autem de paupertate quam quis inuite pati-
tur,quoniam talis facilius corrumpitur,vel præsumitur cor-
rumpi,quam diues.quia ad turpia cogit egestas.hoc patet pri
mo ex illo,quod dicebat Salomõ.Prouer.3.diuitias & pauper
tatem ne dederis mihi.& j.ne egestate compulsus furer,& ꝑ
iurẽ nomen Dei mei.& s.eo.in primis.patet lege fori, vt hic.
& 4.q.3.testimonium.Si autẽ quis sit bonæ opinionis,vt nun
quam pro paupertate credatur mentiri,licet sit pauper & mi-
nus habeat quam hic dicitur de.l.aureis.non repellitur. Hoc
.n.non fuit statutum nisi propter malos, qui corpus animo,
& numum præponunt Deo.Hug.[hi tamen].2.pars.secundũ
Io.de Fantu.& est initium legis,& durat vsque ad verbũ mu
lierem Arch.[Non excluduntur.]4.q.6.omnibus.[omnes.]
9 Non comprehendit omnes supradictos.†Nam liberi & liber
ti etiam prosequendo suam iniuriam accusare nõ possunt pa-
rentes & patronos nisi in criminibus exceptis.s.læsæ maiesta
tis simoniæ,& sacrilegij, hæresis. nec etiam experiri contra
eos interdicto vnde vi,vel huiusmodi: sed tantum actione in
factum,nisi fortè de atroci iniuria,de qua possunt accusare se
cundum quosdam.secundum alios non.sed agere ciuiliter.ne
ergo intelligantur comprehendi dicitur [liberti.]Hug.& Ar
chid.[Conqueri.]verbis.s.temperatis actione in factum sim
pliciter proponendo.non famosam accusationem.ff.de in
ius vocan.l.sed si.§.prætor.hoc est quod sequitur conqueri.s.
ciuiliter velut si dicant &c.sed non vt crimen violentiæ, nisi
atrocem iniuriam fecissent inquit gl.[intendant]agendo con
tra eos criminaliter vel etiam interdicto vnde vi.Hug.& Ar-
chid.[Nam & facilius]inducit ad hoc exemplum: vnde si fœ
mina fingat se peperisse cum non fuerit grauida, & supponat
sibi partũ alterius fortè odio filij, vt paternam hæreditatem
insolidum non habeat,aut obtineat, non poterit filius accu-
sare matrem.l.Corn.de fal.quæ talem mulierem dicit decapi
tandam.C.ad.l.Cornel.de fal.l.1.& sicut dictum est non po-
test eam facere ream,poterit tamen conqueri de ipsa actione
in factum, vel officium iudicis implorando.[sed eam ream
facere].i.accusare.[Cornelia.]de falsis.Hugo.[ab alio delega-
tam].tertia pars.ab alio delatum.i.accusatum [alius non po-
test deferre].i.accusare de eodem crimine. pendente & durã
te accusatione,sed nec postea, quia aut absoluitur reus per sen
tentiam à iudice,quia vult ei parcere, & cum eo dispensare, li
cet sciat crimen eius,& sit ei probatum, aut absoluitur ab ob
seruatione iudicij.puta quia aduersarius defecit in probatio-
ne.Aut absoluitur interueniẽte absolutione.in primo casu de
tali crimine postea non replicabitur,nec accusabitur, nec ob
hoc poterit repelli ab accusatione vel testimonio,vel promo
tione,vel publico actu quem aliàs posset exercere.in secunda
similiter de tali crimine non poterit iterum accusari, nec de
amisso eiusdem hominis sæpius quæratur,nisi in duobus ca-
sibus.videlicet primo si primus accusatus cõuincatur de præ
uaricatione,& tunc alius admittitur, & non ante vt.ff.de præ
uarica.l.præuaricationes.& C.de accus.si quis homicidij. Se-
cundò si secundus accusator suorum vel suam iniuriam pro-
sequatur.vt doceat se ignorasse accusationem ab alio institu-
tam.vt.ff.de accu.l.si cui §.ijsdem. & in duobus casibus accu
sabitur ab alio,& non ab eodem.In tertio casu.s.si absoluitur
interueniente abolitione accusari potest de eodem crimine
ab eodem,vel ab alio,sed differenter. Et ideo videndum est
10 quid sit abolitio & quot sunt genera abolitionis. † Abolitio
autem est institutæ accusationis perẽptio, quæ fit quãdo no-
11 men rei siue accusati de numero reorum aboletur.†Est autẽ
abolitio triplex,aut publica,aut priuata, aut ex lege publica
quæ fit ob diem insignem,vel rem prospere gestam,vel publi

a ¶ De genere malorũ Adde. Spe. in ti. de teste §.1.ve. item ꝙ est paup Inn. in ca.sedes apostolica. de rescrip. & excusat paupertas ẽt in foro cõscientiæ vt etiã excõmunicatus absoluatur non facta satisfactiõe ob pauptatẽ. in c.cũ tu. de vsur. & ĩ c. à nobis d̄ sen.exc. & in cle 1. §.verũ. & ibi Zab. in cle.2.§.1.ꝑ gl.& Car. Zab.de hac re Et pauptas dicĩt eximia qñ quis stat in hospitali.l. si quis ad declinãdam C.de epi.& cle. Alex. in l. accusare ff.de accu.

cam gratulationem,puta nato principis filio, vel deuicta ciui
tate,vel recuperata pace,& propter hoc repẽtinę ferię à prin
cipe inducuntur,nõ.n.de alijs sed de repentinis ferijs hoc est
intelligendum.l.ꝙ talis abolitio habeatur,& tunc sua authori
tate potest accusator desistere.priuata est quãdo accusator di
cit se temeritate,vel errore,vel calore animi accusasse, & pe-
tit à iudice abolitionẽ reo præsente & consentiente. vt.C.de
aboli.l.abolitio. Abolitio aũt ex lege fit cũ accusatore defun-
cto,vel iusta causa impedito.vt iam non possit accusare:reus,
postulat nomen suum aboleri.vt.ff.de turpil.l.aboliti. & qua
libet istarum abolitionũ aboletur libellus accusationis. vnde
si idem accusabit eundem postea de eodem crimine oporte-
bit eum inscribere post quamlibet istarum abolitionum ad-
mittitur accusator sed differenter. Nam quo ad abolitionem
publicam idem accusator reum petere potest finitis ferijs in-
fra.30.dies.vt.ff.ad Turpil.l.si quis.& l.sequenti.In abolitione
autem priuata & ex lege non admittitur ille qui desistit.vt.ff.
ad.l.turpil.l.qui destitit.sed alius.Sed nec alius admittitur,nisi
infra.30.dies vtiles,vt.j.e.q.vl.libellorum. Est ergo sensus ꝙ
alius nõ põt differre,sed interueniente abolitione põt.& hoc
est ꝯm eum qui &c.[desistente morte]vel iusto impedimen
to.ꝯm Hu.[de reis].i.de numero reorũ deferre non prohibe
tur,sed tm̃ infra.30.dies. vtiles & non postea. quis aũt petere Quæstio.
possit abolitionem no.j.e.q.3.¶ Sed hic surgit quæstio multi
12 plex.†Prima vtrũ in danda abolitione priuata sit necessarius
consensus accusati.Ad hoc respondent ꝙ si reus siue accusa- Respõdet.
tus passus fuerit aliquas iniurias.s.tormentorum,vel carceris,
vel fama ipsius aliquantulum denigrata est, non dabitur aboli
tio sine eius consensu.imo tunc si reus voluerit accusator co
gi debet,vt suam accusationẽ prosequatur,aut actionẽ, vt ta-
lionem recipiat & accusati fama clarescere possit.C.de aboli.
l.fallaciter.Si vero nihil tale passus est etiã eo inuito dabitur,
abolitio,& hoc infra.30.dies nõ autem postea.vt.C.de aboli.
13 l.vl.¶ Sed hic surgit alia quęstio.†Ponãt casus ꝙ accusator & Quæstio
accusatus volunt vt det̃ abolitio. Nunquid iudex debet eã da
re,tunc indifferẽter rñdet̃ iuxta Hu.ꝙ nõ.Nã in maximis cri Respõdet
minibus puta læsæ maiestatis & patriæ proditæ & hmõi,non
dabitur abolitio,quãuis vtraq; pars velit. Itẽ si testes ingenui
iam sicut verberibus vel tormentis suppositi,nõ dabitur abo
litio,etiam cum consensu vtriusq; partis. Itẽ accusatori falla
ci & fallaciter accusanti abolitio non debet dari. hoc totũ ha
betur.C.de aboli.l.fi.& C.de cal.l.fallaciter.[Mulierem]quar-
14 ta pars.& est lex per se vsq; in finem.[ad annonã.]† Crimen
Annonæ dicebatur qñ quis publicã Annonam, quæ debebat
dari militibus defraudabat vel vt annona carius vẽderetur fa
ciebat.Ad accusationẽ.n.hui⁹ criminis & milites, & serui,&
infames admittebãtur.vt dr̃ in hac lege.[Admittunt̃]ad hãs
15 accusationẽ.Hu.†admittitur etiam mulier in crimine Simo-
niæ.vt extra de simo.c.tanta.Et idẽ põt dici in alijs crimini-
bus exceptis.Et idẽ in crimine lapidationis qa exceptũ est vt
j.e.q.7.quapropter. & quia æquiparatur crimen defraudatę
annonę ad cuius accusationẽ admittitur fœmina.Sed hic sur- Quæstio.
16 git quæstio.†Vtrum mulier cum admittitur in his casibus ad
accusandum teneatur inscribere se ad pœnam talionis, aut in
cidat in Turpilianum.Respondetur ꝯm Arch.hic ꝙ non alle Respõdet.
gat.l.1.§.accusationem.ff.ad Turpil.& l.mulier.Nec ob.e.tit.
l.si fœmina.Nam ibi loquitur de fœmina, quæ destitit ab ac-
cusatione,puta corrupta.secundum Goff.quod dic, vt not.in
summa de accu.in prin.Arch.[famosi milites]serui audiendi
etiam contra dominum.ff.de iud.l.vix.secundũ. Accur.Arc.

His omnibus. §.est in quo Gratianus cõcludit ex præmissis canonibus & legibus ordinem iudiciarium esse seruandum,sed non in notorijs.vnde statim excipit,& ratio est.quoniam vt in §.sequenti dicit,accusatio & cætera ad ordinem iudiciarium pertinentia sunt instituta vt reus calliditate aduersantium non possit opprimi,& ne rei tergiuersatione crimẽ celetur.vt quia cessante cã, cesset effectus.ideo in notorijs (in quibus hæ rationes cessabũt) cessabit effectus. Et ideo in notorijs hæc nõ sunt inquirẽda, nec exiguntur ꝯm.Hu.[incipit ergo]secunda pars huius quęstionis,in qua probat.quod in notorijs non obseruatur ordo iudiciarius nec accusator est necessarius. Et hoc probat per tres authoritates secundum Ioan.Archidia.

2 *Fama dicitur duplex,& refertur ad bonam,& ad malam.n.3.*
4 *Fama quid sit & numero.5.*
6 *Rumor in minus se habet quam fama.*
Et quid dicatur rumor.numero.7.

8 *Occultum omnino quid dicatur.*
Et quid pœnæ oc cultum numero. 9.
10 *Manifestum quid dicatur.*
11 *Notorium dicitur triplex, iuris, facti, & præsumptionis.*
12 *Notorium iuris quid dicatur.*
Et quid dicatur notorium iuris duplici de causa. nume. 13.
14 *Notor ium facti quid dicatur.*
Et quòd sit triplex. numero. 15.
17 *Citatio quod requiratur in notorio facti.*
18 *Sententia requiritur in notorio facti, licet non cum solemnitate solita.*
19 *Ordo iuris non est necessarius in notorio præsumptionis.*
21 *Probatio nulla requiritur in notorio facti permanentis.*
22 *Probatio plena requiritur in notorio facti transeūtis actu aut momentaneæ.*
Et semiplena in notorio facti interpollati numero. 23.
24 *Probatio requiritur in notorio iuris, si negetur.*
25 *Appellationi an sit deferendum in notorijs.*
26 *Crimen esse notorium quomodo possit sciri.*


Anifesta. Ad probandum id quod dictum est in §. præcedenti. videlicet, quòd in notorijs ordo iudiciarius non sit seruādus, inducit magister hoc. c. quod est beati Ambrosij super epistolam ad Corint. Breue est non diuiditur. Litera est plana. quoniā de his disputauimus. s. e. causa. & q. c. nihil. Nihilominus pro pleniori intelligentia huius. c. quæruntur tria.

1 ¶Primum est, vtrum notorium differat à manifesto.
16 ¶Secundum est, vtrum in notorijs sit ordo iuris seruandus.
20 ¶Tertium est, vtrum in notorijs requiratur probatio &c.

Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar.

1 **Ad primum.** Sic proceditur.† Et videtur quod nō differat, primo ex. c. præsenti manifesta. ¶Secundò ex duobus capitulis sequentibus. ¶ Tertiò idē patet infra. 3. q. 5. quia suspecti in quibus locis manifestum & notorium non differunt. ¶In oppositum patet per doctores hic, quòd manifestum non capiatur pro notorio. Respōdeo dicendum manifestum & notorium differūt, sicut superius & inferius. Nam omne notorium est manifestū, sed non ecō uerso. Pro quo notandum iuxta Raymun. & Host. & alios doctores differentiam inter ista nomina fama, rumor, occultum omnino, pœnæ occultum, manifestum, notorium. † Fama vero vt dicit Hostiensis in summa duplex est, quia alia est fama quæ habetur de homine, alia est fama quæ habetur inter homines, quamuis hæc de proxima prædicare possit. Fama quæ habetur de homine sic describitur. fama est illæsæ dignitatis, status vita, & moribus approbatus. ff. de varijs & extraordin. cogni. l. cognitionem. Et crudelis est, qui talem famam negligit. 12. quæstione. 1. nolo. Sed quia hæc videtur esse descriptio tantum bonæ famæ, non autem, malæ † cum tamen fama refe ratur & ad bonā & ad malam. vnde appellatur, quis famosus latro. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. describēdo ergo famam in genere dominus Abbas describit eam sic † quod est communis locutio ex verosimilibus coniecturis, quia alias, propriè non esset fama, saltem quo ad iuris effectum, sed sunt variæ voces populi. de quo plene p Bar. in l. de minorū §. tormenta. & per gl. & docto. in c. inquisitionis. &. c. cū oporteat. de accusa. † Fama autē quæ habetur inter homines, sic describitur ſm Hostiēsem, fama est publica seu famosa insinuatio, vel proclamatio communis ex sola suspitione vel incerto authore proueniens. vt de consecratio. dist. 4. sanctum est. † Rumor vero in minus se habet quam fama. vide bonam glossam iuncto ti. de eo qui cognouit consanguine. vxor. suæ. in c. super eo. & 26. quæstione 6. si duo. Vnde describitur sic secundum Hostiēsem, & Spec. † Rumor est particularis insinuatio ex sola suspitione vel incerto authore proueniens argum. distinctio. c. super. eo. s. allega. de eo qui cogno. consan. vxo. suę. † Occultum omnino dicitur ſm Hostien. quod nulla ratione potest probari, & de quo nullus loquitur, quia nescitur quòd vindictam non habet in seculo. 32. q. 5. christiana. vnde relinquitur diuino iudicio. 32. distinctio. erubescant. & 6. q. 1. si omnia. Suspendit tamen hominem quantum ad se, & quātum ad Deum. vt. 33. dist. habuisse. & 1. q. 1. sacerdotes. † Occultum, pœnæ dicitur secundum eun dem quod scitur ab aliquibus puta duobus, vel tribus. vnde est singularis & priuata insinuatio, ex scientia & certo authore proueniens. Vel sic secūdum Abbatem dicitur id quod probari potest, sed cum difficultate. Vnde dictio pœnæ diminuit sicut dictio quasi. vt de confirma. vti. capi. cum dilecta. † Manifestum dicitur secundum eūdem publica seu famosa insinuatio seu proclamatio, & cōmunis ex certa scientia & certis authoribus paucis tamē proueniens. † Notorium autem triplex est. s. iuris & facti, & præsumptionis † notorium iuris sic describitur ſm Host. est voluntaria confessio, clara probatio, iusta & irretractabilis diffinitio facta in vero iudicio. dicitur autem spontanea cōfessio, quia ex confessione spontanea in iure facta oritur notorium. vt extra de coha. cleri. & mu. c. vestra. Et quia confessus in iure pro conuicto habetur. extra de confess. per totum. & C. de confes. l. vna. & ff. ad. l. Aquili. proinde. Item ex clara & indubitata probatione etiam oritur notorium. vt in c. cum olim. de verb. sig. Item ex diffinitione seu sententia nō potest amplius retractari. vt extra de re iud. c. cum inter. Nā res iudicata pro veritate accipitur. vt in l. res iudicata. ff. de re iud. & in dicto. c. cū inter. † Et dicitur notorium iuris duplici ex causa. vel qa oritur in iure. i. ex his quæ in iudicio fiūt vel ex eo quod iuris arbitrio inducitur. † Notoriū facti describitur dupliciter. vno modo iuxta Arch. hic, ꝙ est crimen cuius testis est populus, & dissimulationi non est locus. ista diffinitio probatur. ff. de insti. actio. sed si pupillus. §. præscribere. ff. de ritu nup. palam. in prin. 61. distin. sacerdotibus. in fin. & ff. de verbo. sig. palam populum intelligo maiorem partem populi. ff. ad municip. ꝙ maior. ſm Lau. & ita hoc intelligitur siue sit crimen notū omnibus, qui sunt in illo loco, villa, vel parochia, siue maiori parti. Secundò describitur sic ſm Host. Est publica seu famosa insinuatio, vel proclamatio, & communis ex euidentia rei proueniens, quæ nulla pōt tergiuersatione celari. qñ. s. ita deprehēsus est, quis in crimine, vel ita patēs & certum est delictū omnibus, ꝙ nō est locus inficiationi, quia omnes vel maior pars hominum hoc sciunt. vt extra de coha. cle. c. vestra. in fi. &. c. tua. &. c. vlti. eo. ti. &. c. euidentia. de accus. & C. de pœnis. qui sententiam cum si. † Hoc autem notorium facti est triplex. Nam quoddam est notorium permanēs facti, vt ꝙ palatium dominorum est in platea, siue vt cum quis tenet adulterā publicè in domo, seu etiam concubinam. & istud proprie debet dici notorium. quasi res nota omnibus volentibus videre. ꝓbatur hoc in auth. qui semel. C. quomodo & quādo iudex. & dicto c. euidentia. Secundum est notorium facti transeuntis, & nō redeuntis. vt si in cōspectu populi aliquis fuerit interfectus. nam potest dici notorium pro tunc, non autem ꝙ sit notorium pro nunc. Tertium est notorium facti interpollatum exemplum in eo qui est paratus semper ad mutuandum sub vsuris. Nam non semper mutuat, sed interpollatim, licet possit dici habere actum cōtinuum respectu aptitudinis, sed non actus. Quartū est notorium præsumptionis seu facti præsumpti, sicut paternitas & filiatio. Vnde dicitur ꝙ est euidētia iuris vehementer præsumpta, cui creditur facultate probationis deficiente, vt si aliquis publicè est habitus pro filio alicuius vel affine & huiusmodi. Et hæc sufficiāt pro declaratione terminorum. patet etiam responsio ad. c. inducta. quòd manifestum & notorium non differant, quoniam procedūt de manifesto generaliter sumpto, quod quandoque ponitur pro notorio sicut hic & in sequentibus capitulis, sed cum accipitur proprie species est de per se differēs à notorio, & habet se in minus quam notoriam, vt dictum est.

Opponit & Respō. Raymun. Hostien. Abbas. Hostien. Abbas.

Ad secundum. Sine argumentorū præludio. Respondetur per certas cōclusiones.
16 † Prima, in notorio facti ordo iuris nō requiritur, qui alias regulariter est obseruandus. patet ista conclusio ex. ca. præsenti. & ex. c. infra. de manifesta. & extra de accusa. euidentia. & de iniur. ad nostram. ¶ Secunda conclusio. † in præfato notorio requiritur citatio quæ conclusio colligitur ex pręfato. capi. ad nostram. Verum dicit Nicolaus Abbas, quòd vbi factum est ita notorium, quòd certum est absenti nullam defensionem ei competere, tunc non est ei necessaria citatio quia illa fit, vt se defendat, & sic dicit intelligendum. capitulo. cum olim. de re iudic. & l. 2. ff. de administr. rer. ad ciui. perti. & capitulo. venerabilem. de elect. quando vero potest competere aliqua defensio, quod est quasi regulare, & tunc requiritur citatio alias non valebit sententia. Et ita intellige text. in capi. fin. iuncto. capitul. 1. de offic. deleg. libr. 6. & clemen. pastoralis. de re iudic. ¶ Tertia conclusio † est quod in notorio prædicto requiritur sententia, licet non cum solennitate solicita, & sic intellige Innocen. in c. ex parte. de verb. sig. Et quod requiratur aliqualis sententia videtur tex. in l. si confessus. ff. de custo. & ex hi. reo. & s. e. causa. & q. nos in queq. Litis vero contestatio & alius ordo


Respōdet Prin 2 cōclusio. Secūda cōclusio. Tertia cōclusio.

alius ordo iudiciarius solemnitatem respiciens necessario nõ est obseruandus. pro hoc vide bonum tex. in clemen. pastora 19 lis de re iudi. ¶ Quarta cõclusio est † q in notorio psumptionis non est necessarius ordo iuris, sed sufficit probare circunstantias & præsumptiones, licet non probetur factum. ar. extra de præsump. c. 3. & c. tertio loco. & 32. q. 1. c. 1. Dicit tamẽ Abbas, q in notorio præsumptionis vbi agitur de consanguinitate probanda seruatur ordo iuris, sed ibi est speciale, quia ex probabilibus coniecturis factum probatur.

Quarta cõclusio.

20 **Ad tertium.** In quo quæritur. † Vtrum in notorijs requiratur probatio. Respondet summariè per conclusiones sequentes. † Prima est quod in notorio facti permanentis nulla probatio requiritur. patet cõclusio. ex. c. præsenti & sequẽ. de manifesta etiam patet ex. c. euitia. de accus. ¶ Secũda conclusio est, † q in notorio facti transeuntis actu aut momẽtanei requiritur plena probatio. ¶ Tertia cõclusio. † in notorio facti interpollati requiritur semiplena probatio siue non multum plena. vt extra de vsuris. c. cum diocœsi. ¶ Quarta conclusio, † in notorio iuris requirit probatio si negatur. vnde si nego sententiam latam contra me debet plene probari. patet conclusio. extra de re iudi. in ca. sicut. ¶ Quinta conclusio, quod in notorio præsumptionis requiritur probatio plena, si negatur, patet conclusio in c. per tuas. de probatio & hæc pro nunc de isto tertio capitulo seu articulo. Lege tex. ¶ [Manifesta]. i. notoria. Hu. extra de accu. in ca. euidentia. vbi de hoc & de fil. presby. quoniam Arc. [non indigent]. 11. q. 3. eorum qui. [accusatione] ergo nec testificatione tamen citatio necessaria est, vt diximus. 24. q. 3. de illicita. 25 ¶ Sed hic surgit quæstio. † Vtrum in his notorijs deferendũ si appellationi. Respondetur iuxta Hu. & Lau. & Arc. q nõ extra de appe. c. cũ sit Rom. & c. peruenit. & c. consuluit. 27. 26 q. 1. si homo. & c. a. si custos. ¶ Itẽ surgit quæstio † quo modo sciet crimẽ esse notorium. Respõdetur iuxta Tan. & Goff. q per facti euidẽtiam, vel si per duos testes probatum fuerit factum esse notorium, vel cũ oẽs de municipio, vel maior pars clamant crimen esse commissum. vt. j. c. proximo. & c. zelus secundum quod no. in c. vestra. extra de coha. cle. Arc. & c.

Quæstio. Respõdet. Prima conclusio. Secũda cõclusio. Tertia conclusio. Quarta cõclusio. Quĩta cõclusio. Exponit literam. Quæstio. Respõdet. Quæstio. Respõdet.



Væ lotharius. Ad idẽ sequitur hoc. c. quod est Nicolai papæ, in quo dicitur sicut in præcedenti, q notorium non indiget acccusatione. Etiam potest diuidi in duas partes. In prima ponit, qd crimen Lotharij non indigebat accusatione. In secunda assignat rationẽ, quia manifestum siue notorium erat. secunda ibi, manifesta. n. Lege tex. ¶ [Quæ Lotharius] Notandum q Lotharius rex nepos regis Caroli dimisit Tebergam vxorem legitimam, & adhæsit Gualdradę, & sic fornificationem & adulterium commisit. Item multa alia contra prædictam vxorem legitimam perpetrauit, propter quæ punitus est Lotharius ab ecclesia. Rex Carolus (cuius nepos erat ipse Lotharius) murmurabat, q sine accusatore fuerat punitus. vnde papa hoc intelligens scribit ei prout hic habetur. j. e. scelus. & 63. di. porro. & 11. q. 3. præcipuè. & 3. q. 4. c. engeltrudam. & in multis alijs locis. [Manifesta]. i. notoria, quæ habet testes gradientes super terram. 28 dist. priusquam. Lau. Archidiac. [apostolo] ad Gal. 5. manifesta sunt opera carnis, quæ sunt &c. Aliqua autem mouentur hic ab aliquibus, vt vtrum in notorijs sit necessaria citatio. Verum quia de hoc in præcedenti capitulo dictum est satis transimus vlterius.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Callidus quis dicatur.*
2 *Tergiuersare propriè quid dicatur.*
3 *Crimen notorium, quid dicatur.*
4 *Notorium an desinat esse notorium.*

In manifestis. §. est, & respicit ad finem proximi præsentis. §. & ad. c. proximi præcedentis. Archidiaco. vbi reddit rationem, quare in notorijs nõ quiratur ordo iudiciarius, sicut in alijs. Lege. ¶ [In manifestis [id est, notorijs calliditate] idest versutia. † Callidus enim 1 dicitur versutus in disputando ingeniosus, subdolus. inde calliditas, secundum papiam. & Archidiaco. [Tergiuersatione] 2 id est dissimulatione, vel palliatione & ponitur impropriè. † Nam proprie tergiuersare est in totum ab accusatione desistere. vt. j. e. q. 3. §. notandum. Hu. & Archidia. [sua sponte] id est sponte rei. Hu. [ingerat.] Et ideo si ore neget, facti euidentia ipsum conuincit. j. c. proximo [qui] id est quia. [vt nec innocentia] id est innocens insidijs & c. [nec culpa] id est, delinquens. Hug. [sententiam effugeret.] ¶ Sed surgit hic quæstio 3 circa dicta, † quod vocetur crimen notorium, ad hoc dicunt quidam. vt dicit Hug. quòd omne crimen est vel efficitur notorium ex quo in iure condemnatur per sententiam iudicis, siue reus conuincatur, siue confiteatur. & præsertim si confiteatur, sed hoc non videtur verum. vnde videtur dicẽdum, q nullum crimẽ sit notorium per sententiam iudicis. Dicamus ergo quòd omne & solum illud crimẽ notorium est, quod ipse qui commisit vel committit illud confiteatur. & est in publica notitia totius viciniæ, sed confiteri intelligimus vel ore publicè vel euidentia facti. Nam si ore neget dummodo euidentia facti appareat, non minus dicitur notorium, vt in fornicatore. de quo in c. seq. qui publicè nouercam tenebat dicitur. quòd crimen eius nulla tergiuersatione celari poterat. Idẽ est etiam in sacerdote publicè tenente fornicariam, & ex ea habente filios, licet enim ore neget. Ipsa tamen euidentia facti conuincit eum. ar. di. 72. proposuisti. & 31. q. 2. de his. vnde falsum est, quod quidam dicunt, quòd quantumcunq; sit euidens factum dummodo reus neget nõ sit notorium. ¶ Item 4 insurgit hic alia quæstio, videlicet † vtrum notorium desinat esse notorium. Ad hanc quæstionem respondent quidam dicentes, q sic. s. cum cessatur ab actu peccandi, & nullum super est vestigium peccati. puta presbyter publicè habens concubinam, & est notorium, dimittit eam postea, & pœnitet, desinit esse notorium. Sed Hugu. videtur dicere contrarium, qui ait. Ego autẽ dico, quod ex quo semel est notorium semper est notorium illis viuentibus, quibus est notorium. vt crimẽ Corinthij fornicatoris nisi transeat ad alium locum vbi ignoretur crimen eius. vel nisi crimen eius ex toto excidat à memoria illorum. quod autem dicitur de vestigio. s. q illud vestigium peccati apparere habeat, ad hoc q remaneat notoriũ. vt filij publici fornicarij non approbo, quia multa sunt crimina quorum vestigia remanere non possunt. vt simonia, homicidia, & multa alia turpia peccata. secundum Hug.

Exponit literam. Quæstio. Respõdet. Quæstio. Respõdet.

1 *Duo licet sint plura, non tamen plurima.*
2 *Iudex non debet per sententiam condemnare sine legitimo accusatore peccatorem non notorium.*
3 *Fraternitas multis modis sumitur in iure.*



De manifesta. Ad idem propositum, videlicet ad probandum, q in notorijs non sit ordo iuris obseruandus, inducit magister hoc. c. quod est Stephani papæ. & diuiditur in duas partes. In prima dicit quòd in notorijs ordo iudiciarius non requiritur. In secũda probat illud authoritate beati Ambrosij. secunda ibi, vt S. Ambrosius. Lege textum. ¶ [De manifesta]. i. notoria. Hug. [& nota] expone. i. cognita. secũdum papiam. [plurimis.] No 1 ta non dicit pluribus sed plurimis. † Nam licet duo sint plura, non tamen plurima. 34. distin. christiano. in prin. Vnde dic plurimis. i. magna ex parte secundum papiam vel dic [plurimis]. i. toti. vel fere toti viciniæ secundum Hug. & Bertrand. Verum hæc sententia locũ habet, vbi multi sunt in parochia, tunc. n. attẽditur fama vel infamia totius viciniæ vel maioris partis eorum de vicinia. extra de accu. c. inquisitionis. in fin. ac vbi sunt in populo tantum decem illi sufficiũt. vt in hac gl. de hoc etiam dicam. 10. q. 3. c. vnio. Archidiaco. quasi velit dicere quòd si in loco, vel in parochia sunt centum viri, nõ sufficiet fama vel infamia, nec notitia quantum ad notorium de decem. Dicit autem hic Hugu. quod in hoc numero plurimorum comprehenditur iudex. quoniam & si alijs crimen sit notum omnibus & non iudici, iudex tamen non dictabit sententiam antequam probetur sibi crimen per confessionẽ, rei, vel alio modo [vt sanctus] secunda pars. [Corinthios]. 1. & 5. c. [sententiam] apostoli quæ est in fine eiusdem. capitul. [iudicis] sine accusatore damnare in occultis. Hug. & Archi. 2 Iudex enim peccatorem non notorium non debet per sententiam condemnare sine legitimo accusatore, & hoc pro lege allegat Apostolus. Actuum. 25. aduersus Iudæos, qui postulabant eum morte damnari. Ait itaque Paulus. Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locũq; defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. gl. tñ inducit plures cas' exceptos, & alios habes in Spe. ti. de inqsi. §. quando autem. in prin & ibi remittit Io. An. [minimè abiecit] à ministerio apostolatus. vt patet Io. 13. [cognito] quasi diceret, sed in manifestis vt in facto Corinthij, nõ est op' accusatore.

Diuisio. Exponit literam. Bertran. Archid.

cusatore.ſm Hu.[de cœtu].i.communione[fratrum].i.christianorum. Omnes.n.Christiani vocantur fratres.11.q.3.ad
Bertran. 3 mensam.Bertran.[censuit]prima ad Cori.5.vbi notãdum† ꝙ multis modis sumitur fraternitas in iure.Prima dicitur carnalis,quæ est inter eos,qui carnali propagatione procedũt ab eisdem vel eodẽ parẽte.de qua Gen.4.inquit dominus ad Cain, vbi est frater tuus Abel. de qua fraternitate.8.q.1.olim.& 22.q.2.quod ait.& de præsump.literas.& de simo.in c.& si quæstiones.& in arbore.¶ Secunda est fraternitas spiritualis,quæ est inter omnes christianos ex sacramento baptismi,vt in dicto.c.ad mensam.& de iud.nouit.qui vnum habent patrẽ generantem.s.Deum.Io.1.dedit illis potestatem filios Dei fieri.& Mat.5.pater noster qui es in cœlis. Et vnam matrem regenerantem.s.ecclesiam quam non habẽt Iudæi,nec pagani. 12.q.2.q abstulerit.¶ Tertia fraternitas dicitur cognationis spiritualis quæ est inter duos filios duorum cõpatrum, per quorum alterum contracta est compaternitas.30.q. .c. de his. & de cog. spũali.c.1.& 3.¶ Quarta fraternitas est,ex ordine ſm quam omnes episcopi sunt fratres ipsius papæ.7.q.1. quia fratres.&.c.scias frater.& 16.q.1.frater. & de dona. fraternitatẽ. & de sepul.fraternitatem.& de cri.fal.quam graui. ¶ Quinta fraternitas est humilitatis & reuerẽtiæ,ſm quam prælati subditos fratres vocant.12.q.2.dilectissimis.& de exces. præl.c.1.¶ Sexta fraternitas dicitur officij ſm quam cardinales permistim de eis loquendo sunt fratres domini papæ ex vniuersalis regiminis officio.de conuer.coniu.dudum.in fi.& de offi.lega.c.1.li.6.vbi de hoc.¶ Septima fraternitas, est fraternitas institutionis ſm quã intitulati in eadem ecclesia fratres sunt. 12.q.2.terrulas.& de rescriptis.cum à Deo.&.c.cõstitutus.& de præsump.c.fi.¶ Octaua fraternitas religionis, qua omnes sub eadem religione militantes fratres dicuntur. & de hac in ti.de regul.& de elec.cum in veteri.& de maio.& obe.legebatur.qui cle.vel vo.insinuãte.[Omnes].s.Cor.[nec poterat tegi]& si ore ille negaret quia euidentia facti ipsum cõuincebat absens verba sunt Apostoli[spiritus mei]solicitudinẽ, & cura.[abest]à vobis.i.à cura & solicitudine de vobis.Hu.[dijudicaui]absentem & irrequisitum.extra de app cum sit. in fi.vbi de hoc Arch.[tradi Sathanæ.]Circa hanc condẽnationis sententiam tria notanda veniũt quæ ponit prima ad Cor.5.vt notauit S.Th.Primò pœnam ponit,cum dicit tradere eũ Sathanæ.quod potest intelligi corporaliter vexandum.hanc.n.potestatem habebat apostolus.vt quos excommunicaret corporaliter vexarentur à diabolo.ar.11.q.3.absit.ſm Hu. ꝙ S.Tho. sic ostẽdit sicut dicitur Mat.10.Dominus dedit Apostolis potestatẽ spirituũ immũdorum vt eijcerent eos, & per eãdẽ potestatẽ poterãt imperare spiritibus immũdis,vt vexarẽt corporaliter quos hac pœna iudicarent dignos . Mandauit ergo apostolus vt eius authoritate traderent prædictum fornicarium Sathanæ corporaliter vexandum.¶ Secundò ponit huius sententiæ effectum cum dicit[in interitum carnis].i.ad carnis vexationem & afflictionem , in qua peccauit ſm illud Sapi.12. Per quæ quis peccat,ꝑ hæc & torquetur. ¶ Tertiò ponit fructum cum dicit[vt spiritus saluus fiat &c.].i. vt spiritus salutẽ consequatur in die mortis vel in die iudicij . Alio modo potest intelligi quod dicitur tradere sathanæ huiusmodi.s.per snīam excommunicationis, per quam aliquis separatᷓ à communione fidelium , & à participatione sacramẽtorum, & priuatur ecclesiæ suffragijs,quibus munitur contra impugnationes sathanæ,propter quod de ecclesia dicitur Cantico.6.Terribilis vt castrorum acies ordinata.i.demonibus. quod autem subditur in interitum carnis.i. vt ab ecclesia separatus & tentationibus Sathanæ expositus liberius ruat in peccatũ, ſm illud Apoca.vlti.qui in sordibus est,sordescat adhuc. Vocat autem peccata mortalia carnis interitum. quia vt dicitᷓ ad Gal.vl.qui seminat in carne sua,metet corruptionẽ.subdit autem vt spũs saluus sit.i. vt turpitudinẽ peccatorũ cognoscẽs confundatur & pęniteat & sic saluetur.ſm illud Hie.31. Confessus sum , & erubui. quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ,secundum S.Tho.super epistolam Pauli.

S. Thom.

Sed sciendum. §.est, in quo incipit tertia pars huius qstionis primæ,in qua ponit magister Gratianus tria genera notoriorum.Primum genus est eorum,quæ sunt nota iudici, & non alijs. Secundũ est eorum quæ sunt nota alijs,& non iudici. Tertium est eorum, quæ sunt nota iudici,& alijs.Circa primum genus dicit,quod huiusmodi quæ sunt nota tantum iudici,s.tanq̃ hoĩ nõ debẽt sine examinatione feriri,& hoc ꝓbat ꝑ duo capitula sequen. ſm ꝑ tertiũ capitulum.tertium per quartum capitulum.Hu.

1 *Corrigendi an sint omnes mali.*
2 *Mali vniuersaliter sunt corripiendi per admonitionem. Sed non omnes puniendi per condemnationem.nu.3.*
4 *Mali puniendi sunt concurrentibus tribus.*
5 *Iudas quare fuerit à Christo toleratus.*
6 *Excommunicatio quare dicatur medicinalis.*
7 *Condemnatus à iudice seculari an de hoc facto possit condemnari à iudice ecclesiastico vel econuerso.*
8 *Clericus si conuincatur de crimine coram seculari iudice,& de tali quod inducat depositionem an ecclesia ob hoc possit eũ condemnare.*
9 *Iudicium idem est de similibus.*
10 *Infideles non sunt directè de foro ecclesiæ, sed alieni à Christo, & serui diaboli.*
11 *Condemnandus nullus est ex suspitione.*
12 *Fama quantũcunq; sit publica non sufficit ad cõdẽnationem.*

Multi. Inducit magister ad probandũ ꝙ dixerat in §. præcedẽti in primo mẽbro. hoc.c.ꝙ est Augustini in homilia de pœnitentia . Et diuiditur in tres partes.In prima ponit tria gña hominum.In secunda ostẽdit ordinem iudiciarium esse seruãdum in excõicatione,vt nemo à cõione fidelium separandus sit,nisi conuictus vel confessus sit . In tertia monet peccatores de duobus.primo ne quærant sibi comites ad supplicia. secundo ne gaudeant ꝙ plures inueniunt sibi similes.secunda ibi , nos verò à cõione.tertia ibi non ergo illi.¶ Pro pleniori intelligẽ
1 tia huius.c.quæritur.† vtrum omnes mali sint corrigendi . Et vr̃ ꝙ sic.Primo ex illo Exo.22. vbi lex præcepit punire malos.¶ Secundò ex illo primi Reg. vbi Heli reprobatus est,ꝙ filios non corripuit.¶ Tertiò ex illo Mat.18. & habetur in c. se.Si peccauerit in te frater tuus,corripe eum &c. ¶ In oppositum arguitur ex pręsenti.c.vbi Augustinus dicit.ꝙ aliq corriguntur,vt Petrus.& aliqui tolerantur vt Iudas & multi nesciuntur.¶ Respondeo dicendũ sub certis cõclusionibus.¶ Pri
2 ma est† ꝙ vniuersaliter mali sunt cõrripiendi per admonitionem.Ista cõclusio patet primo ex duabus vltimis authoritatibus inductis in principio quæstionis.Secundò patet rõne sic. Nulli proximo q̃tũcũq; malo in vita præsenti est denegandũ aliqd ꝙ ad salutẽ eius sit vtile.ſm illud Ecclesia.17. mandauit illis Deus vnicuiq; de ꝓximo suo, sed correctio per admonitionem charitatiuã est vtilis malis ad salutẽ, vt patet,ergo oẽs mali gñaliter veniũt corripiendi ꝑ admonitionẽ charitatiuã. Tertiò probatur per illud Exo. 23.vbi dr̃ . Si videris asinum odientis te iacere sub onere,non transibis , sed subleuabis cũ eo,sed homo magis tenetur subleuare proximum suum in casu suo.ergo omnis hõ tenetur adiuuare ad minus monitione admonere proximũ suũ existentẽ in casu peccati,vt inde sur-
3 gat.¶ Secũda cõclusio.† Non oẽs mali sunt puniendi per condẽnationẽ.Ista conclusio patet ex præsenti.c. vbi tãgunᷓ tres causæ,ꝑ quas contingit,ꝙ pœna nõ debet inferri malis,nec condẽnationis iudiciũ. Prima est quando mali nõ sunt nostri iuris,quæ notatur in tex.cum dr̃,quid.n.mihi est de his q foris sunt.Secunda est , quando illorum crimina & si nobis sint nota,manifestis tamen iudicijs probari non possunt,quæ causa notatur,ibi cum dicitur in tex.in principio. Nos vero à cõmunione quemquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum &c. Tertia est quando in malos sine maiori periculo disciplinam exercere non possumus , quæ causa tangitur in tex.cum dicitur. si per indicium auferri non possunt, tolerantur potius ne peruersè malos euitando ab ecclesia ip-
4 se discedens &c.¶ Tertia conclusio.† mali sunt puniendi cõcurrentibus tribus.s.iurisdictione,conuictione, & pace salua & vnitate ecclesiæ.Ista conclusio patet per singulas partes:de iurisdictione patet.Dicit.n.Augustinus super illud prima ad Corin.6.de his qui foris sunt dominus iudicabit in his qui intus sunt.i.fidelibus putredo est resecanda de conuictione.patet in præsenti.c.& Aug.super illud prima ad Cor.12.qui manducat indigne & c.sibi inquit Augus.non tibi .Sane si iudex es,si apud te accusatur,si veritatis documentis testibusq; cõuincitur,coerce,corripe,excommunica,degrada, de pace ecclesiæ.dicit idem Augus.in epistola contra epistolam Permeniani.quando cuiusquam crimen notum est,& oĩbus execrabile apparet,si nõ tales habeat defensores ꝑ quos posset schisma contingere nõ dormiat seueritas disciplinæ. ¶ Ad rõnes factas in principio patet ex dictis : respondeo primæ procedunt in casibus,in quibus sunt corrigendi ꝑ admonitionem, aut puniendi

Primũ ar.
Secũdũ ar.
Tertiũ ar.
Opponitur contrariũ.
Respõdet.
Prima cõclusio.
Secũda cõclusio.
Tertia cõclusio.
August.
Ad argu

aut puniendi concurrentibus illis tribus iam dictis. Aliæ ratio
nes loquuntur in casibus in quibus periculum schismatis ti-
Exponit literam. meretur &c. Lege tex. ¶ [Multi corriguntur] quandoq; sim
plici admonitione aliorum, quandoq; etiam nullo corripiẽte,
vel orante pro ipsis, sicut factum videtur fuisse de Petro. 23.
Cõtra Hu. q.4. sicut Hu. [vt Petrus] sed salua pace. Hug. Petrus. n. negans
Christum correptus est in aspectu Christi, in tantum quòd
exiens fleuit amare. Mat. 26. & Lu. 19. vnde Aug. Petrum nisi
dominus respexisset, nunquam pœnitentia motus amare fle-
uisset. [Tolerãtur] quia eorũ crimina tãtum iudici nota sunt.
5 Hu. [vt Iudas] † Iudas. n. toleratus est, quia peccator occultus,
erat soli Christo vero iudici manifestus, cæteris omnibus oc
cultus & ignotus, per quem intellige similes occultos pecca-
tores, qui tolerandi sunt cum eorũ crimina sunt occulta. licet
Deo sint nota, vt hic. & s̈. c. nihil. quidam etiã tolerantur pro
pter scandalum. Hu. [Nesciuntur] vtrum sint boni, vel mali.
Hu. [veniat] ad iudicium. Hu. [& illuminabit] hoc sumptum
est ex dictis apostoli. prima ad Cor. 4. qui ait. nolite ante tẽpus
iudicare, quousq; veniat dominus qui illuminabit abscondita
tenebrarum, & manifestabit occulta cordium. [Nos vero] se
cunda pars. [à communione] ecclesiæ [prohibere] s̈. ea. c. nos
in quemquam. [non possumus]. s. de iure. i. non debemus. Hu.
[quamuis nec prohibitio] à communione ecclesiæ [nõdum]
ante contemptum. 24. q. 3. notandum. gl. [sed medicinalis] ni
6 si contemnatur, † medicinalis est se corrigenti, sed non corri-
genti se est occasio mortis æternæ. vel medicinalis dicitur,
quia est occasio medicinæ. i. pœnitentiæ. Hu. & extra de sen.
excom. c. cum medicinalis. li. 6. Vel dicitur medicinalis, quia
est occasio medicinæ. i. pœnitentiæ. Hu. & extra de sen. excõ.
cum medicinalis. li. 6. Vel dicitur medicinalis quo ad intentio
nem excõicantis. Qui. n. excommunicat non ea intentione
excõicat, vt excõicatio sit causa mortis, sed medicinæ. s. vt spi
ritus excõicati sit saluus in die domini. vt 6. q. 3. audi. & 24. q.
3. corripiantur. Hu. [sponte] alias non præiudicaret ei confes-
sio. vt. 31. q. 3. Lotharius. [Confessum] in iure vere vel inter-
pretatiuè. s. per contumaciam [nominatũ]. i. accusatum, aut. i.
conuictum. sic habetur in fi. Hu. [seculari.] Nota hic nõ loqui
tur de pœna ordinaria, vel snĩa condẽnationis, sed de snĩa ex-
cõicationis, quam ecclesia infert. non qa sit condẽnatus à iudi
ce seculari, sed pro contumacia sequenti ſm Hu. Arc. [secula
ri iudicio.] Ista litera multipliciter exponiẽ vt ẽt tangiẽ in gl.
& tangunt Arc. & alij. Primò modo vt iudiciũ seculare non à
iudice. s. ꝙ iudex sit secularis, sed à materia. s. de re seculari. vt
de vinea, de prato, & similibꝰ. Et ita vocaẽ seculare iudiciũ ec-
clesiasticũ de re seculari. Et ita Lau. dicit, ꝙ per ablatiuos hic
positos potius distinguit genera causarũ ecclesiasticarũ, quia
quoddam iudiciũ ecclesiasticũ seculare est, quia de re seculari
quoddam est ecclesiasticum. i. mere spũale. ar. ad hoc. j. 11. q. 1.
Bertrãdus § ex his. Et huic snĩæ applaudit Bertran. Et hanc expositionẽ
sequitur hic gl. dicens. [seculare]. i. de rebus secularibus. Secũ
dò exponitur vt iudicium seculare sumatur à iudice, & sic ex
ponitur [seculari] pro laico & ecclesiastico. Pro ecclesiastico
referendo singula singulis, videlicet laicũ iudicẽ respectu lai-
corum, aut laici cõuicti corã eo. Tertio mõ exponitur de lai-
co respectu laicorũ clericorum, aut laici & clerici, & tũc ex-
ponitur sic [in seculari iudicio]. i. coram seculari iudice, siue sit
clericus, siue laicus, ex quo canonicè est cõuictus vel confes-
sus coram seculari iudice, & ab eo condẽnatus pro condẽnato
habeẽ ab ecclesia, si de illa cõdẽnatione cõstiterit ecclesię, & si
efficitur sic infamis apud ecclesiã habeẽ infamis arg. 3. q. 5. de
Alanus. accusatoribus. & 35. q. 5. cõuẽtiones. Ista snĩa est etiam Host.
Hostiẽsis. in c. at si clerici. de iud. in gl. 2. vbi dicit Ala. ꝙ Ber. ꝙ cũ ciui-
liter actũ fuerit de crimine, non debet dici infamis. sed istam
snĩam dicit ibi Host. corrigendã, quia ꝙ talis clericus per sen
tẽtiã est infamis. l. 1. ff. de his qui no. infa. & l. furti. ff. de furtis.
[non potest] 3. q. 7. §. porro. ſm Host. Et istam snĩam (. s. ꝙ ta
lis clericus sit infamis) ibi approbat Goff. & Phili. per. l. supra
dictam [non põt] tanquam à suo iudice legitimè condẽnatus.
Bernardus Hispanus. Et istam snĩam etiam hic approbat dñs Bern. hispa. ar. prædi
Archid. ctæ. de his qui no. infa. l. 1. & insti. de pe. te. liti. §. ex quibusdã.
6. q. 1. infames. Arc. debet ergo ecclesia admonere eum, vt sa-
tisfaciat ſm ꝙ condẽnatus est, & si nõ vult obedire post tri-
nam admonitionem põt eũ excõicare, & tãdem pro contu-
Innocen. macia deponere si sit clericus. ſm Hu. Hãc distinctionem vi
detur tangere Inn. in d. c. at si clerici. de iud. & intelligit de in-
Vincẽtius famato qui se non purgat. Sed Vinc. dicit, ꝙ loquitur quantũ
ad pœnitentiam. ar. de pœ. di. 1. quamuis. quia pęna ecclesiasti
ca potius absoluit quã condemnet. de pe. di. 1. §. continuo. Vel

ſm eum melius loquitur cum clericus conueniens laicũ re-
conuenitur ab eo ciuiliter coram laico. vt dicit Io. An in d. c.
at si clerici. Prima tamen expositio posita in gl. plus placet Ar
chi. Item si sit clericus vel laicus vt dicit Hu. & cõuincatur de
crimine ciuiliter coram seculari iudice, & condemnetur ab
eo per sententiam ab eo, per illam sententiam fit fides eccle-
siæ, & potest eum cogere ad agendum pœnitentiam, alias ex
communicabit eum. ¶ Sed surgit hic quæstio. quid si faciat Quæstio.
quæstionem de sententia dicendo eam esse iniquam. Respon Respõdet.
detur iuxta Hu. ꝙ si velit id agere, & cõqueri coram superio
re, non excommunicabitur ab ecclesia, licet nolit parere sen-
tentiæ. Si verò simpliciter inde conqueritur & non vult inde
agere coram superiore iustè excommunicabitur, si non vult
parere sententiæ ſm Hu. ¶ Cæterum cõsueuit hic ab aliqui Quæstio.
7 bus quæritan cõdemnatus à iudice seculari, ob hoc de hoc fa
cto possit condemnari à iudice ecclesiastico, vel econuerso. Respõdet.
Hæc quæstio nulla videtur esse, quia hoc esset contra omnes,
quia eandem pœnam imponere non potest. Non. n. Deus iu
dicat bis in idipsum aliam interponere non potest nisi ad il-
lam agatur iterato. Si dicatur hoc haberi ex hoc loco, respon-
detur ſm Hu. Hoc. non esse verum, quoniam vt supra dictũ
est. Non. n. hic dicitur de pœna ordinaria vel sententia dãna-
tionis, sed de sententia excommunicationis, quam ecclesiasti
cus infert, non quia sit condemnatus à iudice seculari, sed ꝓ
8 contumacia sequenti. ¶ Itẽ solet hic moueri quæstio. † Vtrũ Quæstio.
si clericus conuincatur de crimine coram seculari iudice, &
de tali quod inducat depositionem, ecclesia ob hoc possit eũ
condẽnare. hæc quæstio vt dicit Hu. friuola est, quia clericus Respõdet.
criminaliter non potest conueniri coram iudice seculari, & si
ibi conueniatur, & conuincatur inde vel confiteatur, illa con-
uictio vel confessio non præiudicat ei, tanquam nota nõ co-
ram suo iudice. vt extra de iud. at si clerici.. licet si ageretur ci
uiliter potest quandoq; ibi cõueniri de crimine, vt in mutua
reconuentione, & si tunc cõuincitur inde non ob hoc potest
deponi, quia etiam si cõuictus foret coram iudice ecclesiasti
co non potest ideò deponi. vt. s̈. ead. nihil. Fit ergo fides eccle
siæ per seculare iudicium tam circa clericum, quam circa lai-
cum condẽnatum canonice in seculari iudicio. ar. 23. q. 1. quis-
quis subdiaconus. Ita vt pro condẽnato habeatur apud eccle-
siam, & cogatur ab ea obedire sententiæ, & subire pęnitentiã
si conuictus est de crimine. Non autem ita vt ob hoc possit
deponi ab ecclesia, si clericus est. Similiter fit fides seculari iu
dicio per iudiciũ ecclesiasticũ. vt. 10. q. 1. statuimus. & in aut.
de sanctis. epis. §. si verò crimen. Videtur innui quod non, ibi
. n. dicitur quòd depositum ab episcopo pro crimine iterũ iu
dex secularis debet examinare. Sed respndeẽ iuxta Hu. Primò
ꝙ præualet canon authẽticæ, & præfeẽ ei. Secũdò rñdetur ꝙ
authenticũ intelligiẽ, qñ non liquet iudici seculari de cã, & de
his quæ gesta sunt in ecclesiastico iudicio. Hu. Quidã vero vt
vitent oĩa ista dicunt in iudicio. i. de crimine, siue seculari, siue
ecclesiastico. Crimina. n. sunt quædam secularia siue forensia,
q̃dã ecclesiastica sicut melius distingueẽ. j. 4. q. 1. c. 2. Hu. [Cõ
uictũ] corã ecclesiastico iudice. Dico non possumus cum nos
soli sciamus crimẽ, & merito, qa simul esse nõ possumus ac-
cusator, & iudex. qs. n. vtrũq;]. vt. j. q. 4. c. 2. & 3. q. 5. c. quia su
specti. Hu. & extra de ver. sig. c. forus. Arch. [Hmõi regulã]. s.
non prohibere à cõione, nisi aut cõuictũ aut cõfessum. Hu. [in
epistola] ad Cor. 1. c. 5. [ad oĩa similia] qđ. n. regulariter statui-
tur in vno, ad oĩa similia extẽditur sæpe. ar. 16. q. 3. licet. & 32.
q. 7. & Apostolus. & extra de trãsla. inter corporalia. cũ multis
9 similibus hic. in gl. & Hu. † Nã de similibus idẽ est iudiciũ di-
cto. c. inter corporalia. §. 1. ver. sicut ergo. ar. contra. 27. q. 1. sic
. n. & ver. proinde. & 27. q. 1. nuptiarum. circa mediũ. Solue &
dicas. cũ Hos. & Gofr. ꝙ statur similibus, nisi dissimilitudo Hostien.
notetur, & ipsi notauerũt in ꝑdicto. c. inter corporalia. Archi. Goffredus
[ait. n. scripsi vobis]. i. ad Cor. [in epistola] alia ab illis duabus Archid.
quas habemus, nec habemus illam primam epistolam in qua S. Thom.
hæc scripsit. Illa. n. vt dicit S. Th. & Nicolaus de Lyra. non est Nicolaus
in canone. Scripserat. n. in illa epistola, vt non commiscerenẽ de lyra.
fornicarijs. Quia vero tex. iste obscurus & non plene exponi
tur in gl. notandum est iuxta expositionem S. Tho. super epi S. Thom.
stolam primam ad Cor. 5. quia apostolus induxerat supra in
alia epistola ad Cor. ad hoc quod à se ipsis peccatorem separa
rent, quod quidem præmiserant propter falsum intellectum
cuiusdam verbi, quod continebatur in epistola prædicta. & iõ
prauum sensum quem prius conceperant nunc excludit. vn
de circa hæc tria facit, primo reassumit verbũ peioris episto
læ. secũdò excludit falsum intellectum ibi, non vtique forni-

carijs.tertiò exponit verum intellectum ibi, nunc autem ſcri pſi. Dicit ergo primo, dixi vobis in epiſtola quadam alia quę (vt dictum eſt) in canone non habetur ne cõmiſceamini for nicarijs, & non habeatis cum eis ſocietatem vel communio- nem. ſm illud Proue. 1. Fili mi nõ ambules cum illis. Prohibe pedem tuum à ſemitis eorum. & Eccl. 9. Non des fornicarijs animam tuam in nullo. deinde cum dicit. Nõ vtiq; fornicarijs excludit falſum intellectum prædicti verbi. Et primo propo- nit quod intendit. Secundò excludit ꝑpoſitũ ibi, alioqui de- bueratis. Circa primũ conſiderãdũ eſt, ꝙ in dicto verbo apo ſtoli dupliciter falſum intellectum conceperant Cor. 1. quan- tũ ad hoc quod intelligebant illud de fornicarijs eſſe dictũ ſ. de fornicarijs infidelibus, ſed illud excludit Apoſtolus ibi, nõ vtiq; de fornicarijs huius mundi. vocat autem infideles nomi ne mundi, ſm ꝙ dicitur Io. 1. mundus eum non cognouit. Se cũdò cõceperãt malũ intellectum q̃tum ad hoc, ꝙ exiſtima- bant prohibuiſſe apoſtolum ſolum de fornicarijs, non aũt de alijs peccatoribus. Nam ad hoc excludendum ſubdit, [aut aua ris &c.] qui. ſ. iniuſtè detinẽt aliena. Tales eſ.n. non habent hęre ditatẽ in regno Dei, [aut raptoribus]. ſ. qui violenter diripiũt aliena. tales etiam nec regnũ Dei poſsidebunt. prima ad Cor. 5. [aut idolis ſeruientibus] contra quos dicitur Sap. 9. nephan dorum idolorum cultura omnis malitiæ eſt initium, & finis. Et eſt ſenſus. Non ſolum prohibuit vobis ſocietatem fornica torum, ſed etiam omnium aliorum peccatorum. Et eſt hic ad uertendum ꝙ per fornicationem quis peccat cõtra ſeipſum, per auaritiam autem & cupiditatem contra proximũ, per ido latriam autem contra Deum. & ſic in his quæ ponit omne pec cati genus intelligitur. Alioqui aſsignat rõnẽ propoſiti dicẽs. alioqui. ſ. intelligendum eſſet verbum prædictum de fornica- rijs huius mundi, debueratis de hoc mundo exiſſe, quia. ſ. to tus mundus eſt talibus plenus. vnde non poſſetis tales fornica rios vitare, niſi de hoc mundo exeundo. Dicitur.n. prima Io. 2. Totus mũdus in maligno poſitus eſt, & tũc legitur ſic ſm Hu. Alioqui. i. ſi præcepiſſet infidelibus non commiſceri [de- bueratis [. i. neceſſe eſſet [niſi cum &c.] qa vbiq; ſunt tales. Et loquitur Apoſtolus ſm tẽpus ſuum ſm Hu. [præterea.] Præ- terea eſt alia neceſsitas cõicandi cum talibus in colloquio, & huiuſmodi. quia aliter non poſſet fideles lucrifacere Chriſto. vnde & dominus Lu. 5. Non eſt inquit opus medicis bñ habẽ tibus, ſed malè: & Mat. 9. [vel aliter debueratis de hoc mũdo a exiſſe]. ſ. per mortem. melius eſt.n. hominibus mori, quã pec catoribus in peccatis cõſentire: vnde dicitur prima ad Cor. 9. melius eſt mihi mori, quam vt gloriã meam quis euacuet. Et ideo conſequenter Apoſtolus adiungit. [Nunc autem ſcripſi vobis] hic exponit eis verum intellectum. Nunc autem ſic ex pono, quod olim ſcripſi vobis [non commiſceamini]. ſ. forni carijs aut alijs peccatoribus. [Si quis autem frater]. i. chriſtia- nus. Hu. [nominatur aut fornicator]. i. excõicatur de fornica tione, vel hoc vel illo vitio. Hu. [maledicus]. i. detractor aſsi- duus ebrioſus vſu. [cum hmõi]. i. cum his & alijs ſimilibus. i. de alijs vitijs excõicatis ſcripſi & ſcribo, & iuſsi & iubeo, nec cibum ſumere, nedum orare. Et ita per hoc quòd dicit frater patet quia non ꝓhibuit peccatoribus miſceri infidelibus, ſed fidelibus, qui nominantur fratres, & ſunt inter nos S. Tho. & Hu. [Quid.n. mihi] probat quod dixerat [foris]. i. extra eccle-
10 ſiam. Hu. †Infideles.n. non ſunt directè de foro eccleſiæ, ſed alieni à Chriſto & ſerui diaboli. de quorũ quolibet dicit Apo ſtolus. Quis es tu, qui alienũ ſeruũ iudicas: ad Ro. 14. Secũdò qa tales infideles iudiciũ, & pœnam qua excluderent à cõione fideliũ & eccleſiæ non multũ curarent tanq̃ illi qui eccleſiam nõ venerãtur, ſed contẽnunt. Tertiò qa per hoc infideles mi- nus ad fidem traherentur qui magis alliciendi ſunt q̃ terren di. Non.n. vult Deus violenta ſeruitia, ſed magis voluntaria, quia hilarem datorẽ diligit Deus. prima ad Cori. 9. [vnde in- fideles, qui foris ſunt]. i. extra eccleſiã. & qui nunq̃ fidẽ ſuſce perunt diuino iudicio relinquunt. Sic ait apoſtolus. de his aũt qui foris ſunt Deus iudicabit. Dicit autem hic S. Th. ſic. pręla ti.n. eccleſiarum accipiunt ſpiritualem poteſtatem ſuper eos tantum, qui ſe fidei ſubdiderunt. ſm illud prima ad Cor. 4. In promptu habentes vlciſci omnium inobedientiam adimple- ta fuerit veſtra obedientia. Indirectè tamen prælati eccleſia rum habent poteſtatem ſuper eos, qui foris ſunt, inquantum prohibent fideles ne illis communicent, punire tamẽ corpo- raliter poſſunt. vt. 17. q. 4. conſtituit. vt dicit gl. Item etiam pe cunialiter punit eos eccleſia, vbi ſunt de ſua iuriſdictione. ex tra de rap. c. in archiepiſcopatu. Ber. Arch. conſequenter adhi bet ſimilitudinem dicens. [Nonne de his qui intus ſunt vos iudicatis] quaſi diceret eadem authoritate quã vos iudicatis, qua & ego. vnde vos non iudicatis niſi de veſtris. Ita nec ego. S. Tho. [auferte malum] infert concluſionem principaliter in tentam dicens. Ex quo hoc quod dixi. Non commiſceamini fornicarijs, intelligendum eſt de fidelibus, non de his qui fo- ris ſunt. ergo auferte malum. ſ. hominem. ſ. illum fornicatorẽ à vobis ipſis. i. de veſtra ſocietate eijcite. ſm illud Deut. 13. au ferens malum de medio tui. Notat hic S. Tho. ꝙ ex præmiſ- ſis verbis apoſtoli nõ prohibemur communicare infidelibus, qui nunquam fidem receperunt propter eorum pœnitentiã. Eſt tamen hoc cauendum aliquibus infirmis propter eorum incautelam ne ſeducantur. Illi vero qui ſunt firmi in fidẽ poſ- ſunt eis licitè communicare, & dare operam conuerſioni eo rum. vt dr̃ prima ad Cor. 10. Si quis infideliũ vocat vos ad cę nam, & vultis ire, omne quod vobis appoſitum fuerit man- ducate. Infidelibus autem qui aliquando fideles fuerunt, vel ſa cramentum receperunt ſicut hæreticis & apoſtatis à fide ſub trahitur communio fidelium in eorum pœnam, ſicut & cęte ris peccatoribus qui adhuc ſubduntur poteſtati eccleſiæ. hæc S. Tho. ibidem ſuper epiſtolam Pauli. Sequitur in litera [qui- bus verbis ſatis oſtendit]. ſ. apoſtolus [per iudicium]. i. ordinẽ iudiciarium. Hu. [ab eccleſiæ communione]. i. à ſocietate [vt ſi per iudicium]. ſ. ordinarium [auferri non poſſunt] vt mali occulti tolerentur potius, ne peruersè quod fit cum paſtor ab eccleſia diſcedens etiam laicos deſerit, vt fugiat malos. Hug. [eos]. ſ. malos [mittat ad gehẽnam]. i. pœnam gehẽnæ. i. ſit oc caſio damnationis eorum, quia & ad hoc. ſ. quòd mali tole- rentur ſi per iudicium non poſſunt auferri, probat Auguſti- nus per exempla ſacræ ſcripturæ [velut in meſſe.] Primum exemplum de quo Matthæi. 3. In area.n. eccleſiæ paleæ non ſeparantur. i. mali [a tritico]. i. bonis. [vſque ad vltimum ven- tilabrum]. ſ. in fine ſeculi, quando ſeparabit bonos à malis. de quo etiam Matthæi. 13. Aliud exemplum ponit ſumptum à Mathæi. 13. de ſagena per quam ſignificatur eccleſia, in qua ſunt boni & mali, donec ſeparentur boni à malis [quando de- ducetur ad litus] id eſt, ad finem ſeculi. [Non.n. eſt contra- rium] Apoſtolus ad Roma. 14. [ſuo domino ſtat] rectè agen- do, & ita remunerandus [aut cadit] peccando. & ita punien- dus, non in quantum eſt contrarium quia non prohibet ibi apoſtolus abſolutè, vt homo hominem nõ iudicet, ſed noluit hominem ab homine iudicari, vel ex arbitrio ſuſpitionis[a]. ſ.
11 temerariè. †Ex ſuſpitione.n. nullus eſt condemnandus. argu. c. 1. & 6. quæſtione. 1. oues. [vel etiam extraordinario] id eſt ordine iudiciario non ſeruato. Bernardus. Et quòd ita ſit pro bat dicens. [alioqui]. i. ſi voluiſſet hominem iudicari ex ſuſpi cione. [cur dixiſſet.] prima ad Corint. 5. ſi quis frater nomina tur aut fornicator &c. niſi quia eam nominationem. i. quæ fit in iudicio per ſententiam ordine iudiciario ſeruato. [Nam ſi
21 quælibet nominatio] id eſt infamatio [ſufficit] eſt arg. †quòd fama quantumcunque ſit publica, non ſufficit ad condemna- tionem. valet quidem ad præſumptionem ſed non ſufficit ad probationem. arg. 35. q. 6. ſi duo. & de conſe. diſtin. 4. ſanctum. & infrà. eo. Deus omnipotens. Hug. & extra de coha cle. tua. & de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ. c. ſuper eo. in gloſſ. & legi- tur & not. extra de præſump. afferte. Archidiaco. ſed bene fa- ma cum alijs adminiculis id eſt, vnius teſtis probat. vt notat. 4. q. 4. ſæpe fit. & extra de appella. c. 1. Archidiacon. [Non er- go] tertia pars. reſpicit ad principium vbi dictum eſt, quod prohibitio à communione eſt medicinalis, quia excommuni catio eſt medicinalis id eſt, occaſio medicinæ id eſt, pœniten tiæ. Hug. extra de ſen. excom. lib. 6. cum medicinalis. Vel dic ſm Lau. quòd ibi dixerat multos eſſe tales. Et ideo dicit qđ de ſua multitudine non confidant, quia non minus &c. ar. 32. q. 7. flagitia. & C. de accu. l. non ideo. & l. non accuſationis. §. nemo. ¶ Sed hic ſurgit quæſtio. quoniam hoc nõ videtur ve rum, quia Hieronymus ſuper Eſaiam inquit, ꝙ ſolatiũ eſt ma lorum inimicos habere ſocios pœnarũ. Ad hoc reſpondetur iuxta Hu. & Arch. quòd illud intelligitur de pœnis quæ in hac vita inferuntur, in quibus ſi quis habet inimicos ſocios, eo- rum afflictio ipſum conſolatur, & etiam quia leuius commu- nia tangunt. Hic autem loquitur Aug. de pœnis poſt diem iu dicij, vbi nullius afflictione alij ſolatium impendet.

S. Thom.

a ¶ Suſpicionis. Suſpitio quæ dicatur vehemens, & q̃ leuis vide Pe. de Ancha. i. c. ex cõicamus. §. qui autẽ n. 2. de hæreti. Et ꝙ ſuſpitio iudicis debet eſſe iuſta & emiſſa ex ꝓbabili cã. idẽ in c. cũ ſpeciali nu 3. de appel.

Quæſtio.

Reſpõdet.

2 *Homo ad hoc vt incedat in via ſalutis tria circa eum ſunt facienda ab eo cuius curæ commiſſus eſt.*
3 *Reduci ad mentem ſuam poteſt aliquis dupliciter.*
5 *Peccatum alicuius poteſt dupliciter conſiderari.*
8 *Correptio eſt duplex.*

9 Correptio

9 *Correptio ex charitate pertinet ad omnes.*
11 *Actus virtuosus debet esse moderatus debitis circunstantijs.*
13 *Præcepta negatiua obligant semper & ad semper.*
17 *Corripere fratrem de venialibus est consilium.*
19 *Corripere potest aliquis alium dupliciter.*
21 *Peccatorum diuisio.*
22 *Peccatum dicitur notorium tripliciter.*
23 *Peccatum penitus occultum est quadruplex.*
24 *Monitio fraterna non requiritur in peccato notorio siue publico. & nume.25.*
Et quid si sit notorium propter infamiam, non propter certitudinem. nume. 26.
27 *Admonitio debet adhiberi quando peccatum est occultum, & speratur correctio.*
28 *Homo per peccatum duplex incurrit damnum.*
29 *Peccatum si est infectiuum aliorum est statim prælato denuntiandum.*
Et quid si vergit in damnum corporale alterius: num. 30.
33 *Prodere est non probanda malitiosè deferre, vel probanda nõ præmissa admonitione.*
34 *Maria quare non dixit Ioseph secretum incarnationis.*
35 *Ioseph quare non petiuit à beata virgine, vnde es tu grauida.*



Diuisio.

SI peccauerit in te. Ad idẽ inducit hoc.c. Au. quod in tres partes diuiditur. In prima ostẽdit authoritate euangelica. s. si peccauerit &c. Mat. 18. & exemplo Ioseph, quòd occulta non sunt puniẽda, vel publicanda. Secundò ostendit qualiter authoritas prædicta euangelica sit intelligenda. s. si peccauerit in te frater tuus &c. & authoritas Apostoli dicentis. Peccantẽ coram omnibus argue, & reducantur ad concordantiã. In tertia ostendit idem documento sui vel alicuius episcopi probi viri. secunda ibi, ergo ipsa. tertia ibi, sic agamus. Circa hanc materiam dominus Archi. pro pleniori declaratione materiæ de correctione fraterna, quæ tangitur in hoc capitulo, & in glo. inducit multas quæstiones, quas sumit de S. Thom. in secũda secundæ. sed cum eas plene non deducat, nec per consequens sufficienter diffiniat. Nos gratia plenioris illustrationis præsentis materiæ disputabimus aliqua dubia, circa correptionẽ fraternam. Et erunt tredecim articuli.

1 Et primo quæritur, vtrum diffinitio qua fraterna correptio diffinitur. quod est admonitio fratris de emendatione delictorum ex charitate procedens, sit conueniens.
4 Secundò, vtrum fraterna correctio sit actus charitatis.
6 ¶ Tertium est vtrum fraterna correptio cadat sub præcepto.
7 ¶ Quartum est, vtrũ fraterna correctio pertineat ad omnes, vel solum ad prælatos suos.
10 ¶ Quintum, vtrũ subditi teneantur corrigere prælatos suos.
12 ¶ Sextum, vtrum correctio fraterna semper necessario sit facienda, an aliquo casu prætermittenda.
14 ¶ Septimum, vtrũ obligati ad correptionem teneãtur quęrere delinquẽtes, quos corrigãt, & nõ expectare ꝙ occurrãt.
15 ¶ Octauum, vtrum religiosi teneantur exire de claustris suis ad homines corrigendos proximos suos.
16 ¶ Nonum, vtrum correctio fraterna se extendat ad omnia peccata parua & magna.
18 ¶ Decimò quæritur, vtrum peccator corrigere debeat delinquentem.
20 ¶ Vndecimũ, vtrũ in correctione fraterna ex necessitate pręcepti admonitio secreta debeat præcedere denuntiationem.
31 ¶ Duodecimum, vtrum testium inductio debeat præcedere publicam denuntiationem.
32 ¶ Decimum tertium, vtrum subditus teneatur obedire prælato ꝑcipienti vt reuelet culpam occultam fratris alterius &c.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur ꝙ prædicta diffinitio fraternæ correctionis, qua dicitur, quod fraterna correctio sit admonitio fratris de emendatione delictorum, ex charitate procedens. Primò sic. Admonere idem est quod ad mentem reducere, & sic nõ est nisi oblitorum, sed fraterna correctio non est tantum de peccatis oblitis, ergo non ponitur conuenienter in diffinitione eius admonitio. ¶ Secundò sic. correctio quandam violentiã sonat, quia idem videtur esse corripere quòd simul rapere. ergo cum admonitio in quandam lenitatem sonet, videt quod correptio non sit admonitio. ¶ Tertiò quæ grauiora sunt magis indigent emendatione, sed transgressiones sunt grauiores omissionibus in genere loquendo. Cum ergo nomine delicti importetur omissio, nomine autem peccati transgressio, videtur quod magis debet dici fraterna correptio admonitio de emendatione peccatorum quàm delictorum. ¶ In oppositũ est diffinitio communis & magistralis. Respõdeo, dico quod prædicta diffinitio est conueniens. Pro huius conclusionis declaratione iuxta S. Thom. in 4. disti. 19. & dominum Durandum, & Petrum de palude notandum † quòd ad hoc quòd homo in via salutis incedat, tria circa ipsum sunt facienda ab eo cuius curę commissus est. Primò debet in finem debitum ordinari, & quantum ad hoc dicitur superior inferiorẽ sibi commissum dirigere. Secundò vt adhibeat cautelam, & documentum ne à fine præstito deuiet, vel discedat. & secundum hoc dicitur eum corrigere, quæ correctio quãdoque ordinatur ad hoc quod rectitudo iustitiæ fiat ab ipso, qui corrigitur, quod fit quando ille qui corrigitur ex cura sibi impensa melioratur. Et ad virtutis statum reducitur. Quandoque vero ordinatur correctio non ad hoc, quod actus virtutis iustitiæ fiat ab eo, qui corrigitur, sed magis vt iustitia fiat de ipso sicut quando pœnæ & tormenta infliguntur, esto quòd ille qui sustinet nõ emendetur. Secundò notandum, quòd declinãs à rectitudine virtutis duobus modis potest ad ipsam reduci ſm philosophum. 10. Ethicorum. s. per odium siue terrorem turpis, vt cum quis abominatur vilitatem peccati, & timet confusionẽ inde cõsequentem. hoc. n. modo procedit correctio, quia est admonitio non de re oblita. sed de peccato, per quod vt dicit philosophus homo excedit ab intellectu, vt reuertatur ad lucem intellectus regentis per vniuersalia iuris qui nõ errat. vnde Esa. 43. Redite præuaricatores ad cor. vt dicit Albertus & Vlrichus. Secundò per timorem siue odium tristis. i. pęnæ vel illatæ vel quæ timetur inferri. vt cum ille qui propter vilitatẽ peccati non abstinet, saltem propter tormenta ratione peccati illata vel inferenda resilijt à peccato. Et quia iste secundus modus fit cum difficultate & violentia, ideo propriè dicitur correctio. per. c. quasi vsque ad rectitudinem virtutis perducens. Sed primus modus dicitur correctio. per. p. Illa. n. rapi dicuntur, quæ subito auferũtur. vnde & syllaba corripi dicitur, quæ raptim & subito pronuntiaẽ. Et ideo cum homo ex hoc solo ꝙ ei turpitudo peccati ostenditur, bonitas ac pulchritudo virtutis ipse per se ad virtutem mouetur, & ad viam rectitudinis reuertitur corripi dicitur. Ex quo patet ꝙ primus modus solis prælatis conuenit. s. correctio. quorũ verba vim coactiuam habent per inflictionem pœnarum. sed secũdus modus. s. correptionis per. p. prælationis ordinem non: quamuis prælationis ordo illum requirat quia primus modus adhiberi non debet, nisi vbi secundus locũ non habet etiam à prælatis. Et ideo correptio q̃n præter prælationis ordinẽ fit, vocaẽ fraterna, quæ in prædicta designatione notificatur ꝑ tria quę ibi ponuntur. s. actus ipse. cum dr̃ admonitio fratris. Finis cũ dicitur de emẽdatione delictorũ. principiũ cũ dr̃ ex fraterna charitate ꝓcedẽs. ¶ His habitis dicendum est ad rõnes in oppositũ. Ad primã respondeẽ iuxta S. Tho. † ꝙ aliqs põt reduci ad mentem suam dupliciter. vno modo q̃tum ad cognitionẽ speculatiuam. Alio modo quantum ad cognitionem practicam, quæ per ignorantiam electionis intercipitur. & sic dupliciter aliquis ad mẽtem reducitur. vno modo cum coactione quadam vel factione, sicut cũ quis puniẽ vel verbis habẽtibus vim coactiuam, sicut cũ aliqd alicui præcipiẽ, & hoc ad corrigentẽ ꝑtinet. Alio modo per verba tm̃, quæ vim coactiuã nõ habent, & talia verba admonitoria dicuntur. Et ideo cum hic modus ad corripientem pertineat, correptio nihil aliud est, quam admonitio & eiusdem potentiæ actus est cuius est imperium. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ corripere dr̃ hic a rapiendo quantum ad hoc ꝙ statim & subito rapina exercetur, sicut dicitur syllaba corripi, quæ statim & subito pronuntiatur. Non autem in quantum rapina violẽtiam aliquam habet, nisi quantum ad hoc, ꝙ corripiens à sua voluntate qua peccauit auertere peccantem nititur. & sic est ibi aliquid simile violentiæ ſm id quod est contrarium voluntati violentum dicitur. ¶ Ad tertiam respondetur ſm S. Th. qđ nullus mouetur ex odio vel timore turpi, nisi illi cui iam inest aliqualiter volũtas pulchri, & boni. & ideo cum correptio ex hac via procedat, vt dictum est, propriè illi competit vt corripiatur, qui habet propositum boni à quo tamen vel propter ignorantiã vel propter aliquam desidiam auertiẽ. Et ideo magis propriè respicit omissionem, quæ etiam in ipsa considerari potest, quã transgressionis peruersitatem. Et propter hoc conuenientius dicitur delictorum quam peccatorũ, & hæc de primo articu.

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar.

Opponit & Resp. S. Thom. Durandus. Petrus de palude. Albertus. Vlrichus. Ad primũ argu. Ad secũdũ. Ad tertiũ.

4 **Ad ſecundum.** Sic proceditur.† Et videtur quod fraterna correctio non ſit actus, charitatis. Primò ſic. dicit.n.gl. Matt. 18. ſuper illud. ſi peccaue rit in te frater tuus &c. ꝙ frater eſt arguendus ex zelo iuſtitię ſed iuſtitia eſt virtus diſtincta à charitate. ergo correptio fra terna non eſt actus charitatis ſed iuſtitiæ. ¶ Secundò ſic. correctio fraterna vt dictum eſt in ſuperiori quæſtione fit per ad monitionẽ ſecretam, ſed admonitio vr̃ eſſe cõſilium quoddã quod pertinet ad prudentiam. prudentiæ.n. eſt bene conſiliari vt dicitur. 6. Ethicorũ. ergo fraterna correctio nõ eſt actus charitatis ſed prudentiæ. ¶ Tertiò ſic. contrarij actus nõ per tinent ad eandẽ virtutem, ſed ſupportare peccantẽ, eſt actus charitatis. ẜm illud ad Gal. 6. alter alteri⁹ onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti, quæ eſt lex charitatis. ergo videt̃ ꝙ corripere peccantem quod eſt contrarium ſupportationi, nõ ſit actus charitatis. ¶ In oppoſitum arguitur ex diffinitio ne fraternę correptionis poſitæ ſuperius, in qua dicitur quod eſt fratris admonitio ex charitate procedens. ¶ Reſpondeo dicendum, quod correptio fraterna eſt actus virtutis charita tis. Iſta concluſio probatur ſic: corripere delinquẽtem eſt eleemoſyna eſt quædam ſpiritualis. 45. di. 3. in fi. & extra de ſpõ. inter opera. ſed eleemoſyna eſt actus charitatis. diſ. 42. §. 1. & c. quieſcamus. ergo & correptio fraterna. Pro cuius concluſionis pleniori intelligentia eſt notandum iuxta S. Tho. in 2. 2. q. 33. ar. 1. quod correptio delinquentis eſt quoddam remediũ,

5 quod debet adhiberi contra peccatum alicuius.† Peccatũ aũt alicuius dupliciter conſiderari poteſt. Vno quidem modo inquantum eſt nociuum ei qui peccat. Alio modo in quantum vergit in nocumentum aliorum, qui ex eius peccato lædunt̃, vel ſcandalizantur. & etiam in quantum eſt in nocumentum boni communis, cuius iuſtitia per peccatum hominis pertur batur. Duplex ergo eſt correptio delinquentis, vna quidẽ quę adhibet remedium peccato, in quãtum eſt quoddam malum ipſius peccantis. Et iſta eſt propriè fraterna correptio quæ or dinat̃ ad emendationẽ delinquẽtis. Remouere aũt malũ alicuius eiuſdẽ rationis eſt & bonũ eius procurare. Procurare autem bonum fratris pertinet ad charitatẽ, per quam volumus, & operamur bonum amico. vnde etiã correptio fraterna eſt actus charitatis, quia per eam repellimus malũ fratris, ſi peccatum eſt, cuius remotio magis pertinet ad charitatem, quam etiam remotio exterioris damni vel etiam corporalis nocumenti. Quanto contrarium bonum virtutis eſt affine charitati, quam bonum corporis, vel exteriorum rerum. vnde corre ptio fraterna magis eſt actus charitatis, quam curatio infirmi tatis corporalis vel ſubuẽtio qua excluditur exterior egeſtas. Alia vero eſt correptio quæ adhibet remedium peccati delin quentis, ſecundum ꝙ eſt malum aliorum, & etiam præcipuè in nocumentum communis boni, & talis correctio eſt actus iuſtitiæ cuius eſt conſeruare rectitudinem iuſtitiæ vnius ad alium. ¶ His habitis dicẽdum eſt ad rationes in oppoſitum.

Ad primũ argu.

Ad primam reſpondetur quod gl. illa loquitur de ſecũda correctione, quæ eſt actus iuſtitiæ, vel ſi loquatur etiam de prima iuſtitia ibi ſumitur ẜm quòd eſt vniuerſalis virtus. prout etiã omne peccatum eſt iniquitas. prima Io. 3. quaſi contra iuſtitiã exiſtens. ¶ Ad ſecundam reſpondetur, ꝙ ſicut Philoſophus dicit. 6. Ethicorum. Prudentia facit rectitudinem in his quæ ſunt ad finem, de quibus eſt conſilium & electio, tamen cum per prudentiam aliquid rectè agimus ad finem alicuius moralis virtutis, puta temperantiæ vel fortitudinis, actus ille eſt principaliter illius virtutis ad cuius finẽ ordinatur. quia ergo admonitio quæ fit in correptione fraterna ordinatur ad admo nendum peccatum fratris, quod pertinet ad charitatem, mani feſtum eſt, quod talis admonitio principaliter eſt actus chari tatis, quaſi imperantis. prudentiæ vero ſecundario, quaſi exe quentis & dirigentis actum. ¶ Ad tertiam reſpondetur negã do minorem, videlicet quod correptio fraterna opponatur ſupportationi infirmorum. ſed magis ex ea cõſequitur: tantũ .n. aliquis ſupportat per charitatẽ, in qtũ cõtra eũ non turbat̃, ſed beneuolẽtiam ad eũ ſeruat, & ex hoc cõtingit quòd eum ſatagit emendare, vt dicit S. Tho. & hæc de ſecundo articulo.

6 **Ad tertium.** Sic proceditur.† Et videtur qđ fraterna correptio non cadat ſub præcepto. Primo ſic. Omiſsio diuini præcepti eſt peccatũ mortale. ar. di. 8. quæ contra. & 32. q. 2. flagitia. ſed omiſsio correptionis fraternæ non eſt peccatum mortale. ergo &c. patet minor qa talis omiſsio reperitur in ſanctis viris. Dicit.n. Aug. primo de ciui. Dei. Non ſolum inferiores ſed etiã illi qui ſuperioris vitæ gradum tenent, ab aliorum repręhẽſione ſe abſtinent, ꝓpter quædam vincula cupiditatis non propter officia charitatis. ¶ Secundò ſic. Omnia præcepta diuina ad præcepta decẽ decalogi reducuntur, ſed correptio fraterna non cadit ſub aliquo præcepto. ergo &c. ¶ Tertiò ſic. nihil quod eſt impoſsibile cadit ſub præcepto, ẜm illud Hie. maledictus qui dicit deũ aliquid impoſsibile præcepiſſe. ſed Eccl. 7. dicitur. Conſidera opera Dei, quod nemo poſsit corrigere quem ille deſpexerit. ergo correptio fraterna non eſt in præcepto. ¶ In oppoſitũ ar guitur ex illo qđ ait gl. ſuꝑ ver. præſentis. c. ſi peccauerit &c. Dicit.n. ita peccat qui fratrem ſuum peccare videt, & tacet, ſicut qui peccanti non indulget, ſed ad indulgendum peccanti oẽs ex præcepto charitatis tenentur. ergo & ad corripiendũ delinquentes. ¶ Reſpondeo dicẽdum, quod correptio fraterna cadit ſub præcepto. Iſta concluſio patet authoritatibus, & rationibus. Authoritate primo patet quia in authoritate prædicta euangelij dicitur, vade, & corripe. ergo cũ ſint verba imperatiua cadunt ſub præcepto. ar. 14. q. 1. c. quod præcipitur. & extra de ver. ſig. in his. Secundò dicit Aug. li. de verbis dñi. Si neglexeris corrigere, peior factus es eo qui peccauit, propter hoc factus eſt malus quia fecit contra præceptum. ergo negli gens corripere ꝙ fit deterior multo fortius facit cõtra præce ptũ. & ita patet qđ fraterna correptio cadit ſub pręcepto. Ratione ſic primo iuxta S. Tho. & dñm Durandum facere eleemoſynam pro loco & tempore cadit ſub præcepto, quod verum eſt non ſolum de eleemoſynis corporalibus ſed multo fortius de ſpiritualibus cum ſint potiores & magis neceſſariæ, ſed corripere delinquentem eſt eleemoſyna ſpiritualis. vt patet. Dicit.n. Ambroſius Paſce fame morientem, quem ſi non pauiſti occidiſti. di. 86. c. paſce. ergo correptio fraterna pro loco & tempore cadit ſub præcepto. ¶ Secundò ſic. per præcepta diuina ſufficienter ordinatur vita humana in his quę per tinent ad ſalutem, ſed non ſufficienter ordinaretur, niſi corre ptio fraterna caderet ſub præcepto. ergo &c. minor declarat̃ ſic. Conuerſatio hominum ẜm vitam humanam aſsimilatur exercitui. vnde Iob. 7. dicit̃. Militia eſt vita hominis ſuper ter ram. In exercitu autem eſt duplex ordo. vnus quo omnes de exercitu ordinantur ad ducem, vt ei obediant & ab eo regant̃. Alius quo ſinguli de exercitu ordinantur ad inuicẽ, vt vnus al teri auxilium præbeat. & vterq; ordo neceſſarius eſt ad conſe quẽdum finem. ſ. victoriam, ad quã ex ordinatione ducis totus exercitus ordinatur. ergo in conuerſatione vitæ chriſtianę, & eorum qui in aliqua communitate viuunt eſt duplex or dõ. vnus ad prælatũ qui habet eos regere, & cui omnes tenen tur obedire. Alius ſingulorũ ad inuicem, ex quo ordine vnus habet alij auxilium inferre ad conſequẽdam ſalutem. Sicut er go primus ordo cadit ſub præcepto, ratione cuius incumbit prælatis vt ſubditorum curam gerant, & ſubditis vt ſuis præ latis obediant. Ita & ſecũdus ordo cadit ſub præcepto, vt ſub diti ſibi inuicem auxilium ferant, nõ ſolum in corporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus magis. Cũ igitur maximum auxiliũ in ſpiritualibus adhibeatur homini per correptionem fraternam, apparet quod ipſa cadit ſub præcepto diuino, eſt ratio S. Tho. in 4. di. 19. Et repetit eam Durãdus. ¶ Tertiò ſic. iuxta eundem Duram. & Richar. de media villa. Sicut ſe habẽt mẽ bra in corpore naturali ad actus naturales, ſic ſe habent fideles ad actus charitatis, per quam connectũtur vt membra in vno corpore. Hoc patet ex dicto apoſtoli ad Ro. 12. ſic dicentis. Sicut in vno corpore multa membra habemus, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto. ſinguli autem membra. Sed in corpore naturali membra pro ſe inuicem ſunt ſolicita, & vnũ pellit malum alterius quantum poteſt. ſicut dicit idem Apoſtolus. 1. ad Cor. 12. Ergo fideles qui ſunt in eccleſia, tanꝗ vnius corporis membra, ex ordine charitatis tenentur malum aliorum pellere quantum poſſunt. Hoc autẽ fit præcipuè per cor reptionem fraternam. Quare patet ꝙ ipſa cadit ſub pręcepto. ¶ Quartò ſic. Qui poteſt iuuare proximum, & non iuuat, cõ uincit̃ ſummum non amare paſtorem. 8. q. 1. in ſcripturis. Si ergo non diligit manet in morte. de Pœ. di. 1. omnis qui. ergo correptio ipſa fraterna (per quam auxilium præſtatur proximo) cadit ſub præcepto. ¶ His habitis dicendum eſt ad ratio nes in oppoſitum. Ad primam reſpondetur, ꝙ correptio fra terna præceptum affirmatiuum eſt, & ideo obligat non abſo lute, ſed circunſtantijs debitis obſeruatis, ſicut plenius decla rabitur inferius. poteſt autẽ iſta correptio omitti tripliciter, vt dicit S. Th. in 2. 2. Primò meritoriè quando. ſ. ex charitate aliquis correptionem omittit. Dicit.n. Au. primo de ciui. Dei. ſi propterea aliquis obiurgandis & malè agentibus parcit, qa opportunius tempus inquiritur, vel eis metuit ne deteriores fiant, vel

Margin notes (left column): Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Reſpõdet. — S. Thom. — Ad primũ argu. — Ad ſecũdũ. — Ad tertiũ. — Primũ ar. — Auguſt.

Margin notes (right column): Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Auguſt. — S. Thom. Durãdus. — Durandus. Richar. de media vil. — Ad primũ argu. — S. Thom. Auguſt.

fiant, vel ad bonam vitam & piam erudiendos impediant, vel infirmos præmant, & à fide auertant, non videtur eſſe occaſio cupiditatis, ſed conſilium charitatis. vnde quotieſcunq; dimittitur propter bonum ſpirituale proximi meritum eſt. ¶ Secundò prætermittitur fraterna correptio cum peccato mortali, quando formidatur vt ibi dicitur iudicium vulgi, & carnis excruciatio, vel peremptio, dum tamẽ dominentur in animo ꝙ fraternæ charitati præponatur. Ex hoc videtur contingere qñ aliquis præſumit de aliquo delinquente probabiliter, quod poſſet eum à peccato retrahere, & tamen propter timorẽ vel cupiditatem prætermittit. ¶ Tertio talis omiſsio eſt peccatũ veniale. ſ. qñ timor mundanus & cupiditas tardiorem faciũt hominem ad corrigendum delicta fratris, non tamen ita, ꝙ ſi ei conſtaret ꝙ fratrem poſſet à peccato retrahere propter timorem vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo ſuo proponit charitatem fraternam. Et hoc modo qñq; viri ſancti negligunt corrigere delinquentes. Et de hoc modo quo omittitur correptio fraterna loquitur Au. in authoritate inducta, &

Ad ſecũdũ S. Thom.

tunc eſt ſolum peccatum veniale, quod poteſt eſſe in viris ſanctis. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando minorẽ. Dicimus .n. cum S. Tho. ꝙ omnia præcepta quæ pertinent ad impẽdẽdum aliquod beneficium proximo reducuntur ad præceptũ de honoratione parentum. Ponitur autem expreſſe de honore parentum, quia hoc cadit ſtatim in ratione cuiuſlibet. Nõ autem ſic de alijs beneficijs. vt dicit S. Th. in quæſtionibus diſputatis vbi de correctione fraterna.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiam reſpondetur, quod correptio fraterna non eſt impoſsibilis imo poſsibilis, quia eam præcepit Chriſtus. Matt. 18. & in c. præſenti ad probationem reſpondetur ꝙ procedit quoniam non conſtat nobis qui ſint à Deo reprobati, & deſpecti. Hinc eſt, quod vt Auguſtin. dicit lib. de correc. & gratia neſciẽtes quis pertineat ad prædeſtinatorum numerum, & quis non pertineat, ſic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus ſaluos fieri. Et ideo omnibus debemus fraternæ correptionis officium impendere ſub ſpe diuini auxilij.

7 **Ad quartum.** Sic proceditur. †Et videtur qđ correctio fraterna ad omnes pertineat,

Primũ ar.

vel ſolum ad prelatos. Primò ſic. dicit .n. Hiero. Sacerdotes ſtudeant illud euangelij implere. ſic peccauerit frtater tuus &c. ſed nomine ſacerdotum conſueuerant deſignari prælati, qui habent curam aliorum. ergo videtur ꝙ ad ſolos prælatos pertineat fraterna correptio.

Secũdũ ar.

¶ Secũdò ſic. ſoli Petro dictum eſt ſi peccauerit in te &c. ſed Petrus eſt prælatus aliorum. ergo ex forma præcepti ad hoc non obligantur niſi prælati

Tertiũ ar.

¶ Tertiò ſic. ille qui corripit alium mouet eum ſua admonitione ad melius ſed in rebus naturalibus inferiora mouentur à ſuperioribus. ergo etiam ſm ordinem virtutis qui ſequitur ordinẽ naturæ ad ſolos prælatos pertinet inferiores corrigere.

Quartũ ar. Opponit i cõtrarium.

¶ Quartò ſic. Curam impendit qui corrigit ſed curam non habet niſi prælatus. ergo &c. ¶ In oppoſitũ arguitur dicit gl. ſuper illud Matt. 18. ſi peccauerit &c. Ita peccant qui vident peccare fratrẽ, & tacent ſicut qui peccanti non indulget, ſed omnes equaliter maiores & minores viri & fęminæ religioſi & ſeculares tenentur indulgere proximo peccanti. ergo ſimiliter ad correptionẽ fraternam.

Reſpõdet. 8

¶ Reſpondeo dicendum †ꝙ duplex eſt correptio. Vna quidem quæ eſt actus charitatis quæ ſpecialiter ad emendationem fratris delinquentis per ſimplicem admonitionem ordinatur. Et de tali correptione ponitur con-

Prima cõcluſio. 9

cluſio prima† qđ huiuſmodi correptio ex charitate pertinet ad omnes ſiue ꝙ ad eam ex charitate oẽs tenentur. Patet iſta concluſio ex ipſo tex. Dicitur .n. ſi pecccauerit in te frater corripe. Sed nomine fratris ibi intelligitur omnis proximus. ergo etiam ex parte corripiẽtis omnis homo ſupponitur, ratione ſic. Maior debet eſſe vnitas & coniunctio membrorũ corporis myſtici, quam corporis humani, ſed in corpore humano vnum membrum tenetur alij ſeruire, & ipſum iuuare. ergo multo fortius in corpore myſtico, ſed hæc eſt prima defenſio & facilior quod dicat membrum membro. i. frater fratri defectum ſuum vt caueat. ergo quilibet qui vult eſſe mem-

Secũda cõcluſio.

brum Chriſti ad hoc tenetur. ¶ Secunda concluſio, ad correptionem iſtam ex officio tantum tenentur prælati. Iſta cõcluſio eſt Alber. in 4. di. 19. patet concluſio ex authoritate inducta Hieronymi. Alia vero correctio eſt quæ eſt actus iuſtitię per quam intenditur bonum commune, quod non ſolũ procuratur per admonitionem fratris, ſed interdum etiã per punitionem, vt alij à peccato timentes deſiſtant. Et de tali corre-

Tertia cõcluſio.

ctione eſt concluſio tertia, quod iſta correctio ad ſolos prælatos pertinet. patet concluſio, quia ſoli iſti ratione authoritatis non ſolum habent admonere, ſed ẽt cogere puniendo. ¶ Nũc dicendum eſt rationes in oppoſitum.

Ad primũ argu. S. Thom.

Ad rationem reſpondetur dupliciter. primo iuxta S. Tho. in 4. ꝙ Hieronymus loquitur ibi de correctione ſecunda quæ fit non ſolum verbo, ſed verbere. quod patet ex hoc quod ſubiungitur, quæ eſt .n. miſericordia parcere vni & omnes in diſcrimine adducere, quæ cõpetit ſolum prælatis, qui habent vim coactiuam ſuper ſubditos quam non habet frater in fratrem.

Albertus. S.Thom.

Concordat Alb. Secundò reſpondetur iuxta S. Tho. in 2. 2. ꝙ ideo ſolum ſacerdotes nominat Hieronymi. nõ quia ad ſolos eos pertineat præceptum de correptioue fraterna, ſed quia ſpecialius ad eos pertinet ſicut diximus authoritate & officio, quia ſicut dicit Aug.

Auguſt.

primo de ciui. Dei. grauior eſt cauſa prælatorum in correctione fraterna, quam aliorũ. ſicut .n. corporalia beneficia potius debet aliquis exhibere illis, quorum curam corporalẽ habet, ita & beneficia ſpiritualia. Puta correctionem doctrinam, & alia huiuſmodi magis debet exhibere illis, qui ſunt ſuæ ſpirituali curę commiſsi. Non ergo intendit Hieronymus qđ ad ſolos ſacerdotes pertineat præceptum de correptione fraterna, ſed quia ad hos pertinet ſpecialiter.

Ad ſecũdũ

¶ Ad ſecundam reſpõdetur dupliciter. Primò ꝙ ideo ad Petrum ſpecialiter dictum eſt ſi peccauerit &c. quia prælati ſpecialius tenentur (vt dictũ eſt) ad correptionem videlicet & ex charitate, & authoritate

Albertus magnus.

& officio. vt dicit Albert. mag. Secundò reſpondetur ꝙ dictũ eſt Petro vt fratri æquali, non vt geſsit figuram prælati. vnde dicit ſi peccauerit frater tuus &c. nõ dicit ſubditus tu⁹.

Ad tertiũ. S.Thom.

¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequẽtiam. & ratio eſt ſm S. Tho. quia etiam in rebus naturalibus quædam mutuo in ſe agunt, quia quantum ad aliquid ſunt ſm ſe inuicem ſuperiora. prout. ſ. vtrunq; quoddammodo eſt in potentia & quodãmodo in actu reſpectu alterius, & ſimliter aliquis inquantum habet ſanum rationis in iudicium in hoc in quo alter delinquit poteſt eum corrigere, licet non ſit ſimpliciter ſuperior ſed ſm quid. ſm quod dicitur ꝙ qui maiori ratione nititur ſuperior eſſe videtur. 20. di. §. 1.

Ad quartũ

¶ Ad quartam reſpondetur iuxta S. Tho. in 4. ꝙ curam alicuius poteſt habere quis dupliciter. ſ. ſimpliciter & ſm quid. Simpliciter quidem curã alicuius habet cuius diſpoſitioni totum regimen vitæ ipſius ſubditur, quia prouidentia & cura reſpiciunt ordinem ad finem ad quẽ homo per totam vitam ſuam tendit & ſic curam alterius nõ habet niſi prælatus qui habet propter hoc ſuper ſubditum imperium. ſed ſm quid quantum ad aliquid vt ad ſubueniẽdum in aliquo particulari caſu, quilibet habet curam alterius quia vnicuique mandauit dominus de proximo ſuo. Eccl. 17. & ſecundum Apoſtolum primo ad Cor. 12. per ſe inuicem ſolicita ſunt membra, & ſic patet reſponſio, quoniam qui corrigit
10 habet aliquam curam, vel ſimpliciter vel ſecundum quid.

Ad quintum. Sic proceditur.† Et videtur ꝙ ad ſubditos non pertineat corrigere prelatos ſuos.

Primũ ar.

Primò ſic dicitur Exo. 19. Beſtia quæ tetigerit montem lapidabitur. & ſecũdi Reg. 6. dicitur ꝙ Oza percuſſus eſt à domino, quia tetigit arcam, ſed per montem & arcam ſignificatur prælatus, per beſtiam & ozam, ſubditi. ergo prælati nõ ſunt corrigendi à ſubditis.

Secũdũ ar.

¶ Secundò ſic. Dionyſius in epiſtolis ſuis redarguit Demophilum monachum de hoc quod ſacerdotẽ corripuerat, quia erat eo ſuperior. ergo fraterna correptio nõ ſe extendit ad ſuperiores.

Tertiũ ar.

¶ Tertiò ſic dicit beatus Greg. Superiorum vitam corrigere non præſumat, niſi qui de ſe meliora ſentit ſed aliquis non debet de ſe meliora ſentire q̃ de prælato ſuo. ergo prælati nõ ſunt à ſubditis corrigẽdi.

Opponit i contrariũ. Reſpõdet. S.Thom.

¶ In oppoſitũ arguitur ſic. nomine fratris intelligitur oĩs homo, ſed in forma præcepti vtitur domin⁹ nomine fratris. ergo ad omnes homines extenditur correptio fraterna. Reſpõdeo dicendum ꝙ vt dicit S. Tho. in 4. quidam dixerunt, ꝙ correptio fraterna non ſe extendit ad prælatos. Tum quia nõ debet homo ponere os in cœlum. Tum quia de facili ſcandalizari prælati poſſent ſi à ſubditis corriperentur. ſed hæc opi. non eſt bona, nec id quod inducitur aliquid valet. Tũ quia prælati in q̃tum peccant non ſunt cœlum. & ſm hoc eis correptio debetur. Tum quia is qui eos charitatiuè corripit non ponit os in eos. i. contra eos, ſed pro eis, quia ad vtilitatem eorum eos admonet. Tũ quia nemo præſumere debet de prælato quod iniuſtè ſcandalizetur, niſi contrarium cõſtet, quia ipſi ſunt in ſtatu perfectionis. Scandalum autem paſsiuum non conuenit pfectis, ſed puſillis. Et ideo dicẽdum eſt, quod prælatus ex hoc ꝙ eſt perſona publica, & vicẽ Dei ſuper ſubditos gerens, non amittit ea, quæ ſunt propria illius ſingularis perſonæ. Et ideo omnia illa quæ debentur alicui ex affectu fraterno, qui ad omnes homines

nes homines habendus est, etiam prælato debentur sicut & ipse alijs ea quæ affectus charitatis expostulat nec ab his ratione prælationis excusatur. Et ideo est aliorum opinio vera, qđ præceptum de fraterna correptione se extendit etiam ad prælatos, quæ etiam ratione sic probatur. Correptio fraterna cũ sit spiritualis eleemosyna opus misericordiæ est, sed misericordia prælato debetur qui in maximo periculo constitutus est. vnde Aug. dicit in regula. Non solum autem vestri, sed ẽt ipsius. s. prælati miseremini, qui inter vos, quanto in loco superiori tanto in periculo maiori versatur. ergo correptio fraterna

11 na se extendit etiam ad prælatos. † Verum notandum ꝙ quia a actus virtuosus debet esse moderatus debitis circunstantijs. Ideo in correptione qua subditi corrigũt prælatos debet modus congruus adhiberi vt. s. non cum proteruia & duritia, sed cum mansuetudine & reuerentia corrigãtur. vnde apostolus dicit prima ad Ti. 4. Seniorem ne increpaueris sed obsecra vt patrem. Et ideo Dionysius redarguit Demophilũ monachũ. quia sacerdotem irreuerenter correxerat, eum percutiens, &

Albertus. de ecclesia eijciens. Concordat Albertus qui in 4. ait ꝙ ex sententia sapientum moderamen est habendum respiciendo ad quatuor. s. ad quantitatem culpæ delinquentis, & spem emendationis & statum personæ quæ admonetur, & zelũ, qui mouet corrigentẽ. Si. n. culpa leuis sit, & timetur ne turbatio grauior sequatur, non tenetur corrigere quia pœnis suscitatur. ¶ Item si probabiliter speratur de emenda non tenetur corripere, nihil faceret nisi prouocaret ad peius. Itẽ si status altus est personæ cũ reuerentia & excusatione delicti debet potius admonere quàm corripere & rogare potius quam increpare. ¶ Quartò si videt ex rancore vel inuidia moueri vel aliqua alia radice tunc non debet facere, quia tales cito prorumpũt in

Ad primũ argu. verba contumeliæ & tunc de minori malo factum est maius malum. & hæc distinctio est optima. hæc Albertus. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur ꝙ tunc prælatus inordinate tangi videtur quando irreuerenter obiurgatur, vel etiam quãdo ei detrahitur. & hoc significatur

Ad secũdũ per contactum montis & arcę damnatum à Deo. ¶ Ad secun

Ad tertiũ. dam patet responsio ex dictis. ¶ Ad tertiam respondet iuxta

S. Thom. S. Tho. in 2. 2. & in 4. ꝙ licet præsumere esse simpliciter meliorem quã prælatus suus sit videatur esse præsumptuosæ superbiæ nihilominus æstimare esse meliorem, quantum ad aliquid non est præsumptionis. quia nullus est in hac vita qui nõ habeat aliquem defectum, & ita est pręsumptuosum quantũ ad aliquid factum, si prælatus non faciat illud si meliora sentiret. Et ita in illo facto potest licitè corrigere prælatum.

12 **Ad sextum.** Sic procedit. † Et videtur ꝙ correptio fraterna nunquam sit prætermittẽda.

Primũ ar. Et primò arguitur quod non sit prætermittenda. propter timorem ne correptus fiat deterior. quia peccatum est quædã infirmitas animæ ꝯm illud psal. Miserere mei Deus quoniam infirmus sum. sed ille cui imminet cura infirmi etiã propter eius contradictionem vel contemptum non debet cessare. qa tunc imminet maius periculum, sicut patet circa furiosos. ergo multo magis debet homo peccantem corrigere, quantũ-

Secũdũ ar. cunque grauiter ferat. ¶ Secundò arguitur qđ etiam non sit prætermittenda propter scandalum eius qui corripitur. quia ꝯm Hier. veritas vitę non est dimittenda propter scãdalum. præcepta autem Dei pertinent ad veritatem vitæ. Cum ergo correptio fraterna cadat sub præcepto. vt supra habitũ est articulo. 3. ergo videtur ꝙ non sit dimittenda propter scanda

Tertiũ ar. lum eius qui corrigitur. ¶ Tertiò arguitur ꝙ non sit dimittẽda propter hoc ꝙ timeatur, ꝙ fiat correptus deterior sic ꝯm Apostolum ad Ro. 3. non sunt facienda mala, vt inde eueniãt bona. ergo pari ratione non sunt prætermittẽda bona, ne eueniant mala. Sed correptio fraterna est quoddam bonum. ergo non est prætermittenda propter timorem, ne ille qui corripi

Quartũ ar. tur fiat deterior. ¶ Quartò arguitur ꝙ non est correptio prætermittenda propter iniuriam aut infamiam quam correptus corrigenti inferre posset. Prouerbio. 18. dicitur qui erudit derisorem, qui arguit ipsum maculam sibi generat. Noli ergo arguere derisorem ne odiat te. sed quilibet debet se plus diligere, quam aliũ. ergo cum hoc sibi timet accidere de correptio

Quĩtũ ar. ne non tenetur corripere. ¶ Quintò arguitur ꝙ correptio sit etiam prætermittenda propter damnum proprium, quod sibi timet si corriperet. quia nemo tenetur militare proprijs stipẽdijs. vt dicit apostolus. 1. ad Cor. 9. ergo multo fortius nec

Opponit ĩ cõtrarium. damno proprio. ¶ In oppositum arguitur ex illo Prouerb. 9. Noli arguere derisorem ne oderit te. vbi dicit glo. non est timendum ne ubi derisor cum arguitur contumelias inferat. sed hoc potius prouidendum est ne coactus ad odium peior fiat. ergo aliquo casu cessandum est à correptione. ¶ Respon

Respõdet. deo dicendum. ꝙ sæpe dictum est quòd duplex est correptio delinquentis, vna quidem pertinens ad prælatos quæ ordinaẽ ad bonum commune. & habet vim coactiuã. & de tali sit ista conclusio. quòd talis correctio non dimittenda propter turbationem eius qui corripitur. patet ista conclusio iuxta S. Th. in 2. 2. Tũ primo. quia & si propria sponte talis emendari nõ velit cogendus est per pœnas vt peccare desistat. ar. di. 4. factæ sunt. & optimæ. 23. q. 5. qui vitijs non est crudelis. Tum secũ

a dò. quia etiã si incorrigibilis sit [a] per hoc ꝙ prouidetur bono communi dum seruatur ordo iustitiæ, & vnius exemplo alij deterrentur. vnde iudex non prætermittit ferre sententiã condemnationis in peccantem, propter timorem turbationis ipsius vel etiam amicorum eius. Alia est correctio fraterna, cuius finis est emendatio delinquentis, non habẽs coactionem sed simplicem admonitionem. Et de ista est talis conclusio ꝙ aliquando prætermittenda est. Pro cuius conclusionis pleniori notitia est sciendum, quòd correptio fraterna cadit sub præcepto non negatiuo sed affirmatiuo. Est autem pro differẽtia ista considerandum. quòd sicut præcepta negatiua legis prohibent actus peccatorum. Ita præcepta affirmatiua inducũt ad actus virtutum. Actus autũ peccatorum sunt ꝯm se mali, & nullo modo possunt bene fieri, nec aliquo tẽpore, nec aliquo loco, quia ꝯm se sunt cõiuncta malo fini. vt dicitur. 2. Ethic.

a ¶ Incorrigibilis sit. In corrigibilis quis dicaẽ vide P. de Anc. in c. cũ nõ ab hoĩe. n. 18. de iudi.

13 † Et ideo præcepta negatiua obligant semper, & ad semper, sed actus virtutum nõ quolibet fieri debet sed obseruatis debitis circunstantijs quæ requiruntur ad hoc, quòd sit actus, virtuosus, vt. s. fiat vbi debet, & quando debet, & ꝯm quod debet. Et quia dispositio eorum quæ sunt ad finem attẽditur secundum rationem finis in istis circunstantijs virtuosi actus, præcipuè attendenda est ratio finis. qui est bonum virtutis. Si igitur sit aliqua talis omissio alicuius circunstantiæ circa virtuosum actum, quæ totaliter tollit bonum virtutis, hoc contrariatur præcepto. Si autem sit defectus alicuius circunstantiæ, quæ non totaliter tollat virtutem, licet nõ perfectè attingat ad bonum virtutis, non est contra præceptum. vnde dicit Philosophus. 2. Ethic. quòd si parum discordatur à medio nõ est contra virtutem. Sed si multum discedatur corrũpitur virtus in suo actu. Correptio autẽ fraterna ordinatur ad fratris emendationem. Et ideo hoc modo cadit sub præcepto ꝯm ꝙ est necessaria ad istum finem. non autem ita quod quolibet loco vel tempore frater delinquẽs corrigatur. hinc est quod aliqui casus sunt, in quibus prætermittenda est correptio. Vnus est quãdo probabiliter æstimatur, quod peccator admonitionem non recipiat, sed ad peiora labatur, seu quando probabiliter desperaẽ de eius correptione. siue vt dicit magister Hũ- Hũbertus.

bertus quando non est spes de fructu, vel propter defectum iudicis, vel assistentium. vel propter malitiam corrigẽdi, tũc . n. non tenetur corripere. nisi fortè vt inquit dominus Vlri- Vlrichus.

chus peccatum esset propter sui magnitudinem non sustinẽdum vel vbi hoc redũdaret in malum commune. s. qđ aliqua transgressio serperet in communitatẽ alicuius collegij si passim dissimularetur. Alius casus potest assignari quando culpa simpliciter est leuis, & venialis, & timetur quod ex correptione sequatur turbatio maioris nocumenti, quã sit vtilitas correptionis peccantis tunc. n. non tenetur corrigere. Alius casus potest assignari quando tempus magis congruum & opportunius speratur. de hoc casu dicit Augu. de ci. dei. si propterea Augus.

quisq; obiurgandis & corripiendis malè agentibus parcit. qa opportunius tẽpus inquiritur non est tepiditatis occasio sed consilium charitatis. Alius casus quando sunt alij præsentes, qui tenentur magis ad hoc & melius sciunt & efficacius possunt hoc facere, & faciũt saltem publicè in communi huiusmodi vitia obiurgando. vnde in hoc casu non obligat præceptum de correptione fraterna. Iste casus assignaẽ à magistro, Humberto sic. s. quando prælatus, & alij communiter sciunt culpam corrigendi extra forum cõfessionis. Alius casus est, quando per aliud fit negotium sufficienter. Alius casus quãdo aliquis vacat melioribus vel æquè bonis quæ impediunt eum ab hoc facto prosequendo. Alius est obedientia quæ trahit eũ ad alia & alij fortè plures. Alius casus est. quãdo quis nõ posset huic operi intendere, sine dispendio ꝓprię salutis sicut religiosus, quem oportet vagare in seculo, & deserere obseruantias regulares. vnde talis nõ tenetur relinquere claustrum aut sui ordinis statuta, vt quærat delinquentes ad corrigendum. quoniam ordo charitatis est quod quis plus intẽdat saluti animæ suæ, quam saluti alterius. ¶ His habitis dicendum est ad

ratio nes

Ad primũ argu. S. Thom. rationes in oppositum. Ad primã respondetur negando consequentiam. Et ad probationẽ ex similitudine medici corporalis dicendum iuxta S. Th. quod medicus quadam coactione vtitur in phreneticum, qui curam eius recipere non vult. Et huic assimilatur cura prælatorum, quæ habet vim coactiuam non autem simplex correptio fraterna. Et ita ratio non procedit. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Th. quòd de correptione fraterna datur præceptum secundum ꝙ est actus virtutis. hoc autem est ꝭm quod proportionatur fini. Et iõ cum est impeditiua finis puta cum efficitur homo deterior iã non pertinet ad veritatem vitæ, nec cadit sub præcepto. ¶ Ad tertiam respondetur etiam iuxta S. Tho. quòd ea quæ ordinant ad finem habent rationem boni ex ordine ad finem. Et ideo correptio fraterna quãdo est impeditiua finis. s. emẽdationis fratris iam non habet rationem boni. Et ideo cũ prætermittitur talis correptio non prætermittitur bonum, vt eueniat malum. ¶ Ad quartam respondetur ꝙ propter solum timorem iniuriæ aut molestiæ temporalis non est prætermittẽda correptio fraterna, quandiu est spes emendationis fratris. Et cum dicitur quod plus debeam diligere me, quam alium. Respondetur quod verum est in spiritualibus, tamẽ plus debeo velle profectum fratris spiritualem, quam meum tpale lucrũ. Et per hoc patet responsio. ¶ Ad quintam rõnẽ. Et cũ dr̃ ꝙ nemo tenetur ꝓprijs stipendijs militare. Respondetur quod verum est, nisi in casu necessitatis. vnde damnum corporale debemus sustinere in casu pro lucro alterius animæ.

Ad secũdũ. Ad tertiũ. S. Thom. Ad quartũ. Ad quintũ.

14 **Ad septimum.** Sic proceditur. † Et videtur quod obligati ad correptionem fraternam teneantur quærere delinquentes, quos corrigunt & non expectare, quod occurrãt sic. Correptio fraterna est in præcepto ꝭm superius determinata. ergo ex tali præcepto constituitur debitor fratris vt eum corripiat. sed homo qui debet alicui aliquod debitum corporale non debet expectare, quod sibi occurrat, sed debet eum quærere, vt ei reddat quod debet. ergo multo magis debet homo quærere eum quem corrigeret, & non expectare, quòd ei occurreret. ¶ In oppositum videtur. quia hoc esset inconueniens propter multitudinẽ peccantium, ad quorum correptionẽ vnus homo non posset sufficere. ¶ Respondeo dicẽdum quod obligati ad correptionẽ fraternam non tenentur quærere quos corrigant, sed sufficit vt corrigant occurrentes. Et ad rationem in oppositũ respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia non est similis ratio de debito corporali quod debetur certæ personæ, & certo tempore, quod non accidit circa correctionem fraternam. Pro cuius declaratione est notandum iuxta S. Tho. in 2. 2. quod illud quod debetur alicui determinatę personæ & certe siue sit bonũ corporale siue spirituale oportet quod ei impendamus, non expectantes quòd nobis occurrat sed debitã solicitudinem habentes inquiramus eum. vnde sicut ille qui debet pecuniam creditori debet eum requirere cum tempus fuerit vt ei debitum reddat. Ita qui habet curã specialiter alicuius debet eum requirere ad hoc quod eum corrigat de peccato. 43. dist. Ephesijs. & extra de re iu. c. si. Sed illa bñficia quę non debentur certę personæ sed communiter omnibus proximis siue sint corporalia siue spiritualia nõ oportet nos quęrere quibus impendamus, sed sufficit quòd impendamus eis, qui nobis occurrunt. Hoc. n. quasi pro quadam sorte habendũ est vt dicit Aug. in primo de doc. Christiana. Et propter hoc dicit in libro de verbis domini quòd admonet nos dominus noster non negligere inuicem peccata nostra. non quęrendo quid reprehendas. sed videndo quid corrigas. alioqui efficeremur exploratores vitæ aliorum. contra illud quod dicit Prouerbiorum 24. ne quæras impietatem in domo iusti, & non vastes requiem eius.

Primũ ar. Opponit ĩ cõtrarium. Respõdet.

15 **Ad octauum.** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ religio si claustrales teneãtur exire de claustris suis ad corrigendum proximos delinquẽtes sic. Homo propter votum religionis non absoluitur à præceptis diuinis, sed homo quilibet tenetur ex præcepto diuino fratrem delinquentem corrigere: ergo videtur ꝙ religiosi debeant exire ad corrigendum delinquentes seculares. ¶ In oppositũ videtur. quia ex hoc sequeretur dissolutio religionis & ordinis obseruantia periret. ¶ Respondeo dicendum ꝙ religiosi licet teneantur vt cæteri fideles proximos delinquentes corrigere, non tamen tenentur de claustris suis exire ad corrigendũ delinquentes. Ista conclusio est S. Th. tam in 2. 2. quam in 4. ne. s. incidant in periculum, à quo alios liberare tenentur. quę conclusio inde patet, quia sicut superius tactum est in articulo. 6. ordo charitatis est vt quis plus intendat saluti suæ, quam alienæ. ¶ Præterea sic religiosi vagarentur contra illud de sen ten. excom. cum illorum. & c. relatum. & extra de offi. ordin. quanto. & extra de synd. c. vno. Hinc patet responsio ad rationem in oppositum, quoniam licet præceptũ sit corrigere fratrem delinquentem nõ tamen dimittere sua, & exire ad quærendum delinquentes quos corrigant.

Primũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. S. Thom. Ad argumentum.

16 **Ad nonum.** Sic proceditur. † Et videt̃ ꝙ præceptũ correptionis se extendat ad omnia peccata tam parua quam magna. i. tam venialia quam mortalia ex illo quod rex noster inquit. Si peccauerit frater tuus &c. Nõ distinguit autem dominus de quibus, & de quibus non. ergo de omnibus est intelligendum legis diuinæ præceptum. ¶ In oppositum videtur argui ex textu præsenti vbi ait. Si te audierit lucratus es fratrem tuum. Au. super hoc sermone. 3. sic faciendo lucraris, si non fecisses perierat. sed non perierat nisi per mortale. ergo fraternæ correptionis præceptum de solis mortalibus intelligendum est. Item idem colligitur ex illo ꝙ sequitur sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Nullus autem pro peccato veniali venit habendus talis. ¶ Responsio. dicen-
17 dum. † quòd corripere fratrem de venialibus est consiliũ. Sed corripere fratrem de mortalibus est præceptum. quæ conclusio videtur tangi per Aug. de verbis domini. sermone. 15. Audiuimus dominum admonentem & magna cura præcipientem. vade corripe &c. vt admonitio referatur ad venialia & præceptũ ad mortalia. Et ratio huius est, quia venialia ad plenum vitari non possunt. vnde per ipsa amittitur frater. mortalia vero vitari possunt, & per hæc frater amittitur quẽ si possumus recuperare tenemur. qa etiam in huiusmodi tacitè cõsentire videtur. vnde Au. in sermone de beato Stephano. Qui errantem non corripit de negligentia iudicat̃. Et sic patet conclusio. Sed ista conclusio moderanda est nisi talia sint venialia, quæ de proximo disponant ad mortale. Pro quo notandũ iuxta magistrum Humbertum supra regulam Aug. quoniam venialia sunt dispositio ad mortale. & quædã sunt dispositio remota, & quædam propinqua, vel ratione multitudinis sicut in illo qui assiduæ in huiusmodi sine numero committit vel ratione magnitudinis sicut sunt aliqua mẽdacia, & aliquæ detractiones & similia. vel ratione connexionis cum mortali sicut colloquia & risus vel impudicitia vel huiusmodi circa mulieres. Sicut ergo aliquis videns aliquem incedentem, per viam per quam credit quòd statim incurrat periculum mortis, peccaret nisi retraheret eũ. Ita potest aliquis peccare mortaliter nisi corrigat fratrem de huiusmodi venialibus, quæ sunt dispositio valde propinqua ad certum mortale. Tenemur ergo ad correptionem fraternam de venialibus interdum non in quantum venialia. vnde Aug. in regula ait. Ne cępta progrediatur. In alijs autem casibus quamuis huius correctio nõ sit de necessarijs ad salutem, tamen est de expediẽtibus. hæc ille. & sic potest de talibus consilium esse. ¶ Ad rationem in oppositum patet responsio. quod ex litera ipsius tex. apertissime datur intelligi quod de mortalibus loquatur præceptiuè sicut tactum est in argumento in contrarium.

Primũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Augus. Respõdet. August. Hũbertus. August. Ad argu.

18 **Ad decimum.** Sic proceditur. † Et videt̃ ꝙ peccator debeat corrigere delinquentem ita quod corrigendo non peccet. Primo sic dicitur. 1. Io. 1. dixerimus, quod peccatum non habemus, nos seducimus. Si ergo peccatoris nõ sit corrigere, nullus poterit alterum corripere. quod est contra tex. nostrum. ¶ Secũdò sic. Nullus ꝓpter peccatum quod commisit à præcepto obseruando excusatur. sed correptio fraterna cadit sub præcepto, vt dictũ est: ergo vr̃ ꝙ propter peccatum quod quis cõmisit non debeat prætermittere huiusmodi correptionem. ¶ Tertiò sic. eleemosyna spiritualis potior est quã eleemosyna corporalis. sed ille qui est in peccato nõ debet abstinere quin eleemosynam faciat, ergo multo minus debet abstinere à correptione delinquentis. ¶ Quartò sic. peccator tenetur ad corrigendum mala quæ videt fieri, si non corrigit peccat, si corrigit cum sit in peccato peccat. ergo est perplexus. sed hoc est inconueniens ergo. ¶ Quintò maius est docere sacram scripturam quam aliquem singulariter admonere patet, quia hoc cuiuslibet est, illud autem non, sed vt quidam dicunt docens non peccat quãuis in peccato existat, ergo multo minus corripiens ex charitate fratrem peccat quamuis ipse in peccato existat. ¶ In oppositum videtur esse illud Isidori li. de summo bono. Non debet vitia aliorũ corrigere qui est vitijs subditus. Et ad Ro. 2. habetur. In quo alium iudicas te ipsum condemnas. Eadem .n. agis quæ iudicas. ¶ Respondeo dicendum. ꝙ vt S. Thom. tangit in

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Quĩtũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. S. Thom.

tangit in 4. dist. 19. Hic est duplex opinio. Quidam. n. dicunt, ꝙ existens in peccato simili vel maiori non potest sine pecca to alium corripere siue suum peccatum sit occultum, siue no torium. rõ eorum est, quia talis alterum iudicando condemnat seipsum. ad Ro. 2. Et ideo talis corripiẽdo peccat. Alia opinio est dicentium ꝙ si sit peccatum occultũ potest alium sine peccato corripere, si sit notorium non. Sed concordandę sunt istę opiniones. vnde notandum est vt dicit idem S. Tho. in 4. di. 19. ar. 2. Ambę opiniones si bene intelligantur nõ con-
19 tradicunt imo quantum ad aliquid vtraq; est vera. † Sciendũ est ergo. ꝙ aliquis potest aliũ corripere dupliciter. Primò ex officio sicut corripiũt prælati. Et sic videtur prima opinio vera, quæ dicit. ꝙ si prælatus sit in peccato mortali notorio siue occulto si corrigat vt prælatus peccat mortaliter. Ista conclusio patet. primo si sit in peccato notorio. prima quia dans occasionẽ scandali & ruinæ scienter & ex proposito peccat mortaliter. sed iste sic facit: fratrem. n. suum scandalizat. quia iste ꝙ corrigit videtur corrigere non ex charitate, sed magis ad ostẽtationem. vt habet gl. Chrysostomi super illud Matt. 7. quõ dicis frater sine eijciam festucam &c. Secũdò sic. quia veritatẽ sacræ scripturæ extinguere est peccatum. sed hoc facit iste ꝙ tũ in se est. ergo &c. probatio minoris, dicit philosophus. 10. Ethi. quod sermones qui sunt de moribus cum dissonant his quæ videntur ad sensum in eo qui eos dicit cõtemnuntur. & interimunt veritatem. vnde talis quantum in se est facit quod verbum Dei despectui & contemptui habeatur. vnde Greg. Cuius vita despicitur restat vt eius doctrina contẽnatur propter quod talis peccat mortaliter. Itẽ eadẽ cõclusio. patet quo ad illam partem. s. dato ꝙ eius peccatum sit occultũ, quia quicunq; sciẽter & solemniter exhibet se indigne ministrum ecclesiæ peccat mortaliter. sed indigne exhibet se ministrũ ecclesiæ. ergo peccat corrigendo. & faciendo vt minister quidquid pertinet ad suum officium, & ita corrigendo peccat. & si non corripit etiam peccat, nec tamen est perplexus. quia põt peccatum suum corrigere, vel officium suũ resignare, vel humiliter peccatum suum recognoscendo alium admonere, nõ per modum corripientis, sed per modum rogantis, ne exemplo suo prouocetur ad peccandum, vt dicit Albertus & Vlrichus, Secundo potest quis alium corripere ex zelo charitatis, non vt ecclesiæ minister, & tunc est conclusio. quod hoc modo corripiens licet sit in peccato mortali occulto tamen non peccat hoc faciendo. patet quia in tali non potest esse peccatũ nisi ratione scandali quod hic consurgere non potest cũ eius peccatum occultum sit. quæ conclusio non solum intelligẽda est de simplici persona quæ non est prælatus sed etiam de prælato dum tamen non vt minister ecclesiæ sed ex zelo charitatis corripiat. ¶ Tertia conclusio. est qđ siue prælatus siue subditus etiam in peccato notorio existens, si aliquẽ videret peccare potest admonere per modum rogantis vt exẽplo suo nõ excitetur ad malum, non per modum corripientis. & hoc ꝓpter scãdalum. Dicit. n. super illud Mat. 7. hypocrita eijce primo trabem de oculo tuo. Chrysostomus. Cum qua facie arguis peccatum fratris tui, ipse in eodem peccato vel in maiori consistens. imo peccat mortaliter corripiendo. præcipuè si ꝓcedat ad denuntiandum ipsum iudici. vel iudicando. vnde dicit Chrysostomus in homi. notandum quod vbicunque vult monstrare magnum aliquod peccatum à contumelia incipit, vt ibi, serue nequam omne debitum &c. Et ita hic dicit hypocrita eijce primum &c. Qualiter autem hypocrisis in hoc consistat ostendit in libro de sermone domini dicens. accusare. n. vitia officium est bonorum. quod cum mali faciunt alienas partes agunt, sicut hypocritæ qui tegũt sub persona quod sunt & ostendunt in persona quod non sunt. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondet negando consequentiam. Et ratio est iuxta S. Tho. in 4. quia peccatum veniale de quo loquitur prædicta authoritas inducta non reddit aliquem indignum executione officij sacri, sicut peccatum mortale. nec ita natum est scandalizare quia ab eo nullus inuenitur immunis. Et ideo existens in peccato veniali non peccat etiam si de eodem corripiat nisi probabiliter ex correptione scandalum sequi videatur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet verum sit, quòd nullus ex eo quod peccat absoluatur à præcepto diuino nihilominus in peccato mortali existens illud exequẽdo peccat. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiã. Et ratio est. quia nõ est simile de eleemosyna corporali & correptione. quia sicut dicit S. Th. in 4. dicens. In eleemosyna nõ inuenitur aliquis dissensus ad vitam qua viuit dans eleemosynam sicut fit in correptione cũ peccator corripit. Et ideo dãs eleemosynam corporalem nõ scandalizat, sicut facit corripiẽdo. Concordat Albertus magnus. quod eleemosynæ corporali non est coniunctum scandalum sicut correptioni, qua peccator corripit. ¶ Ad quartam respondetur, quod peccator nõ est perplexus nec tamen absoluitur à pręcepto corripiẽdi. potest. n. peccatum dimittere, & corrigere vitam suam, & tunc corriget alium. vel si est prælatus officium resignare. aut etiã humiliter peccatum suum recognoscẽs alium admonere rogando, & tunc non peccat. vt dicit S. Th. & concordat Albe. ¶ Ad quintam respondetur quod docere sacram scripturam contingit dupliciter. vno modo ex officio prælationis sicut ꝙ prædicat docet. Non. n. alicui licet prædicare, nisi officiũ prę-lationis habeat vel ex authoritate alicuius prælationẽ habentis. Ad Ro. 10. quomodo prædicabunt nisi mittãtur. Alio modo ex officio magisterij sicut magistri in scholis docent. Dicunt ergo aliqui quod ille qui primo modo docet, peccat mortaliter si sit in peccato mortali notorio. Non autem ille qui secundo modo docet sed hoc est falsum. qđ probat. S. Tho. hac ratione. quia idem est finis eorum qui docent sacram scripturam, & eorum qui ipsam ediderũt. vnde eius editio ordinatur ad hoc ꝙ homo per ipsam ad vitã æternam perueniat. vt patet Io. 20. Hæc autem scripta sunt, vt credatis &c. Quicunq; autem impedit finem sacræ scripturæ docendo peccat. impedit autem qui sacram scripturam docet. quia ore confitetur se nosse Deum facto autem negat. Et ideo dicendum est. quod ille qui est in peccato notorio peccat siue sic doceat, siue sic. vnde de prælato dicit beatus Greg. in pastorali. Nemo in ecclesia magis nocet quam qui peruersè agẽs nomen habet vel ordinem docentis &c. De alijs doctoribus dicitur psa. peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras &c. Nullus autem à Deo redarguitur nisi pro culpa. vnde Augu. dicit ibidem. Nec sancta verba os pollutum præsumat docere. sed ille qui est in peccato occulto peccat, si primo modo doceat. s. ex officio prælationis quia indigne vtitur officio suo docens. Non autẽ peccat, si secundo modo doceat, scilicet vt magister. quia non est ibi hæc ratio. Concordat Vlrichus.

20 Ad vndecimum. Sic proceditur. † Et videtur quod in correptione fraterna non debeat ex præcepti necessitate admonitio secreta pręcedere denuntiationem. Primò sic. dicitur. n. prima ad Ti. 5. Peccantem coram omnibus argue. sed in c. præsenti dicit dominus. argue ipsum inter te, & ipsum solum. quod est secretè admonere. Cum ergo dictum apostoli non contrarietur præcepto domini, videtur quod non cadat sub præcepto vt frater sit prius secretè admonendus, & postea publicè denuntiãdus ecclesiæ. Sed dicatur quod verbũ apostoli intelligatur de peccatis manifestis, quæ publicè arguenda sunt. verbum autẽ domini de peccatis occultis. Contra hoc arguitur sic. peccata occulta nullus debet publicare. sic. n. esset magis proditor criminis, quam correptor fratris. Sed dominus mandat. Mat. 18. vt patet in præsenti capitulo quod si frater monẽtem in secreto non audiat, adducat vnum vel duos testes, & tandem dicat ecclesiæ. quod est peccatum publicare. ergo videtur quod pręceptum domini non sit intelligẽdum de peccatis occultis. ¶ Secundo sic principaliter sicut Augu. dicit. 8. de trini. Omnes regulæ veritatis deriuãtur à lege veritatis æternæ. Sed lex veritatis æternæ hoc habet, quod Deus nõ solum publicat hominem de peccato occulto, sed etiã punit interdum nulla secreta admonitione præcedente. ergo videtur, quòd etiam homo ꝙ diuinæ veritatis debet imitator existere, possit publicè aliquem denuntiare secreta monitione non præcedente. ¶ Tertiò sic. sicut dicit Aug. li. contra mendacium ex gestis sanctorum intelligi potest qualiter sunt præcepta sacræ scripturæ intelligenda, sed in gestis sanctorum inuenitur quod facta est aliquando publica denũtiatio peccati occulti nulla secreta admonitione præcedẽte. vt legitur Actu. 5. quod Petrus Ananiã & Saphiram occultè defraudantes de pretio agri publicè denuntiauit nulla secreta monitione præcedente. ergo non obligamur ex præcepto Christi, vt secreta admonitio præcedat publicam denuntiationem. ¶ Quartò sic. Omnis Christi actio nostra est instructio. Ipse. n. dicit Io. 13. Exemplum. n. dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, sed Christus nõ legitur admonuisse Iudam secretè, antequam eũ denuntiaret. ergo videtur quod etiam nos possumus publicè denuntiare peccatum fratris antequam eum occultè admoneamus. ¶ Quintò sic. sicut denuntiatio fit in publico, ita ẽt & accusatio sed aliquis potest ad accusationẽ procedere nulla admonitione

Chrysost.

Grego.

Albertus.

Vlrichus. Chrysost.

Ad primũ argu. S. Thom.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

S. Thoma.

Albertus magnus. Ad quartũ

S. Thom.

Grego.

Augus.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Quintũ ar.

admonitione secreta prius facta.quia ad accusationẽ præexigitur sola inscriptio vt dicit decretalis extra de accu. qualiter: ergo videtur etiam quod denũtiare publicè possit aliquis nulla admonitione secreta præcedente.

Sextũ arg.

¶ Sextò sic. Non videtur probabile quod ea quæ sunt in communi consuetudine religiosorum sint contra præcepta Christi.sed in religionibus est hoc consuetum,quod in capitulis aliqui proclamantur de aliquibus peccatis nulla secreta admonitione præmissa. Non ergo videtur quod sit de necessitate præcepti secretã admonitionem præmittere publicè denuntiationi.

Opponi. i. contrariũ.

¶ In oppositum videtur esse textus nostri capituli in quo ponitur iste ordo, item Augustinus super idem verbum exponẽs illud. Corripe inter te & ipsum solum,dicit studens correptioni parcens pudori.Fortè.n.præ verecundia incipit defendere peccatũ suũ, & quem vis facere meliorem,facis peiorem.Hæc est ergo ratio huius ordinis seruandi in correptione fraterna, vt parcat pudori fratris ne deterior efficiatur.Sed ad hoc tenemur per præceptum charitatis.ergo ordo ille correptionis fraternæ vt admonitio secreta præcedat ad denũtiationem cadit sub præcepto.

Respõdet.

¶ Respondeo dicendum,hic est opus multiplici distin
21 ctione.†Prima ꝙ peccatorum quædam parua & quædã sunt magna.parua vt excessus in risu, & huiusmodi, & ita annexa fragilitati humanæ. ¶Secunda est peccatorum quædam sunt omnino occulta,quædam notoria.quia iam in multorum notitiam deuenerunt. Quædam sunt in proximo vt veniant ad
22 notitiam. ¶ Tertia distinctio est†quod peccatum dicitur notorium in præsenti vel in futuro proximo tripliciter. Primò in se,quia multi sciunt vel scient peccatum illud. ẜm veritatem Secũdò ratione infamiæ.quia.s.factum est notorium, & persona ignota quantum ad certitudinẽ laborat infamia contra ipsam. Tertiò ratione facti solum, quia factũ est notoriũ, & persona omnino ignota sicut cum factum, est homicidiũ in vico nec aliquis specialiter habetur suspect⁹. ¶ Quarta di
23 stinctio est. †quòd peccatum penitus occultum est quadruplex.vnum quod nõ cedit in damnum quodcunq; nisi solius peccãtis sicut blasphemia vel aliquid tale aliud, quod cedit in damnum alterius spirituale. & quia est peccatũ multitudinis infectiuum sicut hæresis.vel quia est peccatum quod exigit aliam personã sicut fornicatio. ¶ Tertium est, quod cedit in dãnum alterius corporale, quo ad bonum naturæ, sicut cum quis proponit occidere vel inuenenare. Quartũ est, quod cedit in damnum alterius quo ad bona fortunæ,sicut qui proponit furari vel rapere aliquid alienũ. ¶ His suppositis respondetur ad quæstionem sub certis conclusionibus.

Prima conclusio.

Si peccatũ est notorium in præsenti siue publicũ quodcunq; sit illud,sit ista
24 conclusio.†In tali nõ requiritur præuia fraterna monitio. vnde statim debet denuntiari prælato,vt prælatus est.vt ipse publicè corrigat,& sic ædificentur de pœna qui fuerunt scandalizati de culpa.Ista conclusio accipitur extra de pœ. & re.c.1. vbi dicitur manifesta peccata non sunt occulta correptione purganda,sed manifestè vt eius pœna alij terreatur. vnde apostolus.1.ad Ti.5.peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant.quod vt dicit Augustinus li. de verbis domini.De publicis peccatis intelligitur.

August.

Quæ conclusio rõne sic probatur.Vbi iam est perdita fama non habet locũ admonitio secreta.Sed quando peccatum alicuius est notorium, iã est perdita fama.ergo hic non habet locum admonitio secre
25 ta.†Si verò non in præsenti notorium, sed in proximo tamẽ est quod veniat in notitiam.sic est secunda conclusio. ꝙ etiã in tali casu non necessario requiritur præcedens admonitio,

Secũda cõclusio.

26 sed sine ea potest denuntiari vt futuro scandalo occurrat.†Si vero sit notorium propter infamiam non propter certitudinem,est tertia conclusio quod etiam in tali sine præuia admonitione potest denũtiari, patet. ꝗa ex quo est de hoc infamia potest prælatus ad inquisitionẽ procedere, & per consequẽs potest ei alius denuntiare.

Tertia conclusio.

Si verò sit notorium factũ,& ignota persona,sicut in exemplo supposito sicut factum est homicidium in vico,& nescitur omnino quis hoc fecerit, est quarta conclusio.quòd in tali casu non potest præcedere admonitio cum ignoretur persona. vnde potest fieri denuntiatio de facto.& potest sequi inquisitio,ita quod quilibet de vico interrogatus potest dicere veritatem de se vel de alio.

Quarta cõclusio.

Si autem peccatum sit omnino occultum, & tunc distinguitur ꝗa aut probabiliter speratur correctio,aut nõ. Potest autem haberi coniectura de correctione futura vel non futura.considerando vtrum peccet,quis ex electione, vel ex passione, siue ex malitia,siue ex infirmitate.quod idem est,& hoc potest perpendi ex conditione peccãtis & iteratione actus. Si.n.frequẽter & quasi sine freno peccatum iterat signum est, quòd peccat ex certa malitia,siue ex electione, nec potest facile corrigi.Si verò semel peccauit habita opportunitate postea verecũdatur,& tristatur,signũ est quod peccauit ex passione, vel infirmitate,& de facili corrigetur.Si ergo speratur correctio &
27 peccatum sit occultum tunc est conclusio quinta.†quod admonitio debet adhiberi ex præcepto, nec debet denuntiari, nec testes induci.Ista conclusio capitur ex principio capituli cum dicitur.si peccauerit in te frater tuus.vbi dicitur.j'. Nos non prodimus,sed in secreto arguimus.vbi contingit malum ibi moriatur.ad hoc est quod etiam habetur.j'.e.q.7.accusatio vbi dicitur quod si aliquis sacerdos ante secretam admonitionem accusare vel infestare præsumpserit,excommunicetur.

Quĩta cõclusio.

Secundò probatur conclusio ratione sic iuxta S.Tho. tam in
28 4.quod in 2.2.†homo per peccatum duplex incurrrit damnum.s.damnum conscientiæ,dispẽdiũ famæ,inter quæ maius est damnum conscientiæ.tamen quando potest prouideri cõscientiæ fama seruata,nullo modo debet lædi fama.quando ergo peccatum est occultum,& speratur correctio debet præcedere secreta monitio, vt seruet fama, quæ est summè necessaria. Tum ex parte peccatoris duplici ratione. Primò fama est maximum bonum inter bona exteriora.Proue.22.melius est nomẽ bonum,quam diuitiæ multæ, & hoc est quia fama reddit hominem idoneum ad officia humanæ cõuersationis.sed peccaret qui scienter,& absq; necessitate damnificaret proximum in bonis alijs exterioribus: ergo multo fortius peccat qui scienter & absq; necessitate lędit hominem in fama: peccatum eius occultum alijs publicando. Secundò propter conseruationem famæ homo sępe abstinet à peccato. & ideo q̃n videt se infamem minus cauet sibi.Hiere.3.Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere.& ideo seruanda est fama ne fiat pronior ad peccandum.vnde Hier.super Matth. seorsum corripiendus est frater,ne fortè si semel pudorẽ amiserit diutius permaneat in peccato.Est autem necessaria fama ex parte aliorum etiam duplici ratione.Primò quia homines audientes peccatum vnius hominis audientes contemnunt, non solum ipsum, sed etiam propter eum totũ collegium seu multitudinem.vnde Aug.in epistola. ad plebem Nicomẽsem dicit.Cum de aliquibus qui sanctum nomẽ profitentur aliquid criminis veri vel falsi sustinuerit instãter satagunt,& ambiũt, vt de omnibus hoc credatur.Secundò quia ex peccato vnius publicato multi ad simile prouocãtur.1.ad Cor.5. Modicum fermẽtum totam massam corrumpit. Ideo præceptum Christi est,vt non prius peccatum fratris prælato publicè denuntietur,quam facta fuerit secreta monitio.

S. Thom.

Si autẽ non sit spes de emendatione.Considerandum est, vtrum illud peccatum sit infectiuum aliorum,sicut hæresis,fornicatio,& huiusmo
29 di.†Si verò sit infectiuum aliorum tunc est sexta conclusio. qđ statim debet absq; præcedenti monitione denuntiari prę lato.vt gregi suo prouideat.Ista conclusio patet.dicit.n. Hie. quæ misericordia est parcere vni,& multos in discrimine adducere.polluitur populus ex vno peccatore sicut ex vna oue morbida totus grex.Ratione probatur sic prædicta cõclusio. Semper bonum multorum debet præferri bono personæ singularis,quia bonum quanto communius,tãto diuinius.sicut dr̃.1.Ethic.vnde fama vnius debet negligi, vt innocẽtia siue fama multitudinis conseruetur.Oportet ergo in tali casu statim ad denuntiationem procedere. vt huiusmodi nocumẽtũ impediatur, nisi fortè dicit S.Th.aliꝗs firmiter æstimaret,ꝙ statim per secretam admonitionem posset huiusmodi mala

Sexta conclusio. Hierony.

S. Thom.

30 impedire.†Si vero vergit in damnum corporale alterius,est 7.conclusio.ꝙ in tali casu debet fieri comparatio illius damni ad damnum famæ,& illi damno est citius occurrendũ. Nã vt dicit dominus Petrus de palude. si paruum est hoc nocumẽtum,quod melius sit illum ita parum lædi quam istum ita infamari.quia si modo non corrigitur postea tamen non corrigetur. vt si esset ei furaturus aliquid modici valoris,tunc nõ debet reuelare.Si autẽ est notabile nocumentum vt quia vult occidere nocte aliquem,vel omnibus spoliare, cum iaceat in camera,tunc dicendum est.quod melius seruare innocẽtem, quam isti malo famam.quamuis & illud dicẽdum sit in secreto,quod non possit agere ad istius infamiam reuelando,nec ꝑ peccatum ipsum denuntiando sed solummodo ad suam cautelam.Si vero peccatum sit omnino occultum,nec sit spes de emendatione propter simplicem admonitionem vtrum vlterius sit procedendum in sequenti quæstione videbit.

Septima conclusio. Petrus de palude.

¶ Nunc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respõdetur.quòd verbum domini intelligitur de peccatis occultis,

Ad primũ argu.

sicut patet

sicut patet ex ipso modo loquendi. Dicit.n. dominus si peccauerit in te frater tuus. Si.n. publicè peccat, non solum in te peccat, sed in oēs videntes. Dictum autem apostoli intelligit de manifestis, vt Bea. Au. dicit in li. de verbis dñi. ¶ Ad replicam cū dicitur, ꝙ peccata occulta nullus debet publicare. Respōdetur ꝙ generaliter falsum est, vbi spes est emendationis fratris per publicationē. aliàs nō, vt plenius videbitur in quæstione sequenti. *Ad secūdū S. Thom.* ¶ Ad secundā respondetur negādo cōsequētiam, & ratio est iuxta S. Th. tam in quæstionibus disputatis, quam in 2.2. quoniam licet omnis, veritas humanæ iustitiæ reguletur à veritate diuina hominum tamen facta nō eodem modo comparantur ad iudicium diuinum, & ad iudicium humanum quia ꝯm iudicium humanum quædam peccata sunt occulta, in quibus non est statim procedendum ad publicum. Quædam sunt publica, & hoc modo cōparantur omnia peccata ad iudicium diuinū. quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius vt dicitur. ad Heb. 4. Et ideo quantum ad iudicium diuinū non requiritur ꝙ secreta admonitio præcedat, sicut nec in publicis in iudicio humano. Respondetur præterea ꝙ plerunq; Deus quasi secreta admonitione arguit interius inspirādo vel vigilanti vel dormiēti. ꝯm illud Iob. 33. Per somnum in visione nocturna quando irruit sopor inter homines, tunc aperit aures virorum, & eos erudientes instruit disciplina, vt auertat hominem ab his quæ fecit. *Ad tertiū.* ¶ Ad tertiam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta S. Tho. vbi supra supra. quia peccatum Ananiæ & Saphirę nō deuenerat ad notitiam Petri modo humano, sed per reuelationē diuinā. Et ideo in peccato ille non processit ꝯm formam humani iudicij, sed ꝯm formam diuini iudicij, tanquam in hoc executor Dei existens. *Ad quartū* ¶ Ad quartam respondetur negādo consequentiam. Et ratio est. quia Christus sciuit peccatum Iudę virtute diuina inquantum erat cognitor absconditorum. Et ideo statim procedere poterat ad publicandum peccatum. Et nihilo minus tamen iste non publicauit, sed obscuris verbis eum de peccato suo monuit. *Ad quintū* ¶ Ad quintam respondetur negando cōsequentiā. Et ratio est. quia alia ratio est in accusatione, & alia in denuntiatione. quia in denuntiatione intenditur correctio fratris. Et ideo in tali ordine debet fieri denuntiatio quæ sit conueniens ad emēdationem fratris. sed in accusatione intenditur bonum commune, vt.s. seruetur communitas pura ab infectione peccati. & vt iustitia seruetur per punitionē delinquētis. Et ideo in accusatione non requiritur ꝙ præcedat admonitio. *Ad sextū S. Thom.* Ad sextam respondetur etiam negando consequentiam. Et ratio est. quia non est simile. quoniam vt dicit S. Tho. vbi supra proclamationes, quæ in capitulis religiosorum fiūt, sunt de aliquibus leuibus, quæ famæ non derogant. vnde sunt quasi quædam commemorationes potius prædictarū culparum, quam accusationes vel denuntiationes. Si tamen essent talia de quibus frater infamaretur cōtra præceptum domini ageret qui per hunc modum peccatum fratris publicaret.

31 **Ad duodecimum.** Sic ꝓceditur. †Et videtur quod testium inductio nō debeat præcedere denuntiationem. *Primū ar.* Primo sic. Ista testium inductio aut intelligitur de peccato publico, aut de occulto. Si de publico non oportet inducere testes. quia manifestum est. si de occulto non oportet manifestari nesciētibus. quia sic esset homo proditor criminis vt Au. dicit in præsenti. c. Sed qui inducit testes peccatum fratris alijs reuelat ergo in occultis non debent induci testes. extra de accu. qualiter. 1. in fi. *Secūdū ar.* ¶ Secundò sic. Inductio testium aut fit respectu peccati commissi, aut committēdi. Si inducātur testes pro peccato commisso nisi quantum ille reuelauerit, non poterunt contra peccatorem testificari. Et ita denuntiatio sequēs facta prælato erit inutilis. quia non poterit aliquid probare, cum vox omnium non esset nisi vox vnius. Tum quia in hoc sicut argutum est in argumēto superiori esset proditor criminis, nō correptor pluribus peccatum occultum intimando ¶ Secum quia talis reuelator exponeret se periculo, quia si peccator negaret contra imponentem potest conqueri superiori de eo, ꝙ denuntians eum infamauit imponendo coram pluribus crimen qđ non commisit. sic talis merito puniendus veniret pœna talionis. Item nec debent induci testes respectu peccati committendi. Tum primo quia si coram peccatum iterat, iā non erit peccatum occultum, sed tanquam manifestum. ¶ Secūdò qa nullus tenetur explorare facta aliorum, nec ad ea testes inducere sed magis peccata impedire. Et ideo isti testes magis deberent induci ante factum vt peccator eos percipiens peccatum non committeret, quam vt ipsum solum videant peccantem & post per eos conuincatur. ¶ Tertiò quia textus euangelij non loquitur de peccato committendo. sed iam cōmisso, vnde ait si peccauerit in te. i. te solo sciente. *Tertiū ar.* ¶ Tertiò principaliter arguitur sic. Homo debet diligere proximum sicut seipsum. sed nullus ad publicationem sui criminis inducit testes. ergo nec ad peccatum fratris debet inducere. *Quartū ar.* ¶ Quartò sic. dicit August. in regula. ꝙ prius præposito siue prælato est ostenderre ecclesiæ. ergo testium inductio nō debet præcedere publicam de denuntiationem. *Opponit & Respō.* ¶ In oppositū est illud Mat. 18. Si te non audierit adhibe tecū vnū vel duos testes. ¶ Responsio dicendum ꝙ testiū inductio debet præcedere, nisi in casibus in quibus non oportet secretā admonitionem præcedere. qui casus sunt expressi in quæstione præcedenti. quę cōclusio ostenditur sic iuxta S. Th. in 2.2. *S. Thom.* conueniēs modus eūdi ab extremo ad extremum est transire per medium. In correptione autem fraterna dominus voluit, quod principium esset occultum dum frater corripit fratrem inter se & ipsum solum. Finem autem voluit esse publicum, vt. s. ecclesiæ denūtiaretur. Et ideo conuenienter ponitur testium inductio. vt primo paucis indicetur peccatū fratris, qui possint prodesse non obesse, vt saltem sic sine multitudinis infamia emēdetur. Sicut. n. subitę mutationes in humano corpore generant morbos ꝯm hypocratem in aphorism is, sic subitę mutationes circa illum qui corrigendus est faciliter possunt generare morbos mentales, vt morbum impatientiæ, vel desperationis, vel nimiæ desolationis. *Richar de noua villa* Præterea vt arguit Richard⁹ de noua villa, semper prouidendum est famæ fratris, si possibile est sine præiudicio spiritualis boni sui & communitatis. Minus autē læditur fama fratris si corrigatur per duos vel tres, quam si ꝑ denuntiationem factam ecclesiæ. ¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositum. *Ad primā argu.* Ad primam respondetur ꝙ vt tagit S. Th. quidam sic intellexerunt ordinem correptionis esse seruandum, vt primo frater in secreto sit corripiēdus. & si audierit bene quidem. Si autem non audierit dicebant distinguendum, quia aut est omnino occultum & tunc non est procedēdum vlterius. Aut incipit iam ad notitiam plurium peruenire, & tunc debet vlterius procedi ꝯm quod dominus mādat. Sed hoc non videtur esse verum. Primò ꝯm intentionē euangelij quia si illi qui adhibenꝰ alias sciuissent nō oporteret eos adhibere sed statim per eos posset conuinci. ¶ Secundò hoc non videtur verum. dicit. n. Hiero. ꝙ nō est misericordia parcere vni & omnes in discrimine adducere qđ fieret si peccatum quod est alijs nociuum nō publicatur ad correctionem. vnde patet quod si peccatum in detrimentū aliorum vergat, debet alijs dici quantumcunque sit occultum. Item etiā si nō vergat in detrimentum alterius. nisi illius qui peccat non est verum illud quod dicunt. *August.* dicit. n. Aug. in regula. Si frater tuus vulnus habet in corpore quod vult occultari dum timet secari nōne à te crudeliter sileretur si nō misericorditer indicaretur. Et iterum. innocentes non estis, si fratres vestros quos indicando corrigere potestis, tacēdo perire permittitis. Et ideo alia distinctione opus est. Si. n. probabiliter possumus æstimare. ꝙ vlterius procedendo eius emendationi proficiamus debemus vlterius procedere adhibendo testes, quantumcunq; peccatum sit occultum, & denuntiando. Si vero probabiliter æstimemus, quod ex tali publicatione fiat deterior, non est vlterius procedendum, propter. n. hanc causam à tota correptione fraterna, est desistēdum vt dictum est supra. Negatur autem quod in prædicto manifestando peccatum occultum nescientibus efficeretur quis proditor criminis, quia non manifestat crimen ad infamiandum, sed ad corrigendum. *Ad secūdū* ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et cum dicitur aut inducuntur testes respectu peccati commissi, aut cōmittendi, respondetur, quod respectu vtriusq; Et cum dicitur & non respectu commissi propter tria inducta. Respondetur ꝙ nullum illorum sequitur, quoniam quando testes inducuntur respectu peccati commissi non inducuntur. vt postea conuincatur per eos in iudicio, sicut tangunt rationes factæ contra hoc. sed vt moneatur coram duobus vel tribus amicis charitatiuè, vt propter eorum præces vel verecūdiam resipiscat, qui de admonitione vnius non curabat. Et sic solutæ sunt tres rationes quæ fiebant contra hoc. Sunt etiam inducēdi testes respectu peccati committendi. s. ad cōuincendum si actus iteretur, sicut dicit Aug. in regula ad conuincendum si negauerit. ¶ Secūdò etiam vt possit corrigens probare quod fecerit, quod in se est. quia ille qui non præmonuit fratrem repellitur à denuntiatione. extra de accu. cū dilecti. Ideo debuit probare, ꝙ ipsum præmonuit. extra de iud. nouit ille. vnde dicēdum est ad rationes

est ad rationes factas contra hanc partem.¶ Ad primã respõdetur. ꝙ iste meritoriè potest facere ꝙ peccatum fiat manifestum propter correptionem non propter infamiam. ¶ Ad secundam respondetur. ꝙ licet nõ teneatur explorare facta aliena, si tamen exploret propter correptionem nõ peccat. Et cũ dicit, quod magis deberent induci ad impediendum actũ peccati. Respondetur ꝙ hoc non esset ita efficax remedium contra peccata sequẽ. quia melius corrigitur per pœnam, quam ꝑ verecundiã. ex quo non sufficit simplex admonitio. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ euãgelium loquitur de commisso in quãtum est iterabile, & tunc decet remedium quãdo timetur ne semel commissum pluries iteretur. ¶ Ad tertiam principalẽ respondetur negando consequentiam. quia nõ est simile ꝙm homo non indiget testibus ad emẽdationem sui peccati. ꝙ tamen est necessarium ad emendationem peccati fratris ꝑpter rationes iam dictas. vnde non est similis ratio de peccato proprio & peccato fratris. ¶ Ad quartam respondetur negando etiam consequentiam. & ratio est. quoniam Aug. intelligit vt dicunt doc. quod dicatur prius prælato, quàm testibus ꝟm ꝙ prælatus est singularis ꝑsona quæ potest magis prodesse quã alij, non autem ꝙ dicatur ei tãquam ecclesiæ. i. sicut in loco iudicis residenti. hoc. n. modo dicere prælato sequitur inductio nem. ¶ Sed hic surgit quæstio. vtrum cessandum sit ab inductione testium quando non inueniunt nisi tales de quibus creditur quòd si ostenditur eis oberunt insultando delinquenti, & similia faciendo. Item idem quæritur quando iudex & assistens creduntur tales, ꝙ idem accidat. Ad hoc respondetur iuxta magistrum Humbertum super regulam Au. quod quatuor possunt esse huiusmodi testium procurandorum differentiæ. Possunt. n. esse tales quòd credatur probabiliter, quòd nec proderunt, nec oberunt, & in tali casu potest supersederi. Aut erunt tales qui oberunt, & non proderunt, & in tali casu debet supersederi. Aut tales, qui proderunt & quo ad aliquid oberunt. Et in tali casu distinguendum est comparando nocituum ad vtilitatem. Si. n. maior vtilitas quam damnum procedendum est. verbi gratia. si ex indicatione culpæ mortalis, iste corrigitur, & non confunditur nisi inter fratres suos. maior est vtilitas quam damnum, & est procedendum. Si autem corrigitur & totus infamat in aliqua magna ciuitate melius est quo ad bonum commune nocumentum, quam vtilitas. & non procedendum est. Idem autem quod dicitur de testibus dici potest de iudice & assistentibus. Hæc ille.

Id tertiũ. Ad quartũ. Quæstio. Respõdet. Hũbertus.

32 Ad decimum tertium. Sic proceditur.† Et videtur quod subditus teneatur prælato præcipienti, vt reuelet culpam occultã fratris alterius. sic dicit Hier. Nõ debet occultari culpa vnius in præiudicium multorum, sed præsumendum est quòd prælatus culpã vnius cognoscere velit propter multitudinis bonũ. ergo prælato præcipiẽti debet culpa alterius reuelari. ¶ Secundò sic. subditi tenentur obedire prælatis suis. ergo præcipientibus reuelare culpam fratris occultam. ¶ Tertiò potest argui. quia hoc videtur practicari in visitationibus in quibus prælatus dat præceptum, vt reuelent sibi ea quæ merito sint corrigenda. sed aliqua talia possunt esse secreta. ergo &c. ¶ In oppositum est quod dicit Greg. quod & si aliquando ꝑpter obedientiã debeamus aliqua bona dimittere nullo tamen modo propter obedientiam debemus aliquod malum perpetrare. Sed malum videtur culpam occultam detegendo alium infamare. ergo hoc propter obedientiam fieri non debet. ¶ Respondeo dicendum. aut præceptum prælati de reuelando peccatum fratris occultum, aut fit extra iudiciũ, siue modo quo nõ debet inquirere, vt puta si prælatus inquirat aliquid sibi reuelari, vbi non præcessit accusatio, nec denuntiatio nec famosa vel clamosa insinuatio, nec infamia illius, nec factũ est diuulgatum, nec denuntiatum. & tunc est conclusio. quod tali prælato non tenetur quis obedire, vt de se aut de alio aliquod occultum reuelet. Ista conclusio patet. quia talis prælatus cũ nõ sit iudex occultorum (sed solus Deus) non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi in quantum per aliqua indicia manifestantur, puta per infamiam, vel aliquas suspitiones vt ait S. Th. in 2.2. Si vero prælatus petit sibi reuelari peccatum occultum in iudicio, tunc dicitur iuxta S. Tho. in quolibeto secundum ꝙ est triplex modus procedendi. vnus per denuntiationem alius per inquisitionem alius per accusationem. in via denuntiationis intenditur correptio delinquentis & ideo ꝟm præceptum domini Mat. 18. debet præcedere fraterna correptio sicut dictũ est supra. In inquisitione vero debet ꝑcedere infamia siue clamosa insinuatio. In accusatione debet præcedere inscriptio per quã ipse accusator se obligat ad talionem. Quia autem in inquisitione & accusatione intẽditur pœna peccãtis propter multitudinis bonum sit ista cõclusio secũda. quod si accusator appareat in capitulo. qui se obliget ad talionem potest prælatus præcepto exigere confessionem veritatis, sicut & iudex ecclesiasticus exigere iuramentum de veritate dicenda. Ista conclusio est. S. Th. in quolibeto prædicto. ¶ Tertia conclusio. Si præcedat infamia potest prælatus præcepto veritatem inquirere, & subditi tenentur obedire. Ista conclusio est etiam S. Tho. vbi supra. ¶ Quarta conclusio. Si procedatur per viam simplicis denuntiationis non tenetur religiosus prælato præcipiẽti culpam fratris reuelare, nisi præcedente admonitione videat eum incorreptum. patet conclusio. quoniam talis ordo est datus à Christo in euangelio. vnde plus tenetur obedire religiosus Deo, quam hominibus. Act. 4. Et magis euangelio quam prælato. Et ideo vt dicit S. Tho. in 2.2. quando prælatus præcipit vt sibi dicatur qđ quis sciuerit ad corrigendum, intelligendum est præceptum saluo ordine correptionis fraternæ, siue præceptum fiat communiter ad omnes, siue ad aliquem specialiter, sed si prælatus expresiuè præciperet contra hunc ordinem à domino constitutum, & ipse peccaret præcipiens & ei obediens, quasi cõtra præceptum domini agẽs. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ de peccato præterito de quo iam aliquis correptus est ad secretã admonitionem, vel de quo potest sperari corrigendus, nisi contrarium inueniatur non potest imminere periculum multitudini, sed de peccato futuro quod esset periculosum multitudini, vel spiritualiter vel corporaliter procedit obiectio. tunc. n. non oportet monitionem secretam expectare, sed statim periculo occurrere. vnde & dominus non dicit si peccare intẽderit in futuro sed si peccauerit in præterito. ¶ Ad secũdam patet responsio ex supradictis. quoniam Act. 4. dicitur. Magis oportet Deo obedire quam hominibus, & euãgelio plus quã mandato prælati. ¶ Ad tertiam patet etiã responsio ex dictis. quoniam in visitationibus præcepta data sunt intelligenda ꝟm ordinem correptionis fraternæ, vt iam dictum est ex S. Tho. in 2.2. Lege tex. ¶ [Si peccauerit in te] &c. Notãdũ hic vt partim tactũ est in 2. q. quod duplex est correptio, vna quę est ad peccantis punitionem propter conseruationem iustitiæ, & ista non ordinatur semper ad correptionem delinquentis. quia aliquando sibi infligitur pœna mortis. Et ideo principaliter est ad correctionem iustitiæ & terrorem aliorũ. & talis correptio non pertinet ad singulares personas, sed ad personam publicam ad iudicem, ad quem pertinet conseruare iustitiã inter homines ꝟm illud. * Diligite iustitiam omnes qui præestis populis, & propter hoc talis correctio est actus iustitiæ. Alia autem correctio est, quæ ordinatur ad fratris peccantis emendationem & ideo est actus charitatis, & pertinet ad omnes. quia sicut dicitur in ecclesiastico. vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Et ideo sicut quilibet tenetur proximum ex charitate diligere, ita tenetur defectus eius charitatiuè ad emendationem corrigere. Si tamẽ probabiliter credat, quod ex sua correptione debeat se emendare, & de tali correctione loquitur hic saluator, non de prima quæ est actus iustitiæ. Tangit autem debitum modum huius correptionis fraternæ, vt. s. fiat in secreto. cum ait. [Si peccauerit in te.] intelligitur istud in te dupliciter. quia vel te solum læsit, vel quia te sciente solo peccauit. Si. n. alios læderet, vel coram alijs peccaret non haberet locum qđ subditur. [vade & corripe &c.] Dicit ergo. [si peccauerit in te]. i. cõtra te. vel te solo sciẽte. [peccauit.] Et ratio huius est. Sicut. n. medicus corporalis si debito modo procedat nititur inducere sanitatem cum minori dispẽdio corporis, vt sine membri abscisione, etiam si fieri nõ potest abscindit membrum minus nobile, vt cõseruet magis nobile vel totum corpus. Sic ille qui fratrem peccãtem occultè corripit charitatiuè, debet tentare si possit emẽdationem fratris sui sine dispendio suæ famæ quia fama reputatur inter maiora bona hominis citra virtutes. Et ideo corrigens fratrẽ suum debet quantum potest conseruare eius famam, sicut superius plenius dictũ est. Et ideo debitus processus correctionis fraternæ est, vt homo corrigat fratrem suum inter se & ipsum solum, vt sic possit eum saluare cũ integritate famæ suæ.
33 [Nam si solus nosti. sed proditor.] † prodere est non probãda malitiosè deferre, vel etiam probanda non præmissa admonitione. vel facta admonitione non amore correptionis, sed ex odio vel sui iactantia, vel alia iniusta de causa deferre. Hug. & Io. de Fan. & Archid. Quot modis dicatur proditor habetur. 46. dist.

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit i contrariũ. Respõdet. Prima cõclusio. S. Thom. Secũda cõclusio. Tertia conclusio. Quarta cõclusio. S. Thom. Ad primũ argu. S. Thom. Ad secũdũ. Ad tertiũ. Exponit literam. *Sap. 1.a

46.dist.clericus.[Attēde]probat exemplo Ioseph.circa quod dixerat de ordine siue modo correptionis fraternæ. ¶ Pro pleniori intelligentia eius quod dicitur hic de Ioseph dubitāte de conceptione beatæ virginis. Est notandum, quod vt dicit Nicolaus de lyra super Mat.c.2. quòd emisso voto custodiendę virginitatis per vtrumque.s.Ioseph,& Mariam. Angelus, Gabriel venit ad virginem ignorante Ioseph,& impregnata est de spiritu sancto.vt habetur Lu. 1. Et statim de licentia Ioseph abijt ad cognatam suam.s.sanctam Elisabeth,vt ei prægnanti seruiret & natum filij sui præcursorem videret, & ibi mansit tribus mensibus vsq; ad peractā præcursoris natiuitatem. Ipsa autem redeunte vidit Ioseph vterum eius grauidū, & incurrit ex hoc vehemētem suspitionem nec fuit mirum propter Mariæ longam absentiam, ex alia tamen parte tm̄ tenebat de Mariæ sanctitate vt dicit Chrysostomus,q̄ sibi videbatur impossibile eam cecidisse. Et hoc est quod dicit Au. in litera præsenti.[Attende queadmodū iustus Ioseph &c.] antequam sciret vnde illa conceperat,quod postea per Angelum nouit cum dixit Mat.2. Noli timere &c.¶ Sed hic surgit

Nicolaus. de lyra.

Chrysost.

34 quæstio duplex.† vna est quare beata Maria non dixit Ioseph hoc secretum. Respondet magister Nicolaus de lyra q̄ talia non sunt reuelanda nisi in quantum se extendit volūtas diuina. Et ideo beata virgo tacuit tenēs firmiter,quod sicut illud secretum fuerat reuelatum sanctæ Helizabet, vt habetur Lu. 1. sic reuelaretur alijs competenti tempore ex beneplacito diuinæ voluntatis.¶

Quæstio. Respōdet.

35 † Secunda quæstio est quare Ioseph nō petiuit à beata virgine. vnde tu es grauida. Respondetur s̄m eundem.quòd pro nihilo petiuisset,quia ipse Mariæ pro se dicenti non credidisset. Et ideo ex diuina dispensatione hoc factū est,vt per reuelationem Angeli ipse Ioseph si certificaretur, quod de cætero nullo modo dubitare posśit. Sequit̄. [Sed qa ipse non nouerat]rei veritatē Hu.[certa].i.violenta[suspitio] quo ad seipsum ob quam violētam suspitionem potest vxor dimitti.32.q.1.dixit. Arc.[Euangelium] Matt.2.[Iustus]ex cōscientia.[pius]ex timore. Credebat.n. illam esse inculpabilem.sed vnde esset vel quid esset ignorabat.& ideo mediā elegit viam effugientem,vt nec innocentem proderet,& in hoc iustus,quia conseruabat innocentem. neq; rei incognitæ consentiendo se reum esse faceret corā Deo.& in hoc pius. Hug. [traducere].i.propalare,vel diuulgare.quia non erat certus de crimine.voluit occultè dimittere eam. Ne fortè vt dicit magister Nicolaus de lyra.ex opposita parte faueret sibi in crimine. Et bene dixit quod occultè,ne si palam eā relinqueret nesciret respondere determinate causam dimittēdi eā hæc quęrentibus,cum haberet argumenta sibi insolubilia ex vtraque parte vt supra visum est.[ergo ipsa].2.pars. Cōcludit hic Au. quod peccata corā omnibus facta s.publicè coram omnibus, & publicè sunt arguenda,& quæ secretius,secretius sunt corripienda.& sic reducuntur ad concordiam euangeliū,& texr. Apostolicus.1.ad Ti.5.peccantes corā omnibus argue, vt cæteri timeant.distribuit tempora.s.publica, & secreta.s.quibus peccatur publicè,& quibus peccatur secretè. vt concordet scriptura.s.euangeliū quod loquitur de peccante secretè, cum doctrina apostoli iam dicta quæ loquitur de peccāte publicè[sic agamus].3.pars. Hic Au.documento sui vel alterius episcopi probi probat hanc veritatem , videlicet quod quoties peccatum fratris est occultum, a vel proximi in secreto inter se & ipsum solum est corrigendum.& non alijs reuelandum vnde ait sic agamus & sic agendum est,s.quod secretè debeamus occulte peccantem corripere.non solum quando in nos peccatur.i.nobis solis scientibus distributiuè.i. me vel te vel aliquo alio solo sciente. Hug.sed etiam quando ita peccat ab aliquo,vt omnino nesciatur ab altero.i.nec à me, nec ab aliquo habeo tamen certam & violentā suspitionem , quod peccauerit.quasi in his duobus casibus idem iuris est.s.vt non publicè sed secretè corripiam nescio. Hic applicat documentum suum ad propositum[nescio quem ego.]s.episcopus. Loquitur in persona episcopi[nolo eum publicè corripere] quia solus scio.[& tu illum quæris inscribere].i.accusare,quod non debes facere.quia non potes.& quod tamen sufficienter compleat mandatum Dei de correptione fraterna sic celando, & alijs non reuelando ostendit cum sequitur prorsus[nec]pro donec tamē negligo[quia corripio]in secreto[pono ante oculos eius Dei iudicium] comminando sibi æternam pœnam. di.44.c.1.[terreo.]monendo ipsum [cruentam conscientiā] .i.iniquitatibus plenam persuadeo & pœnitētiam per quam Deus culpā remittit.[hac authoritate].s.euangelica.alias charitate[prædicti].i.instructi esse debemus.vt.s. corrigamus in

a Occultū Quid dicatur occultū vide Pe. de Anc. in c.vestra n. 14.de cohabi.cleri. & muli. Et q̄ sit eius pœna ibid. nume. 15.

secreto occultum peccatorē. Et ad idem inducit quod sequitur.[alij homines produntur ab vxoribus zelantibus maritorum salutem.]& hic est bonus zelus non vt dicit Hu. & Arc. & gl.quod argumentum sit quod malo zelo denuntians crimen fratris est audiēdus.[querētibus,].i.querelantibus[nos non prodimus]ad querelā ipsarū in publico.[nec possumus.] quia testimonium ex auditu nō valet in tali casu,nec confessio extra iudicium nocet. Hu.[ibi moriatur].i. occultum occulte,& publicū publicè.i.q̄ si qs publicè peccat publicè corripiatur.& si occulte occulte.[sauciatā].i.vulneratam peccatis. Ecce dictum est corripe inter te & ipsum solum.[si solus nosti crimen illius.]¶ Hic surgit quæstio. vtrum silendum sit & non vlterius procedendū si non vult corrigi. Ad hoc dicūt quidam vt tactum est in 11.articulo,quod silendum sit & nō vlterius procedendum aut reuelandum alicui.ar.hic. & ꝫ.e.q. 7.plerūq;. Sed quia vt probauimus in arguēto prædicto, hoc videtur esse contra euangelium.& expresse contra Aug. in regula supra inducta & cōtra.c.hoc videtur.22.q.5.videtur. Respondendum etiam s̄m.Hu.hic q̄ in tali casu non sit tacēdū sed insinuandum est latenter talibus personis,quæ possunt ꝓdesse & non obesse.& quæ eum latēter corrigere studeant puta patri,& matri fratri sorori & vxori sacerdoti, & hmōi. In quo casu loquit̄.c.illud,hoc vr̄.22.q.5. cū ergo dicitur hic vel alibi.q̄ nulli debeat hoc dicere intelligitur diffamando, publicando,accusando,inscriptionem faciendo.vt dicit.Hu.


Quæstio. Respōdet.

Quando vero. §.est. Hic incipit.4. pars. huius quæstionis s̄m Io.de Fan.& Arc.

In qua vult probare,quam si crimen notum est alijs & non iudici tanquam iudici,nihilominus causa est examināda,& hoc probat persequens capitulum. Secundū vero Hu.hic gra.exequitur s̄m membrum distinctionis, quam posuit.s.eo.§ sed sciendum. Lege tex.¶ [Non iudici.]Io.de Fan.& Archi.[feriendum].i.puniendum,siue sententiandum. Archi.[sententiam].s.diffinitiuam excommunicationis autem potest ponere in genere.extra de offi.ord.c.2. Arch.

Exponit literam.

1 *Sententia non est præcipitanter ferenda.*
2 *Iudex non debet iudicare de his quæ in secreto nouit.*
3 *Crimen sodomitarum,qualiter erat notorium.*
4 *Iudicare debemus secundum allegata.*



1 Eus. Capitulum est papæ Euaristi in quo cōclusio est.† quod sententia non est præcipitāter ferenda,nec temerarium iudiciū proferendum causa non discussa, & sufficienter cognita. Et vtitur papa Euaristus in hoc.c.argumēto à maiori sic. Si.n.Deus in manifesto scelere Sodomitarū noluit procedere sine examinatione,multo minus homo debet occulta sine probatione condemnare. Et diuiditur in tres partes. In prima inducitur ad probandum tanquam fundamentum factum Dei. In secunda applicatur ad ꝓpositum,dicēdo quod sic fecerat Deus ad instructionem nostrā. In tertia arguit per locum à maiori id quod dictum est, quod nullus debet iudicare nisi prius diligenter fuerit causa discussa.2.ibi,Deus cui.3.ibi,si.n.Deus. Lege te.¶[Deus nuda.]Ad Hebr.3. Omnia nuda & sunt oculis eius.[Sodomæ] Gen.18. Dominus.n.quamuis sciret peccata Sodomorū non statim dedit sententiam.sed ait.descendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an nō est ita vt sciam. Ex quibus verbis docemur primo.† quod iudex non debet iudicare de his quæ in secreto nouit. Secundò q̄ debet iudicare de probatis & notis ne iudicet de ignotis & incertis. Prouc.12.qui iudicat quod nouit iudex iustitiæ. Tertiò quod debet iudicare cum magna maturitate, & diligenti discussione. Iob.28.ibi descēdam per Angelos.i.mittam eos ad inquirendam veritatem ipsius.n. Dei s̄m se non est descēdere,nec ascendere,qui vbiq; est. vnde propheta.*Si ascendero in cœlum tu illic es &c. Descendere & ascēdere est locum mutare, & inferiorem vel superiorem locum mutare,quod ei nō conuenit qui vbiq; est. Quod vero dicit Apostolus ad Ephesi.qđ ascendit super omnes cœlos,& huiusmodi, intelligēdum est s̄m humanitatem assumptam. vnde Damascenus.li.3.c.30.dicit.quod ascendere cœlos à terra,& descendere rursus actiones sunt circunscripti hominis, vel corporis. Ita.n.venietait ad vos quemadmodum vidistis eum euntem in cęlum[videbo.]i.faciam videri ab hominibus quod ego hic sciam, vel loquitur more humano in omnibus his.[Deus cui].2.pars.[abscondítum.]psal.44.ipse nouit abscondita cordis.& disti.22. c. ubescant.& 24.q.3. Deus.& de con.di.2.panē.[manifesta] Deo enim

Diuisio.

Exponit literam.

2 (margin, beside "vt sciam")

*Psal 138.b

Damasce.

Deo.n.omnia sunt manifesta,etiam antequā fiant.vnde Gen. 1.In operibus Dei præmittitur visio,& præscientia Dei ante quàm fiat.vidit Deus lucē q esset bona,dixit.fiat lux. & facta est lux.& sic de alijs.Et similiter Proue.9. dicitur quod Deus antequam quidquam faceret,aderat eius sapientia cum eo oīa componens[daret.]Nam omnis Christi actio nostræ vitæ est instructio.vt hic.& 12.quæstio.1.exemplum.Bernard.& Archidiacon.[Essemus].50.distinct. ponderet. in princip.Archidiacon.[probare] id est examinare supra eod.capitul.1. Hug.[Cuius exemplo &c.]ar.cōtra illos iudices qui sunt præcipites in sententijs ferendis,quod non debet esse.arg.11.q.3. summopere.& 30.q.5.iudicantem.[quoquo modo].i.interlocutoriè, vel difficitiuè.Hu.& Arc.[veritatis.]ipse.n.Christus ait.Io.15.Ego sum via,veritas,& vita.nolite iudicare. Mat.7. non quod malum sit officium iudicis, cum ipse cōstitutus sit iudex viuorum & mortuorū,sed vetat improbum & temerarium iudicium,ac contra iustitiam crudele & noxiū. vnde ait. [In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini.] vult.n. Deus vt iuste iudicemus.Psal.57.Iustè iudicate filij hominum.[Mala] .i.peccata[passim]indistinctè.[Si.n.Deus].3.pars.[ad cœlū]
3 arg.†quod crimen sodomitarū erat notorium publicatione, & euidētia ipsius facti omnibus manifesta erat ꝯm.Hu. licet
Laurētius Lau.dicat contra nec credere nec iudicare voluit.s. tanquam iudex punitionis inferendo.[cum ipse ea cum fidelibus testibus].i.per Angelos duos quos misit Sodomam non vt sciret, quia omnia sciebat & scit.sed vt faceret hoīes scire,quod ipse sciret hæc omnia vt dictū est, & vt suo nos erudiret exēplo.s. ne occulta & non probata crederemus, & iudicaremus cū ipse etiā cognita noluit condemnare præter ordinem iuris.[nullum ante veram]quo ad causam[iustamq;.]quo ad iuris ordinem.ar.†quod ꝯm allegata debemuus iudicare. Hugo. Pauli
4 Ro.9.[alienum].i.occultum siue occultè peccantem, & ideo ab alio iudicādum.s.à Deo qui eius secreta solus nouit[suo.n. domino stat].s.remunerandus[aut cadit],s.puniēdus. quasi di
Quæstio ceret dominus eius,qui eius secreta nouit eum vel remunerabit vel puniet.¶Pro pleniori intellectu huius.c. est notandū. q gl.super verbo,fidelibus testibus.quærit vtrum tātum honesti testes sint admittendi in causa inquisitionis.Et arguit ad vtramq; partem,quod sint tantum honesti testes admittēdi. arguitur primo ex præsenti.c.secundo ex decretali illa. extra de accu.qualiter & quaudo.vbi dicit de prouidis & honestis.
Oppositū contrariū. Respōdet. Goffredus ¶In oppositum videturargui per.c.p tuas extra de simo.vbi dicitur,quod propter immanitatem criminis admittūtur criminosi.& loquitur tamen in causa inquisitionis vnde respondendum est.Et videtur conuenienter dici iuxta Goffredum, vt tangit hic Arc.quod aut fit inquisitio contra certam personam aut fit generalis inquisitio circa statum ecclesiæ.Si fit cō tra certam personam,tunc est conclusio.quod non debent admitti testes criminosi in causa inquisitionis,nisi essent iam de crimine emendati.In exceptis tamen criminibus bene admittuntur criminosi,nisi sint conspiratores,vel capitales inimici extra de simo.per tuas.patet conclusio ex.c. testimonium. extra de testibus.vnde dicit Goff.quod in isto casu sunt edenda capitula,super quibus inquiritur ei contra quem inquiritur, & dabitur copia excipiendi contra testes,& seruabitur forma. c.qualiter.2.extra de accu.§.non debet. Et hoc casu potest ha
Bar. Brix. bere locum opi.Bar.Brix.hic in gl.quæ ponit cōclusionē prædictam.Si verò fiat inquisitio generalis super statu ecclesiæ est conclusio.quod admittuntur minus idonei testes, qualescunque haberi possint,dum tamē non sint inimici, aut corrupti, & nec in tali inquisitione exprimuntur capitula,quia generaliter,inquiritur de vita & honestate siue conuersatione clericorum de officijs,& statu possessionum,& redditutum ecclesiæ.& tunc non excipitur contra testes, sed recipiuntur tales quales reperiuntur in ecclesia.vt in dicto.c.cum.I.& A.in fin. de re iudic.Et est speciale in hoc casu, vt minus idonei admittantur vt dicit Archidiacon.Et ratio specialitatis est,quia quę aguntur.in capitul.non possunt sciri nisi per illos de capitulo. extra de testa.veniens.2.sicut ea quæ fiūt domi sciri non possunt nisi per domesticos.C.de repud.l.consensu. Et ideo quales inueniuntur tales recipiuntur. Hanc etiam opinionem de
Archidiac. Ioannes, Vincen. Laurētius Io Andr. testibus minus idoneis admittendis cum de statu ecclesiæ agitur vt dicit Archidiacon.approbant Ioan.Vincen.Lauren. Goffred.& Bernard.extra de elect.per inquisitionem.Archidiacon.tamen credit Hostiensi.dicendum & recitat eius dictum Ioan.And.in capit.cum.I.& A. quod quando fit inquisitio generalis non est locus subtilitatibus positis, & notatis per Ioann. Vincen.& Bernard.qui in idem conueniunt in prædicto. capitulo. cum.I.& A.in fin. maximè quantum ad illos, qui pœnitentiam agere debent. Si tamen ex ea inquisitione veniret aliquis puta Abbas,vel prælatus ecclesiæ super cuius, statu inquireretur ab administratione remouendus,ille posset excipere contra testes, nec crederetur conspiratoribus, contra eum,contra quem conspirassent.vt in prædicto.capit. cum.I.& A. Igitur canonici ecclesiæ contra quam fit inquisitio quantum ad agendam pœnitentiam per conspiratores conuincentur,quia non est curandum,quis in talibus testificetur,vel denuntiet secundum Hostiens.prout nota. extra testa.in omni negotio. & de iudic. nouit.In quo casu non est locus forsan huic formæ, quæ traditur extra de accus. qualiter.§.debet.Tamen is qui specialiter est expressus,& ab administratione remouendus,de hoc conqueri potest. vt patet in prædicto.capitu.cum.I.& A.vbi Hostiens. hoc notat vt inquit Archi.& hoc circa hanc quæstionem.argumenta patent per distinctionem datam.

Quantum autem. §.est,in quo secundum Io. de Fantu.& Archidiaconus incipit quinta pars huius quæstionis, in qua dicitur. quod si notorium est omnibus, & iudici, scilicet per euidentiam facti,tunc potest iudex illum punire. Et hoc probatur per sequens capitulum, & sic reassumit secundum membrum notorij.de quo supra.in §.sed sciendum. Secundum verò Hug. magister Gratianus reassumit hic tertium membrum positum.in §.sed sciendum. Et diuiditur.§. isto in tres partes. In Diuisio. prima loquitur de crimine noto iudici,& alijs,aliquibus non tamen notoriè. In secunda loquitur de notorio facti euidentia. In tertia parte hoc vltimum membrum coaptat authoritatibus Ambrosi.& Nicolai.2.ibi, aliquando tertia ibi, itaque in hoc.Lege text.¶[Negat.]videtur hic Gratianus dicere,quod si crimen notum est iudici, & alijs, & reus inficiatur procedendum est ordine iudiciario.Et inde ponit exemplum.sed hoc non videtur verum, & est contra capitula superius posita manifesta & manifestis. vnde credendum est, Exponit literam. quod non intelligit de notorio, quòd scilicet omnibus vel maiori parti ciuitatis, & iudici notum est. Et ideo facienda est vis in verbo multorum.ita quod non maioris partis ciuitatis,alias malè diceret secundum Laurentium. & secundum Laurētius Hug.vnde dicit Hug.fortè facit vim in eo,quod dicit multorum,quasi non omnium,vel maioris partis de illa vicinia. In quo casu sine dubio non est notorium. Dico ergo quod si quis in conspectu iudicis,& præsertim sedentis pro tribunali & hominum de vicinia illa aliquem interficiat,crimen notorium est, & quamuis reus ex post facto inficiatur. id est, negauerit,tamen condemnabitur tanquam de notorio dummodo idem iudex debeat eum iudicare, & in eadem prouincia,quia mutatio loci & iudicis, & viciniæ sæpe facit, vt crimen ibi vel tunc,non sit notorium.secūdum Hugu.[aliquando.]secundum membrum.[quando opere publico.]si ore neget.Hugu.& Archidiacon.[post correptionem]argumen.vt Cōtra gl. & Hug. dicit glo.& Hug.quod in notorijs debet præcedere admonitio.argumen.24.quęstio.3.de illicita.& capitulo ecce. sed hoc hoc non videtur generaliter verum.extra de simon.licet Heli.vbi habetur,quod in accusatione non est necessaria admonitio.textus hoc etiam videtur probare. Et idem cum Bernard.tenet gloss.super verbo corripuisse, & ibi dicitur & illi decretali statur,quidquid dicat. Hugu.supra prima quæstio. tertia ex multis. de qua materia pauca hic loquimur. quoniam diffuse supra in quæstione circa 11.articulum dictum est[sine examinatione damnandus] id est, excommunicandus.Petri.& Archidiacon.[In hoc itaque] tertia pars. [Ambrosij]supra eodem. quæstio.manifesta. [& Nicolai]supra. eod.quæst.lotharius. Ad idem adaptat authoritatem Pauli de fornicatore,fornicator ille.de quo fit mentio supra eo. quæst. manifesta[apostolica]Pauli scilicet[excommunicationis publicè]extra.de coha.cle.vltimo.[pro vxore].i.ad Corint.Lotharius.de quo.supra.e.q.Lotharius.

1 *Rex dicitur à regendo.*



Celus. Hoc.c.est eiusdem Nicolai, in quo ostenditur non solum quod Lotharius publicè vxorem dimiserit, & aliam super in duxerit. Verū etiam quod sine accusatore notoria peccata sunt feriēda.Et diuiditur in duas par Diuisio. tes. In prima narrat factum regis qualiter esset notorium. In secunda ostēdit et duorum episcoporum fautorū regi in suo crimine esse notorium.2. ibi, sed & dudū patet totum de se.

Exponit literam. 1 Lege tex.¶[Scelus veraciter dici.]Rex.n. dicitur à regendo vt di.21.cleros.qui ergo se non regit non veraciter nomen re gis sibi præsumit.vnde Ecclesiast.4.dicitur.Melior est pauper & sapiens rege sene stulto.& Eccle.10.habetur,quod rex insi piens perdet populum suum.Indignum valde est & iniustum æqualem ęqualibus principari,vt dicit philosophus tertio po lit.Longè ergo magis iniustum & indignum est malum regē melioribus se præesse,cum melior cæteris esse debeat,cū cæteris principat.vt dicit philosophus vbi supra. Et sicut bonū regnare expedit,sic nociuum est regnare.[qui].i.quia ipse.Hu. [Lubrica.]simile verbum.12.q.1.c.1.[eneruatione.]Lubrica eneruatio dicit fornicatio cū ipsa muliere.vnde Versus. Ener Versus. uans neruum facit de principe seruum.[illicitis.]concupiscen tijs.[motibus]carnalibus.[cedit].i.consentit.11.q.3.c. ita.Ar chid.[in duabus]habere plures vxores aliquando licuit, vt di cit Aug.de bono coniugali.c.16.quandiu Christus spectabat, sed non licet post eius aduentum cum sit contra naturam ma trimonij qđ ex sui institutione.Gen.2.& 9. est vnius cū vna, vt sint duo in carne vna.vnde rex Salomō dānatus est in mul titudine mulierum,quæ cor eius peruerterūt.[Sed&].2.pars. [Eum].s.regem.[atque].i.prætereà.[fautores].11.q.3.cap.ita [pœnæ].i.fere[in præsentia].s.omnium, qui erant in synodo. Arc.[depositi.]s.ab officio Hu.[excommunicati].i.separati. Hu.& Arc.hic colligebat quidam sicut Io.Fan.vt tangit gl. & Hug.ꝙ propter solam publicam famam,quis potest cōdemnari criminis euidentia suffragante,quod non est verum sicut Cōtra Io. bene arguit Io.in gl.vnde dicēdum est cum eo.quod isti duo episcopi ex propria confessione damnati sunt:suppletur.n.ali bi quod hic minus dicitur.vt.11.q.3.[tēgaldam.]Falsa est ergo notula magistralis qua dicitur hic est casus vbi quis sine accu satore damnatur secundum Hug.& Laurentium. Nam iudicis non est sine accusatore damnare.s.eo.de manifesta.

¶ Quæstio Secunda.



Vod autem. Hic intitulatur. 2. quæstio, siue reassu mitur.s.an spoliatus sit restituendus ante quam iudicetur, vel ad causam venire cogatur. Vbi notandum quod gl. ponit differentiam inter hanc quæstionem. & j.3.q.1.dicēs quod hic petitur restitutio in mo dum exceptionis &c.¶Secundò no.quod omnia capitula in telligunt in eo casu,in quo quis spoliatus est rebus vel possessionibus ab aduersario vel iudice non suo, vel iudice suo, sed præter iuris ordinem.& hoc constat secundum Hug.& Lau. Arch.G.secundum Io.sententiam.ista capitula intellige secū dum id quod legitur.& no.extra de restit.spol.c. frequens.li. 6.Arch.¶Tertiò nota.quod quandoque spoliatur aliquis of ficio,vt suspensus quandoque communione fideliū.vt excōicatus.quandoq; re sua,& de hoc vltimo modo in hac quæstio ne videtur tractari.Si spoliatus est quis officio per suspensionem,& conuenire poterit ante restitutionem,conueniri,nisi fortè à prælato qui eum suspendit fortè ante restitutionē cō ueniri non posset.Si spoliatus est communione fidelium per excommunicationem,si præstare vult cautionem de parēdo ecclesiæ nec conueniri nec conuenire poterit ante restitutionem imo semper absoluēdus est ante litis ingressum.vt extra de offi.ord.quæsitum.Si vero cautionē præstare nō velit. sed contumax perseueret.Cōuenire quidē nō poterit,sed poterit conueniri.vt extra de iud.intelleximus.qa de contumacia sua nullū cōmodū debet reportare.vt.30.q.1.dictū.Si verò spolia tus sit re sua,si quidem iustè quo ad causam, & q̄tum ad ordi nē iuris non restituetur.Si verò iniustè quo ad cām. sed iustè quātū ad iuris ordinē de cętero nō pōt restitui,nisi prætextu falsi.s.si velit probare personam iudicis circunuentam per falsos testes,aut falsa instrumenta.Si vero iniustè est spoliatus,& de hoc constet sem p ante litis ingressum debet restitui, nullo criminis obiectu obstante.vt extra de resti. spo. item cum qs. Si vero non constet,quod iniustè sit spoliatus sed vertatur in dubium,vt quia iudex dicit se iustè spoliasse eum priusquam restituatur recognoscetur de hoc.ar.7.q.1.præsentium.& di. 74.quorundam.Sed hæc & alia circa hæc inquirenda plenius, distinguentur.j.3.q.1.licet, quia ista materia magis pertinet ad iuristas,quam ad theologos. Breuius nos eā percurremus Exponit literam. Lege tex.¶[Quod autem non possit.]quidam vt dicit Arch. verbum hoc accipiunt vt sonat.vt.j.eo.in scripturis. &.c.nullus sed non est verum.sed debet intelligi non possit.i.non cogatur.vt patet extra de or.cog.c.vltimo.



Ntiquitus. Inducit magister ad probandū, quod dicit in §.præcedenti. hoc c.quod est Io.papæ & est conclusio.eius sicut in ru bro ponitur,quod ante litis contestationem spolia to cuncta sunt restituenda. Non diuiditur. Lege.¶[Antiqui tus].i.antiquis canonibus.1.q.1.per totum.& 33.q.2.historia. & 5.q.2.c.vlt.secundum Hu.Lau.[sublata sit].j.c.1.2. 3. & 4. [possessori]olim.Hug.[cunctos fructus]gl. medij temporis, & percipiendos,omnis.n.vtilitatis quam habuisset, si spoliatus non fuisset,ratio est habenda.vt extra de resti.spo.grauis. & 10.q.3.hoc ius.& 12.q.2.non liceat. Nota hic iuxta Hugu. & Io.de Fan.quod qualitercunque proponatur spoliatio siue in modum actionis,siue in modum exceptionis, semper debet proponi ante litis cōte. super petitione aduersarij nō deferret illud iudicium secundum Ber. in c.ex conquestione.de resti.spo.nec potest proponi hæc exceptio post litis contest. etiam si postea fiat spoliatio, cum habeat aliud auxilium.s.in terdictum vnde vi.secundum Inno.in c.2.extra de ordi. cog. Recitat tamen, ꝙ alij dicūt quod si de nouo fiat, vel de nouo veniat ad notitiam proponi pōt.extra de offi.deleg.insinuāte. & extra de excep.pastoralis.& l.fi.C.de exce. De qua materia no.29.q.2.huius rei.in gl.vlt.in fine. sed eo casu non poterit repellere aduersarium à principali,cum eam à principio omiserit.secundum Hu.& Lau.Archid.adde notabilem casum,in quo exceptio spoliationis proponitur post litis contest. licet non de nouo venisset.in c.ex conquestione.de restit. spoli.de qua materia ibi per gl.& docto.& Nico.in d.c. insinuante.& Ang.in l.si mulier.ff.sol.ma.faciunt ad hoc.ca. inter monasterium.de re iud.&.c.pastoralis.de excep.Relinquimus alia alijs magis tritis in materia ista.

Exponit literam. Io.de Fan. Innocen.



Mnes. Ad idem inducitur hoc.ca. quod est Nicolai papæ,quod clarissimum est & breuissimum. Lege text.¶[Omnes leges] quæ de hac materia loquuntur, simile de pœn. dist.2.opponitur.in prin.Lau.Archi.[vulgares] id est,lombardę.Hug.[ablata.]sicut in cap.præcedenti. vbi di cit Hug.quod ante litis ingressum, & ante citationem de crimine pro quo est spoliatus facienda est restitutio. ar. in omni bus.c.istis.Et nota quod verbo restituēdi omnis realis vtilitas continetur.ff.de ver.sig.cum prætor.Lau. Nam verbum resti tuatur plenam habet significationem.ff.de vsu.l.videamus.ad hoc est etiam quod legitur.extra de offi.dele.venerabili.

Exponit literam.

1 Spoliatus ante restitutionem an possit accusari de eodem crimi ne pro quo est spoliatus vel de alio.quod non.nu.2.

3 Iuri suo si aliquis cesserit dolo iudicis vel cuiuscunque restituendus est.



Vllus episcoporum. Ad idem in ducit hoc.c. quod est Stephani papæ,quod in duas partes di uiditur.In prima statuit vt spoliatus ante incœptam accusationem debeat restitui. In secunda modum restitutionis declarat.quia plene & inte graliter.2.ibi,ita vt omnes.¶Pro pleniori intelligentia huius Diuisio. Quæstio.
1 c.Quæritur.¶†Vtrum spoliatus ante restitutionē possit accusari de eodē crimine,pro quo est spoliatus,vel de alio.quod videtur ex præsenti capitulo. & similibus alijs sequentibus. Quod vero sic videtur,quia alias multa delicta illius spoliati possent manere impunita,quod foret inconueniens contra il lud.c.vt famæ.de sen.excō.¶Respondeo iuxta Hu.sub dua Respōdet. Prima cōclusio.
2 bus conclusionibus. Prima conclusio est†quod spoliatus nō potest accusari ante restitutionem, nec de eodem crimine, pro quo fuit spoliatus,nec de alio à spoliatore. patet conclusio cum constet illum inimicum esse eius. extra de restitut. spoliato.capitulo.Item cum, quis.nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam vel tale sit crimen, in quo quilibet admittatur.argumen.supra.q.1.in primis.¶Secunda conclusio est. Secūda cōclusio. quod spoliatus ab alio accusari potest, non tamen de eodem crimine,sed de alio.argument.5.quæstio.2.si primates.vbi su mitur argumen.à contrario sensu. quod enim de vno negatur.de alijs conceditur.ca.nonne.extra de præsumpti. alioqui delicta ipsius remanerent impunita si de nullo crimine posset accusari,sicut supra argutum est,quod esse non debet. Expe dit.n.rei publicę ne crimina maneant impunita. extra de sen. excom.vt famæ.Hoc aūt dicimus ad instar eius,quod dr de il lo,qui appellauit,qui si medio tempore.s.pēdēte appellatione deliquerit,

deliquerit,vel ante deliquerat,potest iudicari ab eo,à quo appellauerit,si suus iudex sit excepto crimine super quo appellauit.c.ad hæc.1.de appel.&.c.proposuit.&.c.cum teneamur. e.tit. Vbicunq; ergo inuenitur,quod non potest ante accusari intelligendum est de eodem crimine,vel à spoliatore.Et ita respõdetur ad.c.inductum.de quo vide in gl.ſ.e.c. in scripturis. Hoc etiam videtur intelligendum,si debeat conueniri criminaliter,quia vt colligitur ex.c.frequens.de resti.spo.li.6.si conueniatur ciuiliter ab alio,quam ab ipso spoliatore non excusatur prætextu spoliationis.& hæc de quæstione.Lege.¶[Nullus episcoporum]maximè.idem de alijs. Ber.Arc.[suis].s.ꝓprijs,vel sibi commissis.puta ecclesiasticis.Hu.& Archi.[Accusari]à spoliatore.Hu.Bertran.extra de resti.spo.frequẽs.li. 6.[quocunque ingenio]fraude,violentia,metu, calliditate.Et

Exponit literam.

3 est argu.†quod si quis dolo a iudicis,vel cuiuscunque iuri suo cesserit restituendus est.argu.ſ.3.q.1.reintegranda.& 15.q.6. c.1.Hug.dicit Archi.adde cum dolus dedit causam cõtractui. Lau.de quo nota extra de emp.& vend.cap.3.in fin.&.c.cum causa.e.ti.[funditus].i.sine omni diminutione.vel funditus.i. integraliter,vel corporaliter.vt.infra.3.quæst.1.reintegranda. Hu.& extra de iud.c.cum aliquibus.

a ¶ Dolo.dolus dãs causam cõtractui quid operet de iure canonico Vide Bal.& Pe. de Anch in c. vnico de plus peti.

1 *Spoliatus ante plenam restitutionem nec iudicari debet, nec etiam ad concilium vocari.*

IN scripturis. Ad idem sequitur hoc.c. quod est Eusebij papæ.In
1 quo hæc est conclusio.†quod spoliatus ante plenam restitutionem nec iudicari debet nec etiã ad concilium vocari. Et potest diuidi.ca.hoc in duas partes. In prima narrat excessum factum contra quosdam episcopos.In secũda instruit tales episcopos à proprijs sedibus depulsos,& rebus suis spoliatos, nec ad synodum posse vocari nec in aliquo iudicari antequam cuncta eis ablata restituant̃:secunda ibi,quos sciatis.Lege tex.¶[In scripturis vestris.]Loquitur episcopis Alexandrinis, qui scripserant Eusebio papæ,qualiter eorum episcopi aliqui tractati erant sicut hic dicitur à proprijs ouibus.i.laicis.ſ.e.q.7. oues. Ber.[Ex suspitione]temeraria.Bern.[Certa ratione].i.certo crimine.Ber.[Et idcirco]hic potest colligi,vt dicit Hu. quod si propter crimen de quo accusatur sit spoliatus primo debet restitui ergo à sensu contrario colligitur quod si ob aliud crimen vel aliam quamcunque causam fuerit spoliatus, non ob hoc quia accusetur de alio crimine sit restituendus, de hoc iam dictum est supra circa.c.nullus.[Nec ad synodum]supple cum effectu.Ita quod respondeat,tenetur tamen venire ad allegandum priuilegium suum.ar.ff.si quis cau.l.si quis eũ.[prouincialem]vbi præsidet metropolitanus,[vel primas[generalem]vbi interest papa,vel eius legatus.Hu.3 di.§. porro.Arc. [legibus].i.secundum quod leges tradunt potestati. extra de re iud.c.cum aliquibus.Archid.

Diuisio. Exponit literam.

NVllus. Ad idem sequitur hoc.c. Iulij papæ, vbi idem dicitur,quod in præcedenti capitulo. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit,quod spoliatus ad causam non possit vocari,nec iudicari priusquam fuerit restitutus. In secunda parte assignat rationem ibi, quia nõ habet.Lege tex.¶[Nullus vocari]ad causam iudicari.ſ.e.c. proxim.& 3.q.2.si episcopus.Archid.[quia non habet] secunda pars.[priuilegium]ista litera est constituenda sic secundum Hug.quia iam nudatus propter iuris ordinem habet priuilegium,s.restitutionis[quo non possit].i.non debet exui si postulauerit hoc enim est priuilegium spoliati, quo non debet priuari si petierit,scilicet vt restituatur, vel vt ante restitutionem ad causam venire non cogatur.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Negotia ecclesiastica non debẽt tractari alibi,quã in ecclesia.*
2 *Iudex debet prouidere partibus locum ad quem conueniant.*

PRæceptum. Ad idem inducitur hoc.cap. quod est zephirini papæ,vbi conclusio est eadem cum conclusione præcedentium capitulorum.diuiditur autem hoc.c.in 5. partes secundum.5.præcepta quæ ponit.In prima parte dicit esse præceptum in antiquis statutis,vt eiecti & spoliati debeãt ecclesias ꝓprias recipere,& eis omnia sua reddi nec ante coguntur respondere.In secunda ponit aliud præceptum, quod facta integra restitutione si quis alium iustè accusare voluerit,pęna talionis interposita procedat.In tertia ponit tertium præceptum de iudicibus,qui.s.esse debeant,& dicit, ꝙ episcopi & non quicunque sed discreti & sapientes.In quarta ponit præceptum de loco,in quo debeant conuenire.secunda ibi,& demũ.tertia ibi,iudices.quarta ibi,& in ecclesia.&c. Lege te. ¶[Præceptum in antiquis].ſ.e.c.1.in prin.[suis.]ſ.e.c.3.[Et demum]secunda pars.[æquo periculo]talionis.s.vt si nõ probauerit quod obiecerit talionem patiatur.vt.ſ.e.q.3.c.2.& 3. Hu.[iudices]tertia pars.repete præceptum est iudices debere esse episcopos.non quoslibet, sed discernentes.i. iudicare [scientes]& sapientes[recta].i.prudentes,& iurisperitos.Hu. vbi nota qualis debet esse iudex.ad hoc.21.di.§.1.vbi de hoc. Nam canones sunt per quos iudicant episcopi,& clerici iudicantur.c.di.c.1.Archi.[In ecclesia.] quarta pars repete præce
1 ptum est ar.†ꝙ negotia ecclesiastica non alibi q̃ in ecclesia debent tractari.ar.23.q.8.conuenior.ar.11.q.1. testimonium. &
2 extra de app.c.qua fronte.[vbi testes essent].s.securi.ar.†ꝙ ad officium iudicis spectat prouidere partibus locum ad quem tute conueniant.ar.3.q.9.hortamur.& extra de appe.ex parte & extra de offi.iud.or.significauit.& 33.q.2.fine [nec prius] quinta pars.repete præceptum est,nec prius.

Diuisio. Exponit literam.

¶ Quæstio Tertia.

1 *Accusator in quinque peccare potest.*
2 *Calumniator tenetur ad pœnam talionis, & efficitur infamis.*

QVa autem pœna. Hic intitulatur.3.q.s. qua pœna sint feriendi. Et diuiditur in quinque partes.In prima parte probat quatuor authoritatibus, quod accusator calũniosè debet feriri pœna talionis. In secũda ostendit,quod si aliquis irato animo verba dixerit,non est habendum pro accusatione.In tertia dicit qđ si aliquis est deceptus in promissione testium parcitur ei. Si autem pecunia defecerit non parcitur.In quarta dicitur,quod si aliquem pœnituerit accusasse ante litis contesta. potest desistere.In quinta facit differentiam inter calumniatorem & tergiuersatorem & præuaricatorem.secunda ibi,in §.aliud est accusationem.tertia ibi,sed aliud est.quarta ibi,notandum.quinta ibi,notandum quoque quod indigno.Lege textum.¶[Qua
1 autem pœna.]Notandum hic iuxta Hug. & gloss.†quod accusator in quinque peccare potest,aut enim errore decipitur, aut temeritate seu calore iracundiæ ad accusationem prouocatur, aut calumniatur, aut præuaricatur, aut tergiuersatur, quicquid horum sit ab accusatione desistit impetrata abolitione in nullo punitur nec infamis efficitur.Si autem desistat impetrata abolitione distinguendum est,si deprehendatur iusto errore deceptus.vel quadam temeritate,vel calore iracundiæ prouocatus,siue ductus parcitur ei,& non punitur.vt infra.eod.quæstione.§. notandum. Si vero deprehenditur calumniator,vel præuaricator,vel tergiuersator, punitur.vt.in
2 frà.ead.quæstione.§.notandum.sed differenter.†quia calumniator tenetur ad pœnam talionis, & efficitur infamis. vt.ſ. 1.2.& 3.capitulis.Præuaricator postea non accusat, & efficitur infamis.vt infra.ead.quæstio. præuaricator. Tergiuersator punitur.5.libris auri, & efficitur infamis. vt.ff.de præuarica.l.3.in fine.Et illud nota diligenter, vt dicit Hugo. quod nec calumniator nec præuaricator nec tergiuersator efficitur infamis,nisi per sententiam.vt.ff.de his, qui nota. infam. l.athletas.§.calumniator.quid autem sit calumniari quid præuaricari,quid tergiuersari,aperte dicitur.infra.eod.quæstio.§. notandum.Sequitur in litera.[qui in accusatione iam cepta.] Nam ante accusationem inceptam potest quis desistere[sine pœna].i.non incipere.Hu.[cum dispendio].i. æstimatur infamis.Lau.[excipient].i.sustinebunt.Archid. de ista parte plenius.infra.e.q.c.calumniator.

SI quis. Ad probationem eius, quod dictum est.in §.præcedenti.Inducit magister Gratianus quatuor capitula seq. quorum hoc.c. quod est Caij papæ, est primum, in quo papa Caius dicit,quod accusator calumniosus in accusatione deficiens notatur infamia. Breue est, & non diuiditur.Lege text.¶[Si quis huiusmodi personas] de quibus erat sermo.Hugu.vel ecclesiasticas personas. Ioan. [non probanda].i.quæ probari non possunt.Hug.[detulerit] calumniosè.Hu.[Sanctionis].id est cõstitutionis.[Iacturam] .i.damnum.[æstimationis]id est bonæ famæ.Hug. argumen. quod tales erunt infames.¶Sed hic surgit quæstio. Vtrum

Exponit literam. Quæstio.

 tales sint

tales sint infames ipso iure, vel per sententiam. quod non ipso iure sed per sententiam dicit hic Io.in gl. Ad idem est Ho. Lauren. Alij dicunt quod ipso iure, quia aliud est secũdum canones, & aliud secundum leges arg.hic.& 6.quæstione prima infames. Item huic sententiæ multum †videtur fauere litera, præsens cum dicit authoritates huius sanctionis. Et ad idem videtur esse.5.q.6.c.1.&.c.iuxta ver. Et tanquam re vera. Et hanc sententiam vsus est etiam Gratianus tenere.j.e.§.hinc. & facit.l.1.in fi.C.vt.j.cer.tẽpus.sed vt dicit Arch. ad ista põt responderi, ꝙ ista intelligantur de infamia facti. Nã ex eo grauata est illorum opinio, vt ibi notatur in prædicta.l. de hac infamia no.6.q.1.omnes. Et videas, quid dicet.j.3.q.7. infames. [impune].i.sine pœna[insidiari]accusãdo.Arch.

1 *Calumniator deficiens in probatione recipit pęnam talionis.*
2 *Accusator deficiens in accusatione an semper sit puniendus, pęna talionis.& nu.3.*




CAlumniator. Ad idem inducitur hoc. c.Damasi papæ. vbi est 1 conclusio† quod calumniator siue calumniosus accusator deficiens in accusatione talionem recipiat. Breue est & non diuiditur. Lege. (Exponit literam.) ¶[Calumniator talionem].i.similem pœnam, quam accusatus si probatum fuisset crimen contra eum erat recepturus. Et vide quod legitur & no.extra de elec. statuimus.in fi.li.6. (Quæstio.) 2 ¶Hic quæritur.† vtrum semper deficiens accusator in accusatione sit pœna talionis puniendus. Respondetur quod non. vnde gl. hic excipit sex casus† 3 (Primus casus.) primus est in viro accusante vxorem de adulterio. talis.n. eximitur à pœna talionis cũ accusat vxorem.s.quo ad separationem tori. Secus si ad pœnã legalẽ. Et hic casus tangitur in c.hæc imago.33.q.5.super quo vide quod ibi no.in penultima glo.& quod habes extra de ꝓcu.tuæ. (Secundus Casus.) ¶Secundus casus est quando accusatori non potest eadem pœna imponi, quæ fuisset imposita accusato, si de crimine fuisset conuictus. sicut cum subdiaconus accusauit diaconum. vnde iste non potest amittere gradum quem non habet. vnde talis degradabitur à subdiaconatu, & in supplementum pœnæ verberibus publicè castigatus in exilium deportabitur. extra de calum.c.1.tamen satis punitur inquit gloss. qui amittit sacerdotium, quod recepturus erat, iste casus tãgitur. 5.q.6.c.3. (Tertius) ¶Tertius casus assignatus in eo qui proponit crimen per modum exceptionis. qui casus tangitur extra de accu.super his.in quo distinguitur.vt ibi. (Quartus.) ¶Quartus casus est in priuatis criminibus, in quibus si non est instituta pœna tunc punitur extraordinaria pœna.de quo.j.e.si quem. ibi videas. (Quintus.) ¶Quintus casus est, quando accusator licet deficiat à sufficienti probatione probat tamẽ quoquo modo. Iste casus tangitur.in c.cum dilectus.extra de calum. Nam ibi temperatur pœna, cum calumniator deponendus fuisset. sed ratio fuit ibi quia & si non sufficienter probatum esset, tamen probauerat quoquo modo, vt ibi patet vbi dicit sufficienter.&c. Nam ibi hoc innuit. Et hæc est ratio quare ibi non priuatur, sed suspẽditur, & mitius agitur. alias omnino condemnaretur. argu.in authen.de iudi.§.oportet.colla.6.secundum Hostien.qui ita ibi notat. Archid. (Sextus.) ¶Sextus casus in inquisitione, vbi non est pœna ordinaria statuta, & ideo arbitrio iudicis relinquitur. extra de offic.& potesta.iud.dele.c.de causis.dicit Io.Deo. hoc verum esse nisi super enormi crimine fieret inquisitio extra de accus.inquisitionis. Archi.

1 *Accusator, qui in accusatione defecerit an teneatur ad pœnam talionis.quod sit calumniosus.nu.2.*



QVi non. Ad idem inducitur hoc.ca.Adriani papæ. Et idẽ dicit. Breue est. Et non diuiditur. ¶Pro cuius capituli & similium pleniori intelligentia. (Quæstio.) 1 Quæritur† vtrum accusator, qui in probatione defecerit teneatur ad pœnam talionis. Et videtur quod non. (Primũ ar.) primo sic. Contingit.n.quandoque aliquem ex iusto errore ad accusationem procedere, in quo casu iudex accusatorem absoluit. vt.j.eo.quæstio.si quis iratus.non ergo accusator, qui in probatione defecerit, tenetur ad pœnam talionis. (Secũdũ ar.) ¶Secundò sic. si pœna talionis ei qui iniustè accusat sit iniungenda, hoc erit propter iniuriam in aliquem commissam. sed non propter iniuriam commissam in personã accusati. quia sic princeps non posset hanc pœnam remittere. nec etiam propter iniuriam illatam in rempublicam. quia sic accusatus non posset eum absoluere. ergo pœna talionis non debetur ei, qui in accusatione defecerit. (Tertiũ ar.) ¶Tertiò sic. eidem peccato non debetur duplex pœna secundum illud Naum.1. non iudicabit dominus bis in idipsum. sed ille qui in probatione deficit incurrit pœnam infamiæ, quam etiam papa non videtur posse remittere secundum illud Gelasij papæ. quanquam animas per pœnitentiam saluare possumus, infamiam tamen abolere non possumus. ergo non tenetur ad pœnam talionis. (Opponit & Respõ.) ¶In oppositum est text. præsentis. capitulo. ¶Respondeo dicendum sub ista 2 conclusione† quod accusator calumniosus deficiens in probatione criminis iustè pati debet pœnam talionis. probatur conclusio. Primo authoritate præsentis. capit.& præcedentis. (S. Thom.) Ratione vero probatur sic iuxta sanctum Thom. in secunda secundæ accusator in causa accusationis constituitur pars intẽdens ad pœnam accusati, ad iudicem autem pertinet, vt inter eos iustitiæ æqualitatem constituat. iustitiæ autem æqualitas hoc requirit, vt nocumentum, quod quis alteri intentat ipse patiatur. secundum illud Exodi.21. Oculum pro oculo, dentem pro dente. ergo iustum est vt ille, qui per accusationem aliquem in periculum grauis pœnæ inducit, ipse etiam similem pęnam patiatur. ¶Ad rationes in oppositum dicendum est. (Ad primũ argu.) Ad primam respondetur quod textu. iste & conclusio posita intelligitur de eo, qui calumniosè accusat, non autem de eo qui non voluntate accusat, sed aliquo errore ductus. (Ad secũdũ) ¶Ad secundam respondetur, quòd ille qui malè & calumniosè accusat & contra personam accusati peccat & contra rem publicam. vnde propter vtrunque punitur. Et hoc est quod dicitur Deuteronom.19. Cumque diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, quod pertinet ad iniuriam personæ, & postea quantum ad iniuriam reipublicę subditur. Et auferet malum de medio populi, cui vt audientes cæteri timorem habeant. Et nequaquam talia audeant facere, specialiter tamen personæ accusati facit iniuriã, si de falso accuset, & ideo accusatus si innocens fuerit potest ei iniuriam remittere, si non calumniosè accusauerit, sed ex animi leuitate. Si vero ab accusatione innocentis desistat propter aliquam cõfusionem cum aduersario facit iniuriam reipublicæ, & hoc non potest remitti ab eo qui accusatur. sed potest ei remitti per principem, qui curam reipublicæ gerit. (Ad tertiũ.) ¶Ad tertiam respondetur iuxta sanctum Thom. quod pœnam talionis meretur accusator in recompensationem nocumenti, quod proximo inferre intentat. sed pœna infamiæ ei debetur propter malitiam, ex qua calumniosè alium accusat, & quandoque quidem princeps remittit pœnam & non abolet infamiam, & quandoque etiam infamiam abolet. vnde etiam papa potest huius infamiam abolere. Et quod dicit papa Gelasius infamiam abolere non possumus, intelligendum est vel de infamia facti, vel quia eam abolere aliquando non expedit. vel etiam loquitur de infamia irrogata per iudicem ciuilem, sicut dicit Gratianus. (Exponit literam.) Leg. textum. ¶[Qui nõ quod obiecerit] calumniosè. Hugu. quod præsumitur ex eo, quod non probat quod intulerit. vt legitur & no.in cap. statuimus. de elect. libr.6.& no.extra de calumn.cap.2.& no.C. de fruct. & litium.ex.l.non ignorat.& plenius.C.de abol.in l. prima.ibi videam. (Hostiensi. Goffredus) Et no. Hostien.in summ.de dolo.& contum.§. qua pęna.sub.§.sed si petatur. Sed hoc non placet. Goffre.j. eod.q.§. notandum.2.quod dic, vt plene no.in summa de calumn.§.1. Archid. [Intulit].i.inferri voluit. Hugu. [patiatur] quasi similem si eiusdem ordinis alias obtinet, quod legitur. & no.5.q. 6. quia iuxta.e.q.c.2. Archid.

1 *Pœna imposita accusanti episcopum an sit sufficiens.*



SI quis episcopum. Ad idem propositum inducitur hoc capitulo eiusdem Adriani papæ in quo statuis. quod si quis episcopum aut &c. calumniosæ accusauerit, & in probatione defecerit, priuetur in fine vitæ suæ communione corporis Christi. ¶Pro pleniori intelligentia huius capituli quæ- 1 ritur: † Vtrum hæc pœna sit conueniens. (Quæstio. Primũ ar.) Et videtur quod non. Primò quia in Agathensi concilio, vt habetur in capitulo pœnitentes. distinctio. 50. vt viaticum nullis in morte denegetur. ¶Secundò videtur esse. capitu. eos qui infra.3.quęstione.10. ¶Tertiò. capitul. virgines.27. quæstio.1. (Opponit & Respõ.) ¶In oppositum est text. præsentis.ca. ¶Respondeo dicendum quod ista pœna posita hic intelligitur, nisi talis pœnituerit, & se correxerit, quia pœnitenti danda est iuxta alia capitula inducta. ad.c. vero præsens respondetur tripliciter. Primò ꝙ hoc capitulum

piculum est positum ad terrorẽ, & ex magno rigore, & seueritate positum est in odium huius criminis. mala.n.mens non reuocatur nisi timore. ¶ Secundò respondetur quod capitula illa intelliguntur de pœnitente. Istud autem de impœnitente. ¶ Tertiò respondetur qđ hic deest quod in illis capitulis suppletur.s.nisi pœnituerit pro quo notandum iuxta gl.quod quandoque ponitur tñ ius, vt in hoc loco.quandoque ius & iuris, interpretatio. vt in præfatis capitulis in contrarium. & illa interpretatio est hic intelligenda vt sit sensus nec in fine ei dandam communionem censemus subaudi nisi pœnituerit, & se correxerit. Item interpretatio aliquando simul ponitur tota & integra, vt in præmissis.c.aliquando semiplena. & imperfecta, & tunc ex parte totum intelligitur esse apponendum. vt 7.quæstione.1.§.1.secundum Hu.& tantum de ista quæstio.

Aliud. §.est. Hic incipit secunda pars in qua dicitur, qđ si aliquis irato animo verba dixerit non habẽdũ, pro accusatione.& hoc probat per.c.sequẽs.Io.de.& sic distinguit inter conuictum & accusationem. In primo licitum est est desistere. In secundo non. & sic soluitur contradictio sequen.c.ad præceden.Io.de Fan.Lege tex. ¶ [Non implere] vt in præmissis capitulis Hu.& Arch.[non probare] vt in sequẽti.c.[illud].s.accusationem non implere. [nulli sine abolitione licet hoc.].i.conuicium non probare omnibus licet.

Exponit literam.

1 *Conuitium fit etiam absenti. Et quando sit habendum pro accusatione.*



SI quis iratus. Ad probandum quod dixerat in §. præcedenti magister Gratianus inducit hoc capitulum Fabiani papæ. Conclusio est. Sicut ponitur in rubro, qđ non omne conuicium pro accusatione habendũ est. Et diuiditur in duas. In prima ponit quod dictum est. In secunda interpretatur illud: secunda ibi, sed permissio. Lege. ¶ [Si quis conuicium].i.obiectio conuicij. Hu. 1 Conuicium etiam absenti fit. vbi nota quod non tantum videtur facere conuicium qui vociferatus est, sed & ille qui concitauit, vel submisit, vt vociferaretur. ff.de iniurã.l.itẽ apud labeonem.§.1.& 2.Hu.de quo dicam.11.q.1.si quis sacerdotũ. in gl. Arch.[Sed permisso.] secunda pars.[per inscripturam] .i.per inscriptionem. Hu.[Fateatur.] si vult, ad hoc autem da-
2 tur deliberatio Hu. & tunc conuicium est habendum pro accusatione.s.quando post deliberationem perseuerat in accusatione. Io.de.[Aut] pro.i.[reiterare] conuiciando. hoc tamen non dicitur ideo quod si reiteret animo irato debeat propter hoc dici accusatio. sed quia grauius post reiterationem punietur. Hug.vel iterare.hoc ideo dicit, vt dicit glo.quia si iterauit conuicium, non videtur ex iracundia. sed ex deliberatione dixisse [aut scribere] accusando.nõ vt reus criminis.s.calumniæ. alias.n.peccauit, sed calumniæ non argueretur. ex quo non processit ad accusationem.sed si procederet puniretur si eius calumnia deprehenderetur. ¶ Sed arguitur contra ex capitulo si quis sacerdotum.11.q.1.vbi dicitur. Si quis conuicia episcopo suo intulerit, depositus curiæ tradatur. Respõdetur. quod ibi loquitur de eo qui ex deliberatione, & sæpe cõtumeliã infert, & nõ vult corrigi. Hic aũt de eo qui ex calore animi & semel qđ colligitur ex eo ꝙ hic dicit, noluerit iterare. secundum Hug.

Diuisio.


Exponit literam.

Opponit & Respõ.

Sed aliud est. §.est, in quo incipit tertia pars hui⁹ quæstionis. In qua dicitur, qđ si aliquis est deceptus in promissione testium, parcitur ei. Si autẽ pro eo pecunia defecerit non parcitur illi. & hoc probat duabus authoritatibus. Ioan.de.& dicit Hugu.quod hanc distinctionem facit non de iure, sed de facto. & tunc continuatur sic ad præcedentia. Supra visum est, quod qui deficit in accusatione punitur, & infamis efficitur. sed hoc non semper fit, & hoc est ꝙ hic dicit. sed aliud &c. Lege te. ¶ [Non posse.] hoc prosequitur.j.e.c.1.[aliud accusationẽ.] hoc prosequitur.j.c.2.[hinc qui promissione] testium. Io.de.[datur.] de facto.j.c. proxi.secundum Hug.& intellige dispensatiuè secundũ Bertran.vt ibi. Nam vt ibi notat Hug.cum illo Paul.de misericordia fuit dispensatum, licet inciderit in Turpillianum. Archid. [Illi vero illatum].i.falsum, infamia irrogatur si de calumnia condemnetur. Hug.[Vnde.].i.ad ostendendum quod huic datur venia, Hug. Grego.scribit.

Continuatio.

Exponit literam. Bertran.



PAulum. Ad probãdum id quod dictum est, inducitur hoc capitulum, quod est, beati Grego.in registro vbi habetur qualiter cuidam qui ab accusatione promissione aliqua deceptus non impetrata abolitione destitit, parcitur. Breue est. Lege textu. ¶ [Paulum.] Pro pleniori intelligentia capituli. Notandum, quod casus est talis. Iste Paulus accusationem contra suum episcopum instituit, sed post litis ingressum corruptus pretio sibi promisso ab accusatione abolitione non impetrata destitit. Cum autem die præfixo non veniret ad synodum, vt accusationem prosequeretur primas vel metropolitanus episcopi accusati qui de illa causa cognoscebat cognita veritate istum Paulum ab officio & beneficio suspendit. sed Gregorius intuitu pietatis ei pepercit, & officio & beneficio eum restituit.[Confundat] quia fuit nimis credulus. Ioan.de [destiterit] abolitione non impetrata.[promissione] pecuniæ, vel alterius pretij. Hugu.[deceptus] dicit quia promissum non erat sibi solutum. vel quia suggestum ei erat non esse peccatũ accusationem pecunia deserere. Hugu.vel fortè promissione testium, qui promiserant se testificaturos contra episcopum. [tamen hanc culpam].i.pœnam depositionis, vel aliam, quam pro tali culpa meruerat. Et est ar.quod culpa sit deserere accusationem promissione [ignoscimus] non est sine vitio quod ignoscitur.13.di.nerui.in fi.Archi.

Exponit literam. Casus.

Omnis. Palea est.

1 *Plures an possint esse accusatores eiusdem, de eodem crimine.*



EVphemium. Ad idem inducitur hoc.c. eiusdem Grego. Casus est iste. isti duo accusationem instituerunt contra episcopum suum, & fortè eundem contra quẽ Paulus. sed post litis ingressum corrupti receptione sacrorum ordinum, quos episcopus eis contulit vt ab accusatione desisterent non impetrata abolitione destiterunt, die præfixo ad iudicium non venerunt, vt accusationem prosequerentur. vnde primas vel metropolitanus, qui illius causæ cognitor erat cognita veritate istos sic cõsecratos deposuit nunc autẽ eorum depositionem dominus, apostolicus confirmat, nunc patet litera. Lege. ¶ [Euphemiũ
1 atque Thomam.] ¶ Sed hic surgit quæstio vtrum plures, possint esse accusatores eiusdem, & de eodem crimine. Et videtur quod sic. Primò ex præsenti.ca. ¶ Secundò.s.e.q.ca.in primis. ¶ Tertiò extra de collu.capi.1.vbi de hoc. ¶ Quartò. j.e.q.5.super causam.& quæstio.7.lator.& 15.q.5.cap.1. ¶ In oppositum est.ff.de accu.l.si plures. ¶ Respondeo dicendum iuxta Hug.quod nunquam plures simul debent admitti ad accusandum aliquem de eodem crimine. patet, quoniam si plures simul accusarent sequeretur hoc inconueniens. quia de eodem crimine simul quis condemnaretur, & absolueretur. si vnus deficeret, & alter conuinceretur. & arguit Hug. Si ergo plures velint aliquẽ simul accusare de eodem crimine, iudex non debet eos recipere, sed vnum tantum, quem videt magis idoneum & ille solus inscribet.ar.ff. de accu.l.si plures. & ff. de libe.ho.ex.6.l.3.§.hoc interdictum. & ille solus recipiet pœnam talionis, si defecerit. & ille quamuis instinctu & persuasione multorum hoc faciat non dicitur accusare pro alio, quia nemo per alium accusare potest, vel accusari. vt.5.q.5. in criminalibus. Respondetur ergo ad capitula inducta quod in illis accusatores dicuntur infamatores maledictores ad accusandum instigatores, accusare volentes quod non omnes simul inscriberent se vnde super.c.1.de collu.supra inducto, dicit Goffred.vt dicit Arch.quod ibi vnus erat accusator, & alij erant submittentes, vel instigantes, qui incidunt in Turpillianum, sicut accusator si in calumnia deprehendatur. ff. ad Turpillian.l.1.§.incidit. Et secundum hoc Goffred.intelligit hoc. capitu.Euphemium.& extra de dolo & contumeli.cum dilectus.in princip.vel dicendum, quod isti accusatores fuerunt plures de facto, licet de iure non deberent admitti; vel quod accusauerunt eundem non de eodem crimine, sed de diuersis.[depositi.] ¶ Hic iterum surgit quæstio quare isti duo fuerunt damnati, & non Paulus, de quo in præcedenti capitulo. Respondetur iuxta Hugu.quod ideo quia isti grauius peccauerunt cum accipiẽdo spiritualia dona.s.sacros ordines pro deferenda accusatione simoniã cõmiserunt. fuit ergo hac de cã cũ Paulo dispensatum, & non cum istis. Notat hic Arc.ꝙ pro deferenda accusatione aliqñ aliquid promittitur sed non accipitur, aliqñ promittitur & accipitur. Aut est munus spirituale aut corporale. quãdo pro deferenda accusatione aliquid promittitur, sed non accipitur, potest indulgeri sine damnatione & infamia. vt supra.c.proximo. Si aũt acceperit aliquod corporale munus, puta pecuniam, crimine concussionis damnabitur.

Casus.

Exponit literam. Quæstio.

Opponit & Respõ.

Quæstio. Respõdet.

bitur.3.1.q.1.iubemus.Si autem munus spirituale receperit, simoniacè hæresis reus erit.quia ergo Eusemius & Thomas, pro desertione accusationis [munus spirituale] scilicet sacros ordines receperunt merito tanquam simoniaci condemnati sunt.Ioan.de Fan.Archid.

1 *Papa an possit abolere infamiam.quod sic à clerico.nu.3.& 8.*
2 *Infamiæ duæ sunt species.*
4 *Papa potest restituere laicum ecclesiæ subditum, & quos alios.*
5 *Papa non potest restituere laicum alteri suppositum.*
Potest tamen si indiget eo ad clericatum nu.6.
Et quid talis restitutio operetur.nu 7.

Hinc colligitur. §.est. In quo magister Gratianus illud capitulum.s. Paulum satis facile ad intelligẽdum vt aggrauat inutiliter vt dicit Hu. respondens tacitę obiectioni quæ posset fieri ſm eum.s.qualiter Paulus ab accusatione destitit cum ſm leges ille sit infamis qui destitit ab accusatione non impetrata licentia. Soluit ergo dupliciter.primo sic dicit. quod Paulus factus fuit infamis sed illam infamiam ei papa remisit.Contra quam solutionem videtur obuiare illud Gelasij.Quanquam animas per pęnitentiam saluare possumus,infamiã tamen abolere nõ possumus.Sed respondet ꝙ illi non loquũtur de infamia qualibet, sed tantum de ea quæ per iudicem ciuilem irrogatur.Secũdò soluit quòd Paulus,quamuis sic destitit propter hoc nũquam infamis fuit.Sed huic solutioni obijcit, qa vt dicit Stephanus qui est infamis ſm leges.est etiam ſm canones. ad hoc respõdet quòd ille qui hodie per canones ab infamia immunis efficitur,per leges infamia non notatur cum leges non dedignẽtur imitari sacros canones.Sed vt dicit Hu. & nobis ita videtur,qcquid hic magister Gratianus dicit in hoc.§. falsum est, & inutile quòd potest perpendi ex his quæ diximus in princ. quæstionis circa primum.c.& disputauimus.Non.n.qui desistit ab accusatione non impetrata licẽtia efficitur infamis,nisi per sententiam.Lege.¶ [Hunc].s.quia papa pepercit Paulo [colligitur] imo non colligitur, quia nunquam constat quòd fuerit infamis.Hu.[Gelasij]. ¶ Circa hanc partem venit quęrẽdum.† Vtrum papa possit abolere infamiam. Et videtur ꝙ non authoritate Gelasij hic posita.¶ In oppositum dicit glo. hic.quòd potest per in integrum restitutionẽ:vt extra de reg. iur.cũ te.& extra de hære.si aduersus in fi.¶ Respondeo. Notandum primo† quòd infamiæ duæ sunt species. vna est infamia facti,quæ prouenit ex communi hominũ locutione. Et de ista est conclusio talis. Non potest per papã nec per aliquẽ aboleri.patet quia cum ista consistat in facto oportet quod facto contrario tollaẽ.Et de ista potest intelligi authoritas Gelasij.Non.n.potest facere papa nec princeps, vt facta habeanẽ pro infectis.l.in libello.§.factæ.ff.de capti.&.c.si.Paulus.32.q. 5.nec potest mutare voluntates hominum, seu eorũ expressiones,& opiniones.47.distin.§.necesse.in fi.Sed bene potest princeps disponere vt talis infamia facti non habeat effectum, & debet facere vt dicit abbas cum viderit illam esse iniustam maximè ab ęmulis ortam.vt in c.cum in iuuentute. de præsum.& 2.q.5.menna.¶ Secũda species infamiæ est iuris.quæ .s.iure infligitur.vt.j.3.q.7.§.porro.Hoc modo dicitur infamis,quem ius ponit esse infamem,vt qui conuictus est de furto.vel qui pugnat in arena.& plura huiusmodi. Et de tali specie infamiæ loquendo respondeo ad quæstionem:de Papa sit ista conclusio.Prima† quòd papa potest abolere infamiã clerico siue potest famæ clericum restituere.Ista conclusio dubitationem non habet.patet etiam ex.c.cum te.extra de re iudic. & j.2.q.6.ideo.¶ Secunda conclusio est† quod papa potest restituere laicum ecclesiæ subditum & etiam eum qui nullius alterius iurisdictioni est subiectus,quo ad administrationẽ temporalem.patet conclusio ex.c.prædicto.& in gl.& in capi. per venerabile.qui fi.sunt legi.vbi probatur,quod in omnibus terris subiectis ecclesiæ Papa exercet omnia iura imperij.Ad idẽ 96.di.Cõstantinus.&.c.fundamenta.de elect.lib.6.& ex cler. pastoralis.de re iudi.¶ Tertia conclusio.† papa non potest restituere laicum alteri suppositum.Ista conclusio est Innocentij.in cap.cum te.extra de re iudic.& Archidiac.in hoc.ca.qui ita dicit.nec papa potest restituere laicum non subditum suæ iurisdictioni. vt in hoc.§. hinc colligitur. Ista conclusio est etiam Abbatis pro qua inducit.capitu.causam.qui fil.sint legiti.vbi patet,quod de istis temporalibus Papa se impedire nõ debet in terris aliorum.concordat.capi.solite.de maio.& obe. eo.c.si imperator.96.distin.maximè, quia imperator hoc sibi reseruauit in prærogatiuam imperij.l.1.§.de qua.ff.de postu.

Cõtra Gratianum.

Exponit literam.

Quæstio.

1 Opponitĩ contrariũ.

Respõder.

2

3

Prima conclusio.

4 Secũda cõclusio.

5 Tertia conclusio.

Abbas.

6 Lau.probo.¶ Quarta conclusio. † papa potest laicum restituere alteri suppositum si indiget eo ad clericatum. Ista conclusio est Innocentij super.c.cum te.extra de re iudi. & Arc. hic:vnde solus papa potest talem restituere famæ, vt sic restitutus possit ad clericatum assumi.53.dist.multorum. &.c.ex antiquis.vbi potest ecclesia seruum alterius assumere, dummodo ius suum domino serui recompenset.concordat dominus Anto.& etiam Abbas in dictis iuribus.¶ Quinta conclu-
7 sio est† quòd papa restituens laicum quo ad spiritualia indirectè siue per contumaciam videtur eum legitimare, quo ad temporalia,præsertim cum non tractetur de alterius præiudicio.patet conclusio. Tum ex c. per venerabilem.qui filij sint legi.Tum ratione,quoniã monstruosum videtur, vt quis censeatur integrę famæ quo ad spiritualia, quæ sunt digniora, & non quo ad temporalia,vt arguit ibi tex. Et vide quod ibi notatur.Nam vt dicit Abbas, ibi est casus,de ista quæstione cũ legitimare & famæ restituere indicetur. ¶ Sexta cõclusio est
8 † quod potest abolere infamiam irrogatam per ciuilem iudicem,quantum ad promotionẽ & ad actus ecclesiasticos, sed non quantum ad seculares actus.Ista conclusio est Hu.in hoc capitulo.ista pro nunc sufficiant pro ista conclusione. An vero alij quam papa possent abolere infamiam videbitur alias. & vide Innocen.super ca.cum te.& Henricum Boich, & Abbatem qui octo quæstiones tractat de materia, ad authoritatem Gelasij inductam in contrarium: respondet San.Thom. in secunda secundæ.q.68.ar.4.Primò quod intelligatur de infamia facti.secundo quod ly non possumus,intelligatur non quia non posset.sed quia quandoque non expedit. Tertiò qđ intelligaẽ vt hic dicit Gratianus,de infamia irrogata per ciuilem iudicem.Quartò respondetur iuxta Hu. vt lib. per pœnitentiam referatur ad vtrunque,tam ad saluare, quã ad abolere & hoc est verum,quòd peccatum bene aboletur per pœnitentiam,sed infamia per pœnitentiam nũquam remittitur. [pronuntiant] non est autem verum ante sententiam.vt.j.e.præuaricator.& ff.de præuarica.l.si is.Hug.[quod].s.vt non fit infamis,licet leges hoc dicant.infames dicimus.vt.6.quæstio.1.infames.[sed illud] soluit illud quod obiecerat primæ solutioni,nec multum approbatur eius solutio Hug.[per ciuilem iudicem] si Gratianus intelligit, quod ecclesiasticus iudex, inferior scilicet metropolitanus vel primas vel episcopus vel ali' inferior non potest remittere infamiam à seculari iudice irrogatam.verum dicit.sed de papa verum non videtur,quoniam aliquo modo is sicut tactũ est in 6.cõclusione põt papa remittere infamiam irrogatam per ciuilem iudicem quantum ad promotionem,& actus ecclesiasticos, sed non quantum ad seculares actus secundum Hugu.[de ea vero] hic soluit id qđ obiecerat solutioni secundæ.[non videntur] quia derogatum est illi legi.Hugu.[apostolica].1.ad Corint.7.vbi dicitur, viro mortuo soluta est vxor à lege viri.vt nubat cui vult,tamen in domino.[& canonica.] 7.quæst.1.sicut alterius.& extra de secun.nup.c.penul.& vltim.

Quarta cõclusio.

Innocen.

Antonius.

Quita cõclusio.

Abbas.

Sexta conclusio.

Ad argu.

Notandum. §.est. Hic incipit quarta pars huius quæstionis,in qua habetur, quòd si aliquem pœnituerit aliquem accusasse ante lite contesta.potest desistere.Et probatur per quandam legem Lombardam. Ioã. de.Archid.Lege tex.¶ [Notandum] occasione autem sequẽtis legis lombardæ assignat magister Gratianus hanc differentiam,inter eum quem pœnitet accusasse innocentem,& eum qui à nocente pecuniam accepit,vt ab accusatione desisteret. Hu.[ab innocente] qui conuenitur.

Exponit literam.

1 *Colludium quid dicatur.*
2 *Sententia lata per collusionem an teneat.*


SI quem. Ad hoc subijcit hoc capitulum, quod sumptum est ex libro capitulorum legis Lõbardæ. quod diuiditar in duas partes.In prima ostendit, quòd si accusatorem, pœniteat fecisse accusationem, & se inscripsisse, & desistit ab illa propter innocentiam accusati non est talis puniendus. In secunda ponit:quod si colluserit cum accusato nocente & culpabili debet puniri pœna legitima.secunda ibi,Si vero.Lege text.¶ [Si quem pœnituerit] cum se crediderit probaturum. Nam si calumniosè accusasset,non posset impetrare abolitionem.C.de aboli.l.fin. Laur. Archidiac.[Absoluant] iudicis tamen authoritate.arg.5. q.2. sed primates.in principio.Lauren.aliàs nisi sic dicatur,non tenet hoc secundum Hugo.secundum legem Romanam secundum,quam nec reus nec innocẽs potest absoluere accusatorem siue

Diuisio.

Exponit literam.

rem siue impune.i.non impetrata abolitione.C. de aboli.l.2. [Si vero]secunda pars.[per obreptionem].i. latentem deceptionem.Hu.& Lau.[Conuenerit].i.conuentionem esse factam cognouerit.Hu.[in eo.]s.crimine, in quo transigi non licet.Hu.& Lau.quod dic,vt plene not.j.e. in omnibus causis. & extra de collu.c.1.Arch.& s.q.1.prohibetur.in glo.& dic. [conuenerit]& accepta pecunia à reo desistit ab accusatione.
1 Ber.[colludio]† Colludium est vt dicit Hu. conuentio inter accusatorem & reum,s. quando accusator accepta pecunia à reo desistit ab accusatione, vel quādo reus vel accusator permittit se coram iudice,accepta pecunia superari. Hu.& Lau. [Excipiat reus]& accusator.vterq;.n.puniēd' est. ¶ Sed hic
Quæstio. 2 surgit quæstio.† vtrum teneat sñia per collusionē lata.Respōdet,ꝙ non.vt hic colligit.& ff.de collu.l.cum nō iusto. vnde absolutio p collusionē facta non impedit quo minus iterum, inquiratur.extra de coll.c.3.in gl.vnde sicut aliàs probata præuaricatione denuo de eodē crimine accusatur.ff. de preuar.l. 3.sic probata corruptione & collusione iterum inquiretur.vt extra.de collu.c.vlt.vbi ita notant Goff.& Philip.Arch.

1 *Calumniator tenetur ad pœnam talionis & efficitur infamis.*
2 *Tergiuersator efficitur infamis.*
3 *Accusatio an reddatur iniusta per calumniam,per præuaricationem,& per tergiuersationem.*
4 *Accusatio redditur iniusta & iniqua tribus modis.*
5 *Præuaricator quis dicatur.*
6 *Desistere aliquē ab accusatione ordinate contingit dupliciter.*
7 *Error iustus accusatoris quis dicatur.*
8 *Iudex qualiter debeat deprehendere accusatorem in euidenti calumnia*
9 *Iudex an debeat primo absoluere reum, & postea inquirere de calumnia accusatoris.*
10 *Iudex an possit licitè reo pœnam totaliter relaxare. & numero.12.& 13.*
11 *Pœnam relaxare,mutare,& alterare,quomodo differant.*
14 *Pœnæ quando diuersæ imponuntur à iure pro vno eodemque facto vtraque vno & eodem tempore non est imponenda.*
15 *Pœna si contrahatur ipso iure non potest illam iudex relaxare,vel commutare,aut alterare.*
16 *Iudex delegatus non potest commutare vel alterare augendo vel diminuendo pœnam in lege statutam.*
Et quid de iudice ordinario.nu.17.& 18.& nu.21.
19 *Accusationis quis sit effectus.*
20 *Iudex non potest commutare post prolatam sententiam pœnam in lege statutam.*
22 *Iudex pōt exasperare & mitigare in pęnis extraordinarijs.*
23 *Pęnæ indulgentia siue remissio non est facienda per iudicem homini incorrigibili,sed corrigibili.*
24 *Pęna quando non est determinata à iure siue in lege statuta imponitur arbitrio iudicantis.*

Notandum. §.est.Et incipit quinta pars huius quęstionis.In qua facit differentiam inter calumniatorem,& tergiuersatorē,& præuaricatorem. Io. de.
Continuatio. Et continuatur sic.Vt.n.dictum est circa principiū huius quęstionis,ꝙ accusator quinque modis peccare potest.s.aut quia errore decipitur aut temeritate,aut calore animi ad accusandum ducitur,aut calumniatur,aut præuaricatur,aut tergiuersatur.Et quia.s.e.q.de calumniatore fecerat mētionem in primo.2.& 3.c.& in c.Paulum.de tergiuersatione. Ideo hic declarat quis sit calūniator,quis sit præuaricator. & quis sit tergiuersator,& qua pœna puniantur.ꝭm Hug.& Barto. Brixiē.
1 Calumniator tenetur ad pœnam talionis,& efficitur infamis. vt.s.eo.1.& 2.& 3.capitulis . præuaricator postea non accu-
2 sat,& est infamis.j.ea.præuaricator.† Et tergiuersator efficit infamis,& punitur in 5.libris auri.vt.ff. de præuaricatori.l. si is.deceptus autem errore,vel calore, prouocatus in nullo pu-
Diuisio. nitur. Diuiditur autem.§.iste in quatuor partes.In prima assignat illum triplicem errorem accusatorum. In secunda ostendit quis sit calumniator,& quando debeat de calumnia puniri.In tertia ostendit quis sit præuaricator, & vnde dicatur,& quæ sit eius pœna interserens an liceat accusato se redimere. In quarta loquitur de tergiuersatore interserens de abolitione,secunda ibi,sed non . tertia ibi, præuaricator. quarta ibi,si quis autem.¶ Pro pleniori intelligentia huius.cap. quæritur.
Quæstio. 3 † Vtrum accusatio reddatur iniusta per calumniam, per præuaricationem & per tergiuersationem.Et videtur quod non

Primū ar. Primo sic.sicut.n.dicitur in hoc.c. calūniari est falsa crimina intendere . sed quandoque aliquis alteri falsum crimen obijcit ex ignorantia facti, quæ excusat:ergo videtur quod nōn semper reddatur iniusta accusatio,si sit calumniosa.¶ Secun-
Secūdū ar. dò sic.In hoc capitulo dicitur, quod præuaricari est vera crimina abscondere.sed hoc non videtur esse illicitum quia homo non tenetur ad omnia crimina detegenda,vt supra dictū est circa.c.si peccauerit.2.quæstio.1.ergo videtur quod accusatio non reddatur illicita , siue iniusta ex præuaricatione.
Tertiū ar. ¶ Tertiò sic.sicut dicitur in hoc.capit. tergiuersari est in vniuerso ab accusatione desistere . sed hoc absque iniustitia fieri potest vt patet.Nam dictum est in c.præcedenti.si quem.vbi, dicitur.si quē penituerit accusasse criminaliter, & inscriptionem fecisse de eo quod probare non poterit si.&c. ¶ In op-
Opponit & Respōd. positum est textu.præsentis literæ.¶ Respondeo dicendum
4 sub ista conclusione. † quòd accusatio redditur iniusta & iniqua istis tribus modis.s.calūnia , præuaricatione, & tergiuersatione . quæ conclusio declaratur sic iuxta sanctum Thom:
S. Thom. in secunda secundæ.q.68.arg.3.accusatio ordinatur ad bonū commune,quòd intenditur per cognitionem criminis.Nullus autem debet alicui nocere iniustè , vt bonum commune promoueat,& ideo in accusatione duplici ratione contingit esse peccatum.vno modo ex eo , quod iniustè agit contra eū, qui accusatur falsa crimina ei imponendo quod est calumniari,alio modo ex parte reipublicæ,cuius bonum principaliter intenditur in accusatione,dūm aliquis impedit malitiosè punitionem peccati,quod iterum contingit dupliciter. vno modo fraudem in accusatione adhibēdo, & hoc pertinet ad præ-
5 uaricationem.† Nam præuaricator dicitur quasi varicator qui aduersam partem fraudulenter adiuuat prodita causa sua.Alio modo totaliter ab accusatione desistendo.quod est tergiuersari.In hoc.n. quod desistit ab hoc quod ceperat quasi tergū vertere videtur.¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur iuxta S.Tho.vbi supra.qd
Ad primū argu. S.Thom. homo non debet ad accusationem procedere, nisi de re omnino sibi certa in qua ignorātia facti locum non habeat, nec tamen qui falsum crimen alicui imponit calumniatur, sed solum qui ex malitia in falsam accusationem prorumpit.Contingit.n.quandoque ex animi leuitate ad accusationem procedere,quia.s.aliquis nimis faciliter credit quod audiuit, & hoc temeritatis est.Aliquando autem ex iusto errore mouetur aliquis ad accusandum. quæ omnia ꝭm prudentiam iudicis debent discerni,vt non prorumpat eum calumniatum fuisse , q vel ex leuitate animi vel ex iusto errore in falsam accusationem prorumpat.¶ Ad secundam respondetur quod nō qui-
Ad secūdū. cunque abscondit vera crimina præuaricatur, nec ita intelligitur tex.iste sed solum , qui fraudulenter abscondit ea de quibus accusationem proponit colludens cum reo proprias probationes dissimulando , & falsas excusationes admittendo.
Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur simpliciter, ꝙ tergiuersari est ab accusatione desistere omnino animum accusandi deponen-
6 do,non qualitercunq;,sed inordinate.† Contingit autem aliquē ab accusatione desistere ordinate absq; vitio dupliciter, vno modo si in ipso accusationis processu cognouerit falsum esse id,de quo accusabat,& sic pari consensu se absoluerūt accusator & reus . Alio modo si princeps ad quē pertinet cura boni communis ꝙ per accusationem intenditur accusationē
Exponit literam. aboleuit.Lege.¶ [Notandum accusatorum].i.accusantium. Hæc est prima lex illius tituli.ff.ad Turpil.& de aboli.& durat vsq; ad illam.l.præuaricator.Arc.[Aut.n.calumniantur].s.sciē-
Bertrand. Archid. ter.secus si iusto errore & bona fide venit.quia credebat bonas probationes habere.j.eo.præuaricatorem. Bertran. Arc. [præuaricari crimina].i.probationes veras criminis inscripti.[tergiuersari in vniuersum].i.in totum ab accusatione nō
Lauren. impetrata abolitione.Hug.Lau.[Sed non] secunda pars.Ostē dit qua pœna sunt calumniatores puniendi,& interserit de deceptis errore,vel calore animi ad accusandum prouocatis postea,similiter de præuaricatoribus.[Nam eius rei.]scilicet de calumnia[inquisitio]vtrum.s.calumnietur.vel non. Bertr.vel quo animo fecit.Arc.[cognoscentis].i.iudicis[qui].s.iudex [de accusatoris consilio].i.facto.Arch.[quærere summatim] ar.C.de iudi.l.iudices.Lau.[qua mente].i.qua intentione,vel
Bertran. quo animo.Bertran.[Et si quidem iustum eius errorem.]Lar-
7 ge intellige.† Iustus.n.error accusatoris dicitur, quando non ex calumnia accusat repererit supple probata per ipsum accusatorem probabili causa.& sufficienti,quæ ipsum à calumniæ vitio excuset.extra li.6.de ele.statuimus.in fi. vbi de hoc Archi.[absoluit]sed cum causæ cognitione.Bertran.[Si vero

in euidenti calumnia].i.q; calumniosè mouet calumniã deprehenderit, in hoc tamen est differentia aliorum ad illos, qui quadam necessitate inducuntur ad accusandum, vt tutores, curatores pro facto pupilli, mater, vel pater pro nece filij, hæres pro nece testatoris. Circa istos non facile præsumitur de calumnia: qualiscunq; .n. præsumptio alsit pro eis, sufficit. pręsumuntur.n. non calumniari, nisi aliud in cõtrarium appareat: vnde non patiuntur talionem, nisi euidentissima sit eorum calumnia. arg. de his qui accusa. nõ poss. & C. de calum. l. mater. Circa alios vero ex quo deficiunt statim præsumitur de calũnia, nisi aliud appareat. vnde non euadunt talionem. Hu. [Legitimam]. i. legibus statutam talionem. Hug. ¶ Sed hic surgit
8 quæstio† qualiter iudex debet eum deprehendere in euidenti calumnia. Respondetur iuxta Hug. q; aliqui dicunt, q; ordine iudiciario seruato. s. vt inscribat, & testes inducat, qui calumniam objicit. Ego autem dico potius dicit Hug. quod iudex potest eum condemnare de calumnia ex officio suo non seruata solemnitate iuris puta absoluto reo iudex ex motu animi sui & ex dictis ipsius accusatoris vel accusati vel testium vel alijs coniecturis debet statim diligenter inuestigare de calumnia eius, & tunc si eum deprehẽderit in calumnia sine solemnitate accusationis ex officio suo potest eum condemnare vt hic innuit [qui]. s. iudex [absoluto reo.] ¶ Sed hic surgit
9 quæstio† vtrum iudex primo debet absoluere reum, & post inquirere de calumnia accusatoris. q; sic videtur ex isto loco, quia dicit absoluto reo, quod non habetur. C. de calumniato. l. 1. Respondetur q; iudex non debet prius dare sententiã absolutionis, antequam condemnet calumniatorem. Et ad tex. præsentem respondetur multipliciter primo iuxta gl. vt ly ab soluto exponatur i. absoluendo. secundo vt dicatur absoluto non per sententiam, sed destinationem, quia ex quo patet iudici de calumnia proponit in animo absoluere, reum: sed antequam proferat sententiam absolutionis condemnat calumniatorem. Et hæc solutio etiam ponitur in gl. cum ait absoluto quo ad animum sicut seruus dicitur fugitiuus animo & voluntate. ff. de ver. sig. l. fugitiuus vel dic. [absoluto] proprie vt siue antea parum tamen siue postea incontinenti iudex inquirat qua mente, qua intentione venit accusator ad accusandũ. Et si inuenerit in calumnia cõdemnet eum, alioqui absoluat. ea.n. quæ incontinenti fiunt inesse videntur. C. de pactis. potens. & ff. si cer. peta. l. lecta. & extra de elec. officij. ẜm Goffr. qui ita notat extra de calumnia. c. 1. vbi etiam dicit. quod ex interuallo hoc non licet, nisi instituta accusatione vt prædict. l. prima C. de calumnia. Et idẽ etiam hic notat Lau. quod primo dicit Goff. qui etiã exponit [inquit inquirere] si reus hoc postulat implorando iudicis officium. Nam si directo libello accusationem proponere vellet, quantocunq; etiam interuallo. ff. ad turpi. l. 1. ar. C. de aduo. diuer. iud. l. 1. Lau. Arc. [alter-
10 utrum]. i. vtrum absoluat, vel cõdemnet. Hu. [Nam facti quęstio.] ¶ Hic surgit vna grauis quęstio videlicet† vtrum iudex potest licitè reo pœnam totaliter relaxare. Et videtur qđ sic. Primo ex. c. omnis. di. 45. ¶ Secundò ex. c. 1. 23. q. 5. ¶ Tertiò ex. c. pœnæ. de pœ. dist. 1. ¶ Quartò iudicium humanum debet imitari diuinum iudiciũ. sed Deus pœnitentibus relaxat, quia non vult mortem peccatoris, vt dicitur. Eze. 18. ergo ẽt homo iudex potest pœnitẽti licitè relaxare pœnam. ¶ Quintò vnicuiq; licet facere, quod alicui ꝓdest, & nulli nocet. sed absoluere reum à pœna prodest ei, & nulli nocet. ergo iudex licite potest reum à pœna absoluere. ¶ In oppositum est tex præsentis. §. ¶ Respõsio. Licet de hac quæstione nos iuxta S. Tho. in 2. 2. q. 68. ar. 3. responderimus supra di. 45. in c. omnis. nihilominus quia videtur aliquibus q; S. Tho. dicat aliud quã iura velint, vt Henricus Boich videtur dicere in fi. quæstionis suæ, quam mouet in c. Archiepiscopatu. extra de raptoribus. Nos pro ampliori illustratione materiæ & vt videatur quod Bea. Tho. rectè iuxta iura dixerit, volumus eandem quæstionem repetere plenius eam percurrendo. visis autem multis, dictis doctorum iuristarum, videtur nobis opus esse hic mul
11 tiplici distinctione. Prima est† quod differentia est inter relaxare pœnam, & mutare, & alterare. Nam relaxare pœnam alicui reo videtur esse totaliter eum à pœna absoluere, siue ei totaliter pœnam remittere. Mutare vero est pęnam debitam in aliam commutare, vt pœnam mortis in pœnam exilij, aut pęnam flagellorum in pœnam pecuniariã. Alterare vero est pœnam augere aut mitigare, seu attenuare pœnam. ¶ Secũda distinctio est quod pœna aut est in lege determinata, aut nõ. sed iudicis arbitrio relicta. ¶ Tertia distinctio, quod pœna statuta in lege aut statuit vt inferenda, aut iã iure incursa. ¶ Quarta distinctio. alterare sententiam cõtingit dupliciter. Aut post latam sententiam, aut ante. ¶ Quinta distinctio. alterare pœnam contingit dupliciter. s. cũ causæ cognitione, aut sine causæ cognitione. ¶ Sexta distinctio, reus aut puniendus ad instãtiam accusatoris iniuriati aut nõ. ¶ Septima distinctio iudex aut est ordinarius aut delegatus. ¶ Octaua distinctio. si iudex ordinarius aut est habens potestatem dispensandi in crimine, de quo est reus accusandus aut non. ¶ His habitis sit ista pri-
12 ma cõclusio† iudex ordinarius & multo minus delegatus nõ potest reo accusato & conuicto laxare licite pœnam in lege statutam super crimine de quo reus est condẽnandus reo petente recompensationem illatę sibi iniuriæ. Ista cõclusio quã credimus S. Th. vbi supra patet primo authoritate diuinæ legis, dicitur.n. Deute. 13. de eo qui ꝓsuadet seruire dijs alienis. non parcat oculus tuus vt miserearis & occultes eum, sed statim interficies eum. Et de homicida dicitur Deut. 19. morietur, nec misereberis eius. ¶ Secundò patet ex. §. præsenti notandum. vbi sic dicitur. facti quidem inquisitio in arbitrio est iudicantis. pœnæ vero prosecutio non eius voluntati mandatur sed legis authoritati reseruatur non arbitrio iudicis committitur. ff. ad Turpilli. l. 1. Et propterea dicitur in auth. de iudicibus. §. oportet. q; iudex nõ debet esse minor lege. & ff. ad municipia. l. ordine ratione vero probatur pręfata conclusio per S. Tho. vbi supra ex duobus quæ sunt circa iudicem consideranda. quorum vnum est q; ipse habet iudicare, inter accusatorem, & reum. aliud est q; ipse non fert iudicij sententiam. quasi ex propria sed quasi ex publica potestate. duplici ergo ratione impeditur iudex ne reum à pœna absoluere possit. Primò quidem ex parte accusatoris ad cuius, ius quandoq; pertinet vt reus puniatur, puta propter aliquam iniuriã in ipsum commissam, cuius relaxatio nõ est in arbitrio alicuius iudicis. quia quilibet iudex tenetur ius suum reddere vnicuiq; Alio modo impeditur ex parte reipublicæ cuius potestate fungitur, ad cuius bonum pertinet q; malefactores puniantur. sed tamen quãtum ad hoc differt inter inferiores iudices & supremum iudicem. s. principem, cui est plenariè potestas publica commissa, iudex.n. inferior non habet potestatem absoluendi reum à pœna contra leges superiorum sibi impositas. vnde super illud Io. 19. Non haberes in me potestatem vllam. dicit Augustinus. Talem Deus dederat Pilato potestatem, vt esset sub Cœsaris potestate, ne ei omnino liberũ esset accusatum absoluere. princeps qui habet plenariam potestatem in republica, si ille qui passus est iniuriam velit eã remittere poterit licitè reum absoluere, si hoc publicè vtilitati,
13 viderit non esse nociuum. ¶ Secunda conclusio.† si iniuriam passus consentit vt reo pęna relaxetur, iudex habens plenam authoritatem, potest licite reo relaxare pœnam in lege statutã dum tamen hoc non sit nociuum aut scandalosum reipublicę. patet ista conclusio ex iam dictis beati Tho. ¶ Tertia con
14 clusio† pro vno eodemq; facto diuersę pœnæ de iure imponuntur, tunc vtraq; pro vno & eodem tempore nõ est imponẽda. Ista conclusio patet extra de iudic. at si clerici. maximè vbi vtraq; per se sufficeret vt ibi nota. sed tunc minor est imponenda, quia pœnæ potius sunt molliendæ, quam exasperandæ. ff. de pœn. l. interpretatione. & de pę. di. 1. pœnæ. vel locus erit gratificationi. extra de iure pat. cum autem. vel illa imponetur quæ magis timeatur extra vt lite non contest. quoniam frequenter. in fi. quia hoc solum bene agitur, vt vita hominũ corrigatur. 23. q. 5. prodest seueritas, cum similibus. ¶ Quar-
15 ta conclusio est† si pœna ipso iure contrahatur non potest iudex illam relaxare, aut commutare, vel alterare. patet conclusio. quia talis pœna cum iam quoddammodo inhæret vsibus ipsius rei, non pẽdet ex iudicis arbitrio. Tum quia vt Io. An. in c. 1. de sagittarijs ait. quando pœna imponitur ipso iure nõ reperitur alia pœna condemnatoria seu declaratoria delicti.
16 ¶ Quinta conclusio.† Pœnam in lege statutã non potest cõmutare vel alterare augendo vel diminuẽdo iudex delegatus. Ista conclusio. patet quia talis non potest dispẽsare, sed de iure communi procedere cum fines mandati exacta diligentia sint seruandi. de rescrip. cum dilecta. Ista conclusio colligitur
17 clare ex. c. de causis. extra de offi. dele. ¶ Sexta conclusio.† pęnam in lege statutam pro aliquo crimine iudex etiam ordinarius non habens potestatẽ dispensandi super illo crimine non potest commutare, minuere, vel augere. Ista conclusio patet
18 extra de pœnis. licet. vbi de hoc. ¶ Septima cõclusio.† iudex ordinarius habens potestatem dispensandi super crimine illo non potest pœnam statutam in lege mutare, aut alterare diminuendo, aut augendo sine causa legitima, & sine causæ cognitione patet

Quæstio. Respõdet. Quæstio. Respõdet. Lauren. Archid. Quæstio. Opponit & Respõ. Henricus. Prima cõclusio. S. Thom. August. Secũda cõclusio. Tertia conclusio. Quarta cõclusio. Quĩta cõclusio. Sexta conclusio. Septima conclusio.

tione.patet ista conclusio. Tum ex præsenti capit. vnde dicit Host.in summa.li.5.ti.de accusatio.§.quis sit effectus accusa-
Hostien.
19 tionis.† Effectus accusationis est, vt reo conuicto imponatur pœna ordinaria, & certa, si in iure statuta inueniatur. Nam iudex qui molliorem aut duriorem pœnam imposuerit, quam scriptam repererit, graui infamia notatur.vt.C. ad.l.Iul. de vi publi.vel priua.l.seruus qui in fi.& C.ne sanctũ baptisma reite.l.2.& extra.de offi.dele.c.de causis.§.1.& de transac.c. vlti.

Octaua cõclusio.
20 ¶ Octaua conclusio.† pœnam in lege statutam iudex non potest commutare post prolatam sententiam. Ista conclusio patet ex tex.præsenti qui vt ait Lau.& Arch.tex.iste habet locũ post sententiam iam latam.& ff.de re iud.l.actori. Sed contra istam conclusionem aliqui arguunt.primo de.c.veniam.35.q.9.vbi papa post sententiam pœnam cuidam temperauit. Et idem de præside prouinciæ, qui etiam post sentẽtiam potest multam impositam temperare.vt.ff.de offi.præsi. prouinciæ. illicitos.§.qui vniuersas. Sed respõdetur ꝙ speciale est in papa & præcipuè qui vocati sunt in plenitudinem potestatis, quod possint in criminali etiam post sententiam pœnam adiudicatam temperare. Similiter & præses prouinciæ, qui etiam habebat maximam potestatem. Et ideo ex hoc non sequitur qđ regulariter omnes iudices hoc possint facere. ¶ Nona cõclu-

Nona con clusio.
21 sio† pœnam statutam in lege de aliquo crimine potest iudex qui habet potestatem dispensandi super illo crimine commutare, augere, vel minuere cum causæ cognitione, & ante sentẽtiam, vel in ipsa sententiæ prolatione. Ista conclusio patet extra de rapto.in Archiepiscopatu.& ff.de his qui not.infa.l. qd ergo.§.pœna grauior.& C.e.ti.l.& si seuerior. In hac causæ cognitione habetur consideratio locorum & temporum, personarum, & causæ ac etiã multitudinis, & ætatis & scandali. Nãque ex istis omnibus rigor iuris mitigatur.vt colligitur manifestè extra de senten.excom.super eo.& de transa.c.vlt.& di.50.adeptus.§.fi.cum multis alijs. Item causa cognita, & ex prædictis causis & iuribus poterit pœnam augmentare, & etiam quia multis crassantibus vindicta opus est.ff.de pœnis.l.aut facta.in vlt.§.& l.capitalium.in vlt.§.& in dicta l. & si seuerior. Et per Inno.de consti.c.1.& in §.præsenti satis habet. ¶ De-

Decimacõ clusio.
22 cima conclusio est.† In pœnis extraordinarijs iudex potest exasperare, & mitigare.patet conclusio.ff.de pœnis. hodie. & de pœ.dist.1.mensuram.in quibus extraordinarijs tunc dicitur, pœna diminui vel augeri, cum iudex non seruat id quod in talibus seruari consueuit.ar.ff.de dam.infe.l. si finita.§.1. & ff.

Vndecima conclusio.
23 de flum.l.1.cum similibus. ¶ Vndecima conclusio.† Ista indulgentia siue remissio pœnæ non est faciẽda per iudicem homini icorrigibili sed corrigibili. patet cõclusio, est iniusta mi-

Duodecĩa conclusio.
24 sericordia.23.q.4. ¶ Duodecima cõclusio† quando pœna nõ est determinata à iure siue in lege statuta tunc imponitur arbitrio iudicantis, qui debet æquitate seruata semper in humaniorem partem declinare.extra de transa.ex parte. Ista cõclusio patet. ff.de effra.l.1.& ff.de pœnis.l.hodie.& extra de offi. dele.de causis.& extra de transac.c.vl.cum suis concor. Cum his concor.Inn.Host.maximè in summa.Arc.hic & maximè in c.si ergo.17.q.1.& Henricus Boich.sup.c.in Archiepiscopatu.extra de rapto. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in princ. Ad primam respondetur.ꝙ.c.illud.omnis.di.45. intelligitur in his quæ iudicis arbitrio relinquuntur, non autem in his quæ per legem diuinam aut humanam determinata sunt. sicut dictum est. Simili modo respondetur ad alias duas authoritates. ¶ Ad quartam respondetur iuxta S.Tho.vbi supra negando consequentiam. Et ratio est quia Deus habet supremã potestatem iudicandi & ad ipsum pertinet quicquid cõtra aliquem peccatur. Et ideo liberum est ei pœnã remittere præcipuè cum peccato ex hoc maximè debeatur pœna quod est contra ipsum non tamen remittit pœnã nisi ꝭm, ꝙ decet suã bonitatem quæ est omnium legum radix. ¶ Ad quintã respõdetur negando minorem. Nam dicimus. quòd si iudex remitteret inordinate pœnam, nocumentum inferret & communitati cui expedit vt maleficia puniantur, ad hoc ꝙ peccata vitentur.vnde Deut.13.post pœnam seductoris subditur, vt oĩs Israel audiens timeat, & nequaquam vltra faciat quispiam huius rei simile. Nocet etiã personæ, cui illata est iniuria quæ recompensationem accipit per quandam restitutionem honoris in pœna iniuriãtis, vt dicit S.Th. Legat ergo sic. ¶ [Facti quidem quæstio] .i.inquirere de facto, factum examinare, pronuntiare, condemnare, & potest tacere si vult & si non inquirit nec condemnat lex, nunquam inquiret, & nunquam condemnabit. quia hoc ad legem non pertinet sed licet iudex nihil dicat de pœna legis tamen ipse vel alius postea imponet

Innocen. Hostien. Henricus.
Ad primũ argu.
Ad quartũ S. Thom.
Ad quintã
Exponit literam.

ꝭm legem, ꝭm Laur.& hoc est quod dicit [sed pœnæ per non eius &c.] sic vt si velit de ea tacere, non imponatur, quasi diceret pœnam imponere nõ pendet de eius arbitrio, quia ex quo condemnat siue pronuntiat de pœna, siue non, lex ipsa eã per eum vel per alium imponit, quantum iudex cognita causa potest exasperare, vel mitigare, sicut dictũ est, nisi prohibeatur expresse, vt in crimine læsæ maiestatis, & in huiusmodi enormibus. ꝭm Hu.& Arch. [in arbitrio] in quibus vel quando habet locum arbitrium iudicis, nota extra de do.& contu. finẽ. in glo.vltim. [persecutio] id est, executio. Archid. [Si autem] tertia pars.secundum Archidi. [temeritas] id est stultitia, & indiscretio, qua venit ad accusandum. Ioan. Hug. vnde hoc intellige de temeritate, quæ ex errore, vel quę aliquam veniã mereatur. vt scilicet, si accusat cognatum suum.C. de aboli. l.2.aliàs qui temere accusat incidit in Turpil.ff.ad turpil.l.1.§. accusationem. Lau.& Arch. [facilitatis] .i.facilem obtinet veniam [& inconsultus calor.] arg.non esse imputanda quæ fiũt cum impetu mentis.ar.s.ea.si quis iratus.& de pœ. di. diuortium. Hu. [ob hoc.] s.quia iudex pronũtiauit eum temere accusare, vel quia sic accessit ad accusandum non est puniendus à iudice.licet alias peccauerit. Hu.& Archid.

1 *Iudicium publicum quid dicatur.*

Præuaricator. Hic tractatur de præuaricatorib⁹ & dicitur præuaricator duob⁹ modis.s.aduocatus, qui latenter adiuuat partem aduersam prodita sua parte. Et accusator qui vera crimina abscondit. sed ipse accusator magis propriè dicitur præuaricator quã aduocatus. Et potest hoc.c.diuidi in tres partes. In prima ponit qs sit præuaricator, & vnde sit. In secunda agit de præuaricatione accusatoris. In tertia de præuaricatione aduocati. secunda ibi, is autem. tertia ibi. Cæterum. Lege. ¶ [Præuaricator.] hæc est prima lex eiusdem ti.& durat vsq; ad legem sequentem, sciendũ [quasi varicator] quia variat.i.claudicat in vtraq; parte, de quibus psal.18. Claudicauerũt à semitis suis, quibus dominus ve imprecatur: ecclesiast.2.dicens.ve duplici corde, & labijs scelestis, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. qualis est præuaricator, qui ad vtranq; partem se deflectit [quod nomẽ labeo à varia] quia varie concertat.s.ex ista parte publicè, ex illa latenter. Hu.& Archi. [Ex vtraq; parte consistit quinimo] istud quinimo est correctiuum.de pœ.di.1.fi.n.Si vero iudex ita pronuntiet cõdemno hunc, imo absoluo vltimo stabitur: emendabit.n.ff.de manu.test.l.stichus imo Pamphilus. Laur. de hoc no.16.q.1.prædicator. Arch. [Ex altera parte] tantum mente.s.& viribus, pro sua quidem parte. simulate & quantũ ad verba [sed pro altera] stat animo & intentione, & pro viribus, cautelanter tamen ne dolus eius deprehendatur. [Is autẽ]
1 [secunda pars. [publico] † publicum iudicium dicitur vbi agitur de publico crimine ad cuius accusationem quilibet admittitur. Hu.vt adulterium, homicidium & cætera similia.s.di.1. ius publicum. Arc. [Accusauerit] & ea crimina occultauerit. Hu.i.veras probationes omittendo.p.Arc. [Cæterum] tertia pars [aduocatus non propriè dicitur præuaricator sed impropriè] .C.de aduoca.diuer.Iu.l.1.sed tamen quicquid hic dicat dicitur ad Gala.2.si quos destruxerit ædifico, præuaricatorẽ, me cõstituo. [quid ergo de eo] .s. aduocato præuaricatore priuato puta furti. Archid. [præuaricatus sit.] Impropriè dicitur, sicut dictum est prodiderit causam, vel quia reuelauerat secreta causæ aduersario.vt.ff.de re mili.l.omnem.§.exploratores gl.hic.i.aduocatus. Archi.

Diuisio.
Exponit literam.

Sciendum. Hæc est secunda lex.e.ti.& est breuis ex traordinaria.ff.ad Turpil.& in priuatis. & j.i.omissa tertia & quarta lege ipsius ti.pœ.& Arch.

Accusator. Sequitur quinta lex eiusdẽ tituli, & breuis est. ¶ Non accuset. quia infamis est ff.e.l.si is. Archid. [Non accuset] dico nisi fortè suam vel suorum prosequatur iniuriam, & in criminibus exceptis. secundum Hug.& j.i.omissa penul.lege. Arch.

Exponit literam.

3 *Transactio an habeat locum in criminibus in foro ecclesiæ.*

In omnibus. Hæc est vltima lex eiusdẽ tituli, & est breuis. Pro pleniori intelligẽtia huius legis quæruntur duo.
1 ¶ Primum est, vtrum in crimine sanguinis.i.quod irrogat pœnam sanguinis liceat pacisci.
2 ¶ Secũdũ est, vtrũ ꝑter authoritatẽ iudicis liceat sic pacisci.
1 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ in crimine quod irrogat pœnam sanguinis non liceat pacisci. dicitur.n. Numeri penultimo. nõ accipies pretium ab

Opponit & Respō. Prima cō clusio. pretium ab eo, qui reus est sanguinis. ¶ In oppositum arguit ex præsenti lege. ¶ Respondetur sub duabus conclusionibus, quæ sunt in hac lege. Prima ꝙ licet pacisci in criminibus irrogantibus pœnam sanguinis præterquam in crimine adulterij. Ista conclusio habetur ex præsenti tex. & in gl. C. de transac. l. transigere. Et ratione potest sic psuaderi. quia vnicuiq; licet redimere sanguinem suum. vt. l. 1. ff. & de bo. eorū qui si. mor.

Secūda cō clusio. ¶ Secūda conclusio est ꝙ in alijs criminibus in quibus nō imponitur pœna sanguinis non licet transigi, nisi in crimine falsi. Ista cōclusio habet̄ in hac. l. & in l. inducta. trāsigere. & C. ad l. Iul. de adul. de cri. de istis duabus cōclusionibus sut versus sequentes.

Versus. Sanguinis in pœnis sine metu transigat omnis. In cæteris nulli licet nisi crimine falsi.

Ad argu. Ad authoritatem in oppositum respondetur quod ibi loquitur de iudice, hic de accusatore, ibi prohibet iudici colludere cum reo sanguinis. hic permittitur accusatori & reo.

2 **Ad secundum.** In quo quæritur † vtrum liceat pacisci & trāsigere in tali crimine p̄ter authoritatem iudicis & recedere ab accusatione.

Respōdet. Prima con clusio. Respondetur iuxta Hu. hic sub duabus conclusionibus. Prima est ꝙ accusatori non licet cum reo pascisci vel litem cōtestari licet, sed instituta accusatione non licet sine abolitione impetrata & authoritate iudicis.

Quæstio. ¶ Surgit quæstio quid si fiat. respondetur accusator condemnabitur, & accusatus liberabitur in crimine sanguinis, vel falsi, in alio habebitur pro cōuicto vt hic dicitur.

Secūda cō clusio. ¶ Secunda conclusio. licet accusato pacisci & transigere in tali crimine etiam præter authoritatē iudicis. patet conclusio. Statuerunt. n. principes ei esse ignoscendū, qui sanguinem suum qualitercunq; redemerit. sed accusatori non licet vt dictum est post litem conte. hæc. n. transactio & pactio statuta est in fauorem accusati, non accusatoris illū releuat, non istum. Si ergo accusator facta transactione desistit ab accusatione, non impetrata abolitione incidit in Turpi. & punit̄. Lege.

Exponit literam. ¶ [In omnibus in sanguine]. i. cuius pœna est pena sanguinis. Arch. [corrumpit] pecunia, vel alio quocunq; modo. Hu. [pro conuicto habetur] quantum ad hoc vt incurrat istam pœnam. s. Turpiliani. Non autem vt cōdenetur de crimine principali. & sic non obstat obiectio de collu. c. fi. ꝯm Arc.

Quæstio. 3 ¶ Sed surgit hic quæstio. † vtrum in foro ecclesiæ in criminibus, habeat locum transactio. Et respondetur sub ista conclusione. primo ꝙ non. patet conclusio. quia non habet locum transactio, nisi in crimine, quod irrogat penam sanguinis. vt in hac lege in omnibus. & C. de transac. transigere. In foro autem ecclesiæ non agitur ad pœnam sanguinis. extra de cle. vel mon. c. sententiam. & 23. q. 8. his à quibus. ergo sequitur ꝙ transac. non habet locum in foro ecclesiæ in criminibus. secunda conclusio quod in foro ecclesiæ est gratuita pactio. Ista conclusio est Gof. qui ita notat. extra de transac. c. vl. Arch.

1 *Abolitio descendit ab aboleo aboles, & quid dicatur.*
2 *Iudex non potest dare abolitionem nisi sedeat pro tribunali.*

Præuaricatorem. Prosequitur de præuaricatore ostendendo quis sit dicendus præuaricator, non est hic initium legis. sed est. §. primæ legis eiusdem tituli, qui colludit accipiendo pecuniā, vel aliud à reo vt desistat ab accusatione. Hu. [proprias probationes.] Ecce qualiter debet intelligi, ꝙ abscondit vera crimina. i. veras ꝓbationes criminis inscripti. Hu. [falsas vero accusationes]. i. exceptiones. [admitteret]. i. reciperet tanquam bonas. Arch. [Si quis autem] quarta pars. hic agit de tergiuersatoribus. Hu. & Arch. Lege.

Exponit literam. ¶ [Si quis citra]. i. sine Arch. [punit̄.] nota infamiæ. & 5. libris auri. vt. ff. de Turpil. in priuatis. ff. de priua. l. præuaricationibus. [abolitio] hoc habetur. ff. ad turpi. l. 1. §. abolitio.

1 † Nota ꝙ abolitio descendit ab aboleo aboles, quod ꝯm papiam idem est ꝙ abstergere, intendere, obliuisci, negligere, de memoria tollere, est abolitio accusationis peremptio. & hoc fit tribus modis. vt no. s̄. e. q. 1. prohibētur. Archi. [priuatim]. i. priuata. vel priuatim]. i. non adhibita omni solēnitate, quæ solet in causis adhiberi. s. aduocatorū testiū, & huiusmodi, non tamen debet peti à iudice, nisi pro tribunali se-
2 denti. Non. n. potest iudex abolitionem dare, nisi sedeat ꝓ tribunali. Hu. [non de plano]. i. negligenter in transitu. s. dum iudex transit per viā, sed cum magna diligētia. simile. j. 3. q. 3. §. spatium. & di. 61. in sacerdotibus. Hu. vel dic. i. sine causæ cognitione, Arch. [Hanc cognitionem]. s. an debeat dare abolitionem an non in propria persona hoc debet facere non per alium. est regula iuris quæ cognitionem desiderant demādari non possunt. ff. de reg. iur. l. omnia quæ.

Si plura. §. est in eadem. l. ad Turp. Lege. ¶ [Si plura.] arg. ꝙ de pluribus criminibus simul & in eodem libello potest quis aliquem accusare. ar. j. e. q. 7. lator. & 3. q. 10. placuit. & 24. q. 3. de illicita. & s̄. e. q. 1. in primis. e. q. 1. ꝓhibentur. in quarta. gl. [quid]. i. aliquod eorum. Hug. & Arch. [Eius]. s. criminis de quo non petit abolitionem. Archid. [destitisse.] Hoc est lex vltima eiusdem tituli. [deposuit]. i. deposuisse præsumitur [permissu imperatoris] vbi videtur potius, publica quam priuata abolitio. Hug. Expōit literam.

Abolitio. §. est. & sunt verba Gratiani & intelligit de publica abolitione, & malè dicit propter sequentem legem quam malè intellexit. Hu. vnde Gratianus vt dicit Lau. fuit deceptus ex eo quod sequitur. ex. l. præsenti eo quod reperit eam insertam in titul. de generali abolitione quam non alia de causa iurisperitus inseruit ibi, nisi propter similitudinem, quia sicut abolitio infamiam tollit, ita indulgentia pœnam. secundum Lau.

1 *Indulgeo verbum multa significat.*

Indulgentia. Lex est, & breuis. Et introducitur ꝓpter dicta in præcedenti. §. aboliti. in qua lege ostenditur, quid afferat indulgentia qua indulget imperator alicui condemnato de crimine quod irrogat infamiā. &c. Lege tex. ¶ [Indulgentia]. i. pœnæ remissio, sine mētione infamiæ aut restitutionis in integrum. Hu. & Arc. Pro cuius verbi declaratione est notandum † ꝙ verbum indulgeo multa significat. aliquando. n. ponitur pro concedere, vt papa indulsit mihi hoc. Aliquādo ponitur pro dispensare, vt. 77. di. c. vl. in fi. Aliquando vero pro vacare siue operam dare, vt iste indulget Gule. Aliquando pro remittere vel condonare vt Deus indulget peccata pœnitenti. Arc. [conscripti] hæc dictio & præcedens ponuntur materialiter. vel sunt vacatiui casus, id est senatores. [liberat] à pœna [notat]. i. notatos de infamia sicut ante relinquit, nisi specialiter remittatur infamia vel in integrum fiat restitutio. Expōnit literam. a ¶ Verbum indulgeo. Adde ꝙ verbū indulgemus cōtinet ius spāle nouū cle. fi. cum gloss. & ibi Car. Zab. de cel. mis.

1 *Restituo verbum à principe emanans plenam denotat restitutionem.*
2 *Beneficium imperatoris & papæ est latissime interpretandum.*
3 *Restitutio non intelligitur cum præiudicio iuris alienis nisi exprimatur.*

Si autem. §. est. per se. alias versi. sub. §. in quo propter legem præcedentem, vt ostendat differentiam inter indulgentiam de qua in l. præcedenti. & restitutionem de qua in sequenti subiungit. [Restitutio] supradictum,
1 est ꝙ abolitio non tollit infamiam, hic dicit ꝙ restitutio † vnde verbum restituo à principe emanans plenam denotat restitutionem vt hic [vnde in eodem] Ista est lex prima huius ti-
2 tuli. [omnibus cæteris.] ar. † ꝙ beneficiū imperatoris & apostolici latissime est interpretandū. ar. 12. q. 2. qui manumittit̄. & 16. q. 1. frater noster. & ff. de consti. prin. l. beneficiū.
3 ¶ Hic surgit quæstio † vtrum si aliud non exprimatur, hæc restitutio intelligatur cum præiudicio iuris alieni. Respondetur iuxta Arch. hic quod non extra de rescrip. li. 6. c. quamuis. Quæstio Respōdet

¶ *Quæstio Quarta.*

3 *Purgatio vulgaris quæ dicatur.*
6 *Constitutus in certa dignitate vel ordine si sit infamatus de simonia de venditione iustitiæ de incōtinentia, vel quouis alio crimine, non cogitur iurare, quia nunquam commiserit hæc crimina vel alia ante suam promotionem.*
9 *Subdiaconi & alij inferiores, qualiter se debeant purgare.*



Eficientibus. Hic intitulat̄ quarta quæstio. Sed immediate surgit quæstio. quare Gratianus ꝑturbauit ordinem vt quintam ante quartā prosequeretur, non potest dici quod ex obliuione fecerit, vel ꝙ sit vitium scriptoris. Nec illa ratio valet quam quidam inducūt videlicet, ꝙ hæc quinta sit magis affinis tertiæ, quā quartæ. Si ita est, quare in themate non fecit eam quartam, vt arguit Hu. & Lau. vnde Hu. dicit. sibi ergo sit hoc secretum, quia non intelligo quare sic ordinem perturbauit. Verum Ioff. dicit, ꝙ hoc ideo fecit, quia affinior est tertiæ quæstioni, quam sit quarta. Cum. n. in tertia quæstione, quæ præcessit sit tractatum de deficiente in probationibus accusationis, quo casu poterat Quæstio.

poterat merito dubitari an reus esset cogendus se purgare, & ostendere suam innocentiam. congrue igitur hanc quintã quæstionem, in qua de hoc agitur post illam prosequitur ante quartam. Archid. Diuiditur autem ista quæstio in quatuor partes. In prima parte probat per quatuor authoritates, ꝙ sacerdotes ex leui causa iurare non debent. In secunda probat quasi contrarium videlicet ꝙ ex iusta causa iurare possunt. In tertia quærit vtrum parentes debeãt se purgare igne vel aqua filios nõ oppressisse. In quarta quæritur vtrum monomachia vel alia purgatio vulgaris sit concessa. secunda ibi in §. verum. tertia ibi. in § iuramẽto. quarta ibi. in §. sed quælibet. ¶ Quæstio autem ista quinta est. vtrum deficiente accusatore reus sit cogendus ad purgationem. Et allegat pro vtraq; parte. Et primo quod non sit cogendus, quia clerici iurare non debent. Et post arguit pro alia parte scilicet, quod sit cogendus. Et vt melius pateant sequenda videndum est de octo.

Diuisio.

Quæstio.

1 ¶ Primò, quid sit purgatio.
2 ¶ Secundò. quot sint species purgationis, & quæ earum admittenda, & exigenda in ecclesiasticis iudicijs.
4 ¶ Tertiò, quando sit indicenda, & quando non.
5 ¶ Quartò, qualiter fieri debeat.
7 Quintò vbi fieri debeat.
8 Sextò, quot debent esse purgatores.
10 Septimò, quales debent esse purgatores.
11 ¶ Octauò quæ pœna sit eius qui in purgatione deficit.

Respõdet Ad primũ argu.

1 ¶ † Ad primum respondetur ꝙ purgatio est ꝑm Ray. de obiecto crimine, innocentiæ ostensio. s. per iuramentum vel alio 2 modo ꝑm Gof. ¶ Ad secundum respõdetur. ꝙ duæ sunt species purgationis. s. canonica quæ approbat in hac quæstione, & de qua tractatur extra. de pur. ca. & quæ indicitur clericis, 3 & laicis. † Alia est vulgaris, à vulgo inuenta, quæ fit per aquam feruentem, vel frigidam vel tactu ferri candentis, vel per monomachiam & huiusmodi. Hæc ex toto relegata est ab ecclesia & generaliter omni christiano nec est indicenda alicui clerico, vel laico, libero, vel seruo. vt. ĵ. ea. Mennam. &. c. consuluisti. &. c. monomachiam. vnde si aliqua capitula videantur indicere hanc purgationem. vt. ĵ. e. q. 5. nobilis. abrogata sunt. Est .n. contra præceptum domini. s. illud non tentabis dominum Deum tuũ. Deut. 6. Mat. 4. & Lu. 4. Et contra illud. in ore duorum vel trium &c. Mat. 18. hæc. n. fabricante diabolo inuẽta 4 sunt. vt. ĵ. e. mennam. ¶ † Ad tertium respondetur ꝙ reus deficiente accusatore aut laborat sinistra fama, aut non. Si non, non cogitur ad purgationem. vt. ĵ. 6. q. 5. ꝙ autem. Si vero laborat sinistra fama distinguendum est. Aut. n. oritur illa mala fama ex inimicorum confictione, aut ex maledicorum obtrectatione, aut ex ꝓbabili & verosimili præsumptione. Si in primo casu. Si mala fama vagatur tãtum apud inimicos & maledicos, & viles non est exigẽda purgatio. ĵ. e. q. auditum. & extra de purga. c. cum in iuuentute. & 11. q. 3. in cunctis. Aut mala fama vagatur apud graues & maiores de populo, & præsertim apud iudicem suum ordinarium, & tunc vndecunq; orta sit mala cogẽdus est ad purgationem. vt extra de pur. c. si quis presbyter. &. c. quoties. & duobus. c. præcedentibus. &. c. nos inter alios. In secundo vero casu. s. quando mala fama, orta est à maledicis, idem est obseruandum. quoniam si vagatur mala fama apud graues, & maiores homines de populo indicenda est purgatio. In tertio casu nõ est dubium, quoniam cogitur talis infamatus ad purgationem. vt. ĵ. eo. q. presbyter. & extra 5 de pur. ca. vt. s. ¶ † Ad quartum. s. qualiter fieri debeat talis est forma ꝑm Host. in summa. e. ti. infamatus iurabit se immunẽ ab eo, quo laborabat infamia. vnde si infamatus fit quis ꝙ ad ecclesiã. S. Petri simoniacè presbytero Petro dederit iurabit super sancta Dei euangelia, quod pro ecclesia S. Petri presbytero Petro danda nec aliquis pro eo se sciente pretium recepit, extra de pur. capit. quoties. Nec illud omitti debet inquit 6 Host. † quod si quis in dignitate certa vel ordine constitutus, infamatus sit de simonia, de venditione iustitiæ, de incontinentia, vel quouis alio crimine nõ cogitur iurare, quod nunquam commiserit hæc crimina, vel alia ante suam promotionem. Sic. n. posset cogi ꝙ à tempore natiuitatis suæ non peccasset mortaliter, quod esset iniquum. vt probatur. 24. di. fraternitatis. & extra. de pur. c. accepimus. §. 1. sed sufficit. ꝙ iuret ꝙ à tempore promotionis suæ illa non commiserit. ar. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. discretionem. c. penu. & de iureiuran. c. quemadmodum. in prin. Compurgatores vero iurabunt ꝙ credunt infamatum verum iurasse, vt in prædicto. c. quoties. in fi. Non ergo iurabunt ꝙ immunis sit simpliciter, quia hoc esset periculosum. sed iurabunt quãtum ad propriã

Ad tertiũ

Ad quartũ Hostien.

7 cõscientiam sicut dictum. ¶ † Ad quintum. s. vbi fieri debeat. Respondetur ꝙ si apud populũ est infamatus, in publico purgabitur, vt. ĵ. e. q. presbyter. Si vero apud paucos sit infamatus tunc coram illis paucis & iudice debet fieri purgatio. vt. 15. q. 5. c. 1. Si vero infamatus sit publicè inter laicos, corã ipsius purgabit se. Si vero inter clericos tantum infamatus sit, tunc coram ipsis tãtum se purgabit. Nam vt dicit Augustinus vbi nascitur malum, ibi moriatur. s. 2. q. 1. si peccauerit. ꝑm Host. 8 ¶ † Ad sextum. s. quot debent esse purgatores respõdetur ꝙ episcopus purgat se manu duodena sui ordinis. i. cum. 12. episcopis. sacerdos sexta. i. cum sex sacerdotibus. diaconus terna. i. cum tribus diaconibus purgandus est. ĵ. e. q. c. omnibus. &. c. si legitimi. &. c. presbyter. vnde versus: pontificem paruũ purgat manus duodena. Sexta sacerdotem, leuitam tertia purgat. maior maiori, minor est adhibenda minori. ꝑm Host. ¶ Sed 9 surgit hic quæstio. † quid dicẽdum est de subdiaconis, & alijs inferioribus. respondendum est vt dicit Hu. non est expressum in iure. Sed credo ꝙ quilibet eorum simpla manu potest purgari, & hoc argumento illius, ꝙ in causa criminali subdiaconus & quilibet inferior potest iudicari ab vno solo episcopo. quod non obtinet in superioribus. 15. quæsti. 7. felix. Hu. Circa tamen hunc asignatum compurgatorum numerum, licet id quod dictum est sit regulare, nihilominus hodie numerus ille arbitrarius est, & in arbitrio iudicis. s. quota manu quis se purget. quandoq;. n. maior, quandoq; minor taxandus est ꝑm ꝙ infamia vel crimen sunt magis vel minus grauia. ĵ. e. q. presbyter. &. c. omnibus. in fine. vnde Inno. indicit cuidam decano purgationem cũ. 14. sui ordinis. extra de pur. c. inter solicitudines. Et cuidam episcopo indixit purgationem cũ duobus abbatibus tm. extra de cur. c. cum in iuuentute. & ad hoc. 10 extra. de acc. cum p. ¶ Ad † septimum. s. quales debent esse compurgatores. iuxta Hos. in summa, quod requiritur ꝙ sint eiusdem ordinis siue dignitatis. si inueniri possunt. extra. de purg. c. inter solicitudines. est tamen notandum, ꝙ quando hi qui eiusdem ordinis sunt inimici sunt infamati vel esse præsumuntur, admittuntur compurgatores ordinis inferioris. vt. ĵ. e. q. c. si legitimi. & extra. de purg. c. cum in iuuentute. §. fi. Idẽ videtur si tot episcopi non inueniuntur. vt in c. quoties. quinimo ex eadem causa deficientibus clericis laici admitterentur. ĵ. e. q. omnibus. in fi. vel etiam fœminæ deuotæ & honestæ, vt 18. q. 3. in decima. in fi. Præterea tales requiruntur compurgatores qui vitam & conuersationẽ infamati cognoscãt, & præsentem & præteritam vt in c. prædicto. inter solicitu11 dines. ¶ Ad octauum. s. qua pena veniat puniẽdus, qui in purgatione defecerit. dicit Host. Trado tibi regulam, quòd sicut puniretur de crimine, de quo impetebatur si conuinceretur, considerato modo agendi, sic punitur si in purgatione deficiat. vnde si accusetur quis de crimine quod depositionẽ inducit, & indicatur purgatio in qua præstãda accusatus deficit deponetur. extra. de simo. c. de hoc. & c. insinuatum. & extra. de accu. cum. p. Si vero purgationem rite perfecerit iudex sine mora, & difficultate debet suspensionem si facta fuerit, relaxare, & eum ab infamia criminis absoluere. extra. de pur. ca. ex tuarum. Lege tex. ¶ [Nõ cogitur] verum est, cum de iure communi talia à talibus possidẽtur, secus in alijs: tunc. n. oportebit possessorem probare titulum possessionis suæ, vt si quis episcopus vel archiepiscopus vtatur pallio extra missarum solemnia. vt. di. 100. contra morem. & in decimis à laico possessis. Nam præscriptione se tueri non potest. arg. 16. q. 3. §. sic & prædia. Hug. [non cogitur] dicit Archi. verum est in simpliciter negante, secus in excipiente, vt dicam. 10. q. 3. quia. & de hoc in gl. [authoritate.] alia probatio. s. ꝙ sacerdos non est cogendus ad purgationẽ sic arguẽdo. Sacerdos vel alius clericus non debet iurare. sed purgatio non est recipienda nisi per iuramentũ. ergo sacerdos ad purgationem non est compellẽdus.

Ad quintũ

Augus.

Ad s...

Versus.

Quæstio


Ad septimum. Hostiensis.

Ad octauũ Hostien.

Exponit literam.

1 *Sacramentum siue iuramentum regulariter non est exigendum a sacerdotibus.*

4 *Prælatus damnum ecclesiæ illatum repetens debet quantitatem damni iurare.*



Acramentum. Sequitur. c. 1. quod inducit ad probandum, presuppositũ rationis suæ, qđ fuit, ꝙ sacerdos, aut alius clericus non deberet iurare. Breue est, 1 in quo conclusio ista ponitur † ꝙ sacerdotibus sacramentum siue iuramentum non est exigendum regulariter. Pro pleniori intelligentia huius capituli & sequentium quæruntur duo.

2 ¶ Primum

1 ¶ Primum est vtrum purgatio debeat fieri per iuramentũ.

2 ¶ Secundum est, vtrum ad purgationem possit aliquis cogi.

Primũ ar. Opponit & Respõ. 2 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur q purgatio non debeat fieri per iuramentum primo per. c. præsens & tria sequentia. ¶ In oppositum est. c. presbyter. ʒ. e. q. & c. licet. & per multa alia. c. ¶ Respõdeo dicendum est quod purgatio canonica debet fieri per iuramentum. ista conclusio patet primò per diffinitionem purgationis supra positam qua dictum est. Secundò patet authoritate diuinæ legis. dicitur. n. Leui. 21. vbi dicitur de inuento cadauere hominis occisi in aliqua ciuitate. quod maiores natu ciuitatis illius venient ad interfectum, & lauabunt manus suas, & dicent manus vestrę non effuderunt hunc sanguinem, ne oculi vestri viderũt, & hoc super vitulam cæsam. Ex qua lege manifeste patet authoritas purgationis per iuramentum. Cõclusio etiã patet per multa capitula huius quæstionis. patet etiã extra de pur. c. per totũ. ¶ Ad capitula in cõtrarium inducta respõdetur. quòd his authoritatibus vt dicit Alexander de halis. in tertio non prohibentur omnimodo iuramenta fieri à sacerdotibus, sed tantum in causa & ea quæ pro qualibet causa temporali iudicio offerũtur. Cum autem populari infamia sacerdotes opprimuntur, tunc ad innocentiæ suæ ostensionẽ iuramenta debent offerre. vnde Gregorius. si quis episcopus vel quilibet sacerdos à populo accusatus fuerit, & certi testes inuenti non fuerunt, qui criminis illati veritatem dicant, iusiurandum in medio faciat, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia. ad Heb. 4.

Ad argu. Alexãder de halis. — *Gregorius*

3 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur quod ad purgationem nullꝰ cogi possit. Primò sic. Nullus potest licitè cogi ad id quod diuina lege & apostolica prohibetur sed iurare prohibetur Mat. 5. Ego dico vobis non iurare omnino. & Iacobi. 5. dicitur ante omnia fratres nolite iurare & c. ergo & c. ¶ Secũdò sic arguit. ex. c. auditũ. ʒ. e. q. vbi Leo papa. Ego Leo papa sanctæ Romanæ ecclesiæ purifico me in conspectu vestro, coram domino. & ʒ. Hoc autem faciens nõ legem scribo cæteris, qua id facere cogantur. ¶ In oppositum est. c. ʒ. e. q. si mala. & alia plura. c. sunt ad idẽ. Ista quæstio mota est extra de pur. c. in c. nos. & ibi soluitur, vbi Alexander tertius ita inquit. Quia nos tua fraternitas cõsulere voluit, vtrum episcopus parochianum suum ad purgationem cogere possit. Respondemus. quòd si de aliquo crimine publica laborat infamia accusatore & testibus deficiẽtibus ad purgationem est per episcopum compellendus, nisi fortè super ipso ad superiorem iudicem duxerit appellãdum. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam respõdetur quod per illud Mat. 5. & per illud Iac. 5. non excluditur omne iuramentum, sed tantum incautum, & quando non est necessitas. alias periret veritas iustitię in multis, sicut aliàs plenius dicetur. ¶ Ad secundam respondetur. q canon ille Leonis papæ intelligitur de successoribus summi pontificis, quia non habent superiorem iudicem, sed relinquuntur domino iudicandi. & ista pro nunc sufficiant. alia iurisperitis relinquimus. Lege tex. ¶ Sacramentum à summis]. i. episcopis. ʒ. eo. q. 7. accus. & c. q. 1. legũ. Arch. [nisi pro recta]. i. catholica fide seruanda. s. cum redeunt ab hæresi. tunc. n. iurare debent se obseruaturos fidem catholicam. vt. s. 1. q. 7. quoties. & de conse. di. 2. ego Berengarius. Hu. & Arc. [vel pro recta fide]. i. pro canonica institutione, quia fides canonica siue catholica institutio appellatur. vt de conse. dis. 4. si non sanctificatur. Et ista exponitur per aliquos quia multi casus sunt, in quibus etiã à clericis exigitur iuramentum qui notantur per hos versus. Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni, Defectus veri poscũt sibi magna caueri. Et dolus & dominus caput & conclusio litis. [pax] quia pro pace quilibet iurare tenetur. vt. 22. q. 1. c. 1. [fama] pro fama declaranda an est infamis sacerdos debet iurare. vt. ʒ. e. q. si mala fides. vt redeuntibus ab hæresi, qui iurare debent, vt dictum est. [reuerentia] quando archiepiscopus impetrat pallium. pro reuerentia debet iurare papæ obedientiã, & fidelitatem. vt de elec. significast. & di. 100. optatum. Et idẽ dicendum videtur de quolibet sacerdote, quando ecclesiam, recipit ab episcopo. vt extra. de iureiuran. querelam. [Cautio damni] † quia prælatus damnum ecclesiæ illatum repetens debet quantitatem damni iurare. vt. s. e. q. 1. in primis. [defectus veri.] quia propter inopiam testium pro veritate dicenda cogitur testis testificari. vt. 17. q. 2. quanquam. [dolus.] vt quãdo timetur de lapidatione ecclesiæ, tunc iurat prælatus. vt di. 27. de Syracusane [dominus] pro fidelitate domino est iurãdum. vt. 22. q. 5. de forma. [Caput & conclusio litis.] vt est iuramentum de calumnia, qđ debet facere clerici. vt extra de iura. cal. c. penu. & vlt. sed non coram laico. Item sunt alij casus vt qñ absoluitur ab excommunicatione. vt. 11. q. 3. cum aliquis.

Primũ ar. — *Secũdũ ar.* — *Opponit contrariũ.* — *Respõdet.* — *Ad primũ argu.* — *Ad secũdũ* — *Exponit literam.* — *Versus.*

4

Nos sanctorum. Istud est secundum ca. ad idem eiusdem papæ. Lege text. ¶ Prohibemus in cauta]. i. in casu illicito facta. Hugu. Archid. *Exponit literam.*

Sacramentum. Tertium. c. Et ad idem. Lege text. Oblatum. i. sine causa. Hug. & Arch. vel refert se ad sua tempora qui Cornelius antiquissimus fuit quando adhuc sacerdotes non sic iurabant. Hug. sed melius est vt exponatur sicut supra pro recta fide. i. pro canonica institutione nunquam fieri debet quantum in iurante est quia non debet se ingerere. vt. 22. quæstione. 1. si peccatum.

1 *Clericus an possit conuenire laicum coram iudice ecclesiastico.*
2 *Laicus an possit habere controuersiam contra clericum.*
3 *Deferendum an sit magis clericis, quam laicis.*
4 *Clerici qualiter iurent.*

Si quis presbyter. Ad idem est hoc capitulum quartum ex concilio triburiensi cuius capituli conclusio est, quod si sit casus quod presbyter contra laicũ, aut laicus contra presbyterum habeat cõtrouersiam, & alterum expediat se purgare propter defectum plenæ probationis, laicus purgabit se per iuramentum, & presbyter per cõsecrationem suã se purgabit. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, quod dictum est. In secunda assignat rationẽ. secunda ibi, quia sacerdotes. Aliqua parua dubia quæ sunt in hoc capitulo declarabuntur in expositione literæ. Lege tex. ¶ [Si quis presbyter contra laicũ.] ¶ Hic surgit quæstio. † quomodò clericus conuenire potest laicum coram iudice ecclesiastico cum semper actor debeat sequi forum rei, siue propulsati. vt. ʒ. 11. q. 1. experientiæ. Respondetur iuxta Hug. & gl. quod loquitur hoc. c. ẜm consuetudinem alicuius loci, vel locorum, vbi episcopi habent potestatem super omnes. & omnes causæ siue clericorum siue laicorum ibi tractantur coram iudice ecclesiastico. sicut fortè erat ibi, vbi factum erat hoc conciliũ. alias autem regulariter actor sequitur forum pulsati vt dictum est vel refertur ad antiqua tempora, quando omnes causæ referebantur ad ecclesiam, & presbyteri iudices erant negotiorum etiam laicorum. vt. 11. q. 1. relatum. & c. placuit. & di. 95. ecce. vel fortè loquitur de causa ecclesiastica, sicut de decimis. de iurepatronatus. quę non debent tractari nisi coram ecclesia. vt 6. q. 2. episcopus. & extra. de iud. quãto. [Laicus cõtra presbyterum.] ¶ Hic surgit quæstio. † Vtrũ laicus possit habere controuersiam contra presbyterum . Et videtur quod non. quia laicus non debet admitti ad accusationem clericorum. ca. de cætero. extra de testi. & c. cũ. p. extra. de accus. ¶ Respõdetur iuxta Hu. qui videtur nobis benedicere. quod hoc intelligendum est in causa ciuili, quia de criminali intelligi non potest. cum laicus nõ recipiatur in accusatione clericorum, vt dictũ est. Intelligitur igitur in causa ciuili, puta cum laicus agit contra presbyterum, dicẽs illum debere sibi decem, sed nõ habet inde testes. & tunc ẜm arbitrium episcopi vel laicus iurabit tantum ab eo sibi deberi, vel presbyter interrogabitur . Et si respondet se non debere, eius responsio pro iureiurãdo reputabitur. Et refertur hoc ad antiqua tempora, quando tantæ pfectionis erant clerici, quod credebatur simplici assertioni eorum. sed iam necessarium est iuramentum . de hac materia legitur & no. extra. de iureiu. si Christus. & c. vl. Arc. [Sine personarum acceptione.] Sed hic surgit quæstio. † Nunquid magis deferendum est clericis, quam laicis. Respondetur, quòd licet in aliquibus deferendum sit magis clericis, quam laicis, sine tamen acceptione personarum est sententia danda. quoniam in iudicio non debet esse acceptio personarum, vt patet Leui. 30. Deut. 1. & 10. & 16. quia vt scribitur Proue. 28. & 20. accipere personam in iudicio non est bonum. vnde Hu. dicit, quod hoc quod hic dicit est, intelligendum quo ad articulum sententiæ. in qua non est plus vni deferendum, quam alij. arg. 3. q. 9. verè. & 11. q. 3. summopere . Non quantum ad alia quia laicus iurat, & non clericus. vt hic. Non ergo hoc verbo priuilegium alterius tollitur, sed gratia iustitiæ sic dicit. 11. q. 3. quater. & c. quicunq;. Hug. [vice iuramenti.] Hic surgit quæstio. 4 † Nunquid etiam tunc iurat cum per consecrationem iuret, cum etiam per crucem non cõsecratam vel lapidem iuretur. vt. 22. q. 5. qui periurat. Respondetur iuxta Hug. quod iurat, sed non

Exponit literam. Quæstio. Respõdet. — *Quæstio. Respõdet.* — *Quæstio. Respõdet.* — *Quæstio. Respõdet.*

sed non quantum ad opinionem vulgarium, qui non putant hoc esse iuramentum.ar.22.q.1.si autem.[quia sacerdotes.]secunda pars.[polluetur.]¶[Hic surgit alia quæstio. quomodo dicendæ sunt manus sacerdotis pollui cum iuramētum de se non sit peccatum,nec contra Dei præceptum.22.q.1.si peccatum.&.c.in nouo.Respondetur.primò:quod per hoc iam non polluitur manus sacerdotum,sed hoc dicitur ſm opinionem vulgarium,qui putant manum presbyteri pollui,si iurat tangendo librum,vel reliquias vel crucem, nec credunt aliquē iurare.nisi tangat hoc vel illud Hug.Lau.& Archi.Vel secūdo dicitur & videtur nobis magis ad propositū, quod loquitur de illis qui pro leui causa,vel vili causa iurāt.Vnde isti tales bene possunt realiter dici pollui cum peccent. Et ad hoc videt̄ induci authoritas euangelij,quæ inducitur Mat.5.Nolite omnino iurare.i.incaute.& ex leui causa temerariè. vnde dominus hic non prohibet simpliciter iuramētum,cum ipse dicat Hie.iurabis in iudicio & in veritate & in iustitia, sed prohibetur iuramentū temerarium[& indiscretum] .i.absque veritate, & iustitia. [à malo].i.ab incredulitate & infirmitate eius cui iuratur.[vicem.]distin.21.in nouo.Hug.

Quæstio. Respōdet.

Verum. §.est.In quo incipit secunda pars quæstionis. In qua probat contrariū eius,quod quasi præmissum est.videlicet quod ex iusta causa possunt iurare sacerdotes.puta in præsenti materia.s.ad purgandam infamiam.Et hoc probat per.12.authoritates sanctorum patrum.Arch. Plane ista authoritatum multiplicatio hanc.compilationem Gratiani magis dicit onerosam studentibus,quam vtilem.Diuiditur autem in duas partes.§.iste. In prima respondet ad capitula prima tria.In secunda dicit.quod ex iusta causa.s. ad purgationem famæ possunt iurare sacerdotes.secunda ibi,cum autem &c.Lege tex.¶[His authoritatibus]s.tribus præcedentibus debere intelligi de iuramento in cauto & illicito , puta si desunt sibi tres comites. scilicet iudiciū discretionis , veritas, & iustitia.Ad quartam vero non potest.sed satis remissum est. in fine illius.c.[Cum autem.]secūda pars.[populari.]id est publica.[opprimuntur.]id est infamantur.

Diuisio.

1 *Clericus infamatus a populo vel in populo si deficit probatio iuramento purgare debet infamiam sibi impositam.*



Resbyter. Hæc est prima authoritas, & est bea.Gregorij papæ.in qua 1 conclusio est sicut in rubro ponitur.†quod clericus infamatus in populo vel à populo si deficit probatio iuramento purgare debet infamiam sibi impositā.Omnia plana sunt.Lege tex.¶[Presbyter.]i.episcopus.Hu.[vel quilibet sacerdos]fortè vocat sacerdotem quēlibet clericum more secularium.Hug.ar.extra. de coha.cle.& mu.si quisquam.sicut & nomine clerici quilibet episcopus vel sacerdos continetur.11.q.1.de persona. [accusatus.]i.infamatus.Hu.[qui criminis.]de quo erat infamatus.Arch.[in medio populi.]apud quem infamatus erat,quasi in publico & in conspectu populi coram omnibus[fiat]cum numero solēni compurgatorem cui statuitur.ȷ.eo.q.si legitimi.Ber.[testem]scilicet Deum.[cui aperta.]ad Hebre.4.

1 *Diabolus dicitur antiquus hostis generis humani. Et quare homini inuideat.nu.2.*

3 *Purgatus debet denuntiari bonæ famæ, & bonæ opinionis, nec debet remanere aliqua dubietas de eius vita.*



Abet. Sequitur secunda authoritas, & est eiusdem Gregorij in registro , in quo narratur qualiter Gregorij.voluit,vt Leo episcopus infamatus licet inquisitione diligenti præmissa repertus fuerat sine culpa. Nihilominus, voluit ad maiorem cautelam ipsum iuramento purgari. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit exordiū. In secunda narrat casum.In tertia cōcludit, vt cum omni charitate & honore debito sit ab ipso imperatore suscipiēdus & honorandus.secunda ibi,quoniam igitur.tertia ibi, pro quare. Lege.tex.¶[Habet.hostis.]†diabolus antiquus hostis qui ab initio humano generi aduersatus est tanquam hostis.a vt patet Gen.3.de quo.1.Petri.5.viriliter agite,& confortamini in
2 domino,quia aduersarius vester diabolus &c.[Inuidia] † diabolus.n.inuidit homini , dolens quod homo ascendit in cœlū vnde ipse ciciderat,& sub specie serpentis venenum homini propinauit.vnde mortem est assecutus.Gene.3.sap.2.Inuidia mors intrauit in orbem terrarum.[deijcere]dum.n. diabolus non potest sanctos diuino auxilio præmunitos deijcere in culpam conatur lacerare infamando.[quoniam igitur.]secunda pars[contra sacerdotale propositum].i. quæ non conueniunt sacerdotali aut episcopali dignitati.Hu.[cordi. ambiguum].i. scrupulosum.omnis scrupulus auferendus est.C. de interdic. ma.l.3.Lau.[Ex abundanti.]ideo fortè dici,quia non erat infamatus apud bonos & graues,sed tantum apud infames . & ideo non tenebatur se purgare.vt.11.q.3.inter vel fortè eum papa purgare cum pluribus , quam exigeret ad infamiam illā purgandam,& hoc fecit ad cautelam . sicut ad cautelam imponitur pœnitentia absolute coacto dist.50.presbyteros.[& furioso sanato]:15.q.1.si quis insaniēs.Et credimus , quod hęc superabundans cautela fuit obseruata quia apud imperatorē. iste episcopus videtur infamatus, quoniā Gregorius hoc imperatori scribit.[sacramentā]dicit in plurali propter cōpurgatores plures concurrentes.Hug. & Archi.[magna fuimus exultatione gauisi]quia gaudet prælatus in bona fama subditorum[pro quare].tertia pars. [suscipiat.n. sufficienter] quia Leo papa proprio iuramēto se purgauit ab imposita infamia, mandat papa quod ad reuerentiam sacerdotalem.i.episcopalē
3 suscipiatur.[nec aliqua.]ar.†quod purgatus debet denuntiari bonæ famæ, & bonę opinionis , nec aliqua de eius vita debet remanere dubietas.vt.15.q.5.c.1.& de consec.dist.2.ego Berēgarius.& extra.de pur.c.ex tuarum.[In eius persona.]In persona.n.subditorum dicitur honorari cum illi honorantur . vt hic.& 3.q.1.Deus ergo similiter dicitur affligi, crucifigi,iniuriam pati,recipi,sperni, vendi,negari, pati, persequi, purgari, scandalizari.cum illi affliguntur crucifiguntur &c. vt.16.q.1. reuertimini.& 3.q.1.nulli.cum multis alijs & Luc.10. dicitur qui vos recipit me suscipit.Et qui vos spernit me spernit.

Diuisio.

a¶ Tanquā hostis.diabolus quare dicatur fortis.vide Arch.in c. sunt plurimi.nu.6.q.1.& ibidē.nu.7. quare dicatur rugiens.

Archid.

Mennam. Ad idē inducitur hæc tertia authoritas,quæ est eiusdem Gregorij in registro ad reginam Franciæ Casus capituli est iste . Iste episcopus Menna erat apud reginam Franciæ infamatus, propter quod ipsum transmisit ad papam. papa illo constituto coram eo fecit inquiri de his,super quibus erat infamatus,& eo non inuento culpabili fecit illum purgari proprio iuramento. & eū purgatum & absolutum misit ad propria. Et diuiditur hoc.ca.in tres partes.In prima narrat quod dictum est. In secunda committit quod arbitrio reginę deficiente accusatore deberet se iterum purgare duobus sibi adiunctis sacerdotibus.In tertia prohibet ne vulgari purgatione cādentis ferri vel &c.purget. secunda ibi, purgationem.tertia ibi, vulgarem denique . plana sunt omnia &c.Lege tex.¶[Mennam.requirentes.] Hic surgit quæstio.qualiter absente accusatore cognouit de crimine vel cognoscere potuit.Ad hoc respondet Hug. dupliciter.primo quod in hoc.ca.non dicitur accusator fuisse absens. secundo quod credit quòd non fuit accusatus iste episcopus,sed tantum infamatus,& apud sedem apostolicam delatus. Et idem sentit Io.Arch.Sicut hic ponit rationem eius,quod præmittitur,& vsq; ad locum istum est tota litera siue constructio suspensiua.Arc.[affligere]clare innuit quod infamia quæ pręcessit purgationem deinceps in nihilum obsit.sic supra.ca.proxi. ȷ.e.mandastis.iuxta fi.Nam per purgationem demonstratur, infamiam siue accusationem fuisse falsam,quæ neminem prę grauat in aliquo. 28.distin.quia sunt.in fi.Arch.[Purgationē.] secunda pars.[Duobus.]Hic surgunt plures quæstiones. Prima quomodo cum duobus purgatus dicatur , cum legitimus numerus cōpurgatorum sit,12.ȷ.e.c.si legitimi. &.c. presbyter.&.c.omnibus.¶Respōdetur dupliciter.primo iuxta Hu. & Archi.ꝙ cum hoc hodie sit arbitrarium , sic placuit papæ. Secundò ꝙ forte iam coram papa se decima manu purgauerat,& postea coram regina cū duobus, & sic legitimus numerus episcoporum fuit in purgatione sua. ¶ Secunda quæstio quare coram seculari iudice ad purgationem compulsus est. ¶Respondetur iuxta Hug.ꝙ hoc non prohibetur in canonibus.s.clericos in præsentia laicorum purgari , si apud eos infamati fuerint.sed bene prohibetur ne à seculari iudice iudicent̄ aut ad purgationem compellantur.Iste autem episcopus à papa est compulsus, & non ab aliquo seculari. ¶ Tertia quæstio quare bis ad purgationem est compulsus.Respondetur quod quadam necessitate factum est,vt bis purgaretur infamatus. Infamatus.n.erat apud dominum papam,& apud reginam,& vtroque simul non poterat se purgare.Et sic quadam necessitate factum est , vt bis purgationem subiret. [vbi].i.ex quo. [cessauerit:]olim[coram nobis].i.non apparuerit ſm Hugo. Sed Goff.exponit.i.si nullus eum accuset . ergo innuit ꝙ post primam purgationem admittitur accusator.ar.33.q.2.admonere.vbi

Casus. Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respōdet. Quæstio Respōdet. Quæstio. Respōdet Quæstio. Respōdet.


nere. vbi post pœnitentiam permittitur accusari. Item sicut post absolutionem fit purgationis indictio. vt extra de accus. veniens. Ita videtur quod post purgationem admittitur accusatio. vt. §. c. proximo. vbi post purgationem oriri potest dubietas. Archi. [Vulgarem.] tertia pars. vulgarem à vulgaribus, nō à legū vel canonū peritis introductam, & visitatam. Hug. [cuiuslibet] .i. alterius. Hug. [inuidia] .i. diabolo inuido. Hug. [prohibemus] ergo derogatum est illis capitulis, quæ videnť inducere vulgarem purgationem. Hug. Verum de ista vulgari purgatione plenius infra dicemus.



Vanto. Sequitur ad idem. extra authoritates eiusdē Gregorij in registro. Ista duo capitula .s. præsens & sequens loquuntur de eadem materia. Casus est iste. Maximus Salonitanus episcopus dicebatur venisse ad episcopatum per simoniam, infamabatur etiam de fornicatione. excommunicatus etiā à Gregorio missarum solemnia celebrauerat. scribit ergo Greg. notario suo Rauēnæ commoranti, quod si ille purgatus est de illa simonia per sacramentum & de illa fornicatione & de alijs, quæ ei obijciebantur dixerit se innocentem, & pœnitentiam egerit, de eo quod excōmunicatus missam cantauerat debeat ei dare epistolam Gregorij, in qua præfato maximè reddebat suam gratiam & communionem. Et potest hoc ca. diuidi in tres partes. In prima Gregorius reddit attentum ipsum notarium, cui scribit. In secunda imponit mādatum. In tertia subiungit rationē ipsius. secunda ibi, prouide. tertia ibi, quia sicut Lege tex. ¶ [Quanto.] Subaudi plus. Arch. [Creditur] .i. committitur tibi. Hug. [necessarias] .i. vtiles, & magnas. Hu. [iniūgi.] tibi à nobis alias [credi.] Et est idem sensus. Hug. [tanto.] subaudi. [magis strenuum] .i. fortem, efficacem, vigilantē. strenuus fortè dictus est, quia sternendo aduersa renuat secūdum papiam Archid. [prouide:] secunda pars. simoniaca. 5. §. 1. q. 1. fertur. in prin. Arch. [præstito sacramēto.] ¶ Hic surgit quæstio. an habuit compurgatores. Respondetur iuxta Hu. dupliciter. Primò quod fortè habuit licet non exprimatur in capitulo isto. Secūdò quod non habuit nec fuit necesse quod hāc gratiam ei papa voluerit facere. ¶ [De alijs.] .s. temporalibus. [malis.] .s. fornicatione vel adulterio & huiusmodi. di. 63. Salonitane. ẜm Hu. quod. c. loquitur de eodem ẜm Bart. Brix. Archi. ¶ Sed hic surgit quæstio. quare de istis se nō purgauit. Ad hoc quidam dicunt, quod de grauioribus quis debet se purgare per iurameutum. De leuioribus creditur simplici & nudæ assertioni eius & responsioni. Dicit autem Hug. Ego potius credo, quòd de illis non erat ita diffamatus, vt indigeret purgatione. quod verius videtur. Nam cum obijceretur fornicatio si fuisset infamatus publicè cum iuramento debuisset purgari. extra de purg. c. si. Et idem sentit Io. in gl. se. dicens. quod fuit ex illis infamia. Arch. [tātummodo inquisitus.] quasi nō compulsus ad sacramentum. Hug. [Respondet] arg. quod vni soli de se creditur. quod fit cum alterius causa non læditur. de conse. dist. 4. placuit. & c. cum itaque. [de inobedientia.] quia excommunicatus diuina celebrare præsumpsit. vt di. 63. Salonitane. [deputauimus.] .i. mandauimus. Hinc videtur quod sequens. c. præcessit istud. s. ex eo, quod ibi dicit. vt scripsimus. patet quod hoc præcessit. [quia sicut] tertia pars. [seueros.] 23. quæstione. 4. præcepta. in fi. cum tribus capitulis ibi sequētibus. Archi. [non debemus .s. de honestate. ar. quod dispensatio est facienda, & quod cum pœnitentibus mitius est agendum. ar. di. 50. domino sancto. & 11. q. 3. de illis. Hug.

Casus. | Diuisio. | Exponit literam. | Quæstio. Respōdet. | Quæstio. Respōdet.

1 *Episcopus an possit dispensare sine authoritate papæ eum, qui contempsit celebrare diuina suspensus. Et quid si ignorauit se suspensum. nu 2.*



Va de causa. Quinta authoritas est ad idem, & est eiusdem Gregorij scribentis de eadem causa archiepiscopo Rauenaten. In quo talis est conclusio. quod si ille episcopus purgat se sic & sic, respondit, iniungat pœnitentiam de eo quod excommunicatus diuina celebrauerit. patent omnia. ¶ Lege tex. ¶ [Qua de cā carthulario.] vt di. 100. nō multum. Hu. committimus. ¶ Sed hic surgit quæstio. Nūquid iste de iure veniebat deponēdus, etiam irreparabiliter. vt di. 50. accedēs. & 11. q. 3. si quis episcopus. Et in multis alijs. quomodo hic arbitrio archiepiscopi pœna eius relinquitur. Respondetur, quod verum est de iure, sed hic loquitur dispēsatiuè. In illis iuribus loquitur de rigore ẜm quem debuisset deponi hic de dispensatione, non tamen

Exponit literam. | Quæstio. | Respōdet.

1 hic dicitur quod non deponatur. ¶ Itē surgit quæstio. † Vtrū episcopus possit dispensare cum tali sine authoritate papæ. ꝙ sic videtur. ar. extra. de cle. deposito ministran. c. 1. ¶ In oppositum videtur quia irreparabiliter iubetur deponi. in c. præfato. si quis episcopus. vnde respondendum videtur quod non quoniam contemptus celebrare diuina post excommunicationem est maximus, & papa videtur hoc reseruasse. extra. de cleri. excom. mis. c. clerici in gl. & in c. 1. de eo. qui fur. or. reci. & hodie est expressum. in e. cum æterni. de re iud. li. 6. & in c. cum medicinalis. de sent. exc. lib. 6. de quo etiam per Io. And.
2 in dicto. c. clerici. ¶ Sed hic surgit quæstio. † Vtrū episcopus possit dispensare, cum eo, qui ignorans se suspensum celebrauit. Ad hoc respondetur iuxta Bar. Brix. in quadā sua quæstione dominicali, quæ incipit. Clericus quidā. quòd sic. patet quia dispensat cum ignoranter simoniaco. extra. de simo. de regularibus. Et hoc fecit quod no. Host. extra de cleri. excom. mi. clerici. vbi dicit, quod licet ille de quo loquiť illa decre. incurrit irregularitatem. Si tamē potius paratus est corrigi dispensare potest episcopus cum tali. ar. illius decr. & c. e. ti. fraternitati. Et hoc sapit stylus pœnitentiariæ curiæ Romanæ, ẜm quam talis clausula apponitur per simplicitatem & ignorantiā, & non per contemptum clauium &c. Arc. Not. tamen ẜm eum ꝙ in talibus probabilibus ignorantia excusat. quod dic vt no. extra de cleri. excom. mis. apostolicæ [qua] subaudi pœnitētia. i. pœna. Arch. [ordinatum.] .s. secundum Deum. & est ar. apostolicum debere obseruare, quod ab eius legato statuitur. ẜm Deum. obtinet. n. vicem & locum eius, & vt ipse debet honorari & recipi. vt dist. 93. præcipimus. & 14. valde. Hug.

Quæstio. | Opponit Bar. Brix. | Quæstio. Respōdet.

1 *Papa diffamatus de crimine an teneatur se purgare, quod non nisi de hæresi. num. 5. & 7.*
2 *Diffamatus de crimine non tenetur ad purgationem canonicā, nisi indiceretur sibi per superiorem. & nu. 3.*
4 *Infamatus de crimine per quod impeditur à promotione ordinum seu beneficiorum necessitate conditionata tenetur purgationem subire, & illam sibi indici procurare.*
6 *Papa quando esset infamatus apud multos honestos populos fidelium de aliquo crimine honestum esset quod se purgaret.*
8 *Concilium sacerdotum nō potest congregare, nec imperator nec aliquis laicus, nisi de mandato & de licentia papæ.*



Andastis. Sequiť sexta authoritas. ad idē & est beati Sixti papæ, qui de crimine diffamatus purgauit se in concilio. Et diuiditur in tres partes. In prima papa repetit scripta ab episcopis super purgatione sua. In secūda respondet narrādo casum. In tertia protestatur se per hoc nolle dare legem successoribus. secūda ibi, scitote. tertia ibi, sed non. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli, & similium. Quæritur. † Vtrum papa de crimine diffamatus, teneatur se purgare. Et videtur quod sic multiplici ratione. Primò sic. Quilibet christianus tenetur quantum in se est famam suā illæsam seruare, & læsam vel perditam recuperare. Et si aliter non potest quam per purgationem tenetur si infamatus est se purgare. sed summus pontifex nō minus sed magis tenetur famam suā illæsam seruare. ergo ipse tenetur etiā si læsa est eius fama, si aliter non potest eam recuperare purgationem subire. antecedēs patet. quoniam qui negligit famam suam, crudelis est. 12. q. 1. nolo. & 11. qu. 3. non sunt. & consequētia est bona. ¶ Secundò sic. Non debet papa minus satisfacere bonis & modestis apud quos grauiter diffamatur, quā detractoribus maleuolis. sed innocens à detractoribus maleuolis mendaciter diffamatus ipsis modis omnibus satisfacere debet, vt colligitur de dicto Gregorij. 11. q. 3. inter verba ergo multo fortius si papa apud graues & honestos homines sit diffamatus, licet mēdaciter tenetur modis omnibus satisfacere: & per consequens si non potest aliter quam se purgando satisfacere debet. ¶ Tertiò sic. papa non minus quam alij peccatum mortale vitare tenetur. sed qui diffamatus de crimine recusat se purgare cum non potest innocentiam suam aliter declarare, est peccatum mortale. cum hoc sit scandalizare pupillos, & infirmos. quod prohibetur Mat. 18. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis minimis &c. ergo papa tale scandalum vitare tenetur de necessitate salutis. Et ita debet se purgare si non potest aliter suam innocentiam declarare. ¶ Quartò sic. Qui ex debito charitatis tenetur ꝓximo exhibere illud, quod minus vtile est, sibi tenetur etiam quod magis est vtile exhibere, si est æquè facile, & nec sibi nec alteri est præiudiciale in

Diuisio. | Quæstio. | Primū ar. | Secūdū ar. | Tertiū ar. | Quartū ar.

ciale in aliquo magis quam illud quod est minus vtile.Sed pa-
pa ex debito charitatis tenetur vestire nudum, cibare fameli
cum.sed magis est vtile fidelibus,quod papa diffamatus de hę
resi suam innocentiam se purgando declaret, quam corporali
ter vestire,aut pascere proximum.ergo si papa ad hoc tenetur
magis ad purgationem quæ non immerito eleemosyna spiri-
tualis est censenda, si æquè faciliter absq; damno & periculo
Oppositi contrariũ.
eorum proprio eam valeat exhibere.¶ In oppositum argui-
tur ex tex.præsenti.& ex.c.auditum.ij.ea.q.vbi expresse poni
tur quod Sixtus & Leo papa licet se purgassent ad hoc tamen
Respõdet: Prima cõclusio.
minimè tenebantur. ¶ Respondeo dicendum saluo semper
2 meliori iudicio sub certis conclusionibus.Prima est †qđ nul-
lus fidelis de crimine aliquo diffamatus tenetur ad purgatio-
nem canonicam,nisi indicetur sibi per superiorem suum. pa-
tet sic ista cõclusio.Tum aperte ex.c.si quis presbyter . extra.
de pur.c.Tum ratione sic. Id nõ tenetur quis actu subire siue
suscipere,quod non pendet ex eius arbitrio,sed alterius.s.su-
perioris.Sed purgatio canonica nõ pendet ex voluntate & ar
bitrio infamati,sed ex arbitrio iudicis aut prælati.vt patet.ij.e.
q.c.omnibus.& per notata ꝑ doctores.in c.quoties . & in c.ex
tuarum.e.ti.& extra.de sent.excom.c.alma mater. & §.adijci-
mus.li.6.& per Nico.& Abb.in c.iuuentute.ergo sequitur ꝙ
ad subeundam purgationem canonicam quãtumcunq; sit in-
famatus de aliquo crimine, non est obligatus nisi à superiori
suo indicetur sibi.Et ita patet conclusio.secundo patet cõclu
sio.quia licet tam Christus quam apostoli de crimninibus fue
rint infamati,non tamen leguntur purgationem aliquam fe-
cisse.vnde apostolis dicentibus, ꝙ Pharisei scandalizati erant
de Christo.ait.Sinite eos,cæci sunt & duces cœcorum . Matt.
15.Et apostolus de seipso secũda.ad Corin.6.ait. per arma iu
stitiæ à dextris & à sinistris per gloriam & ignobilitatẽ.per in
famiam & bonam famam : Idem vr̃ sentire ex eo quod dicit
Innoc.super.c.nos.inter.e.ti.ad hoc ꝙ possit laico episcopus,
indicere purgationem de crimine, oportet quod tale sit cri-
men,cuius cognitio ad ecclesiã spectet . quod probatur ex eo
inquit,quod purgatio nunquam indr̃ nisi deficiẽte probatio
ne.extra.de testi.tam literis.Si ergo coram eo prius non indi
cantur probationes,quia nõ pertinet ad eũ cognitio quomo-
do indicet̃ purgatio,sed multæ causæ sunt siue peccata quo-
rum punitio & cognitio non spectat ad ecclesiam. ergo sequi
Secũda cõclusio.
tur ꝙ tales non tenentur ad purgationem canonicam.¶Secũ
da conclusio.†de necessitate salutis tenetur subire purgationẽ
3 canonicam qui iustè à prælato siue iudice est imposita.Ista cõ
clusio patet.Tum quia alias redditur suspectus de crimine ob
iecto aut infamato,vt patet.in c.in omnibus.ij.e.q.& extra de
accu.cum p.& extra.de simo.de hoc.&.c.insinuatum . Tum
quia de necessitate salutis est,vt inferior obediat suo superio
ri in licitis & honestis.iuxta illud apostoli . obedite præpositis
vestris,ad Heb.13.& extra.de maiorita.& obed.cum inferior.
Tertia cõclusio.
& 21.dist.inferior.¶Tertia conclusio.† infamatus de crimi-
4 ne per quod impeditur à promotione ordinũ seu beneficio-
rum necessitate conditionata,tenetur purgationem subire,&
illam sibi indici procurare.Ista conclusio satis aperte colligit̃.
extra.de purg.accedens.& facit.c.cum iuuẽtute.e.ti.¶Quar
Quarta cõclusio.
ta conclusio.†papa extra casum hæresis infamatus de alio cri
5 mine non tenetur ad purgationem canonicam. Ista conclusio
probatur primo sic ex præsenti.c.¶Secundò sic papa solutus
est legibus,vt in c.significa.de elec.& in l.princeps.ff. de le.&
l.digna vox.C.de legi.& insti.quib.modis testa.infir.in fi.c. ꝑ
posuit.de conces.præb. ergo papa non tenetur ad canonicam
purgationẽ:consequentia patet.¶Tertiò ratione sic. Nullus
tenetur ad purgationem canonicam nisi à superiori indicetur
sibi,vt patet ex conclusione prima.sed papa non habet supe-
riorem in terris.extra casum hæresis.vt in c.si papa.11.dis.&
c.nemo.&.c. cũcta.9.q.3. ergo cõclusio vera.¶Quartò hoc.
Nullus videtur obligari ad purgationẽ canonicã, nisi is qui si
defecerit in purgatione potest puniri & vindicari . patet quia
iste effectus purgationis.vt extra:de primo.de hoc . & extra.
de accu.cum.p.Sed papa etiam deficiens in purgatione cano-
nica non potest subijci iudicio cuiuscunq;, cũ à nemine pos-
sit iudicari,vt notatur in præsenti.c.& in ca.aliorum.9.q.3.cũ
Quĩta cõclusio.
alijs.& extra de maio.& obe.solite.cum similibus. ¶Quinta
6 cõclusio.†quod vbi grauiter esset infamatus apud multos ho
nestos populos fideliũ de aliquo crimine, honestum esset ꝙ
se purgaret.Patet ista conclusio.exemplo sancti Sixti in præ-
senti.c.& aliorum summorum pontificum, qui hoc fecerunt
vnde Arc.in præsenti.c.super.ver.satisfaciẽs omnibus, dicit,
decuit eum facere,licet ad hoc non teneretur.ar.C.de test.ex

Sexta cõclusio.
7 imperfecto.ſm Lan.¶Sexta conclusio.† papa grauiter infa-
matus de hæresi apud ecclesiam catholicam requisitus à patri
bus ecclesiæ,vt se purget de hac infamia, tenetur se purgare
tali declaratione,qua sincera eius fides nota sit ecclesiæ, & in-
famia falsa.Ista cõclusio videtur esse manifesta ex notatis . in
§.hinc etiam.di.17.& in c.si papa.di.40.Ratione sic probatur
illo casu in quo papa subijcitur iudicio ecclesiæ in illo est obli
gatus seq; leges ecclesiæ,sed papa in casu hæresis subiectus est
iudicio ecclesiæ.vt in dic.c.si papa.dist.40. ergo in illo casu te
netur sequi leges purgationis ecclesiæ . consequentia videtur
nota.¶Secũdò sic.in illo casu tenetur papa se purgare in quo
si nollet aut recusat se purgare venisset reputandus suspectus
in fide,& per consequens cecidisse à iure papatus.sed casus in
quo papa grauiter est infamat' in ecclesia apud multos hone
stos & graues patres de crimine hæresis est huiusmodi. vt pa
tet.extra.de accu.cum.p.& extra de simo.& de hoc. &.c. insi
nuatum.ergo sequitur quod papa in tali casu teneatur se pur-
gare,taliter quod notũ sit ecclesiæ quod sedeat in Petra fidei.
Ad primũ argu.
¶His habitis dicendum est ad rationes . Ad primam respon
detur negando consequẽtiam. Et ratio est,quoniam licet qui
libet teneatur seruare famam suam illæsam, perditam recupe
rare.Hoc tamen fit principaliter bona opera faciendo, & ab-
stinendo se ab omnibus malis operibus , quæ suspitionem ge
nerare possunt malam de homine,vt manifeste patet . in ca.si
quis presbyter.extra.de pur.c.dicit sic.Synodus agathensis.Si
quis presbyter negligens vitæ suæ prauis exemplis male de se
suspicari permiserit &c.vbi super ver.emendauerit dicit gl.1.
negligentiam reddẽs se operibus bonorum actuum , vt sic su
spitionem prauam depellat.Et ad idem venit.c. non sunt au-
Ad secũdũ
diendi.11.q.3.¶Ad secundam respondetur negando conse-
quentiam.Dicimus.n.primo quòd satisfit omnibus bene vi-
uendo,& cauendo, ne homo det occasionem cuicunq; malè
suspicandi de eo.Cum ergo talis est conscientia, vt innocẽtes
simus dimittendi sunt stulti foris loqui,vt in eodem.c. Gre-
gorius dicit.verum vbi tales detractores persisterent in malo
eorum,vocandi sunt,& admonendi(vt ibi dicit Gregorius]
vt desistant notificando eis , quod ipse infamatus sit innocẽs,
& vbi nolunt acquiescere dimittendi sunt tanquam cœci , vt
ibi dicit Gregorius.sed ex hoc non arguitur purgatio canoni
Ad tertiũ.
ca.¶Ad tertiam respondetur negando minorem . Falsum.n.
est,quod qui recusat se purgare purgatione canonica, peccet
mortaliter.cum ad istam nec teneatur aliquis,nisi indicetur si
bi à superiori,nec etiam ille qui superiorem non habet.Et cũ
dicitur, quod hoc est scandalum præbere pusillis. Respondet̃
quod falsum est.imo scandalum Pharisæorum cum ipse nullã
occasionem dederit talia de eo suspicãdi, & ita est scandalum
susceptum,& non datum.Nec etiam propter hoc quod papa
in tali casu quo de eo de aliquo crimine mendax fama aliqua
currit,sequitur quod reddat se suspectũ de illo crimine, imo
nec etiam alij homines mẽdaciter infamati apud aliquos etiã
honestos & bonos viros propter hoc quod se non purgant
reddunt se suspectos,dummodo à prælatis aut iudicibus eo-
rum non sit eis indicta purgatio.Si.n.ista forent vera, quæ ad
uersarij arguũt,papa,& omnes quasi fideles maiores, & mino
res de quibus infamiæ mendaces, sæpe numero volãt per or
bem quasi omni die tenerentur currere ad se. purgandũ apud
omnes populos,apud quos forent diffamati. quod ridiculum
Ad quartũ
esset asserere.¶Ad quartam respondetur. primo quod in ma
teria hæresis concederetur argumentum iuxta.6. conclusio-
nem superius positam.¶Secundò respondetur quod sicut pa
pa non tenetur dare eleemosynam corporalem omni petenti
nec omni tempore,sed pro loco & tempore.s.pro casu extre
mæ necessitatis.iuxta illud:pasce famæ morientem.di.85. Ita
in præsenti.quando talis casus occurrerit,quod immineret ec
clesiæ scandalum aut perturbatio pacis , & vnitatis ecclesiæ,
credimus,quod papa teneretur tunc declarare & ostendere in
nocentiam suam,vbi fidelium deuotio pro securitate consciẽ
Exponit literam.
tiarum suarum,& ecclesiæ pace exposceret.Lege tex.¶[Mã
dastis] verbum est humilitatis in papa respectu inferiorum.
[adminiculo].i.adiutorio.Nota zelum bonorum episcoporũ
ad honorem defendendum summi pontificis.Naturale.n.est
membris se opponere ad defensionem capitis [criminari .]
8 passiue.[persequi.]passiuè. Hug.[nostra authoritate]†qa nec
imperator nec aliquis laicus potest concilium sacerdotũ con
gregare,nisi de licentia & mandato papæ.vt di.17. §. hinc etiã.
quia nec etiam interesse debet nisi inuitatus.vt.dist.96.c. vbi.
Nam legistis.vnde vbicunque reperitur imperatorem cõgre
gasse concilium clericorũ , intelligitur esse factũ authoritate
papæ.Hu.

Bernardus Hispanus. Archidia. papæ.Hu.& secundum Ber.hisp.Arc.[satisfaciens omnibus] decuit eum sic facere,licet ad hoc non teneretur.ar.C.de test. ex imperfecto.ꝭm Lau.Arc.[licet euadere aliter potuissem.] poterat.n.dicere qui me iudicat dominus est.Non.n.papa pôt iudicari ab homine,vel ad purgationem cōpelli.vt.9.q.3.alio rū.nisi de hæresi.vt di.40.si papa.Hu.& in glo.[me purgaui.] sic.j.e.q.7.§.item Hiero.Arc.¶ Nota ꝙ papa Sixtus se voluit porgare,licet non teneretur propter quatuor rationes.primo vt visa eius innocentia in vniuersali synodo testimonio tanto rum illius terminatoris nequitia pelleretur, & Sixti innocētia probata firmaretur.¶ Secundò vt mentibus hominum cōce pta mala suspicio penitus tolleretur.¶ Tertiò quia quāuis nō teneretur se purgare,quia omnibus superior à nullo poterit iudicari. 9.q.3. aliorum.cum alijs similibus.tamen vt suæ famæ se dilectorem ostenderet quia Proue.15.dicitur,Bona fama impinguat ossa,& maledictus quisfamā negligit.¶ Quartò vt in hoc alijs exemplum daret.s.quod propter bonam famam custodiendam simile facerent.[sed non alijs].i.apostolicis successoribus meis.s.vt meo exemplo cogantur ad purgationem,si nolint se inferioribus purgationis necessitas indicitur vel non alijs clericis[generaliter.]s.in tali casu.s.cum infamantur ex confictione inimicorū,quasi diceret.licet me pur gaui in tali casu,non tamen volo vt aliquis in consimili casu compellatur ad purgationem,si sponte nollet eam subire.hęc Hug.vbi videbitur manifestè veritas eorum,quæ dicta sunt circa quæstionem superius disputatam.

ACcusatum. Palea est.& ponitur pro grano. extra. de simonia. accusatum. & ibi glossatur, quod loquitur in publicè infamato. Archidiaco.

SVper causa. Ad idē sequitur.7.authoritas,& est Alexan.secundi papæ.Casus est. Quidā presbyter nomine Guillaudus de morte sui episcopi erat infamatus,& sua ecclesia spoliatus,mandat papa.quod si non est qui eum accuset restituatur.Et non diuiditur.Lege tex.¶ [Super causa si certi accusatores defuerint.]¶ Hic surgūt duæ quæstiones.prima est quare iste cum esset sua ecclesia spoliatus non fuit à principio restitutus ante causæ cognitionem.Respondetur dupliciter.primo ꝑ scādalum vel criminis enormitatē.quia de tam enormi crimine erat infamatus,quod restitui sine graui scandalo non poterat ꝭm Hu.& Ioff.& hoc notatur.3.q.1.in summa.in prin.Secundò respondetur qđ ideo non fuit restitutus, quia non petiuit restitutionem & restitutio non datur nisi petenti.vt.j.e.q.2.c.1.ꝭm.Hug. ¶ Secunda quæstio est cum iste esset infamatus, quare non est compulsus ad purgationem.s. e.c.proximo.Respondetur vario modo ꝭm diuersas. Quidā dicunt,quod ideo non fuit compulsus ad purgationem,qa sic erat infamatus,quod cogeretur purgari.Alij dicunt,quod fortè specialiter fuit ei remissa purgatio.Alij dicūt & melius ꝭm Hu.quod se purgauit,& si.n.non exprimatur credendum est tamen id fuisse ibi obseruatum,quod fieri debuit quod latenter innuitur,cum subditur,dictante iustitia.hoc.n.dictat iustitia,quod infamatus debeat se purgare,& ei purgato omnia bona sua ei restituantur.& sic capitulum facit ad propositū magistri,aliter non faceret.Hug.& Archi.[siue.n.controuersia] quo ad hoc.Hug.[sacerdotium].id est officium & executionem sacerdotij.Hugo.& Lauren.[beneficia.]supple præstita tamen purgatione secundum Bar.Brix.Archid.

(Margin: Casus. — Exponit literam. — Quæstio. — Respōdet. — Quæstio. — Respōdet.)

1 *Episcopi quot requirantur in depositione presbyteri. & quot in depositione diaconi.*

SI legitimi. Sequitur.8.authoritas ad idē quæ est concilij Agathen.vbi ponit regulā qualiter clerici de criminibus diffamati & negantes se ea commisisse si per accusatores conuinci non possint,debeant purgari.Et potest diuidi in duas partes.In prima ponit de purgatione presbyteri.In secunda de purgatione diaconi.secunda de purgatione diaconi.secunda ibi,diaconi vero. Lege tex.¶[Si legitimi non potuerint]per testes, testes.n. propriè probant,accusator intendit crimen,& probationes per testes & instrumēta exhibet.Hu.[Cum septem]excepto qui est in-
1 famatus,quia ipse non est sibi socius,nec collega†sicut in depositione presbyteri requiruntur septem episcopi cum proprio episcopo.& in depositione diaconi tres episcopi,præter proprium episcopum.vt.15.q.7.Felix.Hug.[sui ordinis]sacerdotalis.Hug.Surgit quæstio.quid si non possit habere sacerdotes.Respōdetur,quod sufficiunt alij.s.diaconi subdiaconi, vel etiam laici.ar.j.e.omnibus.& 35.q.1.c.1.vt.s.diximus.in principio hui⁹ quæstionis.[si valet se expurgare].i.si de innocentia sua confidit.Hug.vel si valet tot inuenire Hug. ¶ Hic surgunt duæ quæstiones.Prima quæstio.quid si non potest inuenire.Respondetur ꝭm Hug. Creditur quod pauciores sufficiāt.Nā vt in principio huius quæstionis dictū est numerus compurgatorum nunc arbitrarius est.s.arbitrio iudicis.¶ Secunda quæstio.Quid si nullum reperire potest,& ita deficit à canonica purgatione,vtrum deponendus esset. videtur quod sic per.c.de hoc.extra.de sim.ꝙ inducitur.in gl. vbi dicit Alexander.3.quod talis deficiens in canonica purgatione deberet deponi,tanquam actor sceleris illius, qui accusabatur de simonia & simoniacus venit deponendus,vt in eo. cap.&.extra.de confes.c.super.Sed ꝭm Hu.videtur distinguēdum hic, & subtiliter discutiendum à iudice,quare talis infamatus non possit socios purgationis habere.aut.s.quia vita eius nō est satis nota ibi,quia nouitius est,& nouiter intrauit terram illam. Aut fortè quia ex alia causa vicini sui habēt eum odio,aut propter metum,& potentiam accusatoris,vel infamatoris, vel aliorū. Et in his casibus si iudex potest hoc,vel aliud perpendere, tēperabit modum purgationis.s. vt vel pauciores exigat socios, vel etiam nullos,si ille nullos habere potest, sed recipiet solū iuramentum illius.Et ita non venit deponendus,sed creditur suo iuramento.etiam ꝭm Lau.& Arch.quod dic,vt no.extra de accu.c.cum.p.in gl.vltima.Et idem sentit ibi Vincē. & no. de hoc extra.de pur.c.cum in iuuentute.in fin. & 8.q.3.c.vlti. Arc.Si vero ideo non potest habere socios,quia est malæ opinionis,& tam malę cōuersationis se exhibuit vt merito prioris vitæ etiam de hoc peccato haberetur suspectus,tūc venit condemnandus.Cōdemnabit.n.tunc eum tanquam actorem sceleris,& hoc modo est intelligenda prædicta decretalis Alexandri cum similibus ꝭm Hug.potest etiam intelligi in casu, in quo deficit in purgatione.quia propter malitiam suam non potest inuenire compurgatores.Potest etiam intelligi in casu cum deficit in purgatione.quia non vult se purgare,vel etiam quia non potest propter conscientiam criminis. in quo casu etiam similiter debet condemnari secundum Hug.

(Margin: Diuisio. — Exponit literam. — Quæstio. — Respōdet. — Quæstio. — Vincētius.)

1 *Absolutio specialis an sit necessaria post solutionem, cum aliquis suspenditur quousque satisfaciat. Et quid si suspensio fiat ad tem pus. nume. 2.*



PResbyter. Nona authoritas ad idem, & est ex concilio Ilerdensi. Et potest hoc.cap.diuidi in duas partes.Prima statuit.quod presbyter infamatus de crimine, quod probari non potest suspendatur ab officio,donec se canonicè vel ad arbitrium episcopi se purget. In secunda ponit formam purgationis.Lege tex.¶[Presbyter. à plebe.]tota vel parte eius decem mancipia plebem faciunt. 10.q.3.vnio.Hu.& Arc.Sed hic non est facienda vis,quia infamatus à duobus vel etiam ab vno bono de plebe videtur cogendus ad purgationem.ar.j.e.omnibus.Hu.& s.e.q: mennā. [approbare nō poterit].i.per approbationem cognoscere nō poterit[suspendatur.]hoc verum est,si officium eius scandalosum est in populo. vt quando scādalum immineret ex eius celebratione,vt hic dicitur.& extra.de coha.cle.c.tua. cū alijs in gl.alioqui non est suspendendus,si vult habere inducias ad quærendos compurgatores.[satisfactionem].i.purgationem.
1 ¶Sed hic surgit quæstio. †Vtrū.s.aliquis suspenditur quousque fatisfaciat.vt.12.q.2.de laicis.sit necessaria specialis absolutio etiam post satisfactionem. Ad hanc respondet Archi.ꝙ
2 sic.¶Item surgit alia quæstio.¶ Vtrum idem sit si suspendatur ad tempus.ad hanc respondet Arc.quod non,quia statim finito tempore cessat suspensio.ff.de postu.l.imperator.in fin. Quæ est ratio diuersitatis.dicit Arc. quod ea esse potest quia quando certum tempus habet suspensionis[nec aliud exigit] .i.nulla alia satisfactio ipso tempore finito nulla potest esse dubitatio de absolutione.Sed quando dici tur quousque satisfaciat multæ possunt esse dubitationes.Alij contra ꝭm Inno. & Host.qui ita notat.extra.de æta.& quali.cum bonæ.Et ꝓ istis qui dicunt contra,facit hæc litera.& quod notatur.81.disti.si qui.adde quod dixi.89.di.de cætero Arch.sed ꝭm Io. de Fan. hic dicēdum est ꝭm gl.cle.1.extra.de decimis.in gl.sic supēsi. vbi tenet primum membrum.s.quando ad determinatū tempus est suspensio.Sed circa ꝭm.s.ad indeterminatum puta donec vel quousq; satisfaciat dicit,quod sine absolutione alia sufficit iudicis declaratio super satisfactione. & per hoc videtur [illegible] suspensum

(Margin: Respōdet. — Quæstio. — Vincētius. — Diuisio. — Exponit literam. — Quæstio. — Respōdet. Archidia. — Quæstio. — Respōdet. — Innocen. Hostien.)


responsum.ad hunc tex.quia hic purgatio facta est coram iudice,& sic declarata est purgatio & incertitudo redacta est ad certitudinem.[digna.]secunda pars.[sibi collegas.]quot.7.secundum canones siue plures siue pauciores ₰m arbitrium episcopi.j.e.omnibus.vel fortè dicit, quia ipsius est eligere compurgatores,quando purgandus non vult eligere.vel vult eligere.sed non idoneos.tunc ₰m arbitrium episcopi sunt eligẽdi.& hoc est[adiungit sibi.7.collegas].i.eiusdem ordinis cõsortes.siue ₰m canones.s.à se electos,& idoneos, siue ₰m arbitrium episcopi electos Hu.[Corã posito.]& fortè non tacto.vt.11.q.1.episcopus.& 14.q.2.quamquam.[crimen illatum] ar.quod nõ debet se purgare de alijs criminibus quã de illatis siue obiectis.nisi hæc velit ipse sponte facere.vt.8.q.3. Artaldus.Hu.[de quo]nota apertum testimonium.extra.de pur.c.accepimus.[secure.] quo ad ecclesiam, quæ non punit eum, nisi postea conuictus fuerit inde.Circa gl.huius.ca. vbi ait,ꝙ prius est inquirendum de crimine,ꝗ sic infamatus ipso priuetur offi.ar.3.q.2.audiuimus.notat Archi.ꝙ cautum & prouidum est,quando aliquis est infamatus,ꝙ fieret duplex inquisitio,prima de infamia,quæ appellari põt indagationis inquisitio,siue instructionis.vt extra.de præsum.cum in iuuẽtute.& extra.de accu.qualiter.2.secũda vero sup veritate criminis,vt ibi,& de simo.licet heli.§.1.primo.n.inquirendum est de infamia,postea de veritate.vt ibi.& s.e.q.1.Deus.₰m Hosti.qui hoc notat in prædicto.c.cum in iuuẽtute.& de hoc plene notat Inn.extra.de ele.c. bonæ memoriæ.Et no.ꝙ antequam recipiatur infamati purgatio publicam denuntiationem faciet iudex,vt qui voluerint accusare procedant.j.certum tempus extra.de pur.c.ex tuarũ.& simile.extra.qui si.sint le.lator. Et sequitur hic in gl.& fortè tempus statutum erit canonicũ.& regulare,vel si placet prælatus pro arbitrio suo poterit moderari secundum Vincen.qui ita notat.in prædicta decreta.ex tuarum.& satis de hoc in glo.

Archid.

Hostien.

Vincen.

1 *Clerici infamati quare se debeant purgare assignat tres causas.*



SI mala. Sequitur.10.authoritas ad idẽ propositum,& est Hismarij archiepiscopi remorum,& eius conclusio est.quod presbyter de crimine infamatus deficiente probatione debet se purgare cũ his sui ordinis, quos sit vero simile non deierare. Breue est & non di
1 uiditur.Planum est.Lege tex.¶[Si mala.]Nota† quod in hoc capitulo assignantur tres causæ quare clerici infamati debeãt se purgare.Prima est,ne corda infirmorum lædantur, sed potius sanentur.Secũda ne ministerium nostrum vituperetur.Tertia ne clerici licentius peccent.vt di.32.§.verum.[defecerint]siue in accusatione siue quia non apparent.Hu.[ne contra Apostolum.]ad Ro.12.[de mala fama.] Ita ꝙ scandalum oriatur.alias propter suspitionem siue infamiã non est indicẽda purgatio vt legit̃ & no.extra.de coha.cle.& mu. tua.Et notat idẽ Io.& Gof.& Vin.Arc.de hoc vide.de offi.or. ex parte in vlt.gl.& super ea per Io.An.Si per solam suspitionẽ sit indicenda purgatio[infirmorũ]qui plus cõtemplantur qualitatẽ personæ,ꝗ sanctitatẽ ministerij[percutiat].i. scandalizentur. [in presbytero] quem credunt pctõrem.[denominatis].s.à iure,.s.q sint sui ordinis,& tot in nu.[vel nominatis] ab episcopo [in eo].s.casu cũ ipse nõ vult aliquos eligere, vel malos,eligit, quos eps non debet recipere ₰m Hu.vel[nominatis].i.q sint magni nois.i.qa purgatores debẽt esse magni nominis.i.bonę opinionis.vt extra.de pur.c.cõstitut⁹[vicinis] qa illis melius creditur,ꝗ remotis,q præsumunt nõ ita scire factũ vel vitam eius.¶Sed hic surgit quæstio.Quid si vicinos sacerdotes habere nõ possit,nunqd admittent̃ remoti vel extranei. Respõdet ₰m Hu.ꝙ sic,si haberi possunt,[se nolle purgare]debent .n.esse bonæ famæ,& integrę opinionis,& qui vitã eius nouerint & mores.vt.c.cum dilectus.& tales de quibus.e.c.cũ.p.& c.constitutus.& ibi vide Io.An.super ver.condẽnati.qui dicit post Ho.ꝙ non obstãte criminis exceptione admittent̃ purgatores,in qbus hæc quinq; cõcurrãt.Primũ ꝙ sint ab ecclesia tolerati.Secũdũ ꝙ sint bonæ famæ. Tertiũ ꝙ sint in suis, ordinibus ministrantes.Quartũ ꝙ non sint in iudicio pro crimine condemnati.Ista quatuor exprimũtur.in c. cõstitutus.& quintũ est,ꝙ pro moderno & præterito tpe notũ habent quẽ purgant.& hoc exprimitur.e.ti.inter in fi.[Peierare.]ar. ꝙ expurgatores in ppria aĩa iurant,alioq nõ deierarent.Non .n.deierat,q in aĩam alterius iurat.Hu.Forma aũt iurandi vt superius circa principiũ quæstionis est positũ, tam in principali psona,ꝗ in cõpurgatoribus talis est. primo psona iurat se esse immunẽ ab illo delicto.s.ꝙ non fecit illud, nec fieri fecit, vel præcepit vel consiliũ vel authoritatẽ per se vel per aliũ præstitit vt fieret.Cõpurgatores etiam iurant, ꝙ ipsi credũt ita verum esse,sicut ille dicit.& hæc forma habet̃.extra.c. quoties.

Ioannes. ioan. An.

Quæstio. Respõdet.

Ioan. An. Hostiensi.

In præmissis. §.est in quo magister id quod dicit allegando vt habeat locum sequens capitulũ Leonis,vt patet.j.e.in §.ecce si reus se purgare noluerit,vbi videtur dicere,quod purgatio non indicitur, nisi volẽti purgari.sed hoc non est verum.vnde gl. excusat eum dicendo.quod allegando non asserendo.hoc dicit &c.

AVditum. Ista est.11.authoritas, & est Leonis papæ,& continet illud quod capitulum mandastis.supra positum. Et potest diuidi in tres partes.In prima narrat qualiter quidam mali homines grauia crimina contra eum cõfinxerant.In secũda qualiter ratione illius se purgauit.In tertia protestatur se nolle per hoc dare legem purgationis successoribus. secunda ibi, Quamobrem.tertia ibi,hoc autem,Lege tex.¶ Auditũ quãobrem.]secunda pars.[nec perpetraui,nec perpetrari fieri,vel perpetrari iussi]addit gl.nec consiliũ dedi nec defendẽdo me feci.supple excedendo modũ defensionis,quæ cũ moderamine inculpate tutelæ fienda est.Arc.[nec volui.]hoc non credit Io.de Deo.addendũ esse cũ cõsciam suã nõ teneatur quis purgare,nisi vbi à iure inueniat̃ expressum vt in casu illius.l.C de his qui ad eccle.confugi.l.præsenti. cum si. Licet sit cõtra.ar. in auth.de fide instr.§.si vero moriatur de hoc dixi.s.e.q.si legitimi.ibi videas Arc.circa.c.præsulatus,quod inducit glos.dicit Arc.ꝙ hoc non admittas, nisi de volũtate quæ processit ad actum,quæ dr̃ cooperatio, siue consensus cooperationis. ar.23.q.vl.c.vl.& ꝙ hoc membrum prout loquitur glo.nõ sit addendum vult Hu.& Arc.¶Sed hic surgit quæstio. Vtrum iurare habeat ꝙ non habuerit ratum ꝙ factũ est. Ad hoc respondetur ₰m Io.ꝙ non,licet bene iurabo, ꝙ non habeam ratum,ꝙ factum sit nomine meo.si factum sit nomine meo ar. ff.de neg.gest.l.si pupilli.§.sed si ego.ar.facit.extra.de sen.excom.cum quis.li.6.Et ita sufficit iurare, ꝙ non sit factum nomine meo.de ea ergo volũtate quæ sit punibilis p ecclesiã habet iurare de alia non,qa purgatio succedit in locum probationis fiẽdę in foro iudicij,qa in eius defectu purgatio.Ioã.de

Diuisio.

Exponit literam.

Io.de deo.

Archidia.

Quæstio. Respõdet.

Hoc autem. Tertia pars.Hoc exponitur sicut in c. s.mandastis.Nullus enim pontifex se tenetur purgare,nec potest accusari nisi de crimine hæresis. vt.dist.c.si papa.

Ecce. §.est,in quo ex præcedenti.c.infert magister Gratianus allegando tamen satisfactionem purgationis esse in voluntate accusati,& non in arbitrio iudicis.[Sed cum]hic corrigit ꝙ in superiori.§.in præsenti dixerat,asserẽs ꝙ ad purgationem est cogendus infamatus,& ꝙ non in volũtate accusati sed in arbitrio iudicis consistit purgatio, secundum Hug.[in concilio Ilerdensi].s.e.cap.presbyter.

1 *Parenthesis, quid dicatur.*
2 *Compelli an possit quis ad purgationem propter solam suspitionem episcopi.*
3 *Purgandus si vult probare bonam famam, an cesset necessitas purgationis.*
4 *Compurgatores si fuerint in alia causa inducti in testes propter crimina in modum exceptionis obiecta repulsi sint à testimonio an propter hoc poterunt à purgatione repelli.*
5 *Purgatus an liberetur ab omni infamia.*

OMnibus. 12.authoritas est ista, & est leonis papæ scribentis ad Carolum regem in quo capitulo ponuntur tres conclusiones. Prima quod sacerdos legitimè accusatus, & conuictus puniendus est.Secunda est,quod si accusator in legitima probatione defecerit ipse punietur.Tertia quod si accusatus remãserit infamatus,subibit purgationem cum vicinis sacerdotibus ad arbitrium episcopi.Et potest diuidi hoc.capitu.in duas partes principaliter.In prima ponit proœmium siue exordium.In secunda parte ponit statutum:secunda ibi, statutum est.Ista verò secunda pars subdiuiditur in tres secundũ tres conclusiones iam positas. Patebit in expositione literæ. Lege text.¶[Omnibus]tibi & subditis tuis.] visu & auditu.[Isti sunt sensus disciplinabiles[visu.]ex visis oritur scientia,& ex auditu acquiritur doctrina.₰m philosophũ.2.de sensu & in 1.Metaphysic.ex multis sensibus fit memoria, & ex multis memorijs fit experimentũ, & ex multis experimẽtis fit ars.[Auditu.]Nota ꝙ aliquid potest esse notũ per solum

Diuisio.

Subdiuisio.


Exponit literam.

auditum,de quo in c.cum causam.extra de testib.& 3.q.9.§.
de his.[Host.]i.diabolo.s.e.habet.[ab his.]sacerdotibus.Hu.
[domini.]Nota,quod licet papa non recognoscat superiore,
vt.s.e.mandastis.alium tamen vocat dominum,& hoc ex hu
militate sic.63.di.nobis.& 23.q.8.ꝭm.in princ.[Consultũ.]
leonis apostolici per scripta ipsius ipsum mortuum consuli
mus,& ab eo cõsilium accipimus.ar.ad hoc.30.q.1.peruenit.
& 24.q.2.sane.Leo.n.antecessor istius & multi alij super hoc
iam dixerant.Hu.[consului].i.consyderatis sanctorum eius
[Romanæ ecclesiæ].s.occidentalis.Hu.& repe.cõsului.Hug.
[nec non.]huculq; de mortuis.sequit ab hinc de viuis[vtriuſ
que ordinis].i.de ordine clericali & laicali.Hu. & Archi.[au
thoritate,& consensu]non ita intelligas hoc ꝙ summi ponti
fices aliorum authoritate & cõsensu egeant, sed hoc dicitur
ꝗa aliqñ hoc exigit,vt cõsultius agãt.qa vbi multa cõsilia, ibi
salus.Proue.11.[statutũ.]secunda pars.[prædicta].i.ꝑdictorũ.
Hu.[oĩum]clericorum.s.& laicorum.Arc.[vt quoties .] Hic
incipit prima conclusio.[quia quales]parenthesis. & vsq; ibi
si aũt.Hu.†Et nota,ꝙ parẽthesis est vbi interponimus sñiam
1 nostram,qua ex medio remota integer sermo perdurat. vt in
*Psal.17.f psal.*Clamauerũt nec erat ꝗ saluos faceret ad dñm &c.ꝭm pa
piam. Arc.[Si aũt]Istud tenetur.hic coniunctiuè, & repetit
ꝑp interpretationem,quam fecerat ꝭm Hug.[Approbare].i.
conuincere.Hu.[diuiditur].i.puniatur.[Si vero secũda cõclu
sio.prætextu].i.modo.s.cum legitimo virorũ numero &c.
[approbare].i.conuincere.[minimè.] poterit canonicè [diu
dicetur]vt si deprehendatur in euidenti calũnia,puniatur tan
Quæstio. ꝗ calumniator.Hu.[Ipse vero sacerdos.[tertia conclusio.[su
spitiosus.]¶ †Hic surgit quæstio.quam etiã mouet gl. Vtrũ
2 propter solam suspitionem episcopi quis possit compelli ad
purgationem.Et videtur ꝙ sic.primo ex præsenti tex.2.ex.c.
menna.s.e.q.vbi ad suspitionem seu infamationem reginæ in
Opponit' & Respõ. dicitur purgatio vni episcopo.3.ex.c.ex parte.extra de of.iud.
ord.&.c.fi.di.30.¶ In oppositum est gl. hic . Et ad idẽ est.ca.
placuit.6.q.2.¶ Respondeo.aliqui dixerunt , ꝙ propter solã
Hostiensi. suspitionem episcopi quis poterat cogi ad purgationẽ . vnde
Host.super illo.c.ex parte.dicit,ꝙ vbi non est diffamatus,po
Innocen. test episcopus indicere purgationem suo subdito ex sola su
spitione. Ad idem.extra de purg.c. si quis de gradu.vbi notat
Inno.verosimilem suspitionem sufficere ad indicendã purga
tionem,etiam si non sit infamatus,sed sit tantum episcopo su
Tancred. Vincent. spectus vt in hoc.c.omnibus.& ita ipse notat.extra de accus.
c.qualiter.2.Sed alij videlicet Tancr.Vinc.Hu.& Phili.Goff.
& Ber.dicunt,ꝙ hoc nõ potest facere episcopus ex sola suspi
tione,nisi sit infamatus apud bonos & graues.extra de purg.
c.cum in iuuentute.Nec militat in contrarium decretalis illa.
ex parte.quoniam ingens præsumptio erat contra eos, ꝙ epi
scopi tacuerunt veritatem,& hoc ipsi notant in hac decretali
Ioan. An. Archidia. ex parte.Alij vero videtur dicere , vt videtur dicere Io.& Ar
chi.ꝙ licet solius episcopi occulta suspitio non sufficiat,vero
similis tamen suspitio apud episcopum & alios sufficit ad in
dicendam purgationem.& sic vt Tancr.dicit decre. illa loqui
tur.s.c.si quis.extra de pur.c.si quis.vt ibi patet in ver. propul
satus,quod exponunt Goffr.& Host.i.infamatus.vnde nobis
videtur.quod suspitio episcopi nec etiã aliorum secum suffi
ciat ad indicendam purgationem,nisi talis suspitio habeat cõ
iunctam infamiam.aut ita sit vehemens, vt scandalum gene
raretur.quæ conclusio satis patet ex.c.si quis presbyter.extra
de pur.ca.vbi episcopus propter suspitionem de presbytero
non indicit prius purgationem ei,quam esset detecta infamia
eius.& Hu.super ver.hic episcopo.aut reliquis.dicit . quod ly
aut tenetur copulatiuè.s.pro &,ne credatur , quod episcopus
Ad primũ argu. sibi soli suspectum possit cõpellere ad purgationem. ¶ Qui
bus dictis,dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primã
dicimus,quod tale non habetur ex præsenti.ca. imo contra-
Ad secũdũ rium.quia ly aut tenetur copulatiuè,vt dictum est. ¶ Ad se
cundam respondetur primo quod non fuit ibi sola occulta su
spitio reginæ,sed vehemens apud illos de regno fuerat. ita su
spitio de eo habet coniunctam infamiam.¶ Secundò respon
detur.quod ar.non est simile quoniam per reges & principes
citius nascuntur scandala,quam per episcopum.& ideo tam ra
tione honoris regij quam ratione vitandi scãdali quod aliter
Ad tertiũ. fiat in suspitione regis ꝗ episcopi non est inconueniens.¶ Ad
tertiam respondetur,quod debent intelligi quãdo talis est su
spitio,qualis dicta est vt quia aut infamiam habeat cõiunctã,
aut ita vehemens vero similis sit, vt ex ea generetur scanda-
lum apud alios.vt in prædicto.c.ex parte tua. Legatur ergo li
tera sic.[Suspitiosus].s.propter famam malam crebrescentẽ,

alias hoc esset periculosum.Ioã.de.vel intellige.[suspiciosos.]
s.tali suspitione tam vero simili aut vehementi,quod generet
scandalum,vt dictum est,& videtur sententia domino Anto. Anto.
& Abbatis[bonis & iustis.] per hoc remouentur maledici. Abbas.
& inimici,quorum suspitione vel infamatione non est cogen
dus , quis ad purgationem . ¶ Hic surgit quæstio multiplex. Quæstio
3 †Prima est, vtrum reo petente,quod vult probare bonam fa-
mam cesset necessitas purgationis . Ad istam quidam dicũt, Respõdet.
quod non videtur prodesse probatio bonæ famæ contra pro
bationem infamiæ. quia si mille testes dicerent eum bo-
næ famæ, & centum dicerent eum malæ famæ, præuale-
ret dictorum paucorum dictum . quia licet apud aliquos,
& multos sit bonæ famæ, tamen propter illos apud quos est
malæ famæ debet indici purgatio.vt in hoc.c.Tancr.& Vinc. Tancred. Vincen.
dicunt dictum plurimorum præferendum, dummodo æquè
probent bonam famam,sicut alij malã.ar.extra de accu. licet.
in fine.& in hoc.c.omnibus.& 81.dist.clerici.in auth.de mo-
nachis.§.cogitandum.& sic no.spe.in spe.ti.de inqui.§.tracte
mus.ver.quid si testes &c.Et huic accedit sententia Arc. hic. Archid.
Dicit autem Hosti.in hoc casu iudicẽ debere attendere vtrũ Hostien.
communis vox vicinorum exterior cõcordat cum fama,vel
infamia , & qualitate testium , quibus & alijs circunstantijs
pensatis post modum super hoc arbitretur . extra de testi. in
nostra.Io.And.dicit,quod vbi testes primi, & secundi depo-
nunt de fama viciniæ,puto verum dictum Tanc.Sed si primi
deponentes de infamia licet pauci deponant de vicinia:secun
di.s.deponentes de fama licet multi non deponũt de vicinia
verum est dictum Inno.vide Ioan.And.in c.cum oporteat.su
per ver.fama ipsius.& in c.inquisitionis. super vltima glos.de
4 accu.¶ Secunda quæstio†si compurgatores fuerint in alia cã Ioan. An. Quæstio.
inducti in testes,& propter crimina in modum exceptionis,
obiecta repulsi sint à testimonio.Nunquid propter hoc pote
runt à purgatione repelli.Ad istam quæstionem dicit Tancr. Respõdet. Tancred.
quod non.& hoc per decretalem.extra de or.cog. cum dile- Roffred.
ctus.in fin.Et in hac sententia remanet Roffr. in quodam li- Archidia.
bello iuris canonici.Sed tu dic iuxta Archidia. quod purgato
res debent esse boni , & iusti, vt hic. & vita probati.extra de
pur.c.c.inter.& etiam bonæ famæ,nec in iudicio pro crimine
condemnati.sed ab ecclesia tolerati.vt.e.ti.c.constitutus. Di-
cendum est ergo quod iste purgator toleratus ab ecclesia si
opponitur ei crimen,quod in alio iudicio fuit oppositũ con-
tra eum in modum exceptionis & probatum,& ex illo aggra
uata est eius infamia,tunc repellitur,non tantum propter istã
probationem criminis,quantum propter infamiam,vt dicto
c.constitutus.in gl.fi.Aut non est inde grauata eius opinio,&
tunc non repellitur.vt in dicto.capitul.constitutus.à cõtrario
sensu . & extra de ordin. cognitio. cum dilectus secundum
Hostiens. ¶ Tertia quæstio est circa illud purgatum ecclesiæ
5 redditur.† Vtrum purgatus liberetur ab omni infamia . Re- Quæstio. Primũ ar.
spondetur ad hoc quod ab infamia iuris liberatur.ff. de his
qui not.infamia.l.quid ergo.§.pœna grauior . sed ab infamia
facti solus Deus liberare potest secundum Goffredus. vt no.
extra de purg.capitu.ex tuarum.in fin.de hoc dixi.e.q.mennã.
& 33.distinctio.laici,Archidiac.

Iuramento. Hic incipit tertia pars huius quæstio-
nis. In qua quæritur si purgatio vulga-
ris alicui sit indicenda.& dicit quòd nõn. quod probat per se-
quentia capitula.

1 *Purgatio vulgaris tanquam illicita an sit reprobanda.quod sic. nu.2.Causam triplicem assignat.nu.3.*
4 *Puer si moriatur non in lecto,sed in cunis,an imputanda sit pa rentibus mors illius.*
5 *Purgatio saltem iuratoria an sit indicenda parentibus de oppressione non facta.*
6 *Adinuentio est triplex,superstitiosa,necessaria, & vtilis. Quæ dicatur superstitiosa.num.7.Quæ necessaria.nume.8.Quæ vtilis.nume.9.*
10 *Crimen qualiter dicatur notum ante sententiam.*
11 *Occulta dicuntur, quæ non publicantur confessione, vel conuictione.*


Onsuluisti. Sequitur primum.capitu.ad
hoc, & est Stephani papæ
quinti in quo summa est . quod in casu in quo
pueri extincti in lecto inueniuntur parentibus
non est indicenda vulgaris purgatio, sed est
eis imponenda pœnitentia. Sunt etiam ad-
monendi,

Diuisio. monendi, ne tales paruulos ponant secum in lecto. Et diuidi-
tur in 4.partes.In prima exponit consultationem.In secunda
iniungit,quod tales parentes sint admonẽdi, ne tales teneros
pueros secum locent in eodem lecto. In tertia quod talibus,
non sit indicenda vulgaris purgatio,cum talis videatur super-
stitiosa.In quarta quod quia subijciũtur iudicio humano, im
ponatur illis aliqua moderata pœnitentia, cum homicidium,
incurrerint.secunda ibi,monendi.tertia ibi.Nam ferri.quar-
ta ibi,spontanea.quinta ibi,hi autem. ¶ Pro pleniori intelli-
Quæstio. 1 gentia huius.capit.& sequentium.Quæritur.† Vtrum vulga-
ris purgatio tanquam illicita sit reprobanda.Et videtur quod
Primũ ar. non.Primò Vulgaris purgatio habet ortum ex diuina lege.er
go illa non est probanda.consequentia patet.antecedens pro
batur.num.5.vbi datur lex contra mulierem suspectã de adul
terio,quod offeratur sacrificium zelotypiæ, & oblatio inue-
stigans adulterium,de qua ad longum.in §.sequenti.Hoc au-
tem.ergo videtur quod ex lege diuina viderent probari exa-
Secũdũ ar. minationes per ferrum candens & aquam feruentem. ¶ Se-
cundò ad idem arguitur ex Iosue. ca.7. vbi examinatio furti
Tertiũ ar. achor facta est per sortes.¶ Tertiò idem arguitur.2.Regũ.
vbi inquisitio inobedientiæ seu transgressionis Ionathæ sic
Quartũ ar explorata est.¶ Quartò idẽ arguitur per plura capitula quæ
ponuntur in fine huius quæstionis. in quibus ex canonibus,
sanctorum patrum videtur concessa huiusmodi vulgaris pur
Quĩtũ ar. gatio.¶ Quintò ratione sic. Nullo modo credendum est ec-
clesiam Dei aliquo tempore in fide errasse,nec in decretis iu
stitiæ.sed in veteri testamento cõcessæ sunt huiusmodi exa-
minatione.vt patet per exempla,& leges & in nouo testamẽ-
to per canonum sanctiones.ergo non erit licitum aliquo mo
do dicere in examinatione talium contineri aliquem errorẽ,
Opponit nec erunt sic illicita reprobãda.¶ In oppositum est.c.præsens.
& Respõ. 2 & extra de pur.vulga.per totum.¶ Respondeo dicẽdum † ꝙ
vulgaris purgatio est illicita & merito reprobata.cõclusio ista
patet primo ex.c.dilecti.extra de pur.vulga.vbi honorius ter
tius de templarijs qui in subditos huiusmodi exercebant pur
gationes dicit.fratres templariorum quosdam subditos,quan
do infamabantur eos ferri candentis iudicium compellunt su
bire,quibus si qua exinde sequatur combustio ciuilem pœ-
nam infligunt.Cum igitur huiusmodi iudicium sit penitus,
interdictum,vtpote in quo Deus tentari videtur mandamus
3 quatenus ab hmõi omnino desistãt.†Huius prohibitionis cã
est triplex.vt supra diximus in princ.huius.q.iuxta Hu. & ita
Hostiensi. iuxta Hos.in summa.eo.ti.Prima est, quia inuẽta fuit diabolo
fabricante.s.e.q.menna.& in hoc.c.secunda quia per eã Deus
tentari videtur,vt in præfato.c.dilecti. tertia quia per eam is,
qui in nulla culpa est,sæpe punitur.vt.e.tit.ca.significantibus.
Ferrum.n.candens ita vrit innocentem,sicut peccantem.vn-
Guido. de non est probatio criminis, vt dicit dominus. Guido. ¶ S.
S. Thom. Thom.in 2.2.q.85.ar.8.dicit quod huiusmodi iudicium ferri
candentis vel aquæ feruidæ redditur illicitum. Tum quia or
dinatur ad iudicandum occulta, quæ diuino iudicio reseruan
tur.Tum etiam quia huiusmodi iudicium non est authorita
te diuina scitum.ad quod facit quod in præsenti.ca.dicit Ste-
phanus papa.cum ait ferri candentis vel aquæ feruentis exa-
minatione &c.¶ Ad rationes dicendum est.Ad primã in qua
Ad primũ argu. Alexãder de halis. obijcitur sacrificium zelotypiæ dicendum est iuxta Alexan-
drum de halis in tertio qđ lex illa introducta est ꝑm ꝑmisio
nem,non ꝑm concessionem ꝑm quam diuina lex & humana
permittunt minora mala fieri ne fiant peiora,ꝑm quem mo-
dum oblatio libelli introducta est propter leuitiam Iudæorũ,
qui erãt proni ad interfectionem vxorũ. Simili modo lex ze
lotypiæ ne inualescente suspitione adulterij perimerent vxo
res quod autem per permissionem introductum est, non de-
bet trahi ad imitationem siue consequentiã. dominus Guid.
Carmelita dicit in hoc ad illam rationem sic,ꝙ nunc in nouo
testamẽto nõ est licita talis purgatio,sed tunc.s. in veteri erat
licita,vt mulieris adulterium vitaretur & prolis incertitudo
excluderetur,nec erat purgatio superstitiosa,qa fiebat præce
pto Dei dantis talem virtutẽ aquis amarissimis. Nunc autem
trãsit cum vmbra legis.Ad Heb.4.Idem dicit Nicolaus de ly
Ad secũdũ & tertiũ. ra.nu.5.¶ Ad secundã & tertiã respondemus negando conse
August. quentiã.quoniam non est idẽ de sortibus, quibus aliqñ põt li
S. Thom. citè quis vti,vt dicit Au.in epistola ad honoratũ. Et deducit
S.Th.in 2.q.95.ar.8.de qua materia erit aliàs proprior loc⁹ ad
loquendum.Et aliud est de purgatione vulgari ferri candẽtis,
Alexãder de halis. aut aquæ frigidæ,& hmõi quæ nullo casu licet.Magister Ale-
xander de halis in 3.respondendo dicit,ꝙ illa facta de achor,
& Ionatha,& similium scripta sunt non ad exẽplũ rei facien-

dæ,sed in figuram rei futuræ.1.ad Cor.Oĩa in figura contin-
gebant illis.Inquisitio autem per sortẽ quæ facta est ad inue-
stigandũ peccatum Achor,& inobedientiã Ionathæ, figurat
futurum & generale iudicium, ꝙ ex insperato peccatoribus
superueniet,sicut iudicium ꝙ per sortẽ est ab hoĩe præuideri
non põt.vnde.2.Petri.3.dr̃ dies dñi veniet sicut fur.Nicolaus Nicolaus de lyra.
vero de lyra magis ad literã de Achor dicit Iosue. 7. ꝙ Iosue
non peccauit hic vtens sorte. Tum quia hoc fecit cum debi-
ta reuerentia.s.satisfactione populi præmissa. De canonibus,
respondetur.ꝙ oẽs tales sunt abrogati per.c.prædictum dile-
cti.extra de pur.vul.2.respondetur iuxta Alexandrum de ha-
lis.Quod omnes illi canones sicut dictum est de sacrificio ze
lotypiæ introducti fuerant non ꝑm concessionem boni, sed
per permissionem minoris mali, ne peiora mala cõtingerẽt.
¶ Ad quintum respondetur iuxta Alexandrum de halis in 3. Ad quĩtũ. Alexãder de halis.
ꝙ verum est ecclesiam nunq̃ errasse,quia nec huiusmodi con
cessit,vt approbaret sed permisit, ne peius fieret ꝑm ꝙ etiã
ipsa lex æterna facit quæ permittit multa mala fieri, non solũ
vt ex eis eliciat bona,sed etiã ne fiant peiora.Lege te.¶ [Con Exponit literam.
suluisti monendi.]secunda pars.Hæc est monitio salubris.vt
periculum vitetur,quod ex negligentia custodiæ potest faci-
liter prouenire.ecclesia.3.qui amat.i.non vitat periculũ in illo
peribit.[homicidij.]licet parentes dormientes expressa volũ
tate,non oppresserint filios imo eis displicet & dolent,tñ pro
tanto dicuntur rei homicidij,quia negligentia eorum & incu
ria illi sunt oppressi.Ideo totaliter nõ excusantur à culpa ho
micidij.quia aliquid voluntarij fuit ꝑm philosophum.3. Et-
hicorum.nostræ.n.negligentiæ dñi sumus.ita ꝙ potuerũt,&
debuerunt vitare negligentiam,& dare operam,quod talis op
pressio non eueniret,quod faciliter potuerunt alibi eos cuban
do,& diligenti custodia vigilando.vnde super hoc eis non le
uissima,sed grauis culpa imponitur, & merito, quia vt dictũ
est,quando non adhibet,quis in facto suo.(vnde mors sequi-
tur.]vt di.50.sæpe.cum multis alijs si.in gl.propter q̃ eis gra-
uis pœnitentia iniungitur.[in charitate ieiunij.¶ [Surgit hic Quæstio. Respõdet.
4 quæstio.† Vtrum si contingat puerum mori non in lecto cum
parentibus,sed in cunis imputanda sit eis mors illius vt etiã
dicantur rei homicidij.Respondetur, ꝙ nõ nisi eorum culpa
vel negligentia hoc contingat,puta tot pannos super eum po
suerunt,quod grauitate & põdere eorum suffocatus est. ꝑm
Hugutionem.[Nam ferri.]tertia pars.[prohibetur purgatio
vulgaris ferri &c.]quoniam rationibus supra assignatis illici
5 ta est & merito reprobata.¶ Sed hic surgit quæstio.†vtrũ sal- Quæstio.
tem illis parẽtibus sit indicenda purgatio iuratoria de oppres
sione non facta.Respondetur quod non duplici ratione. Tũ Respõdet
primo quia temerarium & dubium esset iuramentum præsti
tum,quod hoc fecissent vel non fecissent dormiendo. Facile
.n.posset incurrere periurium.iuramentum.n.anceps est per-
iurij quod nulli esset indicendum.ff.de in litem iuran.l. videa
mus.secundum Hug.& Ber.Hispa. & Archidi. Pro quo facit
etiã quia de veritate iurare debet, qui se purgat. extra de pur.
c.quoties.Tum secundo quia cum hoc dubium in meliorem
partem debemus illud interpretari,& in dubijs, quod certius
est hoc manu tenere debemus.distinctio.quarta sicut.secun-
dum Hugu. [non censuerunt] imo prohibuerunt. vt supra
eadem quæstione mennam.argument.quod eo ipso intelligi-
tur aliquid esse prohibitum, quod non est concessum. vt di-
stinctio.40.si papa.& infra eod.Monomachiam. & ff. de col-
la.le.tertia cum alijs.in gloss.superstitiosa damnosa, & super-
flua.argument.contra quosdam,qui nouas & superstitiosas ad
inuentiones de ingenio suo faciunt.argument. distinctio.35.
relatum.¶ Sed hic surgit quæstio.vtrum per hoc vult remo- Quæstio. Respõdet.
uere vtilem vel necessariam adinuentionem. Et respondetur
6 tur,quod non.pro quo notandum. iuxta Hug. † quod triplex
7 est adinuentio scilicet,superstitiosa,necessaria,& vtilis. † Su-
perstitiosa est cum super id de quo canones aliquid statue-
runt de nouo superflue aliquid inuenitur, & hoc fit duobus,
modis.s.vel ius inueniendo sicut purgatio ferri cãdentis. vel
aquæ feruentis vt hic,vel vetus ius malè interpretando. vt di.
8 37.relatum†necessaria est,cum super eodem de quo canones
nihil dixerunt aliquid de nouo statuitur. sicut sæpe fit à domi
9 no Papa ad diuersorum consultationes respondendo † vti-
lis est, quando circa aliquid, de quo canones, statuerunt ali-
quid immutatur, & hoc fit tribus modis, vel corrigendo,
vt cum aliquid per errorem introductum postea per manife-
stationem veritatis corrigitur.et distinctio.8.veritate. ¶ Se-
cundo detrahendo. vt cum aliquid de rigore iuris per mise-
ricordiam dispensatiuè relaxatur. vt distinctio.55.priscis & 1.

quæstione septima exigũt.¶Tertiò modo addendo.& hoc dupliciter.vel addendo religionem, vt distinctio.32.placuit & fere omnibus capitulis eiusdem distinct. vel grauamen pœnarum.vt.55.distinc.nullus.& 15.quæstione.8.cum multæ. Et nota quod adinuentio, quæ fit corrigendo dicitur correctionis,quæ fit detrahendo dicitur misericordiæ,vel dispensationis quæ fit addendo,dicitur prouisionis. Omnis ergo talis adinuentio approbatur sed superstitiosa hic reprobatur. Concor.Archidiaco.Spontanea.]quarta pars.]spontanea.]aliter non præiudicat.s.ead. quæstione.1.ca.1.& 15.quæstione.6.c.1.& 31.quæstione.2.lotharius.Hug.[Confessione.]in iure.Hugu.[testimonium.]Colligunt aliqui hic argumen.quod per instrumenta non possit crimen probari. Sed contra.2.quæstione.6.§.sunt quorum.vbi nullus homicidarum. versi.in occultis.& q.7.vbi dicam.Archid.Et vide per Ioan.Andr. super regula.semel malus.de regu.iuris.lib.6.[publicata].arg. Archidia. Ioan. An.
10 †quod ante sententiam crimen dicitur notum & publicatum.& hoc verum est quo ad probationem sentẽtiæ. sed non quo ad pœnam inferendam. vnde si iudex post confessionem rei vel conuictionem moriatur, antequam sententiam proferat alius post ferre sententiam. Hugu. [præ oculis].C. de iudic.
11 rem nouam.[occulta.]vt distinct.32.erubescant.& 6.q.2.†si omnia.& 30.q.5.incerta.& est ar.quod quæ non publicantur confessione vel conuictione sunt occulta. ergo non sunt ab homine iudicanda.ergo per monomachiam crimina non publicantur,& sic remanent occulta,& per consequẽs non possunt puniri aut iudicari ab homine.secundum.Hug.[qui solus nouit].psa.43.ipse nouit abscondita cordis.& 2.Paralipo.6.Tu domine nosti corda filiorum hominũ.& 24.q.3. Deus quando.[hi autem.]quinta pars.[probantur].i.conuincuntur per testes contingere potest.Hug.vel probantur.i.conuincuntur propria confessione & i.confitentur &c.[castiget.]per pœnitentiæ impositionem.[per abortum.] hoc verum est,si volũtate procuret abortum,& fœtus fuerit animatus, vt homo dici debeat.vt.32.q.2.quod vero &c.c.Moyses.quanto &c.

1 *Zelus quid dicatur.*

Hoc autem. §.est,in quo magister. Gratia. mouet hanc quæstionem. vtrum prohibitio facta vulgaris purgationis pertineat tantum ad hæc duo.s.de ferro candente,& aqua feruẽti,an generaliter etiam ad omnia genera purgationis vulgaris se extendat,& arguit quod non extendatur talis prohibitio ad alia genera, probat duabus authoritatibns vna est beati Gregorij, & alia est de sacrificio zelotypiæ,de qua Num.5.Sed quoniam de ista materia iam disputauimus exponetnr cursoriè litera. Lege.¶[Hoc autẽ] .s.prohibitio hic facta de purgatione vulgari, quæ canonum documento sancita non est.Hug.[purgationis] vulgaris.s.vt quælibet prohibita intelligatur. [an ad hæc duo].s.de ferro candente,& aqua feruente.[zelotypiæ].i.zelogiæ, & suspitionis de vxore.†Zelus dicitur amor vel suspitio. Typus forma siue figura,inde zelotypus qui ex nimio amore quem habet in vxorem propter ipsius pulchritudinem malè suspicatur de vxore.[illud Gregorij.]ista est authoritas, & habetur. 32.q.1.c.1.& 2.sed ista authoritas nõ est pro Gratiano, vnde malè intelligit illam authoritatem credens per verum iudicium intelligendam esse probationem ferri candentis, & huiusmodi sed sensus verus est [per verum iudicium].i. per legitimam probationem legitimorum testium, & sic malè introduxit hoc capitulum.[in libro namque numeri.]5.secunda authoritas [errauerit] adulterando cum alio. [appetitur].i.causatur vel infamatur[facci]nomen est mensuræ [farinę ordeaceæ.] non dicit siligineæ,quæ erat farina delicatissima, sicut in alijs sacrificijs,quia istud est vile & ordeum est pabulum iumenti cui adultera assimilatur.[non fundet oleum.]quia est fomentum luminis.adulterium autem fit in tenebris[nec thus.]quia significat deuotionem,hoc autem non offerebatur ex deuotione,sed ex suspitione adulterij.[statuet coram domino.]ad tentandum si ex terrore confiteretur adulterium.& quia offerebat pro eo sacrificium.[sumetque]aquam sanctam. dicitur sancta,quia recipiebatur de labijs eius,de speculis mulierum, deuotarum factæ. [& pauillum terræ.]quia illud sacrificium fiebat pro vili causa.Nico.de lyra.[offeret igitur eam].s.vxorem[sacrificium recordationis].i.quo rogatur Deus recordari adulterij,quod suspicatur esse ad vindictam[amarissimas,] non sapore sed effectu.Hug.non formaliter sed effectiuè, quia effectum amaritudinis faciebat in muliere,quando erat culpabilis.Nic.de lyra.[non tenebunt te].i.non facient te teneri,& deprehendi,& haberi ream adulterij.Hugu.[ingrediantur ad nocendum.]ista expositio est ad literam.Archi.sequitur quandam mysticam multum alienam,& ideo non curamus de ea.

Exponit literam. — Nic.de ly.

Sed quælibet. §.est.Et incipit hic quarta pars huius quæstionis,in qua quærit. Vtrũ monomachia vel alia purgatio vulgaris sit concessa. Et respõdetur quod non,& hoc probat per duas authoritates sanctorum patrum sequentes.Io.de Deo.[Stephani.s.c.proxim.

1 *Monomachia quid dicatur.& nu.4.*
2 *Duellum an sit licitum.quod non.nu.4.*
3 *Duellum capitur dupliciter.& quid sit duellum.*
5 *Duellum offerens,& qui sponte suscipit, & iudex qui authoritatem præstat,& qui ex officio dant cõsilium,auxilium,vel fauorem peccant mortaliter.*
Nec vlla consuetudo generalis eos excusat.nu.6. Et si contingat aliquem mori omnes fiunt irregulares.nu.9.
7 *Duellantes non excusantur ratione multitudinis.*
8 *Sacerdotes qui dant benedictionem in duellis peccant mortaliter.*
10 *Domini dantes authoritatem duellis peccant.*
11 *Viaticum,quod non sit dandum duellantibus.*



Monomachiam. Capitulũ est Nicolai papæ,in quo ꝓhibetur purgatio vulgaris, quæ fit per duellũ, †quæ nomine monomachiæ intelligitur quæ dicitur singulare certamen inter duos.Et diuiditur in duas partes. In prima ponit prohibitionem. In secunda respondet ad obiectionem de Dauid.secunda ibi, quãlicet.¶Pro pleniori intelligentia huius materiæ. Quæritur. Diuisio.
2 †Vtrum duellum sit licitum.Et videtur quod sic. primo ex facto ipsius Dauid, qui duellum voluntariè inijt, vt patet primi Regum.17.¶Secundò sic.licitum est vnicuique defendere se,est enim de iure naturali distinctio.1.ius naturale. Si ergo non potest aliter defendere se quam duellum suscipiendo, videtur quod tale duellum suscipere sit licitum. ¶ Item tertio idem videtur colligi.ff.ad legem Aquiliam.l. qua actione.§.si quis in colluctationem.vbi habetur.quod cessat actio pœnalis contra occidentem in duello, quando duo pugiles colluctantur.& ita videtur lege ciuili permissum duellum. ¶ In oppositum est text.præsentis.capitulo.¶Respondeo dicen- Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit & Respõ.
3 dum.†quod duellum potest capi dupliciter, vno modo propriè,& sic duellum est singularis pugna duorum, vt per dictoriam vnius appareat iustitia tanquam per diuinum iudicium, & alterius iniustitia.isto modo duellum secundum Raymundum. & Hostiens.& Goffred.in summis eorum diffinitur, quod est singularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis,ita videlicet vt qui vicerit probasse intelligatur, & si nõ vicerit defecisse in probatione putetur. Et dicitur duellum,
4 quasi duorum bellum,†dicitur Monomachia, quasi vnica & singularis pugna.monos vnum Machia pugna.addit Raym. dicitur etiam vulgo in plerisque partibus iudicium, eo quod ibi iudiciũ Dei expectatur,de duello sic sumpto, sunt plures conclusiones.prima quod tale duellum est illicitum. Ista conclusio patet multipliciter primo iure diuino, iure canonico, iure gẽtiũ,iure ciuili.primò patet sic.iure diuino. vnde formatur sic ratio.ille actus est prohibitus iure diuino,per quem fit Dei tentatio.sed der duellũ huiusmodi fit Dei tentatio. ergo est illicitus talis actus:consequentia patet.& maior patet Deuterono.6.& Mat.4.Non tentabis dominũ Deũ tuum. Minor etiam patet ex.c.præsenti.& 22.q.2.quæritur.& ratione sic patet,quia tunc videtur tentari Deus,cũ perquiritur aliquid contra naturam,quod non est producibile nisi diuino miraculo. Sic est in proposito.nam naturale est quod fortior & ingeniosior vincat minus fortem.sic igitur Deus tentatur, vt miraculum faciat.¶Secũdò patet.quod.s.iure canonico sit illicitum primo.c.præsenti.secundò extra de purgatione vulgari.c. primo & secũdo.ratione sic.ille actus est illicitus, qui est delictorum occasio & ex quo animarum,& corporum sæpe prouenient scandala,& pericula,sed talia proueniunt ex duellis, vt extra de torneamentis. capitulo primo. ergo conclusio vera. ¶ Tertiò patet conclusio. ex iure gentium sic. ille actus est prohibitus iure gentium, qui repugnat naturali æquitati,sed duellum est huiusmodi ergo &c.maior patet, minor ostẽditur sic. Nam æquitas iuris gentium est delinquentes punire, insontes absolui, sed in duello huiusmodi contingit quãdoque totum contrarium, vt docet experiẽtia iure gentium est

Raymũd. — Prima cõclusio.

tium eſt etiam prohibitum. ¶ Quartò patet iure ciuili ſm ꝙ
etiam prohibetur, vt. C. de gla. l. vna. Præterea nullus bonus,
iudex debet permittere illos ad arma proſilire, quos ſua autho
ritate poteſt refrenare. l. æquiſsimum. ff. de vſuris. ¶ Secunda

Secũda cõcluſio.

5 concluſio. †qui duellum tale offert & qui ſponte ſuſcipit, &
iudex qui authoritatem præſtat, & qui ex officio dant con-
ſilium, auxilium vel fauorem peccant mortaliter. patet con-

Tertia cõcluſio.

6 cluſio ex præcedenti. ¶ Tertia concluſio. †Nulla cõſuetudo
generalis in duello excuſat aliquem iſtorum à peccato mor-
tali, patet concluſio. Tum quia eſt contra præceptum domi-
ni, vt dictum eſt. Tum quia vt Raymundus. & Hoſtien. quo-
rum eſt iſta concluſio: bene arguunt diuturnitas temporis
non minuit peccatum, ſed auget. extra de ſimonijs non ſatis,
&. ca. cum eccleſiæ. ¶ Quarta concluſio. †Iſti duellantes non

Quarta cõcluſio.

7 excuſantur ratione multitudinis, patet quia non minus quis,
peccat fornicando, quia pauci inueniuntur ſine tali delicto, vt
di. 50. quia tua. ¶ Quinta concluſio. Tales duellum exercen-

Quĩta cõcluſio.

tes, non excuſantur per hoc, quod papa ſciat, & non videatur
improbare, patet quoniam papa bene quidem iſtam conſuetu
dinem improbat de iure, vt hic. & ſ. ea. c. conſuluiſti. licet nõ
de facto. ſed tolerat ſicut meretrices, & vſurarios in ciuitate,
ſed non minus à peccato excuſantur ꝓpter hoc meretrices,
& vſurarij, & ita in propoſito peccat mortaliter, non tantum
qui ſponte ſuſcipit duellum, ſed etiam qui propter quemcun
que metum ſuſcipit licet attenuetur eius peccatum propter
periculum perſonarum vel rerum. 32. q. 5. ita ne. & extra qđ

Quĩta cõcluſio. Sexta concluſio. Nicolaus de lyra.

8 me. cau. ſacris. ¶ Quinta concluſio. †peccant etiam mortali-
ter ſacerdotes, qui dant in duellis benedictionem ſicut alicu-
9 bi eſt conſuetudo. ¶ Sexta concluſio. †ſi in duello contingat,
aliquem mori, omnes ſupra dicti fiunt irregulares. patet. 17.
q. 4. omnes. ſecundo vt dicit Nicolaus de lyra diſputans hanc
quæſtionem ſuper. 1. Reg. c. 17. poteſt accipi large duellum,
prout eſt bellum ſingulare vnius cum alio abſq; expectatione
diuini iudicij, ſed vt per virtutem, artem vel fortunam, vel oĩ
bus iſtis vel aliquibus eorũ concurrentibus aliqua cõtrouer
ſia inter eos criminalis vel ciuilis terminet. Et circa hoc cur
runt duæ opiniones vt ipſe inquit. prima eſt, quod duellum
etiam hoc modo ſumptum eſt omnino illicitum, non ſolum
ex parte offerentis, ſed etiam recipientis, dicentes, ꝙ magis
quis deberet ſuſtinere rerum ſuarum ſpoliationẽ, & ſuę pſo-
næ mortem, q̃ duellum recipere, etiã dato ꝙ ſe ſentiat inno-
cẽtem, quorũ motiua ſunt quæ ſequũtur. primum eſt, quia vt
inquiunt intentio intrantis duellum eſt interficere aduerſa-
rium ſuum, ꝙ nulli perſonæ priuatæ eſt licitum. qa eſt cõtra
dictamen legis naturæ, & eſt contra præceptũ dñi. ¶ Secũdò

Auguſt.

inducunt illud Au. de li. ar. dicentis. quomodo poſſumus arbi
trari iſtos carere libidine, qui pro his quoq; rebus gladiantur
quas poſſunt amittere inuiti, & inter iſtas res ſm ipſum vita
propria ponitur, vt ibidem, præmittitur ergo &c. iſtius ſen-
tentiæ videtur eſſe Ray. Hu. & Hoſti. Alij vero ſicut eſt Gui.
ſuper Ray. ſunt quibus videtur præfata ſñia nimis dura, maxi
mè vbi innocens accuſatur de crimine ad mortẽ, qui ſi duel-
lum oblatum recuſauerit, ſtatim ſuſpenderetur, durum. n. vi-
detur dicere, quod talis teneatur potius ſuſtinere ſe ſuſpendi,
quam ſe defendere in bello. vnde dicunt ꝙ ſi appellatus ſiue
requiſitus de duello non poſsit declinare, vt pote quia dene-
gantur ſibi probationes aliæ, & ſi appellet non defertur appel
lationi ſuæ poteſt licitè ſe defendere duellando, & non ſolũ
in cauſa criminali pro vita ſua defendenda, ſed etiam in cauſa
ciuili, qa ſicut licitum eſt alicui bellare ad ſui corporis defen-
ſionem, ita etiam ad rerum ſuarum conſeruationem. & iſti ni
tuntur reſpondere ad motiua primæ opinionis. dicũt. n. quod
non valet, quod dicebatur ꝙ intendere alium occidere ſit di-
ctamen naturæ. Reſpondetur. n. ꝙ hoc verum eſt ſi per ſe in-
tenderetur. ſed in hoc caſu non intenditur, niſi per accidens,
ſi non poſsit aliter vitam ſuam vel res ſuas ſeruare, ad quarũ
conſeruationem per ſe dirigitur intentio ſua, quod patet ex
hoc ꝙ declinat duellum quantum poteſt & ad conſeruationẽ
vitæ proprię, magis inclinat natura propter quod argumentũ
quantum ad hoc videtur magis ad oppoſitum. Ad id vero qđ
conſequenter dicebatur ꝙ eſſet contra præceptũ domini. Re
ſpondetur ꝙ præceptum diuinum, non occides, intelligit de
occiſione innocẽtis: appellãs aũt in hoc caſu non eſt innocẽs,
nec per conſequens iſte ſe defendens de mandato, & volunta
te iudicis non vr̃ peccare, maximè ꝓ ſuę vitæ tuitione. ¶ Ad
dictum vero eſt Au. reſpondetur ꝙ poteſt dici ꝙ loquitur in
quiſitiuè & dubitatiuè & non determinatiuè. Dicunt conſe-
quẽter iſti ꝙ licet appellatus in duello in hoc caſu excuſetur

Nic. de ly.

à peccato appellans tñ, & iudex authoritatẽ vel licẽtiã præſtãs ſemp peccãt mortaliter. Sed Nic. de lyra. vbi. ſ. dixit qa multi principes ſanctæ vitæ & q bonorũ cõſilio vtebant̃, aliqñ duella ſuſtinuerunt, ſeu cõceſſerunt, vt beatus Ludouicus rex franciæ & Carolus magnꝰ, & plures alij & archiepi, & prælati iuſtitiam temporalem habentes, vr̃ durum duella cõdẽnare in omni caſu ex parte iudicum, ideo abſq; aſſertione aliqua, & ꝑ modum collationis poteſt dici inquit, ꝙ in aliquo caſu à iudicibus poſſunt permitti, vtpote qñ aliqui nobiles habent inter ſe guerram, quam non poſſunt remouere ex longa conſuetudine, quamuis ſuperiorem habeant, vt in pluribus terris, & regnis. & ex hoc vnus vaſtat terrã alterius ferro & igne, in quo ſubditi qui ſunt innocẽtes, in rebꝰ corporibus & multipliciter affliguntur. Et aliquando contingit, quod vnus coram ſuperiore principe prouocat alium ad duellum, & alius ſtatim recipit abſq; alia recuſatione ſi iudex in tali caſu probabiliter videat ꝙ prædicta vaſtatio ſubditorum innocẽtium per duellũ iſtud debeat terminari, non videtur peccare tale duellum permittendo, quia ei qui habet curam alicuius communitatis licitum eſt minora mala permittere, ad euitandum maiora, ſicut licitè permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne omnia turbentur libidinibus, vt etiam dicit Aug. Sic autem videtur eſſe in propoſito, vt patet ex prædictis, cui dicto videtur concordare S. Tho. in ſua ſumma. vbi dicit, ꝙ quando in duello non expectatur aliquis euentus miraculoſus ſicut eſt in propoſito, vt patet ex ſupra dictis tunc tale duellũ appropinquat ad communem rationem ſortium, ſortibus autem vti licitũ eſt in pluribus caſibus. Nobis autem ſaluo ſemper meliori iudicio magis placet opinio prima quæ eſt Ray. Gof. & Hoſ. & communiter iura illi fauent. Nihilominus pro pleniori intelligentia inducemus aliqua notanda. primo qđ duellum poteſt eſſe cum moderamine conflictus, ita vt non ſit pugna cruẽta tendens ad effuſionem ſanguinis, & de tali non loquimur, qa tale duellum poſſet eſſe licitum, vtpote cum ad exercitium armorum & bellicæ induſtriæ, vt habeatur idoneitas bellandi pro fide, & pace eccleſiæ fieret aliquando duellum eſt cruentum tendens ad effuſionẽ ſanguinis, & hoc aliquando fit odij exaggeratione. Aliquando propter gloriam in publico conſequendam. aliquando ad purgationẽ alicuius criminis, vel veritatis inueſtigationem, & duellum vtroq; modo ſumptum videtur nobis omnino prohibitum. iſta concluſio patet. de primo enim non eſt dubium, quia contra præceptum legis naturalis, & diuinæ. ſ. nõ occides, & diliges proximũ &c. de duello, quod fit propter gloriam conſequendam patet, quoniam hoc eſt vanum & illicitum & peccatũ, de duello ꝙ fit cauſa purgationis criminis aut experimenti alicuius veritatis patet qa in hoc tentatur Deus, ſicut ſupra inductum eſt. Veniendo autem ad duellum, quod dicitur largo modo ſumptum, quod eſt pugna duorũ abſq; expectatione diuini iudicij, ſed vt per virtutem artem aut fortunam terminetur aliqua controuerſia inter ipſos, ſumus in eadem concluſione, ꝙ ſit etiam hoc duellum illicitum.[a] vnde Alex. de halis. in 4. 3. quæſtione qua quæritur. Vtrum pugiles ſint ad communionem admittendi, poſt narrationem opinionum duarum dicit ſic. Prima opinio ſecurior eſt, & illi aſſentio, ꝙ nullo caſu licet duellũ offerre, nec illatum vel oblatũ ſuſcipere. hæc ille. Præterea nos petimus ab iſtis qui pro alia opinione loquuntur, quomodo per tale duellum terminabitur controuerſia, aut ſic ꝙ quicũq; vicerit intelligatur probaſſe habere rationem ſiue ius. Et ſi ſic iſtud nõ eſt ſine expectatione diuini iudicij, quia naturale eſt vt qui virtute ꝓſtãtior eſt & arte belli doctior vincat minus fortem minuſque peritum. aut terminabitur cõtrouerſia, vt qui vincat ſiue habeat ius ſiue non obtineat, & iſta via eſt illicita, & iniuſta quia ſæpe contingeret, ꝙ ſine culpa qs eſſet punitus, vt in c. ſignificantibus. de pur. vul. vnde iſta via eſt malorum hominum, & iniuſtorum de quibus dicitur Sapientię. 1. fortitudo noſtra lex iuſtitiæ. vnde videtur nobis ꝙ ex vtraq; parte ſcilicet tam petentis, quam ſuſcipientis eſt illicitũ duellum, & vterq; peccat licet minus qui cauſa metus ſuſcipit. Et iſta videtur eſſe ſententia Auguſti. libro de arbitrio, in ſignũ huius talibus, qui in duellis moriuntur denegatur euchariſtia, tanquam ſuſpectis de crimine. de conſecrat. diſtinctio. 2. hi qui. &. c. ſepultura. & extra de tornea. cap. 1. in fin. Et ad omnia quæ inducuntur pro ſecunda opinione faciliter reſpondetur, quod magna ſit differentia inter ſuſcipere duellũ cruentum oblatum, & inter reſiſtere inuadenti volẽti occidere, vel ſpoliare aliquem, quoniã hoc in caſu ineuitabilis neceſsitatis eſt licitũ. vt diſputauimus. ſ. di. 50. circa. c. de his clericis illud

S. Thom.

Raymũd. Goffred. Hoſtienſi.

Alexãder de halis.

a ¶ Duellũ illicitũ. ad de ꝙ duellũ cẽſetur graue delictum Pet. de Anc. in c. 1. n. 2. de corp. viti. et quare ſit prohibitũ in defectũ ꝓbationis idẽ in ca. hæreticus n. 6. de cle. pugnand. in duel.

vero nullo casu videtur licitũ, quia nec ibi ineuitabilis necessitas occurrit. Et ibi videtur etiam per se intẽta victoria, super alium per occisionem illius.
10 †Cæterum idem videtur nobis, quod similiter peccant domini qui talibus duellis dãt authoritatem, siue licentiam rationibus iam dictis, cum duella ipsa sint illicita, vt satis colligitur. extra de purg. vul. c. 1. & vlt. Et ex his, quæ dicta sunt circa probationem primæ conclusionis. Præterea licet qui habet curã communitatis tacite possit permittere minora mala, ad euitandum maiora, nunquam tñ videtur, quod licite possit dare authoritatem mala culpæ minora maximè mortalia faciendi, ad euitandum maiora. vnde non est simile, quod inducit Nicola. de lyra de tolerantia meretricum. quoniam aliud est tolerare qđ sint meretrices, aliud licentiare, & dare authoritatem, quod aliquæ fiãt meretrices. vnde aliud est tolerare aliqua duella si contingat quod fiant, & aliud dare licentiam & authoritatem fiendi. Preterea quod dr̃ de sancto rege Ludouico quod concesserit aliquã duella fieri videtur esse contra ea quæ in eius legenda habentur. Laudatur. n. de hoc inter cætera, qđ duella fieri prohibebat. Quod aũt dicitur de S. Th. in 2. 2. q. 92. artic. vlti. non est ad propositum eorum. vnde verba S. Th. sunt formaliter quæ sequuntur. Loquendo. n. de purgatione vulgari, dicit sic: eadem videtur esse ratio de lege duellorum, nisi quod plus accedat ad communẽ rationem sortium, in quantũ non expectatur ibi miraculosus effectus, nisi fortè quando pugiles sunt valde impares virtute, & arte. hæc S. Tho. Ex quibus manifestè apparet oppositũ quam propositum, quia communiter ista imparitas inter pugiles inuenitur. raro. n. reperiuntur pares per omnia pugiles. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequẽtiam, qm̃ Dauid vt dicit hic gl. illud duellum iniit per reuelationem diuinam. Creditur. n. reuelatum fuisse Dauid à domino, ꝙ sic volebat indicare suam iustitiam contra Philisteos. vnde procedens cõtra philisteum dixit, ego venio contra te in nomine Dei viuentis &c. Cui sententiæ adhæret Nico. de lyra. vbi. s. & alij doctores catholici, & etiam Alex. de halis. in 3. ait sic. qđ ad hoc duellum factũ est inspiratione diuina, & in figura rei future: significauit. n. ministeriũ passionis dominicæ, in quo spiritualis Dauid. s. Christus de golia. i. diabolo velut duelli certamine triumphauit. ¶ Ad secundam respondet negando consequentiam. licet. n. iure naturali quilibet licitè possit contra inuadentem se casu occurrente ineuitabilis necessitatis se defendere, & tueri, non tñ propter hoc sequitur ꝙ possit licitè oblatum duellum cruentum & cum discrimine propriæ salutis suscipere. ¶ Ad tertiam respondetur. ꝙ lex illa intelligatur quando duellum non est cruentum siue tẽdens ad effusionem sanguinis, vt cum aliqui brachijs colluctant, vel similibus modis, & hoc genus colluctandi non est inhibitum iure ciuili, imo per missum propter populi recreationẽ. C. de spect. per totum. lib. 11. de impẽsis Ludo. e. li. Lege. ¶ [Monomachiam] i. singulare certamẽ inter duos. Monos. n. dicitur vnũ, & Machia pugna interpretatur. [non reperimus] ar. eo ipso aliquid videri prohibitum, quia non est præceptum vel permissum. ar. s. consuluisti. Hu. [licet legamus] 1. Re. 17. ar. non esse argumentandum ab exemplis. ar. 26. q. 2. non statim. & c. non exemplo & præsertim veteris testamenti. vt. 12. q. 2. gloria. & 14. q. 5. dixit. item ar. ꝙ non omnia exẽpla vel facta sanctorum patrum esse trahenda ad consequentiam, nec in omnibus sanctos esse imitãdos, vt ideo nos faciamus aliqua, quia ipsi fecerunt talia. ar. 26. q. 2. non statim. non exemplo. Hu. [temperare.] ar. con
11 tra pugiles. † ꝙ viaticum non est dandũ eis, cum peccẽt mortaliter, quia Deum tentant, quod non est faciendum. vt. 22. q. 2. quæritur. Si. n. admitteretur Monomachia, tanquam licita, nullum peccatum remaneret occultum, & ita præueniretur Dei iudicium, nec aliquid sibi reseruaretur ad iudicandũ. Ex hoc capitulo aperte colligit. dicit Hu. ꝙ monomachia est res illicita, & prohibita. mortaliter ergo peccat, qui eam pręcipit. & qui eam facit, nec dãda est eucharistia volẽtibus eam committere. de actore nullus dubitat. sed etiam reo non debet dari, cum ei sit illicitum, & contra Deum potius debet tolerare quælibet mala, quam hoc facere. vt. 32. q. 5. ita ne. Hug.

Nic. de ly.

S. Thom.

Ad primũ argu.


Nicolaus de lyra. Alexãder de halis.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

Exponit literam.

Contra in concilio. §. est. Hic allegat in contrariũ eius, quod dictũ est de prohibitione vulgaris purgationis. Et inducit quatuor sequentia ad probandũ, ꝙ vulgaris purgatio sit licita, cum reperiatur à sanctis patribus concessa & practicata. Et potest dici ꝙ hic incipit. 5. pars huius quæstionis secundũ Archid. Solutio ad omnia ista capitula est vna, quod omnia sunt abrogata per alia instituta sanctorum patrum, quæ correxerunt illa.



Aepe contingit. Primum illorum. 4. capitulorũ est istud, & est concilij Guarmacen. Summa eius est, ꝙ per corporis Christi susceptionem cum interpretatione quorundã verborũ purgabant monachi suspecti de furto. Et potest diuidi in duas partes. qm̃ in prima narrat excessum cõmissum. in secũda ꝓuidet statuẽdo. secũda ibi, idcirco. Lege. ¶ [Sæpe cõtingit.] hoc. c. abrogatũ est. vnde nõ tenet nec obseruandum est, tũ quia in hoc videtur Deus tẽtari. secũdo, qa suspectis non est dandum corpus Christi. vt de cõse. di. 2. hi qui. & c. tribus. nec verba ista prout ad ꝓpositũ Gratiani inducta sunt possunt nisi malam habere intelligẽtiã, & ideo de alia expositione, quæ cũ nõ posset nisi ficta super sedemus.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Laicus an possit compelli per episcopum ad purgationem sicut clericus.*

2 *Laicus, quota manu purgetur.*



Nterrogatum. Secundum. c. est eiusdẽ concilij. Summa est. ꝙ accusatus siue suspectus de adulterio debet se purgare probabili iudicio. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur consultatio. in secunda ponitur responsio, quid sit fiendũ in illo casu. secunda ibi, decretũ est. Lege. ¶ [Interrogatũ si duo.] masculus & fęmina. Hu. [decretũ.] secũda pars. [probabili iudicio] i. vulgari. s. ferro candente, vel hmõi. & ẽm hoc derogatũ est huic. c. sicut diximus, & in hoc sensu introductũ est à magi. Gratian. Alio modo põt exponi, videlicet ꝓbabili iudicio. i. ecclesiastico. s. per iuramentum, & ꝑ testes. & ẽm hoc nõ est derogatũ huic c. ¶ Sed surgit quæstio.
1 † Vtrum laicus possit compelli per episcopũ ad purgationem sicut & clericus, & vr̃ ꝙ sic ex præsenti. c. 2. extra de purg. c. c. nos inter. vbi simpliciter loquit̃ te. inter parochianum clericum à laico. ¶ In oppositum vr̃. quia laicus subijcitur iudici seculari, non ecclesiastico. ergo non vr̃ ꝙ possit compelli ꝑ ecclesiasticum episcopũ ad purgationẽ. ¶ Respondeo. hic sunt varię opiniones. quidã dicũt sicut facit Ber. q̃ in gl. præfati. c. nos inter. distinguit, ꝙ aut crimen ecclesiasticũ puta hæresis, & vsura vel ẽt rõne misturæ est tale, ꝙ de eo põt ecclesiasticus cognoscere, quale est crimen sacrilegij, incestus, & similia, vt traditur. in c. cum sit gñale. de fo. comp. Et in hoc casu est conclusio. ꝙ episcopus põt laicum ad purgationem cõpellere & ei purgationẽm indicere, patet quia de tali crimine põt cognoscere. aut tale crimen nõ est ecclesiasticum, nec mistũ, & tũc aut talis eps habet super laicũ iurisdictionẽ tẽporalẽ, vtpote qa talis laicus est de dñio tpali ecclesiæ: tunc sequitur secũda conclusio. ꝙ tali laico põt eps indicere purgationẽ. patet conclusio. ex. c. licet ex suscepto. de fo. comp. & in c. cum io. de fi. instr. & in c. si duobus. extra de appe. Aut laicus non est de dominio tpali ecclesiæ, tunc est. 3. conclusio ꝙ eps tali laico sup crimine ꝙ non est ecclesiasticũ, aut mistum nõ põt indicere purgationem. patet conclusio. quia non põt episcopus de tali crimine contra laicum illũ cognoscere. istam opinionẽ sequit̃ Inn. qui probat, ꝙ purgatio non indicitur nisi deficiente probatione. ergo illius criminis cuius probationes recipere non põt. qa nõ habet cognitionẽ purgationẽ indicere nõ poterit. Alia opinio est dñi Arc. in 3. de consue. li. 6. qui tenet contrariũ, dicẽs, ꝙ nõ videt rõnem distinctionis criminum. Primò quia episcopus, qui subditorum suorum crimina nõ corrigit magis est dicendus canis impudicus, quam episcopus. 83. distin. nemo. & 1. quæst. 7. qui nec. ¶ Secundò quia dicta decretalis nos inter: generaliter loquitur & non distinguit inter crimina. ergo generaliter est intelligenda. ¶ Tertiò quia opinatur, quod omne crimen est ecclesiasticum, & hãc opinionem Archidia. tenuerunt etiam aliqui alij. vt Matthæus in cleme. de offic. ordi. & Alanus. sed Hostien. concordat has opiniones sic. ꝙ prima opinio sit vera quantum ad temporalem pęnam imponendam. alias frustra videretur commissus gladius domino tẽporali, si ratione cuiuslibet criminis tota iurisdictio ad ecclesiasticũ pertineret. vnde ecclesia non cognoscit de crimine laici, nisi sit de suo dominio tẽporali, vel nisi sit ecclesiasticum, vel mistum, vel nisi in defectum iustitiæ secularis vel ratione pacis, aut iuramenti, vel ex simili causa per quam laicus efficiatur de foro ecclesiastico. de quibus per doctores in capit. licet ex suscepto. de foro competenti. ¶ Secunda vero opinio. scilicet Archidia. & sequentium habet locum quo ad pœnam spiritualem, & pœnitẽtiam. quia quo ad hoc de quolibet peccato mortali spectat cognitio, examinatio, & correptio

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio.

Opponit in contrariũ. Respõdet.

Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

Tertia cõclusio.

Archid.

Matthæ. Alanus. Hostiensi.

ptio ad ecclesiasticum, de quo si quis infamatus est inquiret. vt in cap. primo de officio ordinarij, & si probari non potest indicet purgationem. Et hanc sententiam videtur Ioan. Andræas. & domi. Antonius sequi. & per hæc patet ratio ad solu-
2 tiones argumentorum. ¶ Sed hic surgit quæstio. † quota manu purgabitur laicus. ¶ Respondetur iuxta. Hu. hic quod simpla manu, sicut subdiaconus, & reliqui inferiores clerici, qui in multis habentur ad similitudinem laicorum, argument. 5. quæstione. 6. quia iuxta. [presbyteri de adulterio. [inter se commisso. Et idem est de quolibet alio crimine, quod inter se aliqui commisissent. Hug.

Ioan. An. Antonius. Quæstio.

STatuit. Sequitur tertium capitulum eiusdem cōcilij, in quo summa est. quod si duo infamati sunt de adulterio, & negant, & petūt vnus pro vtroq; se diuino iudicio purget, admittitur cū ista conditione, quod conuicto ambo teneantur rei. Breue est. Lege tex. ¶ [Statuit duo. [masculus & fœmella. Hu. [de adulterio.] inter se commisso. Hugu. [accusati]. i. infamati. Hugo. & Archidiaco. [orant]. i. petunt scilicet purgatione vulgari videlicet ferri candentis, vel aquæ feruentis, vel monomachiæ, & huiusmodi, & ad hoc Gratianus inducit hoc. c. & sic est abrogatum. Hug. [vt alter illorum.] tanquam procurator. vt di. 63. tibi domino. glo. [purget vtrosque.] & hoc potest esse in
a purgatione a præsertim vulgari. sed si directo acccusaretur nō posset alter per alterum agere vel respondere, vt. 3. q. 9. absens & 5. q. 3. in criminalibus. Hug.

Expenit literam.

a ¶ In purgatione purgationes, quare sint inductæ, vide Petr de Anc. in ca. significast. n. 8. de adu.

SI episcopo. Quartum. capi. & est eiusdem concilij statutū. summa est, qđ episcopus aut presbyter infamatus de pluribꝰ criminibus, de singulis se debeat purgare, q si defecerit in purgtione quinquennio à liminibus ecclesiæ debet arceri. breue est Lege. ¶ [Si episcopo ꝓ singulis, de criminibꝰ sibi imputatis. Hug. [celebrare & cōicare.] abrogata sunt oīa ista. Hug.] quinquennio.] sed hodie deponitur. vt extra de simon. de hoc vnde derogatum est huic capitulo per illā dicit præsertim ea ratione. quia ecclesia non debet tanto tempore vacare pastore, nec præbēda vel beneficium ecclesiasticum debet vacare vltra sex menses, vt extra de cōcess. præben. c. nulla. vel dicendum quod hoc capitulum concordat cum decretali, quia presbyterum per quinquennium suspendere, est ipsum perpetuo remouere, quia ecclesia nō debet tanto tempore, vt dictum est ſm Hu. ad hoc extra de cleri. non resi. qualiter. Arc.

Illud vero. §. est. s. in c. presbyter. & c. omnibus habitum est, quod clerici sunt compellēdi ad purgationem. sed quia illa duo capitula mandastis. & c. auditum. videntur contradicere sicut magister superius allegauit, ideo ea hic determinat. Hug. & Arc. q. dicentes. ꝙ per exemplum, quod ibi fecit papa nō vult alijs legem præscribere. Verum intellige dictum magistri bene, qm̄ si intelligat, ꝙ papa ibi loquatur de successoribus verum dicit. Si vero intelligat, ꝙ papa loquatur de omnibus alijs clericis indistinctè, ita qđ nullus eorum cogi posset ad purgationem, malè diceret, quia capitula supra dicta quæ sunt à summis pontificibus tradita, dicunt contrarium. si verò intelligat ꝙ etiam nullus clericus sit cogendus ad purgationem, nisi præcesserit infamia, quę sufficiat ad purgationem indicendam, verum etiam diceret.

¶ Quæstio Quinta.

2 *Testimonium non tenetur ferre homo si non requiritur, & celatio veritatis nulli sit damnosa.*
3 *Subditus requisitus authoritate superioris an tenetur ferre testimonium. & num. 4.*
5 *Homo quando teneatur ad testificandum.*
8 *Testimonium vnius sufficit in aliquibus casibus.*
10 *Testimonium duorum an semper sufficiat.*
11 *Casus in quibus desiderantur plures testes, saltem tres.*

Diuisio.



QVod vero. Hic incipit quinta quęstio. Et diuidit in duas partes secundum Archidiacon. in quarum quæritur, an ad condemnationem alicuius sufficiant duo legitimi testes, & probat ꝙ sic, vsque ad. §. ex præmissis. in versi. porro. Contrarium probat per duas authoritates. Ioan. de. & Archidi. ¶ Pro pleniori intelligētia huius materiæ veniunt hic quatuor quærenda.

1 ¶ Primum est, vtrum ad testimonium ferendū hō teneatur.
6 ¶ Secundum est, vtrum liceat homini testimonium ferre de his quæ secreto ei sunt commissa.
7 ¶ Tertium est, vtrum testimonium vnius sufficiat.
9 ¶ Quartum est, vtrum sufficiat duorum vel trium testimonium ad condemnationem cuiuscunque personæ, aut ad expeditionem causarum.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quod homo non tenetur ad testimonium ferendum. primo sic. Ad ea quæ sunt de necessitate salutis omnes tenentur, sed clericis & sacerdotibus prohibetur ferre testimonium in causa sanguinis. vt di. 50. si quis. & di. 51. aliquātos. & extra ne cle. vel mo. c. sententiam. vnde canon Fabiani papæ. j. eo. q. 7. sicut sacerdotes vel reliqui clerici à laicorum excluduntur accusatione, ita & ab illorum sunt excludendi accusatione. ¶ Secundò sic. dicit synodus Eugenij papæ. 14. q. 2. quanquam testimonium sacerdotum credibile habeatur, tamen in ipsis secularibus negotijs pro conficiendis instrumētis ad testimonium non cogentur, quia eos talibus rebus interesse non conuenit. ¶ In oppositum videtur esse Aug. ad Casulanum dicens, qui metu cuiuscunque potestatis veritatem occultat, irā Dei super se prouocat, qa magis timet Deū, quā hominem. & j. vterque reus est. & qui veritatem occultat, & qui profert mendacium. quia ille prodesse non vult. & iste nocere desiderat. ratione sic. Rationalis creatura humana debitrix est bonitati, & debitrix est etiā veritati, & sicut debet pro loco & tempore confiteri veritatem, sed testimoniū non est aliud, quam veritatis confessio, ergo quilibet tenetur pro loco & tempore testificari pro quocunq;. ¶ Respondeo dicēdum sub certis conclusionibus iuxta S. Tho. in 2. 2. Aut. n. requiritur testimonium alicuius aut non. Si non requiritur, & celatio veritatis nulli est damnosa ponitur ista prima conclu-
2 sio. † quod in tali casu non tenetur homo ferre testimonium, isto modo dicit Au. in quæstionibus Gen. ꝙ Abraam dicens de vxore sua. soror mea est, veritatem velari voluit, nō mēdacium dici. si vero requiratur testimoniū subdistinguitur, quia aut superioritate superioris, aut nō. si sic, tunc est conclusio se-
3 cūda. † ꝙ subditus requisitus authoritate sui superioris cui in his quæ ad iustitiam pertinent obedire tenetur, obligatur testimonium ferre in his, in quibus ſm ordinem iuris testimonium ab eo exigit, puta in manifestis, & in his de qbus infamia præcessit. ista conclusio est manifesta, imo potest cōpelli vt dicit Ray. & dominus Vlri. per censuram ecclesiasticam. i. per sñiam interdū excōicationis, vel suspensionis, & hoc in ciuilibꝰ, vel cū de crimine ciuiliter agit. Si vero de crimine agit non debet cogi, nisi fortè in crimine falsi, vt quidam dicūt. Si vero exigatur ab eo testimonium, in alijs puta in occultis, &
4 de quibus infamia non præcessit tunc est conclusio. 3. † quod in hoc casu hoc non tenetur ferre testimoniū. Si aūt requirat testimonium non tñ authoritate superioris, cui obedire tenetur, tunc distinguendū est, qa aut testimonium requirit ad liberandū hoiem, vel ab iniusta morte seu pœna, quacunq; vel
5 à falsa infamia vel ab aliquo dāno, tunc sit ista conclu. 4. † ꝙ homo tunc tenetur ad testificandū. ista cōclu. est S. Tho. cui dñs Vlri. concordans ait, sine quibus non pōt aliqua res ꝓbari tenent potius testimoniū perhibere, cū sine suo dāno possunt, ꝙ si ꝓp defectum probationis permittant proximū suū rem suam perdere, quia æqualiter contra charitatem est proximū lædere omissione, vel cōmissione, hæc ille. ista conclusio est etiam Alex. de ha. in 3. & probat eā sic de lege naturali & euangelij, quilibet tenetur alij facere quod sibi vellet fieri, sed si aliquis periclitaretur in persona propter defectū testimonij veritatis vel amitteret rē suam, vellet pro se testimonium dici, ergo in consimili casu tenetur testimonium dicere proximo. ¶ Quinta cōclu. iuxta S. Tho est, quod si etiam eius testimoniū nō requirat tenet facere ꝙ in se est, vt veritatē denuntiet. alicui, qui ad hoc posset prodesse, dr̄. n. in psal. *Eripite pauperem, & ægenum de manu peccatoris liberate. & Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. & ad Ro. 1. dr̄ Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiā qui cōsentiunt facientibus. vbi dicit gl. consentire est tacere cum possis arguere. ista conclusio est etiam Alex. de ha. in 3. qui dicit, ꝙ cū confessio veritatis requiritur in testimonio ad purgationem innocentię, si pro defectu testimonij veritatis cōdemnaretur innocēs pro nocēte tenetur quilibet ferre testimoniū illo pcepto quo dicitur. Erue eos, qui ducūtur ad mortem, & qui trahuntad interitum liberare ne cesses. Proue. 24. si vero requiratur testimonium super his, quæ pertinēt ad condēnationē alicuius sit

Primū ar.
Secūdū ar.
Oppositū contrariū.
Respōdet S. Thom.
Prima cōclusio.
Secūda cōclusio.
Raymūd. Vlrichus.
Tertia cōclusio.
Quarta cōclusio. S. Thom.
Alexāder de halis.
Quita cōclusio. *Psal. 81. a
Alexāder de halis.

Sexta conclusio. S. Thom. cõclusio ista.6.Non tenetur in his aliquis ferre testimonium nisi cum à superiori suo compelleretur ſm ordinem iuris.patet cõclusio quia vt dicit S.Tho.si circa hoc occultaretur veritas,nulli ex hoc speciale damnum nascitur, vel si immineat periculũ accusatori non est curandum:quia ipse se in hoc periculo sponte ingesit Alia.n.est ratio de reo cui periculũ imminet eo nolente.hæc san.Tho.¶ Ad rationes in contrariũ. Ad primam respondetur negando consequentiam . quia licet operari vel cooperari ad occisionem hominis non competat ministris altaris,& per consequens ſm iuris ordinem compelli non possint ad ferendum testimoniũ in causa sanguinis: nõ propter hoc sequitur, ꝙ in alijs non teneantur ferre testimonium vbi necessitas exigeret. ¶ Ad secundam respondetur. ꝙ verum est quod non cogentur per iudicem secularem: sed per ecclesiasticum bene:quando propter defectum probationis res proximi amitteretur.

Ad primũ argu. Ad secũdũ

Primũ ar. 6 Ad secundum. sic proceditur. † Et videtur ꝙ nõ liceat testimonium ferre de his: quæ ei in secreto sunt commissa.Nulli licet fraudulenter ambulare sed dicitur Prouerb.11.& 5.q.5.qui ambulat.Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est: celat amici commissum.ergo non est licitum alicui ferre testimonium de his quę sibi secreto sunt commissa.¶ In cõtrarium est quod.5.e.q.3.c.si peccauerit determinatum est: ꝙ denuntiatio occulti criminis poterat fieri sine prȩuia admonitione: qñ tale esset peccatum occultum: quod poterat in re publica generare graue damnum spirituale,siue temporale.¶Respondeo dicendum iuxta sanc. Tho.in.2.2.vbi.s.sub distinctione. qñ aut petitur testimonium ferre de his quæ homini sunt cõmissa in secreto per confessionem & tunc est conclusio prima:ꝙ de his nullo modo debet quis ferre testimonium . patet conclusio.qñ huiusmodi nõ scit homo vt homo . sed tãquam Dei minister, & maius est vinculum sacramenti quolibet hominis præcepto, aut petitur ferri testimonium de his quæ aliter homini sub secreto committuntur . & tunc est distinguendum,qñ quandoq; talia sunt quæ sunt in nocumentum proximorum spirituale vel corporale, puta si aliquis occulte tractet quomodo ciuitas tradatur hostibus,vel si hereticus priuatim homines à fide auertat . & de istis conclusio.2. ꝙ talia cum ad notitiam hominis veniunt,homo manifestare tenetur vel testificando,vel denuntiando.vnde contra hoc debitum obligari non potest per secreti commissum, quia in hoc frangeret fidem,quam alteri debet.aut sunt talia de quibus petitur ferri testimoniũ,quæ nullus prodere tenetur, vnde potest obligari ex hoc,quod sub secreto committũtur, & de talibus est cõclusio tertia,quod nullo modo tenetur ea homo prodere etiam ex præcepto superioris, patet cõclusio ꝗa seruare fidem est de iure naturali, nihil autem potest præcipi homini,contra id quod est de iure naturali.

Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. S. Thon. Prima cõclusio. Secũda cõclusio.

Primũ ar. 7 Ad tertium. Sic proceditur.† & videtur quod testimoniũ vnius sufficiat. primo sic arguitur populus, eo,quod in diuinis promissionibus nõ credidit Moysi.ergo & multo magis arguendus est,si in humanis actibus nõ crederetur testimonio Moysi.ergo in casu potest sufficere testimonium vnius testis.¶Sedundò idem arguitur ex.c.paruulos.de cõse.di.4.&.c.cũ itaq;. vbi creditur testimonio vnius,an aliquis sit baptizatus,& an ecclesia sit cõsecrata. ¶Tertiò testimonium vnius sufficit in denuntiatione charitatiua.vt extra de testi.in omni.ergo &c.¶ In oppositum est c.præsens.vbi multiplici authoritate ostenditur in ore duorũ vel trium stat omne verbum.¶Respondeo dicẽdum sub duabus conclusionibus.Prima est,quod regulariter testimonium vnius non sufficit,nec vni soli testi est credendum. ista cõclusio primo patet lege diuina.dicitur.n.Num.25. ad vnius testimonium nullus damnabitur.item Deut.19. Non stabit testis contra aliquem . quidquid illud peccati vel facinoris fuerit. ¶Secundò patet cõclusio lege humana. dicitur.n. extra de testi.c veniens.1.quod testimonium vnius non sufficiat ad condemnationem alicuius.Vox.n.vnius vox nullius. itẽ in ca.cũ à nobis.e.ti.de testi.dicit Inn.3.canonica & ciuilia iura sequẽtes districtius inhibemus , ne vnius iudicio.i. testis quantæcunq; fuerit authoritatis verbo credatur in causis &c. ¶ Secunda conclusio.† qđ in aliquibus casibus sufficit testimoniũ 8 vnius.ista conclusio patet . Sunt.n.multi casus in iure de hoc & bene.14: pronumerantur in summa,quæ dicitur directoriũ iuris.¶Primus casus est in papa, cui nudo verbo creditur ratione authoritatis,maximè in spiritualibus. extra de testi.ca. cum à nobis.nec in litera sua subscriptio requiritur, nec contra hoc probatio admittitur.ar.C.de testa.l.omniũ . quod verum est de literis simplicibus.quia in priuilegio subscribũtur cardinales.12.q. cum redẽptor.& 35.q.9.quod quis. ſm Ber. & Host.in c.cum à nobis.& assertioni cardinalis ſm cõsuetudinem curiæ statur de his quæ dicta sunt coram eo , vel acta. ar.extra de app.constitutus.2. vbi hoc no.Host.& hoc facit ꝓ rogatiua honoris.extra de offi.dele.c.si.li.6. in alijs autem nõ creditur.in extrauagan.Bonifacij in §.asserenti.¶Secũdus casus est,quando quæritur. vtrum instrumentum sit confectũ per manum alicuius tabellionis , quia soli tabellioni creditur in hoc casu.C.de fal.l.si quis decurio . ¶ Tertius est in his in quibus nulli paratur præiudicium vt cum quæritur an sit aliquis baptizatus vel ecclesia consecrata.de conse.dist.4. paruulos.&.c.cum itaq;.dum tamẽ sit testis christianus. quia iudęo vel pagano non crederetur.ſm Io.ibidem.¶Quartus est vbi testator hoc expressit.ff.de dote ꝓleg.Theopõpus.¶ Quintus.est vbi interuenit consensus partium ar.C.de fideicõmiss. l.vlt.¶Sextus casus est vt matrimoni.impediatur contrahẽdum nisi,vt dicit Host.iam firmatũ sit iure. extra eo. de testi. c.super.e.§.fi.¶Septimus est quando quæritur, an aliquis sit de crimine emẽdatus.statur.n.testimonio sacerdotis.extra de testi.c.testimonium.& extra de sim.nemo.¶ Octauus est in denuntiatione charitatiua per vnum etiam probari potest,ꝗa aliter probari nõ potest.s.e.q.3.si peccauerit & extra de testi. c.in omni.¶Nonus est in iuramenti delatione. extra de testi. in causis.& extra de iureiu.c.vl.¶Decimus quando quæritur de alicuius conscientia.extra de testi.c.cæterum.&.c. tam literis.& de sen.excom.si vero.& de homi.c.significasti.1.§. fin. ¶Vndecimus est si vnus testis non facit probationem plenã inducit in præsumptionem.86.di.tanta.& 28.di. de Syracusanæ.& 33.q.4.inter.vel cum fama sufficit, extra de testi. præterea.&.c.fi.¶ Duodecimus cum quæritur, an aliquis decessit contritus.26.q.6.qui recedũt.&.c.seq.¶ Decimus tertius cũ probat quis per vnum testem ex proprio iuramento causam suæ absentiæ.extra de procura.ex insinuatione. & 8.q.3. talia. ¶ Decimus quartus est in muliere volente nubere incognita veritate mariti peregre profecti, quæ si habet vnum testem illi soli credendum est.C.de repud.auth.hodie.& extra de spõsa.c.in præsentia.& extra de secũ.nup.in c.dominus . & ibi B. & Hostiẽ.& P.extra de testi.licet vniuersis . distinguit etiam hic magi. Alex.de ha.in 3.dicens.quod duplex est status.vnus est in forma iudicij,& in illo(vt dictum est in conclusione prima)non creditur regulariter vnius testimonio. Alius est extra iudiciũ & in illo statu vnius probat personæ testimonio creditur sicut habetur di.86.c.tanta. vbi papa credidit cuidam abbati de delicto cuiusdam episcopi . & eum grauiteer punisset nisi simplicitati & senectuti pepercisset. ¶ His habitis dicendum ad rationes. Ad primam respondetur iuxta Alexã. de halis,quod non arguitur populus eo quod non credidit homini soli . sed ex hoc quod non credidit Deo confirmanti verba Moysi sequentibus signis. vnde Nume.14. vsque quo detrahet mihi populus iste,quousque non credet mihi in omnibus signis quæ feci coram eis dixit ad Moysem. ¶ Ad alias duas patet solutio ex dictis.Sunt.n.casus speciales in quibus vnius testimonio creditur vt supra dictum est.

Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. Prima cõclusio. Secũda cõclusio. Primus casus. Secundus casus. Tertius casus. Quartus casus. Quintus casus. Sextus ca. Septimus casus. Octauus casus. Nonus.ca. Decimus casus. Vndecim⁹ casus. Duodecimus casus. Decimus tertius. Quartus decimus. Alexãder de halis. Ad primũ argu.

9 Ad quartum Sic proceditur.†Et videtur quod testimonium duorum vel triũ non sufficiat.primo sic legitur.3.Reg.21.quod Nabath ad dictũ duorum vel trium falso condemnatus est . ergo duorũ vel trium testimonium non sufficit.¶Secundò sic.ꝟ.e.q.præsul. est canon beati Syluestri.præsul.non damnetur,nisi.72. testib⁹.presbyter autem cardinalis nisi in 44.testibus nõ deponatur diaconus cardinalis vrbis Romæ,non nisi in 72.testibus non condemnabitur.sed maius periculum est peccatũ eius.qui in maiori dignitate constitutus est,& ita minus est tolerandum. ergo nec in aliorum condemnatione sufficit duorum vel trium testimonium.¶In oppositũ est.c.præsens . vbi ponũtur tres authoritates ad hoc,vna veteris legis,alia Christi in euãgelio, & alia apostoli Pauli.¶Respondeo dicendum,quòd testimonium duorum vel trium sufficit.ista conclusio patet authoritate diuina,dicitur.n. Deut.17.in ore duorum vel trium peribit qui interficietur in terra.item.ꝟ.19.in ore duorũ vel triũ stat omne verbum.item ad hoc sunt aliæ authoritates positæ in c.præsenti.Pro declaratione huius conclusionis est notandum iuxta S.Th.in 2.2.q.70.ar.2.quod ſm philosophum.1. Ethicorum certitudo non est similiter quærenda in omni materia,in actibus.n.humanis super quibus constituuntur iudicia, & exiguntur testimonia,non potest haberi certitudo demonstratiua,

Primũ ar Secũdũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. S. Thom.

monstratiua,eo quod sunt circa contingenda & variabilia, & ideo sufficit probabilis certitudo quæ vt in pluribus veritatē attingat,& si in paucioribus à veritate deficiat.Est autem probabile,quod magis veritatem contineat dictum multorum, quam dictum vnius,& ideo cum reus sit vnus qui negat quādoq;,sed multi testes asserūt, idem cum actore rationabiliter institutū est iure diuino,& humano, quod dicto testium stetur.Omnis autem multitudo in tribus cōprehenditur.s. principio medio,fine. vnde ſm philosophum primo de celo. omne & totum in tribus ponimus.ternarius quidem asserētium constituitur cum duo testes cōueniunt cum actore. vnde ad conuincendum aliquem de crimine seu ad causæ decisionem requiritur binarius idoneorum testium, vel ad maiorem certitudinem vt sit ternarius,qui est multitudo perfecta in ipsis testibus.vnde & Ecclesiast.4.dicitur funiculus triplex difficile rumpitur. (August.) Au.super illud Io.8.duorum hominum testimonium verum est.dicit in hoc est trinitas per mysterium commendata,in qua est perpetua firmitas veritatis. concordat dominus (Vlrichus.) Vlrichus in summa sua,quam subtiliter deducit & ꝓbat.Ait.n.dicens numerus testium est,quem præscribit lex diuina.s.quod in ore duorum vel triū stabit.i. stabilis veritatis, reputabitur omne verbum.i.dictum & consentit huic lex humana,tanquam deriuata à lege diuina, quæ est etiam lex naturalis,& ideo habet rationem naturalem, & diuinam. Ratio diuina est quando plures concordant in vno negotio & in omnibus circunstantijs eius.tunc collegit eos in hoc veritatis que non dispergit,sed colligit.ſm illud Matt. 9. Qui non colligit mecum,dispergit,& ideo hoc dictum super veritatem diuinam ineffabilem fundatur:& hoc est quod ipse dicit Mat.18. Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quācūque petierint,fiet illis à patre meo:vbi.n.sunt duo,vel tres cōgregati in nomine meo &c. de hoc autem non habetur certitudo ex testimonio vnius.Ratio vero naturalis est,qa vt dicit (Diony.) Dionysius veritas vni & error disgregat.vnde cum aliqui diuisi sunt in testimonium alicuius negotij & in omnibus particularibus circunstantijs eius , patet quod non errant in testimonio eius,sed veritati inhærent . vnus autē potest infinitis rationibus à vero siue scienter siue ignoranter deuiare. hæc ille.¶ (Ad primū argu. S. Thom.) Ad rationes in oppositum iam dicēdum est.Ad primam respondetur negando consequentiā.Et ratio est iuxta S.Tho. quia licet quantacunq; multitudo testium determinaret posset quandoq; testimoniū esse iniquum cum scriptū sit Exod. 23.Non sequaris turbam ad faciendum malum,non tamen ꝓpter hoc,quia non potest in talibus infallibilis certitudo haberi , debet negligi certitudo,quæ probabiliter haberi potest ꝑ duos vel per tres testes,vt dictum est.¶ (Ad secūdū S. Thom.) Ad secundam respondetur iuxta S.Th.quod illud locū habet specialiter in episcopis presbyteris,diaconibus,& clericis Romanæ ecclesiæ,propter eius dignitatē., hoc triplici ratione. primo quidem ꝙ in ea tales institui debent,quorum sanctitati plus credatur, quā multis testibus.¶ Secundò quia homines qui habent de alijs iudicare,sæpe propter iustitiam multos aduersarios habent. vnde non passi credendum est testibus contra eos,nisi magna multitudo conueniat,tertio quia ex condemnatione alicuius eorum derogaretur in opinione hominum dignitati illius ecclesiæ, & authoritati . quod est periculosius quā in ea tolerare aliquem peccatorem,nisi valde publicum & manifestum , de quo graue scandalum oriretur.S.Th.concordat (Alexāder de halis. Vlrichus.) Alex. & Vlrichus.& cōmuniter doctores.Lege te.¶ (Exponit literam.) [Quod vero in euangelio].s.Io.8.[in lege vestra.]Deut.17.[In ore duorum &c.argumentatur.]efficaciter.n.dominus arguit contra Iudæos. & est ar.à minori.nam si duorum hominum qui habent cognitionem paruam & possunt habere effectionem distortam,verum testimonium est.i.sufficiens reputatur ad credendum in veritate,multo fortius Dei patris,& filij,qui Christus est quorum veritas infallibilis est,& in quibus non potest cadere defectus aliquis est magis susceptibile,& firmum reputari ad credendum.s.ꝙ Christus est Dei filius verus Deus . pater quidē testificauit.in psal.2.vt introducit Apostolus.ad Heb.1.filius meus es tu,ego hodie genui te.& Matt.3.hic est filius meus. ipse quoq; Christus testificauit se esse filium Dei patris , qꝛ ait Io.16.Ego exiui à patre,per æternam generationem . & veni in mundum,qui etiam ait Io.5.de se loquens.quæcunq; pater operatur,hæc eadem similiter filius operatur.& Ioan.3.pater diligit filium.qui Io.10.ca.ait.ego & pater vnū sumus. vnum ait propter vnitatem substātiæ.Sumus ait, propter distinctionem eorum in personis.vt alia sit persona patris,alia filij,& in his destruit hæresim arrianorum negantium esse vnitatē. Cōfundit etiam perfidiam Sabellianorum,qui confundunt personas dicentes vnam personam esse patris & filij , quorum errorem Christus destruit in suo valido argumēto . nam si duorū vel trium hominum testimonium verum est,ſm legē multo magis verum est testimoniū duorum.s. patris , & filij.nam si non essent duo pater & filius,nō curreret argu.legis:quod nephas est dicere . ergo verum est.& in veritate credendum ꝙ pater & filius sunt duo.non in natura , sed in personis. [item
10 Paulus].2.ad Cor.42.ad heb.10.¶ (Quæstio) Sed hic surgit q. † vtrum semper sufficiat testimonium duorum . Ad hoc respondetur ꝙ sunt plures casus in quibus desiderantur tres testes ad minus,vt partim gl.tangit, & plenius Archi. primus est quando
11 imperitus literarum cōtrahit in scriptis. C.si cer.pe.l.fin.† secundus est in instrumento de quo fit comparatio literarum. C.de fin.instru.l.penul. tertius quādo pater legitimat filium naturalem in instrumēto publico.in aut. vt liceat ma. & auię. §.ad hoc. Quartus quando mulier confitetur se aliquid recepisse pro intercessione.C.ad velle.antique. Quintus quando quis vult infirmare testamētum quod fecit post transcursum decennij. C. de testa.l.sancimus. Sextus in inuentario.C.ad le.falci.aut.sed cum testator.Septimus est in priuata scriptura vt fidem faciat.C.qui po.in pig.hab.l.scripturas.Archi.

PLacuit (Diuisio.) Inducit Gratia.ad idem hoc.ca.quod est cōcilij Bracharen.Et diuiditur in duas partes . In prima dicit ꝙ ad conuincendum clericum fornicatorem duo testes sufficiunt . in secūda ponit ꝙ accusator non probans puniatur pœna talionis.secunda ibi, ꝙ si. Lege. ¶ (Exponit literam.) Placuit si quis clericus excommunicationem] .i.damnationem scilicet talionē. s.e.q.3.calumniator.nomine.n.excommunicationis generaliter intelligitur sentētia excommunicationis , suspensionis, & despositionis, & cuiuslibet alterius condemnationis . Hu. [secundum præceptum Apostoli].2.ad Cor.13.[ꝙ si.]secunda pars.[accipiat.]si in euidenti calumnia deprehēdatur. Hu. & Laur.& Arch.

Ex præmissis. §.est. & incipit secunda pars huius quæstionis , in qua postquam magister conclusit,ex præmissis probat duabus authoritatibus contrarium eius,quod præmiserat.Sed non sunt contra,quia vt dictum est supra ista capitula loquuntur specialiter de clericis ecclesiæ Romanæ secundum Gof.& Io.de Deo.

1 *Syluester papa an conuenienter instituerit priuilegium de clericis Romanæ ecclesiæ.quod sic.nu.2.*

3 *Priuilegium concessum clericis Romanæ ecclesiæ en habeat locum indistinctè in omnibus criminibus.*

PRæsul. Prima authoritas est ista , & est beati Syluestri papæ.in quo beat⁹ Syluester statuit circa clericos Romanæ ecclesiæ speciale priuilegium,vt.s.nō possint damnari siue de crimine (Diuisio.) conuinci nisi in certo numero testium . Et diuiditur in duas partes.In prima ponit priuilegium,quod dictum est.in secunda describit quales debeāt esse tam testes , quam accusatores, qui contra eos sunt admittendi.secunda ibi, testes.¶ (Quæstio. Primū ar.) Pro ple-
1 niori intelligentia huius.c. Quæritur.† Vtrum conuenienter beatus Syluester instituerit hoc priuilegium de clericis Romanæ ecclesiæ. et videtur quod non . Primò papa non potest statuere aliquid contra vetus testamentum & euangelium,& apostolum.vt patet.in c.sunt quidam.25.q.1. sed tā in legē veteri quam in euangelio.& in apostolo habetur,qđ in ore duorum vel trium stat oē verbum.vt in c.1.huiusmodi.ergo.&c. (Secūdū ar.) ¶ Secundò sic.si pro episcopo cardinali committēdo debeāt esse testes.72.sequitur quod pro papa debeant esse multo plures,ad minus immediate plures.s. 140. quod videtur derisorium.¶ (Tertiū ar.) Tertiò sic.episcopi sunt altioris dignitatis ,quam cardinales presbyteri,ac diaconi.sed episcopo non danł nisi duodecim compurgatores.vt in sequenti.c. ergo inconuenienter dātur presbytero cardinali.64.& diacono.72.testes. ¶ (Opponit & Respō.) In oppositum est authoritas tanti sancti.¶ Respondeo dicendum
2 sub ista conclusione.† quod beatus Syluester conuenienter instituit hoc priuilegium clericis ecclesiæ Romanæ . vt præsul. si cardinalis sit non damnetur nisi cum.72.testibus &c. Et ratio triplex de hoc est assignata ex S.Tho.s.1.arti.huiusmodi quæstionis. Assignatur etiam & alia causa.erant.n.quidam improbi.& mali,qui volentes obtinere locum in curia Romana facile prosiliebant in accusationem cardinalium, & clericorū Roma.ecclesiæ.vt illis eiectis loca eorum obtinerent, cōtra quorum improbitatem statutū est sub numero, tot testium, clericos

clericos Romanæ curiæ accusari. quia raro possunt tot testes inueniri ſm Hug. concor. Io. hist. & Arc. Nota tamen ꝙ istud licet ex causa statutum sit, non tamen causa cessante cessat priuilegium, perpetuo. n. hoc sibi vendicat Romana ecclesia ſm Hu. vnde etiam tales ordinati à papa habent alia priuilegia. ꝙ dic. vt extra de temp. or. cum in distribuendis. Arc. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. ad primam respondetur dupliciter. primo negando, ꝙ hoc statutum sit contra legem veterem, aut euangelium, siue cōtra apostolum. Et cum dicitur ꝙ ibi dicitur, quod in ore duorū vel trium. Respondetur cōmuniter. quod verbum illud intelligitur per negationē. in ore duorum. i. non paucorum. quia non paucorum, quam duorū. i. non vnius testimonio condemnetur aliquis, vel iustificet. Licet. n. sunt quædam causæ quæ plures exigant testes, quam duos. vt in cōdemnatione clericorum ecclesiæ Romanæ, & in codicillis. 5. & in testamento. 7. nulla tamen est quæ vnius tantum testimonio etiam legitimo contentetur, vnde rationabiliter sic interpretat̄ Alexā. extra de testi licet vniuersis. nō ergo negat quin plures aliquando requirantur. vel dicendum vt videtur melius & subtilius iuxta dominū Vlrichum in summa sua. qui dicit ꝙ hoc præceptum non ponit binarium vel trinarium ratione suarum specierum sed ratione sui generis, quod est numerus vel pluralitas. & ideo nō cogit ad hoc ꝙ in omni negotio sufficiāt duo, vel tres testes. sed semper seruatur hoc præceptum, dummodo non stetur testimonio vnius. & ideo ſm exigentiam negotiorū plures testes ex constitutionibus iuris positiui requiruntur sicut iam dictum est. ¶ Secūdò potest respōderi iuxta Hu. quod licet in ore duorum &c. stet oē verbum. ad hoc vt eis credatur, non tamen ad hoc vt semper sententia proferatur, non ergo dicitur in præsenti authoritate ꝙ omnis homo possit condemnari duorū vel trium testimonio. i. semper sufficiens sit testimonium duorum, vel triū tantum. sed stet. i. verum esse credatur testimonium eorum licet insufficiens, sit ad fidem faciendam iudici, tanquam iudici, ad hoc vt proferat sentētiam. Hu. quasi fortè velit dicere. Hu. ꝙ effectus condemnationis & sententiæ est introductus à iure positiuo. Et ideo respectu eius potuit disponere numerum testium & in nullo facit contra ius diuinum. ¶ Ad secundam rationem respondet gl. hic negando consequentiam dicēdo, ꝙ duo sufficiunt in accusatione papæ. & in hoc est deterioris cōditionis, quoniam ipse sine cōparatione aliorum creatus est, & ideo sine spe veniæ est condemnandus vt diabolus. de pœ. dist. 2. principium. hæc gl. ¶ Sed ista gl. videtur nobis multū stulta, & irreuerenter loqui de summo apostolico. & ideo nō est curanda. vnde respondendum est negando cōsequentiam, & ratio est quoniam de numero testium, qui requirūtur in accusatione papæ nulla fit mentio, quoniam ipse nisi de hæresi nec accusari nec iudicari potest. vt canūt sanctorum patrum. canones. & s̄. circa. c. si papa. dist. 40. disputatione nostra disputauimus. Vnde vt ipse Syluester in concilio præsidens inquit, nemo iudicabit primam sedem, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari, quia nec à clero, nec à rege, nec à populo aliquo iudex iudicabitur, & subscripserunt se. 284. episcopi, & 45. presbyteri, & duo diaconi. & Augustinus cum matre vt colligitur ex libro antiquo conciliorum, & summorum pontificum. & 9. q. 3. habetur per multa capitula eadem sententia. Cū vero veniret accusandus, aut iudicandus, vt à fide exorbitans non paucioribus testibus iudicaretur, quam alij minores. vnde nec tunc fieret deterioris conditionis. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quia hoc est speciale priuilegium clericorum Romanæ ecclesiæ. vt dictum est iuxta Hu. & Gof. Lege. ¶ [Præsul]. i. episcopus cardinalis. [non condēnabitur.] Surgit hic quæstio.
3 † vtrum hoc priuilegium habet locū indistinctè in omnibus criminibus. Ad hoc videtur respondendum iuxta dominum Arch. ꝙ hoc priuilegium habet locum cum accusatur de criminibus, quæ commisit postquam fuit priuilegiatus. i. assumptus in clericum ecclesiæ Romanæ. secus autem si de his quæ ante commisit. ff. de pœn. l. 1. [testes autem &c.] secūda pars. [infamia.] de testi. habes extra de testi. super eo. &. c. testimonium & de except. denique. & j̄. e. q. 7. testes. & 6. q. 1. qui crimen. de accusatoribus. i. denuntiatoribus habetur extra. de testi. cog. prætereà. & de accusa. sicut olim. accusatores autem, qui propriè suam iniuriam prosequuntur, non repellunt̄ propter infamiam. 4. q. 6. omnibus. & Petr. & Archi.

Ad primū ergo.

Vlrichus.

Ad secūdū

Cōtraglossatores.

Ad tertiū. Exponit literam. Respōdet.

NVllam. Hic est secunda authoritas, & est Leonis papæ. 4. quod in duas partes diuidit̄. In prima parte ponit numerum iudicum, & testium, qui ad condemnationem cardinalis episcopi requiruntur. in secunda statuit, quod episcopus ab alio quam à papa inuitus non iudicetur. secunda ibi, & si inter eos. Lege. ¶ [Nullam dānationem episcoporum] scilicet cardinalium de quibus dicunt intelligi hoc. c. Hug. & Bar. B. hispa. & gl. hic. [aut certe] . i. & hi. [sententia]. i. causa. [probato.] crimine. Hug. & Arch. [& prius.] ar. s̄. e. q. 1. in primis. & 4. q. 3. iurisiurandi. Hu. [nil falsum.] alibi habetur. quod debent dicere veritatem pertinentē ad illud negotiū. vt. 3. q. 9. hortamur. de quo plenius in gl. [& si inter eos.] secunda pars adhuc loquitur generaliter tam de his episcopis, quam de cardinalibus. Hu. [homines]. i. ipsi episcopi iudices. Hug. [petierint] appellando. Hu. nota modum appellandi. Nam si quis episcopus dicat volo, quod papa de cā mea cognoscat, volo ab ipso audiri. hoc verbum habetur pro appellatione. vt hic. & j̄. eod. q. 6. quoties. B. Contra hoc opponitur de. cap. vt debitus. de app. & de. ca. cordi. eod. ti. libro. 6. sol. dicit Archid. quod tenendum est, quod ibi hodie habetur. quæ decretalis secundum Hostiens. tantum locum habet in appellatione facta ad papam, vt patet ibi. Archid.

Diuiſio.

Exponit literam.

Sed hoc. §. est. & potest esse tertia pars quæstionis, in qua soluit contrarietatem præcedentium authoritatum, quidquid dicat Gratianus. ista vera solutio. quod tantum illud intelligitur ob causam prædictam de clericis ecclesiæ Romanæ.

¶ *Quæstio Sexta.*

6 *Appellatio debet fieri gradatim.*
12 *Prosecutio appellationis debet fieri infra annum regulariter.*



SEquitur. Hic incipit & intitulatur 6. q. s. an appellationi illius, qui tantum causa dilationis appellat sit deferēdum. Addit etiam magister Gratia. alium articulum de quo non fecerat mentionem in themate. s. quo remedio causa vitiata subleuetur. Et diuiditur hæc quæstio in 8. partes. In prima probatur per nouem authoritates sanctorum patrum, quod quantumcunque quis grauatus fuerit poterit appellare, & tenebit eius appellatio. secundum Ioan. de. Arch. aliæ partes assignabuntur in processu quia hic tractatur de appellatione. Pro pleniori intelligentia dicendorum, quærendum est summariè de pluribus.

Diuisio. Vide idem plene. de appel. quo modo qui à quibus & quo tēpore fieri debeant Quæstiones.

1 ¶ Primò, vnde appellatio originem habuit.
2 ¶ Secundò, quid sit appellatio.
3 ¶ Tertiò, qui possunt appellare.
4 ¶ Quartò, à quibus sit appellandum.
5 ¶ Quintò, ad quos sit appellandum.
6 ¶ Sextò, quando sit appellandum.
7 ¶ Septimò, vbi sit appellandum.
8 ¶ Octauò, quoties sit appellandum.
9 ¶ Nonò, qualiter sit appellandum.
10 ¶ Decimò infra quod tempus debeat fieri appellatio.
11 ¶ Vndecimò, quis sit effectus appellationis.
12 ¶ Duodecimo, quod sit officium iudicis à quo appellatur.
13 ¶ Decimo tertiò, quid sit officium eius ad quem appellatur.
14 ¶ Decimo quarto, quando necessaria sit appellatio & quando non.
15 Decimo quintò, in quibus casibus appellatio inhibetur.

1 ¶ Ad primam, qua quæritur. † vnde originem habuit appellatio. ¶ Respondeo iuxta hoc notandum, quod in vrbe Roma quandiu reges regnauerunt omnia per eos gubernabantur absque omni remedio appellandi. Regibus autē expulsis duo consules constituti sunt ad rem publicam gubernandā, & ne per omnia potestatem regiam sibi vendicarent, fuit statutū, vt ab eis prouocatio esset sicut scriptum est. ff. si quadru. pau. fe. di. l. 1. §. cum arietes. & l. 2. ff. de orig. iur. ¶ Ad secundā qua
2 quæritur. † quid appellatio. Respondetur & dicitur quod appellatio vno modo est prouocatio iniquæ sententiæ querelā continens. ff. de mino. l. præfecti. vel secundum Hu. appellatio est protestatio iniquæ vel suspectæ sn̄iæ datæ vel dandę querelam continens. vnde appellare est iniquam esse vel ferre sententiam proclamare, vel appellatio est ad audientiam maioris iudicis prouocatio, vel audientiæ maioris iudicis postulatio. vnde appellare est ad audientiam maioris, prouocare, vel audientiam maioris iudicis postulare. & ita videtur nobis essentialis diffinitio. Multæ aliæ dantur, aut per causam, aut p̄ effectus ei⁹, sicut appellatio est iuris remediū cōtra iniquitatem, [illegible] peritiam,

Respōdet Ad primā

Respōdet Ad secūdā

& imperitiam iudicantium, probatur.ff.de app.l.1.circa prin. & ff.de mino.l.præstiti.quod vero sit ad releuandum oppressos, & iniustè dānatos, patet.j.e.omnis oppressus.&.c.ad Romanam.¶ Ad tertiam quæstionem respōdetur.† ꝙ appellare potest is cuius interest.i.cuius est causa, vel qui mandatum suscipit, vt procurator, vel qui negotiū gerit, quod reus ratum habiturus est vt gestor negotiorum.vt.j.e.non solet. & extra de offi.deleg.super eo.& hoc est verum in causa ciuili. In causa autem criminali non solum condemnatus, sed etiam quilibet alius admittitur appellans pro damnato ad mortem, etiam inuito condemnato. exigit.n. humanitatis ratio in tali casu quemlibet appellantem debere audiri, siue velit siue nolit cōdemnatus.vt.ff.de app.non tantum.Et credo hoc obtinere in omni causa criminali tam ecclesiastica, quam ciuili. Hu.¶ Ad

Respōdet ad tertiā. 3

Respōdet ad quartā 4 quartam quæstionem respondetur ꝯm Hug.† quod ab omnibus iudicibus.s.tam delegatis, quam ordinarijs appellari pōt, ab arbitris autem nō, nisi sint delegati.¶ Ad quintam quęstionem respondetur ꝯm Hu.†quod semper à minori ad maiorē iudicem est appellandum, & nunquam ad minorem vel parē.

Respōdet ad quitā. 5

vt.j.eo.placuit.& si quis appellat ad minorem vel parem nullius momēti appellatio est.& si quis per errorem hoc facit.s. quod appellet ad minorem, error ei nocebit. Si vero per errorem appellat ad maiorem, sed ad alium, quam deberet vel appellat ad parem error ei non nocebit. nec præiudicat quominus cognoscat ille ad quem debuit appellari.vt.ff. de appel. l.1.§.si quis in appellatione.

6 †Appellatio etiam debet fieri gradatim.vt.j.e.anteriorum.& C.de app. præcipimus.hoc tamē non est de substantialibus appellationis.vnde ad papam omnib⁹ medijs prætermissis appellatur. vt.j.e.c.3.4.& 5.& hoc verū est in iudicibus ordinarijs.secus in delegato, in quo ꝯm quosdam sic distinguitur.vtrū sit delegatus generalis.s. ad aliquam totalem iurisdictionis vel specialis, ad vnam.s.causam.si autem sit delegatus generalis ad iurisdictionem & ad omnes causas vt si episcopus eum delegauit ab illo delegato generali non appellabitur, ad delegātem episcopum.sed ad eum quem a delegante appellaretur.s.ad archiepiscopum. vt.ff. quis & à quo app.l.2.& ratio est.quia hic idem est cōsistorum delegati & delegantis.extra de app.Romana.circa prin.li.6. Si vero sit delegatus specialis ad causam.s.vnam specialem, tunc appellabitur ab eo ad delegantem, vt.ff.quis & à quo app.liceat.l.1.& vlti.dicit tamen Archi.hoc verum esse præterquam in casu.c. si duo extra de offi.deleg.li.6.s.quādo iurisdictio subdelegata est mista cum delegata.Quod vero supra dictum est intellige in delegatis episcoporum vel aliorum præterquam in delegatis à papa in quibus aliud est.quia si delegatus à papa alium deleget ab illo secundo pōt appellari vel ad papam, vel ad primū delegatum pro arbitrio appellantis.Ad papam quidem quādo secundo delegato tota causa cōmittitur. Si vero pars vtpote audientia testium, & huiusmodi non potest appellari à secundo delegato nisi ad primum delegatū.vt extra de offi.delega. super quæstione.

Archidia.

Respōdet ad sextam 7 ¶† Ad sextam quæstionem. Respondetur communiter quod ꝯm leges appellatio debet fieri post sentētiam.& nunquam ante sententiam diffinitiuam, nisi in casib⁹ .s.quando iudex in causa ciuili vel criminali contra leges interloquitur quæstionem esse habendam.vt.j.e.ante sententiam. &.c.non solent.& extra de app.super eo.2. Secundū canones vero ante sententiam & post potest appellari, & quandocunque quis vult potest appellare lite tamen contestata.¶ Ad se-

Respōdet ad septimam. 8 ptimam.s.†vbi fieri debeat appellatio.¶ Respondetur quod coram iudice, à quo appellatur.si eius copia in publico haberi possit.ita quod non tenetur appellans eum querere in domo, vel in hortis, nec in villa suburbana. alioqui sufficit appellare coram iudice, ad quem appellatur, non sufficeret aūt si vtriusque copia in publico haberetur.§.quando appe.sit.l.1.§. dies. & j.e.q.c.anteriorum.§ biduum.versi.quid ergo.Item si per iustum metum appellare omiserit, reputabitur appellasse, dū tamen infra tempus appellandi protestatus fuerit, & causas appellationis expresserit coram iudice, à quo appellare volebat vel si eius copiam habere non poterit coram bonis personis. extra de app.c.fi.& C.qui per me.iud.non app.l.2.ff.de app.cū quædam.Et cōsulo quod fiat vbi iudex solet pro tribunali sedere vel in alio loco publico coram iudice ecclesiastico vel seculari, vel personis publicis, ita quod possit probari, vide ad hoc tex.in cle.1.de app.ar.C.de iud.l.si à pluribus. ¶ Ad octa-

Respōdet ad octauā. 9 uam cum quæritur quoties.†respondetur, quod bis tātum in eadem causa potest appellari super eodem artic.& ab eodem. s.reo vel actore.Nā reo licet appellare bis. & actori similiter bis.& ita in vna causa potest fieri quater appellatio. Itē in vna causa sunt quandoq; plura capitula siue plures articuli, & quādoq; potest actor vel reus appellare nunc in isto artic. postea in secundo.postea in tertio.deinde in quarto &c. Sed non in eodem articu.siue c.quod dicitur tantum bis appellari potest in eadem causa, intelligendum est ab vno & in eodem articu. siue c.hoc dicit Hu.continetur ergo in lege & in causa ecclesiastica non appellabitur nisi bis ab vno, & super eodem artic. illud verbum canonis.j.e.ca.quoties. quod videtur sentire in contrarium.s.quod appellent quoties voluerint postea determinabitur in suo loco.

10 ¶ Ad nonam qua quæritur.† qualiter debeat fieri appellatio.Respondetur, quod durante iudicio si. ue sedēte pro tribunali iudice potest nuda voce sine scriptis appellari tam in causa criminali, quam in ciuili.vt.j. e.§. litigatoribus.& tunc sufficit si dicatur ego appello, adiecto tamen nomine eius, ad quem appellatur.s.episcopum, vel papam.Extra iudicium vero non nisi in scriptis appellandū est.ff.de app l.à sententia.§.vlt.& si appellatur ad papā in iudicio vel extra super interlocutoria vel grauamine debet obseruari, quod habes extra.de app.cordi.libro.6.ꝯm Archi.Quæ autem sit forma appellandi, vel sub qua forma scribendus est libellus appellationis habetur.j.e.§. forma &c.

Respōdet ad nonam

11 ¶ Ad decimam qua†quæritur infra quod tempus debeat fieri appellatio.Respondetur ꝙ olim fiebat appellatio infra biduum, vel triduum. Sed hodie iure nouo authenticorum tempus.10.dierum post sententiā indulgetur ad appellandum in scriptis, & computatur decendium cōtinuum à recitatione sententiæ & tempore scientiæ ꝯm aliquos vt.j.e.ad.anteriorum.Nota etiam ꝙ pōt appellari post.10.dies imo quādocunq; placet cum appellatur à sententia excommunicationis ꝯm Io.& Vinc.sed B.contra. Sed dic vt no.extra de offic.ord.ad reprimendam.In gl.hoc ideo Ar-

Respōdet ad decimā

12 chi.†Prosecutio vero appellationis debet fieri infra annum, & si iusta causa interuenit potest differri vsq; ad biennium.vt j.ea.si quis appellat.iudex tamen ecclesiasticus. ꝯm distātiam locorum & qualitatem temporis solet restrictius tempus moderari, infra quod si appellator non fuerit prosecutus appellationem cogetur stare priori iudicio per text.extra de appe.c.

13 cū sit Romana.Hug.¶ Ad 11.qua quæritur† quis sit effectus appellationis.Respondetur quod effectus appellationis est, vt omnia permaneant in eodem statu, in quo erant tempore sententiæ, vel cum appellatum est.vt.ff.de appe.l. imperatores.si tamen appellās possessor habeatur suspectus ne dilapidet fructus poterunt fructus sequestrari. in causa vero criminali si reus qui appellauit non potest dare fideiussorem erit in custodia quousque veniat ad eum ad quem appellauit sicut factum fuit de Paulo quando appellauit ad Cœsarem. Hug. ¶ Ad 12.

Respōdet ad vndecimam.

14 qua quæritur.†quod sit officiū eius à quo appellatur.¶ Respondetur quod officium eius est vt appellanti dimissorias literas quæ apostoli dicuntur præbeat, quamuis non petat quarum formam magist. Grat.tradidit.j.ea.§.formas. Officium etiā eius est, attestationes & allegationes in priori iudicio factas & sententiam à se prolatam scribere, & litigatoribus etiā non petentibus.j.30.dies à recitatione sentētiæ offerre. vt iudex ad quem fuerit appellatum his omnibus visis plene de cā cognoscere valeat.Hu.de quo.j.eo.q.c.post appellationem.&

Respōdet ad duodecimam.

15 c.iudicibus. ¶ Ad 13. qua quærit.† quod sit officium iudicis eius ad quem appellatur.Respondetur, quod officium eius est audire allegationes partium, siue illas, quæ in priori iudicio factæ sunt siue illas, quas de nouo facere voluerint inducere, & sic sententiare, vel iam latam sententiam infirmare, vel cōfirmare.vt infra eadem.§.diffinitiua.in fin.sed tu dic vt habetur in capitu.vt debitus.extra de appe.&.c.non solum. eo. tit.lib. 6.& debet iudicare ꝯm leges, quæ erant tempore illo, quo la-

Respōdet ad tertiam decimam.

16 ta est sententia.Hug.¶ Ad decimam quartam qua quæritur. †quando appellatio sit necessaria & quando nō est necessaria. Respondetur iuxta Hu.quod necessaria est cum sententia lata tenet.necessaria vero non est, quando non tenet sententia. puta si vel lata à iudice non suo, vel sine scriptis, vel contra ius scriptum vel contra iudiciarium ordinem, vel per venalitatē, vel si est ita lata, quod non continet condemnationem, vel absolutionem & huiusmodi.¶ Ad quintamdecimam qua quæ-

Respōdet ad quartā decimam.

17 ritur.†quæ inhibeant appellationem.Respōdetur iuxta. Hu. ꝙ octo sunt per quæ inhibetur appellatio:inhibetur quidem propter authoritatem, vt à sententia domini papæ vel imperatoris vel præfecti prætorio non appellatur. sed tantum modo supplicatur.vt.11.quęs.3.cuncta.& ff.à quib.appe.non licet.l.1.& j.eo.anteriorum.si quis in quacunq;. quod ideo fit. quia appellare est sententiam iniquam esse proclamare. ergo propter excellentiam talis iudicis de quo nō licet quidquam sinistre

Respōdet ad quintā decimam

sinistre suspicari, desistitur ab illo verbo appellare & prorumpitur in verbum supplicationis. vt dignetur sententiam suam retractare. ¶ Secundò propter iudicis vilitatem, vt ab arbitro nisi sit delegatus non potest appellari. C. de arbi. l. 1. & ỷ. eo. à iudicibus. quod dic vt habetur in c. ab arbitris. de offi. deleg. lib. 6. & hoc propter indignitatem suam, cum infamis etiam arbiter esse possit, nec propriè dicitur iudex nec propriè eius diffinitio meretur dici sententia, & etiam propter pœnam statutam si non pareatur sententiæ. ¶ Tertiò propter vilitatē rei. vt si de momentanea possessione sententia feratur. vt. ỷ. e. diffinitiua. vel fortè propter vilitatem rei, quia pro modica re nō est appellādum maximè ad maximos medicos. vt. ỷ. e. §. illud. Hu. ¶ Quartò propter rem quæ dilationē non. c. vt. ff. de app. vlti. & extra de rapt. c. in literis. vt si appelletur ne fructus maturi colligantur. ar. in l. vlt. ff. quorum app. non recip. ¶ Quintò propter pactum de non appellando. ỷ. ca. q. si autem fuerit. & C. de tempo. app. l. fi. §. vbi. & ff. à quib. app. non licet. l. 1. §. 1. ¶ Sextò propter immanitatem sceleris sicut publicus latro vel homicida, vel sacrilegus, vel raptor virginum, dux factionum, concitator seditionum, appellare prohibetur. vt. ca. cum sit Romana. extra de app. e. ti. c. consuluit. & c. peruenit. & l. 2. C. quorum app. non recip. & ỷ. e. §. sunt. & ff. de app. cōstitutionis. ¶ Septimò propter contumaciam, puta si quis trinis edictis vel vno peremptorio pro omnibus citatus non venit appellare non potest. & si appellauerit appellatio eius nō valebit nisi fortè inueniret iudicem adhuc sedentem pro tribunali. vt 24. q. 3. de illicita. & l. diuus. ff. de in integ. resti. quod dic. vt habetur hodie in cle. si ante. de dolo & cōtu. & ibi plene per gl. Hu. & Arc. ¶ Octauò propter prohibitionem superioris. vt si ab imperatore vel papa in literis commissionis inhibeatur appellatio, tunc non licet appellare, si fiat appellatio nō tenet. de quo tamē quid operetur hodie clausula appellatione remota a seu inhibitio appellationis. vide in c. pastoralis. de appe. & ibi gl. & melius. in c. vt debitus. cum gl. eo. ti. & in c. 1. extra. de rescri. ista dicta sunt summariè ỷ. de multis eorum plenius dicetur. vbi in speciali de eis fit sermo.

a ¶ Appellatione remota vide Bal. in addi. spec. de appel. ver. clausu. ap. re. Bart. in l. fin C. de sen. Abb. in ca. 2. de mut. Petr. Arch in c. vt debitus nume. 12. de appe.



Liceat. Prosequitur magister Gratia. questionem illam vtrum aliquo remedio possit causa vitiata siue iniusta releuari. Et probando quod sic dicit hoc fieri per appellationem & inducit ad hoc plures authoritates. Et prima eorum est hæc quæ est Fabiani papæ. Capitulū breue est, & non diuiditur. Lege tex. ¶ [Liceat vitiatam.] i. malè & iniustè diffinitam. re vera vel quo ad opinionem suam. Credit. n. quod sit vitiata. i. iniustè diffinita, & ita appellat post sententiam. [vel vitiatam] i. malè examinatam & tractatā, & sentit se grauatum à iudice saltem secundum opinionem suam. vt sic appellat ante sententiam. Hu. & Arc. [remedio.] Nā per appellationem extinguitur pronuntiatum. ff. ad Turpi. l. 1. §. fi. B. sed dic [extinguitur] i. suspenditur facit. de iureiu. veniētes. & de re iudic. cum inter circa fi. Archi.

1 *Reo an liceat iudicium declinare per appellationem.*
2 *Authoritas synodi & primatis maior est quā solius primatis.*

Diuisio.



Omnis oppressus. Ad idem sequitur secunda authoritas quæ est Anacleti papæ. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit qd̄ omnis oppressus appellare potest ad suum superiorem clerici ad ecclesiasticum, & seculares ad secularem. In secunda ponit exemplificando. in clericis. dicit quod si coram episcopo ad quem est appellatum fortè ab Archi. vel archipresbytero. propter aliquam difficultatem causa non potest determinari referatur causa ad metropolitanum vel primatē. in tertia ponit, quod si ibi non potest determinari referatur ad cōcilium, vbi intersit primas, & ibi coram primate decidatur. Secunda ibi, si autem. tertia ibi, si illic, ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. & aliorum. Quæritur. † Vtrum liceat reo iudicium declinare per appellationem. Et videtur quod non. dicit. n. Apostolus ad Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. sed reus appellando recusat subijci potestati superiori. s. iudicij. ergo peccat & per consequēs non est licitum per appellationem declinare iudicium. ¶ In oppositum est primo illud Act. 25. vbi legitur Paulus Cœsarem appellasse: item capitulum præsens. ¶ Respondeo iuxta S. Tho. in 2. 2. q. 69. ar. 3. quod duplici de causa contingit aliquem appellare. vno quidē modo confidentia iustæ causæ. quia. s. iniustè à iudice aggrauatur. Et hoc modo ponitur conclusio. quod sic licitum est appellare. hoc. n. est prudenter euadere. & hoc est quod dicit in hoc. c. beatus Anacletus omnis oppressus libere sacerdotum si voluerit appellet iudicium, & à nullo prohibeatur. Alio modo aliquis appellat causa afferendæ moræ, ne contra eum iusta sententia proferatur & hoc calumniosè se defendere, & hoc modo fit ista, 2. conclusio quod sic declinare iudicium per appellationem est illicitum. patet cōclusio. Tum quia sic appellando facit iniuriam iudici, eius officium impediendo. Tum quia sic etiam aduersario facit iniuriam eius iustitiam quantū potest perturbando. quorum vtrunque est illicitum propter quod merito ỷ. e. c. quicūque. & c. omnis. dicitur omnimodo puniendus est cuius iniusta appellatio pronuntiatur. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur. quod appellans non recusat subijci absolute potestati cuicūque superiori, sed inferiori à qua appellat, ad superiorem potestatem. inferiori autē potestati in tantum aliquis subijci debet, in quantum ordinem superioris seruat à quo si exorbitauerit ei subijci non oportet. puta si aliud iusserit procōsul, & aliud imperator. vt patet per gl. ad Ro. 13. Cum autem iudex iniustè aliquem grauat q̄tum ad hoc relinquit ordinē superioris potestatis ꝯm quam necessitas sibi iustè iudicandi imponitur. & ideo licitum est ei, qui contra iustitiam grauatur ad directionem superioris, potestatis recurrere appellando vel ante sententiam vel post. Lege. ¶ [Omnis oppressus.] siue clericus siue laicus. Hug. [libere appellet iudicium] laicus laicorum, & clericus sacerdotū .i. episcoporum. & de hoc ꝓsequitur ꝯm Hu. [ab his] ad quos appellauit. Pe. & Archid. [Si autem difficiles]. 2. pars puta depositio episcopi vel diaconi quæ exigunt plures episcocos, vel quæ alias pro sui difficultate ibi terminari non possunt. Hug. [ad maiorem sedem]. s. metropolitani vel primatis, vel limita casum. s. quod de episcopo appelletur ad metropolitanum. deinde referatur causa ad primatem inde ad synodū primatis. Litera tunc sic legitur omnis clericus oppressus ab episcopo per sententiam vel ante sentētiam grauatus iniustè [sacerdotum]. i. metropolitanorū, vel synodi vbi est metropolitanus cū sacerdotibus. i. episcopis [ad maiorem sedem]. i. primatis. di. 17. multis [referatur.] per appellationem, vel consultationem. Hu. [& si illic]. 3. pars. i. apud maiorem sedem † maior. n. est authoritas synodi & primatis, quam solius primatis. Et ideo causa congrue refertur à primate ad talem synodū. Hu. [vbi] quasi tunc. s. ibi vbi &c. Hu. [per singulos]. 18. di. q̄m & extra de accu. sicut olim. & extra de Iudæis. cum sit Archi. [Coram patriarcha aut priuate] disiunctiuè ponitur. quia idē est patriarcha & primas, & eadem est forma illorum, licet diuersa sunt nomina. vt di. 99. prouinciæ. Hug. Hoc autem vult ista litera. quod si causa delata ad solum metropolitanum vel primatem vbi non poterit terminari, tunc referatur ad concilium, vbi intersit primas. & ibi coram primate causa decidat. ꝯm Hu. [Ecclesiastica]. i. ad ecclesiasticos iudices pertinentia. Hug. [Coram Patricio]. i. seculari iudice. Ad hoc. n. adiunxit de secularibus iudicibus, ne quis credat omnia negotia tractāda coram ecclesiastico iudice. & quælibet negotia coram suis iudicibus esse pertractāda perdoceret. vel fortè quia laici q̄nque veniebant ad synodum, & proponebant quandoq; ibi ecclesiastica, quādoq; secularia. Et ideo erat ibi secularis iudex, vt de secularibus negotijs clericorum cognosceret. Hug. [in cōmuni]. i. commune. quasi sine acceptione personarum. vt extra de iud. nouit. Hug. & Archid. ¶ Sed hic ex hoc capi. surgit quæstio. quia videtur, quod licitum sit ter appellare in eadem causa. quia primo dicitur, quod quis appellat ad iudiciū, episcoporum inde quæstio referatur ad maiorem sedē, postea ad synodum. Sed respondetur quod. 2. & 3. relatio non dicitur fieri per appellationem, sed per consultationem. Hug. idē etiam notatur. ỷ. in ca. omnes episcopi. Archid.

Quæstio. Primū ar.

Opponit e contrariū. Respōdet. S. Thom.

Ad argu.

Exponit literam.

Quæstio

Respōdet.

1 *Appellatio potest fieri ad papam quolibet medio prætermisso.*
2 *Appellari an possit ad primatem omisso metropolitano.*
3 *Metropolitanus est iudex ordinarius suorum episcoporum.*
4 *Primas est iudex ordinarius metropolitanorum suorum.*
5 *Appellari an possit ad legatum papæ omisso medio.*



SI quis vestrum. Ad idem sequitur. 3. authoritas, quæ est Sixti papæ, vbi habetur, quod quisquis pulsatus fuerit aliquo grauamine libere ad apostolicā sedē appellet, quæ caput est omnium ecclesiarum. Breue est. Lege. ¶ [Si quis.] Conclusio huius capituli & aliorum quinque sequentium est † quod quolibet medio prætermisso potest fieri appellatio ad papam. Cuius ratio est. quia ecclesia Romana est commune

Exponit literam.

commune & generale forum omnium clericorum & omniũ ecclesiarum.& dominus papa est iudex ordinarius omnium, quasi nullo existente medio.& ideo quolibet medio prætermisso potest appellari ad eum in his.5.capitulis dicitur.& 9.q. 3.cuncta.&.c.per principalem.& hoc est, quod dicit hic text. [Si quis vestrum pulsatus].i.grauatus.[licenter].i. omnibus omissis inter medijs.[Caput].9.q.3.ipsi sunt &.capi. cuncta.

Quæstio. 2 ¶ Sed hic surgit quæstio duplex. prima est.† vtrum idem sit in alijs iudicibus,vt possit ad primatem omisso metropolitano appellari. Et ad istam respondetur iuxta glo.& Hu.& generaliter quasi omnium sub ista conclusione,quod non patet cõclusio vt habetur.j.e.decreto.&.c.quisquis.& q.7.metropolitanum cuius conclusionis ratio est.quia† metropolitanus est iudex ordinarius suorum episcoporum, sed non clericorum eorũ.† Similiter primas,& iudex ordinarius metropolitanorum suorum,sed non suffraganeorum, vel clericorum. vnde cum clericus episcopi appellat, appellat ad archiepiscopum, dicitur iudicari ab alieno iudice tamen facto suo per appellationem.ar.6.q.3.scitote. Cũ ergo appellatio debeat esse semper ad maiorem iudicem illius iudicis à quo appellatur sequitur,quod appellatio non debet esse ad primatem metropolitano prætermisso.quia metropolitanus est iudex ordinari' episcopi & non primas.Præterea iniuria esset metropolitano, q propinquior est clericis episcopi,quasi primas.Et ideo causæ illorum primo sunt referendæ ad eum,quam ad primatem.vt s.c.proximo.& dist.17.c.multis.& di.18.de concilijs. Et hinc est,quod si appelletur ad papã, prætermisso quolibet medio, valet & tenet appellatio.Si verò appelletur ad primatẽ omisso metropolitano,nec valet,nec tenet secundum Hug. ¶ Secunda quæstio est vtrum† etiam possit appellari ad legatum, papæ omisso medio. Et videtur quod non. ex.c. peruenit.11. q.1.¶ In oppositum est extra. de of.leg. cum non ignoretis. ¶ Respondeo dicendum secundum Hug. & gl. quod sic.Et idem Bern.dicens,quod sicut ex officio legationis potest de omnibus causis illos absoluere qui incidunt in excommunicationem ob violentam manuum iniectionem, ita ex officio legationis potest de omnibus causis,quæ ad eum pertinẽt cognoscere.in hoc etiam concordat consuetudo secundũ Gof. qui hoc not.in d.c.1.de offi.lega.idem sentit Hostiẽ. extra de app.Romana.lib.6.in glo.6.Archi.etiam idem hic. Et etiam Guil.in spe.de leg.§.superest.Et no.Io.And.extra de offi.leg. post translationem. super magna gl.

Respõdet; 3; 4; Quæstio 5; Opponit & Respõ.; Hostiensi. Archidia. Guiliel.

1 *Episcopus tam in causa ciuili quam in criminali omissis medijs ad sedem apostolicam potest appellare.*

2 *Appellare an quis possit pluries quam bis.*



Mnes episcopi. Ad idem sequitur, quarta authoritas,& est eiusdẽ Sixti papæ. cuius snĩa est. † qđ episcopus tam in causa ciuili q̃ criminali omissis medijs ad sedem apostolicam potest appellare,quoties necesse fuerit.Pro pleniori intelligentia huius capituli cũ

Quæstio. 2 gl.quæritur.† Vtrum pluries,quam bis possit quis appellare. Et videtur,quod sic ex præsenti c.vbi dicitur quoties necesse fuerit.& idem.ex.c.quoties.j.ea.¶ Secundò idem videtur ex.c.lotharius.31.q.2.vbi continetur,quod Theberga ter appellauit.¶ Tertiò sic.illud ꝙ est semel licitum,semper est licitum. sed appellatio semel & bis est licita super eodem. ergo etiam in tertio.¶ In oppositum dictum est in ca.præsenti, & in gl.hic.& j.eo.c.si quis.¶ Respondeo dicendum, quod quidam dicunt,ꝙ ante sententiam,quod quicquid dicat lex secũdum canones potest appellari,quandiu superior inuenit. Alij dicunt,quod priuilegium est Romanæ sedis, vt post secundam vicem ad eam possit à papa, si ad eam nõ est appellatum. arg.j.eadem.ideo.Sed dicendum est quod dictum est in summa in princip. quæstionis, quod nec ante sententiam, nec post,nec ad papam,nec ad alium potest appellari in eadẽ causa super eodem.c.siue artic.vltra secundam vicẽ.¶ Ad rationes in oppositum.Respondetur ad primum. de.ca. præsenti. Respondetur,quod sic est intelligendum quoties.i. quacunque causa.vel quoties.i.in quocunque c.siue articulo ita vt ly quoties notet grauamina singula,& non reiterationem appellationis super eodem articulo insinuatam,quasi diceret in singulis grauaminibus appellare potest.2.non vltra ſm Ho.hic, & idem.B.vel quoties.i.quicunque siue ante sententiam siue post dummodo non vltra secundam vicem super eod.c.non fiat.ſm Hu.¶ Ad secundam de.c.lotharius.Respondetur primo quod non fuit ibi appellatio siue proclamatio vel si erat

Primũ ar.; Secũdũ ar.; Tertiũ ar.; Opponit & Respõ.; Ad primũ argu.; Ad secũdũ


appellatio non fiebat appellationis prosecutio quia fortè non deferebatur appellatum & ipsa desistebat.Vel tertio respondetur,quod ter appellauit.i.ter dixit appello. siue ter vocem appellationis emisit dicens appello appello appello. vt notat ẽt B.extra de appe.c.sua quia forte propter tumultum non poterat audiri secundum Hug.¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Tho.in 2.2.vbi supra negando consequẽtiam, quoniam ideo nõ est concessum vt.3. quis appellet super eodem quia nõ est probabile toties iudices à recto iudicio declinare vt dicit hic in gl.ideo ne lites in infinitum extendantur.Lege te.¶[Omnes propulsantur in ciuili] & simile verbum habetur.j.e.q.6. pulsatus.Archidia.[criminantur].i. accusantur vel grauantur causis criminalibus liberè sine impedimẽto iudicis medij. Io. de Fan.[quoties.]Expositum est tripliciter in quæstione.

Ad tertiũ.; Exponit literam.

1 *Appellatio frustratoria an sit admittenda.*

2 *Appellationem esse legitimam quis debeat iudicare.*

4 *Clausula appellatione remota, quæ ponitur in literis, quid operetur.*



D romanam. Sequitur. 5. authoritas, ad idẽ,& est papæ Marcelli.Summa est quod episcopus iniustè grauatus omisis medijs & etiam pro sua consecratione habenda ad papam appellare potest, & liberè ad eum ire est permittendus. Breue est. Lege.

tiæ cum primo ignorauit sententiam esse latam in se, puta q̄a absens erat. & quod hic dicitur dicunt intelligendum esse, quando datur sententia contra præsentem.Sed Hug. dicit q̄d ea est veritas,quam prædixim⁹, & pro ea videtur esse.c.quod ad consultationem.extra de re iudic.& currit de momento in momentum,vt ibi no.per Ioan.And.& no.glo.in cle.sicut.de appe.in glo.ergo videtur.in princ. & in c.concertationi.eod. titu.libr.6.& probatur in dicto.cap. quod ad consultationem ibi à prolatione sententiæ & hic à recitatione. Notat vero hic Archidia. Archid.qui videtur esse pro alia opinione quo ad absentes,q̄d aliquod est tempus vtile quo ad initium & progressum,vt tē pus semestre,de quo extra de concessio.præben.capitu.nulla. & ca.quia diuersitatem.eod.titu.& c.licet.de sup.neg. præla. & tempus centum dierum,quod datur ad petendum bonorum possessionem.C.qui admit.ad bon.posses.l.2. aliquod tē pus est,quod continuum quo ad initium, & quo ad progressum,vt est tempus quatuor annorum ad petendam restitutionem in integrum.C.de temp.in integ.re.l.vlt. Aliquod est vtile quo ad initium,& continuum quo ad progressum,vt tempus decem dierum quod datur ad appellandum vt hic. quando fertur sententia contra absentem & ignorantem, tunc vtiliter currit tempus ad appellandum à tempore scientiæ.le.ab eo.C.quomodo & quando iudex.postquam scit de sententia lata currit illud tempus continuè vt in auth.de appella. & inter quæ tempo.coll.4.aliquod est tempus, quod est continuū quo ad initium,& vtile quo ad processum, vt est tempus. 10. dierum,quando sententia fertur partibus præsentibus. tunc enim.10.dies currunt continuo à tempore latæ sententiæ, & post.10. dies vbi fuerit appellatum est annus vtilis ad prosequendum,& etiam biennium ex iusta causa. vt in authen. ei qui.C.de temp.app.&.c.ex ratione.extra de appe. Archidiac. [offerri iudicibus].i.à quibus appellatur.Hu. [ab his quorum interest].i.à litigatoribus condemnatis.vel eorum procuratoribus vel negotiorum gestoribus.Hug.[minores]sicut illi iudices.Hug.[exceperunt sublimissima prætoriana]hoc refertur ad magnos siue maiores.Nā præfectus prætorio de maioribus est,& ab eius sententia non appellatur, sed supplicatur. vt.j.eo.q.si quis in quacunque.Hu.excipitur etiam senatoria dignitas,quia à sētētia senatoris non appellatur.similiter nec à sententia papæ.vt.9.q.3.cuncta.Hug.nec à sententia principis.ff.à quibus appe.non licet.l.1.Archidia.[vt liceat]redditio causæ est quare nunc maius spatium conceditur ad appellandum.Hug.[deliberare.]Nam deliberatio sæpe hominem retrahit,& facit eum videre,quod ante deliberationem non videbat.Sæpe etiam facit eum videre bonum, quod ante videbatur malum.vt supra eod.quæstio.3.si quis iratus.& 11.q. 3. Quæstio. 1 illa.capitu.cum apud.¶Sed hic surgit quæstio.†vtrum conuenienter mutatum est tempus appellationis vt de biduo detur decendium.Et videtur quod non quoniam sicut non est facta mutatio de posse,bis appellare ad posse. 3. aut.4.appellare.ita non videtur quod debuisset concedi maius tempus ad appellandum.Cōtrarium patet ex præsenti capitulo.¶Respondeo Respōdet. S. Thom. dicendum. quod conuenientissimè additum est maius tempus.&ratio est iuxta sanctum Th.in 2.2.q.69.ar. 3. quoniam æquitas iuris ita debuit subuenire vni parti, quod altera non grauaretur.Et ideo tempus.10.dierum concessit ad appellandum,quod sufficiens ad deliberandum,an expediat appellare. Si vero non esset determinatum tempus,in quo appellare liceret,semper certitudo iudicij remaneret in suspenso,& ita pars altera grauaretur.quod arguebatur in contrarium non est simile.Non enim est concessum vt quis appellet.3.super eodē, quia non est probabile toties iudices à recto iudicio declinare. hæc sanctus Thom. Quæstio. 2 ¶ Sed hic surgit alia quæstio† vtrum pendente illo tempore decem dierum infra quod potest appellari,iudex possit sententiam exequi.Et videtur quod non, Respōdet. Archid. quoniam iuris beneficium nouum est auferendum.28.distin. de his.& extra.de secundis nup.ca.penultim.& vltim. ¶ Respondeo breuiter iuxta Archidiacon.hic.quod pendente illo tempore iudex non potest procedere in causa, quando est appellatum à diffinitiua.Et ratio est,quia talis non potest.j. 10. dies executioni demandari.extra de iureiurand.capit. venientes.in fine.Secus est in interlocutoria, qua lata iudex ad petitionem partis potest infra decendium in causa procedere. Et 1 ratio diuersitatis est,quia interlocutio non transit quo ad iudicem in rem iudicatam.vnde postea poterit quando voluerit si sibi videbitur reuocare.ff.de re.iudic.l.quod iussit, & extra de appe.cum cessante.& extra de accu.qualiter.1.Et sic obtinuit prout no.spe.in ti.de ap.§.restat videre.in fi.[inspectionis].i.deliberationis.[indiscussos]id est, indeliberatos.Archi.

1 *Consistorium quid dicatur.*
2 *Tribunal quid dicatur.*
3 *Proceres,qui dicantur,& quare.*



AD hæc. §.in authentica. de appell. & intra quæ tempo.col.4. Summa siue casus.Cautum est in iure quod infra bienniū causa criminalis terminetur,ciuilis vero infra triennium quærebatur vtrum si non posset.j. hoc tē pus terminari, quia non possent partes habere copiam iudicis deberet eis nocere, & loquendo de causis, quæ coram imperiali maiestate terminande sunt.Respondet, quod non,quia hoc casu non est culpa litigantium,si culmen imperatoris occupetur,quod etiam secundum Hu. idem intelligendum est de quolibet alio iudice, q̄d ita causam posset differre præsertim de voluntate partium.extra de off. dele.de causis.Idem etiam est de electione,quæ quamuis.j.tres mēses debeat fieri.vt di.75.quoniam,tamē differri potest executio, etiam vsque ad annum.vt di.28.de Syracusane.Concor.Ia.Bu. in l.ad peremptorium.ff.de iudi.qui tenet,quod in omnibus, quæ sunt reducibilia ad iudicem potest iudex cum causa augere vel minuere. Nam tempus instantiæ datum à lege potest ex causa abbreuiare.Lege.¶[Ad hæc lis.]appellationis[in no 1 strum inferri]per appellationem[consistorium.] † Locus est a vbi sedet princeps a in audiendo & iudicando. † Sed tribunal 2 est locus vbi ordinarius minor sedet audiendo, & iudicādos de hoc habetur.j.eo.§.illo videlicet.Archi.[vocare patres].i. proceres,qui ad imperium sunt loco patrū.insti. qui. mo.sol. ius pa.po.§.filius.[periclitari in aliquo.]propter moram principis Hug.[vitium].i.culpa.Hug.ergo patet quod non debet fieri partibus præiudicium in hoc, nec in literis, nec in alijs. extra de rescrip.in ca.si quando.arg.quod per me non constat non est mihi imputandum.43.Ephesis.l.vltima.C.de condic. indebi.ar.7.q.1.§.cum autem gl.& Hu.[nolentem principē.] ergo princeps cogi non potest ad iudicandum[ad conuocandos patres].i.senatores.s.ea.quia in indulgētia.B.[proceres.] 3 † proceres dicti sunt à procedēdo principes priores quasi prę cedentes secundum papiam.eo quod ante omnes honore prę cedant Archidiacon.[intacta]id est, illæsa ratione vsucapionis vel præscriptionis,vel alia de causa infra eod. quæstio. sed lis. Hug.& Archidiacon.Nam interim non currit tempus annale,seu biennale.extra de appella.ex insinuatione. Et item est qualitercunque impediatur prosequi appellationem suam. Nam sola negligentia imputatur,vt patet in authentic.de appe.col.octaua argument.optimum.extra de appe. pœn.versi. saluis.& ff.de excusa.tut.l.scire oportet.secundum Hostiensi. qui sic notat.in c.ex insinuatione.& ad hoc extra.de appe.irreprehensibilis.ver.si vero.ibi fortè neglexerit. & ca. ex ratione & c.peruenit.in fi.Archid.[donec.]vtrum autem idem sit in quolibet iudice dictum est ex sētētia Hu.quod sic, prefertim voluntate partium.

Casus. Exponit literam. a¶ Sedet prīceps.Adde gl.& Car. Zabarel.in cle. pastoralis.§. notorium. in fi.de re iu. 23.q.8 cōuenior. de app. ex insinuatione Hostiensi.

1 *Lybia est duplex.*

Illud etiam. §.est in authentica.dicit Hug.& Archi. quod non valet multum quod in isto authentico dicitur:quia quædam hic dicunt quæ localia sunt, duo tamen vtilia hic continentur quæ imperator hic intēdit specialiter ostendere.s.q̄ propter nimias causas nō debet esse appellatio ad maximos iudices, sed ad medios. q̄ appellatio non debet fieri ad æquales iudices,sed semper ad maiores, & superiores.& tangit tria genera magistratuū vel iudicū. Alij .n.sunt maiores,qui et illustres dicuntur alij minores, qui clarissimi dicuntur.alij medij,qui spectabiles dicuntur. secundum quæ potest diuidi.§.iste.Lege.¶[Illud tertio] id est, in tertio casu huius constitutionis.Archidiacon.[bene]id est .s. gradatim esse appellandum.Archidiacon.[neglexerit]quia fiebant appellationes medijs omissis.[magistratus].i.iudices[digessit]id est,ordinauit,siue distinxit[vt alij maiores] qui illustres dicuntur[alij medij]& isti dicuntur spectabiles [à maioribus iudicibus]isti dicuntur clarissimi.[ad maximos].i.illustres.i.patriarchas.secundum canones.Archidia.[iudicum].i. ad iudicium mediorum iudicum,qui dicūtur spectabiles. Archidiaco.[sacro auditorio].i.libro euangeliorum,vt.s.sciant illi,qui iudicant se non tam iudicare,quam iudicari. vt.C. de iudi.rem non nouam.[hoc dereliquit]appellando etiam pro minimis causis ad maximos iudices[maximi].i.illustres. Archi. [sumptus iudiciales].i. ad victualia, quæ dantur iudicibus.

Exponit literam.

extra de vit. & honest. cler. cum ab omni. glos. ideoque istæ le
1 ges sunt locales[vtraque libya.] quod ideo dicit.†quia duplex est. s. maior, scilicet cyrenensis. & alia infra illam quæ dicitur cyreneica, vt dicit Papias. [Vrbem]Constantinopolitanam. Archidiacon.[venire.[¶ Sed hic surgit quæstio. Vtrum pro minimis sit appellandum. Et videtur quod non ex hac litera. ¶ In oppositum est extra de appel. capitu. de appellationibus vbi habes. quod deferendum est appellationibus, quæ etiam pro minimis causis interponuntur. ¶ Respondetur quod potest pro minimis causis appellari, nec hic prohibetur in talibus appellari simpliciter, sed ad vrbem siue ad maximos iudices. vnde vt dicit Archidiacon. si taliter appellaretur non esset deferendum tali appellationi, cum fiat contra hanc literā. Et ad hoc facit expresse quod legitur & nota. extra de appel. consuluit. vbi patet quod appellatio quæ fit contra iura non est admittenda. Et ad capit. appellationibus. respondet illud esse intelligendum vbi non est interposita appellatio contra iura, quia etiam in minimis negotijs, appellandi facultas est. C. de appell. l. & in maioribus[augustalem]qui spectabilis est, & procurator fisci in Aegypto. Lauren. & qui tenet vicem imperatoris P. Archidiaco. [cognitores]. i. imperatores. & ab eo non appellatur. sicut nec ab imperatore. P. Archidiacon. [nulla appellatione porrigenda] dicit hic Hug. quod hic est specialis casus, vbi secundum leges non licet secunda vice appellare. & forte secundum hoc potest intelligi illud quod dicitur dis. 99. prouinciæ. ibi. scilicet quibus permissum non erat & c.[similique modo.] quasi diceret ad similitudinem præfecti augustalis. de quo supra proximè dicitur, intercedant. i. de causa cognoscant[orientales autē.] ver.[mittere] supple statuimus. [simili modo]. i. sine remedio appellationis. Archi.

Quæstio. Opponit Respōdet.

1 *Marchiones dicuntur spectabiles.*
Archiepiscopi dicuntur spectabiles.
2 *Quæstores erant duo, & eorum officium.*
3 *Appellatio, quod semper debeat fieri gradatim an sit verum.*
4 *Casus in quibus appellatio non sit gradatim.*
5 *Appellans nulla facta mentione ad quem, ad quem intelligatur appellasse.*
6 *Error an noceat appellanti, qui appellauit ad quem non debuit.*
7 *Appellatio an valeat facta hoc modo. appello ad archiepiscopum, appello ad legatum, appello ad papam.*
8 *Delegatorum a principe si non ambo sunt illustres, sed vnus eorum tantum, an poterunt simul procedere in causa delegata, quod sic, ac si ambo essent illustres.*
9 *Lex præcipimus. C. de appellationibus quod corrigatur per præsentem legem.*

Illo videlicet. §. est. Conclusio, quod appellatio debeat fieri gradatim, scilicet de minore ad maiorem, deinde quod à quolibet iudice potest appellari ad præfectum prætorio, hoc in ordinarijs, in delegatis autem hoc non tenendum est. quod similiter à ducibus vel spectabilibus ad alios spectabiles non appellatur, sed à clarissimis (sicut sunt præsides) bene. Si autem delegati sunt illustres, vel spectabiles appellandum est ad vrbem. Laurent. & Archidiacon. Et potest diuidi in tres partes. In prima loquitur de ordinarijs qualiter de vno ad alium appelletur. In secunda de subdelegatis. In tertia protestatur, quod ea quæ prius statuta fuerunt manifesta illibata. secunda ibi, sed à præsidibus. tertia ibi, omnibus alijs. Lege. ¶[Illo obseruato] id est, obseruando
1 [spectabiles]†vt Marchiones in secularibus, archiepiscopi in ecclesijs. Archidiacon. [suas], id est à se receptas, & sibi porrectas. Hugu. [quantæcunque. id est, siue magnę siue minimæ. Hugu. & Archidiacon. [sed à minori]. argument. quod semper ad maiorem iudicem est appellandum. argumen. supra. e. quæstio. placuit. & capitul. decreto. cum multis alijs. Hug. [tribunal.] Locus est, vbi ordinarius minor papa sedet in audiendo, & iudicando. [præfecturam prætorianam] id est, qui præfectus est in prætorio. [vna] id est, simul[pro tempore] id est, qui erit in illo tempore[vel pro tempore] quasi qui erit tem
2 poralis.†duo erant quæstiores. vnus ad quem omnes quæstiones referebantur, & per ipsum ad imperatorem. & hic erat perpetuus. Alius qui per vniuersas terras tributa colligebat, & hic erat temporalis. Hugu. [vtroque officio] scilicet quæstoris & præfecti. vnde subditur. [tam officio de sacris

Diuisio.

Exponit literam.

2 ¶ Questores. Questor multipliciter dicitur vide gl. & Car. Zabar. in clem. 2. in prin de pęni. & remi.

scrinijs] id est, questoriè quia questor præerat sacris id est, imperialibus scrinijs quam præfectorio. Hugu. [more solito.] quia tales quæstiones, & tales appellationes solent ad illos duos simul referri, & ab illis simul tractari, & terminari. Hu. [priuati] id est, nullam administrationem habentes. erant tamen honore spectabilitatis decorati, & ita ab illis non liceat appellari ad alios spectabiles[repetiuit] quod dixerat, vel ideo repetit vt ostenderet à quibus esset appellandum ad spectabiles, quod supra non dixerat. Hugu. [non gradatim.] Sed hic
3 surgit quæstio.† Vtrum hoc sit generale, quod appellatio debeat fieri semper gradatim & videtur quod sic. C. de appellat. præcipimus. Respondetur quod non est ita generale quin in
4 aliquibus fallat.† Fallit enim primo in papa. ad quem potest appellari medijs prætermissis. vt supra eod. quæstio. ad Romanam. Fallit etiam in Patriarcha constantinopolitano, & Alexandrino, ad quos appellatur omissis medijs. quod dic vt no. vigesimasecunda. distinctio. renouantes. Item Hostiensi. excipit quatuor casus. primus est si consuetudo aliud inducat. de quo de appellatio. in capitu. dilecti. & de præbend. capitul. referente. ¶ Secundus est si hoc non patiatur iuris absurditas, vt si metropolitanus conueniat subditum suffraganei coram suo diocœsano, quo casu non ad metropolitanum licet sit immediatus superior, sed ad alium superiorem vel ad papam. facit quod notant doctores in capitul. si quis contra de foro. competen. si à delegato episcopi recusati appellatur appellabitur ad Archiepiscopum. ¶ Tertius casus est vbi iurisdictio mediata & immediata concurrunt, quo casu ad superiorem, qui mediate & immediate præest appellatio facta tantum valet. potest poni exemplum de officio delegati. capitul. si duo. libro. 6. ¶ Quartus casus est vbi proximus superior est excommunicatus. quod dic vt ipse Hostiensi. notat in summa de appellatio. §. à quo ad quem, sub. §. vt autem versi. excipere. cum versi. in sequentibus. ¶ Hic surgit quæstio.† ad quem
5 intelligitur appellasse, qui appellauit nulla facta mentione ad quem. siue qui dicit appello ad superiorem. Respondetur iuxta Archidiacon. quod ex hac litera aperte colligitur. quod talis intelligitur appellasse ad proximum superiorem, non ad papam. Idem Ioann. Andræa. extra de appella. capitul. vt debitus. super versi. superior. & Barto. in l. 1. §. 1. ff. de appellatio. Idem si dico ad superiorem vel ad maiorem vel ad iudicem competentem. Et hoc idem notat Bartol. Brixien. in quæstionibus suis in quæstione quæ incipit. Item esto. [perperam.] quia à minori debet appellari ad maiorem vt hic & extra de appellatio. dilecti. vbi de hoc. ¶ Sed hic surgit quæstio.
6 † vtrum si quis per errorem appellet ad quem non debuit talis error noceat appellanti. Respondetur sub duabus conclusionibus. prima quod si per errorem appellet ad maiorem quem debuit vel ad parem talis error appellanti non obest ¶ Secunda conclusio quod si appellat ad minorem error talis obest. patet. ff. de appellatio. l. 1. §. si quis ergo. & ratio diuersitatis est. quia in primo casu remittitur ad eum ad quem debuit appellasse. ff. eodem titu. imperatores. ¶ Item surgit alia
7 quæstio.† Vtrum valeat appellatio qua quis appellat sic appello ad Archiepiscopum appello ad legatum appello ad papam omissa opinione dicentium talem appellationem non valere. dicendum est, quod papa de tali appellatione cognoscet, vt hæc notantur in speculatio. de appellatio. §. tractemus. versicul. quid si per. & versicul. sed pone aliquis &c. Et adde quod dixi supra eadem. §. post datam Archidiaconus. [Si autem.] ibi est secunda pars secundum Archidiaconum. licet non secundum diuisionem prius factam. dic secundum. Ioann. de Fantu. quod hic sunt actus separabiles, & ideo inutilis adiectio non vitiabit. vt in regula inutile. de regulis iuris libro sexta. [sed à præsidibus] secunda pars[præsidibus.] scilicet inferioribus[referatur] ad spectabiles illustres. ¶ Hic surgit
8 quæstio.† quid si delegati à principe non sint ambo illustres, sed vnus eorum tantum. Respondetur, quod idem est, etiam si vnus sit illustris, & alius non. C. de appellationi. lege præcipimus. §. prima. & ita inferior gaudebit priuilegio superioris. Et erit idem ac si ambo essent illustres, vt ibi. Archidiaconu. [dignitatem sine ducatu.] quasi diceret, qui non sunt duces. Hugu. [regia] Constantinopolitana. Archidiacon. [antiquo more] qui erat fortè vt à spectabili ad illustrem,
9 & ab illustri ad super illustrem appellaretur. sed † secus esset secundum leges. C. de appellatio. præcipimus. sed illa lex corrigitur per istam, vt ibi notari consueuit in fin. secundum Ioanne. de Fantu. Archidiaconus. [omnibus alijs] tertia pars [prosapiam]. ff. de appella. vsq; ad titulum de iure fisci. per anteriorum.

Quæstio. Respōdet. Casus primus. Secundus casus. Tertius casus. Quartus casus. Quæstio. Respōdet. Ioan. An. Quæstio. Respōdet. Prima cōclusio. Secūda cōclusio. Quæstio. Respōdet. Io. de Fan. Quæstio. Respōdet. Io. de Fan.

teriorum.C.de appellat. vsque ad titu.qui bonis cede.possess. Petr.Archidiacon. [nostra].vt patet in multis legibus, quæ sunt sub prædictis titulis.

1 *Sententia si lata fuerit sub conditione an tempus illud sit computandum à tempore latæ sententiæ.*
2 *Sententia lata sub conditione an sit valida.*
3 *Tempus appellationis interponendæ est vniforme à quocunque actu interponatur in sententijs, vbi profertur sententia diffinitiua.*
4 *Iudex si non fecerit sui copiam in publico an noceat appellatori.*
5 *Abesse dicitur qui est in hortis.*
6 *Abesse intelligitur,qui non est in loco vbi petitur.*
7 *Causa propria quæ dicatur.*
8 *Auditur,quis in quibus casibus & in quibus non.*
9 *Dominus an possit appellare procuratore existente verè contumacè ,ita quod ipse non audiretur appellans.*
10 *Contumacia procuratoris,quid operetur.*



Biduum. Istud capitulū non est lex per se, sed est.§.primæ legis.ff.quando appell.sit:cuius legis initium habetur infra eodem ver.si quidem &c.& est totum de eadem.le.vsque ad legem illam . illud videamus summa est, quod tempus interponendæ appellationis currit à tempore latæ sententiæ,etiam si sententia sit conditionalis.& diuiditur secundum Archidiacon.in 11.partes. Lege te:

Exponit literam. Casus. Respōdet. 1 ¶[Biduum] Casus.†Si sententia data fuerit sub conditione vtrum tempus illud sit computandum à tempore latæ sententiæ vel conditionis stantis.respondet lex quod non est ferenda sententia cum conditione, tamen si feratur est vtilis statim post sententiam computari biduum in causa propria triduum in causa aliena.& loquitur secundum antiquas leges, quæ correctæ sunt.supra per authēticum anteriorum. in quo quia fecerat mentionem de biduo vel triduo quod olim indulgebatur ad appellandum ideo supponit [sane]soluit[non sub conditione] vt si dicat condemno istum , vel absoluo, si

Quæstio . 2 hoc vel illud fecerit.¶Surgit quæstio. † Vtrum sententia lata sub conditione sit valida.videtur quod non . quia non videtur tenere quod de iure non fit.sed sententia iure non debet

Opponit & Respō. dari sub conditione vt hic:ergo &c.¶In oppositum videtur etiam ex eodem textu.vbi dicitur esse vtile. respondetur iuxta Hugu.quod licet regulare sit, quod sententia non debeat sub conditione ferri,actus tamen legitimi non recipiūt diem nec conditionem.ff.de regu.iur.actus legitimi. Nihilominus quandoque ex causa fertur sub conditione.vt.ff.de regu.iur.à diuo pio.§.1.vbi habetur quod potest sētētia ferri sub conditione,& præsertim sententia excommunicationis , & sic lata valet.argument.distinctio.50.si qua & distinctio.63.Salonitane.& distinctio.33.habuisse.cum multis alijs.¶ Ad argumen-

Ad argu. tum in contrarium respondetur , quod imo multa tenent licet de iure non fiant.vt distinctio.27.quidam. si vir. & distinctio.45.de Iudæis.& 7.quæstio.1.episcopus.quid fiet. [& est vtile]secunda pars[statim]à die sententiæ. secundum Hugu. & Hostien.& multos alios vel à die ex tantis conditionis secundum alios. [quod autem in sententijs]tertia pars,in qua

3 videtur dicere†quod tempus appellationis interponende est vniforme à quocunque actu interponatur in sententijs , vbi profertur sententia diffinit.Hug.Archidiacon.[preceptum] id est statutum.Hugu.[prouocetur]contra de le.1.C.de tempo.appell.vbi dantur duo mēses ei qui est vocatus ad munus publicum . respondetur , quod ibi loquitur de tempore exercendæ appellationis, quod nō est vniforme in alijs negotijs, in quibus appellatur . Hic autem loquitur de tempore inter-

Io.de Fa. ponendæ appellationis.Ioanne.de Fantu.[hoc etiam in cæteris]scilicet in tutela,cura,& huiusmodi, & alijs ciuilibus muneribus.Hugu.[tamen oportet]quia nominatur quis ad talia, & eius excusatio non admittitur.Hugu.[dies]quarta pars.§. est in leg. 1.ff. quando appella. sit. vbi ista videtur conclusio.quod tempus interponendæ appellationis,currit à die sententiæ,si est facultas adeundi iudicem à quo , vel ad quem.& tunc videtur esse facultas , cum iudex in publico se ostendit. [vtiles esse ad aliquid]scilicet & si non in totum tamen in partem,scilicet vt possit quis habere copiam iudicis in publico. ita vt possit appellare vt cum quis ponit exemplum in quibus cæteris est obseruandum ad tutelam,vel alia. Hoc tamen interest inter tutelam & alia ciuilia munera,quantum ad appellationem quod in tutela appellatur non à nominatione sed ab excusatione id est,si non recipitur excusatio appellatur.ante quidem facta appellatio nulla est . scilicet ante excusationem.vt institut.de excusa.tuto.qui autem.& ff.quando appelland.sit.l.1.& C.de excus.tuto.quinquaginta . In alijs vero vt cum quis nominatur ad dignitatem appellatur à nominatione.quia in alijs non valet excusatio,nisi præcesserit appellatio. ff.quando appellandū.sit primo vel secundo.l.1. §. quis inter. Et ratio diuersitatis ea potest esse , secundum Hugu. quia in alijs principaliter publicæ studetur vtilitati. in tutela vel cura secundario,& principaliter priuatæ vtilitati. Et ideo in alijs non recipitur excusatio , nisi primo appelletur. In his autem sic.& si non recipitur tunc est appellandum.si autem appelletur non valet,ab illis tamen quæ principaliter respiciunt vtilitatem excipitur , cum quis eligitur, vt sit defensor ciuitatis, quia ibi non habet locum appellatio,vt hic dicit glo.authen. de defen.ciui.§.item illud.Nota tamen quod vt dicit Hugut. ista litera est multum inordinata,& debuit ita ordinari.appellari tamen oportet, & potest , vt cum quis ad tutelam vel ad alia ciuilia munera nominatur.& eius excusatio non admittitur,quasi fortè post sententiam statim dictam copiam sui nō fecerit &c.& tunc litera est clara.& sic ordinatam reperio in quodam antiquo decreto nostro.[Si fortè.] quinta pars.[copiam sui.]intrando domum vel aliter se subtrahendo . Hug. [nil nocere appellationi dummodo illud contestetur infra, eadem post appellationem.Hugu.& extra de appellat. iustus metus . Bertrandus dicit Bartol. in hoc.§.ff. eodem . tamen consult. quod hic protestetur , & appellationem publicè coram honestis personis interponat.allegat.ff. de appellati. cum quidam.& C.de his,qui per met.iud.non appellatio. le.2.Dicunt autem quidam nihil nocere,quia restituitur, & hoc innuit ibi subueniendum est.Sed tu dic ipso iure . vt infra sequitur secundum Laurent. Archidiacon. idem gloss. in §.isto.ff. eod.quod est verum secundum Accursi.& dominum Bartol. quando impedimentum est ex parte iudicis , sed si superueniret in personam litigatoris, tunc tempus currit , sed restituitur.allegat Bartol.l.fina.ff.de in integrum restitutio. Ioann.de Fantu.[quid ergo]sexta pars. Mouet vnum dubium circa id quod dictum est supra.si fortè.& respondet , quod similiter non nocebit appellatori, si iudex se per noctem receperit [conditio horæ] quia nox est [reciperet]scilicet in domum suam[adeundi]septima pars . hic tradit regulam [cæterum si

Bertrand. Bartolus.

Io. de Fa.

4 non fecerit]mouet quæstionem †an nocebit appellatori si iudex copiam sui non fecerit in publico. Et dicit quod non[in

5 horto]†& ita abesse dicitur qui in hortis est,sicut qui in vrbe

6 non est.ff.de damno infecto.l.4.§.abesse. † Et intelligitur abesse qui non est eo loco vbi petitur.ff.de verbor.signif.absentem.quandoque tamen & qui in hortis est præsens intelligitur.ff.de procurat.l.præsens.sed hoc exaudi quo ad hoc vt procurator non teneatur satisdare ex quo dominus est taliter præsens, quia satisdabit . Archidiacon. vel potes dicere quod hic loquitur de actu,qui requirit præsentiam personæ. & qui habet infra certum breuem terminum explicari, ibi non erat terminus certus in quo ad satisdandum arctaretur.quia igitur hic de præiudicio magno agitur non currit terminus:quo ergo ad releuandum procuratorem ab onere satisdandi, qui releuatur domino præsente dicitur dominus præsens. sed quo ad cursum termini qui datur ad explicandum actum qui requirit veram præsentiam personæ . non secundum Ioann. de Fantu.[magis]id est,melius non debeat ipso iure, vt supradictum est Lauren.& Archidiacon.[si quis]octaua pars.hic ponit quid iuris sit si possit haberi copia iudicis ad quem, & nō iudicis à quo appellare proponit[à quo appellauerit] destinatione [siue proposito] id est, appellare proposuit , & voluit cum iam scriptum haberet libellum appellationis,quem porrigere ei desiderat.prima quidem die sola voce postea in scriptis est appellandum.& hoc est vt ipse scilicet appellans [daret ei]id est,indicia quomodo vult appellare[libellos]appellatorios in quibus continetur appellatio . vel potest esse sensus[appellauit]nec habet copiam iudicis, vt ab eo apostolos, petat debet adire eum , ad quem appellauit . vt ei querimoniam istam proponat,alioqui prescriberetur ei,quia tanquam non postulatis apostolis non audiretur & iste est intellectus quem gl.hic in prin.iuxta Hug.sentit.& secundum hoc imponitur necessitas appellatori petendi apostolos.s.eo.q. ab eod. in fi.& j.ea.post appellationem.sed & iudici à quo appellatur imponitur necessitas.vt.infra.30.dies etiam nō peteti apostolos offerat.vt.j.e.q.§.iudicibus.& C.de app.eos qui in fi.& est

Archidia

ſenſus appellauit iam voce, vel in ſcriptis vt ipſe iudex à quo appellauit[daret]ſcilicet.[libellos]id eſt apoſtolos, & ſecundum hoc eſt argumen. appellationem ſine apoſtolis exerceri poſſe. argumen. infra, eadem poſt appellationem. Hu.[præſcribi poſsit]id eſt præſcriptio temporis obijci in modum exceptionis alterius, id eſt, alterutrius, ſcilicet ſiue eius à quo appellatum eſt, ſiue eius ad quem appellauit. Hugu. præſcriptio ſcilicet decem dierum. de hoc nota. Innocen. extra. de appel. ſi iuſtus metus[palam]. nona pars. quia dixerat in propria cauſa infra biduum appellandum, oſtendit quæ ſit propria cauſa Hug. & Archidia. †nota quod illa dicitur propria cauſa, cuius damnum vel lucrum ſpectat ad ipſum ſolum, nec cum alio venit communicandum. vt hic. & 3. q. 1. reintegranda. in fin. & 12. quæſtio. 1. res eccleſiæ. dic vt ibi. [Si aduerſus] decima pars. [Abſentem]non per contumaciam. Hugu.[ſcit.]22. queſtio. 5. hoc videtur. & quod hic dicit tantum habet locum in iudicio. Extra iudicium autem ſi quid fiat non eſt neceſſe appellare. vt notat. Innocen. & Hoſtien. extra de cau. poſſ. & propriè cum olim. in glo. 1. iuxta fin.[quod autem.]ver.[defenſus]aliquo modo vel legitimè. Hugu.[Nam ſi ille]ſcilicet procurator, qui eum defendebat, vt hic ſcilicet dominus audiatur ad appellandum[difficile eſt]quaſi diceret auditur quandoque ſed difficile id eſt, non ex leui cauſa, vel non ſine cauſa cognita, quia habenda eſt ratio abſentiæ. vel[difficile]id eſt raro id eſt in raris caſibus ſimile. 3. quæſtione. 9. abſente. Hugu. ſuper hoc videas quod nota. extra de procurato. non iniuſtè. §. potuit. & ff. quando appella. ſit. l. 1. in fin. Archid. ¶Sed hic ſurgit quæſtio. quia dicitur quod in raris caſibus auditur dominus abſens ad appellandum. †quæritur in quibus caſibus auditur & in quibus non, hoc reſpondetur iuxta gloſſ. & Hug. diſtinguendo. aut dominus erat abſens ante litis conteſt. aut poſt litis conteſt. Si ante tunc eſt concluſio. quod tunc irritatur quidquid eſt factum contra eum, patet concluſio. quia non potuit ferri ſententia extra. vt lite non conte. per totum. & extra de offic. delega. conſultationibus. ſi poſt litem conteſta. tunc aut fuit defenſus, aut non. Si fuit defenſus eſt ſecunda concluſio. quod in nullo reſtituitur, niſi fuiſſet abſens cauſa rei publicæ quo caſu tantum ad appellandum reſtitueretur. ff. de in integ. reſtitu. l. fin. ſed ipſe appellans circa reſtitutionem non audiretur. Si verò non fuit defenſus, & tunc aut fuit legitimè citatus, & ſi ſic, tunc eſt tertia concluſio. quod talis quia fuit contumax non auditur appellans, niſi veniat ſtante figura iudicij id eſt, iudice adhuc ſedente pro tribunali. j. e. §. ſunt quorum. & l. fin. de in integ. reſtit. fingit enim ius ipſum non fuiſſe contumacem, & reſtituitur tantum ad appellandum, quia tunc æſtimatur, non ſua culpa ſed minus ex audita voce præconis, defuiſſe. vt. ff. de in integ. reſti. l. diuus. Anto. Hugu. Aut non fuit legitimè citatus, & tunc eſt quarta concluſio, quod tunc non valet ſententia. ff. de re iudic. l. de vnoquoque. & extra de cau. poſſeſ. capitu. 1. & 2. ſed ſecundum Accur. & docto. hic loquitur quando abſens poſt litem conteſta. non fuit defenſus. ſed fuit citatus & legitimè, ſed citatio non venit ad eius notitiam. & ſic fuit præſumptiuè contumax, & ſic valuit ſententia. ſed quia non fuit verè contumax, auditur appellans. ¶Itẽ ſurgit hic alia quæſtio † vtrum procuratore exiſtente verè contumace, ita quod ipſe non audiretur appellans, dominus poſsit appellare. Et videtur quòd non quia hic videtur caſus, quod contumacia procuratoris noceat domino. quia ſi procurator non appellat dominus non auditur. Reſpondeo dicendum iuxta Innocen. quod ſic. qui ita tenet extra vt lite non conteſta. capitul. 1. & dominus Bart. in hoc. §. & ratio eſt quia vera contumacia procuratoris quæ habet excludere ab appellando eſt delictum, ſuper quo non intelligitur datum mandatum ex virtute generalis mandati. ff. de condict. indeb. l. ſi procurator. nec dolus procuratoris, & vera contumacia eius facit dominum doloſum, vel verum contumacem. Cum ergo non appellare ſit pœna contumacis, hæc pœna non egreditur delictum, nec extenditur, ad dominum. extra de his quę fin. à mat. par. capitu. quæſiuit. hinc eſt quod propter dolum procuratoris licet poſſet procurator excommunicari non tamen dominus debet excommunicari. extra vt lite non conteſta. capitu. primo. & fin. Item ſecundum Bartolum† contumacia procuratoris bene facit quod iudex poſsit procedere contra dominum ſecũdum ſolitum ordinem iudiciorum. C. de procurato. eum qui. & C. de dign. l. quoties. libro. 12. ſicut eſt quod propter contumaciam procuratoris procedatur ad miſsionem in poſſeſsionem, vel ad diffinitiuam & ſimilia, ſed non operatur, quod extra ſolitum ordinem iudiciorum, contra dominum procedatur. hinc eſt, quod propter contumaciam & dolum procuratoris iudex poteſt multam imponere procuratori, ſed non domino. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. l. 1. §. ſi procura. Ad propoſitum propter contumaciam procuratoris, qui non appellat. infra decem dies non poterit dominus poſt. 10. dies appellare, quia hoc ſequitur ſecundum ſolitum ordinem iudiciorum, ſed infra dies infra quos alias de iure & dominus & procurator poterat appellare non obſtante vera contumacia procuratoris dominus appellabit, qui non deliquit. vnde excluſo ab appellatione infra. 10. dies qua excluditur verus contumax eſt ſolum pœna delicti. extra de procurato. non iuſtè. §. potuerit. ſecundum hoc reſpondendũ eſt ad iſtum textum ſecundum eos. ſcilicet Innocen. & Bart. vbi dicitur difficile eſt vt hic ſcilicet dominus[audiatur]intelligendum eſt poſt decem dies.

Margin notes (left column): Innocen. — 7 — Quæſtio: Reſpõdet. 8 — Prima cõcluſio. — Secũda cõcluſio. — Tertia concluſio. — Quarta cõcluſio. — Quæſtio. 9 — Reſpõdet. — Bartolus. — a ¶ Cõtumacia procuratoris. Contumacia procuratoris cuiuſlibet adminiſtratoris an noceat dño in expẽſis. Petr. de Anc in ca. ad hæc Deus. nu. 13. vt lite. non cont. — 10 a

1 *Præſes prouinciæ aliquem damnauit ad exilium, non habens inſulam ſuæ iuriſdictioni ſubiectam mandat imperatori ſententiam condemnationis, vt ſi approbaret ſententiam eius inſulam ei aſsignet caſu iſto quando ſit appellandum.*

2 *Imperator inductus mendacijs ſi non approbat appellationem rei quid iuris.*

3 *Appellari quod non poſſit à ſententia quando quis papam de danda conſulit & ei à papa reſcriptum fuerit, quam ſententiam dare debeat.*

Si quidem. 11. pars. §. eſt principium. l. 1. ff. quando appellandum ſit. Ad ſciẽdum ſummam huius. §. eſt notandum quod hic videntur nobis duo caſus notari ſiue duæ quæſtiones. Prima eſt† præſes prouinciæ aliquem damnauit ad exilium. ſed cum inſulam ſubiectam ſuæ iuriſdictioni non haberet illi nõ aſsignauit inſulam, in qua exularet. quia non poterat mandat imperatori ſententiam condemnationis, vt ſi approbaret ſententiam eius inſulam ei aſsignet. Nunc quæritur quando ſit appellandum, vel ſtatim, vel recepto reſcripto imperatoris. ad hanc quæſtionem lex conſulit quod ſtatim. & hoc eſt quod ſequitur.[Si quidem in inſulam annotauerit]. i. iudicauerit[deportandum]aliquem. Hug.[deportetur]in talem inſulam. Hugu. & puto tunc eſſe appellandum, cum recipio eum inter cõdẽnatos, ſiue in numero reorum. ff. de cuſto. & exhib. reo. l. diuus. Lauren. vel dic recipi in carcerem. vel in vinculis.[Cæterum &c. videtur aſsignare rationem, quare ſtatim appellandum ſit. vt dictum eſt.[rurſus] ſecundus caſus. ſiue ſecunda quæſtio. eſt† quid ſi imperator inductus mendacijs per præſidentem prouinciæ prohibet vel nõ recipit appellationem rei, & ſcribitur ab imperatore, quod portetur in inſulam talem vel talem. reſpondetur quod etiam illo tempore quo imperator ſcribit appellandum eſt, nec huiuſmodi appellatio eſt dicenda eſſe aduerſus principem. ſed aduerſus calliditatem iudicis. qui eum apud principem fortè mendacijs onerauit. [onerauit] ſcilicet princeps Prouinciæ [eum] ſcilicet reum Hugu.[intercludat]quia fortè imperator prohiberet vel non reciperet appellationem eius, ex quo tot mala audiret de illo. & hoc ſcilicet cum ab imperatore reſcribitur vt deportetur [& illo]ſcilicet cum præſes iubet eũ recipi inter condemnatos, iterum quod inſula ab imperatore ſit aſsignata, quaſi diceret vtroque tempore appellandum, & cum præſes prouinciæ recipi iubet inter damnatos, & cum reſcribit imperator[quia non aduerſus principem]argu. † quod ſi quis apoſtolicum de danda ſententia conſuluit, & ei à papa reſcriptum fuerit, quam ſententiã dare debeat ab illa ſententia poteſt appellari. Non enim à ſententia papæ, ſed à calliditate iudicis appellet. & ſic poteſt appellari à quolibet reſcripto, & mandato principis. vel papæ, quod alicui iudici mittitur ad mandandum executioni, quia in omnibus his non ſit appellatio à ſententia principis. ſed à calliditate iudicis, & hoc intelligo generaliter verum eſſe, ſi in reſcripto vel mandato non ſit prohibita appellatio. Hugut. &c.

Margin notes (right column): Caſus primus. — 1 — Exponit literam. — 2 — Secundus caſus. — 3



Llud. §. eſt. & lex vltima. ff. quando app. ſit. Caſus eſt talis. Si literæ præſidis ad imperatorem in quibus ſententia damnationis cũ allegationibus & geſtis continetur, fuerint oſtẽſæ reo antequam mitteretur, & ipſe tunc non appellauit & reſcribatur contra eum. Poſt nõn poteſt appellare ab illis literis. ſ. præſidis ſibi primo oſtenſis. quia illis ſemel conſenſiſſe vr̃ &c. Lege te. ¶[Scriberet]à præſide.[literarũ] cõtinentium geſta & ſentẽtiam præſidis. Hu.[editũ]. i. monſtratum Arch.[ſcriptum ſit]ſcilicet principi pro eo deportando, vel

Margin notes: Caſus. — Exponit literam.

do, vel à principe pro loco assignato[traditis] alias editis id est monstratis. Archi.[possit] dic quod non Arc. quia &c. consensisse videtur. Nota qui tacet consentire videtur. Bernar. ale hoc. 27. di. diacono. & extra. de præsump. nonne. Nam ex quo sibi monstratur, nec appellauit consensisse videtur, nec credo quod sufficeret contradicere sine appellatione. vt in casu consimili notat Inno. & Host. extra de re iud. quod ad cōsultationem. in fin. & hoc satis probatur hic Archid.

1 *Procurator constitutus ad audiendam sententiam an teneatur appellare.*



NOn solent. Hęc est lex. 1. ff. de appel. recipię. Et est hic quinta pars quęstionis, in qua ponit casus diuersos. Ioan. de. Et ostendit in hac parte quis possit appellare. Diuiditur autem in duas partes. In prima ponit quatuor casus, in quibus quis potest appellare. In secunda circa quartum remouet dubium. secunda ibi, sed si mater. Leg. ¶[Non solent audiri] in causa ciuili, secus in criminali. quia in criminali quilibet appellans admittitur etiam inuito condemnato. creat. n. humanitatis ratio quemlibet in tali casu prouocantem audiri debere. ff. de appe. non tantum. Hu. [quorum interest] vt sunt domini causarum Hu. [quibus mādatum est] vt procuratores. Hu. ¶Sed hic surgit quæstio† nūquid si constitui procuratorem ad audiendum sententiā, nunquid appellare tenetur. respondetur dicit Archi. puto ꝙ nō. quia vnum concedendo videor aliud prohibere. ff. de iudi. cū prætor. C. de procu. maritus. secundum Goff. qui ita notat extra de procur. non iniustè. Arc. & ibi ponit Io. An. super vers. potest. [vel qui negotium] vt negotiorum gestores. Hu. [ratū habeat] sponte, vel etiam coactus per iudicē, aliàs si dominus non habeat ratum, nec per iudicem cogitur habere ratum, totum irritabitur, ex quo non mandauit. ff. de nego. gest. sed an vlt. & l. Pomponius. Lau. [Sed si] secunda pars [prouocauerit] pro filio condemnato. Hu. sensus est, ꝙ quāuis mater à principio non potest agere pro filio, tamen pro eo cōdemnato potest appellare, & causam appellationis prosequi. [& si litem] id est causam appellationis præparandam prosequendo. s. appellationem [curare]. i. in propria persona exequi, & tractare. Hu. non videtur intercedere. Et ideo non iuuatur Velleiano nec potest vti de exceptione velleiani, si succumbat. quia suū negotium videtur tractare & in proprio negotio non habet exceptionem Velleiani. Hug. [licet ab initio] id est ante damnationem filij. Hu. [non potest] quia tunc damnificaretur, cū esset tuta ipso iure, vel per exceptionem velleiani si succumbat quia intelligeretur tractare negotium alienum, & intercedere pro alio. Non enim negotium filij ita videtur esse suum, & ad se pertinere, sicut post condemnationem & appellationem. Hu. Vel sic iuxta Abb. & Inno. pro filio non potest mater agere vel ipsum defendere quia hoc est virile officium. C. de procuratoribus. alienam.

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet.

1 *Appellari an possit ab omni interlocutoria. & nu. 2.*

Ante sententiam. Lex est. 2. ff. de appe. non reci. cōclusio est 1 † quod est ab interlocutoria quæ per appellationē à diffinitiua interpositam reparari non potest ꝯm leges appellatur. Breue est. Lege. ¶[Ante sententiam diffinitiuam. Hugu. [si iudex interlocutus est in negotio] ciuili, vel criminali] quæstionem esse habendam] id est, tormētum esse habendum id est aliquem subijciendum esse tormento, qui non deberet subijci puta de canone, qui non debet subijci tormento, nisi casualiter fortè. vt. C. de quæstionibus. l. decuriones. nec incipiendum est à tormentis. vt. ff. de quæstionibus. l. 1. in prin. & C. eo. titu. l. oportet. vel cum iudicat tunc esse habendum tormentum, cum non debet haberi. scilicet in prin. causæ. Hoc enim seruandum est generaliter, vt nunquam à tormentis incipiatur, nisi præcedant aliqua indicia, nisi fortè obijciatur de crimine læsæ maiestatis Hugu. [contra leges.] ¶Sed hic surgit quæstio. quomodo stat in veritate iste textu. quia si interlocutio sit contra leges, & per consequens nullius sit momenti, extra de sen. & re iudic. capitul. 1. non erit opus appellatione. vt ibi. & infra eod. §. diffinitiua. respondetur qđ sic est intelligendū contra leges, id est contra mentem legis, non contra verba legis, quod est dicere contra ius litigatoris nō contra ius constitutionis. Hug. & Archid. vel sic contra leges, non directè sed per consequentiā vt si dico istum subijciendum esse verberibus. & ipse quidem est decurio nec debet subijci, nec ego dico decurionem esse subijciendum, sed istum directè. sed per cōsequentiam dico. Similiter dico istū statim subijciendum esse tormentis, nec ego dico esse incipiēdum à tormentis directo, sed per consequentiam. Nam si directo daretur, interlocutoria contra leges ipso iure esset nulla sicut diffinitiua, nec opus esset appellatione vt dictum est. Ecce in hoc casu appellatur ab interlocutoria. Hug. ¶Sed hic surgit quæstio† vtrum ab omni interlocutoria possit appellari, respondetur iuxta Hug. quod sic secundum canones. argumen. supra, eod. quæstio. ad Romanam. si quis putauerit. & ca. quoties. & extra. de appella. quasi per totum. & capitu. cum cessante. & cap. licet. & ca. si à iudice. eod. titu. libr. 6. Secundum leges videtur quod non. quia cū specialiter concedatur in hoc casu, videtur in alijs prohiberi. quod. n. de vno cōceditur. &c. 33. q. 5. qui sicut. Hug.

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet.

2 Quæstio. Respōdet.



Filius qui causam. Lex est. 4. in e. titul. casus videt esse iste. Aliquis trahitur in causa coram ordinario suo, & dicit quod non vult respondere, sed qđ dentur ei induciæ, quia ad papam misit pro eodem negotio, dicit lex quod non est audiendus. vel summa est ista. quod propter supplicationem factam principi iudex inferior nō impeditur procedere. & ob eam causam appellans non auditur. secūdum Bar. Et potest diuidi in duas partes secundum duo dicta. in prima parte ponitur casus. in secunda prohibetur eius appellatio recipi. secūda ibi, & si ob eam causam. Leg. ¶[Ordo literæ est iste] desiderium] scilicet quod expectetur[eius prohibet audiri qui ideo causam agere frustratur] id est, frustrando differt. Hug. [qui dicit se libellum] scilicet preces continentem. Hugu. [principi dedisse & sacrum] id est, imperiale rescriptum expectare. [& si.] secūda pars patet. dicit autem hic gloss. quod hoc omnes intelligunt cum nūtium misisset. sed aliud est si in propria persona & ante citationem iter arripuit. vt extra. eod. de appel. ca. meminimus. & c. suggestum. Sed contra inducit. cap. cum causam. extra. de officio. deleg. & in fi. contra. cap. vt debitus. extra de appel. vbi videtur haberi quod missio nuntij vel itineratio non operetur aliquid super quo dicit Archidi. quod cum permissum sit iura iuribus concordare, vt in capit. cum expediat. de elect. libr. 6. probabiliter dici potest, quod omnia iura remanent in suo statu, & etiam decretalis. vt debitus. & post multas opiniones, quas recitat circa præfatam decretalem. vt debitus. dicit. Tu dic quod detur, vt debitus. loquitur in iudice ordinario, & sic eam intelligunt Ioann. Vincent. Hostiensi. & Petru. de Samp. & hoc iudicat finis ipsius decretalis, ibi saluis &c. & hunc intellectum ponit gloss. quæ incipit, & si propterea. in princip. ver. ratio huius &c. Alia vero iura loquūtur in iudicibus delegatis, & sic non se tangunt. Noli igitur esse iuris peruersor seu corrector, sed saluator, quoniam hoc non est sana doctrina sed peruersa.

Casus.

Diuisio.

Exponit literam.

Ioannes Vincen. Hostiensi. Petrus de samprana.

1 *Apostoli vnde dicantur.*

2 *Libelli refutatorij qui dicantur.*



Post appellationem. Lex est vnica. ff. de libe. dimissor. Et diuiditur in duas partes. in prima dicit, quod interposita appellatione iudex à quo debet tradere petenti apostolos dirigendos iudici ad quem. in secunda quod si iudex non tradat apostolos appellanti, nullum præiudicium generetur ipsi appellanti. secunda ibi, sufficit. Lege textum. ¶[Post literæ dandæ sunt.] Nota quod istæ literæ aliquoties appellantur 1 apostoli. vt. j. dicitur. † Et dicunt tales ab apostoli. ab apo quod est de, & stolos, quod est missio, quia sunt quibus quis dimittitur de potestate alterius ad aliam superiorem quo ad illam causam, & est nomen Græcum. Hugu. Et ex hoc dicuntur apostoli vt hic. & ff. de appellatio. leg. 1. Aliquando dicuntur libelli dimissorij. quia per eos apparet. quod iudex appellationi detulit. & sic prosunt quo ad hanc causam [à suo manu] id est potestate & iurisdictione dimittit & ipsam ad illum ad quem appellatum est mittit. vt. ff. de libell. dimissor. leg. vnica. item dicuntur literæ dimissoriæ. vt infrà sequitur, & ff. de appellat. leg. 1. quandoque dicuntur reuerentiales, quando scilicet, propter reuerentiam superioris defertur vt in auth. de not. & extra. de appella. capitulo cordi. cum gloss. libro sexto. Hosti. interdum dicuntur libelli refutatorij. C. de appellatio. eos. §. 2 super his† & sunt hi ꝑ quos apparet quod iudex non defert appellationi, sicut alia scriptura dicitur refutatoria. C. de rela. l. l. & C.

Diuisio.

Exponit literam.

1.l.& C.de appe.quoniam nonnulli.Host.Aliquando dicũtur libelli appellatorij.C.de appe.l.si quis libellos[sensus]quia verba formarum melius ponuntur in §.sequenti transimus nũc [sufficit]secunda pars.[petijsse.]Nota quod si non petuntur non valet appellatio.i.renuntiasse videtur siue reputatur non appellans.vt.dic.c.cordi.extra.de appe.li.6.& eo.ti.c.ab eo.[intra tẽpus].s.intra.30.dies.vt.j.ca.q.§.iudicibus.Hu.[si instanter & sæpius]sufficit eos peti vno contextu,& sepius,& instanter.extra de app.cle.quamuis. licet de hoc dubitaretur in decretali.ab eo.e.ti.li.6.Io.de Fan.[& si nõ accipiat]qa iudex non dat.Hu.[contestetur]coram multis,& in præsentia multorum testium.[constitutiones].i.leges. Hu. idem est etiã obseruandum in petendis literis dimissorijs, quibus clericus absoluitur à iurisdictione sui episcopi.vt di.72.episcopus. item & in petitione pallij.vt di.100.prisca[ne noceat]dic hodie,vt in prædicta.cle.quamuis.hodie statutum est,quod is à quo appellatur apostolos appellanti tribuat requisitus,& si non exhibuerit,ex tunc si fortè in causa procedit inualidus & irritus, est processus,nisi ipsi appellationi fuerit renuntiatũ. vt extra. de appe.lib.6.vt.s.vbi notauit Inno. ꝙ illud erat ius nomini. Et quod dicit requisitus,dic.s.tunc demum illud obtinere cũ ipse iudex super hoc cũ debita instantia & loco & tempore cõgruo requisitus eos expresse denegat.vel infra.30.dies malitiosè aut negligenter illi tradere prætermittat. vt extra. de appe.lib.6.c.ab eo.Archidia.

1 *Innouari quod nihil debeat post appellationem an sit semper verum.*


2 *Appellatio an debeat recipi vel non quis debeat cognoscere.*



Appellatione. Lex est.ff. nil innouari pendente appellatione.l.1.breue est.summa quod appellatione pendẽte inter litigantes per iudicem à quo nihil est innouandum.Lege tex.¶[Appellatione siue nõ fuerit recepta]à iudice à quo appellatum est cũ tamen deberet recipi.Hu. quia si manifestè esset friuola posset in causa procedi,& appellans condemnari.extra de appe.cum sit Romana.[nihil innouari]alius potest conueniri.ff.mand.l. creditor.in prin.Arch.¶Pro pleniori intelligentia huius quæritur† vtrum hoc sit semper verũ, quod post appellationem nihil innouari possit.Et videtur quod sic ex præsenti.c.¶In oppositum vero arguitur quando appellatio non debeat recipi & ea pendente potest fieri innouatio.vt.l.1.2.& 3.& quasi per totum.C.quorum app.non reci.respondeo quod ista lex quæ hic ponitur habet aliquas exceptiones,sicut patet in glo. vbi ponuntur multi casus.vnde singulariter intelligitur quando appellatio de iure tenet. Nam si de iure nõ tenet quamuis interponatur tamen iudex procedet in causa. & ita aliquid innouabitur & immutabitur,puta cũ ille appellat, qui est verus contumax.vt.24.q.3.de illicita.item si appellans est in notorio crimine.vt.c.cum sit Romana.de app.& 27.q.1.si custos. item appellat inuasor ecclesiæ,vt extra de appel.c. exquiritur. & j.e.§.sunt.glo.& in multis alijs casibus in quibus appellatio non tenet,& tunc non habet locum quod hic dicitur,ar.ff.de app.l.cõstitutiones.sunt præterea certi casus, vt notat hic Archi.ex Inno.maximè in quibus post appellationem à se factã iudex exercet iurisdictionem suam.vnus est extra de appell. personas.alius est.e.ti.c.si duobus.alius est.eo. ti.cum teneamur.vbi de hoc per Inno.item est alius in c.qua fronte.eo.ti. Nam ibidem iudex qui detulit appellationi recepit cautionẽ nomine ecclesiæ & absoluit. Alius est in c.2.extra.de matrim. contracto contra inter.eccle.& ibi de hoc per Inn.item alius casus ẜm Host.extra de appe.peruenit.vbi de hoc ipse not.in alijs casibus secus ẜm Innoc.vt no.in præce.c.de matri.contract.contra interdict.eccle.ca.2.quod est notabile.¶Sed hic surgit quæstio† quis debet cognoscere an debeat recipi appellatio vel non. dic quod superior ad quem est appellatũ.vt no. ff.nil Inno.app.pœn.l.1.& no.per Io.An.post Inno. & Hosti. extra de offi.dele.pastoralis.§.præterea.¶Sed qualis erit hęc cognitio.Nõne per hoc cognoscetur de iustitia appellationis respondeo quod hæc cognitio an appellatio sit recipienda an non præcedit cognitionem fiendam super iustitia vel iniustitia appellationis.& erit hæc cognitio summaria, & potest fieri etiam parte absente.ff.de admini.tutorum.l. chirographis. §.1.& ff.de appe.reci.vel non reci.l.si cuius.& ff.nil Inno.app pœn.l.ista.secundũ Innoc.& est vbi.s.& no.Bart.in l.sciẽdum de appe.reci.vel non.Io.de Fan.Nota hic iuxta Archid. quod non solum innouata post appellationem à diffinitiua sententia interiectã debent semper exceptis casibus in quibus post sententiam iura prohibent appellare ante omnia per appellationis iudicem penitus reuocari, sed & ea omnia quæ medio tempore inter sententiam & appellationem, quæ post modũ infra decennium interponitur ab eodem contingeret innouari,ac non post appellationem eãdem innouata fuissent. vt extra.lib.6.de app.non solum.vbi videas. Nam ibidem exprimitur quid iuris de his quæ innouantur post appellationem ante diffinitiuam sententiam interpositam.Archi.

Exponit literam. Quæstio. 1 Opponit contrariũ. Respõdet. Archid. Innocent. Innocen. Quæstio. 2 Respõdet. Quæstio. Io de Fan. Archidiac.

1 *Sententia pro parte potest rescindi.*



Si quis. §.est vltimus.in l.vnica.ff.nil.Inn.ap. pœn.Casus est talis.si condemnatus, ex pluribus criminibus propter quædam tantũ appellat,si talia sint grauiora eius recipit appellatio,& pœna differtur pro alijs.alias secus.Et diuiditur in duas partes. In prima mouet quæstionem.In secunda soluit per distinctionem, secunda ibi,si quidem.Lege.¶[Si quis propter quædam appellauerit]ar.quod ab vna parte sententiæ potest appellari, † & sic sententia pro parte potest rescindi.ar.j.c.si quis in quacunque. & arg.ff.de mi.l.etiam si.§.ex causa.& extra de præb.c.dilectus.[Et si]secunda pars.varius intellectus datur in gl.huius legis. Sed iudicio nostro iste est verus intellectus,quod cũ quis pro grauioribus appellat differenda est omnis alia pœna debita minoribus,quæ impedire posset prosecutionẽ appellationis. exẽpli gratia quis peccauit duobus peccatis,propter vnum grauius meretur depositionem.propter minus priuationẽ beneficij, ne priuatus beneficio non possit prosequi appellationem. itẽ quis propter grauius meretur decapitationẽ, propter minus deportationem appellatione facta à prima differtur pęna deportationis siue carceris,quia impediretur à prosecutione appellationis factæ à cõdemnatione mortis. & sic de similibus. ¶Sed hic surgit quæstio duplex. vna est qd si paria siue ęqualia sint illa propter quæ appellauit,& illa propter quæ non appellauit.ad hoc respõdet hic glo. quod idem creditur.s.quod pœna esset differenda. Verum dicit Hug.& Archi.quod in casu videtur,quod statim apponenda sit pœna cum nõ à grauioribus appellauerit nisi quis dicat ex humanitate differendam, quasi interim aliquid fieri possit quod eum liberet.ff.de adul. l.denuntiasse.§.fi.11.q.3.cum apud.ẜm Io.de Fan.& Arc.¶Secunda quæstio est posito quod vnus sit condemnatus de duobus criminibus quorum vtriusque pœna est decapitationis, & appellat à minori,vtrum sit decapitandus:secundum hãc legem respondetur.quod huiusmodi lex non loquitur de huiusmodi criminibus, sed de illis, quæ puniuntur citra mortẽ sicut ad exilium & huiusmodi.

Casus. Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respõdet. Quæstio. Respõdet.

Forma. §.est in quo quia superius dixerat, quod in libello est appellandum,& quod dimissoriæ literæ instanter sunt petendæ, ostenditur nunc horum forma. Et diuiditur in quinque partes.in prima ponit formam apostolorum.in secunda formam appellationis ante sententiam. in tertia formam appellationis post sententiam. in quarta formam appellationis plurium.in quinta dicit appellationes fiendas in scriptis.secunda ibi,forma vero.tertia ibi,si vero. quarta ibi.si autem.quinta ibi,huius.Lege.¶De forma apostolorum loquens ait. [Ego & c.ab obseruatione iudicij dimitto.] Hoc addit Gratianus ex se.cætera à legibus habuit.Hug.[forma]secunda pars.hanc formam potius habuit ex consuetudine,quam ex authoritate.Hug.[sentiens me grauari]supple ex tali causa alias non valet.extra.de appe.vt debitus.&.c.cordi. e.titu.lib.6.[Romanam sedem appello.]sic.80.dist.c.1. vbi de hoc & s.eo.c.4.& 5.[Si vero]tertia pars.[anno incarnationis mil.105.]hic potest colligi quantum tempus effluxit ex quo liber iste conditus est.Sed credo dicit Hu.literam esse falsam cum non videatur tantum temporis effluxisse,quod liber iste fuerit compositus.fuit.n. compositus docente Iacobo Bon. in legibus,vel Alexandro in theologia.qui postea fuit Alexãder tertius. Et hoc fuit anno 1150. vt ex chronicis patet vt etiam dicit glo.hic.[Et si autem duo]quarta pars.[in scriptis.]quinta pars.si appellatio iudici,à quo quis appellat in scriptis porrigitur non põt ex eo ꝙ non fuit lecta coram eo rõnabiliter impugnari.vt extra.de appe.c.appello.li.6.Arc. de istis formis vide plenius in summa Hostien.eo.titu.

Diuisio. Exponit literam.

Ad iudicium. §.est in quo dicit. quod catholicus, non debet appellare ad fidelitatẽ alterius fidei siue infidelem.Et hoc subiungit ideo, quia.s.e.§. anteriorum.§.1.& vlt.dictum est quod iudex ad quem debet ... alterius

esse alterius gradus ne per hoc crederetur quod possit appellari ad iudicem alterius fidei, dicit. quod diuersitas gradus est attendenda in iurisdictione non in fidei diuersitate. quia semper iudex ad quem debet esse maioris authoritatis, quam iudex à quo, non tamen alterius fidei &c.

1 *Christiano an liceat appellare ad iudicem infidelem.*



Atholicus. Ad probandum, quod dixerat in §. præcedenti inducit, c. ex Carthaginen. concilio. 4. sumptum in quo statuitur, vt excõmunicetur catholicus, qui ad alterius fidei iudicem prouocat siue appellat. Breue est. ¶ [Catholicus.] Pro pleniori intelligentia quæritur. † Vtrum liceat Christiano appellare ad iudicem infidelem. Et videtur quod sic exemplo Pauli qui vt habet Actuum. 25. ad cœsarem appellauit. ¶ In oppositum videtur litera præsens. ¶ Respondeo dicendum, quod aut catholicus potest habere iudicem, ad quem appellet catholicum. aut non. Si potest habere tunc est conclusio. quod non est licitum appellare ad iudicem infidelem. ista cõclusio patet primo ex præsenti. c. 2. patet. 1. ad Cor. 6. vbi apostolus reprehendit fideles, qui ad iudices infideles recurrebant cum poterant habere iudices, fideles, dicens non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare super fratrem suum. sed frater cum fratre contendit in iudicio & hoc apud infideles. quasi diceret. quod vbi habetur iudex fidelis ad illum est recurrendũ. Tertio etiã patet conclusio quia infidelibus sunt interdicta officia publica. C. de Iudeis. l. vlt. & 17. q. 4. constituit. Si vero appellans nõ potest habere iudicem catholicũ, sicut in terris in quibus infideles præsunt prouincijs, sicut in Alexandria. vbi soldanus, præest, vbi sunt multi Christiani, tunc est conclusio quod licitè tunc potest appellari ad iudicem infidelem. patet conclusio exemplo Pauli, qui appellauit ad Cœsarem. Hu. vero dicit hoc intelligendum esse si christianus infideles cõueniat sub iudice infideli, vel quando iudex à quo fidelis esset sub infideli. Et ita patet responsio ad rationes. [Excommunicetur]. i. ad aliquod tempus suspendatur, & separetur à communione sacramentorum quousq; desistat à tali appellatione. Licet. n. talis appellatio de iure non teneat, sicut nec principalis causa teneret. ar. 11. q. 1. inclyta. tamen. sicut de facto appellauit. ita & de facto vult prosequi appellationem, vel si velit desistere siue non, tamen in pœnam illius peccati, quod appellauit præcipitur, quod excommunicetur. Hug.

Exponit literam.
1 *Quæstio.*
Opponit & Respõ.

Notandum. §. est, & est. 6. pars huius quæstionis, in qua probat, quod ab arbitris non est appellandum, & licet de arbitris dicat in hoc. §. superficialiter tamen inducit canones, qui loquuntur in iudicibus ordinarijs electis à partibus ex causa excepto. c. seq. quod intelligitur in arbitro. secundum Io. de Archid.

1 *Appellari quod non possit ab arbitris an sit licitè constitutum.*
2 *Arbitrium est actus trium personarum exequentium compromissum.*
Et an ab eo possit appellari. nu. 9.
3 *Arbitri si sint plures quomodo sit proferenda sententia.*
4 *Sententia arbitri si sit iniqua aut iniusta an sit aliquod remedium.*
5 *Laudum continens peccatum per partes irremissibile est ipso iure nullum.*
6 *Iniquitas laudi si est notoria competit parti exceptio doli.*
7 *Laudum, quando est dolosum competit exceptio alteri parti.*
8 *Arbitramentum debet reduci ad arbitrium boni viri si pars parata est probare læsionem.*



Iudicibus. Ad probandum quod dixerat inducit. capi. hoc, quod est concilij mileuitani, cuius conclusio est, quod à iudicibus s. arbitris prouocari. i. appellari non debet. ¶ Sed pro pleniori intelligentia capituli. Quæritur sic per modum disputationis sequentis. Vtrum † licitè sit constitutum quod ab arbitris iudicibus appellari non possit. Et videtur quod non, quoniam maius est vinculum ordinariæ potestatis, quam propriæ electionis. sed à iudicibus ordinarijs est licitum appellare, vt patet per totam istam quæstionem. ergo etiam & multo magis ab arbitris. ¶ In oppositum est tex. præsentis capit. ¶ Respondeo dicendum. quod arbitri ad præsens sunt in duplici differentia. quidam. n. sunt qui compromissarij vocantur & voluntate adeuntur, & de quibus hic fit mentio, de quibus loquendo ponitur talis conclusio. quod rationabiliter fuit institutum, vt à talibus arbitris appellari regulariter non possit. nec est simile de alijs iudicibus ordinarijs. Et ratio est iuxta S. Tho. in 2. 2. q. 69. ar. 3. quia ex proprio defectu. vel negligentia procedit quod aliquis sua sponte se alterius iudicio subijciat de cuius iustitia non confidat. Leuis etiam animi esse videtur, vt homo non permaneat in eo quod semel approbauit, & ideo rationabiliter denegatur subsidium appellationibus, à iudicibus arbitrarijs, qui non habent potestatem, nisi ex cõsensu litigantium. sed potestas iudicis ordinarij non depẽdit nisi ex consensu illius, qui eius iudicio subditur. sed ex authoritate regis & principis qui eum instituit, & ideo contra eius iniustum grauamen lex tribuit appellationis subsidium. ita ꝙ etiam si sit simul ordinarius & arbitrarius iudex potest ab eo appellari. quia videtur ordinaria potestas occasio fuisse, quod arbiter eligeretur, nec debet ad defectum imputari eius, qui consentit sicut in arbitrum in eum quem princeps iudicẽ ordinarium dedit. hæc S. Thom. Alij dicuntur arbitri, qui de necessitate iuris habent assumi de quibus in c. ab arbitris. de of. deleg. lib. 6. & de talibus est conclusio. quod à talibus bene appellatur, vt in prædicto. c. iudicibus. s. arbitris. Hugu. hic nota † quod arbitrium^a est actus trium personarum exequentium compromissum. Nam exequetur inquirẽdo veritatem actor vt obtineat. reus vt absoluatur secundum Azo. Sed hoc idem vt arguit Hosti. est in iudicio, vnde non plene diffinitur hic. ¶ Secundò diffinitur iuxta Inno. sic arbitrium est causa in dicendo voluntariè posita, & recepta. vel tertio sic secundum Host. Arbitriũ est potestas data alicui & recepta ad pronuntiandum in lite prout arbitro visum fuerit aliqua certa pœna illata, & certis terminis limitata. arg. l. diem. §. stari. ff. de arbit. ¶ Quartò iuxta gl. sic diffinitur. Arbitrium est tertius actus personarum super ciuili quæstione in iudicio contẽdentium. ¶ Sed hic surgit q̃stio † multiplex. prima si plures arbitri sunt quo modo sit proferenda sententia. respõdetur quod cum ab vno arbitrorum vel iudicum alijs præsentibus & mandantibus scripta sententia perinde habetur, ac si simul ab omnibus etiam recitata. oportet tamen quod is qui recitat, non vtatur verbis singularis numeri, sed pluralis, vt dicat nos tales arbitri vel iudices pronuntiamus &c. licet in arbitris super electione seruetur contrarium. Nam pronuntio per verba singularis numeri est facienda vt notat ipse Hosti. extra de elec. in Genesi. facit. ad hoc extra. de arbi. c. si ex tribus. lib. 6. in fi. Archid. Sed tu dic, vt in c. cũ ab vno. de sen. & re iudi. lib. 6. vbi tex. de hoc. ¶ Alia quæstio surgit hic † vtrum sit aliquod remedium si sententia arbitri sit iniqua aut iniusta. Et videtur quod non quoniam vt hic dicitur à iudicibus arbitris non licet prouocari. ¶ In oppositum est gl. in præsenti. c. vbi ponit, quod per exceptionem doli potest remediari. & Inno. in c. 2. extra de arb. dicit, quod licet contra sententiam arbitri non sit remedium ordinarium, tamẽ potest implorari officiũ iudicis, si sit iniqua. respondeo dicendum sub certis cõclusionibus. Prima est Archi. qui ita dicit hic. Si ergo peto arbitrium corrigi, & postea peto arbitrium excommmunicatum, debet iudex pronuntiare compromissum & arbitrium nullum. & sic in curia inquit Romana fuit pronuntiatum sæpius de mandato domini papæ. & ita tenet & seruat curia Romana. Nã illa verba arbitratu boni viri in seruum non cadunt. ff. de verbo. signifi. l. illas. sed & bona. & excommunicatus est seruus peccati. j. eo. q. 7. §. quia ergo pro hoc facit expresse, quod no. compo. extra de electio. in causis. in gl. vltim. ver. sed quid si vnus. & ibi videas Arch. ¶ Secunda conclusio quæ est Host. est quod si euidenter liqueat quod dictum arbitri iniquitatem peccati contineat ordinarius ex officio hoc emendari faciet. extra de arbi. c. 2. & c. exposita. & c. 3. ¶ Tertia conclusio. si euidenter appareret de læsione partis. & per cõsequens de peccato, non est standum legi. l. legi. diuinæ. §. stari. ff. de arb. sed standum est canoni. Et hoc intellige quando. j. 10. dies à parte cõquerẽte fuerit contradictum, alioqui contra. eo. ti. c. per tuas. Et dicit tenendum pro constanti, vt ipse Host. notat extra de arbit. cap. 2. & hoc etiam innuit gl. vt infra sequitur Archid. Dicit etiam hic Vincen. credo & ita vult curia quod si arbitrium continet iniquitatem sit corrigendum. extra. de arbi. exposita. & hoc ipse notat de elect. causam quæ. Nã vbi liquet de iniquitate ipsius, corrigenda est, vel quia arbiter per sordes vel per exceptionẽ doli mali vel de eo quod non spectabat ad eum, vel excessit arbitratus est. vel si contra acta manifestè cõdemnauit me intolerabiliter. hoc ita notat in prædicta decreta. exposita. Arc. Concordare videtur Abbas, qui distinguẽs de laudo extra de arbi. c. 1. ponit certas conclusiones. † Prima quod si laudũ continet peccatum

Quæstio. Primũ ar.
3 *Opponit & Respõ.*
2, a *a ¶ Arbitriũ. Not. ꝙ arbitrium dicitur circa substantiã stylus circa ordinẽ. Bar. in l. 1. ver. quęrit hic gl. C. de sacrosa. eccl. Azo. Hostien. Innocen.*
3 *Quæstio. Respõdet.*
4 *Quæstio. Opponit*
Respõdet. Prima cõclusio. Archidia.
Cõpostellanus. Secũda cõclusio. Hostiensi. Tertia conclusio.
5 *Archidia. Abbas. Prima cõclusio.*

tinet peccatū p partes irremissibile tūc est ipso iure nullum, siue pronuntians fuerit arbiter siue arbitrator: pro hac conclusione videtur facere illud primum. c. de arbi. secūdum expositionē gl. in eo quod exponit absoluās. i. absolutum ostēdas. ad idem c. fi. de re. permu. & hoc casu non est opus vt fiat reductio ad arbitrium boni viri, quia quando ad arbitramentū est nullum potest iudex simpliciter pronuntiare nullum, vt est tex. in di. c. fi. & in c. examinata. de cōfir. vti. nulla. n. lex nec aliquis superior potest sustinere cum peccato. vt in c. fi. de præscri. & 11. q. 3. qui resistit. & in c. Iulianus. & 40. di. c. 1. & in hoc casu indubiè non habet locum. §. stari. nec hoc casu procedit restrictio Host. dicentis. vt. j. 10. dies reclametur. quia potest reclamari quandocunq; sicut sententia iudicis non transit in rem iudicatam ratione peccati imminentis, vt in c. lator. & quod ibi notatur. de re iud. & bona gl. in c. inter monasterium. eo. ti. ¶ Aut laudum continet remissibile per partes quia solū tāgit

6 præiudiciū bursale, siue pecuniarū, † & tunc si iniquitas laudi est notoria est secunda conclusio eius, quod non solum ex officio iudicis potest retractari, sed etiam contra executionem competit parti exceptio doli. patet conclusio. quia omnis iniquitas notoria habet dolū præsumptum. vt in c. 1. & quod ibi

Secūda cōclusio.

7 no. de præsum. & in c. creditor. §. Lucius. ff. mand. † sed vbi laudum est dolosum competit exceptio alteri parti. vt in l. 3. & in l. nō distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitris. nec etiam in hoc casu est curandum vt dicit de lapsu decem dierum respectu exceptionis, quia exceptio doli semper potest opponi aut laudum non continet euidentem iniquitatem, & tunc debet distingui inter arbitrium & arbitramentum. Si est arbitra

b mentum [b] est conclusio. † quod tale arbitramentum debet re

8 duci ad arbitrium boni viri, ex quo pars est parata probare læsionem. vt in c. veniens. extra de iureiur. & in dict. c. per tuas.

9 & ibi no. Si vero sit arbitrium tunc est cōclusio † quod nō est remedium, sed opus est patientia. vt in dicto. §. stari. Et ratio est quia ex quo non constat de euidente iniquitate non præsumitur dolus, & sic nullum remedium competit. imputet. n. sibi qui omisso iudice voluit adire arbitrum. & tantum de hac quæstione. [consensus] in causa ciuili. Secus in causa criminali vbi sufficit consensus rei. vt. 11. q. c. iudices. glo. Et sic patet responsio ad contraria capitula.

b ¶ Si est arbitramētū Adde q ar bitramētū nō emologatur cursu decē dierum sicut sn̄ia arbit. Pet. de Ancha. in ca. quintauall is. nu. 12. de iureiu.

2 *Authoritas iudicum ordinariorum in potestate seculari accipitur ex lege diuina.*

Et in potestate spirituali. nu. 3.

Et etiam authoritas iudicum arbitrorum. nu. 6.

Et etiam delegatorum. nu. 7.

4 *Differentia ordinariæ potestatis in nouo testamento accipitur ex sacra scriptura.*

5 *Gradus secularis potestatis accipitur ex sacra scriptura.*

9 *Ordinarius vtroque iure potest in se recipere compromissum dum modo partes in eum sponte compromittant.*

10 *Compromitti non potest in iudicem ordinarium tanquam in arbitrum bene tanquam in arbitratorem.*

11 *Delegatus an possit esse arbiter.*

Quod de arbitris.

§. est in quo magister Gratianus determinat in quo casu intelligatur. c. præcedens. Et diuiditur in quatuor partes. In prima facit quod dictum est. In secunda distinguit iudices ordinarios ab arbitris. In tertia distinguit puros arbitros à mistis. In quarta circa mistos ponit opinionem suā secunda ibi, iudicium. tertia ibi, alij. quarta ibi, ab his. Pro pleniori intelligentia huius. c. quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum ista differentia iudicum scilicet ordinariorum arbitrorum & delegatorum ex lege diuina sumat authoritatem.

8 ¶ Secundum est vtrum iudex ordinarius possit esse arbiter illorum, quorum est iudex ordinarius.

Ad primum.

Respōdet. Prima cōclusio.

2 Respondetur sub certis conclusionibus. Prima conclusio † authoritas iudicum ordinariorum in potestate seculari accipitur ex sacra scriptura siue lege diuina. patet ista conclusio. accipitur. n. ex illo. Exodi 17. vbi dicitur. quod Moyses electis viris strenuis de cuncto Israel constituit eos principes populi tribunos, & centuriones, in quinquagenarios & decano, qui iudicarent po

Secūda cōclusio.

3 pulum Dei. ¶ Secunda conclusio † authoritas iudicum ordinariorum in potestate spirituali accipitur ex sacra scriptura. patet conclusio. quoniam ex illo num. 3. vbi ponitur gradus summi sacerdotis. Aaron & minorum sacerdotum subministrantium Aaron. vnde dicitur functiq; sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron. item subministratio læuitarum secundum gradus differentes. vnde ibi dicitur, dabis leuitas. Aaron, & filij eius, quibus traditi sunt à filijs Israel in ministerio. Et iterum ibi dicitur quomodo filij Gerson erant sunt principe Heliasaph. similiter filij Raaphat erant sub principe Heliasaph. & principes principum leuitarum. Eleazar filius Aaron

4 sacerdotis. ¶ Tertia conclusio. † differētia etiam ordinariæ potestatis in nouo testamento accipitur ex sacra scriptura. patet conclusio. Et primo quantum ad distinctionem potestatis sacerdotalis. Nam sicut dicitur in c. in nouo. di. 21. & habetur in glo. Luc. 10. Et dicit Hu. de sancto victore. presbyteri vicarij sunt. 72. discipulorum, qui præcedebant dominum in omnē ciuitatem, & locum quo erat venturus ipse sicut dicitur Luc. 7. episcopi successores apostolorum qui eliguntur à Deo. Lu. 7. & Matth. 10. Summus pontifex successor Petri cui committitur plenitudo potestatis in clauibus. Matt. 16. tu es Petrus & c. Et tibi dabo claues & c. & vniuersalis cura regiminis. Ioā. vlt. si diligis me Simō Petre pasce oues meas. sub potestate vero presbyterorum est potestas siue ordo diaconorum, qui in archidiaconibus habent iudiciariam potestatem quod sumptū est. 1. ad Ti. 4. vbi post descriptionem episcopi dicit diacones si bene ministrauerint gradum bonum sibi acquirēt. ¶ Quar

Tertia conclusio.

Hu. de sancto victor.

Quarta cōclusio.

5 ta conclusio † gradus secularis potestatis accipitur etiam ex sacra scriptura. patet conclusio. Ait. n. Petrus prima epistola sua subditi estote omni humanæ creaturæ & c. siue regi tāquam præexcellenti, siue ducibus tāquam ab eo missis. & ad Rom. 13. dicitur. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et ita patet quod ex nouo & veteri testamento accipitur authoritas iudicum ordinariorum, siue secularium siue spiri

6 tualium. ¶ Quinta conclusio † authoritas etiam iudicum arbitrorum qui communi consensu litigantium in iudices eligun tur accipitur ex sacra scriptura. vnde Exo. 21. vbi lex dicit de illo, qui percutit mulierem prægnātem, quæ facit abortiuū, sed ipsa viuit, quod si partus nōdum viuificatus fuerit in vtero subiacebit damno quantum maritus petierit & arbitri iu

Quīta cōclusio.

7 dicauerint. ¶ Sexta conclusio † authoritas iudicum delegatorum etiam colligitur ex sacra scriptura. patet conclusio. habetur. n. Exo. 24. quod ascendens Moyses in mōtem senioribus ait. habetis Aarō & Hur vobiscum. Si quid natum fuerit quæstionis referetis ad eos. & ex Abdia propheta. vbi dicitur auditum audiuimus à domino legatum ad gentes misit.

Sexta conclusio.

Ad secundum.

8 Sic proceditur. † Et videtur quod iudex ordinarius siue etiam delegatus non possit esse arbiter eorum quorum est ordinarius in causa, in qua habet iurisdictionem ordinariam primo ex. §. tria. ver. cognitores. 3. q. 7. vbi in fine ita dicitur, si quis vero iudex sit arbitrium suscipere eiusdem rei, de qua iudex & in se compromittere iubere prohibetur. ¶ In oppositum est gl. hic. ¶ Respondeo dicendum quod in hac materia triplex oc

Primū ar.

Opponit & Respō. Prima op.

9 currit opinio. Prima est, † vt ordinarius vtroque iure tam ciuili quam canonico possit in se recipere compromissum dummodo partes in eum sponte compromittant. Et hanc opinionem sequitur hic Io. in glo. dicens secundum canones. credo quod ordinarius & delegatus potest esse arbiter. de ordinario patet extra. eo. cum tempore. & extra de elect. causam. de delegato patet extra de præsum. c. literas. & c. vl. & extra de præb. nisi idem Io. super. §. tria. j. 3. q. 7. vbi narrata opinione contraria sic ait. Ego credo quod ordinarius non possit esse arbiter. Nunquam. n. præcise inuenies, quòd ordinarius possit esse arbiter. sed vbique dicitur. quod non potest cogere partes vt in se compromittant. vnde licitè in eum compromittitur volentibus partibus. vt. ff. de tut. & cur. l. 4. §. prætor. in fi. hæc Io. hanc opin. sequitur Goff. Vinc. Ber. in glo. in prædicto. c. cum tempore. Phil. & Ioan. Andr. & quasi opi. canonistarum videtur esse opinio S. Thom. 2. 2. q. 69. arti. 3. in responsione ad secundum. ¶ Secunda opi. est vt de iure ciuili non posset esse ordinarius arbiter. licet bene de iure canonico. Ista opinio est Inno. qui in c. ex parte. extra. de arbitr. super ver. debuisti cognoscere, dicit ar. quod ordinarius potest esse arbiter. vt. s. c. cum tempore. & hoc secundum canones. secundum leges autem

Ioannes.

Goffredus Vincen. S. Thom. Secūda op.

Innocent.

10 secus. ff. de arbi. l. sed si seruum. ¶ Tertia opinio est, † quod in ordinarium iudicem non potest compromitti tanquam in arbitrum. nec iure ciuili nec canonico, sed bene tanquam in arbitratorem. Et istam opinionem sequutus est hic Hugu. qui sic ait super ver. suæ ditioni. Hoc ideo dicitur, quia iudex ordinarius aliquorum non potest esse arbiter eorum, nec ipsi possunt compromittere in eum, & si sponte vel coacti compromittunt

Tertia op

mittunt,non tenet compromissum, & si datur sententia non
tenet nec dāda est pęnæ prosecutio.vt.3.q.7.§.cognitores.l.si
quis iudex sit.sed amicabiliter bene potest iudex ordinarius,
componere inter eos in causa in qua est iudex,si volunt & cō
sentiunt. Et dicit, quod iura videntur velle posse in iudicem
Laurētius. compromitti loquuntur nō in arbitro,sed in arbitratore.Lau.
sequutus est hanc opi.& etiam Host.extra de arb.cū tempo-
re.hæc opinio quantum ad illam partem in qua dicit,ꝙ iudex
ordinarius posit esse arbitrator & in eum vt in talem posit
compromitti verissima est,& communiter tenetur, & vide-
tur probari de iure ciuili in auth.si vero contingit. C. de iudi.
de iure canonico non est dubium,vt in c.causam.de elec.Hoc
etiam est verum in delegato,vt probatur.in c.nisi.de præben.
Quantum vero ad aliam partem,in qua dicit quod non pos-
Archidia. sit ordinarius esse arbiter non tenetur.imo quod de iure cano
nico posit esse quasi omnes canonistæ tenēt,quam etiā Arc.
Abbas. tenere videtur super ver. suppositi. qui ibi supplet maximè,
Ad argu. hanc etiam opinio.sequitur Abbas in prædicto.c.ex parte.&
in c.cum tempore.Et ad istam nos inclinamur. ¶Ad rationē
in oppositum respondetur.ꝙ per illam legem non prohibet
nisi quod iudex ordinarius non compellat partes in eū com-
Exponit li teram. promittere non ante,quoniam si partes vellent possunt in eū
compromittere.Et hæc de ista quæstione.Lege te.¶[Quod
de arbitris iudicum]secunda pars.[ab apostolico] vel ab alio
quia episcopus potestatem habet à metropolitano,& metro
politanus à primate.Hu.[arbitrarij.Nullam potestatem]saltē
super eos qui in se compromittunt.Hug.[horum]tertia pars
11 [ordinarij]ſm canones dicit gl.†credo quod delegatus & or
dinarius posit esse arbiter.vt.s.inductum est.[Ditioni.]i.iu-
risdictioni.Hu.[suppositi]subaudi maxime. vt expresse colli
gitur.extra.de arb.c.ex parte.& in c.à nobis.Arc.[valebit]di-
cit gl.ꝙ hoc falsum est.Et idē sentit Hu.& Lau. qa à compro
misso non potest appellari siue alias sit iudex siue nō.& sic S.
Tho.videtur dicere contrarium vbi.s.circa.c.à iudicibus.

Sane. Inducit magister hoc.ca.ad probationem
eius quod dixerat & est sumptum ex con
cilio tertio Carthaginensi,vbi est conclusio. quod
à iudicibus qui eliguntur communi cōsensu appel-
Exponit li teram. lari nō licet.Breue est.Lege.¶[Sane]istud.c. variè exponitur
iuxta triplicem intellectum siue casum qui assignatur de eo.
primus est papa volens delegare causam aliquorum proposuit
eis,vt ipsi eligerent sub quibus velint esse: ipsi eligunt tres pa
pa committit illis causam duo ex istis pronuntiant,est cōclu
sio quod ab istis licet eligantur consensu partium potest ap-
pellari,non qa sint arbitri,sed quia delegati,vt.j.e.§.iudicibus.
Et hunc casum tangit Hug.Et hunc intellectum sequitur Io.
de.dicit.n.quod hoc.c.loquitur siue intelligatur de iudicibus,
electis,à quibus appellatur.Et idem dicunt ſm eū duo.c.seq.
Et tunc dic numero,quia tres erant,& duo tulerunt sentētiā.
& ita tenet.ff.de re iud.duo ex trib⁹.Arc. hoc intellige si ter
tius erat præsens.licet contradixerit.secus si absens. vt in di.l.
duo ex tribus, quia altero absente sententia lata non valebit,
quamuis si præsens esset & contradiceret valet sententia lata
à maiori parte.Et est ratio.quia sententia absentis sententiam
Hostiensi. præsentium potuit trahere ad se.vt etiam dicit Host.Et suffi-
cit si vnus alijs præsentibus & mādantibus pronuntiet.extra.
de re iudi.cum ab vno.de quo dic vt ibi.Sed caueat pronūtiās
dicit Host.quod non singulariter dicat.Ego talis.sed in plurali
pronuntiet dicens.Nos tales.& sic.ff.e.item si vnus§.fi.Alius
intellectus est.Septem episcopi debent esse in causa presbyte
ri,illum condemnant,ille condemnatus.j.10. dies vult appel
lare,non potest omnes simul vel maiorem vel mediam partē
illorum inuenire dicitur hic. quod potest appellare minore
parte.l.quia à tribus,vel duobus,vel ab vno eorum.& tūc dic
à paucioribus,quam sint absentes.Hu.Tertius casus aut intel
lectus.septem episcopi tractauerunt causam episcopi, quinq;
condemnarunt eum,& duo absoluerunt,bene potest appella
ri ab illis.5.licet minor si numerus,quam fuerit constitutū ad
diffiniendum,& tunc à pauciori numero quam fuerit consti
tutum,quia septem erant constituti[appellari]subaudi maxi
mè cum appellatio sit tempore peritura,non debet expecta-
re coniudicem.ar.ff.de administr.tuto.tutor.qui.§.1.secundū
Lau.Archid.Hodie habes,quod si sunt plures iudices, à qui-
bus sit appellandum non est necesse quod coram omnibus si
mul appelletur maximè si omnium copia simul haberi non
posit.extra de appel.in cle.1.tamen fortè fuit mens gl. quod
si sunt tres delegati tamen clausula appellatione remota eo ip
so ꝙ duo procedunt sine ipso tertio, & intellige vbi non est
clausula.si non omnes potest ab illis appellari.Ioann.de Fan.

1 *Episcopus an conuenienter deleget causam episcopo.*



Placuit. Ad idem est.c. hoc sumptum ex
concilio mileuitano, cuius capi-
tuli casus iuxta Hug.siue summa siue conclu
sio est,quod episcopus à subditis vt suspectus
recusatus deputabit partibus delegatum, quē
elegerint à quo si appellari contingat appella-
bitur ad primatem,vel concilium suæ prouinciæ, vel ad pa-
pam.secundum quæ duo dicta potest diuidi capitulū in duas Diuisio.
partes.secūda ibi,quod si.Lege.¶[Placuit à iudicijs]futuris. Exponit li teram.
Hug.& Arch.[quæsti.]non per appellationem,sed per recusa
tionem quia eos habent suspectos.Hug.quæsti.ergo quia su-
specti vicini episcopi fortè non erat metropolitanus. & ideo
fortè prouinciales episcopi supplēt defectum metropolitani.
1 glo.¶Sed hic surgit quæstio† vtrum conuenienter episcopus
episcopo causam deleget.& videtur, quod non:quia par parē Quæstio.
non videtur posse delegare.extra.de elec. cum innotuit.¶Re
spondetur iuxta Hu.quod imo par bene potest delegare parē Respōdet.
volentem,sed inuitum non[adhibiti].i.electi.Hug.[ab eis].s.
litigatoribus.Hu.[ex consensu].i.voluntate episcoporum, q
volunt ex quo recusantur secundum Hu.[vel ex consensu].i.
commissione,& sic videtur intelligere Ioā.si quod videantur
eius glo.hic positæ.[Quod si]secūda pars.[ad africana]quod
ideo dicit,quia hoc concilium fuit ibi celebratum.& ideo sic
specialiter statuit Hug.¶Sed hic surgit quæstio quare non ap
pellant ad delegantes.respondeo quia habēt eos suspectos. & Quæstio. Respōdet.
generaliter vbicunque delegans habetur suspectus, vel est re
cusatus tanquam suspectus,non appellabitur ad ipsum sed ad
maiorem iudicem vel concilium.Hug.vnde glo. dicit hic.ca
sus vbi non appellatur ad delegantem.hoc ideo quia est suspe
ctus.[ad transmarina].i.ad aliena iudicia.Archi.[communio
nem suscipiant].i.suspendatur ad tempus à communione sa
cramentorum.Nam ob hoc nō deponetur nec debet excom
municari vt cesset à tali appellatione quia nullius est momēti.
Hug.Aliqui volunt sic intelligere hoc capitulum,s. ꝙ si cleri
cus conqueritur de iudicio sui episcopi, potest appellare ad
vicinos episcopos in concilio congregatos. quia illi in simul
collecti faciunt maius tribunal.Sed hoc vt dicit Hug. non est
verum, nisi metropolitanus intersit præsentiali authoritate,
aliàs.n.episcopi per se congregati vel considerati nil possunt
statuere de aliquo episcopo vel clericis eius, nec eorum supe
riores.Prætereà litera ista contradicit vbi dicitur adhibiti ex
consensu suorum episcoporum.Hug.nisi fortè hæc exceptio
refertur ad finē capituli.Nam de illo loco, & quolibet alio ad
sedem apostolicam appellatur.vt 33.q.4.sicut excellētiam.&
9.q.3.cuncta.Hu.vel intelligatur quod omisso medio potest
appellari ad sedem apostolicam.

Is autem. §.est. & sunt verba Gratiani, in quo dicit
quod appellans non debet remitti ad eum
à quo appellauit.vt.j.eo.§.ab eo.[remitti]inuitus sed volunta
rius remitti potest.Hug.

1 *Casus quatuor in quibus appellans remittitur ad illum à quo appellauit.*

2 *Delegatus papæ & episcopi iudices ordinarij si dissentiant cui sententiæ sit standum.*



Si episcopus. Ad idem sequitur hoc.ca.
sumptum ex concilio Sar-
dicen. Casus huius capituli est talis. episcopus Casus.
accusatus coram episcopis suæ prouincię dam-
natus,& à suo gradu deiectus est,ab illis appella
uit ad papam dubitatum fuit in concilio sardi-
cen.nunquid causa appellationis esset remittenda ad eos,à qui
bus fuit appellatum vel ad quos vbi fortè papa per se nō vult
cognoscere,respondet cōcilium.quod si papa appellationem
receperit,poterit eam committere episcopis prouinciæ vici
næ de qua erant episcopi à quibus est appellatum, qui eam
determinent.& vbi hoc petierit appellās poterit papa aliquos
de suo latere delegatos, mittere qui authoritate papæ cum
episcopis dictæ vicinæ prouinciæ iudicent, quod totum erat
in ipsius papæ arbitrio.Et secundum hoc potest diuidi hoc.
cap.in duas partes.secunda ibi,quod si is.Lege.¶[Si episco- Diuisio.
pus.deiecerint.]credo hoc esse factum speciali authoritate do Exponit li teram.
mini papæ,alias non liceret.vt.3.q.6.quamuis.&.c.accusatus
Hu.& Arch.vel dicatur quod hoc capitulum loquitur de su-
spensione,quā præter conscīam papæ potest inferre episcopo
metropolitanus

metropolitanus tantum per se nedum cum concilio.arg.dist. 12.de his.& 12.q.3.quia cognouimus,& 44.di.placuit. Hug. [reuocetur.]6.q.4.si quis episcopus.cōtra. Sed ibi soluitur in sequenti.§.Hu.[dignetur]mittēdo eis causam appellationis. ſm Pet. Archi.[finitima.]i.propinqua. & est conculcatio verborum.Hu.[altera]propter hoc allegatur.c. quia nullus debet remitti ad eum à quo appellauit.ſ.4.q.2.ab eo autem. quod intelligo inuitus.quia voluntarius potest Hug.& extra de appe.
1 accepta.¶ †Sed hic nota quatuor casus in quibus appellans remittitur ad illum à quo appellauit.primus est quando iniusta fuit appellatio,tunc in vindictam remittēdus est ad primum iudicem.extra de do.& contum.prout. ¶Secundò quādo appellans hoc ipsum petit à papa.extra de spō.c.veniens.¶Tertiò quando appellatus prosequitur appellationem, & non reliquus.c.1.extra de eo qui cogn.consan.vxo.suæ.¶Quartò qñ papa de causa sententiauit,& executionem sententiæ delegat iudici,à quo fuit appellatum.extra de præben. referente.2.q. 1.notum.[diffiniant].i.confirment, vel infirmēt sententiam secundum Bertran.quod dic, vt legitur & no.extra de in integ. resti.ex literis.in fi. Archid.¶[Quod si]secūda pars.[Qui rogat].i.is qui appellauit ad papam. Archid.[monuerit].i.rogauerit[probos].i.delegatos alias presbyteros.Arc. erit in potestate eius.s.papæ.& vt habeant etiam authoritatem personæ illius.ar.ꝙ si quis obtinet locum alterius eius reuerētia,& excellentia gaudere debet.arg.di.93.præcipimus. & 94.valde.& 97.nobilissimus secundum Hu.& extra de offi.dele.sane.Archid.Et tunc potest per aliū,quod per se non potest.vnde subditus episcopum suspendere & deponere potest.cum fungitur vice apostoli.ar.di.74.honoratus.[episcopos comprouinciales].s.de vicina prouincia,nō de illa vnde erant episcopi à quibus appellauit.Hu.[iudicauerit].i.visum fuerit Archi. ¶ Sed
2 surgit quæstio quæ mouetur in glo.† si delegatus papæ & isti episcopi qui videbantur iudices ordinarij dissentirent cui sententiæ standum esset.Ad hanc respondet Archi.dicens in hac quæstione videtur quod sententiæ delegati standum esset. quia papa eius personam elegit.ar.extra de offic. deleg. cum causa. & maximè hic,vbi est delegatus missus à latere papæ quia sententia dignioris debet præferri.ff.de pact.l.maiorem. Sed Pe. dicit tutius esse,quia vtriusq; sententia penderet donec competens iudicium alteram confirmet.arg.ff.de re iudi.l.duo iudices. vt cum hoc sit natura delegatæ iurisdictionis, quod cū diuersæ sententiæ feruntur pendeat vtraque, donec superior alteram confirmet. vt ideo videtur quod in eo casu illud pendeat ex arbitrio delegantis.ar.c.si.extra de re iud.& supposito ꝙ sint ordinarij quia ibi ordinaria est iuncta delegatæ. dicendum ꝙ sequatur naturam ipsius delegatæ, tanquam magis dignum trahat ad se minus dignū.ar.c.quod in dubijs. & extra de consec.eccle.vel alta. & ff.de rei ven. quæ religiosis. Licet .n.ordinaria iurisdictio sit firmior,tamē delegata est dignior. ar.c.sanè.extra de of.dele. ſm P.cuius snīa approbat. Io. Arc.

Bertran.

Quæstio.

Respōder.

Arbitrarij. §.est.in quo magister Gratian⁹ prosequitur distinctionem suam.Hug.& respicit. §.quod de arbitris.s.ea.in ver.horū.vbi dixerat.quod alij erāt ordinarij & arbitrarij.& de his est prosecutus. Item dixerat quod alij erant arbitrarij tantum,& de his hic prosequitur dicens,quod arbitrarij tantum sunt qui nullam legitimam potestatem.i.ordinariam prius acceperunt ex toto vel saltem quo ad causam in qua sunt arbitri.Hu.[non licet]nisi sint delegati. & hoc propter vtilitatem iudicis & propter metum signorū. & quia arbitrium non propriè dicitur sententia & ſm leges, & non appellatur nisi à sententia.Hug.[quia eis].s.ea.q.à iudicibus assignata est ista ratio à S.Thom.&c.

Si vero. §.est in quo iuxta Archid.incipit.7. pars huius quæstionis,in qua ponit sex casus in septē capitulis sequentibus,circa materiam appellationis qui particulariter assignabuntur in litera secundum Io.de Archidi.Dicit autem in hoc.§.quod si in causa appellationis sentētia fuerit retractata hoc non oberit iudicibus,qui illam tulerūt nisi per inimicitiam vel per pecuniam corrupti id fecerint.

1 *Iudex potest defendere suum processum siue sententiam.*
2 *Præsumere semper debemus aliquem rectè fecisse quando facit aliquid quod ex officio tenetur facere.*



Oc etiam. Ad probādum quod dixerat inducit magister hoc ca.quod est sumptum ex concilio.4.Carthaginen.in quo manifestè ponit illam sentētiam. Lege textum. ¶[Hoc etiam]multa iam statuta erant in cōcilio


Exponit literam.

& postea fuit statutum, quod hic dicitur. ¶[Ad ecclesiasticos]argumē.quod non est appellandum ab ecclesiastico iudice ad seculare nec econuerso supra eod.placuit. & dis.10.quoniam idem.Hugu.[maior.]argu.quod ad maiorem est appellandum.Hu.de hoc.s.e.anteriorum.§.1.[non eis obsit]q̄tum ad hoc,ꝙ puniātur,nulla.n.iniuria fit illis per appellationem. C.de app.l.à iudicibus[soluta sentētia]per expositionem ſm quosdam,vel ipso iure ſm alios.[quia non datur actio]in factum ex ea,cum non sit translata in rem iudicatam. Archidi.
1 [non potuerunt]ex hoc dicit Host.†ꝙ si iudex vult defendere suum processum siue sententiam quod potest.quia eius interest.ad idem extra de rescri.c.1.Et ibi etiam not. de quo ēt no.Ber.extra app.c.cum speciali.in glo.sed qualiter. & est expressum.s.e.quoties.episcopi.iuxta fi.& ſ.eo.si autem.de hoc etiam no.extra.de sen.excom.sacro.ibi videas.Archid.[conuinci]ar.† ꝙ si quis facit aliquid quod ex officio suo tenetur
2 facere semꝑ debemus præsumere eū rectè fecisse,nisi probetur contrariū. ergo quāuis iudex iniquam ferat sententiā non tamen punietur inde,nisi probetur quod odio vel gratia hoc fecerit.ar.11.q.3.si episcopus fortè.& di.14.nerui.[cupiditate.]vel metu.11.q.3.quatuor.Lau.& Archid.

Quæritur. §.est in quo incidenter Gratianus interserit quæstionem vtrum iudex à quo appellatur postea possit esse iudex in eadem causa in qua est ab eo appellatum.Et respondetur authoritate sequentis.c.quod non.Hu.Lege.¶[De hoc]scilicet iudice. & est secunda pars huius.7.partis quæstionis.Ioan.de Fan.

Exponit literam.

1 *Iudex à quo ante sententiam appellatur an possit esse testis in eadem causa. & nu.3.*
3 *Iudex deposito officio ante finem litis an possit esse testis in eadem causa coram alio iudice successore eius.*
4 *Iudex à quo appellatur in aliqua causa an possit esse aduocatus in eadem causa.*
5 *Iudex a quo appellatur si interim succedat loco illius ad quem fuit appellatum an debeat cognoscere de causa appellationis.*
6 *Procurator an possit esse testis.*



Tatuendum. Ad hoc inducitur.c.hoc ex concilio. 5. Carthagi. sumptū. Summa est, qui fuit iudex, assessor vel aduocatus in principali causa non potest esse testis in causa appellationis. Et diuiditur in duas, partes.in prima dicit id quod dictum. in secunda quod clericus non est ad testimonium cogendus. secunda ibi nulla.Lege.¶[Statuendum] ista litera sic est construenda secundum Hug.& sequitur eum Archi.[statuendum] est vt nō liceat alicui clerico vel laico,qui in ecclesia].i. coram ecclesiastico iudice[voluerit agere]quamlibet causam[iure apostolico].i.canonico quod ab apostolis primo incepit[imposito] ecclesijs.s. vt eo regantur & disponantur ecclesiæl, & ſm illud ecclesiasticæ causæ tractentur.& terminentur.[Et forsan decisio clericorum].i.iudicum.i.sententia quam ferunt clerici de causa cognoscentes[displicuerit vni parti]& sic appellabit.vel construe sic.vni parti clericorum puta quando plures litigant ex vna parte[non liceat]in quantum qui hoc egit[denotari]eum clericū,si est in litera denotari, sicut est in decreto nostro.[passiuum]ordo constructionis est reiectus & continuus[& qui]legitur infinitè pro quicunque: sensus tamē nō mutatur vt qui.i.quicunque.&c.[Liceat]eum clericum denotari ad testimonium,qui in ea causa fuit[præses].i.præsidium ferens.s.assessor vel aduocatus:quia in ea causa in qua patrocinium præstitit testis esse non valet.vt.4.q.3.testes.Hug. & extra de test.Ro.lib.6.vbi de hoc.& eo.ti.cum à nobis.Archidi. Cognitor].i.iudex.& ea est ratio quare hoc fuit statutum de aduocato & iudice seu assessore.aduocatus.n. tātum alteram partem defendit. ergo si in eadē causa postea esset testis præsumeretur vt memor suæ aduocationis illam partē foueret.similiter si iudex vel assessor postea esset testis in causa illa præsumeretur,quod vellet tantum illam partem fouere pro qua dedit sententiam:sed testis pro vtraque parte debet stare, & ferre testimonium.vt.14.q.5.non sane.Et eadem ratione nec aduocatus potest ibi esse iudex, quia vellet ferre sententiam tantum pro illa parte quam defendit cum iudex inter vtramque partem recto tramite debeat procedere.vt.14.q.5. non
1 sanè.¶Sed hic surgunt plures quæstiones. prima est † vtrum iudex à quo ante sententiam appellatur possit esse testis in eadem causa.Ad hāc respondetur iuxta Hu.quod non. Et ratio est, quia

Diuisio.

Exponit literam.

est, quia solet iudex indignari quando appellatur ab eo. Præterea forte iam concepit pro qua parte ferret sentẽtiam, & multum præsumitur, quod contra appellantem volebat sententiare. Et ideo non potest in ea causa esse testis, quia præsumeret, quod corruptum & falsum ferret testimonium. ¶ Secunda
Quæstio. Respõdet. 2 quæstio est † vtrum iudex prohibeatur testificari in quibuscũque alijs circa prædictã causam factis in eius præsentia, & respondetur iuxta Hu. quod solum prohibetur esse testis in negotio principali, in alijs. n. vt de facto suo. s. de sententia lata, de instrumẽtis ibi coram eo exhibitis, de allegationibus, de attestationibus, de confessionibus alterutrius partis, & de cęteris præter principale negotium bene potest testificari, si ibi dubitetur. & ita intellige præsens capitulum vt not. extra de test.
Io. And. cum à nobis. in tertia gl. Et idem sentit Io. An. extra de testi. dilecto. super gl. 3. & gl. extra de testi. Rom. li. 6. in secunda gl.
Quæstio. 3 post mediũ. ¶ Tertia quæstio est † vtrum iudex deposito officio ante finem litis possit esse testis in eadem causa corã alio
Respõdet. iudice successore eius. respondetur iuxta Archid. hic ꝙ sic, vt patet extra. de testi. ca. dilecto. & in concordantijs ibi positis, vbi notat Bar. ꝙ hoc. c. loquitur de iudice qui cognoscit de cã, de hoc not. C. de arbitr. l. ne in arbitris. §. si autem. vbi vide Ar
Quæstio. 4 chid. ¶ Quarta quæstio est † vtrum iudex à quo appellatur in
Respõdet. aliqua causa, an posset esse aduocatus in eadem causa. respondetur iuxta Hu. quod sic. quia cum non inueniatur prohibitũ
Quæstio. Respõdet. 5 satis inde tum esse cõcessum. ¶ Quinta quæstio † vtrum si iudex à quo appellatur interim succedat loco illius ad quẽ fuit appellatum debeat cognoscere de causa appellationis. respondetur iuxta Hug. quod non, quia tanquam suspectus potest recusari etiam in alijs. vt extra de appe. c. proposuit. & c. præte-
Quæstio. 6 reà. ¶ Septima quæstio. † vtrum procurator possit esse testis. respondetur, quod non extra de test. Ro. lib. 6. quod intellige, si fuit procurator in causa, vt ibi. Secus si fuit tantum procurator ad impertandum vel ad certum articulum tantum, aut super alio defuncto poterit esse testis. ꝯm Fran. & no. Io. And. in d. c. Romana. Io. de Fan. [Et nulla.] secunda pars. quia de ista materia, an quis teneretur ferre testimonium satis disputauimus in principio quartæ quæstionis huius secundæ causæ, pauca sunt hic dicẽda. dicendum est ergo. quod regulariter verum est, quod clerici non debent cogi ad ferendum testimonium, in casibus tamen certis sic, vt glo. satis explicat. & hoc authoritate suorum superiorum, vt puta cum timeretur de magno scandalo. quod oriatur ex defectu testimonij. aut cum aliter veritas sciri nõ posset, vel cũ est fama si clerici illi sciãt, & dicant se scire, & nolunt inde testificari, cogendi sunt per suos superiores, vel exponitur nulla pulsetur à ciuili iudice. vt 11. q. 1. testimoniũ, vel intelligitur in eo casu, in quo loquitur præsens capitulum. s. quod nullus debet cogi ad testimoniũ in ea causa in qua fuit præses vel cognitor, & est dictũ per reduplicationem. i. nulla persona cuiuscunq; clerici pulsetur ad testimonium dicendum in ea causa in qua fuit præses vel iudex.

Ab eis. §. est, & est tertia pars huius septimæ partis in qua ostendit non posse tertio appellari.

SI autem. Ad probandum quod dictum est inducitur hoc capitulum ex concilio Africano. quod potest exponi siue intelligi ꝯm duplicem intellectum. vnus intellectus est, quod à iudicibus tertio datis super eisdem articulis non licet appellare. Et iste videtur esse intellectus Gratiani. Alius intellectus est, quod ab arbitris non licet appellare, vt. s. eod. à iudicibus. & §.
Exponit literam. arbitrarij. Et ita exponitur secundum duplicem intellectum. Lege. ¶ [Si autem prouocatum] iam secundo ꝯm Gratianũ. & tunc iudex ad quem est appellatũ vt papa de voluntate partium, delegat causam aliquibus iudicibus, à quibus nõ potest appellari. [eligat.] s. iudicem ad quem appellatum est [consentiente] & causam illis delegante. Hu. & Archi. [nulli liceat prouocare] quia iam ab vtraque parte bis est appellatum. Hug. vero dicit hic. Ego autem credo, quod loquatur in eo casu cum appellator renuntiet appellationi factæ ante sententiam, & ipse & aduersarius eligunt arbitros, à qbus appellari non potest. ꝯm Hu. & ꝯm hoc exponitur litera sic prouocatum.] & post ea appellationi renuntiatum [eligat] si vult abrenuntiare appellationi, & aduersarius consentiat [iudices] id est, arbitros [nulli liceat] prouocare. quia ab arbitris non appellatur. Hu. Et nota. quod dicit eligat. non tamen præcipiendo, sed suadendo, & hoc causa litium dirimendarum. Boni enim prætoris est lites diminuere. Hugu.

1 *Causa principalis & causa appellationis an sit eadem.*

Post secundam. §. est in quo magister determinat præcedens capitulũ ꝯm opinionem suam. s. quãdo bis est appellatum in causa ciuili. ¶ [Intelligendum]. s. quod dictum est in præcedenti. c. in fi. [in vna & eadem causa] ar. quod eadem est causa principalis & appel- Exponit literam.
Ccusatio. Ad idem & idem.s.Anacletus. Casus eius est,quod sacerdotes & maximè episcopi non debent accusari à vilibus personis, nec à quibuslibet sed ab idoneis, viris tantum crimine & suspitione carentibus. Diuiditur autem hoc capitulum in quatuor partes principales ſm Hu.In prima ostēdit, quod sacerdotes nō debent accusari à vilibus personis,nec à quibuslibet, sed tantum à clericis.In secunda ostēdit,quod infamatores & detractores præsertim sacerdotum damnabuntur nisi resipiscant. In tertia ostendit quare apostoli statuerunt, quod sacerdotes, non accusarentur à quibuslibet,& quod nullus eos accusaret, vel etiam ciuiliter conueniret,nisi præmissa admonitione.In quarta ostēdit,quod si quis prætermittit prædictam admonitionem debet excommunicari,quousque satisfaciat.secunda ibi,Paulo post.tertia ibi,sed si quis.quarta ibi,si aūt aliqui &c. Lege.¶[Accusatio.eorum].s.sacerdotū.Hu.[idoneis].s.clericis.& sic intellige ſm Io.de.sed ſm hoc non facit ad intētionem magistri eo,quod in §.dicit laicos nō criminosos, vel viles admitti,& hic eos excludit sed secundum superficiem literæ facit Io.de Fan.[suspitionibus.]Notat† ꝙ propter suspitionē remouetur, quis à testimonio & accusatione & à promotione.vt.j.eo.q.testes.& 3.q.5.de accusatoribus.Hoc probat duobus exemplis.primum est ibi, quia dominus. arguit sic[ex signo]quasi sic argueret,quod dominus sacerdotes,qui tractant corpus suum consecrando,offerendo, sumēdo,& dispēsando alijs noluerit à vilibus & non idoneis personis accusari,patet ex signo,quod dominus sacerdotes veteris legis vēdentes,& ementes in templo,qui figura erāt sacerdotū maiorum nouæ legis per seipsum,& non per alium eiecit de tēplo & sic patet litera[tractatores].i.sacerdotes.Hu.[eiecit.]Io.2. & Marci.11.[Calumniari]passiuè.i. per calumniam accusari. Hu.[summi sacerdotes].i.episcopi.vt de conse.dist.5.de his. vbi nota quare sic dicuntur[à Deo].i.ecclesiastico iudice.Sæpe.n.Deus dicitur ecclesia.vt.11.q.1.§.item Constantinus.& diuinum dicitur.i.ecclesiasticum.vt.3.q.5.quia suspecti.Item diuina dicūtur ecclesiastica,& sacerdotes etiam dij vocātur.

Diuisio.

Exponit literam.

Io. de Fa. ¶ Suspitio à nibus. Suspiti. quot modis capiatur in iure vide gl.in c. dixit dominus.22. q. 1.Bar.in l. admonēdi in ver.hoc præmisso videndum est qualiter ff.de iureiuran.

vt.11.q.1.sacerdotibus.Hu.& Lau.[p seipsum]licet perinde sit per alium agere,ac si ipse ageret.ff.quod cuiusque vniuer.l. item.§.1.& ff.de admi.tut.l.3.§.gessisse.Arc.[Nullus.]Secundum exemplum[reor].i.suspicor[per prophœtam].s. Zachariam 2.c.hoc dominus sacerdotibus ait[tangit]simile.8. q.2.

2 qui vos.Arc.[oculi]†episcopi dicunt̄ oculi quia Christus ꝑ ipsos speculat̄ & superintēdit curæ sui gregis.sic.6.q.1.oues.Hu. & Arc.[si detractores]secunda pars.i.infamatores.[damnantur.]Nam etiam propter hoc deponi possunt.vt di.46.accusatores.& 6.q.1.deteriores.[Iudicantur]quia summa iniquitas, est detrahere.6.q.1.summa.[in ꝑditionis laqueum]Matt.25. Arc.[laceratores]aperte[& detractores.]s.occulte [& accusatores].i.infamatores.Hu.& Arc.[Baratrum]

3 †nimiæ altitudinis nomen est,quasi vorago terræ ſm Papiam.Arc.[Hoc].s. ꝙ homines futuri erant faciles ad detrahendum. Hu.[constituerunt]ob cautelam futuri.ar.2..di.deniq;.& di.63.cū Adrianus.Hu.[ne facile].i.ex leui causa,vel[ne facile].i. à quibuslibet vel ab illis,qui faciles sunt & proni ad detrahendum,vel[ne facile].i.sine discussione accusatorum & testium.vt.j.eo.si qui sunt.&.c.quærendū.Hu.[Successores].s.episcopi.Hu. apostoli dicuntur columnæ ecclesiæ.de quibus psal.74.Ego cōfirmaui columnas eius de Petro,& Iacobo,Paulus ait Gal.2. Iacobus,& Cephas.& Io.qui videbantur columnæ esse. de episcopis dicitur.3.q.8.c.1. Alibi etiam quilibet clerici dicuntur columnæ ecclesiæ. vt.12.q.2.gloria.& præsertim prælati.8.q.1. Moyses.Hu.[Sed si quis]tertia pars.abhinc dicunt aliqui, vt ait Hu.quod loquitur de conuentione ciuili,& nō criminali, puta aliquis credit sibi competere aliqd de ecclesia,dicit sibi ius in eo & propria authoritate occupat, talis debet excōmunicari quousq; satisfaciat.Ego credo ꝙ loquitur de vtraque,sicut ex litera aperte colligitur.s.siue quis criminaliter siue ciuiliter velit agere contra clericos,debet præmittere admonitionem,alioqui debet excōicari. Hu. [aduersus eos ciuiliter agēdo.Archi.Sed Hug.dicit criminaliter vel ciuiliter [vel ecclesias]agendo ciuiliter[commotus]quia fortè læsus ab ecclesia, vel clerico,vel commotus ex charitate contra peccatum clerici.Hu.[recurrat]hoc intellige cum agitur in modum denuntiationis.extra de accu.super his.Io.de Deo.Arch.[Si autem] quarta pars.[lacerare]apud maiores.Hu.[accusare.] Ecce loqtur in causa criminali.Hu.[Infestare]in causa ciuili[præsumpserit]sua authoritate in re ab ecclesia detenta sibi ius dicēdo Hu.[excommunicentur & minimè absoluātur] anteq̄ per satisfactionem &c. ¶ Sed hic surgit dubitatio quomodo sciat hoc cū in Romana ecclesia ante quis absoluitur q̄ satisfaciat. vt extra de sen.excom.per tuas. Respondetur quod litera sic est intelligenda ſm Hu.& Arc.[antequam].s.voluerint & parati fuerint agere pœnitentiam de culpa, & satisfacere de offensa offenso,quæ ad Christum pertinet.3. q.1.nulli. sicut & honor eorum Christi esse dicitur.s.eo.q.1.habet hoc.Hu.

Quæstio.

Respōdet.

1 *Admonitio præcedens an sit necessaria quando agitur de crimine. & num.3.*

2 *Admonitio præcedere debet in sententia excommunicationis.*

4 *Admonitio quando sit necessaria & quando non & nu. 5.*

6 *Episcopus an possit aliquem pro propria iniuria excommunicare & punire.*



I quis. Ad idē sequitur hoc.ca.quod est Alexandri papæ.Sūma.Nullus debet ptiuatim siue coram alijs querelam episcopi deferre,nisi prius illum charitatiuè præmoneat.Et diuiditur in duas partes.In prima ponit statutum. In secunda pœnam annectit.secunda ibi,si autē secus.Lege tex.¶[Si quis]hoc.c.loquitur in causa ciuili. Hu. [actores economos]vicedominos syndicos.Hu.[se læsum] per hoc videtur loqui de causa ciuili, & per hoc qđ præmisit actores,& per hoc quod sequitur:si suam iustitiam &c.Et tñ omnia possent retorquæri ad causam criminalem.Hu.[sępissime].i.tertio.vt.6.q.7.omnes decimæ.Hu.[Si autem secus]secunda pars.i.si non præmouerit.i.conuiciatus fuerit,vel ius sibi dixerit,& sua authoritate eos læserit,vel res eorum abstulerit.Hu.¶ Hic surgit quæstio.† Vtrum quādo agitur de crimi

1 ne necessaria sit præcedens admonitio.de hac in gl.præcedentis capituli aliquid tactum.Circa quam quæstionem vt tangit hic Hu.diuersi diuersa dixerunt.Quidam.n.dicunt, quod in causa criminali non sit necessaria admonitio. nec in omni crimine,quod probāt,quia in notorijs non est necessaria admonitio.similiter nec in illis,de quibus gradu seruato pœnitētiā

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio.

Respōdet. Prima op.

agi non potest.vt in crimine simoniæ.vt.1.q.1.si quis.&.c. neque.& q.7.requiritis.Similiter nec in illis in quibus omnes et infames admittuntur,vt in crimine læsæ maiestatis, & hæresis,nec in illis,quæ depositionem inducut. nec in accusatione adulterij ad separationem tori, quia quãuis maritus vel vxor velit agere pœnitentiam de adulterio, ex quo admonetur tamen libere accusatur,& dimittitur.ad quid.n.opus est admonitione in talibus cum quis non minus puniatur, & cõstat de crimine. Aliorum opinio est, quod in nulla accusatione opus est admonitione,sed in denuntiatione locum habet,& intelligunt ista capitula de causa ciuili.s.cum quis dicit sibi ius in re retenta ab ecclesia,& sua authoritate occupat eã. Tertia opinio est Hu.hic dicẽtis,ꝙ in omni accusatione & in omni crimine etiam notorio,& de quo quis non potest agere pœnitentiam retẽto ordine est necessaria admonitio. Et cum quærit. Ad quid est necessaria admonitio in notorijs, vel in simonia, vel in alijs de quibus dictum est.Respon.vt satisfiat iuri,& vt ordo iudiciarius & disciplina ecclesiastica non deseratur. arg. 24.q.5.excommunicatorum. & vt nõ grauet aduersariũ sumptibus,& litibus.hæc ille.Sed nos sequentes gl. capituli.licet. de simo.& Host.& Arc.& Io.hic ponimus sequentes cõclusiones.

Secũda op. Tertia opĩ. Quæstio. Respõdet.


2 Prima cõclusio. Prima est† ꝙ in sententia excommunicationis præcedere debet admonitio.patet conclusio.12.q.2.indigne. & 16. q.7.omnes decimæ.& 17.q.4.de presbyterorum. & extra de sen.exc.sacro.Consequenter loquendo de admonitione partis tunc distinguitur,aut agitur in modum accusationis, aut in modum denuntiationis,aut in modum inquisitionis. Si in modum accusationis, tunc est conclusio † ꝙ tunc non debet præcedere admonitio.patet conclusio.ad quid.n. fieret admonitio,cum vt argutum est in principio, etiam post pœnitẽtiã posset accusari,& deponi,si esset conuictus.vt.33.q.2. admonere.& 35.di.primum.ẜm Ber.& Host.Et idem Gof.in prędicta glo.c.licet heli.& Arc.idem hic.licet Vinc.& Hu. dicãt contrarium,sed opinio prima est verior. Si vero in modum denuntiationis ad emendationem fratris seu correctionẽ sic est conclusio†quod præcedere debet admonitio.vt in c.præcedenti & præsenti.& .s.e.q.1.circa.c.si peccauerit. vbi disputauimus de hoc.Si vero procedatur per modũ inquisitionis, tunc est conclusio. † quod non est necessaria admonitio, sed sufficit sola fama, vel clamor. vt in decretali. licet heli.extra. de simo. quæ dicit in sola denũtiatione hoc esse faciẽdum, vt ibi notant Io.Goff.Ber.& Host.Sed alij contra vt dicam. 12. q.2.indigne.Archi.Ista sufficiant pro præsenti.[ab ipsis vel ab alijs].i.episcopi & alij denũtient eum excõmunicatum à superiore,vel superior & alij & ipsi ab eius cõmunione abstineãt, sed nõ excõicaᷣ ab ipsis sed à superiore.Hu.¶ Gl.hic mouet quæstionem & etiam Hu. Vtrum †episcopus possit aliquem pro propria iniuria excommunicare & punire.Et soluit gl. ꝙ si iniuria tangit specialiter prælatum,non potest.Si vero ecclesiam tangit,potest,imo debet.23.q.4.si is qui.Archi.Sed licet ista solutio satis bene transeat,& nos etiam.s.di.45.in c.& qui emendat.disputauimus.Et etiã an iudex possit punire delinquentes in se,nihilominus pro maiori complemento doctrinæ commemorabimus quæ dominus Innoc. dicit circa hanc partem.extra de verb.sig.ex parte.vbi sic ait. Si loquimur de iniurijs puniendis si iniuria manifesta sit papæ, potest eã vindicare.23.q.4.Guilisarius.&.c.seq.Si vero occulta fuerit, potest facere inquiri de ea.C.si quis impera.male.l.1. Si vero inferiori prælato fiat iniuria, vel verberibus vel contumelijs. si est manifesta iniuria videtur quod similiter possit eam in subditos suos vindicare.s.excommunicando,& deponendo, arg. ex præsenti.c.& extra de off.or.c.irrefragabili.& in prædicto. c.Guilisarius. Si autem est offensa occulta,non vindicabiteã, sed poterit eũ apud superiorẽ accusare,vel denũtiare,& nõ punire.C.ne quis in sua cã.l.1.& extra de of.dele.statuimus. lib. 6.Nã in pręcedẽti casu cũ offensa sit notoria & notoria ꝓbatione nõ egeant.2.q.1.manifesta.& extra de app.cũ sit.nec ibi necessaria sit sñia super crimine vel iniuria, quæ notoria est. nec est hic iudex in causa sua,quia recusari nõ potest.extra de app.nouit.hoc modo videtur dicendum si agitur de iniurijs. hæc Inno.Si vero agatur de iuribus siue de rebus, tunc sic est procedendum, vt idem Innoc.subiungit, quia si papa contra alium vel alius contra eum mouet quæstionẽ super rebus aut iuribus,decens est,quod eligantur arbitri vtriusq;, vt iudiciũ procedat sine suspitione.ar.11.q.1.si clericus aduersus.& 3.q. 5.quia suspecti.Et licet hoc sit honestum, nõ negamus tamẽ quin papa possit causas huiusmodi delegare.ar. ad hoc qa imperator causas suas & imperij sui facit tractari per procuratores suos,qui sunt ab eo dati.C.de iure fis.per totum.Si autem loquamur in inferiore plato,vt puta quod episcopus vel alius inferior prælatus agat de iuribus,vel de rebus suis,vel contra eum agatur coram competenti iudice est agendum.C. si nõ à compe.iu.per totũ.& 11.q.1.si clericus.& si ipse prælatus hoc casu arbitretur vel iudicet non valet.C. ne quis in sua.l.1. nisi notorium sit,quod aliquis iniuriosè vel violenter iura alicuius prælati occupet.vel retineat,quia tunc licet non possit cognoscere,nec habeat necesse.ex quo notorium est.2.q.1.manifesta. Hunc tamen sacrilegum notorium monitione præmissa potest excommunicare,& aliàs punire.vt in præsenti.c. & præcedenti.&.c.si quis ab episcopo.hæc Inno.

Seconda cõclusio. 3

Tertia conclusio. 4

Quarta cõclusio. 5

Quæstio. Respõdet. 6



SI qui. Ad idem sequitur hoc.capitulum, qđ est Euaristi papæ.Summa est,Antequam aliquis ad accusationem clerici admittatur,debet iudex præmittere summam cognitionem de persona accusatoris & accusati.Et idem in sequẽti.c.ponit.n.in hoc c.10.consideranda circa qualitatem accusatoris, vt patebit in expositione literæ.Lege.¶[Si qui sunt accusatores].i.qui volunt accusare episcopos,vel alios clericos.Hu.[aut vituperatores].i.conuiciantur,& postea volunt accusare, & intellige cõuiciantur ex calore animi & semel,quo casu admittunt postea ad accusationem.vt.s.e.q.3.si quis iratus. Si autem conuiciantur ex deliberatione,& pluries quasi de consuetudine nõ admittuntur postea,sed debent deponi.vt.11.q.1.si quis sacerdotũ.[discutiatur]præmissa aliqua summaria cognitione,quę videtur fieri posse per iudicem sine partiũ præsentia. ar.extra de renunt.super hoc.ẜm Inn.Et no.post eum per Io. An.extra de accu.ex parte.super ver.rebus monasterij.in prin.& dicit Arc.ꝙ si tamen non est qui excipiat,vel excipere possit ꝓbata intentione mea,obtinebo vt solet notari.C.de trãs.l.vbi. ar.ad hoc.extra de dolo & contum.cũ olim.in prin. & ibi no. Inn.& Goff.[suspitio vel opinio]prima qualitas considerãda, quia suspectus,& malæ opinionis nõ admittitur accusationẽ vel testimoniũ.vt.s.e.q.1.in primis.& j.eo.q.testes. & 3.q.5. accusatoribus.&.c.suspectos.&.c.canonica.Hu.[qua intentione]secũda.Ex charitate quidem semper debet esse accusatio, alias non est recipienda.vt.24.q.3.tam sacerdotes. [qua fide] tertia quia infidelis,& qui rectam fidem non habet,nõ debet admitti cõtra fidelẽ.6.q.1.infames.Hu.[ex temeritate.]quarta.Ex temeritate.n.non est procedendum ad accusationem, quamuis parcatur ei.s.e.q.3.§. notandum. quia nec etiam ad qualemcunq; reprehensionem.21.di.nolite.Hu.& Archi.vbi no.ꝙ si aliqui præsumuntur verosimiliter habere malum zelum non debet admitti contra personas eligentium, vel electi de crimine vel minus canonica electione.ar.hic. & .s.c.proximo.& 3.q.4.c.si.Sed hoc tantum intelligendum est in criminalibus spiritualibus & ecclesiasticis causis:alias.n. quisq; iniuriam suam potest prosequi.3.q.6.omnibus.ẜm Inno.& Hos. qui ita notant extra de electio.bonæ.1.Arc.[qua vita]quinta.s. bona,vel mala,nota,vel ignota.quia si est malè cõuersationis vel ignotæ non recipiẽ.6.q.1.infames.& 3.q.5.canonica.[qua conscientia] sexta. debet.n.accusator conscius criminis esse, alias repellitur,nec sufficit si dicat se scire,nisi dicat quod interfuit,vel viderit.vt.4.q.3.sola.Hu.[merito]septima. quia si est vel fuit criminosus repellitur.6.q.1.qui crimen. Hug.[pro Deo]octaua.i.intuitu Dei,& ex charitate.Hu.[pro vana gloria].s.acquirenda,vt laudeẽ quasi corrector vitiorũ,& sic habeatur magni nominis.Hu.[Inimicitia vel odio]nona.quo casu non admittitur quis ad accusationem,vel testimonium.vt 3.q.5.c.2.3.& 4.Hu.[cupiditate]decima pecuniæ quam accepit vt accusaret,& iste repellendus est.s.ea.q.1.prohibentur.

Exponit literam.

Innocen. Io. And.

1 *Iudex ecclesiasticus non debet admittere illum ad accusandum,qui libidine vindictæ accusat.*

2 *Accusatus si vult admittere contra se accusantem criminosum an iudex debeat hoc pati.*



QVærendum. Ad idem est hoc capitulũ, quod est Calixti papæ. Sũma est eadem cum summa præcedentis capitu. Lege.¶[Quærendum.]A iudice.s.eo.c.proximo.potest.n. iudex ex officio repellere testem, aut accusatorem criminosum, quia ad eius officium spectat,ne aliquis iniustè grauetur.ff.de offi.præsid.illicitas.Bertran.[qui accusatur.] Sæpe.n. opinio alicuius accusati consideratur ad hoc,vt accusator admittatur,vel repellatur.s. ea.q.1.in primis.Hu.[vita]prior,vel præsens. Hu.[nescitur.] Ecce patet quod loquitur de ignotis,qui & à promotione, & accusatione

Exponit literam.

Bertran.

accusatione & testimonio repelluntur, vt di.98.omnes. & 3. q.5.canonica. Hug.[maiores].i.clericos, qui & si non natura, tamen dignitate sunt maiores, & subintelligitur maximè, q̄a nec alios possunt accusare. Hug.[nec viles]vbi dicit Innoc. q̄ iudex ecclesiasticus non debet admittere illum ad accusandum, qui libidine vindictæ accusat, quia peccat. 23.q 3.sex.& c.seq.& q.4.in prin.& hoc ipse notat extra de elec.dudū. 2.in ver.electionis tempore.vbi idem notat Hosti.dicens. q̄d hoc vtrum ex libidine, vel ex charitate procedat ex qualitate personarum, ferocitate, vel simplicitate vultus, prolatione verborum comminantium, vel placabilium, & huiusmodi poterit arbitrari bonus iudex.ar.1.q.7.sancimus.C.si minor se ma.di. l.1.& ff.quod me.causa.non est verosimile. extra de no.oper. nuntia.ca.2.& extra de procura.in nostra.ver. nos vero.& de transact.c.1.in fin.¶ Hic surgit quæstio.† Vtrum si accusatus vult admittere accusantem criminosum contra, vtrum iudex debeat hoc pati. Respondetur iuxta Hug.hic quod non.ar.ȷ'. eod. alieni. non enim potest clericus abrenuntiare priuilegia eorum, quæ statuta sunt propter generalitatem clericorum, vt legitur & notatur extra de foro competen. si diligenti. & extra de sen.excom.contingit.Hug.

Innocen. 1

Hostiensis.

Quæstio. 2

Respōdet.

ACcusatio. Ad idem est hoc.c.quod est Sixti papæ.vbi summa est.quod accusatio episcoporum non est de facili recipienda duobus tamen vel tribus testibus potest conuinci. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda probat illud duplici authoritate.s.vna veteris testamenti, & alia noui.secunda ibi, dicente domino. Lege.¶ [Accusatio facile].i.sine discussione accusatorum, & testiū. Hug. [dicente domino]secunda pars. Exo.33.& Oseæ.7.Arch.[Et Apostolus]non vt Arc.ad Hebr.10.qui in allegationibus Bibliæ sæpe errat.sed prima ad Ti.5.habetur.[inscriptionem] i. accusationem.Hu.[non esse recipiendam]cum effectu, quia nullus potest deducere accusationem ad effectum, nisi p̄bet obiecta per testes.vel per aliquod loco testium. alias videretur, quod nullus posset accusare sine testibus, supple quod nō est verum.Hug.vel non esse recipiendam absque inquisitione, scilicet accusatorum, & testium secundum Hug. & Lau.sicut dictum est in summa capituli.

Diuisio.

Exponit literam.

Cōtra Archidiacō.

SI quis. Ad idem sequitur hoc.c.sumptū ex concilio Aurelianen.Summa.Et sola cōuentione qua quis conuenit episcopum coram suo iudice volēs ab eo vel eius ecclesia aliquid repetere non venit excommunicandus, dummodo nihil conuicij aut criminis obiecerit.Breue est.Lege.¶[Si quis. Si nihil conuicij.]¶ Hic surgit quæstio quæ etiam tangitur in glo. vtrum à contrario sensu sequatur.quod si aliquid conuicij intulerit cōtra episcopum, possit eum episcopus excommunicare.Et videtur quod non per.c.inter querelas.23.q.4.& s̄.e.q.3. si quis iratus.¶ In oppositum videtur esse tex.præsentis.ca.Ad hoc respondet Hug.quod credit quod possit eum excommunicare, si ex deliberatione processit conuicium, & redundat in ecclesiam, & admonitus non vult cessare, alias non.Et ad capitulum respondet quod non semper argumentandum est à contrario sensu.glo.vero respondet tripliciter. Primò quòd hic non fuit tantum episcopi, sed ecclesiæ.& ideo tunc potuit.Secundò quòd intelligatur remouendus à communione à metropolitano, non ab ipso episcopo.Tertiò quod si conuicium tantum redundat in personam episcopi, vt quia vocatus est filius rustici, & tunc non potest.sed si dicit eum simoniacum, quia hoc redundat in ecclesiam, bene potest. De ista materia vide.s̄.e.q.c.si quis.Lege.[Pro sola conuentione].i.quia eum conuenit ordine tamen iuris.s. admonitione præmissa. ne fit contrarium.s̄.e q.si quis erga.Hug.& Archi.

Exponit literam.

Quæstio.

Opponit & Respō.

SVnt nonnulli. Ad idem est hoc.c. q̄d est Euaristi papæ. Breue est.Summa eius est, quod est tacita respōsio ad quæstionem qua quæritur. Quare accusatio prælatorum non est facile recipienda.s.sine discussione qualitatum tam accusatoris quam accusati.Respondetur quia[sunt nonnulli qui præpositos suos] .i.prælatos[peruerse reprehendnt].i.accusant[vel]pro etiam [parum ipsis].s.subditis[molesti extiterint].s. reprehendēdo aut corrigendo.secundum Ioan.de.& Archi.

1 *Psalterium, quare dicatur liber soliloquiorum.*

Ex his. §.est. In quo magister concludit ex præmissis, qui prohibentur accusare, & habet opinionem, quod tantum criminosi, quod authoritate beati Augustini supplic.in sequenti probat.¶[Soliloquiorum]1.i.psalterij q̄d dicitur soliloquium, quasi spiritus sancti eloquium. quia instinctu spiritus sancti ibi loquitur Dauid. Psal.* Lingua mea calamus scribæ. vel soliloquium, quia solum de Christo eloquium quia Dauid apertius loquitur de Christo, quam alij prophœtæ.Hug.

Exponit literam.

*Psa.44.a.

PRæsumunt. Inducit hoc.c. Gratianus, ad probandum quod dixerat, quod soli criminosi, prohiberentur ab accusatione.Summa est, quod prælati à suis clericis, non criminosis possunt accusari.Et diuiditur in duas partes.In prima reprobat quorundam præsumptuosam opinionem. In secunda inducit exemplum de Christo ad propositum.secunda ibi.cum de se.Lege.¶[Præsumunt.]Non primo quod hoc.ca.intelligitur de clericis criminosis tantum, qui suos prælatos accusare non possunt. nec .n.de alijs prælatis loquebatur hic Au. nisi de prælatis clericorum, & eorum subditis, qui propriè dicūtur clerici.Hu.[præsumunt]dicere & asserere[passim]licenter & indifferenter à quibuslibet.Hu.[quod tamen].s.accusare prælatos.Hu.[solis criminosis.]s.clericis.Hu.[Cum de]secunda pars. ¶ Sed surgit hic quæstio.videtur, quod hoc nō sit ad propositum, quia deberet probare de accusatione & inducit exemplum de testimonio.Respondetur quod est diuersum sed quasi idem, quia quicunque admittitur ad hoc & ad aliud & econuerso. Et argumentatur à minori.Si.n.Christus contra se in accusatione sui testem criminosum recipit, multo magis nos recipere debemus nō criminosos siue testes siue accusatores, dummodo clerici sunt irregularitate non impediri.

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet.

Oppponitur. §.est, & continuatur sic ad præcedē. iuxta Hu.& gl. Dixerat magister Gratianus in illo.§.ex his authoritatibus. quod subditi criminosi siue laici non admittūtur ad accusationem clericorum. vnde colligitur à sensu contrario, quod alij admittuntur: huic distinctioni falsæ tamen quantū ad laicos bene obijcit, & postea secundum suam opinionem soluit, quæ talis est, quod laici nō criminosi possunt accusare prælatos suos, quod est falsum de testi.de cætero.Lege te.¶[Opponitur distinctio illa canonum]quæ habetur.s̄.eo.oues.& in similibus. Hug. [quod ad eius accusationem.]Idem est in alijs criminibus exceptis, vt simoniæ sacrilegij, & crimine læsæ maiestatis.vt.15.quæstio. 3.sanè.Hug.& Archidiacon.

Exponit literam.

ALieni. Ad idem est hoc.c. quod est Dionysij, papæ per contrariū sensum probat Gratianus quod errantes à fide possunt accusari ab infamibus.dicitur.n.in hoc.c.quod recedentes à fide non possunt accusare rectè credentes.quasi diceret, quod infideles, & hæreticos possunt.Et nota q̄ ex tribus locis huius.c. argumentatur à sensu contrario, & in seq.§.Hug.potest diuidi hoc.c.in duas partes.In prima ponit dictum.In secunda assignat rationem.ibi, quia infames.Lege. ¶[Alieni socium].i. hæreticum, siue infidelem.Arc.[vel alienatum]à fide.Hu.[recedentem].i.apostatā.quales sunt omnes clerici, qui relinquūt habitum, vel tonsurā.potest ergo hoc intelligi vel de tali apostata, sed à proposito monachali, vel clericali & huiusmodi. vel apostata à fide.& est idem quod dixerat.& secundum hoc vel teneturᵃ subdisiunctiuè.Hu.quot modis dicatur apostata vide extra de aposta.c.1.volūtariè]quia si coactus hoc faceret .s.recedere à fide vel proposito aliter esset, q̄a mitius esset cū eis agendum.dist.50.presbyteros.& 15.q.6.c.1.& de consec. di.4.eos.Hu.& Arc.[Non obedientem].i.inobediētem, & ex contumacia cōtennentem eas.vt.di.19.nulli.Hu.[suscipere] ad accusationem, vel testimonium.Hu.[nec possumus nec debemus]q̄a hæc exceptio ad iudicē p̄tinet, vt infamē & hm̄oi repellat licet accusatus velit eū recipere.ar.di.45.licet. & si nō debemus, nō possumus.Non.n.pōt iudex facere, nisi q̄d de iure pōt [impetere].i.accusare[q̄a]secūda pars. q̄a suā fidē &c. Ista litera est vera sicut patet solū intelligendo. p̄ut intelligit Bar.Brix.videlicet vt sit sermo tm̄ de apostatis vel à fide christiana vel à p̄posito clericali vel à proposito monachali. Tales.n.absq; dubio sunt infames.Si vero intelligat̄ litera generaliter de omnibus præuaricatoribus, non videtur vera, vt dicit Hug.& Archi.nisi caderent in hæresim damnatam.

Diuisio. Exponit literam.

a ¶ Vel tenetur. Adde Bal in l filiæ.in 1.op posi. C de col.Card. Zabare in clem.3. 2. q de ætat. & qualit. idē in cle. 1.de iudic.

1 *Iudæus olim baptizatus apostatans à fide suscepta non admittitur ad testimonium nec ad accusationem.*

Et quid si non sit in fide suspectus.num.2.

Non potest.


Onpoteſt. Ad idem inducit hoc.c. concilij toletani.4.Summa eſt in rubro. Chriſtianos.n.accuſare non poſſunt, vel in eos teſtimonium ferre,qui fidem acceptā de-
1 ſeruerunt. Vel breuius.† Iudæus olim baptizatus apoſtatans à fide ſuſcepta non admittitur in teſtimonium,& per conſequens nec ad accuſationem.Lege te. ¶[Non poteſt].i.præſumitur ꝙ non poſsit, quia qui ſemel calumniatur,præſumitur poſtea ſemper calumniari,nec vltra ad accuſationem vel teſtimoniū admittitur,nec ad ꝓmotionem.ar.3.q.4.placuit.& 22.q.5.paruuli.& 23.q.5.ſi apud. Hu.

Exponit literam.

& Arc.[Extiterit.]Nota ꝙ dicit extitit.ſ.quandoque nec prodeſt ſi egerit pœnitentiam quo ad hoc, vt recipiatur ad promotionē vel accuſationem, vel teſtimonium.25.di. primū.& 6.q.1.crimen.Hu.& Arc.[Non debent]ex quo teſtimoniū diuinum non habēt vt 23.q.4. ipſa.Prætereà tales infames ſiūt. vt de conſe.di.2.celebritatem.[annuntient]verbo,nō facto.

Quæſtio. Reſpōdet.

2 [in fide ſuſpectos.]¶ Hic ſurgit queſtio † quid ſi nō eſſent in fide ſuſpecti,puta quod egerint pœnitentiam.Reſpōdit Hu. quod adhuc non admittentur,quia ſemel criminoſi fuerunt, & vix poteſt fieri,quod ſemper de cætero non habeantur quadam præſumptione ſuſpecti.Hug.

1 *Differentia debet eſſe in accuſatione inter fideles & infideles.*
2 *Pagani & Iudæi in exceptis criminibus an audiantur contra chriſtianos.*


Agani. Ad idem eſt hoc.c.Caij papæ.Sūma eſt in rubro quod pagani &c. nō poſſunt accuſare chriſtianū. Breue eſt.Lege te.¶[Pagani.]Nota hic tres ſpecies infidelitatis,ſ.paganos,hæreticos, & Iudæos, quæ vt S.Th.tangit in 2.2.q.10.ar.5. ſic diſtinguūtur.Peccatum infidelitatis conſiſtit in renitendo fidei,& hoc poteſt contingere dupliciter.Aut renititur fidei nondum ſuſceptæ,& talis eſt infidelitas paganorum ſiue gentiliū, aut renitiť fidei Chriſtianæ ſuſceptæ,& hoc vel in figura, & ſic eſt infidelitas Iudæorum,vel in ipſa manifeſtatione veritatis, & ſic eſt infidelitas hæreticorum.hæc S.Th.[accuſare] niſi ſuā vel ſuorum proſequantur iniuriam.tunc.n.credo eos admittendos.ſ. paganos & Iudæos,ſed hæretici in nulla cauſa ſi velint agere,debent audiri,ſi hæreſim damnatam ſequuntur, & ita omnes tales ſunt excōmunicati.vnde nullum poſſunt vocare in cauſam,& in nulla cā poſſunt agere contra aliquē ciuiliter,vel criminaliter,nec etiam in propria iniuria, vel in crimi

Exponit literam. S. Thom.

Archidia.

1 nibus exceptis.Nota hic iuxta Arc.†ꝙ inter fideles & infideles debet eſſe & eſt diſcretio,ſiue differentia in accuſatione & teſtimonio.vt.3.q.4.c.1.& hic.&.c.ſeq.Item in coniugio.28. q.1.iam nunc.&.c.ſic.n.Item in cibis 28.q.1.nullus.&.c.omnes.Item in ieiunio.de conſe.di.3.ieiunium. Item in cohabitatione.vt.28.q.1.Iudæi.&.c. ſæpe. Item in præſcriptione cōtra chriſtianos,quod melius inuenies diſtinctum.16. q.3.porro.quia Iudæi vel pagani non poſſunt præſcribere contra chriſtianos.ſm Hu.& Lau.qui ita notauerunt.3.q.4.c.1. Archid.

Quæſtio. Reſpōdet.

2 ¶Sed hic ſurgit quæſtio. † Vtrū pagani & Iudæi in exceptis criminibus audirentur contra chriſtianos. Reſpondet Hu.credo ꝙ ſic,quia omnibus ibi æqua conditio eſt,quod Iudæi vel pagani agere poſſunt ciuiliter contra chriſtianos, & inducere teſtes Iudæos vel paganos nō eſt dubium.vt extra de Iudeis, Iudæi.quod videtur etiam roborari per.§.s.e. huic oppoſitioni.Sed gl.hic tenet cōtrarium, quia dicit decretalis licet extra de teſti.expreſſe tenet contrarium, dicens quod teſtis debet eſſe fidelis.& in cap.teſtimonium.j.e.& ff.e.tit. quæſitum.Suſtinendo gl.diceretur ad.c.Iudæi.quod ibi in gl.& in ca.licet. e.ti.gl.2.ſ.ꝙ Iudæi de facto vtuntur ſuis teſtibus contra chriſtianos,& non de iure.& inducitur.c.ſequens, ſi hæreticus.& c.præcedens.non poteſt.Et ad.§.huic oppoſitioni dic,ꝙ non loquitur in infideli,ſed in aliàs criminoſo.vt dicit Io.de Fant. [Infamationis]vt.ſ.per hoc cogantur ad purgationem.Debēt tamen clerici præſertim prælati ſm apoſtolum habere bonū teſtimonium etiam ab his quæ foris ſunt.vt.8.q.1.licet.& de conſe.di.1.iubemus.Hu.&gl.¶Sed hic ſurgit quæſtio.Quid ſi non habent .Reſpondet Hugu. Credo quod non debeant promoueri ad prælationem inter eos,quia ſæpe propter prælatorum auſteritatem & vitam malam conuerti recuſant. vt. 16.q.3.placuit.Hug.

Io. de Fa.


Quæſtio. Reſpōdet.

In hoc. §.eſt,in quo magiſt.Gratianus ex tribus locis illius.c. alieni argumētať à cōtrario ſenſu,& cōſequēter dat generalem cōcluſionem.Lege tex.Hu.[In hoc c.] s.e.alieni.Hu.[non impetant].i.accuſent.Hu.[impeti]de hæreſi,vel de alio crimine excepto.Hu.[Ex hoc]argumentatur inde ſed malè,quia tales niſi de criminibus exceptis accuſare non poſſunt.Et ita non eſt verum,quod Gratianus concludit in ſequenti argumētatione de inobediētibus.Hu.[par, vel ſuperior]non eſt verum hoc quod dicit Gratianus.ſufficit.n.ꝙ accuſator ſit bonus,& idoneꝰ,& in minori ordine cōſtitutus. vt.j.eo.lator.ſiue ergo dicat par, vel ſuperior rōne ordinis vel dignitatis ſiue rōne vitæ,nō dicit verum.Hu.Lau.& Archi.

Exponit literam.

Cōtra gratianum.

1 *Infidelis admittitur teſtis contra infidelem, ſed non contra fidelem.*

1 
I hæreticus. Lex eſt.Summat infidelis contra infidelem teſtis admittitur,ſed non contra fidelem.Lege.¶[Si hæreticus]hoc autē eſt falſum, quia hæreticus nunquam admittitur ad accuſandm.5.j.4.q.1.ca.1. [Si autem]ſecunda pars.[teſtimoniū] ſm Lau. & Io.valet in caſu,vt no.de pœ.di.1.multiplex.ad fi.gl.Arch. [Orthodoxis]pars eſt legis præcedentis,vbi aperte dicitur,ꝙ teſtimonium hæretici non recipitur cōtra orthodoxum. Sed legiſtæ diſtinguunt vtrum hæreticus ſit comdēnatus pro magna hæreſi vel minori,ſi pro magna non recipitur. Si pro minori in quibuſdam recipitur,& in quibuſdam non. Sed hæc poſſunt eſſe vera ſecundum leges,ſed ſecundum canones non credo teſtimonium hæretici eſſe admittendum contra orthodoxum,nec contra aliquem.Hug.

Exponit literam.

1 *Malus catholicus poteſt accuſare hæreticum de hæreſi, & de qua.*

Sed quæritur. §.eſt.In quo magiſter mouet incidenter vnam quæſtionem circa. §. opponitur.s.ea.Ibi.n.fuit dictum, quod quilibet criminoſus, poteſt hæreticum accuſare.Nunc quærit vtrum malus catholicus poſsit accuſare hæreticum de alio crimine,quam de hæreſi. Et diuiditur in duas partes. In prima format quæſtionē. In ſecunda ſoluit.ſecunda ibi,huic. Lege. ¶ [Sed quæritur.]
1 Verum eſt†quod malus catholicus poteſt accuſare hæreticū de hæreſi,non de illa pro qua iam damnatus eſt, quia non eſt opus ſed de alia.Similiter poteſt illum accuſare de alijs criminibus exceptis, ſed de alijs criminibus puta homicidio, vel adulterio,& huiuſmodi nō poteſt accuſare hæreticum, ſicut nec bonum catholicum.Hug.[inferior]videtur ſoluere quæſtionem in qua Auguſtinus non audet præcipitare ſententiā. 6.q.1.quæro.Nec congrue videtur reſpōdere,niſi ſic intelligatur[in eo].ſ.in regula fidei.i.in his quæ ſunt cōtra articulos fidei.ſ.in hæreſibus.Hu.in eo,ſ.in conuerſatione vitæ.i. in his, quæ ſunt contra honeſtatem vitæ.ita quod non contra fidem vt in homicidio,& adulterio,& huiuſmodi.Hug.

Diuiſio. Exponit literam.

Item quod. §.eſt,in quo magiſter determinat capit. primum.& s.e.q.& duplicem dat intellectum.Dicit ergo,id quod dicitur ibi,quod paſtores ſunt ꝓ ſuis actibus tolerandi,quam corrigendi intelligitur per reſpectum ad criminoſos,à quibus non ſunt corrigendi,vel per reſpectum ad eos,qui probare non poſſunt.vnde ibi interpoſitio eſt vſque ibi.vel quia.Hug.[permittente].26.quæſtione. 5.c.fina.iuxta.fi.Archidiac.

1 *Peccata latentia non habent vindictam.*
2 *Crimen an poſſit aliter probari quam per teſtes.*


Lerumque. Quia in fine.§. præcedētis dixerat magiſter,quod quidam ob defectum publicorum inſtrumentorū ceſſant ab accuſatione criminum,ad probādum hoc ſubiungit hoc capitulum,quod eſt Auguſtini in homilia de pœnitentia.Breue eſt.Lege tex. ¶[Plerunque.peccata].i.crimina.s.e.§.proximo.in fi.Archi. [& carent]ex toto.vt.s.e.q.1.ſi peccauerit. vel dicunt ſecretè talibus,qui poſſunt prodeſſe,& nō obeſſe.vt.22.q.5. hoc videtur.ſed in publico in iure non debent talia proponere,ex quo non poſſunt probare.vt.s.ea.q.1.ſi peccauerit. & 6.q.1. ſi oīa.
1 & q.2.ſi tantum.†Latentia.n.peccata nō habent vindictam. vt.23.q.5.c.chriſtiana.Hug.[publicis documentis].i.teſtibus, vel etiam inſtrumentis,vel dic[publicis documentis]id eſt teſtibus duobus,vel tribus.s.eo.accuſatio.2. Et ſm hoc expedi
2 tur hic quæſtio.†an crimen poſsit aliter probari quam per teſtes.Et videtur quod ſic ex præſenti.c.quoniam nomine documentorum continentur tam teſtes,quam inſtrumenta. vt

Exponit literam.

Quæſtio.

legitur &

legitur & notatur extra de probat.quoniam.in fin.& habetur idem.6.q.2.c.vltimo.Secundò arguitur extra de resti.spoli.cũ ad sedem.§.nos prioris.vbi dicit Host.optimum ar.ꝙ violentia potest probari per instrumenta.Et videtur expressum.23. q.4.fortè.in fi.& 88.dist.c.fi.¶ In oppositum est Goff. qui tenet quod violentia non probatur per instrumẽta,& quod crimen non possit probari per instrumenta videtur placere Ber. Vinc.& Inno.extra de maio.& obed.cum in ecclesijs.Sed prima opinio videtur placere Hu.6.q.2.c.1.& Io.de Fan.& per l. in exercendis.C.de fide instru.Et ad idem videtur nobis inclinari Archi.qui inducit ad hoc aliqua argumenta.Sed nobis videtur dicendum cum Io.An.qui super regula.semel malus.li. 6.in mercu.determinant,quod per instrumentum non probetur crimen directè siue formaliter vt melius diceretur. Nam & in contractibus non potest tabellio contra me conficere instrumentum me non mandante,vt in aut.de tabel.coll.4.Hęc vera sunt,nisi pro me vel me volente & mãdante conficiatur instrumentum,per quod ipso facto crimen meum probetur. Indirectè autem bene probat siue coadiuuat instrumentum probationem criminis.puta te volo probare periurium.Inducam instrumentum,per quod probo iuramentum, & ibi plene vide per Ioannem Andræam.Idem satis plene inducit dominus Abbas in dict.c.cum in ecclesijs.extra de maior.& obedien.[Iudicibus]iudici enim facienda est probatio, non aduersario.4.q.3.§.item in criminali.& 1.q.1. si quis episcopus. Ad idem extra de proba.ex literis.in prin.& extra de ele.scriptum.§.verum.in princ.& de verbo.signifi.olim. Archidiaco. [non possunt]alias eis imputabitur,quod dic,vt no.23.quę.4. quisquis.in fi.Archidia.

Opponit.

Archid. Io. And.

1 *Maria quare percussa fuerit lepra, & non Aaron.*
2 *Rex licet possit filium suum regem facere, non tamen administrationem concedere.*
3 *Declinare in sacra scriptura aliquando accipitur in mala significatione.*
4 *Moyses qualiter duxerit in vxorem Aethiopissam.*

De his. §.est. Incipit secundum Arc. quarta pars huius quæstionis,in qua agit de his qui accusant prælatos suos de crimine,quod probare non possunt.vt dicit glo. quod non licet.Lege.¶ [De his].s.qui soli sciunt,& tamen accusant,& infamant.Hu.sententia Chan.Gen.9.vnde tales prohibentur accusare peccata suorum prælatorum qui non possunt probare qui magis dicendi sunt proditores,quam accusatores.Item obijcitur:triplici obiectione sibi obijcit,& postea soluit.Prima obiectio est de Maria sorore Moysi in Exod.c. 15.vbi Maria soror Aaron prophetissa sumpsit tympanũ in manu sua,egresseq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis,& choris quibus præcinebat dicens. Cantemus domino gloriose &c.[murmurans]maria.n.soror Moysi loquuta & Aaron contra Moysem propter vxorem æthiopissam, indeq; dominus iratus percussit eam lepra,s.sororem Moysi. ¶ Sed hic surgit quæstio. † quare maria percussa fuit lepra &
1 non Aaron.Respondetur quod multiplex est ratio. Prima qa Maria ardentiori animo & affectu seuiebat in æthiopissam, & in fratrem suum Moysem,quam Aaron, quia ad instigationẽ mariæ motus fuit.Ipsa.n.maria ante rixata fuerat cum æthiopissa,vt ait magister in historijs.cuius odio induxit Aaron vt detraheret Moysi.vnde Maria plus peccans plus punitur.Secunda ratio est,quia Aaron futurus pontifex erat,ideo pro reuerentia pontificatus tali morbo & scandalosa turpitudine nõ fuit punitus,sed à domino fuit sufficienter redargutus.Tertia ratio est,qa lepra qua quis eijcitur à castris & tabernaculo domini intelligitur solemnis & infamans famosa pœnitentia,& ad denotandũ ꝙ sacerdotibus non sit imponẽda solemnis pęnitentia.Aaron macula lepræ non est percussus.[Item in libr. Reg.]1.Reg.23.secũda obiectio.ex quo exemplo colligitur, quod subditi non debent insurgere in suos prælatos, etiam si reprobi fuerint & mali.[Saul] qđ.n. Saul à domino fuerit reprobatus patet primi Reg.15.quia propter inobediẽtiam suã audire meruit per prophœtam Samuelem dicentem scidit.i. abstulit dominus regnum à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.primi Reg.15.& 16.c.dominus ad Samuelem dixit.vsquequo tu luges Saul. cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel.[Inuidia]. Cum.n. Dauid interfecisset Goliem,& ferret caput eius in Hierusalem egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel cantantes atq; choros ducẽtes in occursum regis,dicentes.Saul percussit mille,& Dauid decem milia.Iratus est Saul nimis, & displicuit in oculis eius

Exponit literam.

Quæstio. Respõdet.

iste sermo.dixitq;,dederunt Dauid decem milia,& mihi mille.quid ei superest nisi solum regnum. non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa,& deinceps primi Reg.18.[persequebatur]Saul.n.ex inuidia motus persequebatur ipsum dauid quando voluit eum lancea transfigere.primi Regum. 18. &19.& 20.quãdo Dauid fugit[substitutus]reprobato.n Saule elegit dominus seruum suum Dauid, quem prophœta Samuel vnxit in regem.primi Reg.16.[fleuit]primi Regũ. 24: tunc.n.fleuisse dicitur,quia compunctus corde in vestem sui domini manum misit,quem pro reuerentia vnctionis regiæ se honorare debere sciebat.quo exemplo arguitur quod subditi etiam boni non debent suos prælatos etiam criminosos accusare[sola administratione.]Nam & Dauid etiam bis vnctus erat à Samuele.licet non solemniter, sed tamen Saule vi
2 uente nunquam administrationem habuit.Hug.Et est ar.†ꝙ
a licet rex possit filium suum regem facere a, non tamen administrationem concedere.quidam.n.sunt sine administratione ar.C.vbi sena.vel clari.l.vlt.Lau.Sed contra.8.q.1.Moyses.vbi de hoc Archi.[Item legitur in libro Regum]secundi Reg.6. Est tertia obectio,siue tertium exemplum. vnde colligitur etiam præcedens conclusio quod subditi non debent accusare prælatos suos etiam criminosos.Lege tex.[percussus interijt]propter eius temeritatem,vel vt dicit Hug. quia fortè indignus erat accedere & tangere arcam.[His itaq;]Hic incipit respondere tribus obiectionibus. Et primo respondet vltimæ & ꝓ nihilo laborauit in huiusmodi solutionibus,nisi fortè quia fuit in ea opinione,quod laici possunt accusare prælatos.Hug.Respondens ergo vltimæ obiectioni dicit, verum esse per arcam significari prælatos,& per Ozam subditos.Sed dicit falsum esse,quod per inclinationem arcæ casus prælatorum intelligitur.quia inclinatio vel descẽdere potest esse sine casu.Nã Christus dicitur descendisse & inclinasse se, sicut patet in multis authoritatibus.Dicit ergo,quod inclinatio & descensio humilitatẽ significat,qua spirituales compatiuntur infirmis,& ita per inclinationem arcæ non significatur casus ꝓlatorum,sed humilitas,& bonitas, qua condescendunt infirmis.Sed in hoc Gratianus nõ bene respondit,quoniam,quãuis inclinatio arcæ possit exponi pro humili, & benigna misericordia,qua boni prælati condescendunt infirmis, quam frequenter mali & superbi reprehendunt, tamen non est inconueniens,quod exponatur pro culpa & casu prælatorum. ſm quod inclinare,potest accipi in bona & in mala significatione, præsertim cum in te.dicatur, quoniam calcitrauerunt boues, & declinauerunt arcam.Declinare autẽ in sacra scriptura aliquando accipitur in mala significatione, quod videtur ignorasse Gratianus,vt Deut.31.Declinabitis cito de via quã ostẽdi vobis.& primi Regum.18.Declinauerunt post auaritiam. & psal.13.Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. & psa.118.maledicti qui declinant à mandatis tuis,& sic in multis alijs locis vbi declinari potest à via domini, est in peccatũ labi.& secundum hũc sensum inclinatio siue declinatio arcæ potest exponi pro lapsu seu casu prælati in culpam.Et sic stat exemplum seu obiectio,non obstante expositione Gratiani, [nimis iustus]hoc scriptum est Ecclesiastici.7. Ille nimis iustus dicitur,qui nimio rigore vtitur, & veræ iustitiæ in hoc moderamen transgreditur,qui misericordiam non seruat, qa vt dicit Gregorius,definit esse iustitia sine misericordia, & vtraq; destituitur si vna sine alia teneatur.[sic & illud Moysi.]Respondet ad primam obiectionem:hic dicimus quod in superiori diximus. quod licet expositio Gratiani de maria æthiopissa sit bona, non reprobatur tamẽ ex hoc veritas exempli inducti,siue obiectionis virtus eliditur. Nam certum est clarum & etiam secundũ literam,ꝙ per murmur mariæ intelligitur murmur & detractio subditi contra superiorem.Constat.n.ꝙ Moyses rector & dux populi ac superior iudex à domino est constitutus,& per consequens murmur mariæ & detractio fuit inferioris ad superiorem. Quare euidenter sumitur Ar.efficax,& valida obiectio,quod subditi prælatos suos accusare nõ possunt,saluo sano intellectu, ibi Moyses æthio-
pissam.¶ Surgit quæstio.†qualiter Moyses duxit in vxorem
4 ęthiopissam cum in lege esset prohibitum contrahere cũ alienigena.Respondetur,quod lex adhuc data non erat quæ hoc prohibuit,vel fortè diuina inspiratione hoc fecit,vel Moyses de futuris nuptijs promisit si ad fidem cõuerteretur, & postea illam conuersam acceperit in vxorem. & hoc licitum est etiam nunc.vt.28.q.1.non oportet.Hug.[per Saulem.] Respondit secundæ obiectioni.idem dicimus hic,quia expositio Gratiani hic nõ reprobetur, nec tñ exemplum seu obiectio prius posita

a ¶ Regẽ facere. Rex an possit donare aliq̃ vel alienare de regno nõ ob stãte iuramẽto.vide P. de Anc. in c.intellecto.n.2. de iureiur. & de rege p. vide ꝑ eũ pulchram quęstionẽ. in ca.licet. num. 21.de voto. Cõtra Gratianum.

Gregoriu.

Quæstio. Respõdet.

prius posita per hanc expositionem excluditur. Est.n.verum quod Saul toleratus in dignitate regia superior erat ipsi Dauid, ergo cum Dauid in superiorem manum imposuerit præscindendo orá vestimenti, & inde corde compunctus fuerit, non exorbitat à ratione si hoc facto & exemplo subditus nõ debeat se erigere conra superiorem. Et ideo non obstantibus expositionibus Gratiani manét prædicta tria exempla seu argumenta ad probandum propositum, ad quod inducuntur. habet.n.hoc fœcunditas sacræ scripturæ, quod diuersis modis exponitur. vt per Aug. primo super Genes. ad literam.ca.1.& sic potest ad diuersa veraciter applicari. [In qua solus Dauid] hic dicit Hug. quod mentitur Gratianus. Nos dicimus quod dicit falsum, quod est certius, quia non solus Dauid iacebat in spelunca, imo vt veritas historiæ habet, socios habebat, qui ẽt ei cõsuluerunt vt in Saulem insurgeret, & interficeret, & ita ponit falsum, vt inueniat responsionem. Hu.

Aug.

Item probatur. §.est. In quo adhuc obijcit sibi, sed malè quia non facit ad propositum suum, quod obijcit quia accusare ponitur pro infamare. Hug. & Lau. aliàs nõ est verum, quod dicit.s. ꝙ subditi sunt infames, qa accusant prælatos suos. Hu. ¶ [Infames fiũt eo ipso] non est verum nisi dicatur.i. digni puniri pœna infamiæ. Hu. [reprehendere] diffamando, & vituperando, vel calumniosè accusando. Hug. [in patres armantur] verberando, vel calumniosè accusando, vel infamando. vt.3.q.4.clericus.& q.5.omnes.& 6.quæstione.5.sacerdotes.cap.infames. Hug.& Archidiac. supra dictum est in c.oues. Hug.

CõtraGratianum. Fxponit literam.

His itaque. §.est, in quo respondere nititur præcedenti obiectioni, qua probatur. quod subditi prælatos suos accusare non poterant. Et respondet ꝙ nõ omnes prælati pro prælatis habentur, quasi diceret eo casu accusari possunt quo pro prælatis no habẽtur, licet sint prælati. Lege. ¶ [His].i. quibus dicitur in præcedenti obiectione qđ subditi non possunt accusare prælatos suos. in glo.&c.

Exponit literam.

Paulus. Inducit ad propositũ suum aliqua capitula, quæ sequuntur. istud autẽ est primũ, & est beati Gregorij in registro. Conclusio est, quod iustè prælatus reprehenditur cuius vita alijs est in malum exemplum. Lege. ¶ [Paulus] pro intellectu literæ, est notandus casus, qui est iste. Ianuarius episcopus die dominico ante missam, & etiam post exarauit messem cuiusdam laici violenter, de quo cum papa eum reprehenderet ille dicebat se non esse redarguendum, & ad hoc probandum inducebat authoritatẽ. Pauli dicentis [Seniorem &c.] Cum respondetur Gregorius vt in litera continetur. [Paulus dicit] prima ad Ti.4. [seniorẽ] ætate vel moribus. Hu. [ne increpaueris] arguendo verbis duris. Nicolaus de lyra. [sed obsecra vt patrem] vt caueat ab incidentibus suæ senectuti. Nicolaus de lyra. Certe senior ætate & moribus pro honore venerandę senectutis cuius vita immaculata ferendus est & obsecrandus, si aliquando deficiat. Si vero senior sit ætate, & iunior moribus, caret iam veneranda senectute. quia secundum philosophum primo Ethicorum. Non refert iuuenis ætate vel moribus, & talis vt dicit Gregorius senior stultus vehemẽter est increpãdus, vbi eius malum exemplum corrumpit corda viuentium, maximè si sit obstinatus in malitia, talis est acriter increpãdus. Sicut Daniel dure coram omnibus increpauit senes impudicos. Dani. 13. [feriendus] non dicit à quo, sed intellige à maiore, vel etiã à subditis si fiat ex charitate, & humilitate, & deuotione. Hu.& Lauren. [Nam scriptum est] Esa.42. [Laqueus iuuenũ omnes vos] o prælati quia vestro vel exemplo iuuenes illaqueantur vitijs. Hu. [& rursus] Es.65. [maledictus puer &c.] id est maledictus sit ille, vel est ille, qui est centenarius ætate, sed est puer animo & facto & conuersatione.

Exponit literam. Casus.

Nic.de ly.

Grego.

1 *Prælati mali dicuntur sal infatuatum.*

Non omnes episcopi. Ad idem est hoc.ca.quod est beati Hieronymi. Summa. non omnes episcopi nomine & ordine dignitatis sunt episcopi vitæ merito, & honore & fulgore virtutis. diuidi potest in duas partes. In prima parte ponit quod dictum est. In secunda inducit aliqua exempla. Lege ¶ [Non omnes episcopi] nomine & ordine dignitatis [sunt episcopi] sanctitate, & merito vitæ. sicut Chrisostom⁹ super Matt. dicit multi sacerdotes pauci sacerdotes.s.di.40. multi. Est.n.fictio canonis hic, & in superiori capitulo quia hic fingit non esse quod est, & inesse quod nõ est, & hoc propter malitiam vitæ. Hug. [attende] per exemplum ostendit, quod nõ omnes episcopi sunt boni, nec omnes clerici in quocunq; ordine sint. Hu. [Petrum] bonum [Iudam] malum [Stephanũ] in ordine diaconorum bonorum. bonũ. [Nicolaum] peruersum. Iste.n. inter septẽ diaconos vnus electus est. vt patet Act. 6. postea à fide deuiauit. & inde suborta est hæresis Nicolaitarum, de qua Apoc.2. hoc habes bonum, quod odisti facta Nicolaitarũ, quæ ego odi. [Christienuum bonum] & sanctum. Hu. vt.40.dist. non loca. [Cornelius] de quo Act.10. [Ethnicus.] i. gentilis. Cornelius.n. tunc non erat renatus in Christo per baptismum, sed postea à Petro est baptizatus [presbyteros.] Daniel. 13. [non est facile].i. valde difficile. [stare]. s. digne. Hug.i. sicut sublimatus honore & officio, ita vitæ merito, & sanctæ conuersationis exemplo contra malos prælatos. Turpe est.n. fastigium dignitatis tenere sine virtuosa vita, qa vt dicit Ambro. in pastorali. non conuenit quod sit sedes alta & vita ima. vnde bene ait difficile. Difficilis.n. est vita virtuosa, quia virtus secundum philosophũ est circa difficile, & maximè imitari illos in vita, qui in ecclesia fuerunt excellentissimi in vitæ sanctimonia. [infatuatum] † mali prælati dicuntur sal infatuatum. de hoc Marc.9. sic habetur. Si sal insulsum fuerit in quo illud conditis. & Lucæ 14. sic dicitur. Si sal euanuerit in quo illud condietur, nec in terra nec in sterquilino, sed foras mittendo. Sal quidem boni sunt prælati, per quorum vitam & doctrinã salubriter subditi condiuntur, & præcauẽtur à putrefactione peccati. vnde dominus apostolis ait. Matth.5. vos estis sal terræ &c. Sed cum prælati euanescunt mala etiã vita & absque vera & bona doctrina fiunt sal insulsum, absque sapore doctrinæ & vitæ, vt dicantur sal infatuatum. Et de tali qui subditos suos non potest condire prædicatione, vel vitæ conuersatione ad nihilum prodest, imo nocet & nihil inde debet fieri [nisi foras] id est ab ecclesia & ecclesiastica dignitate. Hugu. [porcis.] à porcis enim tales sunt digni conculcari quo vitæ immundiciam imitantur.

Diuisio.

Exponit literam. Chrysost.

Ambro.

1

1 *Prælati mali comparantur coruis propter tria.*

Non omnis. Ad idẽ est hoc.ca. quod est Aug. super Io. homil.6. contra malos prælatos, quos cõparat coruis, & bonos columbis: in summa dicens, qđ nõ omnis, q dicit bona verba, est audiendus. Lege ¶ [Nõ omnis.] Nota in principio, ꝙ per columbam intelligitur prælatus siue bonus prædicator. vnde dominus Matt.10. ait Apostolis. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. & hoc propter tria. vt dicit hic. Hu. propter mãsuetudinem, simplicitatem, & parcitatem, non.n. prædicant, vt viuant, sed viuunt, vt prædicent. † Mali vero prælati seu etiã prædicatores comparantur coruis etiam propter tria vt dicit Hug. scilicet propter nigredinem vitiorum, propter raucedinem prædicationis, & propter voracitatem oblationis fidelium. quia eas sibi vsurpant, & rapiunt, & ad hoc prædicant vt viuant. Glo. addit alia tria, scilicet propter fœtorem spiritus, propter garrulitatem, & propter furorem. Dicit ergo. [Non omnis] prælatus, vel prædicator [qui dicit pax vobis] id est pacem affert, & bona prædicat, est recipiendus sine examinatione, cum ibi vertatur periculum animæ, vt distinc.42. quiescamus. secundum Hugu. Et ita secundum hoc loquitur capitulum de ignotis, vel notorijs nobis aliàs toleratus tanquam columba audiendus est secundum Lauren. ad hoc.3. quæstio. 7.§. vltimo. Et verè secundum Hug. non quilibet est audiendus, quasi columba, quia quidam est bonus, quidam est malus. Archidiaconu. [Corui id est, mali prælati, siue prædicatores [de morte] id est, de lucris malæ acquisitis per simoniam pro sepulturis mortuorum, pro dispensatione sacramentorum dispensandorum morituris, & similibus sanguine peccati tinctis. [Hoc columba] id est, bonus prælatus, aut prædicator [non habet id est, non vtitur cibo. [carnis mortuorum] siue cadauerum [sed de frugibus] id est, primitijs, oblationibus pijs fidelium. [Innocens est victus eius] id est, incruẽtus, sine sanguine. Hug. victus enim boni prælati & prædicatoris est Innocens, quia mundus est sanguine peccati, scilicet simoniæ, auaritiæ, & luxuriæ.

Exponit literam.

1

Archid.

1 *Asina quæ loquuta est Balaam an intellexerit, quod loquuta est.*

2 *Bosor interpretatur tribulatio.*

3 *Balaam interpretatur vanus populus siue præcipitans.*

Sequuti


SEquuti sunt. Ad idē est hoc capitulū, in quo Beda ponit verba apostoli in epistola.2.& capit.2. & intendit ostēdere, ꝙ clerici prælati possunt redargui etiam à laicis,quia Balaam qui significat prælatos redargutus fuit ab asina, quæ significat subditos etiā laicos,& tāgitur historia quę habetur Numeri.22.quæ patet.
Exponit literam. ¶[Qui mercedē iniquitatis amauit]vt ea ductus iret ad maledicendum populum Dei.huiusmodi viam sequuntur mali prælati,qui in tantum amant mercedem iniquitatis, vt pretio omnia faciant.s.prædicent,iudicent, ordinent, excommunicēt, suspendant,instituant,& huiusmodi.Et nota quod verba Petri sunt vsq; ibi plerumq;. Et inde sunt verba Bedæ exponentis epistolam Petri.Hu.[sequuti]mali prælati.Hu.[Balaā] venientis [ex bosor]nomen est ciuitatis. Arc.[correptionē] fac vim in verbo.Nam per hoc capitulum non probatur, qđ laici possint accusare prælatos suos. Nam asina nō accusabat, sed reprehendebat qualis fuerit hæc correptio, & qualiter intelligitur,habetur extra de hære.cum ex iniuncto.circa finē.
Quæstio: Respōdet. [subiugale].s.asinam, hominis voce loquentis.¶Hic quęrit
1 Hu.†Vtrum intellexerit quod loquuta est. Sed quicquid dicant aliqui iuristæ ignari philosophiæ & Theologiæ asina illa cum semper manserit infra terminos naturæ asininæ,nec fuerit mutata in naturam intellectualem, non potuit intelligere illud quod loquebatur,sicut nec cythara ea quæ per ipsam decantantur.[plerumq; sunt verba Bedæ.[Hæretici].i. christiani in fide præuaricati.Hu.& Arch.[sacramenta].i.secreta:nota fortè sibi sed incognita alijs & occulta. vt. 24.q.1.scisma. Hu.& Arc.[Etiam paganorum]nedum christianorum. Hu. [Hebetent].i.obtusum reddant,& non intelligentem quę dicunt ipsi hæretici.Hu.[diuinæ cognitionis].i.fidei, per quam Deus in hac vita agnoscitur.Hug.[illorum].s.hæreticorum [insaniam].i.hæreticam doctrinam.Arch.[Et quod peius]secunda pars.Arch.[multi]prælati.[merito].i. exigentibus meritis illorum[redarguantur]non dicit accusent.vt.s.ead.oues. [qui].s.clerici.Hug.[comparantur prophœtæ] sicut laici, & alij subditi asinæ[quibus].i.talibus prælatis, & talib⁹ clericis.
2 Hug.[†bosor]interpretatur tribulatio,siue carneus, aut pelliceus,quia prælati corrupti per auaritiam sunt in tribulatione & angustia quomodo diuitias acquirant, quæ eos vix dormire & quiescere sinunt,affectus,quoque diuitiarum & abundātia in carnis opera deflectit.vnde Lu.16.Diues epulabatͤ quotidie splendide,ad quod sequitur.ꝙ sit pelliceus.i.luxuriæ de-
Hierony. ditus, quia ₰m Hie.ad nepo. venter mero æstuans facile despumat in libidinē.[adulterari].i. corrumpere. [nec.n.quam hæc causa.]s.quia[manci parunt].i.ex toto dederūt, & supposuerunt.quasi diceret.quia sequuntur concupiscentias carnis. & ideo vt abundantes in pecunia possint eis satisfacere, spiritualia vendunt pretio,& omnia per pecuniam faciunt.Hugu.
Cōtra Archidiacon. Ista est vera expositio non illa quam Arc.ponit.Certe auarus carnalibus deditus vanus est,quia vanitatem sequitur mundanam,quam Salomon vanitatem dicit, Eccl.1. Vidi cūcta quę fiunt sub cœlo, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. [agnitam.]quia melius erat illam non cognoscere.&c.12.q.1. scimus.Hug.& talium facta dicuntur deteriora prioribus. de pœn.dist.4.si refugientes.Archid.[Et nomen ipsius Balaam]
3 †qui vanus populus siue præcipitans eos interpretatur.talibus conuenit aperte:subdit secunda Petri.2.[& fonte siue aqua diuinæ sapientiæ]in eis.n.fracta est integritas fidei & euacuata aqua sapientiæ salutaris vt dominus eis dicat.dereliquerūt me fontem aquæ viuæ & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas,vel sine aqua salutari.i.non lauantes,sed potius inquinantes. qa ex eorū doctrina non lauatur quis,sed potius sordidatur.Hu.& Arc.[nebulæ]hæretici nebulæ cōparantur,q ventorū turbinibus agitanť.qa turbine errorū & vento superbiæ concutiunť.de quibus ecclesia.1. aduolauerūt nebulæ sicut aues.& bñ sicut aues, qa plus habent in garritu apparentiæ,quam in veritate existentiæ.tales.n.turbinibus errorum agitati in se obscuri & alios obscurantess p petuis tenebris infernalibus præparantur.

1 *Infamis quilibet dicitur minui capite.*
2 *Capitis diminutio quid dicatur.*
Quotuplex sit nu.3.& nu.7.
Quæ dicatur maxima.nu.4.
Quæ media.nu.5. Quæ minima.nu.6.

Quia ergo. §.est in quo magister resumit præcedentia capitula.Et cōcludit, quod cōtra malos prelatos suos propter eorum dignitatem nō est cessandū ab eorum accusatione.quia & si sint officio superiores, fiunt tamen ex peccato serui. quia qui facit peccatum seruus est
Exponit literam. peccati.Lege tex.¶[Quia ergo]infert ex tribus proximis capitulis in gl.[non omnes].s.ea.q.non omnes[à puero]Danie. 10.in c.non omnes.[& pax]in c.omnis.s.ea.q.patet[.altereť] .i.in alterum statum commutetur,Hug.[Et vt ita dicam]qa non quilibet mortaliter peccans dicitur capite minui,₰m leges.nec plectitur capite,licet ₰m canones quilibet talis dicať capite minui.Id circo magister tēperat dicens.[vt ita &c.₰m
Archidia. Pe.& Arch.[capite].i.statu,& dignitate. quæ quasi caput ho-
1 minis est.†Similiter quilibet infamis dicitur minui capite.ff. de var.& extraor.cog.l.pe.Et videas quod dicam.6.q.1.infa-
2 mes.Arch.Sed hic merito surgit quæstio.† quid dicatur capi Quæstio: Respōdet.
tis diminutio & quotuplex dicatur.Ad primum respōdetur
3 quod capitis diminutio est.prioris status commutatio. † Ad secundum respondetur ꝙ est triplex.s.maxima media, & mi
4 nima,†maxima est quādo quis amittit ciuitatem,& libertatē, & familiam,quod accidit in his,qui olim serui pœnæ efficiebantur.hodie autem ex pœna nemo seruus efficitur. accidit etiam in libertis,qui propter ingratitudinem reuocantur in seruitutem & in his qui se patiuntur venundari ad pretiū par
5 ticipandum.†Media est cum amittit ciuitatem,sed retinet libertatem,quod accidit in relegatis,vel quibus aqua & igni in
6 terdicitur.†minima est cum retinet ciuitatem,& libertatem, sed familiam mutat.vt si quis arrogatur vel emancipatur.vel alio modo de vna familia transit in aliam.Hu.Lau.habes hoc
7 insti.de c.diminu.§.vlt.†Secundum canones etiam triplex potest assignari maxima cū clericus traditur curiæ seculari, vel in monasterium detruditur,media cum ciuitas interdicitur. i.cum quis extra ecclesiam per excommunicationem proijcitur.minima cum quis deponitur, vel suspenditur.i. à cura familiæ ecclesiasticæ remouetur.Item quilibet mortaliter peccans dicit pati maximam capitis diminutionem.quia amittit ciuitatem cœlestem Hierusalem, & libertatem. quia seruus peccati factus est.& etiam familiam.quia à familia Dei trāsijt in familiam diaboli.Similiter etiam quilibet infamis. Hug.& Innocen.
Arc.& Lau.de qua materia vide per Inno.extra de accu.qualiter.2.Arch.& ibi Io.An.super versi.diminutionem. Ioannes Io. And.
de Fan.[legibus diuinis]siue ecclesiasticis. Hu. vel etiā humanis.Arc.[seruus peccati]Io.8.nec potest dici Christo subiectus.de pœ.di.1.ecclesia.Arch.[tam in pœna]quam pro peccato patitur & ei colla submittit[quā in culpa]quia cum peccat peccatum ei dominatur.Hug.vnde Augu.respicit ad illud quod dictum est.s.si non omnes episcopi sunt episcopi,& inde continuatur.Hug. Lau.& Archi.

1 *Prælatus peccata sua & aliorum non corrigens dicitur canis mutus.*


QVi nec. Hoc.c.est beati Au.cōtra Permenianum & respicit principium ꝓximi.& est summa.quod episcopus,qui nec in se nec in alijs rationem regiminis habuit aut habet non est censendus episcopus sed canis
Exponit literam. impudicus.Lege.¶[Qui nec regiminis]quia nec se nec alios regere sciuit.de quibus dicitur Daniel. 13. Iniquitas egressa est à senioribus iudicibus,qui videbantur regere populū[sua delicta]malè.n.potest aliena corrigere, qui sua nō cessat multiplicare,nec per pœnitentiam delere.ad Rom.2. In quo.n. alterum iudicas,te ipsum condemnas. eadem.n.agis quæ iudicas.[nec filiorū].s.spūaliū.i. subditorū similis heli sacerdoti, qui filiorū peccata nō correxerit.1. Reg.2.[canis.]vt dist.83.
1 nemo.† prælatus.n.peccata sua & aliorū non corrigens canis, mutus dicitur.de quibus Esa.56.dicitur canes muti,non valentes latrare.& secunda Petri.2.de tali prælato dicitur. canis reuersus ad vomitum suum,& sus lota in volutabro luti.[Impudicus.]Hoc sumptum est ex verbis Io.Apostoli.Apoc.22. vbi dicitur.foris canes & venefici impudici.

Quibus ergo. §.est.in quo ex tribus præcedentibus capitulis,scilicet.ca.Paulus.ca. non omnes.& capitu.non omnis.concludit. Et diuiditur in Diuisio.
dnas partes.In prima elicit ex præfatis authoritatibus conclusionem suam.In secūda obijcit.& soluit. Elicit autem quod prælati qui sunt re & nomine,accusari non possunt. alij vero qui licet sint maiores officio per peccatum tamen facti sunt
Exponit literam. minores merito, accusari possunt à subditis seu reprehendi. ¶[Scriptura]Esa.65.[Item quod dicitur]secunda pars supra eo.quæstio.maiorum.

1 Paulus

1 *Paulus an conuenienter reprehenderit Petrum.quod sic nu.2.*
3 *Minor meritis non potest reprehendere superiorem imperiosè & publicè.*
4 *Prælati possunt publicè reprehendi à subditis vbi imminet periculum.*



Aulus. Hoc.c.quod est Hiero.super epistolam ad Gala. inducit magister Gratianus,& quatuor seq.ad probandum, qđ licet aliquis sit minor dignitate alio, potest nihilominus esse aut par,aut superior vitæ merito.¶ Verum pro pleniori intelligentia huius capituli.

Quæstio. Primũ ar. 1 Quæritur.† Vtrum Paulus conuenienter reprehendit Petrum.Et videtur quod nõ, quia vt habetur.s.e.§.de his.& habetur.2. Reg.6. quod Oza percussus est à domino, quia tetigit arcam.sed per arcã intelligitur prælatus. ergo Paulus,qui erat subditus non rationabiliter aut cõuenienter correxit aut reprehendit Petrum.

Secũdũ ar. ¶ Secũdo sic. dicit Gregorius sanctorum vitam corrigere non præsumat,nisi qui de se meliora non sentit. sed Paulus non est credendus de se meliora sensisse,quam de Petro.ergo nõ debuit eum corrigere.

Tertiũ ar. ¶ Tertiò Petrus non videtur peccasse cum hoc fuerit post cõfirmationem spiritus sancti.ergo inconuenienter reprehendebatur à Paulo.

Quartũ ar. ¶ Quartò videtur quod illud sit falsum quod dicitur hic,quod Paulus non fuit ausus reprehẽdere Petrũ nisi se non imparem sciret.quoniam Paulus sciebat certissime, ꝙ impar erat Petro in officio ecclesiasticæ dignitatis. de puritate vitæ,vtrum esset par vel impar ipse non sciebat, cum dicat. Eccl.9.Nemo scit vtrum odio vel amore dignus sit. Et ipse Apostolus dicat. 1.ad Cor.4.Nihil mihi conscius sum.40.dis. c.vltimo.¶ In oppositum est tex.præsentis.c.& habetur . ad Gal.2.

Opponit & Respõ. 2 ¶ Respondeo dicendum.† quod Paulus conuenienter reprehendit Petrum.patet ista conclusio dicit.n. beatus Paulus.ad Gal.2. Cum autem venisset Petrus Antiochiã in facie ei restiti,quia reprehensibilis erat.pro cuius conclusionis euidentia pleniori est notanda historia.Petrus.n. cum esset antiochiæ edebat cum gentilibus,& non discernebat cibos.postea cum quidã Iudæi venissent illuc à Iacobo,Petrus timens scandalum eorum cœpit se subtrahere à gẽtibus, & comedere cũ Iudæis discernendo cibos,quod videntes multi ex Iudæis & gentibus credebant viuendum esse iudaicè credentes obseruantiam legalium necessariam ad salutem, de quo reprehẽdit eum Paulus.Petrus non peccauit ex facto quod erat sibi licitum,quia cum ante publicationem euãgelij legalia licet essent mortua,non tamen mortifera licitum erat conuersis de Iudaismo illa seruare,sed dicitur peccasse ex modo faciendi . qa in hoc nimiam diligentiam adhibebat,ne Iudæos offenderet

Nic.de ly. vt dicit Nicolaus de lyra.Ita ꝙ ex hoc sequebať scandalũ gentilium in tantum quod aliqui inducebantur ad credendum,ꝙ talis abstinentia ciborum in lege prohibitorum esset necessaria ad salutem.& propter hoc Paulus, qui erat gentium apostolus ipsum publicè reprehendit, & Petrus audito periculo gentium sibi acquieuit,vbi vt ait Aug.in gl.dicit ipse Petrus, exemplum maioribus præbuit,vt sicubi fortè rectum tramitem reliquissent,non dedignentur etiam à posterioribus corrigi.

Ad primũ argu. S. Thom. ¶ Ad rationes alias dicendum est. Ad primam dicendum est iuxta S.Thom.quod tunc prælatus inordinate tangi videtur,quando irreuerenter obiurgatur,vel etiam quando ei detrahitur.& hoc significatur per contactum arcæ damnatum à Deo.huiusmodi autem inordinatus cõtactus non fuit, in reprehensione Pauli,licet ille excesserit modum fraternæ correptionis,in eo qod publicè Petrum reprehendit. quod fecit propter periculũ circa fidem , quod imminebat sicut dictum est:in quo casu etiam publicè prælati sunt arguendi à subditis.

Ad secũdũ ¶ Ad secundam respondetur quod præsumere simpliciter se esse meliorem quam prælatus suus videtur esse præsumptuosa superbia,sed æstimare se meliorem quantum ad aliquid nõ est præsumptionis . quia nullus est in hac vita qui non habeat aliquem defectum:dicimus.n.quod licet Paulus non sensit de se quod simpliciter esset melior quã Petrus,quia videbatur esse præsumptuosum,sensit tamen se melius sentire circa illud,in quo Petrus veniebat reprehensibilis . & hoc non est præsumptionis.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertiam respõdetur . quod Petrus sicut dictum est peccauit in modo obseruandi legalia , & propter hoc vt dicit reprehensibilis erat,tamen peccatũ veniale fuit. quod bene potuit esse in eo & in alijs apostolis post cõfirmationen. spiritus sancti.sicut dicit Io.in canonica sua.1.c.Si diximus,quod peccatum non habemus nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

Ad quarti ¶ Ad quartam respondetur. non videtur nobis,quod sit exponendum sicut Gratianus ponit de vitæ sanctitate,sed vt S.Thom.ponit in 2.2.q.33.ar.4. ꝙ erat aliquo modo par Petro,quãtũ ad fidei defensionẽ. &c. Lege.

Exponit literam. ¶ [Paulus non imparem] Petro. quo ad meritum vitæ, non quo ad prælationem.dicebat tamen se minimum apostolorum e ẽplo humilitatis.Et est ar. 3 †quod minor meritis nõ potest reprehendere maiorem,verum est imperiosè, & publicè.Hug.vel dicendum iuxta per nos dictã[imparem] scilicet quantum ad defensionem fidei.Et est argu. 4 †quòd vbi imminet periculum fidei prælati publicè à subditis possunt reprehendi.vt patet in exemplo.

Exponit literam. Hoc non. §.est. in quo Gratianus exponit quod dictum est.¶ [Hoc].s.Paulum non esse imparem Petro[dignitatis.]qua quis sæpe est maior , sed tamen meritis minor.vel æqualis.Hug.[sed de puritate]qua Paulus non erat minor Petro.Hu.[primatũ].i.apostolatus principatum.22.di.sacrosancta.Hu.[gerebat]Io.vlt.& Mat.16.

1 *Episcopatus est nomen dignitatis.*
3 *Maioritas in ecclesia est quadruplex.*
4 *Cardinalium status à Christo originaliter & primordialiter est institutus.*
5 *Consideratio triplex haberi potest de apostolis.*
6 *Cardinales quare nominentur cardines terræ.*
7 *Cardinalatus,quod sit dignitas aut officium cum dignitate coniunctum.*
8 *Cardinales præcedunt vniuersos alios ecclesiæ prælatos post Romanum pontificem multiplici prærogatiua maioritatis. & numero.9.11.& 12.*
10 *Cardinales dicuntur pars corporis papæ.*



Vemquam. Hæc quatuor seq. capitula inducit Gratianus ad probãdum , quod licet quis aliqua prælatione sit maior meritis tamen est par vel minor.Lege te.

Exponit literam. 1 ¶ [Quemquam episcopatus sit presbytero maior]†quia episcopatus est nomen dignitatis,presbyter est nomen ordinis.94.dist.legimus.Item in episcopo continetur presbyter,& non econuerso. Omnis.n.episcopus est presbyter non econuerso.vt in eodem.c.legimus. Hu. Au. tamen Hiero.minor est quantum ad ætatem . quia minor eo erat,vnde Hiero.scribit in quadam epistola ad Aug: dicens.dimitte senem in cella sua . Item minor quantum ad scientiam & notitiam scripturarum præsertim propter peritiam diuersarum linguarum quibus Hiero.præpollebat.Hug.& gl.exponũt aliter.[minor].i.meritis & causa humilitatis hoc dicit & [ita credebat].i.nõ credebat cõtrarium.aliter.n.peccaret . Hu. vt.22.q.2.cum humilitatis. Alij exponunt istam literam sit [minor Hieronymus]quia erat presbyter cardinalis,& omnis presbyter cardinalis maior est quolibet episcopo non cardinali.Sed Hug.dicit.quod non credit quod Hieronymus fuerit cardinalis.præterea dicit quod presbyter cardinalis si non est legatus domini papæ,non credit quod sit maior episcopo. Et ita secundum eius expositionem minor intelligitur.s.meritis aliàs.vt inquit non faceret ad intentionem magistri.Circa ista dicta Hug.surgunt duo dubia.

1 ¶ Primum est,vtrum verum sit quod sanctus Hiero. fuerit presbyter cardinalis.

2 ¶ Secundum est, vtrum episcopus cardinalis absq; hoc quod esset legatus domini papę sit maior episcopo non cardinali.

Respõdet. 1 Ad primum. Respondetur†quod Hier. fuerit presbyter cardinalis:probatur ista cõclusio ex historia sua,quæ cantatur per vniuersam ecclesiam , & acceptatur & recipitur ab omnibus ecclesijs,in qua sic habeť. Cum annorum esset.39.Romanæ ecclesiæ cardinalis presbyter ordinatus est,non est autem dubium quin historia ista ꝓferenda sit authoritati dicti Hu.¶ Secundò idem arguitur ex chronicis vbi legitur.quod fuerit ordinatus in cardinalẽ à Liberio papa sub titulo sanctæ Anastasiæ.¶ Tertiò idem colligitur ex picturis antiquis. Cõmuniter.n.per omnem Christianam religionem depingitur. Hieron. cum capello cardinalatus.¶ Quartò arguitur ex.c.ecclesia.16.q.1. vbi ait Hierony. Ecclesia senatum habet.vbi dicit Archi.quod quidam intelligunt de ecclesia Romana,quæ dicitur habere senatum.i. collegium cardinalium,quod dicitur habere authoritatem senatorum.ar.96.di.Constantinus.& hanc sententiam tenet. Innoc. extra de re iudi.cum autem verbum illud fuerit beati Hie.& dicat infra

dicat infra nos senatum habemus, videtur satis clarum esse, ꝙ connumeret se numero cardinalium. ¶ Quinto videtur hoc haberi clarissimum cum ab omnibus confiteatur ordinatus presbyter ecclesiæ Romanæ. presbyteri autem ecclesiæ Romanæ sunt cardinales, vt videtur colligi ex. c. Cōstātinus. vbi ait imperator reuerendissimis clericis sanctæ Romanæ ecclesiæ seruientibus illud culmen singularis potentiæ, & præcellētis habere scimus &c. vbi clarissimè patet nomine reuerendissimorum intellexisse dominos cardinales, quod nomē nō conuenit nisi viris constitutis in dignitate, vt patet in c. in nomine domini. distin. 23. item in c. nullam. 2. q. 4. super versi. de clericis Romanæ ecclesiæ idem videtur colligi. Non respondemus vanis quorundam argumentis, qui non ob aliud Hier. cardinalem negasse videntur, nisi quia in eorum codicibus nō legerunt, aut quia ita stulti sunt, vt quod Virgilius aut Tullius non dixit aut proprio sensui visum non fuerit nullius authoritatis esse putent.

Primū ar.

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur quod presbyter cardinalis non existens legatus domini papæ nō sit maior episcopo. Primo ex præsenti capitulo super quo dicit glo. patet quod quilibet episcopus maior est presbytero cardinali. Item dicit Hug. in præsenti loco. quod cardinalis presbyter nisi sit legatus papæ minor est episcopo. ¶ Secundò dignitas episcopalis est suprema in ecclesia. vnde beatus Dionysius ordinem dicit esse supremū in ecclesia, & episcopi dicunt̄ summi sacerdotes & pontifices maximi, vt in c. cleros. di. 21. ergo non videtur status presbyterorum cardinalium præferēdus episcopis. Item cardinalibus ex institutione eorum non videtur alia prærogatiua attribuēda, quam explicetur in institutione eorum, sed de beato Marcello qui fuit circa annos domini. M. 303. legitur quod constituit in vrbe Romana. 25. cardinalatus siue titulos cardinaliū, ad sepeliendum mortuos, & baptizandum infantes. ¶ In oppositum esse videtur, quod cardinales pars corporis papæ esse censentur. vt in c. decreto. 2. q. 6. beatus Gregor. dicit & Ber. de eis ad Eugenium loquens lib. de consideratione illos vocat laterales papæ, & eius coadiutores nulli autem dubiū, quod his qui vna persona censentur cum summo pontifice omnibus alijs ecclesiæ prælatis honore merito veniunt præferendi.

Secūdū ar. Diony.

Opponit ī contrariū. Bernard.

Respōdet.

¶ Respondeo pro intellectu huius quæstionis est notandum
3 † quod est quadruplex maioritas in ecclesia Dei. Prima ex tēpore. 17. di. §. hoc quoq;. & §. hoc verum. 96. di. bene quidem. 75. di. c. vltim. & de ma. obe. c. 1. Secunda ex prærogatiua ordinis. extra de ma. & obe. statuimus. Tertia ex prærogatiua ordinantis siue constituentis. extra de maior. & obed. per tuas. & ff. de albo scri. l. vlti. Quarta est ratione dignitatis seu maioritatis officij, hac ratione dicitur Arch. maior archipresbytero. s. in dignitate & officio, sed in ordine minor est. vt in c. perlectis. di. 25. & in c. 1. de offi. Archid. Et sic diuersis respectibus vnus potest esse maior & minor altero. vt in exēplo posito, & probatur. j. e. quæritur. item in abbate in minoribus constituto. extra de æta. & qua. cum. sic in subdiacono electo & cōfirmato. extra de ele. transmissam. Item potest esse maior, & æqualis sicut Petrus fuit maior apostolis in dignitate seu officio, sed in apostolatu seu ordine episcopali par fuit & æqualis. j. c. proxi. & di. 21. in nouo. minor est. ¶ Secundò vt de statu & dignitate dominorum cardinalium aliquid hic dicamus, licet in libro nostro de ecclesia circa finem primi libri ꝑ multa capitula tam de origine eorum, quod de dignitate plura disputauerimus, est notandum. Quod de dominis cardinalibus cōuenientissime accipi potest quod vetus illa Anna Samuelis in cantico (quod occasione acceptæ prolis composuit) dixit. 1. Regum. 2. Domini. n. sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. in quibus verbis status dominorum cardinalium tripliciter describitur. Primò quantum ad nobilitatem institutionis ibi cum dicitur. domini. n. sunt. secundo quo ad dignitatem officij ibi cum cardines terræ appellātur. tertio quo ad vniuersalitatem authoritatis cum dicitur. & posuit super eos orbem. describitur quidem status institutionis dominorum, cardinalium, nobilitas cum dicitur, domini sunt. s. per institu-
4 tionem. † Est. n. cardinalium status à Christo originaliter & primordialiter institutus cum ipsi immediate q̄tum ad hunc statum succedunt sacerdotibus leuitici generis in veteri testamento sicut testatur. Inn. tertius in c. per venerabilem extra. qui fi. sint le. vbi sic ait de eis papa. Sunt autem sacerdotes leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existūt, de quibus sacerdotibus leuitici generis habetur Deuter. 17. Si difficile & ambiguū apud te iudiciū esse perspexeris inter sanguinē, & sanguinē, cām & cām, lepram & nō leprā. & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quē elegerit dominus Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcunq; dixerint tibi, sequerisq; sententiam eorum &c. ¶ Secundò dominorum cardinalium status intelligitur institutus à Deo cum immediate accedat siue succedat statui apostolico. pro quo cō
5 siderandum iuxta quorundam sapientum doctrinam, † quod de apostolis triplex cōsideratio haberi potest. Primò quidem vt Christo ante eius ascēsionem principaliter astiterunt quibus ait. vos estis qui mansistis mecum in tentationibus & ego dispono vobis, sicut disposuit pater meus regnum. s. militātis ecclesiæ, vt sedeatis super thronos iudicātes, 12. tribus Israel Lu. 22. ¶ Secunda consideratio apostolorū est prout ante eorum diuisionem ab inuicem, & separationem à Petri præsentia Petro tanquam Christi vices gerenti in administratione papalis officij assistebant. ¶ Tertia consideratio apostolorū est, qñ ad Christi præceptum, quo dictum est de illis. Euntes in mundum prædicate euangelium omni creaturæ. à Petro se parati, eiusq; authoritate suffulti per mūdum dispersi sunt ad prædicandum singulas prouincias in sortes prædicationis accipientes. Quantum autem ad primam considerationem &
a secundam apostolorum status dominorum cardinalium [a] repræsentat apostolorum statum in hoc, quod assistunt Romano pōtifici, qui Christi vicarius & Petri successor est tanquā principales assessores consiliarij, atq; cooperatores, & in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt iuxta verba tam Innocētij tertij in d. c. per venerabilem, quam papæ Bonifacij octaui. in c. fundamenta. lib. 6. de elect. vbi ita inquit. decet namq; ipsi Romano pontifici per fratres suos sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, qui sibi in executione sacerdotalis, officij adiutores existunt libera prouenire consilia. & sic patet quod in ordine Hierarchico, sicut cœtui apostolorum succedit ordo episcoporum in quātum fuerunt episcopi, ita illi succedit sacer senatus dominorum cardinalium quantum ad illū statum in quo apostoli assistebant Petro, antequam per orbē diuiderentur vt dictum est. Et hoc tantum dictum sit de statu dominorum cardinalium institutione quæ vocabat̄ in primo verbo beatæ Annæ cum dicebatur domini sunt. ¶ Secundò describitur status cardinalium, quo ad dignitatem officij
6 cum dicitur, cardines terræ. † Nominantur autem sic multiplici ratione. Primò quidem dicuntur cardinales ab ecclesia Romana cui seruiunt, quæ vt inquit sanctus Anacletus in c. sacrosancta. di. 22. caput & cardo est omnium ecclesiarum. ¶ Secūdò quod sicut cardine ostium regitur. Prouer. 25. ita domino rum cardinalium consilio & assensu, summus pontifex regit disponit atq; gubernat vniuersalem ecclesiam. ¶ Tertiò dicūtur cardinales. i. principales. 7. q. 1. pastoralis. & 21. q. 1. relatio. ipsi. n. sunt principales in ecclesia, quorum cōsilio & regimine tota ecclesia vniuersaliter disponitur & gubernat̄. ¶ Tertiò describitur status dominorum cardinalium, quo ad vniuersalitatem authoritatis cum subditur. Et posuit super eos orbem terræ. Authoritas nempe dominorum cardinalium non respicit tantum diocœsim vnam aut prouinciā sed vniuersum orbem. iuxta verbum beati Gregorij in c. decreto. 2. q. 2. Alij autem prælati assumpti sunt in partem solicitudinis, isti vero in adiutorium gubernationis totius orbis. iuxta professionē supra positam summorum pontificum. s. Innocentij in c. per venerabilem. & Bonifacij octaui in di. c. fundamenta. extra elect. lib. 6. Quare conuenientissime accipiendum venit de eis qđ egregius Dauid ecclesiæ sanctæ loquens inquit psa. 44. pro patribus tuis nati sunt tibi filij. i. cardinales. constitues eos principes super omnem terram, Tunc plane constituuntur principes super omnē terram, cum à summo pontifice Christo vicario assumuntur ad assistendum sibi & cooperandum in regimine reipublicæ Christianæ. Quo circa deuotus Bernard. libro de consideratione de cardinalibus loquens papæ Eugenio. ita dicit. Hi quoq; qui tibi continuè assistunt seniores populi orbis iudices &c. magnum certè amplitudinis dignitatis dominorum cardinalium. Ex huiusmodi sancti viri verbis testimonium colligitur ex quibus apertissime cōuincitur error detrahentium statui dominorū cardinalium. His notatis
7 ponuntur aliquæ conclusiones. Prima est † quod cardinalatus sit dignitas aut officium cum dignitate coniunctum. Ista conclusio licet satis pateat ex ipso nomine cardinalatus, qui ideo sic dicti sunt à cardine, quia sicut ostium cardine regitur, ita eorum

a ¶ Cardinaliū. Cardinalis dicit̄ ꝑsona illustris. Bald. in l. ad similitudinem. C. de epis. & cle. & in l. 1. ff. de off. præf. vr. & in c cū accessissent. de cōstitu. Ale in l. 1. ff. de iurisdic. oīum iudi. Iason de mayno in le. 1. in princ. ff. de of. eius. & ibi Ale. Et ꝙ cardinalis successit in loco procōsulis vel præfec. Bal. in l. a iudice. C. de iud. Pet. de suno in le. cū prætor. § 1. ff. eo. ti. Bar. in le 1. in prin ff. qđ quisque iuris. Ale. in rubr. ff. de iurisd. omniū iudi.

Bernard.

Prima conclusio,

nihilominus probatur multipliciter. Primò sicut dictum est, quod domini cardinales sunt sacerdotes leuitici generis. vt in di.c.per venerabilem. ergo cardinalatus est dignitas. dicitur enim ecclesiasti.45. vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. ¶ Secundò domini cardinales vt dictum est sumuntur adiutores summi sacerdotis Christi vicarij ad gubernationem & curam totius reipublicæ Christianæ. ergo cardinalatus est dignitas. consequentia patet. dicit enim ecclesiasti.2. curam illorum habe, & coronam & dignitatem consequeris congregationis. ¶ Tertiò idem colligitur clarissime ex.c.Cōstantinus. 96.di. vbi cardinales dicuntur cæteris dignitatibus præfulgere. ¶ Quartò idem arguitur sic. dignitas importat quandam præeminentiam siue excellentiam in gradu, secundum Inno. & Hostien. sed cardinalatus inducit quandam præeminentiā. vt in d.c.constantinus. vnde etiam in cap.officij nostri.de off. leg.lib.6. dicit Innocentius quartus. quod cardinales honoris prærogatiua lætantur. ergo conclusio vera. ¶ Quintò idem arguitur. cardinales comparantur siue æquiparantur patricijs, vt in d.c.Constantinus. sed patricionatus est dignitas magna. vt in §.filius instit. quibus mo.ius pa.po.tollitur. & l.nemini.C. de consul.libr.12. ergo conclusio vera. ¶ Sextò cardinales cōparantur præfecto prætorio, sed præfectus prætorio præfulget dignitate. ergo cōclusio vera. ¶ Septimò cardinales sunt assistentes papæ, consulendo in rebus agendis tangentibus totam rem publicam Christianam, vt patet ex alleg.c. venerabilem. & ca.fundamenta. sed esse consiliarium principis est dignitas. l.quisquis.C.ad.l.Iulia. vbi omnes consiliarij principis intelliguntur illustres. ergo conclusio vera. ¶ Octauò sic. Electores imperatoris præcipua dicuntur pollere dignitate. vt colligitur ex.c.venerabilem.de elect. ergo multo magis domini cardinales dicendi sunt simplici fulgere dignitate qui electores Romani pontificis sunt, qui Dei regis regum & principum vicem gerit in terris.

Secūda cōclusio.

8 ¶ Secunda cōclusio. † Cardinales multiplici prærogatiua maioritatis præcedūt vniuersos alios ecclesiæ prælatus post Romanum pontificē. Primò ista conclusio patet de prærogatiua antiquioris institutionis. Tum quia cardinales, vt in c.per venerabilem, qui filij sint legit. succedere videntur sacerdotibus leuitici generis in veteri testamento. Tum secundò quia status apostolorum cui succedūt cardinales præcessit tempore statum apostolorum, cui succedit status episcoporū. vt ostendimus in principio quæstionis. Qualis autem est ordo in repræsentationibus, talis censetur esse in repræsentatis. ergo ex hoc capite cardinales præferendi sunt alijs prælatis. 17.dist.§.hoc quoque.§.verum. & extra de maio.& obe.c.1.

Tertia cō clusio.

9 ¶ Tertia conclusio. † Cardinales prærogatiua dignitatis præcedunt omnes alios prælatos. Ista cōclusio primo videtur accipi secundum vnam expositionem ex præsenti.c. vt Augu. intelligatur maior Hiero. ordine minor tamē dignitate. ¶ Secundò patet conclusio. ex.d.c.cōstantinus. vbi sic dicitur, quod reuerēdissimi clerici.i. cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ seruientes debeant habere illud culmen singularis potētiæ, & præexcellētiæ cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari. sed nulla reperitur maior dignitas post imperialem, vt in l.nemini.C.de consult.libr.12. ergo

10 conclusio vera. ¶ Tertiò patet eadem cōclusio. † Cardinales dicuntur pars corporis papæ. vnde Host. in c.antiqua.de priui. dicit quod licet episcopi iurent Romano pontifici fidelitatē vt in c.ego.de iureiur. tamen cardinales non iurant fidelitatē tanquam viscera & pars corporis papæ. debent tamen reputare se præ cæteris astrictos ad seruandam papæ fidelitatem, ita enim dicit Hosti. ergo sequitur quod omnibus alijs prælatis, dignitate sint eminentiores seu maiores.

Quarta cōclusio.

¶ Quarta conclusio cardinales sunt maiores cūctis alijs prælatis post papam maioritate curæ & administrationis. patet conclusio, quoniam vt in superioribus habitum est ipsi cum assistant & assumantur vt adiutores Romani pontificis ad curam & gubernationem totius reipublicę christianæ vt etiam aperte colligitur ex.c. bonæ.extra.de postu.præla. vnde ideo cardinales nominantur quia sicut cardine ostium regitur, ita istorum consilio prudentia, & diligentia totus orbis christianus regitur, & guberna-

Quīta cōclusio.

11 tur. sicut dictum est. ¶ Quinta conclusio. † cardinales sunt cæteris prælatis maiores maioritate tribunalis. patet conclusio. quoniam senatus siue collegium dominorum cardinalium vna cum Romano pontifice sunt maius tribunal in ecclesia, vt colligitur ex.c.per venerabilem.extra. qui fi. sint legi. & in c.patet profecto.9.q.3. dicit Nicolaus papa, vt patet profecto sedis apostolicæ cuius authoritate maius non est iudicium.

Sexta cōclusio.

12 ¶ Sexta conclusio. † Cardinales sunt maiores alijs prælatis authoritate respectu causarum quibus præsunt. patet, quoniam maioribus causis præsunt. maiores.n. causæ ecclesiæ ad papā cum cardinalibus referuntur. vt in c.maiores. extra de baptis. &.c.quod translationem.extra de offi.lega. ¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositum. Ad primam de glo.& Hu. respondendum quod in hoc non bene dixerunt. ¶ Ad secundam respondetur. quod ratio procedit de maioritate ordinis, secundum quam cōcedendum est episcopum maiorem esse cardinali non episcopo, etiam si sit legatus, sed cum hoc stat ꝙ in ordine minor est, dignitate aut administratione sit maior. sicut de Archidiacono respectu archipresbyteri. ¶ Ad tertiam respondetur. quod illa non fuit principalis cardinalium institutio, licet occurrente multitudine tam conuersorum ad fidem quam martyrum morientium pro Christi nomine deputarētur illis temporibus etiam ad alia pietatis officia attento maximè, ꝙ sepulturę martyrum intendere qui fundatores fuerunt Christianæ religionis & cōuersioni fidelium & dilatationi fidei, non minuit, sed potius augere videtur statum dominorum cardinalium, cū inter præcipuas laudes, quæ Euciano papæ attribuuntur est, ꝙ proprijs manibus. 343. martyres sepeliuit. Ista sufficiant hic, quia plenius & cum maiore mentis attentione locuti sumus in libro nostro de ecclesia.

Ad primū argu.

Ad secūdū

Ad tertiū.

1 *Sancti qualiter dicantur pares apostolis.*

2 *Statutum à maioribus vel ab omnibus dicitur maioris authoritatis.*



PVto. Ad idem sequitur hoc capitulū, quod est beati Aug.li.de vnico baptismo. Lege. ¶ [Puto] aliqui vt Hug.& Archid. volunt arguere quod Petrus & Cyprian⁹ ex hoc loco fuerunt æqualis meriti, sed non videtur nobis, quoniam nulli creduntur sancti pares fuisse apostolis, qui primitias spiritus sancti dicuntur accepisse. vt ait Pau-

Exponit literam.

1 lus ad Rom.8. † sed bene pares.i.similes in corona martyrij, nihilominus licet corona martyrij pluribus sit communis, non tn̄ omnes martyres in merito martyrij fuerunt pares. dicimus ergo. [Cyprianus Petro apostolo comparatur quātum attinet ad martyrij coronam] quia vtrique Petrus & Cyprianus martyres fuerunt, tamen Petrus superior omnibus episcopis fuit superioritate principat⁹, caput & princeps omniū episcoporum. [Si.n. distant cathedrarum].i.dignitatum [vna] tamen est etiam in ipsis martyribus sicut in quolibet alio ordine beatorum.i.cōsimilis communis. quoniam ambo in gloria sunt, licet sit differens ꝫm gradus meritorum, secūdum illud Io.14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. [Cum Petrus reputatur.] secunda pars. ꝫm Arch. [posteriore] tam tēpore conuersionis & apostolatus, quam dignitate [corrigitur] Gal.2. [pacis atque vnitatis] quia vnitas charitatis non est fracta inter eos, sed mansit inter eos integra, nec superior ab inferiori dedignatus est in doctrina veritatis emēdari. [q̄to facilius.] arguit à maiori, quasi diceret. si Paul⁹ posterior Petro in correptione præponit, multo magis statuta vniuersalis ecclesiæ cōcilio vnius epi, vel prouinciale debent præferri, cū maioris authoritatis sit vniuersalis ecclesia, q̄ vnus episcopus, vel vna prouincia. Hu. [vniuersæ].i.vniuersalis, generalis. [vel vniuersæ].i.vniuersalis.s.Romanæ. vtroq; modo potest congrue

2 intelligi. Et est argu. † illud esse maioris authoritatis quod ab omnibus vel à maiori parte statuitur. ar.distinctio.16. Isidor. & dist.19. in canonicis. Hugu.

1 *Filius licet non sit æquandus patri in honore potest tamen ei præferri in veritate.*

2 *Honor semper debetur maioribus licet non in omnibus.*

3 *Veritas a quocunque dicatur amplectenda est.*



QVeritur. Ad idem est idem Augustin. Summa est. æquari & præferri etiam potest filius patri in merito vitæ, aut sanctitate. subijcitur tamen ratione patriæ potestatis. vel sic. licet filius in honore non sit patri æquandus in veritate tamen potest ei præferri.

1

planum est. Lege. ¶ Queritur] id est, conqueritur [de malo filio] displicet enim patri quod filius sit malus. Prouerbior.19. dolor patris stultus filius. igitur pater rectè conqueritur de malo filio. [filius quæritur].i.conqueritur. [de duro patre].i. impio, siue crudeli. ecclesiastici.41. de impio patre conquerūtur filij. de hoc no.23.q.4.si ecclesia. Hug.& Archi. Et vide ꝙ no.extra de iud,c.fi.lib.6. in gl.pœ. in horū tamē querimonia

a veritas est præferenda. qa licet patri fillus debeat honorē a vt

Exponit literam.

a ¶ Honorē. Adde qđ honorē nemo debet sibi assumere. Pet. de Anc in c. qualiter num.2. de elect.

Ioan. à T.C. in j.causarum: O probat

probat philosophus.8.& 9.[Ethicorum . vnde Exodi.20.honora patrem tuũ,& matrem tuã,& Deut.27.maledictus qui nõ honorat patrem & matrem. & in hoc pater præferendus sit filio,tamen præferendus est filius in veritate, quia vt dicit philosophus.1.Ethic.duobus existentibus amicis sanctũ est præhonorare veritatem.patet ergo litera[seruamus honorificentiam patri].i.dicimus patrem esse honorandum à filio[de
2 betur]ratione ætatis,& ratione paternitatis.ar. † quod semp honor debetur maioribus licet non in omnibus.arg.di.9.neq; [in veritate].i.si filius melius sentit de veritate.i.si verum est quod dicit filius,& non est verũ quod dicit pater, in hoc præ
3 ponendus est filius patri.Et est ar.† ꝙ veritas à quocunq; proferatur amplectenda est sine differentia proferentiũ.di.9. ego solis.idem est in testibus.s.ꝙ semper potius creditur ei,qui dicit verosimilius,quã alteri licet sit honorabilior.ar.4.q.3.si testis.Hu.[si præponimus filium patri in veritate].i.veritatem filij falsitati patris.[sic tribuimus patri honorem debitum pro pter ætatem.]& quia pater est[vt non perdat æquitas]filij i.iustitia & bonitas.Hugu.

1 *Roma an conuenienter fuerit electa pro sede & residentia summi pontificis quod sic.nu.2.3.& 4.*

Beati. Ad idem inducitur hoc capitulũ Ambrosij in quo ostenditur, quomodo Petrus,& Paulus fuerunt æquales,& qũo vnus maior alio.Lege.¶[Beati eminent]Petrus in præeminentia dignitatis omnibus præeminet vniuersorum prælatus & pastor. Io. vlti.pasce.&c. Paulus etiam qui cæteris plus laborauit in prædicationis officio cæteros antecessit[quis præponatur]clarum est, & nõ est incertum quo ad præeminentiam pastoralem, in qua Petrus Paulo præponitur,& in oĩbus alijs apostolis.vt in c.in 9. disti. 21.&.c.in illis.di.80. [sed incertum] dicit quis alteri præponatur quo ad vitæ meritum,cum hoc Deo & beatis solis certum sit. nobis autem sub opinione.& ideo dicit.[puto].i.opinor[quos].i.quia eos.assignat rationẽ opinionis suæ [simul] videmus per scripturam.s. oculo mentis. Et ad hoc facit lex, quæ dicit sciri,& indubitatum esse,quod communi auditu pcipitur de antiquis.ff.de aqua plu.arcen.l.in summa.§.item labeo.Archi.[vna die.]21.dist.quamuis.vbi de hoc.[passi sunt] post passionem domini.anno.28.vt habetur in chronica . Ar chi.[pro merito]vt paris meriti fuisse ostendatur.Hugu.[pro gloria].s.vt paris & excellentissimæ gloriæ eos fuisse ostendatur.Hugu.[pro virtute].s.vt parem virtutem & constantiam contra persecutionem in passione monstraretur habuisse, cũ ex sæuitia persecutionis virtus patientiæ claruit in vtroque. [pertulerunt].i.passi sunt.[vrbe]caput.di.22.c.1.& 2.[merentur]& postea ibi perpetuo collocentur.Hu.¶ Circã hanc par
1 tem venit quærendum.†Vtrum conuenienter vrbs Romana fuit electa pro sede & residentia summi pontificis.Et videtur quod non.Primò sic.Ecclesia catholica(vt dicit Isidorus)dicitur vniueralis eo ꝙ non sint conuenticula hæreticorum , qui busdam regionum partibus arctantur . sed per totum orbem terrarum dilatata diffunditur.ergo videtur ꝙ summus pontifex qui pastor & rector ecclesiæ catholicæ est ratione vniuersalitatis suæ potestatis non debuit aliquem specialem locum pro sua residentia determinare.¶ Secũdò sic.in Christo iuxta apostolum ad Col.3.non est acceptus græcus aut gentilis siue Iudæus,circuncisio & præputium,barbarus & scytha,seruus & liber,sed omnia & in omnibus Christus. ergo etiã summus pontifex non debuit magis in vna patria,quam in alia eligere residentiam.¶ Tertiò.si eligere debuit specialem locum pro sua residentia videtur ꝙ debuit in Hierusalem eligere,in qua Christus cuius vicarius est residebat,& vnde ecclesia dicitur nata & lex euangelica emanasse.ſm illud.de Sion exibit lex & verbum de Hierusalem.¶ In oppositum videtur tex. præsentis capituli.¶ Respondeo dicendum sub aliquibus conclusio-
2 nibus. Prima† conueniens fuit vt summus pontifex aliquem specialem locum haberet designatum deputatum communi residentiæ suæ.Ista conclusio patet exemplo Christi cuius vices gerit in terris,qui in Hierusalem,& in circumadiacẽtibus partibus residentiam suam elegit,ſm illud Psalm.130.Elegit dominus Sion in habitationem sibi . ergo ita decuit vt summus pontifex faceret.¶ Secundò idem patet ex illo Deut.18. quod introducitur in c.p venerabilem. vbi dicitur,si difficile & ambiguum apud te iudiciũ esse perspexeris,sequitur.ĩ.surge & ascẽde ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes leuitici gñis, & ad iudicẽ &c. Ecce ꝙ ex

Exponit literam.

Quæstio 1

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit. & Respõ. Respõdet. Prima cõclusio.

ordinatione diuina summus põtifex(qui iudicis nomine designatur,& domini cardinales,qui per sacerdotes leuitici generis intelliguntur)locum specialem deputatum debent habere ad iudicia facienda, & dubia declaranda omnibus veniẽtibus.
3 ¶ Secunda conclusio†conueniens fuit vt iste locus nõ in partibus Iudeæ,sed in partibus gentilitatis assignaret̃.Ista conclusio patet.quoniam Iudæa propter incredulitatem eius, & maximè sacerdotum eius, qui potissimi fuerunt persecutores, priuandi merito veniebant tam honore sacerdotij quam magisterij sacræ doctrinæ.sed gentilitas quæ deuotè suscepit prędicationem fidei merito venit talibus honorãda. quod manifestè innuit apostolus cũ ait Actuum.13.quando dicit iudęis. vobis oportebat primum loqui verbum regni Dei,sed quia indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes: hoc videtur dominus noster prædixisse cum ait Iudæis auferetur à vobis regnũ,& dabitur genti faciẽti fructus eius.Mat.
4 21.¶ Tertia conclusio.†Locus communis residentiæ summi pontificis conuenienter electus est vrbs Romana. Ista cõclusio primo patet sic . Christus elegit vrbem Romanam pro loco residentiæ communis summi pontificis vicarij sui . ergo conuenienter & sapienter fuit electus . consequentia notissima.quia Christus cum sit virtus,& sapientia Dei nihil operatur quod non sit conuenienter & sapienter actum. antecedẽs patet.24.q.1.in c.rogamus.vbi sic inquit Marcellus papa scribens omnibus episcopis per antiochiam constitutis. Petri sedes primitus apud vos fuit,quæ postea iubente domino Romam translata est cui amminiculante gratia diuina hodierna præsidemus die.hæc ibi.Hoc etiã satis colligitur ex.c. per venerabilem.extra qui filij sint legi.vbi sic dicit papa Inno. Locus.n.quem elegit dominus sedes apostolica est. Cũ.n.Petrus vrbem fugiens exiuisset volens eum dominus ad locum quẽ elegit reuocare,interrogatus ab eo.domine quo vadis.respondit venio Romam iterum crucifigi . quod intelligens pro se dictum ad locum ipsum protinus est reuersus.hæc ille. Præterea multiplex alia ratio seu cõgruentia accipitur. Primò nam hoc videbatur congruere meritis apostolorum Petri & Pauli. vt pro honore & gloria eorum locus sublimior in toto orbe terrarum deputaretur morti eorum , & per consequẽs residẽtiæ successorum beati Petri . Hæc ratio tangitur hic cũ dicit Ambro.Dies ergo vna pro merito, & locus pro gloria ꝓpter quod dicit Leo papa.In loco vbi præcipuorum apostolorum glorificatus est exit⁹,ibi debet esse iustitiæ principat⁹.¶ Tertiò idem ostenditur ex verbis sequentibus. dignum.n.fuit.vt vbi caput & principatus erat nationum, & caput superstitionis,ibi constitueret̃ caput christianę religionis.¶ Quartò cõgruẽtia est vbi gẽtiliũ principes habitabãt illic ecclesiarũ principes morarentur.¶ His habitis dicẽdũ est ad rationes in oppositũ.¶ Ad primã respondetur negando cõsequẽtiã. licet.n. summus pontifex vbicũq; per orbẽ discurreret æqualẽ vbiq; potestatẽ haberet,qa sicut nullis humanis legibus arctatur,ita nec locis.nihilominus rationibus supra assignatis cõgruit, vt locum specialẽ aliquẽ ꝓ cõi sua residentia deputatũ haberet. Ad secundam respondetur negando cõsequentiam . licet.n.vt ibi dicit apostolus apud deũ nõ sit acceptio ꝑsonarũ, sed recipit oẽm venientẽ ad se ꝑ fidẽ.ita ꝙ nulla diuersitas nationis, præiudicat suæ vocationi,nihilominus apud q̃dã nationem,& apud eiusdem nationis locũ aliquẽ potest esse maior congruitas ad cõem residentiam summi pontificis quam ad alia loca aliarum nationum vel etiam eiusdẽ nationis , vt visum est.vnde ratio non procedit.¶ Ad tertiam respondetur negando cõsequentiam ratione assignata,in secunda conclusione.

Secũda cõclusio.

Tertia cõclusio.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

Item pœnitentes. §.est.& est quinta pars quæstionis,in qua magister dicit quid in.q.hac.s.qui possunt, vel qui non accusare sacerdotes, sit tenendũ.& dicit,ꝙ si qui sacerdotes non sunt nec esse possunt eos accusare non valent.qđ ostendit per duo capitula sequẽtia.Et inducit magister Gratianus hoc quasi velit argumẽtari à sensu contrario.s.quod qui sunt vel esse possunt sacerdotis eos accusare valeant quod verum est de clericis , non autẽ de laicis alioqui videretur quod laici possent accusare cum ad illum ordinẽ possint accedere.Hug.dicit ergo in hoc.§. quod pœnitentes scilicet , solenniter, & bigami, & generaliter qui non sunt sacerdotes nec esse possunt non valent accusare sacerdotes,nec contra eos testificari.

1 *Diaconus vel subdiaconus sine culpa vitiatus in corpore , ita quod non possit amplius promoueri,an possit accusare parem vel superiorem.*

2 Promotus

2 *Promotus ex dispensatione ad aliquem ordinem an possit accusare superiorem vel parem.*
3 *Toleratus in aliquo ordine cum grauiter deliquerit an possit accusare parem vel superiorem.*
4 *Vinum nunquam bibens ex latenti causa an possit accusare sacerdotem.*
5 *Clericus idiota adeo quod non possit amplius promoueri an possit accusare sacerdotem.*
6 *Laicus vel clericus bigamus, an possit accusare sacerdotem depositum vel clericum bigamum.*
7 *Clericus depositus an possit accusare alium clericum.*



Ipsi apostoli. Ad probandum quod dictum est in §.inducit magister Gratianus hoc capitulum quod est papæ Fabiani. Breue est. Lege tex. ¶[Ipsi apostoli]secunda Timo.c.vl.& 1.Petri.3. Archi.[nec esse] possunt].s.ratione criminis, vel ratione irregularitatis.s.bigamiæ vel alterius. Et intelligitur hæc regula tantũ de clericis.alioqui sicut dictum est in §.præcedẽti, videretur quod laici possent accusare sacerdotes cum possint illos ordines suscipere.cum.n.laici alia regula sint exclusi.s.eo.q.2.& 3. hic non debent comprehẽdi.ar.ff.de ver.obl.l.doli causa. & ff. de pœ.l.sanctio legum. Archi.sed nonne specialiter exclusit ẽt clericos.s.e.q.clericus.ergo nec ad eos debet hæc regula extẽdi. Sed dic, quod non omnes clericos ibi exclusit, ẜm Laur.& Archi.quia tãtum criminosos vel qui promoueri ad superiores ordines non poterant.[nec testificetur.]Sed contra esse videtur.c.tam literis.extra de testi. Sed dic, ꝙ hoc intelligit quãdo agitur criminaliter ẜm Tanc.Berna. & Goff. qui ita notãt in d.c.vnde Goffr.dicit.c.illud tam literis. loquitur quãdo agitur ciuiliter. & sic dicit intelligendum.15.q.3. ex eo. Nam cũ opponitur crimen clerico in modum exceptionis admittuntur laici & fęminæ, vt ibi legitur & notatur. idẽ in inquisitione.vt.e.ti.quoniam. ¶Sed circa capitulum præsens surgunt
1 multæ paruę quæstiones. Prima est † vtrum diaconus vel subdiacon⁹ sine culpa viciatus in corpore vt puta amiserit oculũ, vel aliquod aliud membrum, ita quod nõ possit amplius ꝓmoueri valeat accusare parem vel superiorem. Et videtur, ꝙ non ex præsenti capitulo. ¶In oppositũ videtur quia alias pęna verteretur ei in culpam quod esse non debet.dist.5. enixa. & afflictio daretur afflicto.quod esse non debet.7.q.1. cũ per cussio. ¶Respondetur iuxta Hu.quod superiorem nõ potest accusare, non propter culpam vel pœnam sed propter irregularitatem & prohibitionem ecclesiæ.parem vero vel inferiorem poterit accusare.quia licitè remanet in executione illius ordinis.ar.di.55.præcepta.& 30.q.1.ad limina. ¶Secũda quæ
2 stio est † vtrum qui ex dispensatione promouetur ad aliquẽ ordinem & non vltra, possit accusare superiorem vel parẽ. Respondetur quod non superiorem, sed parem bene, vel inferio
3 rem.vt di.50.hi qui.&.c.quicunq;. ¶Tertia q.† de illo qui ex dispẽsatione toleratur in aliquo ordine cum grauiter deliquerit & amplius promoueri non debet, vtrum talis possit accusare parem vel superiorem. Respondetur sicut supra, ꝙ non
4 superiorem, sed bene parem aut inferiorem. ¶ Quarta.q.† est de illo qui vinũ ex latenter causa nunꝙ bibit, & abhorret vtrũ põt accusare sacerdotem. Respondetur iuxta Hu. & gl. ꝙ nõ. Et ratio est, quia talis non debet promoueri in sacerdotem, licet possit promoueri ad alios ordines ex dispensatione. Nam ex iure cõi talis ẽt promoueri non debet cum oẽs ministri ecclesiæ assistentes episcopo vel sacerdoti debeant semꝑ cõicare corpori & sanguini Christi.vt de cõ.di.1.episcopo. & di.2.
5 peracta. ¶Quinta quæstio est † de clerico idiota adeo qđ non potest amplius promoueri, vtrum possit accusare sacerdotẽ. Respõdetur iuxta Hu.ꝙ sic.quia potest adijcere, nec spes est ꝙ possit, dico ꝙ parem vel minorem accusabit non aũt maio
6 rem. ¶Sexta quæstio † vtrum laicus vel clericus bigamus vel huiusmodi potest accusare sacerdotem depositũ vel clericũ cõiugatũ. Respondeꝰ ꝙ nõ.ẜm Hu.& gl. hic & rõ est quia talis clericus gaudet priuilegio clericali. & clericaliter tenetur viuere, & habere tonsurãm.vt dist.32.si qui vero.& di.81.di
7 ctum. ¶Septima quæstio est † vtrum clericus depositus posset accusare clericum alium. Respondet gl.ꝙ non. Nã ex quo est de crimine condemnatus statim est notorium. extra de coha.cle.vestra.&.c.tua.&.c.quæsitum.cum glo.

1 *Accusator in causa criminali contra clericum debet habere quinque.*



1 Testes. Ad idem sequitur hoc capitulum quod est Damasi papæ. Summa. † ponit.5.quæ accusator aut testis in causa criminali contra clericum debet habere leg. ¶[Testes]primũ est, vt sit absq; vlla infamia facti, vel iuris, vtraq;.n.remouet à testimonio, & ab accusatione, & à promotione. Hu.s.e.q.4. præsul. & 6.q.1.qui crimẽ. Arc.ẜm est ꝙ sit absq; suspitione odij vel inimicitiæ vel criminis occulti. Hu.tertiũ est vt sit absq; macula criminis manifesti.vnde dicit manifesta. Hug.quartum est vt sint tales quales ad sacerdotium eligi diuina iubet authoritas. 1.ad Timo.3.& Leuit.21.non debent, quia criminosi. Hugu. quintum est vt sint qui sacerdotes sint aut esse possint cuiusmodi non sunt bigami aut corpore vitiati.

Sic & illud. §.est, in quo magister determinat & exponit.c.nullus laicus.s.e. & exponit laicus, qui in inferiori gradu est constitutus, & ad superiorẽ ascẽdere non potest ille existentem in superiori gradu nõ accusat. Lege. ¶[In inferiori gradu.]Si Gratianus intelligeret.gradu.i.ordine clericali sana esset expositio, licet non congrueret illi capitulo qđ vult interpretari.sed ipse intelligit [gradu].i.statu, siue clericali vel laicali & sic inquinat quod dicit, & soluit secundum suam opinionem. Hugu.

1 *Prælatus, quilibet an possit admittere contra se accusatorem criminosum.*

Ecce ostensum est. §. est in quo principaliter duo facit. Primò commemorat qualiter respondeaꝰ authoritatibus & rõnibus quibus probabat subditos repellendos esse ab accusatione prælatorũ Secundò ostendit quibus rationibus probẽtur subditi admittendi ad accusationem prælatorum, & qualiter per prælatos illis respondeatur. Secunda ibi, nunc demonstrandum est. Item & ista secunda potest diuidi in tres partes ẜm tres principales rationes, quas inducit pro subditis, subiungens responsiones ad singulas.secunda ibi, item Paulus.tertia ibi, item cũ Petrus. Lege. ¶[Ecce ostensum est respondeatur.]s.quando tantum intelligantur de illis subditis, qui criminosi aut infames vel tales, qui ad illos ordines promoueri non possunt. Hug.& Arc. [nunc demonstrandum est]secunda pars. Et no.quod vtranq; partem instruit. Hug.[Christus] prima ratio.[Christus]qui ait Io.10.ego sum pastor bonus. Io. 17. Si malè locut⁹ sũ &c. hoc Christus dixit illi, iqui alapam sibi dedit. Matthæi.26. & Ioan.octauo.[Quis arguet me &c.]quasi diceret. scio quod nullus poterit, quia nullum commisi peccatum, vbi ipse superior expetit inforiorem sui reprehensorem testem & accusatorẽ, vt per hoc pateat, ꝙ inferiores possunt arguere & accusare suos prælatos, & contra eos testificari. [His itaq; respondetur duobus modis]respondet prædictæ rationi siue obiectioni. Prima respõsio stat in hoc, ꝙ licet Christus esset pastor & rex, & sacerdos, tamen tunc quo ad populum Iudæorum non vtebatur officio pastorali, nec regis, vnde dicebat. Io.18.regnũ meum non est de hoc mundo.& sic Christum accusabãt, arguebant, & testificabantur contra eum, non vt subditi prælatum, & sic tanquam priuata persona accusabatur &c.[ecclesiastica officia maiora].s.sacerdotium, & episcopatum[respõdetur & aliter.]secũda respõsio quæ stat in hoc, ꝙ Christus hoc passus non ex rigore aut obseruantia iuris, sed humilitatis cã, qua factus est obediens vsq; ad mortem. Phil.2.vnde per hoc non probatur ꝙ subditi possent accusare prælatos.[permittũ
1 tur.] ¶Hic surgit grauis quæstio † vtrũ quilibet prælatus possit admittere contra se accusatorem criminosum. Et vꝛ ꝙ sic exemplo Christi.& ex præsenti tex. ¶In oppositũ sunt multa capitula quibus cauetur, ꝙ litigator contra se non possit admittere accusatorem criminosum, etiam si velit, ꝙ iudex eos repellat.ꝙ.n.publica vtilitate constitutũ est siue introductũ ẽt partibus volẽtibus remitti non põt.vt.s.e.q. alieni &.c. si qui sunt.30.q.vl.iudicantes.& dis.45.licet. ¶Respondeꝰ ad quæstionem, ꝙ non potest quilibet prælatus nec alius homo admitrere contra se criminosum accusatorẽ. Et rõ est assignata.vnde ad præsentem tex. rñdetur iuxta Hu.& Arc.ꝙ tñ habet locũ in apostolico, ipse põt admittere quos vult, qa nõ est superior qui potest prohibere, sed in alijs qui supra se hñt iudices ordinarios, hoc non est verũ, ipsi nõ possunt admittere contra se qucs volunt.vñ si accusatus velit cõtra se admittere quoslibet testes, iudicis tñ officium est de illis diligenter inuestigare, & si eos infames vel criminosos deprehenderit etiam cõtra volũtatem accusati poterit eos remouere, vt continetur in capitulis præalle.publicæ enim vtilitatis interest, vt re-

pellantur nec hoc fit in fauorem eorum, qui accusant. sed in odium criminosorum. Hug. de hoc etiam no. s. ea. q. quærendum. & ibi videas. & melius in c. alieni. [Item Paulus] secunda pars secundæ partis principalis [reprehendit] ad Galat. 2. [qui princeps apostolorum] Ioan. 1. Tu vocaberis cephas. & Mat. 16. [Tu es Petrus.] & Ioan. vltimo pasce oues meas. Sed hoc hic respondet. [refellitur] .i. falsum esse conuincitur. [cogebat] non docentis imperio, sed conuersationis exemplo. Hu. & Archi. [Latenter] id est nata alia occasione. Hugu. vt superius. ea. quæstio. Paulus. de hac vide [par autem est] quo ad id quod sequitur, quia nihil interest siue quis discedat à fide exemplo alicuius deuiantis à fide, siue exemplo, alicuius non deuiantis, sed aliquo suo facto occasione discedendi dantis vt faciebat Petrus. Ex quo enim facto Petri aliqui discedebant à fide nihil intererat quo ad eos an Petrus discederet à fide an non. Hugu. & Archidiacon. [Item cum Petrus.] tertia obiectio. [intrasset.] Actuum. 10. Cui obiectioni respondet per capitulum sequens. scilicet, quod humilitatis dispensatione hoc Petrus præmisit,



PEtrus. Inducitur hoc. cap. ad ostendendum, quod Petrus causa humilitatis, & inspiratione spiritus sancti reprehensionem subditorum sustinuit. & per hoc respondit, & bene ad obiectionem factã. [Petrus potestatem] regendi. Ioan. vltim. pasce oues meas] apostolorũ primus] Ioan. 1. Tu vocaberis cœphas. cœphale græcè, idem est quod caput latinè [cur ad gentes.] scilicet Cornelium, & socios suos Actuum. 11. respondit eandem gratiam dedit illis Deus sicut nobis, qui credidimus in dominum Iesum. Et sequitur. ego quis eram qui possem prohibere dominum, ne daret spiritum sanctum credentibus in nomine Iesu Christi. His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum. &c. Concludit ergo quod ex sustinentia huiusmodi reprehensionis causa humilitatis non potest sumi argumentum, quod subditi licite possint accusare prælatos suos, & ad huiusmodi intelligentiam dicit exponendum capitulum sequens, quod est Leones papæ quarti. *Exponit literam.*

1 *Papa an possit se sic subijcere iudicio alterius, aut potestatem alicui committere vt aliquis tanquam iudex possit in eum claue vti exterioris iudicij eum excommunicando aut deponendo. & nu. 2. & 3.*

4 *Papa non potest seipsum deponere.*

5 *Legatus de latere non potest se alicui subijcere infra dominum papam nisi in iudicio animæ.*



NOs si incompetenter. Ad idem sequitur hoc capitulum, quod est Leonis papæ quarti, in quo videtur colligi. quod papa se subijcit iudicio laici. Casus esse videtur. relatum est imperatori quod papa aliquos suos subditos contra iustitiam tractauerat, papa volens superinde suam ostendere innocentiam scribit imperatori, quod si incompetenter aliquid egit &c. Et diuidit in quatuor partes. In prima papa subijcit se iudicio imperatoris, & suorum commissariorum. In secunda assignat causam submissionis suæ. In tertia exhortatur imperatorem super qualitate mittendorum commissariorum. In quarta ampliat submissionem. secunda ibi, quia si nos. tertia ibi, inde magnitudinis vestræ. quarta ibi, & non tãtum hęc sola. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius capituli & glossæ venit *Casus.* *Diuisio.*

1 quærendum. † Vtrum papa possit se subijcere sic iudicio alterius, aut potestatem alicui committere, vt aliquis tanquam iudex possit in eum claue vti exterioris iudicij eum excommunicando, aut deponendo. Et videtur quod sic. Primò ex text. præsenti, vbi dicit glo. hic papa se subijcit aliorum iudicio, qđ facere potest, nõ tamen eum deponere possunt. 9. q. 3. nemo. secundum Hug. vero possunt. quia & seipsum potest deponere. vt. 21. dist. nunc autem. hæc glo. ¶ Secundò idem colligitur ex glo. c. si papa. 40. dist. quæ dicit idem. ¶ Tertiò idem arguit ex glo. c. in synodo. distin. 63. vbi dicit. quod papa posset dare tantum imperatori, quod deponeret ipsum, & de cõsensu cardinalium, imo in omnibus potest se subijcere. vt. 2. q. 7. nos. hæc gl. ¶ Quartò arguitur. Ille qui est supra omne forum potest se in secularibus subijcere iudici seculari. patet qa ille potest destruere forum, & condere & diminuere. vt in hoc. cap. nos si. sed papa est huiusmodi. ergo &c. ¶ Quintò summi pontifices de obiectis criminibus coram concilijs episcoporum se purgasse legũtur. ergo videtur quod se iudicio episcoporũ submiserunt. ¶ Sextò papa se submittit in foro consciẽtię minori se. s. suo confessori, qui vtitur in eũ claue. ergo videtur ꝙ etiam potest se submittere iudicio alicuius, qui possit in eum vti claue exterioris iudicij excommunicando aut puniendo aut &c. *Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Quintũ ar. Sextũ ar.*

¶ In oppositum videtur. c. nemo. 9. q. 3. ratione sic. papa est supremus prælatus ecclesiæ. ergo saluo iure suæ dignitatis non potest se submittere alicui qui iurisdictionem habeat supra eum. repugnantia videtur esse in obiecto cum sit omnibus superior. & sic submissus alteri tanquam superiori suo. vnde non videtur, quod possit alicui in foro exterioris iudicij personam suam submittere. *Opponit contrariũ.*

¶ Respõdeo dicendum. ꝙ de causis papæ possumus loqui dupliciter: aut est causa quasi ciuilis de iuribus ecclesiæ Romanæ, aut particularis ecclesiæ, super quibus verti possunt controuersiæ inter papã 2 & alios dominos. † Et de istis potest esse cõclusio. quod papa potest ex humilitate sua & pro bono pacis submittere se iudicio alterius aut secularis aut clericalis status. Ista cõclusio pa- 3 tet ex isto. c. ¶ Secunda conclusio † papa non potest in causis personam suam tangentibus siue in causa criminali, submittere se iudicio cuiuscunq; extra casum hæresis. Ista cõclusio est S. Th. in 4. di. 19. & Alberti magni, & Bonaueturæ, & Richardi de media villa. patet conclusio. primo ex. ca. inferior. di. 21. Item secundo dicit Aug. lib. 2. de li. ar. maior est qui iudicat & sublimior eo, de quo iudicat. vnde Apostolus. 1. ad Cor. 4. Qui iudicat dominus est. sed papa non potest constituere aliquem superiorem se ac sublimiorem aut dominum sui. ergo conclusio vera. ¶ Secundò sic. vicarius episcopi non videtur posse se subijcere iurisdictioni cuiuscunq; alterius non superioris eo sine licentia episcopi, ad quem spectat iudicium eius. sed papa est immediatus vicarius Christi & generalis. ergo videtur, ꝙ nullius iudicio sine licentia Christi potest se submittere. consequẽtia est bona. ¶ Tertiò sic. Nullus causam reseruatam iudicio sui superioris potest submittere iudicio alterius. sed causas præsulis Romani Deus reseruauit arbitrio suo. vt in c. aliorum. 9. q. 3. & c. facta. ibidem ergo papa non potest ratione cuiuscunque causæ tangentis personam suam se submittere alterius iudicio. ¶ Quartò multis alijs rationibus probauimus hanc conclusionem in libro nostro de ecclesia circa finem secundi libri. Et quia hic breuitati studemus, ista sufficiant pro nunc. *Respõdet. Prima cõclusio. Secũda cõclusio. S. Thom. Albertus magnus. Bonauen. Richard.*

¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam dicẽdum quod tex. iste loquitur de causis ciuilibus. vnde Hu. & Arch. dicunt quod capitulum hoc loquitur in causa ciuili. vel dicendum, quod ly iudicio, exponitur. i. discretioni. secundum Vin. & Archi. & non iurisdictioni, vel potestati imperatoris. Ad gl. Hug. dicimus quod ipse non bene dicit nec plene intellexit excellentiam authoritatis Romani pontificis, sicut 4 patet ex glo. suis in multis locis. † Quod vero dicit ibi, quod papa potest se ipsum deponere, est falsissimum. quia nemo potest iudicare seipsum. quoniã vt dicit philosophus primo rhetorices. alia est persona iudicis & alia persona iudicanda & iudicium suscipientis. nec probat Hug. dictum suum ex. c. nunc autem. quoniam cum synodus episcoporũ dicit Marcellino, vt se suo ore iudicaret non accipitur hic propriè iudiciũ condemnationis sed confessionis & recognitionis aut discretionis quid super illo esset agendum, aut qua pœna veniret puniẽdus. vnde signanter text. dicit hoc pontifex se egisse cõfessus est. Et itẽ noli audiri in nostro iudicio. sed collige in sinu tuo .i. in secreto conscientiæ tuæ causam tuam vt sis arbiter eius. nec ipse dixit. Ego me depono, sed iudico me. i. videtur mihi iuxta qualitatem peccati merito esse deponendum sed tamẽ non fuit tunc depositus, vt nos plenius declarauimus sup prædicto. c. nunc autem. dist. 21. *Ad primũ. Cõtra Hu.*

¶ Ad secundam & tertiam glos. eodem modo respondetur. ¶ Ad quartam respõdetur. ꝙ si loquitur in causa ciuili, ita aliquo modo potest concedi sicut dictum est. non autem in causa criminali. vel respõdetur ꝙ assumptum est falsum, quoniam derogaret statui dignitatis suæ. Si. n. clericus non potest renuntiare priuilegio. si quis suadente. 17. q. 4. vt in c. contingit. de sen. excom. quæ iuri publico derogare. non potest. de foro compe. si diligenti. multo minus papa põt se subijcere iudicio alterius. hoc. n. esset derogari iuri publico cum priuilegia apostolicæ sedis in fauorem totius ecclesiæ sint concessa. *Ad secũdũ & tertium Ad quartũ*

¶ Ad quintam respondetur negãdo cõsequẽtiã. quia purgationes illæ, quas fecisse legũtur multi summi pontifices, non fuerunt per submissionẽ ipsorũ iudicio p̃latorũ, quia hoc poterant facere sicut notatum est supra circa ca. mandastis. &. c. auditum. 2. q. 5. *Ad quintũ*

¶ Ad sextam respondetur iuxta sanctum Tho. in 4. negando consequentiã. Et ratio est, quia iudicium exterius est s̃m homines. sed iudiciũ confessionis *Ad sextũ.*

sionis est quo ad Deum, apud quem quis redditur minor ex hoc quod peccat. non autem apud hominem prælationis. Et ideo in exteriori iudicio nullus in seipsum sententiam excõmunicationis dare potest, nec alteri committere, vt se excommunicet, sed in foro conscientiæ potest alteri absolutionem committere. qua ipse vti non posset. Lege tex. ¶[Nos subditis] vestris. Hu.[iudicio].i.discretioni ſm Vincen. qui ita notat. extra. de constit. ecclesiæ quia ipse non credit, quod papa possit se subijcere iudicio imperatoris. vnde vt ipse dicit debet exponi[iudicio].i.discretioni. Item ipse Vincentius scri-

Exponit literam.

Vincen.

5 psit† quod legatus de latere nõ potest se subijcere alicui infra dominum papam, nisi iudicio animæ, quod est exceptum. ar. extra de pœ.& re. ne pro dilatione.& hoc ipse notat extra. de offi. dele. c. volentes. Arch. vel[iudicio] propriè sumpto. vt dicit Hu. sed tantum intelligitur hoc capitulum in causa ciuili non criminali. Hug.[quia si nos] secunda pars.[discipuli.] s. ea. q.6. qui se scit. Lau.& Arch.[præ cæteris.] 11.q.3. præcipuè.& 25. quæstio.1. nulli. Archi.[inde] tertia pars.[imploramus] ex humilitate nimia facit[non tãtum] quarta pars.[ex amussim] .i. indubitanter,& perfectè.

1 *Reges quamuis præsint in causis seculi, subsunt tamen sacerdotibus in causis spiritualibus.*

2 *Præerat verbum designat prioritatem.*

Item cum Balaam.

§. est,& incipit sexta pars in qua adhuc ꝓsequitur quæstionem illam, an subditi possint prælatos reprehendere, & accusare,& probat per multa exempla & authoritates sanctorum patrum quod sic. Lege. ¶[Item Balaam ariolus.] sic dicitur qui circa aras idolorum nepharias preces præmittit, & funesta sacrificia ibi offert. vt.26.q.3. igitur. Hug.[iret] numeri.22.[his itaque respondetur renitendi].i. resistendi. Hu. [videte] supple vos prælati. Arch.[eum].s. Deum ab incepto, id est ab eo quod petitis] non ergo hinc].i. ex hinc.[cum Dauid] secunda Historia, quæ habetur.2.Reg.11.& 22.& di.50. §. ecõtra. In eo enim quod Dauid reprehensus est per Nathã

Exponit literam.

1 prophœtam plane patet † quod reges quãuis præsint in causis seculi subsunt tamen sacerdotibus in causis spiritualibus, & ab eis sunt corrigendi. vnde reges à prælatis ecclesiæ inunguntur vt per hoc pateat potestas spiritualis superior temporali potestate.[Sed notandum] secunda pars. secundum Archi.[ꝙ duo] di.96. duo.& extra de maio.& obe. solite.& 10. dist. quoniam[Regum.] 23.q.5. rex.&.c. Regum. Archidia.[sacerdotum] 10. di.c. quoniam. Arch.[Spiritualem pœnam].s. excommunicationis suspẽsionis depositionis priuationis officij, & beneficij,& etiam retrusionis in monasterium. Licet autem aliquæ pœnæ harum sint corporales, nihilominus omnes pœnę clericorum illatæ ab ecclesia dicuntur spirituales. quia spiritualibus id est, ecclesiasticis personis inferuntur. vel quia propter ecclesiastica inferuntur, vel quia priuant ecclesiasticis. Hug.[præerat prophœtis] hic mentitur Gratianus secũdum Cardinalem. sed dicit Hu. quod secũdum sanum intellectum

Cõtra Gratianum.

2 verum est, quod hic dicit Gratianus. † hic.n: verbum præerat designat prioritatem, & dignitatem respectu sacerdotum, non iurisdictionem aliquam super eos, sicut dicitur rex Franciæ est maior me,& præest mihi id est, est maior in dignitate quam ego,& tamen nullam iurisdictionem habet super me. nec est meus prælatus. sic hic ſm Hug. qui exponit[in causis seculi].i. maior erat prophœtis,& maiorem habet potestatẽ, & iurisdictionem, quam prophœtæ in causis seculi non tamẽ super eos. Et idem notat hic Pe.& Archid. [populi] alias seculi[vngebantur].1.Regum.4.& 16.[expiabantur.] Oseæ.4.[sicut] tertia historia.[Ozias rex Iuda percussus] secundi Parali. 16. vbi legitur qualiter rex Ozias in festo propitiationis indutus stola pontificali intrauit templum, vt incensum poneret super altare, pontifice Azaria cum. 70. sacerdotibus eum prohibente & dicente. non est officij tui Ozia, vt adoleas incensum domino.& cum ille minaretur sacerdotibus, factus est terręmotus,& claritas solis valde refluxit & incidit in faciem regis,& percussus est lepra in facie. Consulant ergo sibi reges & principes, qui officium eligendi & confirmandi sibi vsurpant in animas suas. Hugu. Et nota hic argu. contra reges, qui dant beneficia ecclesiastica.& facit.16.q. vlti. si quis deinceps: Archid.[Nathan] quartum exemplum siue historia[redarguit regem.2.Reg.11.& 12.[rege inferior] scilicet in administratione temporalium, quia non administrabat ea. Et ita in eis administrandis erat rex maior, quam prophœta. Hugu.[sicut & beatus Ambro.] ponit exemplum de beato Ambro.[excommunicauit] quod excommunicauerit Theodosium habetur. 96. distinct. cap. duo.[gladium] hoc scriptum est ad Rom. 13. Claues enim quibus prælati ligant & soluunt arma sunt spiritualia ecclesiæ, de quibus dicitur.2. ad Corint.10. arma iustitiæ nostræ non carnalia, sed spiritualia sunt.[idem Daniel] historia habetur Daniel.13.& supra.1. quæsti.4.§. item peccato. [nulla legitima potestate functus] istud est falsum, nisi loquatur de humana, quoniam vt dicit S. Thom. in secunda secundæ. q.67. ar.1. Daniel accepit potestatem ad iudicandum illos seniores, quod commissum est ex instinctu diuino, quod significatur per hoc quod ibi dicitur. quod suscitauit dominus spiritum pueri iunioris.[his itaque respondetur maximè veteris testamenti] de sacramẽtalibus & cerimonialibus hoc intelligitur, quæ veritate adueniente cessare debuerunt. vt. 22. q.2. si quis.& 12.q.2. gloria. Hug. & Archid. Et etiam in his, quibus contrarium præcipitur in nouo testamento. aliquando enim licuit in veteri testamento sacerdotibus pœnam sanguinis irrogare, quod non licet sacerdotibus noui testamenti. [Samuel enim agag regem] historia habetur.1.Regum.15. vnde specialia Dei præcepta non sunt ad consequentiam trahenda.[Phinees] num.25.[sacerdos filius eleazari interfecit &c.] quod modo nõ licet sacerdotibus[quod] scilicet subditos iudicare & cõdemnare prælatos nulla authoritate permittitur. s. regulariter vt dist.21. inferior.&.c. denique. Hug.[magis ergo.] hic Gratianus exponit sacram scripturam[spiritum pueri iunioris] per prophœtam Esaiæ.9.[puer] in nostra translatione habet, sic paruulus natus.&c.& Esa.42. ecce puer meus quem elegi. qui iudices. Danielis.13.

Petrus. Archid.

S. Thom.

Item Hieronymus.

§. est ĩ quo magister Gratianus opponit ex tribus historijs summorum pontificum. Prima obiectio est de Damaso papa, qui prius fuit à subditis accusatus & postea se purgauit. ¶[Accusatus].i. diffamatus nec tamen ob hoc tenebatur se purgare sed purgauit se, quia voluit. nec alijs legem præfixit supra eadem quæstio.5. mandastis.&.c. auditum. Hug. Secunda historia est de Symmacho papa.[Symmachus in Romana synodo.] sic construe.[dignitate sua spoliatus] ab aduersarijs, scilicet clericis suis, qui ab eo recesserant ante tempus, vt in contrario hic assignato.17. distinctio.§. hinc etiam. vel fortè à rege.& hoc ante synodum. postea in synodo est restitutus de facto, vt hic,& habet hic expresse quod papa sine ordine iuris spoliatus restitui debet ante causæ cognitionem, sicut & quilibet alius. de hoc nota.23. distinctio. in nomine. Et sic construe istam literam, quod illa determinatio in Romana synodo determinet verbum præcipitur. alias decernitur. Et sic contrarium quiescit.17. distinctio.§. hinc etiam. & 3. q.2. si episcopus.& s. eo. q.5. omnibus.&.c. mandastis.& sic ẽt Hug.& Lauren. intelligunt. Archi.[reddi prius statui] pristino.[& tunc] id est, ex quo esset restitutus. non ante. hoc enim denotat hic iste articulus, tunc. ar. ff. de cond.& demon. l.4.§. si ita.[videretur] scilicet si de hæresi eum accusarent: non enim aliter rectè videretur, vt respõderet nisi accusaretur de crimine hæreseos. Hug.[responderet].3. quæstio.2. si episcopus.& distinctio.17.§. hinc etiam.[digna res] quasi diceret iustè decreuerunt effectum, id est, restitutus est,& statutum est vt responderet si de hæresi impeteretur. Hugu. & Archidiacon. [Impeditus] id est, impediri & calumniari iudicatus. Bernar. hispa. Et postea comperto, quod nolebant eum accusare de hæresi sed de alio crimine vel comperta eorum calumnia absolutus fuit, sicut continetur in contrario hic assignato. 17. distinctio.§. hinc etiam. Et nota quod hoc totum factum fuit in eadem synodo, scilicet quod fuit restitutus,& quod fuit sic statutum, & postea sic compertum, & quod fuit absolutus, vt in prædicto.§. hinc etiam inuenies plenius ista distincta. Hug.& Petr.& Archid.

Exponit literam.



SI quis.

Hæc tertia historia & habetur hoc à Gregorio in registro, in quo beatus Gregorius ex humilitate licentiam tribuit conquerẽtibus de eo, vt secum apud sedem apostolicam contendant. Breue est. Lege. ¶[Si quis super his] quæ illa fuerint. nescimus[sed si de hæresi non fuerit] ex humilitate loquitur Archidiacon. Hu. dicit quod sponte & causa humilitatis hoc fecit Gregorius [ad sedem apostolicam] quia actor forum rei sequi debet. vel quia causa fidei erat, quæ est in ecclesia tractãda vigesima quarta quæstio. 1. quoties. Hug.& gloss.[confessionem] id est scripturam. ait gloss. adde subaudi, quæ est sub altari, & est vulgare secũdum Laur. Archidiacon.

Exponit literam.

Ex his. §. est. in quo ex præmissis tribus capitulis à §. item Hieronymus citra concludit colligi quod subditi possunt accusare prælatos suos. Secundò respondet ꝙ ille obiectiones siue allegationes debēt intelligi ex ꝑmissione prælatorum. quia prælati vt dicit possunt dare subditis facultatem ipsos accusandi sed tales accusationes recipere non coguntur ipsi prælati, iuducit exemplum de Christo. Sed contra istam responsionem arguit per. c. sequens. vbi ostendit, ꝙ Paulus ille episcopus non voluntate suscepit accusationē propter quam fuit damnatus. [Et dispēsatione.] quasi diceret. nō ex permissione vel humilitate accusati, sed potius contra voluntatem suam accusatus est à subditis. Nō ergo prælati possunt repellere subditos ab accusatione sua. Et ita hac authoritate expresse probantur subditi esse recipiendi in accusatione suorum prælatorum.

1 *Malum propriè dicitur peccatum.*
2 *Accusari potest quis simul de pluribus criminibus.*
3 *Deponi an quis possit pro fornicatione.*
4 *Subditi an possint accusare prælatum suum.*
5 *Plures simul possunt esse accusatores.*
6 *Lapidator rerum ecclesiæ tenetur resarcire dānum de proprio.*



Ator. Inducit capitulum hoc ad probādum id quod dixerat, videlicet quod prælatus à suis clericis etiam contra voluntatem accusari potest, & si conuictus fuerit punietur. Et potest diuidi. c. hoc in duas partes. In prima ponitur querela. In secunda prouisio. secunda ibi, fraternitas tua. Lege textum. ¶ [Lator] pro cuius intelligētia ponatᷣ casus. Casus est iste. Paulus episcopus de adulterio aut incestu fuit à suis clericis accusatᵘˢ, & cōuictus, & depositus. & ei fuit substitutus nemesion. postea Paulus armata manu intrauit episcopatum, & expulso nemesio. multa asportauit de de rebus ecclesiæ, de quo prædictus substitutus conquestus, est beato Gregorio. Gregorius audita querela mandat Ioanni episcopo primati vt cognoscat an res ecclesiæ vel ꝓprias exportauerit. Si res ecclesiæ, tunc omni mora cessante compellat restituere. Si res proprias quamuis malè fecerit quia propria authoritate eas acceperit, tamē ne afflicto detur afflictio eas habere permittas. Hug. [mala]. i. peccata† malum propriè

Diuisio. *Exponit literam.* *Casus.*

1 dicitur peccatum. 15. q. 1. illa. Bertran. & est ar. †quod de plu- *Bertran.* 2
ribus criminibus potest, quis accusari simul, quod est verū, 3. q. placuit. & s. e. q. 1. in primis. & q. 6. §. si quis ex pluribus. Hu. [in corporali]. i. in fornicatione. Hoc. n. peccatum solum dicitur corporale vel carnale peccatum dicente Apostolo. 1. ad Corint. 6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est. Qui autem fornicatur in corpus suum peccauit. Hu. ¶ Sed hic surgit quæstio. †vtrū pro fornicatione pos- *Quæstio. Respōdet* 3
sit, quis deponi. Respondet Hug. & glo. hic. quod non est dubium de rigore, vt. dist. 81. si quis episcopus. licet quandoque possit cū tali dispensari, vt di. 82. presbyter. & de hoc legitur & no. di. c. Maximianus. Et hanc sentētiam notat & sequitur Goff. extra de vita & ho. cle. vt clericorum. Et hæc fuit sententia Bernar. & Laur. Archi. Et de hac quæstione vide quæ hodie habentur extra de iudicijs, at si clerici. §. de adulterijs. [à
4 suis clericis accusatus] ar. †quod subditi possunt accusare prælatum suum. & in eum testificari. quod verum est, & propter
5 hoc inducitur hoc capitulum Hug. ar. etiam† quod plures simul possunt esse accusatores. i. infamatores, vel accusare volētes, vel ad accusandum instigantes, vel plures possunt esse in principio sed iudex debet vnum eligere qui idoneior videatur sibi ad accusandum. sed hoc plenius est distinctum. s. e. q. 3. eutemiū. vel sit vis in verbo à suis clericis accusatus, & conuictus [ab vno.] s. accusatore [accusatus] ab alijs. s. testibus conuictus. domestici. n. clerici bene ferunt testimonium pro clerico eiusdem ecclesiæ contra prælatum proprium sed non cōtra extraneum, quo casu intelligitur. 9. q. 2. super. Hugo. Et ita no. ꝙ vbi aliquis de vniuersitate accusat prælatum suum, tūc quilibet de vniuersitate recipitur in testem, vt hic. & extra de test. veniens. &. c. ex parte. extra de accu. quia par affectio tollit causam suspitionis. ff. de ritu nup. l. non solum. §. de vno. & C. de fur. cur. l. si. circa principium. In alijs tamen licet in ciuili admittatur, secus tamen in criminali. 14. q. 2. super prudentia. & 3. q. 5. accusatoribus. & c. accusatores. & extra de accu. repellantur. Et ita no. Tancre. Philip. & Innocen. & Hostien. extra de testi. cum nuntius. Archid. [depositus] authoritate papali. alias episcopus deponi non poterat, cum iudicia episcoporū ad papam pertineant. 3. q. 6. quamuis. Hug. [fraternitas.] secū da pars. [quæcunque.] s. ecclesiæ. vt vult litera sequens. Hug. [omni mora.] nisi interueniat appellatio. Hug. [excusatione] quod maximè seruatur in personis. quæ ꝓpter excessus notorios, & euidentes sine exceptione vel excusatione damnantur. vt hæc. & di. 23. in nomine domini. 21. q. 2. placuit. & 27. q. 1. si homo ſm Goff. qui ita notat in summa. de offi. delega. §. & est no. iuxta fi. rubricæ. Archi. [A nobis vel metropolitano.] Loquitur primati Ioanni, qui primas erat. 16. q. 1. frater noster. ſm Hug. qui dicit quod iste primas erat, & legatus, & audire poterat causas medijs intermissis. extra. de offic. lega. c. 1. ¶ Sed surgit hic quæstio, quare non fuit punitus, vt omni no cecidisset à iure suo. Respondetᷣ primò, ꝙ iste non fuit punitus. Hoc factum fuit ex misericordia, prout notant Hugu. & Lau. & Ioan. 16. q. 6. placuit. Tamen nota ad huius dicti declarationem cum domino. Archid. Quod quis eo quod violētiam commiserit non amittit proprietatem rei suæ, quia hoc non est de natura interdicti vnde vi. sed est pœna constitutionis. si quis in tantam. C. vnde vi. ſm Lau. Goffre. & Bernar. ꝙ dic, vt no. extra de cau. pos. c. pastoralis. vbi etiam notant prædicti, quod si spoliator petat potest ei obijci quod amisit ius, quod habebat ex illa constitutione. si quis. & ibi etiam notat Goff. quod ex violentia clerici vel prælati non datur conditio ex lege vel canone, nec exceptio contra ecclesiā quo ad proprietatem, quia delictum personæ &c. 16. q. 6. si episcopum. & extra de excep. si venerabilis. de quo no. s. dist. 1. ius gentium

Quæstio. Respōdet.

6 Archid. lapidauerit. ar. †ꝙ lapidator rerum ecclesiæ tenetur resarcire damnum de proprio. ar. 12. q. 2. diaconi. & q. 4. quicunque. Quid si nihil habet, inanis est actio &c. ipse tamen extraordinariè punietur. Hug. Sed hic surgit quæstio. ¶ Quid si ante damnum resarcitum moriatur. Respondetur quod ab hærede eius consuletur indemnitati ecclesiæ. ar. 12. q. 2. si episcopus. qui. & 16. q. 6. si ante episcopum. Hug. & Ber. & extra. de pig. c. 3. & legitur & no. extra de sepult. c. vl. Nam omnia bona prælati sunt obligata ecclesiæ si male administrat vt no. extra de pig. ex literis. & 16. q. 1. similiter.

Quæstio. Respōdet.

1 *Degradatus non potest iterum in episcopum promoueri.*

Hoc edicto. §. est, in quo aliqua verba Gregorij quæ de præcedenti capitulo præsciderat interserit. Ex quibus & ex capitulo præcedenti infert determinationem eius, quod sub dubio reliquerat in §. præcedēti, item cum Paulus. s. an ex dispensatione sine voluntate accusati an de iure fuerit Paulus episcopus à subditis accusatus. Et concludit ꝙ de iure, & ex censura canonū. Lege tex. ¶ [Hoc edicto]. s. præmisso. c. Hug. [prosequitur]. s. Greg. Hu. & Lau. & supple. sic. vt si. Hæc autem sunt verba Gregorij vsque ibi, quem ergo. quæ Gratianus præcidit de capitulo præcedenti, quæ in hoc. §. ca. determinationis annectit ſm Hu. [Si vltra].

Exponit literam.

1 ar. †ꝙ degradatus non pōt iterū in episcopū ꝓmoueriᵃ di. 50. a postq. 16. q. 6. si episcopū. Et hoc verum est, nisi authoritas papæ intercedat. Hu. & Arch. [detrudatur.] hoc non præcipitur fieri pro prima offensa. Hu. & Arc. [Quem ergo.] verba sunt magistri Gratiani argumentantis ex præmissis verbis Gregorij. Hu. [dispensatione]. i. voluntate. & vt &c.

a ¶ Promoueri. Nec habet priuilegiū canonis si qs suadente P. de Anc. in c. cōtingit. nu. 11. de senten. excom.



Etropolitanum. Prosequitᷣ Gratianus ꝓpositū videlicet ꝙ subditi possunt accusare prælatos suos. Et hoc est capitulū eiusdē Gregorij in registro, in quo dicit, ꝙ non licet suffraganeis subterfugere iudiciū metropolitani sui, nisi contra eum cām aliquam habuerit de qua voluerint eū impetere. Et diuiditur in duas partes ſm illa duo dicta. 2. ibi, excepto. Lege tex. ¶ [Metropolitanum. postponere.] sub terfugiendo eius iudicium. Hug. & Arch. vt non agatis causas vestras coram eo, & respondēdo, & conueniendo. Hu. hoc intelligendum est ex contemptu. vt dicit gl. quoniam alias omisso eo possunt adire papam. s. e. q. 6. c. 2. & 3. [Excepto]. 2. pars. [aliquid causæ] criminalis, vel ciuilis. i. aliquam causam criminalem vel ciuilem. Hu. & Archid. [Apostolicæ] vt coram eo accusetis vel conueniatis. Hu. ¶ Sed hic surgit quæstio ex. c. si clericus aduersus. 11. q. 1. vbi dicitᷣ. ꝙ si habet episcopus cām causam cōtra metropolitanū, causa illa debet referri ad primatem. & hic dr ad sedē apostolicā. Rñdetᷣ. ꝙ verū est ꝙ ibi dr, nihilominus primate prætermisso pōt referri ad papā, vel fortè isti epi tunc tēporis non habebant primatē. hodie tñ habēt pisanum archiepiscopum primatem supra se. secundum Hu.

Diuisio. Exponit literam.

Quæstio. Respōdet.

1 *Reuerentia dicitur honor, qui cum pauore exhibetur.*
2 *Sacerdotes debēt eē amatores & zelatores et veritatis & iustitiæ.*

Sicut




Casus. SIcut inquit. Ad idem est c. eiusdem Gregorij in registro. Casus est Clementius primas cæterorum episcoporũ delatus fuit papæ, super certis criminibus, papa cõmittit causam horum criminũ ipsis episcopis, & mandat vt cum omni solicitudine ea debeat

Diuisio. indagare, & si vera fuerint canonicè illum puniant. Diuiditur autem hoc.c.in quinq; partes. In prima ponit exordium. In secunda ponit narrationem. In tertia committit. In quarta exhortatur ad diligenter indagandum veritatem. In quinta cõminatur si negligentes fuerint. 2. ibi, quædam. 3. ibi, quoniam, 4. ibi, admonemus. 5. ibi. nam si. Lege. ¶[Sicut inquit].s. Gre

Exponit literam. gorius. & est verbum Gratiani.s.hoc solum[discretum.]alias


1 decretum. Lau. vt. 23. di. hac igitur. in fi. [Reuerentiã.] † quæ dicitur honor, qui cum pauore exhibetur ꝯm papam. Archi. [prioribus].i. maioribus. Hu. [nulla dissimulatione].i. negligentia. 27.q.1. si cultos.c. si homo. & 24.q.1. officij. Hug. [ne totum]. 6.q.1. ex merito. [Corpus subditorum].s. clerum & populum. vt. 1.q.1. fertur. Hug. & Arch. [morbus] spiritualis Hu. [in capite].i. prælato. Hu. extra de his q̃ fi. à prælat. nouit. Arc. [Quædam .n.] 2. pars. [prælata sunt.s.à subditis suis. Et ꝑ hoc.c. facit ad propositum Gratiani[indiscussa.] Idem habetur extra de collu.c.2. quia crimina semel audita indiscussa remanere non debent. vt ibi Ber. [fraternitatem]. 3. pars. [recensentur à vobis.] ex nostra deliberatione. Hu. & Arch. [Admonemus autem]. 4. pars. sacerdotaliter].i. vt decet sacerdotes.

2 Hu. & Archidi. † qui debent esse amatores & zelatores veritatis & iustitiæ. [Nam si quis]. 5. pars. [ad perscrutandas]. 30. q. vltim. iudicantem.



HAec si. §. est, in quo Gratian⁹ dicit. quod si ex trib⁹ capitulis præmissis dicatur regulam nõ posse colligi, quod subditi accusare possint prælatos suos. sed dicit ea specialia esse. quasi diceret imo regula illa colligitur. & probatur per sequentia capitula. Lege tex. ¶[Hæc].i.

Exponit literam. quæ dicta sunt in tribus capitulis præcedẽtibus. Hu. [audiat] quasi diceret, & hoc nõ dicet, siue dicere nõ potuit q̃m manifestè capitula illa asserũt subditos posse accusare prælatos suos.



QVapropter. Inducit hoc ad id probandũ quod est Gelasij papæ. Summa quilibet superiori denuntiare tenet non seruantem constitutionem de diuidendis redditibus ecclesiæ, vel lapidantem bona ecclesiæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod di

Diuisio. ctum est. In secunda comminatur pœnam episcopo non facienti distributiones ꝑdictas. 2. ibi, si vero. &c. Lege. ¶[Qua

Exponit literam. propter]. In hoc.c. nõ agitur de accusatione instituẽda[solẽniter]per inscriptionẽ, sed agitur de ipsa denũtiatione quę fit ecclesiæ ad pœnitẽtiam ex quo quis nõ vult corrigi. Et cõminat hoc capitulum illi.c.12.q.2. quatuor. Ibi.n. loquit Gelasius de quatuor partibus de redditibus ecclesiasticis faciẽdis, & q̃bus debent integre distribuẽdis. Nũc subdit idẽ Gelasius, ꝙ si qs clericorũ viderit episcopũ vel aliũ clericũ in illis quartis distribuẽdis peccãtẽ, & nõ denuntiauerit papæ, vel alteri maiori, intelligo grauiter offendi apostolicã maiestatẽ. Addit ẽt ꝙ qlibet ꝓlatus debet dicere in ecclesia. ꝙ de redditibus ecclesiasticis quatuor debẽt fieri portiones. Et ꝙ qlibet clericus in casu debet accusare ꝓlatũ suũ in his. s. statutis de quatuor portionibus faciẽdis, & rectè distribuẽdis. Hu. [salubriter.] aliter nõ tenet qs obedire talib⁹ statutis. vt. di. 12. ꝓceptis[siue ꝑsbyterũ] si duas quartas malè administrauerit. 12.q.2. de redditib⁹. Lau & Arc. [Excedẽtẽ].i. peccãtẽ. Ber. & Arc. [nõ protinus] post. ꝑmissam in tertia admonitionẽ si ipse remanserit incorrigibilis. Hu. [deferre].i. denũtiare. Hu. [ꝓbationib⁹ dũtaxat ꝑ hoc excludit in scripto, qa q denũtiat & ꝓbare debet, sed nõ iscribere. & ex tali denũtiatione q deficit nõ meret pęnã talionis nec q conuincitur pœnam legitimam, sed tm̃ cogit ad pñiam. [Vltio]. Sæpe.n. qs est puniẽdus & publicè vt pœna vnius sit metus multorum. vt di. 45. sed illud. cum multis alijs. [Sin vero.] dimissis varijs expositionibus sequamur. gl. [Sin vero].i. si non fecerit quod dictũ est de quatuor portionibus [sui elisor] i. faciet vnde videbitur elidi. i. remoueri ab ordine suo & honore. Hu. [hæc putauerit supprimenda].i. nõ fecerit distributionẽ, & retinuerit vel partẽ debitã vnico clerico de ecclesia vel toti corpori clericorũ ecclesiæ vel fortè ꝙ debet remanere pro fabrica. & ꝯm hoc hic in fine punit nõ distribuẽtẽ, sicut nõ seruantem illam constitutionem & in principio punit non denuntiantem. Et hic videtur verus intellectus.



Si quid. Ad idem est hoc.c. eiusdem Gelasij. Breue est & planum & loquitur similiter de denũtiatione euangelica facienda maioribus.



CLericos. Ad idem inducitur hoc.c. ex cõcilio Calecdo. Summa nullus clericus aut laicus est passim admittendus in accusatione suorũ episcoporũ, nisi prius examinet cuius vitæ & opinionis ante fuerunt. Lege tex. ¶[Clericos.] Ordo literæ. [Clericos accusantes].i. accusare volentes. Hu. [episcopos aut clericos decernimus nõ esse recipiendos ad accusationẽ] & statim distinguit laicos nõ esse recipiẽdos [passim].i. in quolibet crimine sed tm̃ in exceptis, nec etiam in exceptis non esse recipiẽdos sine ꝓbatione ipsorũ clericorũ q accusantur. i. discussione & examinatione cuius vitæ opinionis ante fuerint: vel, sint. vt in c. sequenti exponit ꝙ est palea, & nõ recipiant. vt. s. ea.q.1. in primis. habita ergo discussione circa clericos laici recipiunt cõtra eos, vel repellunt in exceptis criminibus. Itẽ dico clericos nõ esse recipiendos nisi prius eorũ. i. clericorũ qui volũt accusare, & intelligo hoc de clericis ignotis vel non bonę famæ, qa & ipsi discutiuntur vt admittantur vel repellant. & sic plana & est litera & plan⁹ est intellectus. s. vt nisi referat ad clericos & faciat exceptionẽ tm̃ de clericis, passim verò & sine ꝓbatione referat tm̃ ad laicos, vel econuerso, sub eodem sensu põt hoc referri passim ad clericos indistinctè, & indifferẽter sine ꝓbatione &c. & nisi ad laicos. nisi pri⁹ eorũ. &c. Hu.

Exponit literam.

1 *Clerici non possunt nec debent ab alijs iudicari, nisi a suis episcopis.*

2 *Accusatio quare dicatur genus illaudabilis intentionis.*



SI quis episcopus. Ad idem ex synodo Romana. Summa q̃d quilibet cuiuslibet authoritatis sit volẽs clericũ accusare debet ea in accusatione ꝓponere, quæ legitimæ ꝓbare poterit. Breue est. Lege. ¶[Si quis apud episcopos siue in synodo confidentes, siue non, nec est facienda vis in numero qa in accusatione subdiaconi & inferiorũ sufficit proprius episcopus cũ suis clericis. 11.q.7. si aũt. Hu. [nõ alibi]

Exponit literam.

1 ar. 1 ꝙ clerici non possunt nec debẽt ab alijs iudicari nisi à suis episcopis. vt. 6.q.3. scitote. Ipse.n. solus est iudex ordinarius in parochia sua. ar. 11.q.1. de ꝑsona. & di. 21. cleros. & di. 25. ple-

2 ctis. [illaudabilis intẽtionis.] ¶ Hic surgit quæstio † quare accusatio dicat genus illaudabilis intẽtionis. Ad hoc respõdet. ꝙ multiplex rõ est quare ita dicat tã ex gl. q̃ ex Hug. Primò.n. dicitur illaudabilis, quia non est appetibilis per se, sed propter fructum, qui sequitur ex ea. sicut solet dici de iuramento, q̃d est malum vel bonũ. vt. 22.q.1. ita. Secundò dicitur illaudabilis, q̃m causæ materiã criminibus creare noscuntur. C. de iud. properandum. Tertia qa cõiter præsumitur ꝙ inuidiæ causa fiat accusatio, vt. 6.q.1. si oĩa. Quarta quia vix sine culpa expediri põt, iõ clerici ab ea debent abstinere, vt de pœ. di. 5. qualitas. s. e.q.6. decreto. [dicẽda].i. ostẽdẽda. Hu. [documẽtis. i. instrumẽtis, vel coniecturis, vel alijs ꝓbationibus. quasi diceret talia debet dicere, & opponere, quæ possit ꝓbare vera esse ꝑ testes, vel alias probationes [quod sæpe]. 4.q.3. itẽ sæpe. Hug. & Lau. Et adde quod sæpe dixi. s. e. plerũq;. Arc. [inferre.] hoc vult dicere cũ accusatio ex odio fieri præsumatur sciat accusator se debere talia crimina inferre, quæ probationibus & documentis valeat demonstrare vera esse secundum Hu. & Bar. Et dic documentis euidentibus. C. de proba. l. vlt. & 5.q. vlti. Epiphanium. nõ præsumptionibus, nisi euidentibus. 3.q.1. dixit secundum Lau. Archid.

Quæstio. Respõdet



SAcerdotes. Ad idem est hoc capitulum, Damasi Papæ. Breue est & planum Lege. ¶[Sacerdotes. authoritas] supra eod. ipsi Apostoli. &.c. testes. & infra ea. §. vltim. & 6.q. 1. ca. 1. [nec possunt] vt bigami & corpore vitiati vel alias impediti. Hug. & Archid.

Exponit literam.

1 *Sacerdotes & prelati quare dicantur maiores natu.*

2 *Accusator debet esse præsens & per se agere.*

3 *Acta publica quæ dicantur.*

CRiminationes. Ad idem est hoc. capitu. quod est Higini papæ. Summa. Nullus accuset quemcunque per procuratorem nec is qui inimicus criminosus infidelis, reprehensibilis aut suspectus fuerit. Et põt diuidi in duas partes. In prima dicit q̃d nul- Diuisio. lus accuset ꝑ ꝓcuratorem, sed per seipsum. In secunda quod

tamen non quicunque accuset, sed qui digni &c. 2. ibi, si tamẽ ipsi digni. Lege. ¶[Criminationes]. i. accusationes[maiores natu]. i. sacerdotum. imo quorũlibet. † dicuntur autem sacertes & prælati maiores natu, non quia semper ætate præcedãt, sed quia morum grauitate præcedere debent. vnde presbyter interpretatur senior, non tantum ratione ætatis, sed & dignitatis, & sapiẽtiæ, & grauitatis. vt di. 21. cleros. Hu.[per alios.] — Exponit literam.

1 (marginal number beside "natu")

2 .s. procuratores. † ergo accusator debet esse præsens, & per se agere, & nunquam per alium. & hoc generale est, vt. 3. q. 9. absens. & 5. q. 3. in criminalibus. & s. e. q. 6. si quando. [intendũt]

3 per se[actis publicis]. i. coram iudice in iure. † acta. n. publica dicebantur scripta in qbus allegationes & attestationes vtriusque partis continebantur, vel omnia negotia, quæ publicè emergebant. vnde & quandoque dicitur sic. Locus vbi causæ tractant, & locus vbi acta reponunt & ipse iudex coram quo fiũt. Hu.[vel publicis actis]. i. manifestis ꝓbationib⁹, & intelligitur hoc de suspectis, vel ignotis, qui sine ꝓbatione admitti nõ debẽt. s. e. q. quærendũ. Hu. de hoc no. Inn. extra de acc. c. cum. p. in gl. 1. &. c. inquisitionis in gl. ex hoc loco &c. Archi.

Colligitur. §. est, in quo magister ex præmissis dicit colligi. quod subditi possunt admitti in accusatione suorum prælatorum. Et ita concludit primam, & tertiam partem quæstionis elici ę ex themate, videlicet de laicis & de clericis inferiorum ordinum. [Nunc autem.] hic incipit. 7. pars quæstionis, in qua secundum Hug. ostenso hactenus de clericis & laicis nunc subdit de monachis. Et quęrit an in accusatione episcoporum sint admittendi, & probat quod non sequentibus capitulis.

1 *Monachus infamis vel criminosus non admittitur ad accusandum sacerdotes.*
2 *Mors dicitur multiplex.*
3 *Vox funesta quæ dicatur.*



Placuit. Inducit ad hoc. capit. hoc quod est Adriani papæ, hoc. c. habet bene tri triplicem intellectum secũdum varias lecturas. Secundam vnam lecturam quæ tangitur in glo. intelligitur de infamibus. secundum Hug. intelligitur de criminosis. secundam tertiam .s. Gratiani intelligitur de monachis. Sũma ergo huius capituli con

1 tinens vtranque lecturam est. † quod monachus infamis vel criminosus non admittitur ad accusandum sacerdotes. Leg. ¶[Placuit.] Dicit hic glo. Et idẽ sentit Lau. quod Adrianus loquitur in hoc capit. de infamibus, & inducunt. 3. q. 3. hi qui. & 3. q. 5. canonica. dicit autem Archidi. quod ista non videtur bona litera cum nullum istorum capitulorũ sit Adriani, vt patet ex ipsorum superscriptione. Secunda lectura est Hug. qui dicit. quod Gratianus intellexit hoc. c. de monachis, sed malè loquitur. n. tantum de criminosis quod aperte colligitur. 3. q. 4. hi qui. & 3. q. 5. canonica. secundum quam lecturam ordo literæ est talis. [placuit vocem eorum quos &c.] vocem dico accusandi &c. [obstruere]. i. claudere. [quos. s. criminosos[mortuos.] non humanis vocibus, quia loquuntur sicut cæteri homines, vel humanæ voces dicũtur publici cõtractus, ad quos criminosi indifferenter admittuntur. vt emptio, venditio, ꝑmutatio, locatio, conductio, & huiusmodi. [sed diuinis vocibus]. i. accusationi, testificationi, quæ dicuntur diuinæ voces. quia non debent fieri nisi ex charitate, & intuitu Dei & proximi. & ad has voces nõ admittuntur criminosi, nisi crimina liter. Hug. [vocem funestam]. i. accusationem, vel testificationem funestorum. i. criminosorum. Hug. [interdici.] vel intercidi. Hug. tertia vero lectura est secundum mentem Gratiani .s. intelligendo de monachis secundum quam sic legitur litera, quam sequitur Ala. & Ber. [non humanis vocibus] quia loquuntur sicut alij homines, [sed diuinis vocibus[. i. ecclesiasticis actibus & officijs. quia antiquitus non poterant prædicare, baptizare, & huiusmodi. vt. 16. q. 1. ca. 1. [mortuos.] Nota — Exponit literam. — Alanus.

2 hic iuxta. Hug. & Archi. † quod multiplex est mors. alia. n. est spiritualis, vt in criminosis, vt hic. & 3. q. 4. hi qui. & q. 5. canonica. Alia ciuilis, vt in deportatis. alia secularis. vt ĩ monachis, qui sunt mortui mũdo, Deo aũt viuũt. 16. q. 1. placuit. vt quisquis eorũ dicere possit æstimatus sicut mortuus sup terram. alia naturalis, siue carnalis. vt cum aĩa separaĩ à corpore, siue à — Archid.

3 carne. [vocẽ funestã] † vox funesta dr̃, q̃ sonat sup funus. i. lugubris. talis est vox monachorũ qa ipsi flẽt ꝓ irriguo superiori, flẽt ẽt pc̃tã sua, & aliorũ. 16. q. 1. monachus. Hu. põt etiã legi hoc. c. de monachis cyrognagis. qm̃ inuite abbate exeunt claustrũ & causis se ingerũt q̃ repellẽdi sũt sicut alij criminosi.



Item. §. est, in quo magister Gratianus in fauorem intelligentiæ suæ in præcedenti. c. inducit calcedonen. conciliũ. 16. q. 1. q vero Hu. & Arch. sed non bene inducit. quia ibi ad ecclesiasticas actiones intelligitur. scilicet baptizare, prædicare, & huiusmodi. Nõ enim loquitur de accusatione. Hug. — Cõtra Gratianum.

1 *Monachus non potest esse procurator, nisi pro vtilitate sui monasterij abbate imperante.*
2 *Monachus potest esse procurator episcopi de licentia abbatis.*



Nullus. Ad idem propositum suum inducit etiã hoc. c. quod est Pelagij papæ, sed nec hoc. c. loquitur de accusatione secundũ Hu. & Archi. & est breue. Lege. Breue. ¶[Nullus tatia] qualia dixerat in superiori parte capituli, quę hic non est. Hug. & Archi. [secularia.] s. publica munera, puta tutelam curam. & hmõi secularia officia. Hu. [ecclesiastica.] baptizare, prædicare, & huiusmodi quæ non licebant monachis. Hu. [vel negotia ecclesiastica]. i. procurationes, & administrationes rerum ecclesiasticarũ, & hoc est verum sine licentia episcopi vel abbatis, sine cuius cõsensu eos litigare non licet, quia posuerunt illum super caput suum. 12.


1 q. 1. non dicatis. Hug. ar. hic † quod monachus non potest esse procu. 16. q. 1. qui vero. & di. 86. peruenit secundum Hug. Et in auth. de sanctis. episc. §. alium autem. Et hoc verum est nisi pro vtilitate sui monasterij abbate nihilominus imperante.

2 16. quæstio. 1. monachi. 2. vbi de hoc. † potest tamen monachus esse procura. episcopi. ar. dicti. cap. qui verè. &. c. doctos. &. c. si monachus. tamen cum consensu abbatis. ar. 58. dist. ca. 1. Et ita notat Goffred. extra de censi. sopite. Sed Innocẽtius dicit. ꝙ vbi est vtilitas monasterij monachus põt esse procur. de mãdato episcopi, vt in prædicto. c. qui verè. sed nõ sine mãdato episcopi, vel abbatis. Et ita plene no. de hac materia extra de re iudi cum. I. & A. super ver. ex parte. — Abbas. Innocen.

Sed aliud est. §. est, & est. 2. pars huius septimæ partis quæstionis. In qua distinguit an monachi accusent ex charitate. An vero ex ꝑsumptione, & per hoc soluit contradictionem sequentium capitulorum. ¶[Præcipitur]. s. e cũ pastores. Laur. & Arc. debẽt. n. episcopi ad suæ vitæ testimonium habere cubicularios electos. — Expõnit literam.

Item illud. §. est. Hic incipit. 8. pars huius. quæstio. in qua probat, quod vnusquisq; tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere in quantum poterit salua pace, alias tenetur ipse. Et ad hoc probandum inducit sex authoritates. Ioan. de Archi.

1 *Prohibere an quilibet teneatur iniuriam proximo suo.*
2 *Prohibere qui potest verberantem clericum, & non facit an incidat in canonem.*



Negligere. Ad idem inducit hoc. ꝙ est Eleutherij papæ, in quo summa siue conclusio est, vt tangitur in rubro. quod cõsentire cõuincitur qui cum possit peruersis obuiare negligit. Breue est. Lege. ¶[Negligere.] sic cõstrue. [Negligere ꝑturbare peruersos]. i. ꝓhibere & remouere peruersos à malo cõmisso, vel cõmittẽdo. i. q negligit ꝑturbare malos à malo, videtur eis in malo cõsentire, cũ possit cõmode aut sine pc̃tõ, alias nõ peccat nõ ꝓhibẽdo. vt 22. q. 2. primũ. &. c. faciat. Hu. [fouere]. i. curare, nutrire. Arc. [desunt] cum põt sine peccato — Exponit literam.

1 [scrupulo]. i. suspitione. Arch. ¶ Sed hic surgit quæstio. † vtrũ quilibẽt ꝓhibere teneaĩ iniuriã à proximo suo. dicit Hu. hoc esse p̃ceptũ quo ad oẽs, ꝙ qlibet nõ tm̃ prælatus teneaĩ ꝓpulsare iniuriã. vt. 24. q. 3. tã sacerdotes. de quo ipsemet remittit ad ea, quæ no. 83. di. error. ꝓ qua opinione facit expresse. qd. ad alij dicãt. extra de sen. ex. c. dile. li. 6. ver. & qd. Arc. ¶ Sed — Quæstio. Respõdet.

2 hic surgit alia qu. † Vtrũ qui põt ꝓhibere verberãtẽ clericũ, & nõ facit incidat in canonẽ. Ad hoc respõdet Io. An. ꝙ hoc finaliter tenet Inn. & Hos. ꝙ qui põt prohibere & nõ prohibet dũmodo dolose dimittat incurrit excommunicationẽ, alias non. quia in illum casum vel alium nullus incidit sine dolo. ar. ff. de sicarijs. l. 1. & patet extra de sen. excom. c. 1. — Quæstio. Respõdet. Io. And.

1 *Simplicitas aliquando accipitur pro garrulitate.*




Sancta. Ad idem inducitur hoc, ca. ꝙ est beati Hiero. in epistola ad paulinum, sed modicum aut nihil ad propositum magistri. quia Hieronymus non loquiĩ de monacho non accusatore, sed indocto,

ſed indocto,qui neſcit hæreticis reſpondere, & veritatem fidei defenſare contra infideles,qui fidem impugnant.¶[Non reſiſtat]quia quamuis monachus non habeat officium docẽtis,ſed plangentis,vt idem Hieronymus dicit in epiſtola ad riparium & ad deſiderium,& habetur.ј.16.q.1.c.monachus.tamẽ quiſq; fidelis debet paratus eſſe pro defenſione veritatis, & fidei,& morum.vnde Apoſtolus.1.Petri.5.vt aduerſarius, videtur cui reſiſtite fortes in fide.Sed iuxta gl. & docto. iuriſtas exponitur ſic litera.[Ruſticitas].i.ſimplicitas.vbi no.Hu.
1 & Lau.& Arch.† ꝙ ſimplicitas quandoq; pro garrulitate accipitur.45.di.§.1.quandoq; pro arrogantia.23.q.5.de liguribus. ſic expone.i.prelatus ſanctus & ſimplex non inſtructus[tantum nocet]negatiuè intellige.i. non tantum prodeſt ædificando tantum,quantum ædificando & reſiſtendo.plus.n.proficit ſibi & alijs ędificando & reſiſtendo,quam ędificãdo tantum ſimile.diſt.43.§.debent & Hu.[non reſiſtat]cum poſſit, & ſine peccato.Hug.Archid.quod actiua vita eſt præferenda contemplatiuæ,quia multis illa hæc ſibi ſoli prodeſt argum.7.q.1. ſcias.& 8.q.in ſcripturis. & q.2.dilectiſsimi.Sed de iſta quæſtione vtrum vita contemplatiua ſit potior actiua,vel ecõuerſo.alias erit ſermo magis accommodus,quã hic. licet gl. dicat hic quod ſe habent ſicut excedentia,& exceſſa.

Exponit literam.

1 *Subditi non debent obedire prælatis ſuis plus,quam expediat.*



Dmonendi. Ad idẽ inducitur hoc.ca. qđ eſt Gregorij in paſtorali parte.3.c.6.Sũma.quod † ſubditi non debeãt plusquam expediat obedire prælatis ſuis. Et diuiditur in duas partes.In prima ponit dictum illud.In ſecũda aſsignatur ratio.2.ibi, ne cum Lege.¶[Admonendi.]imo iubendi,& præcepto cogendi,quo ad ſubiectionem in malo.Rõne quidem obedientiæ & ſubiectionis ſæpe bonum mediocre debet intermitti, ſed nullum malum fieri.11.q.3.quid ergo.In his.n.quæ ſunt contra deũ, non eſt obediendum prælatis.11.q.3.non.n.ſemper.&.ca.qui reſiſtit.Hug.de quo extra de temp.or.ad aures.Archi.[ne].2. pars.[vitia eorum venerari].i.propter reuerentiam eorum vitia eorum diligere,qđ nõ eſt faciendum.quia tunc culpa vehementer in exemplum extenditur, cum pro reuerẽtia ordinis peccator honoratur.vt diſtinct.83.nemo. Subditi ergo ſic debent ſubijci ſuperioribus, ne fiant participes vitiorum, quia plus oportet vitia odiſſe,quam hominibus in vitijs complacere:de talibus enim apoſtolus ait. ſi hominibus complacerem Chriſti ſeruus non eſſem.

Diuiſio.

Exponit literam.



Vm paſtoris. Ad idem eſt hoc.c.eiuſdem Gregorij in quodam generali ſynodo,& eſt.7.pars huius ſeptimæ partis quæſtionis in qua ponit vnum,quod eſt valde notandũ à prælatis de cubicularijs eorũ.ſ. quales debeant habere cubicularios.qa.ſ.probos,& honeſtos,ſuæ vitæ teſtes,& pfectionis imitatores.Et poteſt diuidi in tres partes.In prima narrat abuſum.In ſecunda prouidet. In tertia cãm aſsignat.2.ibi,de qua re,3.ibi,vt is qui.Lege.¶[Cum paſtoris.de quare].i. propter quod.2.pars.[Conſtituimus]expone.i.præcipimus.ſ.e.§. ſed aliud.Arc.[obſequant].i.deſeruiant.[vt is].3.pars.[teſtes.] propter hoc Gratianus allegat.c.hoc. & ex hoc vult probare. quod monachi poſſunt accuſare epiſcopos.Ideo.n præcipiuntur eſſe eorum cubicularij,vt eorum poſsint eſſe teſtes. Sed q cunq; poteſt eſſe teſtis,poteſt eſſe accuſator. ergo cum monachi poſsint eſſe teſtes pro epiſcopo,& cõtra epiſcopum, & ipſum poſſunt accuſare.Sed licet hoc verum ſit,hoc tamen non poteſt colligi ex præſenti loco.quia teſtimonium hic dicitur bona fama,& teſtis qui bonam famã prædicat de conuerſatione alicuius & ad hoc adhibentur monachi.ſ.vt eorum preſentia epiſcopus retrahatur à malo.& eorũ bona prædicatione & teſtimonio epiſcopus habeatur bonæ opinionis. Simile.12.q. 1.c.1.Exponit ergo gl.[teſtes].i.cõſcios. multa alia tangũtur in gl.quæ non ſunt de præſenti capitu.

Diuiſio.

Exponit literam.

1 *Epiſcopus,qui in ſui familiaritate vel ſocietate tenet perſeuerantes in crimine venit reprehendendus.*




Eruenit. Ad idem ducitur hoc.c. quod eſt eiuſdem Gregorij.Sũma.† Repræhendendus venit epiſcopus, qui in ſui familiaritate vel ſocietate tenet perſeuerãtes in crimine. Et diuidit in duas partes. In prima narrat exceſſum quem aggrauat.In ſecunda prouidet.2.ibi,quod à vobis. Leg. ¶[Peruenit]publica fama, vel aliorum veracium relatione.

Exponit literam.

[prauos in ſua ſocietate.]ecce ex qualitate ſociorum præſumi hic contra aliquem,quia à conuictu mores formantur.& à cõſortio malorum etiam bona corrumpuntur. vt.28.q.1. ſæpe. & quandoque etiam præſumitur pro aliquo, ſi honeſtos ſecũ habeat.vnde præſumitur pro clerico vel laico, ſi moratus ſit in loco regulari,& religioſo.vt di.33.laici.& d.56.presbyterorum[ꝙ à vobis].2.iniungit vt puniat ſi ita inuenerit.

1 *Epiſcopi vacare debent orationi, & lectioni, & ſecum habere clericos boni teſtimonij.*



Piſcopi. Ad idem inducitur ca. hoc quod eſt Paſchalis papæ. Sũma. † quod epiſcopi vacare debeant orationi & lectioni, & ſecum habere clericos boni teſtimonij ſecundũ quæ duo poteſt diuidi in duas partes.Lege text. ¶[Epiſcopi.Lectioni & orationi] hoc eſt vnũ opus pontificis.Eſt & aliud.[docere gregẽ ſuum.] vnde Apoſtolus.1.ad Ti.4.ait.Attende lectioni,& exhortationi,& doctrinæ.[vt ſecundum Apoſtolum].1.ad Ti.3. oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,& q alios reprehendere debet,ipſe irreprehẽſibilis exiſtat.Reprehendit.n.ſi malos haberet in ſocietate ſua,nec haberẽt frontẽ reprehendendi alios & corrigendi.ar.di.25.primum.& di.47.§.neceſſe.Hu.& Archi.

Exponit literam.

1 *Monachi an poſſint aliquem accuſare ſine licentia abbatis. & numero 2.*

3 *Monachus poteſt accuſare abbatem ſine licentia petita ab eo. Et debet habere expenſas à monaſterio, ſi interſit monaſterij. numero 4.*

5 *Monachus ſi eſt in ſcholis de conſenſu abbatis poteſt accuſare, conuenire, & reſpondere ſi impetitur, & teſtificari.*

6 *Monachus ſi eſt in ſcholis ſine licentia abbatis vel alias vagetur cogetur reſpondere ſi impetitur, licet non poſſit agere.*

7 *Monachus an poſſet ſine licentia abbatis accuſare prælatum cuius fuit cubicularius.*

Item Ioannes. §.eſt.& eſt.4.pars huiꝰ vltimæ partis quæſtionis in qua magiſter exẽplo Ioannis baptiſtæ & diffinitione canonum concludit monachos poſſe accuſare ſacerdotes[ſcribas].i.magiſtros viuentes ſecundum legem.[Redarguit.]Lu.3.& Mat.10.Et not.ꝙ non dicit accuſauit.Et ideo nihil facit ad propoſitũ gratia.ſm Hu.[itẽ ex canonibus].ſ.e.q.ipſi apoſtoli.teſtes.&.c. ſacerdotes.6.q.1.c.1.Hu.& Arc.[diffinitur].i.diffinite colligit,à ſenſu tamen contrario.Nam iſte affirmatiuè aſſumit quod ibi negatiuè proponitur.Hu.[Cum ergo.]bene & veraciter concludit verum eſſe,quod monachi poſſunt accuſare epiſcopos, & alios.Circa quod tamen notandum, quod vt viſum eſt multi canones inducti ſunt qui videntur dicere contrarium, quod contingit accuſare duobus modis vt dicit magiſter Ale. in 3. vno modo ex præſumptione temeritatis, alio modo ex neceſsitate charitatis.Monachi autem ex præſumptione accuſare non poſſunt,ex charitate vero cum imminet periculum ſalutis poſſunt.vnde ex canonibus diffinitur, quod illi ſacerdotes accuſare poſſunt,qui ad eundem gradum aſcendere valẽt. Cõſtat autẽ quod monachi poſſunt laudabiliter ad ſacerdotij gradum aſcẽdere.ergo poſſunt ſacerdotes accuſare. & multo magis alios minores.Canones ergo prohibentes eos accuſare intelligũtur de accuſatione quæ eſt ex temeritate ſecundum
1 Alexandrum.¶Sed ſurgit quæſtio.†Vtrum monachi ſine licentia abbatis poſsint aliquem accuſare.Et videtur, quod nõ. ar.12.q.1.non dicatis.& 16.q.1.monachi.¶Reſpondeo dicendum ſub certis concluſionibus vt materia plenius intelligat.
2 † Prima eſt alios ab abbate ſine prælato ſuo nõ poteſt monachus accuſare ſine licentia ſiue conſenſu abbatis. Iſta conclu-
3 ſio patet extra de accu.ex parte.¶Secunda concluſio. † Monachus poteſt accuſare abbatem ſuũ ſine licentia nec conſenſu petita ab eo. imo etiam ipſo abbate contradicente. patet iſta cõclu-
4 ſio.ar.17.q.4.quæſiſti.¶Tertia cõcluſio.† Monachus in accuſatione abbatis habebit expenſas à monaſterio, ſi interſit monaſterij illam cauſam tractari,alias non,vt ſi cauſam ſuam proſequatur ſiue in poſſeſſorio ſiue petitorio agat ſm Inno. qui ita notat in prædicto.c.ex parte.extra de accu. Et iſtã ratione videtur,quod non debet habere expenſas ſi ſuam electionem proſequatur.cum tunc non agat nomine eccleſiæ, ſed ius proprium & priuatum proſequatur vt dicunt Inn. & Hoſt. ex de
5 arbi.ex parte.in gl.Arch.¶Quarta concluſio eſt iſta.† Monachus ſi de conſenſu abbatis eſt in ſcholis poteſt accuſare, conuenire,& reſpondere,ſi impetit & teſtificari.patet concluſio. quoniam

Exponit literam.

Alexãder.

Quæſtio.

Reſpõdet.

Prima cõcluſio.

Secũda cõcluſio.

Tertia concluſio.

Quarta cõcluſio.

quoniam cum Abbas dat ei licentiam morandi in scholis dare præsumitur licentiam faciendi prædicta & huiusmodi, quæ non auderet nisi ex licentia sui abbatis, non tamen est credendum, quod omnibus casibus generaliter posset se immiscere in scholis ex tali licentia abbatis, sed illis tantum quæ tangunt studium vel personam suam vel suorum vel monasterium.

Quinta cõclusio. 6 ¶ Quinta conclusio. † Si monachus est in scholis sine licentia abbatis vel alias vagatur inuitus cogetur respondere impetitur licet non possit agere. ar. 16. q. 1. probinum. ¶ Sexta conclusio. † monachus potest sine licentia abbatis accusare prælatum cuius fuit cubicularius. Ista conclusio est Innocentij. Nã cum ad hoc sit cubicularius vt sit testis domini si viderit eũ malum licitè accusabit eum. s. e. cum pastoris. &. ca peruenit. quia nisi accusaret non exequeretur laudabiliter suum officium, & etiam denuntiare tenetur. saltem crimen committendum. s. e. sancta. &. c. negligere. & hoc magis consuluit Innocẽtius vt no. extra. de accu. cum p. dicens. Sed hoc magis consulerem monachis. Sed nobis ista conclusio quo ad primam partem nullo modo placet. Tum quia cubicularij non dati sunt in testes propriè sicut diximus in c. cum pastoris. ibi, testis non capitur proprie secũdum Hu. vnde posset argui. ergo potest cubicularius accusare prælatum cuius est cubicularius, in hoc. n. videretur episcopus deterioris cõditionis. qa magis videretur cubicularium habere insidiatorem vitæ suæ quasi obsequẽtem. Quo ad secundã vero partem, in qua dicitur ꝙ tenetur ad denuntiationem criminis committendi quam Innocentius magis consuluit monachis non videtur nobis etiã vera de omni crimine committẽdo nisi esset tale quod vergeret in damnum spirituale aut temporale communitatis.

Sexta cõclusio. 7

¶ Quæstio Octaua.



De accusatione. §. est. Et incipit. octaua. quę. scilicet qualiter fieri debeat accusatio scilicet an in scriptis an sine scriptis. Et diuiditur in quarta partes. In prima ostendit, quod accusatio debet fieri à præsente in præsentem & in scriptis. In secunda allegat contra. In tertia soluit contradictionem. In quarta tradit formam libellandi. 2. ibi, sed Stephanus. 3. ibi, sed Calixtus. quarta ibi, quæ vero.

Diuisio.

1 *Accusatio, quòd fiat in scriptis an semper sit necessarium.*
2 *Accusatio est triplex.*
3 *Inscriptio necessaria est in accusatione propter tria.*
4 *Casus, in quibus in accusatione non requiritur inscriptio.*



Accusatorum. Ad probationẽ primæ partis inducit magister capitulum hoc, quod est Calixti papæ. ¶ Pro cuius pleniori intelligẽtia quæritur. ¶ † Vtrum sit necessarium vt accusatio semp fiat in scriptis. Et videtur quod nõ. Primo sic. Scriptura inuenta est ad subueniendũ humanæ memoriæ circa præterita, sed accusatio in præsenti agitur: ergo accusatio scriptura non indiget. ¶ Secũdò sic in præsenti capitulo habetur. quod nullus absens accusare põt nec ab aliquo accusari. sed scriptura ad hoc videtur esse vtilis vt absentibus aliquid significet, vt patet p Augustinum. 10. de tri. ergo in accusatione non est necessaria scriptura præsertim cum. j. e. c. per scripta dicat Stephanus papa quod p scripta nullius accusatio suscipiatur. ¶ Tertiò sic. vt crimen alicuius manifestatur per accusationem, ita per denuntiationem. sed in denuntiatione non est scriptura necessaria. ergo videtur quod nec in accusatione. ¶ In oppositũ est capitulum præsens. ¶ Respondeo notandum in primis vt notat Hu. † quod accusatio triplex est. s. quædam est infamantis, alia denuntiantis. tertia est crimen ordine iudiciario solẽniter prosequentis. vel aliter sic. Est accusatio infamationis, denuntiationis, & inscriptionis. Prima impropriè dicitur accusatio. sed propriè infamatio quãdo. s. aliquis accusat aliquem ei detrahendo latenter siue occultè, & ab hac quilibet prohibetur siue omnibus interdicitur. vt. s. e. q. proxi. clericos. & di. 46. accusatores. Et nunquam ad eam prosequendam aliquis debet compelli, nisi in vno casu. s. in odium ipsius accusantis vt ipse non valens probare pœnã luat & fama infamati euitescat, tũc debet compelli, vt prosequatur. vt. 5. q. 1. c. 1. alias autẽ quicunque ad talem accusationem prosilijt debet excommunicari. & si clericus deponi. & si est laicus vlterius non promoueri. vt 46. di. accusatores. imo plus credo quod teneatur ad pœnam talionis. ¶ Accusatio denuntiantis siue denuntiationis impropriè similiter dicitur accusatio, sed propriè denuntiatio. s. cũ quis sciens aliquem esse in tali crimine, & non valens eũ corrigere denuntiat crimen illud prælato ecclesiæ simplici voce. Ad hanc accusationem quilibet cogitur authoritate iuris diuini & canonici, vt in c. si peccauuerit. &c. Mat. 18. dic ecclesię. & s. e. q. 1. In qua sunt. 5. specialia. primum est quod dictũ est, quod ad eam omnes tenentur & maximè prælati. s. dicto. c. si peccauerit. & si quis episcopus. s. q. 7. Secundũ est quod vnus testis sufficit. extra de testi. c. in omni. Tertium est quod deficiens in probatione non punitur. vnde non tenetur ad pœnã talionis si deficiat. nec ad legitimam pœnam, nisi pœnitentialem. Quartum est, quod si conuincatur nemo repellitur, quia sit bigamus vel corpore vitiatus, vel laicus. quia de præcepto euangelico, quod omnes astringit emanauit. Quintum est, ꝙ absq; inscriptione fit. s. q. pxi. quapropter. ¶ Tertia accusatio dicitur inscriptionis. s. cum quis solẽniter inscribit. volens agere contra aliquem criminaliter hæc dicitur solemnis accusatio ad differentiam aliarum. Ad istam nemo cogitur quia nemo inuitus cõpellitur accusare. C. vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur, nisi in casu speciali sub conditione. s. si quis vult hæreditatem habere cogitur accusare eum, qui testatorem interfecit, si scit & potest. alias amittit hereditatem. C. de his qui. vt indig. l. hæredes. & l. cum fratrem. ẜm Hu. sed quilibet qui alias. non prohibetur permittitur. s. e. q. 1. prohibetur & quod ibi nota. & ff. de accu. qui accusare. De ista accusatione loquens ponitur ista conclusio respõsiua quæstioni, ꝙ talis accusatio regulariter debet fieri in scriptis quæ conclusio est præsentis capituli & aliorum sequentium. Est etiam S. Tho. in 2. 2. q. 68. artic. 2. qu æ probatur sic iuxta eundem S. Thom. quãdo in criminibus, per accusationem agitur, accusator, constituitur pars, ita quod iudex inter accusatorem & eũ qui accusatur medius constituitur, ad examen iustitiæ, in quo oportet quantum possibile est secũdum certitudinem procedere. Quia vero ea quæ verbotenus dicuntur facile labuntur à memoria, non posset iudici esse certum quid, & qualiter dictum sit cum debet proferre sententiã nisi esset in scriptis redactũ. Et ideo rationabiliter institutũ vt accusatio sicut & alia quæ in iudicio aguntur redigãtur in scriptis. hæc S. Th. † Est ergo necessaria inscriptio in accusatione propter tria. Primò vt iudex certus sit de accusatoris verbis, ne possit aliquid variare. Secundò vt accusatus de verbis accusatoris possit certius respondere. Tertiò vt inter verba accusantis & defendentis iudex proposita per partes memoriter per scripta retinens securius valeat sententiare. ẜm dominum Guidonem. † Sunt autẽ multi casus excepti quorum quidam tanguntur in glo. Host. autem in summa ponit plures. Primus est si crimen sit leue. Nam hoc de plano iudex discutiet. vt. ff. e. leuia. quanto magis hoc in ciuilibus locum habet, vt no. extra de libel. ob. 2. verũ libellus. ver. & hoc verum est. ¶ Secundus in his, quæ executores denuntiant. C. de accu. l. ea quidem. & ff. de offi. præfec. vr. l. 1. §. penu. ¶ Tertius, quando mulier accusat prosequẽdo suam iniuriam. vel suorum. 15. q. 3. de crimine. ¶ Quartus in crimine apostasiæ. C. de aposta. l. apostatarum. ¶ Quintus vbi christianus Iudæam in vxorẽ duxisse accusatur. C. de Iudeis. ne quis. ¶ Sextus vbi maritus accusat vxorem iure mariti de adulterio. j. 60. dies. 4. q. 4. §. aliquãdo. C. de adul. l. quamuis. & l. iure mariti. ¶ Septimꝰ in accusatione falsæ monetę. C. de fal. mone. l. 1. Octauus vbi tutores accusant de falso producentẽ instrumentum contra pupillum suum nisi manifesta calumnia detegatur. C. qui accu. non poss. l. 3. & hoc ideo, quia hoc faciũt ex necessitate officij. Idem ergo vbi hæres accusat de necessitate vindicando mortem defuncti cui successit. vt. ff. de his quibus vt indig. l. tutor. ¶ Nonus in crimine abigeatus. C. de abigeis. l. 1. ¶ Decimus in casibus in quibus sine accusatore aliquis condemnatur, sicut in notorijs. 4. q. 4. §. aliquãdo. istos ponit Host. Alij ponunt alios. Vnus est quando crimen obijcitur in modum exceptionis, in exceptionibus. n. non inscribit. extra de accu. super his. Item quando mulier accusat in illis casibus, in quibus licitum est ei accusare, non tenetur inscribere. vt. 25. q. 3. §. de crimine. Nota hic quod quidam dicunt, qđ in quolibet debet fieri inscriptio propter rationes asignatas, sed non subscriptio. quia in inscriptione non fit obligatio ad talionem, sed in subscriptione. Et est subscriptio quoddam signum fortè crux, vel aliquid tale. quod fit post inscriptionem in inferiori parte chartulæ. & est no. obligationis ad talionem

¶ His habitis


Margin notes: Quæstio. 1 — Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit & Respõ. — 2 — 3 — S. Thom. — 4 Guido. Hostien.

Ad primũ argu. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. & ratio est quia difficile est singula verba propter eorum multitudinẽ, & varietatem retinere, cuius signum est, quia multi eadẽ verba audientes si interrogentur non referunt eadem similiter etiam post modicum tempus, & cum modica verborum differẽtia sensum variat. Et ideo etiam si post modicum debeat iudicis sententia promulgari expedit tamen ad certitudinem iudicij, vt accusatio redigatur in scriptis.

Ad secũdũ ¶ Ad secundam respondetẽ etiam negando consequentiam. Et ratio est, quia scriptura nõ tantum necessaria propter absentiam personæ, quæ significat vel cui est significandum, sed etiam propter dilationem temporis, vt dictum est. Et cum dicit canon, ꝙ per scripta nullius accusatio suscipiatur, intelligẽdum est de absente, qui per scripta accusationẽ mittat non tamen excluditur quin si præsens fuerit necessaria sit scriptura.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertiam respondetur negãdo consequentiam. Et ratio est, quia non est simile de denuntiatione, & accusatione. quia denuntiator non obligat ad probandum. vnde nec punitur si probare nequiuerit. Et propter hoc in denuntiatione non est necessaria scriptura, sed sufficit si aliquis verbo denuntiet ecclesiæ, quæ ex officio procedet ad emendationem fratris. Lege te.

Exponit literam. ¶ [Accusatorum. sine scripto] .i. sine inscriptione .i. nisi accusationem proponat in scriptis, Hu. [nunquam] nisi in casibus exceptis. Hu. de quibus dictum est [nec absente eo] nisi absens fuerit per contumaciam. vt 3. q. 9. decernimus. & 24. q. 3. de illicita. & extra de dolo & contu. veritatis. nisi in casibus specialibus, quia officialis à suo iudice potest absens accusari & condemnari. Arc. nec talis auditur appellans ẜm Accur. C. quorum appe. nõ reci. nulli. quæ habetur. s. ea. q. 6. similiter in §. sunt quorũ. ver. nulli. & loquitur de officiali in officio delinquente. Fallit etiam ẜm Arc. ĩ. 3. q. 9. §. nisi. loquitur in crimine iniuriarũ in quo illustris persona per procurationem accusat.



Sciant. Ad idem videtur hęc lex, quoniã vt dicit Hug. non facit ad propositũ, nec vt credit ꝙ debuit hic poni: nihilominus exponetur. Summa est, quod in criminalibus requiruntur probationes apertissimę. & est lex fin. C. de probatio. Lege tex.

Exponit literam. ¶ [Sciant in publicam notionem.] i. coram iudice. Ber. in criminalibus causis. Lau. Arc. [documentis] .i. scripturis. Old. sic supra. q. proxi. plerumque. [indubitatis] .i. per se sufficientibus, & sibi inuicem adminiculantibus, cum plura sint. 15. q. 3. de crimine. Laur. Nam crimen probatur per indicia. extra de hære. excommunicamus. el 1. §. vit. vbi de hoc. & de cle. pereg. c. 2. Arc. [Luce clarioribus] 3. q. 6. hoc quippe. in fi. 5. q. 6. Epiphanium. Et in hoc casu quo ad probationem fama publica cum vno teste sufficit prout notat Vin. Lau. Host. extra de testi. veniens.

1 *Accusatus de graui crimine quare incarceretur.*

2 *Crimen calumniæ aliquando est ordinarium aliquando extraordinarium.*



Visquis. Capitulũ hoc sumptum est de verbo ad verbum ex. l. vl. C. deac cu. Hu. & gl. Summa est in rubro, sicut in 1. capit. & c. Lege.

Exponit literam. ¶ [Quisquis indicet] in libello Archi. [vinculum inscriptionis] .i. inscriptionẽ in qua multa debent vniri & colligari, vel in qua vinciat se ad pœnam talionis, si non probauerit. Hu. vel debet inscriptionẽ facere, per quam ad similem pœnam ligatur. Accur. vel vt hic in gl. 2. [similitudinem custodiæ] .i. sic accusatus habeatur in custodia, sicut & reus, ambo. n. habendi sunt in custodia. Hug. sed hoc intelligo, nisi dederit idoneos fideiussores de prosequenda accusatione in scriptis facta, vel immobilia habuerit, tunc relinquendus est suo arbitrio. ff. de custo. & exhi. reo. l. 1. & C. ad turp. l. 1. & C. qui accu. non poss. l. 3. secundum Lau. &

Lauren. Bertran. Bertr. Habita tamẽ æstimatione dignitatis, qui. n. maioris est dignitatis, digni⁹ & honestius debet detineri, qui minoris vel nullius est dignitatis districtius, & nõ ita honestè habebitur.

1 Hu. vt. l. 1. & l. diuus. ff. de cust. re. & hac. l. Acc. † Nota tamẽ ꝙ accusatus de graui crimine incarceratur, vt custodiatur, non vt ligetur. vt no. C. de exhi. re. l. 2. & sic etiam debet intelligi: extra de sen. ex. c. si clericos. lib. 6. Arch. Circa hanc materiam

Roffred. dicebat Roff. bene. quod antequam accusator det libellum, debet dare fideiussorem pro illa accusatione prosequenda vt probatur. C. qui accu. non poss. l. qui crimen præstito fideiussore ab accusatore & dato libello accusatus dabit fideiussorem iudicio sisti, si tale sit crimen, quod fideiussori sit committendũ alioqui si maximum sit crimen, puta capitale non committitur fideiussori sed in carcerem detrudetur. Et hoc etiã idem dico de accusatore, quod si maximum sit crimen stabit in carcere, & tutius est ꝙ separetur ab accusato propter pœnam calumniæ. ff. de custo. & exhib. re. l. diuus. & C. de custo. reo. l. 1. & dicit hoc Roffr. in libro iuris canonici, in rubrica. qualiter fiat citatio. & ibi videas. & adde ꝙ dixi. 19. di. in memoriam. Arc. [similitudo supplicij] .i. simile supplicium & æquale [posc at] si comprehendatur eorum calumnia. Sed hoc verum est

2 in ordinarijs criminibus. † Crimen calumniæ quandoq; est ordinarium quandoq; extraordinarium, extraordinariè punitur pro qualitate intenti criminis. vt. ff. ad Turp. & in priuatis Hu. [concurrunt] quod faciunt quidam, vt aliorum crimina inuestigent. Hu. [ad accusationem]. 3. q. 5. constituimus. [admittendi] imo debent pœnitentiæ subiacere. 26. q. 5. c. 1. Arc.

Quæstio. Respõdet. ¶ Sed surgit quæstio quare magis de his, quam de alijs criminosis dicit, quod non sunt admittendi ad accusationem. Respondetur secundum Hug. quod potius loquitur de concurrentibus ad tales sortilegos & magos, quia sunt aliqui qui vt possint aliorum crimina scire, & sic accusare, solent cõcurrere ad tales & eorum oracula consulere.

1 *Accusans debet se inscribere, & si non probauerit simili pœna punitur.*



Vi crimen. Ad idem est hoc. ca. quod est Sixti papæ. Sũma est. † quod qui accusat debet se inscribere, & si non probauerit simili pœna punietur. Lege.

Exponit literam. ¶ [Qui crimen. pœnã] similem illi pœnæ. [quam intulerit.] Quãtum in se est, i. inferre reo voluit. Hu. sic. s. e. q. 3. c. 2. & 3. vbi de hoc Arch.

Sed Stephanus. §. est, & 2. pars huius quæstionis in qua allegat in contrarium, qđ accusatio non debet fieri in scriptis. Lege.

Exponit literam. ¶ [Videtur.] Bene dicit videtur. quia veraciter non est contra ẜm Hu. & Archid. quia in primo. c. huius quæstionis, ꝙ respicit hoc habetur. qđ accusatio semꝑ debet fieri in scriptis. hic. s. in ca. seq. dicitur ꝙ accusator debet esse præsens & per epistolam mittere accusationem. ista autem non sunt contraria.



Er scripta. Summa, hic Stephanus papa vult, ꝙ per epistolam qs non accuset alium, sed tãtum præsens præsentem accuset. Breue est. Lege.

Exponit literam. ¶ [Per scripta] .i. ꝑ epistolam missam. Et ita vt diximus hoc non est contrarium superioribus. [Legitima.] extra de acc. c. 1. & condigna. s. e. q. proxi. criminationes. Archi.

Calixtus. §. est, & est. 3. pars huius q̃stionis, vbi soluit contradictionem.


Exponit literam. ¶ [Præcipit]. s. eod. ca. 1. [legat] si literas scit, si non alius pro eo. Hu. [Stephanus] supra cap. proxim. Omnia ex prædictis patent: Et iterum patet qđ non erat contradictio aliqua.



Væ vero. §. est, & est. 4. pars hui⁹ quæstionis, in qua docet formã libellandi in accusatione libellorum, & etiam ẜm canonistas. Nam eodem modo formatur libellus ẜm eos prout infra in l. proxima cõtinetur, hoc excepto. quod vbi in ipsa lege ponitur nomen imperatoris, debet poni nomen papæ. Et vbi ponitur nomen cõsulis, debet poni nomen episcopi. Hu. in l. libellorum. & Arc.

Io. And. hic de nomine papæ proponendo in instrumentis. Notat Io. An. in prin. decretalium. super ver. Gregorius.

1 *Accusationis inscriptio qualiter formetur.*



Ibellorum. Lex est. ff. de accu. Summa. ponitur forma libelli accusatorij super crimine adulterij quod etiam extenditur ad quodlibet aliud crimen, de quo quis potest accusari quod potest diuidi in 5. partes.

Diuisio. In prima ponit formam libelli. In secunda quod si libellus fuerit malè conceptus reus absoluitur ab instantia iudicij. In tertia ponit, quod accusator se debet inscribere per se vel per alium si literas nescit. In quarta quod illud quod dictum est de forma libelli in crimine adulterij obseruandum est in alijs criminibus de quibus quis poterit accusari. In quinta, quod accusatore defuncto vel aliter impedito rei nomen aboletur. 2. ibi. Quod si libelli. 3. ibi, subscribere. 4. ibi, sed si aliud. 5. ibi. si accusator. Circa primam partem ad sciendum quæ in libello accusationis comprehendi debent: Est notandum quod debet ibi poni ad ostendendũ, quando fuit instituta accusatio, annus domini, &

domini,& indictio, & nomen imperatoris vel apostolici in causis ecclesiasticis.& dies quo instituta est accusatio: ad ostẽdendum vero quando cõmissum fuit crimen debent ibi esse quatuor.s.dies.non autem dies quo commissum est. Et locus vbi commissum est.Et nomen accusatoris,& nomen accusati,& nomen iudicis.item in qualibet inscriptione debet esse
1 subscriptio.†Sic ergo formetur inscriptio accusationis. Anno domini tali,indictione tali imperij talis sacratissimi principis anno tali.cõsulatu tali pridie nonas aprilis.Ego talis.apud Martinum vel &c.iudicem vel comitem vel principem defero Richardum vel Petrũ reum adulterij, ꝙ dico eum commisisse adulterium cum bertha mense tali,in ciuitate Bononię.in domo tali.In causis vero ecclesiasticis credo ꝙ possit subijcere nomen imperatoris & consulis, & poni ibi nomen papæ.& nomẽ episcopi illius loci.Subscriptio vero sic debet esse.Ego Ioannes profiteor vel professus sum me hunc libellum accusationis dedisse vel me hanc accusationem fecisse, vel me paratum subire pœnam talionis si non probauero. vel me hanc accusationem prosecuturum.& vsque ad finem perducturũ. Hu.Lege.¶[Libellorum.]qui accusatorij dicũtur. Hu. & Archid.[consul].i.nomen consulis ibi scribatur,per hoc intellige nomen apostoli,vel imperatoris,& nomẽ consulis vel episcopi loci.Hu.[dies.]inscribatur ibi similiter dies inquam institutę accusationis,non admissi criminis.Nam diem admissi criminis nemo inuitus cogitur comprehendere in libello. vt ꝭ.e.dicitur[lege Iulia.]hoc non est apponẽdum ꝯm canones. quia non requirũtur hæ subtilitates.extra de iud.dilecti.Lau. & Arch.[Caio Seio.]persona exprimitur,eum qua, & hoc iõ, quia posset esse talis persona,pro qua peccatum augmentaret. vt si esset monachalis vel vxorata.Hu.[locus.]ratione cuius aggrauatur peccatum,si sit sacer.de pœ.di.5.c.1.[præcipitur] inscribere.[ista differunt].i.accusatur[diem]admissi criminis [horam]admissi criminis.Hu.[à testibus.]tamẽ discretior inquisitio exigitur.Non.n.sufficit quod conueniant in domo, nisi & in tali parte domus si magna est,nec in mense,nec in tali die & fortè hora. Si tñ de parte domus interrogati, vel de die,vel de hora diei,& dicant se nihil inde scire vel non recordari.vel si vnus dicat inde aliquid, & alter nihil non credo ob hoc esse repellendos.Sed si dicant se scire, & inde discordant, credo eos debere repelli,non.n.debet esse in eis diuersitas locorum,vel temporum.3.q.9.nihilominus.& 35.q.6.de parentela.[ꝙ si libelli].2.pars.[Legitimè].i.sicut cõtinetur in lege ista non fuerint inscripti.[rei nomen aboletur].i.de numero reorum remouetur, siue cancellatur. sic vt iam non dicatur reus.Hu.ꝯm quem si postea incontinenti antequã accusator corrigat libellum,accusatus accuset & porrigat iudici, recipietur eius accusatio,& prius tractabitur etiã de pari crimine, ꝙ iam sæpe factum est.Hu.[itẽ].3.pars,[subscribere libello inscriptionis professum est, ita vt.ꝭ.scriptũ est[sedet si].4.pars respicit ad libellum,& nõ ad superscriptionem, quasi diceret sicut dixi de adulterio in libello cõprehendendo,ita dico esse procedendum de quolibet alio crimine de quo vult eum accusare.[Adulterium.]quem acceperat ad custodiẽdum. Hu.[ꝓ stupro.]quia nõ licet pacisci in adulterio.Hu.& Arc.[Si accusator].5.pars.[alia cã].i.infirmitatis,vel captiuitatis, vel aliud iustum impedimentum.Hu. [si quid simile].quia interuenit publica nec priuata abolitio.Hu.vel quia feriæ repentinæ. Accur.[Alij]nõ eidẽ accusatori & hoc verum est in priuata & ex lege abolitione.Nam in publica licet eidẽ vel alij repetere eũdẽ,sed nec eidem vel alteri nisi tantũ.ꝭ.30.dies vtiles.sed hæc omnia plene distincta sunt.ꝭ.e.q.prohibentur.[30.dies.]post quos alius de eodẽ crimine accusare non poterit.Hug.ista breuiter decurrimus relinquentes ampliora dominis iuristis.

Exponit literam.

¶ Causa Tertia.



Piscopus. Hic incipit tertia cã quæ sic continuatur ad superiora secundum Hu.Nã in superiori causa magister Gratianus incepit tractare de ordine iudiciario. vt ergo plenior notitia de eo habeatur, subnectit aliã causam in qua plenius de eo tractat ostendens quomodo fieri debeat restitutio & quæ dilationes sint dandæ ante exordium causæ,vel post,& quales testes sint admittendi, & quod reus non est producendus extra prouinciam,& qualis esse debeat iudex,& quomodo debeat iudicare,& quot iudices sufficiunt ad cõdemnationem episcopi,& qualiter in absentem vox accusationis vel testificationis nõ debet admitti, & ꝙ deficiens in primo artic. siue c.ad sequentia nõ est admittẽdus. Ad vltimum ostendit quomodo accusatus potest vertere accusationem suam in suum accusatorem.& vt hæc & alia competentius doceat,ponit thema suum de quo.11.elicit quæstiones.secundum Hug.& Lau.quoniam ista cõtinuatio videtur rationabilior & plenior ad totam materiam, alias omittentes venimus ad literam.Lege.¶[Episcopus quidam accusatores producunt testes.]si condemnandum est[inimicos]sibi scilicet episcopo.Hu.alia patent.

Exponit literam.

1 *Restitutio an sit semper facienda siue danda spoliatis.*
2 *Casus in quibus denegatur restitutio.*

Quod restitutio. §.est in quo magister assumit primam quæstionem.Et diuiditur in tres partes. In prima ostendit quemlibet spoliatum esse restituendum ante causæ iudicium,& etiam antequam citetur.In secunda allegat contra non canonicè institutos. In tertia soluit cõtradictionẽ,& cõcludit primũ tenẽdũ.2.ibi, in §.sed abijcit.3.ibi in §.eo.sed hoc. Sed hic surgit.q. in primis quia ista quæstio videtur esse eadem cũ secunda quæstione secũdæ causæ.Et ita videtur inutilis repetitio. Ad hoc respõdetur multipliciter.Primò ꝙ nõ inutiliter repetitur, quoniam repetit vt addat de loco.quia omnia eis ablata sunt restituẽda eis, & in eodem loco corporaliter.vnde ablata sunt,non.n.sufficit dare sententiam de restituendo nisi omnia corporaliter restituantur in eodem loco iudicis officio.ꝭ.e.q.reintegrãda. Hu. & Archi.Secunda solutio.quod si subtiliter discutiat. Alia est hæc quæstio & alia illa.hic.n.quæritur an spoliati sint restituẽdi ibi an spoliati sint vocãdi ad causam ante restitutionem.Et ita ad aliud hic.& ad aliud ibi introducuntur capitula similia, & quasi eadem.Hu.& Lau.¶Pro pleniori intelligentia huius quæstionis primæ & multorum quæ in diuersis locis dicunt de restitutione spoliatorum. Quæritur.¶†Vtrum restitutio
1 sit semꝑ facienda siue danda spoliatis. Quod nõ potest argui ex multis casibus qui ponuntur in gl.in quibus restitutio nõ est facienda.Quod sic arguitur ex præsenti capitu. & alijs quibusdam sequentibus.Responsio hic erunt quo articuli. In primo respondebitur quid regulariter tenẽdum est. In secundo ponentur casus,qui excipiũtur à regula.Circa primum est notandum,quod spoliatus aut spoliatur rebus aut officio aut fraterna communione.Si spoliatur rebus,aut spoliatur ab aduersario,aut à iudice.Si ab aduersario est cõclusio quod statim est est restituendus ante causæ cognitionẽ & litis ingressum.conclusio patet ex.c.præsenti.& duob' seq.& q.2.per totum. nec est audiẽda exceptio non canonicæ institutionis vel iustæ spoliationis,nec criminis obiectus ab aduersario factus. vt extra. de res.spol.in literis.&.c.item cum quis.&.c.1.& fi. de ordin. cog.& 6.q.3.deniq;.de casib' in quibus excipitur ab hoc infra dicemus,si vero spoliatur à iudice,aut à suo,aut à non suo. Si à non suo,est conclusio secunda.quod nõ tenet quod fit ab eo extra de iud.at si clerici.11.q.1.& 7.q.1.multi.Et ideo fienda est restitutio ante omnia,vt de or.cog.c.2.&.c.fi.Et hoc non obstante obiecto alicuius rei,vt.6.q.tertia.deniq;. nisi scandalũ oriatur aut timeatur.vt.ꝭ.q.6.hoc quippe. & ꝭ.2.q. 1. in primis.Hug.Si vero spoliatus sit à iudice suo,aut hoc fecit extra iudicium,& tunc est conclusio tertia. quod cum tunc præsumatur pro facto iudicis, facienda est restitutio, ac si priuatus homo hoc faceret:ar.extra de appell.bonæ. Henricus Boich. Aut hoc facit iudex in iudicio,& tũc aut fuit spoliatus absens, aut præsens.Si absens tunc aut fuit absens ex iusta cã. & tunc est conclusio quarta. quod est restituendus causa tamen ante probata.7.q.1.præsentium.Aut fuit absens ex contumacia,& tunc aut in causa ciuili,aut in causa criminali. Si in causa ciuili tunc est conclusio quinta quod si offerat infra annum cautionem de stando iuri restituetur.patet extra de offi.ord.pastoralis.§.fi.cum suis concor.Si in causa criminali tunc est cõclusio sexta.quod non restituitur,si tamen.ꝭ.annum purgauerit suã innocentiam à crimine audietur de iure petitorio.non de iure possessorio.vt.11.q.3.ca.rursus.&.c.quæcunque. Si vero præsens spoliatus fuit à suo iudice tunc aut post legitimam spoliationem.& tunc est conclusio septima quod restituitur quasi nihil sit actum.vt.2.q.6.quoties & appellatione. Si vero ante appellationem.tunc aut seruato ordine iudiciario,aut prætermisso.Si seruato,tunc est conclusio octaua.quod antequam restituitur nisi pars appellauerit,vel per querelam falsi.s.si sentẽtia sit lata per falsos testes,vel falsa instrumenta, & tunc restituitur postquam

Diuisio. Quæstio. Respõdet. Prima cõclusio. Secũda cõclusio. Tertia conclusio. Henricus Boich. Quarta cõclusio. Quinta cõclusio. Sexta conclusio. Septima conclusio. Octaua cõclusio.

tuitur postquam constiterit de iniqua spoliatione.vt extra de testi.ex parte.7.q.1.præsentium.& de rescriptis dilectus. Et videtur incumbere spoliato probatio si dicit se iniustè spoliatum,ex quo constat eum spoliatū à iudice suo.vbi statim præsumitur,quod iustè fuerit spoliatus,nisi aliud appareat.Secus si ab aduersario vel iudice nō suo.tunc.n.præsumit ꝙ iniustè. Si vero prætermisso ordine iudiciario à suo iudice fuit spoliatus.tunc est conclusio nona. ꝙ statim restituitur si de hoc constiterit.vt.2.q.1.notum.& extra de ref. spo. conquerente. &.c.cum venisset.Circa vero spoliationem à beneficio aut suspensionem ab officio, distingue, aut est facta ab aduersario. aut à iudice non suo. vel à iudice suo post appellationem.& tunc est conclusio decima.quod talis spoliatio ipso iure nulla est,nec opus est restitutione,nec absolutione. qa nihil actum est vt de offi.deleg.super quæstionum. & 2.q.6.appellationē. & extra de appe.ad præsentiam.aut est à suo iudice ante appellationē,tunc est conclusio vndecima.quod valet, & tenet.Et idem est dicendum sicut dictum est supra circa conclusionē quartam.Circa vero spoliationem à communione fraterna.s. de excommunicatione,tūc distingue, quia aut est excommunicatus à non suo iudice,vel à suo iudice post appellationem tunc est conclusio duodecima. quod talis excommunicatio, nulla est,nec est opus absolutione,cum nihil actum sit.2.q.1. in primis.& extra de senten.ex.per tuas.Si autem à iudice suo ante appellationem tunc est conclusio tertiadecima. quod talis excommunicatio valet.& tenet. & tunc semper ante litis ingressum.i.antequam cognoscatur de causa excommunicationis iniustę vel iustæ factæ recepto prius iuramento mandatis ecclesiæ obediendi absoluendus est ab eodem iudice vel superiore. Non.n. excōmunicatus ante absolutionem stabit tāquā actor in causa.11.q.3.cum aliquis.Hu. hæc dicta sunt ꝓ primo articulo de restitutione faciēda circa spoliatos. quæ regulariter sunt obseruanda. Sunt tamen aliqui casus in quibus, prohibetur restitutio.de quibus in sequenti articulo.

Nona conclusio.

Decima cōclusio.

Vndecima conclusio.

Duodecīa conclusio.

Tertia decima conclusio.

2 **Circa secundum.** Articulum. Est notandum† quod in glo.notantur plures casus.Verum quia Host.in summa,notat plures, & diffusius enucleat sequētes ponuntur.23. casus in quibus restitutio denegatur.¶ Primus est in eo qui occupat sedem apostolicam. Nam si expellitur non competit sibi restitutio,vt.3.quæstio. 1.§.vltimo.& 23.di.in nomine domini. & extra de ele.licet de euitanda.¶ Secundus est si oriatur scādalum ex restitutione.2.q.1.in primis.& 3.quæs.7.hoc quippe.& extra de pur.c. inter solicitudines.§.1.& 2.¶ Tertius est si petenti restitutionem objjciatur spoliatio in modum exceptionis extra de or. cog.c.cum dilectus.¶ Quartus est si opponatur excommunicatio,cum excommunicatus non habeat personam standi in iudicio.extra de iudic.intelleximus.etiam si non opponatur, iudex tamen debet eum repellere si tamen publico sit excōmunicatus.vt extra de excep.in c.exceptionem.¶ Quintus si opponatur spontanea renuntiatio in manu iudicis facta.secus si in manu aduersarij.¶ Sextus si crimen enorme opponatur.2.q.5.super causa.puta lapidatio.3.q.2.quia ea. & extra de accu.licet.& hodie tamen propter suspitionem lapidationis solum nō remouetur quis à ministerio,nisi probetur suspitio extra.de simo.licet heli.Secundum tamen Gof.potest dari adiutor.ff.de offi.dele.venerabili.idem videtur si objjciatur infamia.2.q.5.presbyter.vel crimen simoniæ.extra de simo. accusatum.&.c.tanta.vel contumacia.3.q.9.decernimus vel crimē notorium.extra de diuor.significa. vel exceptio rei iudicatæ, 2.q.6.§.diffinitiua.de offi.deleg.consultationibus. secundum Tanc.in quo includuntur multi casus. ¶ Septimus casus est, quando deduxit petitorium, & possessorium in iudicium,& succumbit in petitorio.extra de cau.poss.& propriè.cum dilectus.&.c.cum super.&.c.cum ecclesia.¶ Octauus est quando expulit me vi,& incontinenti repuli violentiam extra de rest. spo.olim.quia vim vi.&c.¶ Nonus est quando vir petit vxorem qua dicit se spoliatum,obstat ei adulteriū. extra de diuo. significas.¶ Decimus.obstat viro,si timetur de ipsius sæuitia quia capitali odio persequitur mulierē, quod nulla cautione mederi potest:tum.n.mulier sequestranda est.vt extra.de rest. spo.ex transmissa.&.c.literas.§.vltimo.e. ti. Idem etiam si virgo sit,& timetur de defloratione.Idem dicit Host. de illa quæ diu stetit cum aliquo deinde propria authoritate reliquit eum dicens se virginem,& volens intrare religionem, maritus aūt petit restitutionem eiusdem satis patet per prædicta, ꝙ differenda est restitutio.& per ea quę no.extra de frigidis.§.qualiter.& quando.ver.& quid si maritus.¶ Vndecimus casus est

Primus casus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quintus. Sextus.

Septimus.

Octauus.

Nonus.

Decimus.

Hostiensis.

Vndecim.


si objjciatur gradus cōsanguinitatis prohibitus, & probationes incontinenti patent.extra de re.spol.c.literas.§. præterea. vbi differtur restitutio quo ad carnis copulā, sed in omnibus alijs fit.¶ Duodecimus obstat vero si non vult habitare cum muliere sine contumelia creatoris.extra de diuor.gaudemus. hoc intelligas ex quo est facta fides,vel si notoriū sit, vbi ibi. ¶ Tertius decimus est si de hæresi vehemēter suspectus sit, s.quod suspendatur carnis commercium,sicut vides. quod ac cusatione pendente suspēditur clericus in hoc casu officio & beneficio.vt extra de purg.ca.c.inter.alias semper facienda est restitutio vxoris,dummodo cōstet de matrimonio legitimè contracto,& qud cognita fuerit.vt extra de rest. spo.ex transmissa.& de hac restitutione tractatur.32.q.2.de benedicto.ꝑ totum. Quid ergo si quis dicat se aliqua ecclesia(quā possidebat tanquam beneficium)spoliatum, videtur quod non sit restituendus,nisi probet quod authoritate ordinarij ipsam fuerit adeptus.ar.ex prædictis.& extra de instit.ex frequentibus. Host.¶ Quartus decimus si agitur petitorio obest cōsanguinitas.27.q.2.agathosa & de or.cog.c.1. ¶ Quintus decimus, quilibet spoliatus ex quo constat de spoliatione incontinenti est restituendus,nisi confessus de iure suo admittat probationes super petitorio.vt extra de rest.spo.c.1.2.& 4.Secus si nō probat spoliationem.vt eo.titu.ex parte.&c.olim. ¶ Sextusdecimus frustra agitur contra illum,qui factus est non soluendo.extra.de resti.spol olim. ¶ Septimus decimus hæreticus non potest petere restitutionem rei ecclesiasticæ. quia nō potest possidere.23.q.7.c.1.& 2.¶ Octauus decimus petere nō potest pari ratione restitutionē decimæ ipse laicus. extra. de præscri.causam.¶ Nonus decimus differtur restitutio.vbi nō soluendo est ille spoliatus. ¶ Vigesimus non restituitur, quis per sententiam vbi in modum exceptionis quis tantum probauit spoliationem.extra de ord.cog.cum.dilectus. ¶ Vigesimus primus obstat exceptio rei iudicatę.2.q.6.§. diffinitiua. ¶ Vigesimus secundus quis non restituitur, vbi quis sub conditione possidebat.vt in prædicto.c.olim. ¶ Vigesimus tertius nō restituitur is, qui gratia vel precario possidebat.ff.de vi & vi.ar.cum fundum.& de exces.præla.cum ad quorundā. ¶ Vigesimus quartus non restituitur,qui vt colonus possidebat,vt in d.l.cum fundum.¶ Vigesimus quintus exceptio iurisiurandi secundum quosdam, vt extra de resti. spo.accepta. hæc pro maiori parte. Hostien. in summa titu. de resti. spo. Concor.Hug.gl.& Arch.

Duodecimus. Tertius decimus.

Quartus decimus. Quintus decimus. Sextus decimus. Septimus decimus. Octauus decimus. Nonus decimus. Vigesim. Vigesimus primus. Vigesimus secundus. Vigesimus tertius. Vigesimus quartus. Vigesimus quintus.

1 *Episcopus spoliatus rebus vel à propria sede eiectus debet integraliter ad omnia restitui,nec ante restitutionem potest accusari vel ad iudicium vocari.*

2 *Spoliatus restitui debet ante ingressum causæ principalis.*



Piscopus. Est prima authoritas,quam inducit magister ad probandum propositum.Et est Caij papæ.Summa.†Episco1 pus spoliatus reb⁹ vel à propria sede eiectus, debet integraliter ad omnia restitui, nec ante restitutionem potest accusari,vel ad iudicium vocari.Breue est.Lege.¶[Episcopis.spoliatus]ab aduersario, vel iudice non suo,vel etiam suo,sed præter iuris ordinem.[suis] .i.proprijs.vel sibi commissis.s.ecclesiasticis.Hu.[legibus].i. per vel secundum leges ecclesiasticas vel seculares. Hug.[re2 integranda.]†Nota quod omnia iura quæ dicūt spoliatum debere restitui ante causæ ingressum,vt.2.q.2. per totum. & in hac quæstione per totum,intelligēda sunt ante ingressum causæ principalis. extra qui fi. sint leg.causam quæ el.2,non ante ingressum causæ.s.restitutionis.Nam illam ingredi debet spoliatus.& probare se possedisse &c.extra de offi.dele. consultationibus.secundum Goffred.in d.ca.causam. adde quod dixi. 8.distinct.quo iure.& 14.di.c.1. in princ. super gl.simile &c. Archidia.[nullum crimen.]quia nec illud pro quo fuerūt spoliati nec aliud.Hug.[objjci]ab ipso spoliatore.vel alio, sed de alio crimine possunt accusari ab alijs,etiam antequā restituantur.j.5.q.2.si primates.&c.

Exponit literam.

1 *Spoliatus habet plures prębendas in diuersis quarum vna est spoliatus, & in alio loco accusatur, an habebit exceptionem.*

1 *Spoliatus si malitiosè omittit petere restitutionem ne postea accusettur de illo crimine,pro quo est spoliatus, quia maiorem pœnam meretur,quam sit spoliatio ipsa, an talis cogetur ad iudicium.*

3 Spoliatus

3 *Spoliatus si ante restitutionem vocat spoliatorem suum in ius an sibi præiudicet.*
4 *Spoliator si non est soluendo, & trahit spoliatum in causam, an sit audiendus.*

ipſe non habet diſcutere ſuperioris ſententiam, nec ipſe occidit innocentem, ſed iudex cui miniſterium exhibet. hæc.S. Tho.concor.d.Pe.de Taran.cōcor.Ray.qui ait quod fere oēs doctores iuris canonici dicunt.quod poteſt iudicare ſm allegata.Et.ī.dicit in fi.quod ſi aliquis in hoc caſu cum dolore iudicaret quod non auderet eum propter hoc condemnare, iniungeret tamen ei pœnitentiam aliquam ad cautelam, ne fortè aliquid omiſiſſet de contingentibus, magis tamen cōſuluit quod cauſam alteri deleget, vel remittat ad ſuperiorē. huiuſmodi ſententiæ eſt Ber.in gl.c.1.& in c.ſi ſacerdos. extra. de off.ord.Ad idem Inno.ſuper.c.venerabili, extra de cenſi.vbi dicit quando epiſcopus cognoſcit inter ſubditos tūc debet ordinem iudiciarium ſeruare, & ſm allegata potius quā ſm veritatem iudicare.allegat hunc tex.iudicet.& 2.q.1.Deus.&11. q.3.illa.& ff.de offi.præſi.l.illicitas.Non.n.perſonam gerit priuatam in iudicando, ſed iudicis, & publicæ & perſonæ cuius nō eſt iudicare niſi de probatis.6.q.1.ſi omnia.hæc ille.Et hāc viam videtur approbare hic.Arc.¶ Alius modus dicendi eſt aliorum ſicut domini Vlrichi, qui in ſumma ſua.loquens contra præfatum modum dicēdi dicit ſic. Quidam dictum Ambroſij & Aug.(dicentium quod bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſm leges & iura pronuntiat) in tantum ſequuntur, vt dicant iudicem licitè poſſe condemnare innocentē nō ſolum in rebus, ſed etiam ad mortem ſi omnibus concurrentibus quæ ſm iura ad hoc requiruntur probetur eſſe condemnandus.contra hoc dicit Vlrichus primo quod hoc omnino falſum eſt, cum ſit contra ius naturale, & contra præceptum diuinum.Exod.23.innocentem & iuſtum non occides.& Leui.19. iuſtè iudica proximo apparens autē iuſtum non eſt iuſtum iudiciū. ſecundo dicit, ꝙ id quod quidam primæ opinionis dicunt, quod poteſt eum mittere ad ſuperiorem qui legibus proprijs non conſtringitur. Et ideo poteſt rigorem iuſtitiæ per miſericordiam temperare, & quātum poteſt inducat illum quod ipſe ex miſericordia abſoluat innocentem. dicit quod nec hoc eſt verum, quoniam tradēdo eum ſuperiori exponit eum diſcrimini mortis, & ſic cooperatur miſericordia damnationi innocentis.Et propter eandem rationem nō poteſt ſubſtituere alium iudicem qui innocentiam eius ignorat quia quod ille faceret poſt ſubſtituens per ſubſtitutū faceret. dicit ergo pro opinione ſua Vlrichus quod ſi omnino certitudinaliter ſcit accuſatum eſſe innocentem, debet per ſe & per alios prudentes diligentiſsime inquirere aliquid per qđ poſſit eum arripere & perſonas, & dicta teſtium & inueniēdo nouas coniecturas quæ præſumptionem faciant pro ipſo, ſicut fecit Salomon in iudicio meretricum.3.Reg.3.Et tunc credo quod impoſsibile ſit.quoniam aliquam viam iuris inueniat liberandi innoxium niſi ſit ex ſua ignorantia vel imprudentia vel negligentia.Sed ſi ponatur per impoſsibile quod nullā viā poteſt inuenire, nec accuſatorem, nec teſtes emollire poteſt, quod deſiſtant à cauſa debet proteſtari ſe nō habere conſciētiam condemnandi eum, quia ſcit eum innocentē. & hoc certis indicijs oſtendat probabile, ita quod communitas nō ſcandalizetur, & ſic abſoluat ſe à ſuo iudicio, poteſtatē relinquēs eis, vt deferant cauſam ad ſuperiorem ſi voluerint, ſiue agatur de rebus ſiue de perſona.Concor.dominus Eluen. in præſenti.c.ſic dicēs.quod in tali caſu omnino debet abſtinere ab officio iudicandi.Cōcor.Hu.in præſenti.c.ſic diſtinguens iuxta quoſdam.quod aut cauſa eſt ciuilis, aut criminalis. Si eſt ciuilis & in modica quantitate debet iudicare contra conſcientiā ſecundum allegata:non.n.videtur magnum damnum ſi quis condemnetur in iſtis temporalibus, quæ caduca ſunt ſi eſt criminalis refert, an debeat cōdēnare, vel abſoluere, ſi abſoluere ſecure dat ſententiam contra conſcientiam, puta ſcio reum peccaſſe non probatur ei crimen, debeo eum abſoluere. Si cōdemnare non debet dare ſententiam, puta ſcio veritatem reū non commiſiſſe illud crimen, probatur ei tamen non debeo dare ſententiam ſed differre.& quærere, occaſionem liberādi eum.Si vero via liberandi eum non patet, delegetur cauſa. Idē & in cauſa ciuili magnæ quantitatis.Sed & ſi modicæ ſit quātitatis credo idem eſſe faciendum, tutius.n.eſt mortem incurrere, quam malo cōſentire.vt.32.q.5. ita. Item qui iudicat vel facit aliquid contra conſcientiam peccat, & quandoque ædificat ad Geēnam.vt.28.q.1.§.ex his.Hu.Concor.cum iſta opi. vt dicit Io.in ſumma confeſſorum.gl.Guil. ſuper Ray. qui dicit, quod talis ad ſuperiorem mittatur, nec videtur tutū nec credo hoc faciendum eſſe, ſed potius debet omnia mala tolerare, quam innocentem ſcienter ad mortem etiam ad mutilationem condemnare vel etiam exponere cōdemnandum. Et

Petrus de tarantaſia. Raymun.

Archid. Vlrichus.

Guiliel.

dicit quod iudicem in hoc condemnantem non audet à peccato mortali excuſare: vnde dicit credo quod iudex inferior q ſcit veritatem non debet condemnare innocentem, etiam ſi præcipiatur à ſuperiore iudice, nec eſt contra extra de offic. dele.paſtoralis.vbi dicit quod ordinarius debet exequi ſententiam latam à delegato ad mandatum eius quamuis idem ordinarius ſciat illam iniuſtam eſſe, niſi poſsit obtinere ab eodem delegato vt ab onere abſoluatur.qa loquitur de ciuilibus cauſis & eccleſiaſticis, vbi nullus damnatur ad mortem. Et ideo non eſt tantum periculum ſicut in caſu propoſito. hæc ille. Sed de iſtis duobus modis dicendi ſi quis vult tenere opinionem S.Tho.quæ videtur magis communis, & magis iuribus communibus conformis, reſponderi poteſt ad ea quæ obijciuntur ex parte alterius opinionis.Cum.n.dicitur quod hęc opinio ſit falſa, quia eſt contra ius naturale, & præceptum diuinum, innocentem non occidere &c.Reſpondetur negando quod in tali caſu ſimpliciter loquendo iudex occidat innocētem.Tum primo quoniam vt dicit S.Tho. in tali caſu iudex non occidit innocentem, ſed illi qui aſſerunt nocētem. vel vt dicit magiſter Alexander de halis.in 3.in tali caſu iudex non iudicat innocentem, ſed conuictum nocentem. Ad aliud vbi dicunt quod mittere talem innocentem ad ſuperiorem eſſet eum exponere diſcrimini mortis &c.Reſpondetur, ꝙ mittēdo eum ad ſuperiorem debito modo, videlicet ſignificādo ei caſum plene notificando qualiter eum ſcit innocentem propter talem, & talem cauſam, notificando etiam probationes factas contra eum, non eſſet exponere diſcrimini, ſed prouidere de ſalutari remedio.¶ Nunc dicendum eſt ad aliam rationem in oppoſitum.vbi dicitur quod talis iudex ageret cōtra conſcientiam negatur hoc.quoniam vt ait S. Tho.in 2.2.vbi.ſ.quod homo in his quæ ad propriam perſonam pertinēt, debet informare conſcientiam ſuam ex propria ſcientia. Sed in his quæ pertinent ad publicam poteſtatem, debet informare conſcientiam ſuam ſecundum ea quæ in publico iudicio ſciri poſſunt, hæc S.Tho.Et ita in hoc caſu operatur ſm conſcientiam, quam debet hic habere.quam vocat Alex. de halis conſcientiam iuris.vbi.ſ.viſum eſt.iſto modo ſoluit hic gl. dicēs quod iudex iudicat in tali caſu ſm conſcientiam quam habet vt iudex, non vt homo.ar.extra de off.iudic.or.ſi ſacerdos.& extra de offi.iudi.deleg.paſtoralis.&c.Lege.¶ [Iudicet.condemnet].i.quod ſit dignum condemnatione[in ſe ferat ſententiam].i.in ſe aliquid faciat, pro quo debeat condemnari vel ab homine, vel à Deo.ſic.11.q.3.placuit.Cum.n. aliquis malum operatur, Deum inſtruit qualiter eum debeat cōdemnare.40. di.multi ſimile.de pœ.di.6.qui vult.ver.ſacerdos.1.q.1.ſi quis inquit.& 4.q.5.c.1.Hug.[Nullo odio.]vt.23.q.4. ea vindicta [miſſa offenſione]non.n.iudex pro ſe ſumere debet vindictā. vt.24.q.5.de occidendis.Hu.Ex prædictis colligitur per contrarium ſenſum, quod ſi quis habet in ſe quod condemnet.i. mortale peccatum, vel agit id, quod in alio punit, vel ſi ducit odio, quod eſt mortale peccatum non poteſt iudicare de alijs Hu.[poſt pauca].2.pars.[nihil ex arbitrio].i. ex propria & ex
3 domeſtica voluntate. Hug.† iudex.n.in iudicando non debet inniti propriæ prudētiæ, ſed legi, & rectæ rationi, nec debet ſe qui motum propriè voluntatis, ſi exorbitet à lege, vel recta ratione.quia ſecundum philoſophum.2. Poli. hæc vtiq; omnia melius fieri ſecundum legem quam ſm hominum voluntatem.Et Amb.qui iudicat non voluntati ſuæ obtemperare debet, ſed tenere, quod legum eſt.non prohibetur autem hic ſe qui motum animi ſui rectum, & legibus & veritati conſonū, ſed deuium & trahentem eum contra ius & veritatem. vnde
4 ſequitur.[Sed iuxta leges.]Sed hic ſurgit quæſtio.†quid ſi nulla lex loquatur ad propoſitum illius negotij, de quo iudicandum eſt.Reſpondetur quod tunc de ſimilibus debet procedere ad ſimilia. Quid ſi nulla ſimilia inueniat aut ratio recta non appareat.Exquirat multorum conſilia, quia vbi multa cōſilia ibi ſalus.debet etiam conſulere conſcientiam ſuam, & allegata, & ſm quod ſibi melius viſum fuerit iudicare, dummodo non iudicet contra Deum, vel ſtatuta canonica ſiue legalia ar.di. 14.ſicut.Hu.Circa hoc iam diſputauimus, quæ diſputanda videbantur.[Scitis].i.regulis & ſtatutis, ſicut dicitur plebiſcitum.i.ſcitum.i.ſtatutum plebis.[nihil paratum & meditatum de domo defert]quia in domo nihil debet parare, & meditari quo debeat veritatem obūbrare, & falſitatem palliare, poſtea in iudicio:quæ autem iuſta & recta ſunt debet præmeditari.ſicut audit, hoc ſumptum eſt ex Io.euan.Io.5. vbi ſaluator ait.ſicut audio, ſic iudico.& iudicium meum poſitum eſt. quia non quæro voluntatem meam, ſed eius qui miſit me patris.[audit]

S. Thom. Alexander de halis

Ad arg. In oppoſitum.

Exponit literam.

Ambroſi.

Quæſtio. Reſpōder.

patris.[audit]in examinatione causæ siue à testib',siue ab aduocatis,siue ab alijs[natura].i.negotij.Hu.[examinat merita causæ.]i.discutit qualem causam foueat iste, vel ille.vnde debeat condemnari,vel absolui,[& examinata non mutat]scilicet vt iudicat eum habere bonā causam, qui habet malam. vel econuerso,vel vt absoluat cōdemnandum, vel absoluendum condemnet[magis est]id est,esse debet. plus enim debet obedire veritati & legi,quam voluntati,si voluntas est eis contraria.Cœtera patent.

IN grauibus. Ad idem est hoc.c.quod est Gregorij in pastorali in quo continuando propositum ostendit multa exēpla qualiter mali non possunt iudicare, qa nō possunt apud Deū pro alijs intercedere, nec offerre,vel sacrificare,nec orare,quia Deus non audit orationes eorum. ergo nec iudicia eorum. Et diuiditur in duas partes.In prima dicit quod dictum est. In secunda inducit multas similitudines & exempla ad hoc,secunda ibi,cunctis.n.Lege.¶[In grauibus].i.in mortalibus.[non diluit]de merito vitæ.i.non est dignus diluere.i.prædicare,orationes facere,sacramenta offerre, & huiusmodi. per quæ peccata dimittuntur. Hu.[cunctis]secunda pars[displicet]sic di.49.§.1.Arc.[mittitur[vel eligitur præsertim si ex certa scientia eligitur vel mittitur malus:cum possit haberi bonus.Hu.[irati].s.Dei,vel ēt alicuius principis.Hu.[ad deteriora.]vel non exaudiendo vel pœnam infligendo,vel cadere permittendo.vt.1.q.ipsi sacerdotes.&.c.vulnerato.1.q.6.ego.Hu.hoc item expresśius inuenies expositum di.49.§.ecce.Hu.[scriptum]Proue.15.[victimæ impiorum]..ipsi impij offerentes victimas.Hu.& Archi. [Sed à quo].i.ex quali intētione datoris procedit, non.n.deus pensat incensum datum,sed affectum, & intentionem dātis. vt.24.q.1.odi.& 14.q.vl.c.vlt.& de conse.di.5. non mediocriter[neq; inspicitur semper.]sed quandoq;, cum.n. aliquid daī vel offertur Deo,quandoque attenditur quid offeratur.vt dis. 49.c.vlt.quandoq; à quo offeratur.vt.hic & de pœ.di.5.consideret.quandoq; pro quo offeratur.vt.1.q.1.dictum est. quandoq; quid & à quo & pro quo offeratur.vt.1.q.1. neque.[scriptum est]Gen.2.[præmisit.]ar.quod ex ordine verborum aliquid perpenditur.ar.dictio.20.§.1.ar.dis.43.sit rector. in fi.& 1.q.1.vt euidenter.Hu.& Arc.[felicitē].i.non sine causa.Arc. [non offerens.]i.intentio offerentis.Hu.[à muneribus].i.ꝓpter munera.Hu.[ab offerente].i.propter voluntatem & intētionem offerentis.Hu.[non probat]quo ad remisśionem peccatorum.Eccle.34.vel non probat iniquos offerentes ei Hu. [Longè]quo ad salutem,& gratiam conferendam.Hu.[iustorum]quasi diceret non malorum.ergo nec iudicia.Non ergo iudicare debent mali vel orationes malorum nō exaudit,quo ad salutem & gratiam dum mali perseuerant,quo ad bona autem temporalia sæpe Deus exaudit peccatores.licet in euangelio cœcus adhuc rudis dixerit,quod peccatores Deus non audit.Hugu.

1 *Iudicantes alios debent esse spirituales.*

POstulatus. Ad idē sequitur.ca. hoc quod est eiusdem beati Gregorij primo moralium.Summa est ſm Hu.ꝙ nullus debet iudicare alium,nisi sit bonus, vel vt est in rubro.Et diuiditur in tres partes. In prima ad propositum præmittit exemplū domini.In 2.ex illo nos instruit. In 3.inducit ad idem & authoritatem apostoli, & exemplū domini.2.ibi,nos.3.ibi,iuxta illud.Lege.¶[Postulatus scribebat.]¶Hic surgit quæstio.quid scribebat. Ad hoc respondēt ꝙ in prima scriptura quidam dicunt vt Augu.quod scribebat sententiam quam ipse Christus protulit dicens, qui sine peccato est primus in illam lapidem ponat,per hoc dans exemplum imitationis,vt semper iudex suam sententiam ferat in scriptis.s.2.q.1.in primis.Sed Amb.dicit.quod Christus scribebat illud prophœticum.Hie.22.scriptum terra terra terra scribe hos viros abdicatos.Sed expositio prima videtur magis consona,& quam videtur sequi & Gregorius hic & magister Nicolaus super Io.sequitur.2.vero vice cum iterum se inclinans scriberet in terra,dicit Nicolaus de lyra quod scribebat peccata illorum accusantium, vt eos ostenderet ineptos ad examinationem huius sententiæ.[Nos].2. pars.typico.]i. mysticè.i.figuratiuè.Hu.[exsculpemus].i.inuestigem⁹,& ex aminemus.Hu.Colligunt quidam hic ar.quod secundum con scientiam est iudicandum.sed hoc non est verum hic colligi. quia hic non dicitur,ꝙ in conscientia considerare debet qualiter se habet veritas,& qualiter debeat iudicare.sed hic dicitur,scilicet quod cū quis debet iudicare prius recurrit ad cōscientiam,& consideret an sit munda an immunda, si viderit eam immundam,prius purget eam,& postea iudicet. Hu.[dirimamus]Comprobando bonum,& remouēdo malum [iuxta].3.pars.[præoccupatus.]hoc dicit Apostolus ad Galat.6.
1 [Vos qui spirituales estis.] arg.†quod spirituales esse debent qui iudicant alios[qui sine]ponit exemplum Christi.Ioan.8. [innocentes.[quia innocens esse debet,qui nocentem iudicat & condemnat.psal.21. Quis ascendit in mōtem domini.s.ad iudicandum.Respondetur innocens manibus &c.id est, purus in operibus,quia per manus opera intelliguntur. & mūdo corde,id est,mundus in cogitationibus.

Diuisio. Exponit literam. Diuisio. Exponit literam. Respōdet. Nicolaus de lyra.

SAcerdos. Ad idem sequitur hoc.c.quod est Beati Aug.ad Bonifacium comitem.Summa est in rubro.Sacerdos.n. prius sua peccata & postea aliorum detergere debet. Lege tex. ¶[Sacerdos sanare.]ne sibi dicatur illud Lucæ.4. medice curate ipsum.[Item euangelio.]Matth.5.id est,sacerdos,& quilibet prælatus ecclesiæ,qui sua cōuersatione & doctrina alios debet condire[infamatus]peccatis.Hug.probat ergo Gratianus per hoc,quod infamatus scilicet peccatis debet foras eijcij,& sic non debet iudicare,sed repellendus est. Archid.]Ex quibus]hic infert ex dictis[condemnat]hoc sumptum est ex verbis Pauli.ad Rom.2.

Exponit literam.

1 *Iudex qui ex officio tenetur iudicare si sit malus & peccator quid iuris.*
2 *Sacerdos an possit dare pęnitentiam suæ concubinæ.*

Sed obijcitur. §.est, in quo magister Gratianus pro opposita parte videlicet quod criminosus criminosum iudicare,allegat exempla & authoritates.Et diuiditur in duas partes. In prima probat ꝑ quatuor exempla veteris testamenti,& per authoritatem euangelij,ꝙ criminosus criminosum iudicare possit.In 2. distinguēdo cōcordat allegata hinc & inde.2.ibi, huic liquido.Lege.¶[Sed obijcitur.]primum exemplum est de Saule.1.respond.15.& 16 secūdum est de Dauid, de cuius iudicio scribitur.2. Reg. 12.tertium est de Salomone,de quo.3.Reg.11.& 32.q.4:Salomon.4.exēplum est est Achab.2. Re. 18.& 22.q.4.vtilē. iste fuit maritus Iezabel quæ Heliam fuit persecuta, & Naboth te interfici fecit, vt de pę.di.3.§.ecce.c.Achab.Hu.& Lau.Archi.[in euangelio.]scilicet Matth.23.[super cathedram]argu. pro criminosis,quod subditi non debent subterfugere iudicia & obedientiam eorum dum tolerātur ab ecclesia.[Hinc.] 2.pars.[liquido.]scilicet ex allegatis pro vtraque parte. Hugu. soluit dicens quod mali iudicando sibi nocent,dum sine exēplo.&c.& ita indignus iudicatis.¶Sed subditis obedientibus prosunt qui debent etiam malis iudicibus obtemperare,quādiu per ecclesiam tolerantur.¶Sed hic surgit quæstio.pone
1 qđ aliquis sit iudex, ꝙ ex officio teneatur iudicare, † & sit malus,& peccator,nūquid iste iudicabit, si nō iudicet, peccat, qa ad iudicandum tenetur,vt supponitur.Si iudicat, etiā peccat, quia indignus est ad iudicandum,&sic si condemnat ſm apostolum,ad Rom.2.Et ita videtur esse perplexus. Respondeo dicendum quod talis iudex peccator non est perplexus, quia potest,& tenetur de peccato pœnitere,& per pœnitētiā à peccato mundatus pōt iustè & sine peccato iudicare, vt docet saluator.Ioan.8.qui sine peccato est,primus in eam lapidem iaciat,dicit autem Hug.quod solutio huius quæstionis, quam fecit hic Gratianus innuit solutionem alterius quæstionis.
2 † scilicet an sacerdos posset dare pœnitentiam suæ concubinæ,vel cum qua adulterium vel fornicationem commisit de illo peccato.Equidem potest dum ab ecclesia toleratur, melius tamen facit,si eam delegat alij presbytero vt coram illo plus ruboris & verecundiæ patiatur,quod est magna pars pœnitentiæ.vt de pœ.dist.1.§.econtra.&.c.quem pœnitet.Hugu. hoc tenet etiam hic Lau.sed videtur notari contrarium. 30. q.1.omnes.ibi dicam.Archi.Sed nos ista plene disputauimus sequentes.Hug.de pœ.di.6.c.sacerdos.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respōdet

¶ *Quæstio Octaua.*

1 *Crimen obiectum electo consecrando quot requiruntur vt cognoscatur.*
2 *Episcopi congregati in concilio loco ordinarij, sunt in omnibus causis quæ vertuntur inter episcopos & clericos.*

3 Papa

3 *Papa si delegat causam episcopi an eodem modo intererunt xij. episcopi.*



QVod autem. Hic intitulatur.8.q. s.an causa criminalis debeat audiri & examinari ab vno solo episcopo. Et respondetur quod non debet. sed ab omnibus episcopis illius prouinciæ. vt.s.e.q.6.si quis episcoporum. vel saltem à duodecim quos metropolitanus debet eligere vel ipse reus si electos à metropolitano habeat suspectos.vt.j.e.q.c.1.in numero autem.12. episcoporum non debet computari metropolitanus.sed præter illum debent esse 12.similiter in causa presbyteri debent esse sex episcopi.& in causa diaconi tres præter propriũ episcopum.vt.s.eo.q.6.hoc quippe.& di.l.studeat.& 15.q.7.Felix.&.c.si autem. secundũ

Quæstio. Respōdet. 1 Hu.& Lau.¶Sed surgit hic quæstio. †quot requirũtur ad cognitionem criminis obiecti electo consecrando, habes responsionem ex canone dist.23.c.illud.secundum Arch. Et videtur quod sex secundum vnum intellectum, secundum alium nõ. facit quia loquitur à purgatoribus.dicit autem hic Hu. & etiã Lau.quod metropolitanus & alij episcopi in causa episcopi resident tãquam ordinarij iudices, licet metropolitanus ibi tanquam maior sedeat.

Quæstio. Respōdet. ¶Sed surgit quæstio. Vtrum alij episcopi sunt assessores ipsi metropolitano in tali causa. Respondetur iuxta Hug.quod sunt eius assessores,quia assident ei,sed non sunt sic eius assessores, quin sint eius iudices ordinarij cũ eo.

2 ar.6.q.3.scitote.vnde episcopi† congregati in cõcilio loco ordinarij sunt in omnibus causis quæ vertuntur inter episcopos & clericos.2.q.6.placuit.vt presbyteri.&.c. si episcopus.& 11. q.3.si episcopus fortè.& quatuor capitulis sequentibus.& extra de iud.c.1.& de libe.obla.c.1. Quinimo.& in oĩbus causis clericorum quæ ad concilium referũtur.& 18.di.c.1. & 2. & in hoc.c.scitote.Et ita sentiunt Inno.& Host. extra de præben.graue.Arch.

Quæstio. Tertia qõ. 3 ¶Sed hic surgit quæstio. †Vtrum si papa degat causam episcopi. Vtrum eodem modo intererunt.12. episcopi.gl.videtur dicere ꝙ sic.Sed alij dicunt contrarium, nisi hoc sit expressum in commissione.hoc videtur sentire. Hu. expresse.j.e.c.1.Item.5.q.4.§.quod vero.& de hoc no.di.23. illud.in glo. Et ideo dic ꝙ hoc ex forma commissionis perpenditur secundum Io.de Fan.2.q.6.si episcopus.Archi.

1 *Episcopi dicuntur columnæ ecclesiæ,& quare.*
2 *Testem productum pro me an possim refutare.*
3 *Reconuentio an procedat in causa appellationis.*
4 *Clericus agens coram iudice seculari an possit reconueniri coram eodem iudice.*



ACcusatores. Inducit.c. hoc ad probandum quod episcopus audiri & iudicari non debet ab vno episcopo tantũ. & hoc.c.est continuum vsque ad sequens.c. suggero.Lex autem.C.quæ hic in aliquibus libris interseritur,non est de capitulo,& vel non debet

Diuisio. esse hic.vel debet poni & legi post hoc.c. Et diuiditur totum hoc.c.in 5.partes. In prima ponit. quod accusans episcopũ debet carere omni suspitione.secundo dicit. quod sentẽtia à nõ suo iudice lata tenet.tertiò quod per reconuentionem sit iudex competens,qui nõ erat.4.quod 12. iudices causam criminalem episcopi audiant & cognoscant,sed per papam terminetur.In quinta ponit quod absens iudicari non debet.2.ibi,nullum.3.ibi,cuius.4.ibi,iudices.12.quinta ibi, nisi ex contuma

Exponit literam. 1 cia.Lege.¶[Accusatores.columnas].i.episcopos. †Episcopi columnæ ecclesiæ dicuntur,quibus tanquam columnis regitur ecclesia.2.q.7.accusatio.Hu.de istis dicitur psa.74.Ego confir

a ¶ Hi sunt columnę. Episcopalis dignitatis plura enumerat P. de Anc. in c. accedentibus. n.2. de excess prælat.

a maui columnas eius hi sunt columnæ, † quibus domus ecclesiæ innititur. Iudicum.16.Hi sunt columnæ de lignis sethin, qui debent esse imputribiles per mundiciam. Exodi.26.Hu. debent cooperiri auro charitatis,vt colũnæ tabernaculi Exo. 36.hi debent ornari velut columnæ argenteæ diuinorum eloquiorum,vt habeant eloquia casta,& examinata,vt recta prædicent.& doceant.quia primo ad Tim.3.oportet episcopum doctorem esse.Hi columnæ ęreæ,de quibus.4.Reg.25.qa debent esse ęrei per donum fortitudinis, vt sint fortes in bello huius præsentis militiæ.& pugnent cum antiquo serpẽte. hi columnæ marmoreæ,de quibus Hester.1.& Canticorum.5. quia debent esse albi per mũdiciam castitatis, & frigidi cõtra ardorem luxuriæ,firmi & stabiles contra aduersa. his tamen aliquando passionibus aduersantium concutiuntur, & agitantur de quibus Iob.9.columnæ eius concutiẽtur. vnde ne iniustè à malignantibus episcopi passim impetantur, prohibẽtur episcopos accusare,& testificari,infames & viles psonæ[non à quibuslibet]quia non à laicis,nec à clericis criminosis, & suspectis. Hu.[agitari].i.accusari,vel iudicari.Hug. & Arc.[nullum.]etiam volentem.& est.2.pars.Et hic no. quod loquitur in episcopo.Clerici.n.etiam si velint non possunt ibi eligere extraneum iudicem,& si eligunt sententia eius non tenet. ar. hic.& s.e.q.6.non liceat.&c.Et propter hunc ver. Gratianus inducit sequentem legem.cuius &c.Bar.& Hu. quasi diceret illud generale & regulare est,sed exceptionem habet sicut potest videri per hanc legem.hoc.n.per hanc legẽ dicitur quod si conuenit aliquem coram iudice non suo,sed alio & ab eodẽ obiectum fuerit excipiẽdo,vel alio modo, sub eodem iudice tenetur respondere illi, nec potest excipere, quia iudex suus, sit.Et ideo sub eo non teneatur respondere, quia suus iudex factus est, licet prius non esset.Et hoc ea ratione,quia eũ conuenit coram illo.Generale.n.est.quod actor forum rei debeat sequi.vnde tũc iudex rei effectus est iudex actoris,quo ad causam illam. vnde actor tenetur ei respondere & ad exceptiones,& ad alia.vnde in tali articulo iudex delegatus & si ei non sit mandatum potest cognoscere,de causa illa, si à reo aliquid fuerit obiectum,vel motum contra actorem.vt extra. Et no. quod hæc lex inuenitur.C.de sen.& interlo. & est pars.l.Papinianus.[Codice.]continuari debet totum vsq; ad.c. suggero. quia ista lex non est de contextu, licet hic ponatur occasione illius verbi, nullum &c.Et ita continuatur,dictum est in ver. nullum.quod sententia lata à non suo iudice non valet,modo excipit hic per hanc.l.vnum casum.s. in reconuentione secũdum Hug.nec bene inducit magister legem istam, quia loquitur in causa ciuili cum capitulum loquatur in causa criminali. Lau.vnde dicit Hug.Si causa esset ciuilis & reus vellet eũ sub eodem iudice solenniter accusare, non credo eum audiendũ, nisi alias esset iudex ordinarius actoris. Archid.[cuius]tertia pars.hæc lex non est de canonico.vel non debet esse hic. vel debet poni & legi post hoc.c.accusatores.Hug.& Arc. Continuatio. Cõtra Gratianum. Laure.

2 ¶Hic surgit quæstio† vtrum testem semel productum per me aut iudicem impetratum refutare possim. Ad hoc respondetur quod testes à me semel productos nõ solum in eadem causa, sed in alijs non solum si persona contra quem ipsos primo produxi modo cõtra me producat eosdem, sed etiam si quęcunq; allia ex quo ipsos semel approbaui non possum de cætero reprobare.ar.4.q.3.si quis testibus.idẽ est de iudice sentiendum.ar.huius.l.cuius in agendo. hoc tamen intelligendũ est,vt dicit Arch.quando volo reprobare iudicem, aut testes, ex causa,quæ ex me procedit.Nã ex causa quæ ex alio procederet,bene possem,verbi gratia.patrem tuum in iudicem impetraui contra aliquem,modo tu vis habere eum contra me, bene possum eum recusare ex illa causa, quia pater tuus est. hæc.n.causa non ex me procedit,sed ex te ꝭm Inno. Et idem in teste.item etiam ex noua causa postquam eum produxi orta eum reprobare potero & recusare.vt patet in eo quod legit & no.extra de except.pastoralis. & de offi. deleg. insinuante. secundum Host.& Io.And.c.cum venerabilis. extra de exce. Quæstio. Respōdet. Archid. Innocen.

3 ¶Surgit hic quæstio †vtrum in causa appellationis procedat reconuentio.Solutio.dicit Archi.quod licet hæc litera sic indistinctè loquatur,non tamen locus est reconuentioni coram iudice appellationis,secundum Hosti.ff. de iudi.l.2.§. legatis. ver.ei quoq;.ff.eum qui app.in prouin.defer.in rubro,& nigr. istud tenet Host.secundum Arc.Sed dic plene ꝭm Io. An.extra de.mu.pœn.c.1.vbi dicit quod ꝭm opinionem quæ habet reconuentionem non posset fieri post litis conte. quod si est appellatum à diffinitiua vel interlocutoria post litis cont.nõ procedit reconuentio vbi autem est appellatum ante litis contest.quandiu pendet articulus appellationis].i.cognitio an fit bene vel malè appellatum non potest fieri reconuentio, quia nec tunc super principali proceditur. Si autem pronuntiauit bene appellatum,& cepit de principali cognoscere,tunc cum successerit iudici causæ principalis bene procedit coram illo reconuentio.Si autem pronuntiauit malè appellatum,tunc reuertitur ad iudicem à quo.& sic cum coram ipso iudice appellationis non fiat conuentio, ergo nec reconuentio.Io. An. in d.c.super ver.iustitiam. Hostiensi. Io.And. Quæstio. Respōder. Hostiensi. Archid. Ioan. An.

4 ¶Mouetur etiam hic iuxta glo. quæstio.† vtrum clericus agens coram iudice seculari reconueniri possit coram eodem iudice.Respondetur sub tali distinctione,quod aut loquimur de & super spiritualibus, aut de & sup causa temporali.Si primo modo est conclusio,quod non,patet conclusio. quia de his non valet iudicare, laicus, vt de iud.decernimus. Ioan. An. Quæstio. Respōdet.

Innoc. Hostiensi. iud.decernimus.&.c.quanto.& de decimis.tua.1.& 2. de iur. patro.relatum.& de excess.præla.graue.ſm Inno.& Hoſt.ſi lo quamur de cauſa temporali,tunc aut recõuenitur de crimine, & tunc aut eſt crimen canonicum ſeu eccleſiaſticum, aut nõ. Si ſic tunc eſt concluſio,quod nõ poteſt ſuper illo crimine re-conueniri,quia talia nõ poteſt iudex examinare, & multo mi nus iudicare,vt in auth.de man.prin.§.ſi vero canonicũ.coll. 3.& in auth.vt clerici apud proprios epiſcopos.§. ſi vero epi-ſcopum.Si vero crimen non eſt canonicum tunc aut recon-uenitur criminaliter ad pœnam corporalem infligendam, & de tali eſt concluſio,quod non poteſt reconueniri. patet con cluſio.extra de iudi.at ſi clerici.aut reconuenitur pro crimine quod pœnam pecuniariam infligit, & tunc eſt concluſio qđ locus eſt recõuentionis clerici coram iudice ſeculari,& ad re-quiſitionem iudicis ſecularis, ſi neceſſe fuerit epiſcopus ſen-tentiam exequetur.extra de for.compe. poſtulaſti. & ff.de re iudi.l.à diuo pio. ſecundum Hoſtien.& Spe. rubrica de recon uentione.§.dicamus.Eſt verum quod Io.Andr. dicit contra- Ioan. An. rium in ca.ex literis. de mu. pet.& de ſo. comp.c.2. vt refert Vlrichus. Henricus,multa alia de reconuentione poſſent dici, quæ re-linquentur pro alio loco,vel dimittemus magis peritis in hac facultate iuris[iudices. 12.]4.pars.hæc ſolennitas non exigi-tur ſi cauſa epiſcopi coram papa vel eius legato vel delegato tractetur,ipſe enim ſine alijs epiſcopis poteſt cauſam epiſco-pi examinare,& decidere ad depoſitionem epiſcopi.vt in præ cedenti.capitulo.diximus.idem poteſt legatus vel delegatus eius ſi ad hoc faciendum ſpecialiter delegauerit ipſum niſi pa pa velit illam ſolennitatem obſeruari ſiue coram ſe, ſiue co-ram delegato.vt ſupra.eod.quæſtio.6. hoc quippe di.50.ſtu-deat. Sed tunc ex toto obſeruanda cum metropolitanus, & alij epiſcopi authoritate ſua volunt examinare cauſam epiſco pi,& in hoc caſu intelligitur vbicunque inuenitur. quod 12. epiſcopi vel plures debent eſſe in cauſa epiſcopi.vt.j.5.q.4.c. 2.& 15.q.7.felix.Hug.& Archidia.[ſi neceſſe.]hæc conditio neceſsitatis non refertur ad numerum epiſcoporum,vt dica-tur ſi neceſſe fuerit vt ſint.12.hoc enim ſemp neceſſe eſt ſed refertur ad electionem accuſati, ſcilicet vt non dentur ei me tropolitano.ſed vt ipſe per ſe eligat,neceſſe eſt autem eũ eli-gere ſi electos à metropolitano vel ſuos comprouinciales ha bet ſuſpectos,& eos recuſauerit.vel ita[ſi neceſſe fuerit].i. ſi aliqua ei incumbit neceſsitas,vt ſi non poſsit omnes de pro-uincia congregare, ad minus congreget tot ſcilicet. 12. vt in-fra.cap.proxim. debet enim regulariter omnes de prouincia ſua congregare,ſi eſſent mille.vt ſupra.eo.q.6.ſi quis epiſcopo rum. Hug. [iudicetur]id eſt, ventiletur, & examinetur.aliàs Archid. Laurent. contradicet ei quod ſequitur.[finis.&c.]Hug.Laur.& Arch. [per ſe eligantur].i.à ſe,ſi electos à metropolitano habeat ſu ſpectos.vel ſuos comprouinciales vt dictum eſt[regulariter.] quinta pars.[vocato.]aliàs vocatus.Hug.& Lauren. conſtrue ſic.[vocatus primo]ad conuentum ſuorum epiſcoporum[au dietur] & per eos cauſa iuſtè & rationabiliter diſcernatur, & examinetur.ſecundum Hug.& Archidiacon.[finis.] ſcili-cet condemnationis,vel depoſitionis.non autem finis abſo-lutionis,quia ſine ſpeciali licentia papæ.ipſum poſſunt abſol-uere ſi videtur abſoluendus, ſicut ſine eius ſpeciali mandato poſſunt eius cauſam examinare.ar.ſ.e.q.6.quamuis ſecundũ Hug.& Lauren.[abſens.]niſi ex contumacia,quæ pro præſen tia habetur.vt.j.eod.q.9.[decernimus].& 3.q.9.abſens.C.vbi ſena.l.fin.Hug.& Lau.& Archid.



S Vggero. Ad idem ſequitur hoc. capitul. ex tertio concilio Carthaginen. ſumptum.Summa eſt,quod 12.epiſcopi ad mi-nus debent cauſam epiſcopi criminalem audire. Exponit li teram. Breue eſt. Lege textum. ¶[Suggero concilio-Laurent. rum]ſupra eodem quæſtio.ſexta.hoc quippe. Archidiacon. Io. de Fa. [in reatum]id eſt,de reatu alicuius criminis fuerit accuſatus. Hug. Laurent. Ioann. de Fantuc.] non poſſe plurimos.]quia omnes prouincia debent intereſſe. vt ſupra eodem quæſtio. 6.ſi quis epiſcoporum.Hug.[in crimine.]Reuera in ſuſpitio-ne criminis.Hug.[à 12.]excepto metropolitano. ¶ Sed hic Quæſtio. ſurgit quæſtio.Quid ſi in prouincia illa non inueniantur tot. Reſpõdet. Reſpondet Hug.quod debent vocari de vicina prouincia.ar. di.65.ſi forte.& 6.q.4.c.1.& 2.

¶ *Quæſtio Nona.*

1 *Procedi an poſſit contra abſentem accuſatum.*



D E accuſatoribus. Hic intitula tur.9.q.ſ. an quis poſſet accuſare abſentem, & contra eum teſtificari. Et diuiditur in 4. partes.ſe Diuiſio. cundum Archi.in prima probat per 12.au thoritates ſanctorum patrũ, quod abſens, non debeat condemnari, nec abſentes in eum teſtificari.in ſecunda tractat an valeat teſtimonium de auditu.in tertia probat, quod teſtes debent ſe concordare, & nihil falſum commiſcere.in quarta tractat an cauſa criminalis poſsit tractari per procuratorem.2.ibi in §.de his.tertia ibi.in §.ſimul autẽ.Quarta in §.niſi crimen.Nota quod vt dicit Arc. Archid. iſta quæſtio habet duo capita.de primo.ſ.de accuſatoribus tra ctat ſpecialiter vſq; ad.c.j.e.teſtes.& ibi incipit tractare de ſe cundo capite.ſ.ꝙ aliquis non poteſt teſtificari contra abſen-tes,imo potius ibi tractat quod abſens aliquis teſtificari nõ de bet.quod quidam intelligunt in cauſa criminali tantum. Alij vero idem dicunt in ciuili.& hoc verius eſt.vnde ſanè intelli-ge quod hic dicitur vel teſtibus in abſentem vocem teſtifica tionis &c. Archi. ¶ Pro pleniori intellectu huius partis. Quæ


1 ritur.tvtrum contra abſentem accuſatum procedi poſsit. Et Quæſtio. videtur quod ſic.primo de iure ciui.C.de pœnis.l.ne diu. & ff. Primũ ar. de pœnis.abſentem.¶ Secundò de iure canonico ſi procedat Secũdũ ar. per viam accuſationis.patet.4.q.5.c.1. ¶ Tertiò ſi per viam Tertiũ ar. inquiſitionis idem,quia tunc contra abſentem lite etiam nõ conteſt.recipiuntur teſtes.¶ Quartò ſi agatur per viam pur- Quartũ ar. gationis contra infamatum: idem arguitur,extra de pur.c.cũ. P.ergo videtur,quod contra abſentem accuſatũ procedi poſ-ſit.¶ In oppoſitum ſunt capitula multa huius partis.¶ Reſpõ Opponit & Reſpõ. ſio.dicendum præmiſsis aliquibus diſtinctionibus,prima di ſtinctio eſt.ꝙ abſens aut eſt abſens ex cauſa neceſſaria,puta cã reipublicæ.aut alias ex iuſta cauſa & probabili.ſ.cauſa peregri nationis vel ſtudiorum. Et de taliter abſente eſt concluſio. ꝙ contra eum non eſt recipienda accuſatio vel teſtificatio nec ſententia condemnationis contra eum proferenda. in quo ca ſu loquuntur fere omnia capitula huius quæſtionis. pro cu-ius concluſionis veritate apertius videnda poſſunt induci aliæ rationes.prima quia facies hominis facies leonis, magis for-midant aduerſarij falſa componere & confringere in præſen tia quam in abſentia.ſecundo quia dum accuſatus principali-ter videt.& audit aduerſarios, poteſt ex verbis eorum depre hendere quomodo reſpondere poſsit eorum dictis, & obie-ctis,& ſe contra eos præmunire tertio,quia legis ratione fulci tur hoc,& concordat approbatæ conſuetudini Romanorum per quam apoſtolus contra ſuos accuſatores. Act.25.excuſa-tur à Feſto,qui pro Paulo Iudæis reſpondit dicens.Nõ eſt Ro manis cõſuetudo damnare aliquem hominem, priuſquam is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locumq; accipiat ad abluenda crimina,quæ ei obijciuntur.Si vero eſt abſens ex cauſa voluntaria.ſ.ex cõtumacia,tunc ſequitur alia diſtinctio, in gl.aut in cauſa criminali,aut ciuili.Si in cauſa criminali eſt. 3.diſt.aut eſt reſpondendum ſecũdum leges,aut ſm canones Si reſpondendum ſit ſm leges eſt.4.di.ſ.aut ante litis conteſt. aut poſt.Si ante,eſt iſta concluſio.ꝙ de crimine nunquam pro ceditur contra abſentem lite non conte.niſi in caſu contra ap paritorem.ſ.in officio ſuo delinquentem. Iſta cõcluſio patet. C.de pœnis.l.ne diu.vnde taliter accuſatus citari debet legiti mè, vt ad cauſam veniat.ꝙ ſi non venerit dãnabitur,non pro crimine,ſed pro contumacia, pro qua punietur pecunialiter. vt.ff.de pœnis.abſentem.vel ſi fuerit crimen grauius eius bo na conſcribentur, & conſignabuntur,ſiue annotabuntur in fe ſtum per interlocutoriam iudicis dicentis. omnia bona talis citati & contumacis pono in banno fiſci, & ea cõfiſco, niſi ve nerit.j.annũ qui currit,ex quo innoteſcere potuit illi annota tio recuperabit bona & procedetur in cognitionem criminis ſi non venerit.j.annum,non audietur poſt ſuper bonis,ſed ſu per defenſione criminis perpetuo auditur.vt habetur.ff. de re qui.reis.l.1.& ibi no.l.2.& l.annus.& l.fi.hodie tamen ſm ſta tuta ciuitatum Italiæ contumax exbannitus habetur, ꝓ con-feſſo,nec poſtea ſuper crimine auditur ſm Io.de Fan. in c. ve Io. de Fa. ritatis.extra de dolo & contum. Si vero eſt abſens poſt litem conte.ſimiliter debet citari legitimè, & ſi non venerit refert an iudici liqueat plene,vel poſsit liquere de cauſa,aut non. Si liqueat,vel poteſt plene liquere,eſt concluſio ꝙ talis condem nabitur de crimine vel abſoluetur,ſi fuerit abſoluendus. Si nõ liquet,nec liquere poteſt,tunc eſt concluſio,quod talis pro ſo ſola contumacia condemnabitur.Et hæc quidem diſtinctio locum habet,ſm leges,quæ de crimine incognito abſentem

ante vel

ante vel post litis conte.condemnant. Sanctius.n.dicunt esse facinus nocentis relinqui impunitum, quam innocentẽ condemnari.vt.ff.de pœnis.absentem.In minoribus tamẽ crimi nibus quę pęnam relegationis vel damnum æstimationis con tinent bene,proceditur contra absentem, vt dicit glo.hic lite non conte.Sed accusator debet esse præsens ꝯm Bar. vt.ff.de pen.absentem.fallit vbi proceditur contra reum absente acto re.C.de adul.quamuis.vt dicit Arc.Sed dicit Io.de Fan. quod ibi erat in causa conclusum,nec restabat nisi proferre sententiam,& accusator se absentauerat causa reipublicę.Et est simi le de procu.auditis.vbi reuocatio procuratoris facta post cõclusionem etiam notificata iudici vel aduersario non impedit probationem sententiæ.in casu autem in quo in causa conclusum est legistæ distinguunt sic.aut tempore ferendæ sentẽtiæ vterq; est præsens accusator & accusatus ,& tunc non est dubium quia fertur sententia cõdemnatoria, vel absolutoria.vt C.de accu.l.vlt. Aut vterq; est absens, & tũc non fertur aliqua sententia nec absolutoria,nec condemnatoria.vt.C. de accu. l.absentem.Aut vnus est præsens,& alter est absens, & tunc subdistingue,aut abest accusator,aut accusat⁹.Si accusator abest,& reus est præsens,& tunc est ferenda absolutoria,& ferri non potest cum hoc casu puniri debeat pœna talionis accusator qui est absens.C.de ca.l.1.aut est ferenda sententia condẽ natoria,& tunc ferri potest.vt.C.de adul.l.quamuis. Si autem abest reus,& accusator est præsens,tunc si sit ferenda absolutoria potest ferri.ideo quia cessat ratio quare sententia non possit ferri in absentem.ergo &c.ff.de iure patro.l. adigere.§. quãuis.& extra de ap.cum cessante.& quia fauore alitus.&c. C.de leg.l.quod fauore. Si autem est facienda sententia condemnatoria tunc ferri non potest.per dictam absentem. Si vero in causa criminali ꝯm canones respondendum sit quæstioni,propositæ,vtrum valet contra absenrem reũ procedi possit.Respondetur aut contra criminosum proceditur per viã accusationis,aut per viam denuntiationis, & inquisitionis.Si per viam accusationis,tunc aut non liquet nec liquere potest de causa,& tunc est conclusio quod siue lis sit conte.siue non, proceditur ad sententiam diffinitiuam super crimine contra absentem sed excommunicabitur.vt.4.q.5.quisquis. & 11.q. 3.rursus.&.c.quicunq;. Et tunc aut venit infra annum,& tunc est conclusio, quod tunc absoluetur ab excommunicatione. aut audietur super crimine illo.aut non venit infra annum,& tunc est conclusio.quod post annum super crimine illo nõ au diet,quia intelligitur iuris interpretatione crimen confessus vt in c.alle.rursus.&.c.quicunq;.& extra de præsump. nullus. ꝯm Goff.& extra vt lite non contest.c.1.per Spec.§. sequitur videre.& Io.An.de hære.c.cum cõtumacia.in fi.lib.6. & post annũ huiusmodi excommunicatio potest aggrauari. vt procedatur contra eum ad suspensionem vel perpetuam beneficij,& officij priuationem.vt in c.alle.rursus.vt notat B. Inn. & Host.de æta.& quali.cum bonæ. aut liquet seu liquere põt de accu.& tunc aut non est lis contest.& tunc est conclusio.ꝙ nunquam est procedendum contra absentem lite non contest. Nostri.n.moderni doctores.vt dicit Arc.dicunt. ꝙ nũquam est procedendum contra absentem lite non contest.extra de iud.c.1.lib.6.vbi de hoc,& dicas.quòd.c.prædicta. rursus. quicunq;.&.c.decernimus.ÿ.e.q.intelliguntur lite conte. licet ex literis illorum non colligatur ꝯm B.Arc.Aut lis est cõtestata. Et tunc est conclusio quod possunt testes recipi contra eum, & si de causa liqueat sententia diffinitiua proferri,sic intellige prædictum.c.decernimus.& 24.q.3.de illicita.& 11. q.3.rursus.& quicunq;.quæ capitula loquuntur cum directè per viã accusationis agitur de crimine. Et ideo sicut dictum est capitula intelliguntur lite contestata. Si vero procedatur contra criminosum absentem per viam denuntiationis vel inquisitionis.Si per viam denuntiationis tunc est conclusio quod nõ requiritur litis contest.vt est casus secundum vnam lect.gl.in c.veritatis.de dolo & contum. Si deducitur per viam inquisitionis,& tunc si non possunt reperiri testes, qui deponant super veritate criminis, sed est propter infamiam indicẽda purgatio,& inquisitus est contumax in se purgando, tunc est cõclusio,quod absque litis contest.talis punitur de crimine,ac si esset conuictus.Et hoc voluit gl.hic,& clarius gl.24. q.3. de illicita.aut reperiuntur testes,qui probant veritatem criminis, tunc distingue,aut fit inquisitio contra absentem ad instantiã partis,& parte instante, & tunc est conclusio,non valet processus lite non conte.sed debet procedi contra eum alias ad annotationem bonorũ,vel aliàs prout not. in c. decernimus.aut fit inquisitio contra eum ex puro & mero officio iudicis parte aliqua instante, & tũc aut est absens.& tunc est conclusio ꝙ proceditur contra eum super principali lite non contestata, vt in c.alle.quoniam.&.c.qualiter.2.§.debet.de accu. Aut est præsens.& conclusio est.quòd ordo iudiciarius est seruãdus, alias processus non valeret.extra de pur.c.cũ dilectus. & hoc notat de monte Laudu.extra.de offi.or.c.1.in cle. idem nota. B.in d.c.qualiter.quo ad absentem in 1.gl.ver.si vero.infamatus.&c.Et quo ad præsentem in §.debet. vt dicit Henricus Boych.vel sic summatim posset dici ad quæstionem prædictam ꝯm quosdam,quod aut agitur de proferendo sententiã diffinitiuam immediate ex delicto in iudicio deducto.aut ex alia causa orta ex iudicio accusationis, vt quia fuit excommu nicatus, propter contumaciam,& ipse perdurauit in illa per annum,sic illa contumacia transiuit in speciem delicti,& tũc est conclusio quod sine lite contest. propter illam contumaciam damnari poterit.Et ita potest alio modo intelligi tex. di cti.ca.veritatis.Et hunc intellectum posuit ibi gl.magna.in fi. Et fuit intellectus Io.& ipse ponit in gl.ÿ.e.q.decernimus.Et ita potest intelligi.c.rursus.&.c.quicunq;.alle.in gl. aut agitur de ferenda diffinitiua sup crimine in iudicio deducto, & tũc aut crimen est notorium,& tunc est conclusio. quod non requiritur litis contest.Et ita potest intelligi tex.86. dist. tanta. vbi etiam de hoc. Nam ibi notoriè ille episcopus venerat ad exarandum messem illius. Aut delictum non est notorium,& tũc si est tale delictum ex quo periclitaretur publica vtilitas, si non procederetur,tunc est conclusio quod lite non contest. potest procedi contra absentem sicut est in crimine lapidationis propter quod vtilitas ecclesiæ destruitur. Et est istud qd voluit gl.hic esse speciale in crimine lapidationis.a idem tenet gl.2.q.8.c.1.Et ex ista ratione proceditur contra clericum nõ residentem,& absentem ad priuationem beneficij, ita dicit gl.magna in prin.in dicto.c.veritatis. Et ista potuit esse causa quare proceditur lite non contest.in crimine læsæ maiestatis, vt in extrauagan.ad reprimendam.Et idem & sequeretur periculum animarum si non procederetur, & esset impossibile litem contestari,tunc etiam procederet super crimine lite nõ contesta.Ita potest intelligi hæc gl.de processu , qui fit contra hæreticum mortuum ne ex eius opinione alij inducantur ad errores,aut ex tali delicto nõ periclitatur vtilitas,publica, vel immineret periculum animarum.Et tunc est conclusio quod, requiritur litis cont.vt dicit gl.hic & dicit de iudi. c.1. & hoc probat optimè.c.cum.I. & A.de re iudi.cum ibi no. Quantũ vero ad sententiam an possit ferri contra absentem dicendũ. vt.s.requiri contestationem litis.& si reus est absens ante cõ test.litis planum est,quod non potest vt lite non contesta. per totum.Aut sumus in casibus in quibus non requiritur litis cõ test.vel reus est absens in alijs casibus post conte. litis. & tũc si non liquet de causa de iure ciuili, non potest regulariter in criminibus capitalibus,vt dicit gl.hic fallit tamen in casu extrauagan.ad reprimendam,& alios quos ibi ponit Ber. In non capitalibus vero potest.de iure autem canonico glo.tenet hic quod possit,sed posset dici quod vbi esset imponenda pœna, non afflictiua corporis,licet sit ablatiua honoris quod posset sententia ferri contra absentem,vt patet in d.c.veritatis. & facit de schisma.c.1.lib.6.& de re.iur.lib.6.apostolicè.Si autem pœna afflictiua corporis esset imponẽda,vt pœna degradationis actualis,vel carceris,tunc requireret præsentia rei.sic posset dici quod idem esset de iure canonico,quod de iure ciuili, quia sententia esset frustratoria,nec posset sententia executionem habere,cum in personam sit facienda executio . Cum igitur hic sit eadem ratio de iure canonico , ideo erit idem ius.vt de constitutio. translato.istud vltimum tenet Ioan. de Fan.infra eod.decernimus.super glo.2.ibi in causa app. Hæc pro nunc sufficiant.Ex his quæ dicta sunt patet responsio ad argumenta in principio quæstionis.

Bartolus. Archid. Io.de Fan. Innocen. Hostiensis. Archid. Gui.de mõte laudun. Henricus Boych. Ioannes. a¶ Crimine dilapidationis. Dilapidatio fertur ad immobilia; quasi dilapidatio ad mobilis P. de Ancha. in ca. licet hel .n 13. de simon. Io.de Fa.

1 *Probationes accusatoris non recipiantur absente reo.*



Ccusatori. Incipit inducere authoritates ad propositum causæ, ꝓpositæ. Et ista est prima quæ est Thelesphori papæ.Summa satis exprimitur in rubro, videlicet quod nisi præsente reo accusator non audiatur.Et est sensus 1 quod probationes accusatoris non recipientur absente reo, sed vtraque parte præsente est accusatio examinanda.Lege.¶[Accusatori absente] ex necessaria vel iusta causa & non per contumaciam.Hu.[vtriusque partis]præsentis.Hug.

Exponit literam.

1 Sententi

1 Sententia lata contra abſentem ad quem citatio non peruenit an valeat.
2 Sententia lata contra abſentem an retractabitur eo veniente & abſentiæ iuſtam cauſam probante.
3 Citatio facta ab initio per procuratorem an ſufficiat.
Et an facta ad domum ſufficiat nu.4.
5 Iudex ſurrogatus an poſſit procedere abſque noua citatione contra abſentem iam citatum ab eo cui ſucceſſit.


Aueant. Ad idē eſt hoc.c. quod eſt Eleu-
therij papæ, in quo ſumma eſt, ꝙ
ſententia data abſente reo non valet. Et poteſt
Diuiſio. diuidi in tres partes. In prima dicit quod dictū
eſt, videlicet quod ſententia data abſente reo nō
valeat. In 2. punit proferentem illam. In 3. exclu
dit ab accuſatione & teſtificatione proditorem. 2. ibi, imo ēt.
3. ibi, proditoris vero. ¶ Pro intellectu tā capituli præſentis
quam eorum quæ tanguntur in glo. quæruntur. 5. quæſtiones:
Prima q. 1 prima eſt † vtrum contra abſentem ad quem citatio facta non
peruenit ſententia valeat. Et videtur quod non ex hoc.ca. vbi
dicitur. quod ſententia lata contra abſentem irrita erit. vnde
glo. ait, ar. hic pro opinione eorum qui dicunt quod ſententia
eſt nulla, cum peremptorium non venit ad notitiam abſentis
Opponit & Reſpō. vt. C. quomodo & qñ. in l. ea quæ. ff. quæ ſententiæ ſine appe.
1. §. cum ex edicto. ¶ In oppoſitū eſt gl. huius opinionis ſunt
pleriq;. ſicut Azo, qui dixit quod ſi quis citetur tribus edictis
vel vno peremptorio pro omnibus, licet ad eum edicta non
perueniant, tenet ſententia. quoniam vt dicit gl. videtur ſuffi-
cere ſi abſens ſufficienter fuit requiſitus ad hoc, vt poſsit fer
ri ſententia licet non ſit inuentus. vt extra qui fi. ſint leg. cām
& extra. de cle. non reſi. ex tuæ. cum alijs in gl. ¶ Secunda quę
Secūda q. Reſpōdet. 2 ſtio eſt † vtrum citato veniente & abſentiæ ſue iuſtam cauſam
probante retractabitur ſententia contra eum lata. Ad hanc re
ſpondet glo. & eiuſdem ſententiæ eſt Laur. & Azo: quod ſic.
Nam non videtur contumax, qui vocem præconis non audi
uit. ff. de in integ. re. l. diuus. vnde hoc certum eſt, quod ſiue ci
tatio ad ipſum peruenit, ſiue nō, ſi probauerit iuſtam cauſam
abſentiæ retractabitur id quod factum eſt. vt extra de ſent. &
re iudi. cum Bertoldus. Qualiter autem probari poſsit not. 4.
q. 5. c. 1. in fi. Qui de hac materia vult copiam ampliorem ha-
Innocen. Archid. bere, videat Innocentium extra de eo qui mit. in poſſeſ. ca. 1.
Archi. Nota tamen quod ſi denuntiatione facta compareat ꝓ
cur. generalis petens inducias, infra quas dominum conſulat,
debent ei dari. vt extra de procu. dilectus. Secus ſi eſſet ſpecia
liter conſtitutus, vt ibi notat Inno. & Hoſti. extra, hoc etiam
videas, quod notat Inno. & Hoſt. extra de appe. vt debitus. in
Tertia q. Reſpōdet. 3 gl. dicunt quidam Arc. ¶ Tertia quæſtio. † vtrum ſufficiat ab
initio citatio facta per procuratorem. Reſpondetur ad hanc
quod non, vbi dominus eſt præſens ſm Vincen. Et ponit Io.
An. in c. fi. de do. & contu. & quando citatur quis ad ſentētiam
eſt neceſſe, quod peremptorium exprimat ſi fiat vna citatio
no. extra de re iudi. cum Bertoldus. in quarta gl. & ſuper eam
per Io. And. & extra de offi. dele. conſuluit. & glo. in cle. ſæpe.
Quarta q. Reſpōdet. de ver. ſign. ad finem. ſuper ver. peremptoriè. ¶ Quarta quæ-
4 ſtio † vtrum ab initio ſufficiat citatio ad domū. Ad hanc quæ-
ſtionem reſpondet glo. quod ſic ita dicens. Hoc teneas. quod
ſufficit quod citetur aduerſarius publicè ad domum. vt extra
de do. & contu. cauſam. & c. vlt. hoc etiam patet per. l. ff. de ex
cu. tuto. ſcire oportet. §. oportet ibi, ad faciem vel ad domū,
& hoc tenuit. ff. de li. ag. l. 1. §. 1. ſed in l. 4. §. prętor. ff. de dam.
infect. dicit. quod ita demum ſufficiat citatio ad domū, ſi non
poteſt haberi copia perſonæ per dictum. §. prætor. & hoc te-
Innocen. net Inno. extra de eo qui mit. in poſſ. in fi. & hoc tenet. in cap.
cauſam. extra de dolo & contum. & hoc ſequitur Bart. in dic.
§. prætor. Eius tamen quod dicit glo. quod citatione facta po
teſt contumax excommunicari, contrarium tenet Inno. in c.
fi. de eo qui mit. in poſ. vbi dicit. quod non ſufficit quātum ad
hoc citatio ad domum cum antequam quis excommunicet,
debeat moneri. de ſen. excom. ſacro. Et idem tenet Vincē. de
offi. or. ad reprimendam. Et idem dicunt domini de Rota cō
cluſione. 261. Et idem videtur voluiſſe glo. ſuper ver. probabi
in c. ſacro. de ſen. excomm. vnde iſta glo. non videtur vera q̄-
Vincen. Quinta q. Reſpōdet. 5 tum ad examinationem. ¶ Quinta quæſtio eſt † vtrum iudex
ſurrogatus poſsit procedere abſque noua citatione. contra ab
Vod autem. Ad idem subiungitur hoc c. quod est Nicolai papę. Summa eius. 1 † ꝙ hęreticus: schismaticus: excõicatus depositus: vel contra quem pendet accusatio ab accusatione repelluntur. Et pōt diuidi in tres partes. in prima ponit quod dictum est. in 2. confirmat illud authoritate. 2. vniuersalis synodi. in 3. ostendit: qualiter trãsgressores huius puniantur. 2. ibi, si vero ecclesiasticum. 3. ibi, quid autem periculi. Lege. ¶ [Quod aũt.] pro cuius intellectu sciendum est, ꝙ multi erant excommunicati ab Ignatio Patriarcha cõstantinopolitano, qui recepti sunt in accusationem, & testimonium cõtra eum, & ad cõdemnandũ eũ ostendit ergo. Nicolaus Papa authoritate 2. synodi vniuersalis, ꝙ hoc non debuit esse. qui iam in parte decisa: Archi [Ignatio.] di. 21. submittitur. Lau. & Archi. [excommunicati]. i. à communione sacramẽtorum separati. Hu. [anathematizati. i. à communione fidelium separati. Aliud. n. est excommunicatio, aliud anathematizatio, siue anathema. 3. q. 4. engeltrudam. Hu. hoc etiam potest colligi extra de Iudi. cũ non ab homine. [nullam.] large intellige. s. vel accusando, vel contra eum testificando, vel sententialiter condemnãdo. Hu. [ex præstao in tempore] ex parte capituli, quod non est hic [vel præfato]. i. alias prolato. Arc. [Si vero]. 2. pars. verba sunt synodi [ecclesiasticũ] nota tribus modis ꝯm Hu. discrimẽ ecclesiasticũ. s. gñaliter oẽ crimẽ. extra. de iu. nouit. qa quodlibet ab ecclesia reprobať. vel cõdẽnať saltẽ quo ad pęnitentiã. scďo specialiter. i. cuius examinatio & condemnatio propriè ad ecclesiam pertinet, vt hęresis, simonia, adulterium quo ad separationem tori. idem no. extra de offi. ord. c. 1. in glo. [canones. &c.] & extra de fo. compe. cum sit. Et ad hoc facit extra vt ecclesiastica be. c. 1. ver. Et ideo nos Archid. 3. specialius, s. quod pro crimine reputatur secundum canones non secundum leges vt vsura. de his duobus vltimis habetur. 11. q. 1. si quis cũ clerico. [quod episcopo.] ignatio. Ber. [ꝓbari]. i. inquiri, an isti sint tales, qui accusare possint. Ber. 2. q. 7. si q & c. se. Arch. [hæreticis]. i. excommunicatis qui dicuntur hæretici. i. ab vnitate & ecclesiæ sacramentis separati. ex. de sen. ex si quem. [Archiepiscopos] supple maxime extra de iud. intelleximus. et extra. de except. pia. li. 6. in prin. Archi. [facere]. i. intẽtare. Arch. [negocijs]. i. criminibus. Hug. [sed ne hos.]. s. ab ignatio excõmunicatos, & sunt verba Nicolai. Hu. [inquiũt sancti patres] in concilio congregati Hu. [Olim] à nostris prædecessoribus [proiecti]. i. separati à communione fidelium. arg. † ꝙ omnis excommunicatus est hęreticus. vt. 24. q. 3. inter. [post]. i. talẽ proiectionẽ ab ecclesia. Hu. [à nobis anathematizati fuerũt.] porro verba sunt Nicolai. Hu. [aiunt sancti patres.] in concilio constituti. Hu. & Archi. [præter hos]. s. excommunicatos, qui fidem simulant. s. in aperto cum tamen intus sequanť hæresim. Hu. vel dic fictè confitentur secundum Ber. [schismaticos esse.]. i. diuisos & seaparatos ab ecclesia [& eos qui &c. collectas]. i. conuenticulas faciunt. s. schismatici sunt. vnde talibꝰ non est audientia præstanda. 23. q. 5. non vos. etiam excommunicandi sunt [si non excommunicati] 30. dist. si quis extra Hug. & Arch. [super]. i. pro Hug. causis. [quibusdam]. s. prædictis vel alijs. Hug. [proiecti]. i. separati. Ber. [excommunicati]. i. anathematizati. Hu. [vel proiecti.] ab officio, vel beneficio ecclesiastico. Hu. [ordine]. i. separati & remoti à communione siue clericorũ tantum, siue clericorum & laicorum. Hu. & Lau. [Episcopum.] maximè, quia nec aliquem alium supra c. 1. Ber. [primitus] regulariter repellitur excommunicatus ab omni actu legitimo. extra. de exceptio. pia. li. 6. [Similiter sub accusatione]. i. pendente accusatione. Ber. [non antea.] supple, maximè quantum ad hoc quod dicit laicali, quia nec postea secundum Io. de Fan. [clericorum] maximè Ber. [innoxios.]. i. inculpaberis ostenderit deficiẽtibus accusatoribus, vel per purgationem. Ber. [quid autem]. 3. pars. i. qua pœna. Ber. [regulæ] huius constitutionis.

Diuisio.

Exponit literam.

Laurent.

Archid.

Archidi.

Io. de Fa.

¶ *Quæstione 2. & 3.*



Ecunda. Hic reassumit magister simul secundã quæstionem & tertiam. Et diuiditur hæc pars in 4. partes; in prima determinat magister secundã & tertiã quæstionẽ. Et hoc per duo capitula sequẽtia. in 2. parte ponit quatuor leges, in quibus probatur quæ sunt attendenda in testibus. in 3. ponuntur certæ personæ quæ in iure non coguntur ferre testimonium, & quædam quæ accusare non possunt. in 4. ponit quasdam leges, in quibus probat quales testes faciunt fidem. 2. ibi in. §. in criminali 3. ibi in. §. item in le. 4. ibi item qui falsæ. Circa primam partem in primis respondet. 2. quæstioni quæ est an infra 14. annos quis sit admittendus ad testimonium. Et respondetur ꝙ in causa criminali nullus admittitur ad testimonium ante. 20. annos. 3. q. est. an quicunq; repellitur ab accusatione, repellatur etiam à testimonio. Et hæc quæstio vt dicit Hug. nullam habet difficultatem. Certum est enim & regulare quòd sic, licet non in quibuscunque casibus, vt patet in glo.

Diuisio.

1 *Repulsus ab accusatione non admittitur ad testimonium.*

2 *In causa criminali non recipitur aliquid ad testimonium ante viginti annos.*

Estes. Inducit ad probandum propositum hoc c. Summa eius est. † ꝙ qui repellitur ab accusatione & domesticus & impubes non admittitur ad testimonium. patet. Lege. ¶ [Testes. nec ad accusationem.]. s. ex vitio personæ. [vel etiam quos accusator] de hoc leg. & notatur extra de testi. in literis. Arch. & supra. 3. q. 5. in summa. [infra. 14. annum. hoc ideo statutum est, quia tales sacramentum de calumnia præstare non possunt, cum ante talẽ ætatem nullus iurare debeat vt. 22. q. 5. pueri. & c. honestum. Et hoc verum est in causa ciuili. 2 † in causa vero criminali non recipitur aliquis ad testimonium ante. 20. annos. vt infra e. q. in testimonium. districtius. n. & diligentius procedendum est in causa criminali quam ciuili. illud autem q. non est dignum, an quis post annum. 14. possit testificari de his quæ vidit vel nouit ante annum. 14. potest quidem licite. ar. dist. 37. relatum. & de conse. di. 4. placuit. Hug.

Exponit literam.

1 *Pretium siue pecuniam accipere pro testimonio an sit licitum.*

Lacuit. Palea est, & habetur pro grano extra. de test. c. 1. Summa. testis pretio cõduci nõ debet sed debet esse fidelis, et ieiunus testimoniũ dicere. Et pōt diuidi in tres partes secundum tria dict. primum est vt pretio testis nõ conducatur. secundum est ꝙ sit fidelis. 3. ꝙ sit ieiunus. 2. ibi, & vt quique. 3. ibi, & vt nullus. Pro pleniori notitia huius. c. quæritur. 1 † Vtrũ licitum sit pro testimonio prætium siue pecuniam accipere. Et videtur ꝙ sic. quia infra. e. habetur lex canonizata dicens. Venturus autem ad iudicium per accusatorem aut ab his per quos fuerant postulati, sumptus competentes ministrentur, etiam si in pecuniaria causa ab alterutra parte testes sint producendi. ¶ In oppositum est. c. præsens. ¶ Respon. dicendum. ꝙ non est licitum pro testificatione pecuniam recipere, ista conclusio est beati Augustini ad macedonium dicentis. Non debet iudex videre iudicium, nec testis verum testimonium. item idem ad eundem cum iudicia & testimonia, quæ nec vera nec iusta vendenda sunt iniqua, vel falsa venduntur. multo sceleratius pecunia sumitur. quia scelerate quamuis à volentibus datur. vbi notãdum ꝙ vt dicit Alexander de halis in 3. & sanctus Tho. in 2. 2. aliud pro testificatione munus accipere, aliud sumptus necessarios percipere. primum. n. nephas est, & preuaricatio. vnde dicit beatꝰ Gregorius. si spes muneris subtrahitur, confestim à confessione iustitiæ recedunt, acceptio munerum præuaricatio veritatis est, vnde & de iusto dicitur. Qui excutit manus suas ab oĩ munere, ille in excelsis habitabit. & hoc idem intelligitur de iudice sicut habetur. 11. q. 3. abiit Iudas. secundum vero. s. accipere necessarios sumptus, licitum est, cum oporteat ad locũ remotum pro testimonio ferendo procedere. Non. n. tenetur proprijs stipendijs militare. & sic patet responsio ad obiecta. Lege. ¶ [Placuit pretio.] quia eorum non valet testimonium quia precio sunt corrupti infra. e. §. in criminali. ver. item testium

Diuisio.

Quæstio. Primũ ar.

Opponit & Respõ.

Alexãder de halis. Sanc. Tho. Grego.

Exponit literam.

stiū fides & de proba.licet,vt no.Ber.c.1.de test.[idonei.]idoneus reputabitur ex quo per aliquam exceptionem non repellitur.quia quilibet præsumitur idoneus nisi probetur contrarium.de præsump.dudum.& edictum de testibus prohibitorium est,nec quilibet admittatur,qui non repellitur.ff.de test.l.1.§.1.& hic.[Et fideles.]quia infideles non admittuntur.ff.eo.l.1.& 2.q.7.non potest[nisi ieiunus] & hoc de honestate non de necessitate sic.22.q.5.honestum.Ber.vbi supra.

1 *Incontinenti fieri quando dicatur.*

Item in criminali. Hic incipit.2.pars huius q̄stionis, in qua ponit quatuor leges,in quibus probat quæ sunt attēdēda in testibus, & hoc vsq; ad.l.illam item.l.Iul.Io.de Archi.Summa huius legis variè assignatur secundum varios intellectus eius. Secundum vero intellectum quem communiter tenēt doctores potest sic summari.falsus testis in vno iudicio in alio produci nō potest.Secundum vero intellectum alium summari potest sic. ꝙ testis inductus semel contra aliquem in causa criminali nō poterit amplius induci contra eum, nec in illa causa, nec in alia.Secundum vero alium intellectum vel aliam lecturam potest tertio sic summari.Testis qui semel deposuit in causa non possit post attestationes publicatas iterato produci in eadem causa super eisdem capitulis.secūdum gl.Lege. ¶[Itē.] sequendo primum intellectum exponitur sic secundum Hu. [reum].i.falsum testimonium contra quem vel pro quo nūc inducitur.Talis.n.semper postea præsumitur calumniari, & iste fortè videtur verior intellectus vt dicit Ba.& idem videtur secundum Vincen.& Inno.prout ipsi notant in decre. illa alle.in gl.fraternitatis secundum Arch.sequēdo ſm intellectum.exponitur[reum].i.accusatum vel conuentum.Talis.n. qui obtulit testimonium contra aliquem, si iterum inducitur contra eundem,non debet admitti.quia hoc ipso videtur suspectus,& eum persequi & odire,& hoc dicunt esse verum in causa criminali,vt dicit Gratianus et non in causa ciuili.Hugū.Et idem dicit glo.hic.Et hoc videtur tenere glos.extra de testi m.fraternitatis.in secundo.glo.idem sentit glo.vltima extra.de accusat.meminimus.Et idem intelligit Host.quando quis sponte & sine coactione se obtulit,vel venit ad testificandum.Secus si per iudicem coactus fuisset,tunc.n.bonum obedientiæ ab omni suspicione & calumnia excusaret.23.q.1.qd culpatur de temp.or.ad aures.Io.And.super dicta glo.vltima. Et vide in spe.de testi.§.1.ver.item quòd in alia causa criminali.Secundum vero tertium intellectum exponitur.sic[qui antea.]s.ante publicationem testium potest sed post publicatas attestationes non vt in glo.quod potest melius intelligi ponendo talem casum. Vnus testis, iurauit, & postquam testificatus est, recessit,tandem publicatę sunt attestationes, vel vni parti tantum vel vtrique, si postea velit iterum induci ab eodem quasi aliquid additurus non debet,audiri,nisi velit aduersarius.quia præsumitur instructus,sed ante publicatas attestationes velit litigator eundem testem introducere. iterum credo,quòd possit iterum & iterum introducere,quia in prima vice non habuit omnia in memoria & testes sic iterum introducti dicuntur reuersi.Et quòd sic iterum possunt induci testes colligitur ex illo authentico de testi.§.quoniam vero &.ff.de q.l.1.§.seruum.& l.reperi.Hug.item credo quòd iudex ex officio possit eum interrogare iterum,& ante,& post publicata testimonia.Hug.item quando testis obscure dicit. iudex qui ex officio inquirit potest iterum examinare testes qui obscure dixerunt post publicationem. vt extra de testi. cum clamor.vbi de hoc.& sic notat ibi Innoc,speciale est in inquisitione,quæ ex puro & mero officio fit,vt non attendatur ibi testium publicatio quantum ad hoc. quoniam testis semper ibi producitur cum ibi cesset subordinationis timor. Et forte hæc dilucidatio non est facienda ad petitionem partis,sed officio iudicis secundum Innoc.Et idem asserit Bern. extra de proba.in prin.& de testi.per tuas.vbi Tan.not.ibidē. Et facit hanc materiam quod le.& no.2.q.1.notum. Et ibi dixi.Arch.Testis à seipso potest corrigere dictum suum si id faciat incontinenti.Secus si ex interuallo,extra de testi. cogen. præterea.in fi.¶ Sed surgit q.†quando dicetur fieri incontinēti.respondet Hosti.quòd relinquitur arbitrio iudicis. Communiter tenetur quòd antequam potuerit loqui partibus,vel ab eis instrui,an si sit obscurum sit interrogandus,vt illud declaret.dic,vt supra & in dicto.c.per tuas.& per Ioan. And.in c.cum clamor.in glo.magna ad fi.

Exponit literam. — Vincen. Innocen. Archid. — Hostiēsis. — Casus. — Innocen. — Tācredus. — Archidia. — Quæstio. Respōdet. Hostien. Io And.

1 *Testi qui sibiipsi dissidet an sit fides adhibenda.*

2 *Testis vnus si contradicat alteri, vel pluribus, an eius testimonium sit validum; an euacuatum.nu.3.*

4 *Testibus pluribus ex vna parte productis & concordātibus an semper sit fides adhibenda. Et quid si quidam aliud, alij aliud & in numero pari. num.5. Et quid si sibi inuicem contradicant num.6.*

Et quid si omnes sunt eiusdem æstimationis, honestatis, & honoris nu.7. Simile nu.8.& 9.

10 *Testes si contradicant instrumento cui sit credendum.*



SI testis. §.est in.l.ob carmen.ff.de test.Summa ꝙ si omnes testes in idem concordant.Et sunt eiusdem honestatis omnia testimonia sunt sequenda.Sed si discordant,non stabitur numero.sed eorum erunt sequenda testimonia,quæ fuerint rei aptiora & vero proximiora. Et secūdum hoc potest diuidi in duas partes secūdum illa duo dicta.2.ibi. si vero,quia hic tangitur in glo.de contrarietate testimoniū pro eius pleniori notitia veniunt hic quærenda plura, primū est istud.†Vtrum testi qui sibi ipsi dissidet sit fides adhibēda. Et videtur quòd sic.Nam testis interrogatur de credulitate & de fama.sed per considerationem differentem circunstantiarum probabiliter potest moueri ad differentem credulitatem differenti tempore interrogatus.Ponatur ergo ꝙ interrogatus de credulitate differenti tempore diuersa respondeat interrogatus de visu,& scientia vniformiter respondeat constans est quòd ipse respondeat secundum veritatem consciētiæ.ergo si sibi ipsi dissidet,vt dictum est nihilominus erit fides sibi adhibenda.¶In oppositum est hic glo.¶Respon. dicendum quòd sit testis contraria siue diuersa diceret,testimonium eius non valet imo reprobatur,& conuincitur ore proprio.Ista conclusio patet.3.q.9.nihilominus.Et est beat. Ambrosij.li.de paradiso pura & simplex testimonij series intimāda est,plerunque testis cum ad seriem gestorū aliquid ex suo adiicit,totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. Eadem conclusio patet.23.q.7.quòd autē.& extra de appell. solicitudinem.in fi.nisi faciat incontinenti corrigendo se.extra de testi.cogen.Præterea dicit Hostiensis quòd si ex parte falsus testis inueniatur,in nullo creditur ei.disti.9.si ad sacras. Item infra ea.in ver.Item qui falsæ.¶ Ad argumentum in cōtrarium respondetur iuxta Alexandrum de Halis in.3.quòd prædictus non est dicendus sibiipsi desidere, quia ſm conscientiam profert.quamuis differentur propter differens tēpus & credulitatem.sed si respectu eiusdem temporis de sciētia siue visu sibi contraria vel diuersa diceret, testimonium eius omnino non valeret.vt dictum est.

Diuisio. — Quæsti.1. — Opponit & Respōdet. — Ambrosij — Hostien. — Ad argu. Alexander de halis.

2 Secundo quæritur.†Vtrum si vnus testis contradicit alteri,vel pluribus,eius testimoniū sit validum.Ad hanc quæstionem respondetur quòd si vnus contradicit alteri.Et nulla alia probatio vel coniectura appareat, ambo repelluntur,quia ad vocem vnius non potest ferri sententia,secundum Hu.Dicitur autem,si nulla probatio vel coniectura,quia aliud esset, vbi alter tantū esset melior,vel dignior quòd prouocet iudicem ad iusiurandum deferendum. C. de re.credi.l.in bonę fidei. Vincen.Et ponit Io.An.in.c.in nostra,extra de testi.super prima glo.vbi de hac materia.Et vide in Spe.de teste.§.postquam.circa princi.vbi dicit Specu.quòd si duo tantum sunt producti,& contradicunt,non credit nisi alter aptiora negotio dicat quo casu ꝓdest ad præsumptionē.

Secūda q. Respōdet. — Vincen. Ioan.and.

3 Tertio quæritur. † Vtrum si vnus testis contradicat pluribus testimonium sit euanatum. Ad hoc respondetur in glo.quòd non dummodo alij vel aliqui eorum duo.s.vel tres concordent.vt dicit Hug.quia talis contrarietas non obstat,quia vnius testimoniū nec iustificat, nec condemnat,nisi contradicat pluribus cum quibus ipse est scriptus in aliquo instrumento.

Tertia q. Respōdet.

Quarto quæritur.†Vtrum pluribus testibus ex vna parte productis & concordantibus sit semp fides adhibenda.Et videtur quod sic.quia plures sunt & concordant,& sicut dicit lex Deuter.19. In ore duorum vel triū stabit omne verbum.¶In oppositum videtur quia possunt testes esse corrupti,& vnum, & eundem meditatum sermonem dicent,ergo non erit eis credendum.Nam vt infra ea.§. lex ponitur quòd in testibus considerandum est qui simpliciter testimonium dicant.Vtrum vnum eundemq; sermonem meditatum afferant. Ad hanc quæstionem respondetur per. l.præsenti, in qua dicitur,testes omnes eiusdem honestatis & æstimationis sunt,& negocij qualitas ac iudicis metus,cū his

Quarta q. — Primū ar. Opponit contrariū — Respōdet.

his concurrit ſequenda ſunt omnia teſtimonia. Recurrendũ eſt ergo ad conditiones quæ requiruntur ad teſtem idoneũ. Et ita patet reſponſio ad rationem.

Quinta q. Respõdet.

5 Quinto quæritur.†Si ex teſtibus productis quidam eorũ aliud dixerũt,& alij aliud licet impari numero, quibus ſit fides adhibenda. Ad hanc reſpondetur per ſecundam partem legis preſentis vbi dicitur. Porro ſiue diuerſa ſeu contraria teſtes dixerint,credendum eſt dictis eorum, qui dicunt illud quod negotio non conuenit,aut quod inimicitiæ aut gratiæ ſuſpitione caret.confirmabitque iudex motum animi ſui ex argumẽtis & teſtimonijs,quæ rei eſſe aptiora & veritati proximiora eſſe comperit.

Sexta q.

6 Sexto queritur.†Si teſtes ex utraque parte producti ſibi inuicem contradicant,quibus eorum fides ſit adhibenda non videtur dicendum quod illi parti ſit fides adhibenda ex qua parte ſunt plures. Tum primo quia lex noſtra dicit contrarium,ſecundum quod non oportet ad multitudinem reſpicere ſed ad ſynceram teſtimoniorum fidem quibus lux veritatis aſſiſtat. Item ſecundo poſſibile eſt multos eſſe viles & corruptos ex vna parte,& tamẽ numero eſſe plures.& tamen certum eſt,quòd tunc non eſt ſtandum talium teſtimonio,quia ſicut dicit beatus Greg.ſupra q.1.in c.in primis.ſi viliſſimi teſtes ſint exhibiti,nullius ſunt momenti. Ad hanc reſpondetur quòd ſi plures teſtes cõtradicant pluribus ſiue ſint omnes producti ex vna parte ſiue ex oppoſitis partibus,iudex concordabit contrarietatem eorum ſi poteſt.ſicut Auguſtinus concordat dicta euangeliſtarum , quæ videntur contraria.extra.e.c.cum tu fili.ſi non poteſt regulariter,teſtimonium plurium præualebit,niſi ex altera parte ſit tanta dignitas quòd merito debeat præiudicare numero vel niſi pauciores debet veroſimiliora & aptiora negotio: vel ꝑ pauciores plura probentur q̃ per plures. Et ſi plures teſtes probant me poſſediſſe rem aliquam per.10.annos,pauciores verò me per.40.annos poſſediſſe,& cum hoc probant titulũ poſſidendi.tunc.n.valet teſtimonium paucorum,vt patet ex pręſenti lege,vbi dicitur.quòd non oportet ad multitudinem reſpicere. Iſta etiam reſpõſio habetur Exo.23. non in iudicio plurimorum acquieſces ſentẽtiæ, vt à vero deuies, nec ſequaris turbam ad faciendum malum.de hoc etiam extra de teſtimo.in noſtra.

Primũ ar. Secũdũ ar. Respõdet.

Septima q. Respõdet. Innocen.

7 Septimo quæritur.†Si omnes teſtes producti ex vtraque parte ſint eiuſdem ęſtimitationis, & honeſtatis & honoris,quibus credendum eſt, ad hanc reſpondetur quòd ſtabitur pluralitati teſtium,ſicut dicit Innocen. extra de teſti.c.in noſtra.vbi ad aliqua reſponſio habetur ad plenum ad iſtas duas proximas quæſtiones.

Octaua q.

8 Octaua quæritur.†Si tot teſtes ſint ex vna parte, quot ex alia eiuſdem honeſtatis,& æſtimationis,vel ex vna parte plures, & ex alia digniores , ita qđ numero poſſit dignitas adæquari & econuerſo,quid tunc iudici faciendũ eſt. Ad hoc reſpondetur iuxta Alexandrum de halis in tertio quod dicendum eſt ſecundum decretum Lucij tertij. extra de proba.c.ex literis tuis.vbi ait. ſi ambarum partium teſtes ſunt æque idonei,poſſeſſoris ſiue rei pars alteri præfertur, cũ promptiora ſint iura ad ſoluendum, quam ad damnãdũ præter quam in liberali cauſa,in qua ſi vtriuſq; partis teſtes ęquales fuerint pro liberali ſententia proferatur, generaliter ergo in iudiciis pro reo ſententiandum eſt cũ in teſtibus ęqualitas eſt,ſequendi.n.ſunt teſtes,qui ad humanã declinant ſententiam & hoc niſi fauorabilior ſit pars actoris , quia videlicet ſtat pro libertate vel pro dote,vel pro teſtamento, vel pupillo,vel pro vidua.Hæc.n.declinant ad humanam ſententiã propter quod dicitur Eccl.4.Eſto pupillis in iudicando miſericors vt pater,& pro viro matri illorum.

Respõdet. Alexander de halis.

Nona q. Respõdet. Hoſtiẽſis.

9 Nono quæritur.†Quid ſi neuter poſſidet rem ſed vterque petit eam ab aliquo extraneo & teſtes prædicto modo ſunt pares.Reſpondetur quòd diuidatur res ſi poteſt ſicut fuit iudicium Salomonis inter meretrices.3.Reg.3. ar.de præſumpta.aſſerte.Si autem non poteſt diuidi,poteſt iudex gratificare,& dare cui vult.arg.extra de parochi.c.1.& de iure patro.quod autem.vel forte vt dicit Hoſt.dirimetur res ſorte.ar.ff.de iudi.ſed cum ambo.&.C.communia de le.l.vlti. 26.q.2.Sors.Et videtur quòd iudex retinere poſſet. ar. extra de decimis.quoniam.

Decima q. Respõdet.

10 Decimo quæritur.†Quid ſi teſtes contradicunt inſtrumento.Reſpondetur quòd teſtes præualent inſtrumento,niſi in his quæ melius probantur per inſtrumentum,quam per teſtes,vt ſententia lata,& arbitrium , & commiſſio facta iudicibus,& niſi inuentario publicè cõfecto. Nã cõtra illud nõ admittunt teſtes,& niſi in inſtrumẽto, in quo mulier confitetur recepiſſe pecuniam pro interceſſione fideiuſſoris,tunc.n.omnino credendũ eſt inſtrumento.ſicut dicitur.C.ad ſenatuſcõſul. Vellei.l.antiqua.Oportet autem,quòd ad minus per quatuor teſtes reprobetur inſtrumentum, quia inſtrumentum obtinet vicem duorum teſtium. Et tabellio æquipollet vel eſt maior vno teſte.Lege.¶[Si teſtes.æſtimationis].i.famæ.Et poteſt hoc quod hic dicitur intelli i de teſtibus ab eadem vel vtraq; parte productis ſecundũ Bar.Brix. Arch.dicit Hu.quòd hęc lex proculdubio intelligitur de teſtibus tantum ex vna parte productis.[ſequenda].i. iudicandum ſecundum Bar.Brixien.[teſtimonia]in idem & pro eadem parte conſentientia ſint vtriuſque partis ſiue ſint vnius cũ altera non produxerit.Accur. Hoc vult dicere,qđ ſi teſtes ſint æquales,iudex debet ferre ſententiam pro vtraque parte vel rem diuidere,vel dicere,vti poſsidetis ita poſsideatis.Sed circa hoc videas quod legitur & not.extra de proba.licet.Archid.[Si vero]ſecunda pars.[Aliud].i contrarium.Hu. [dixerint]ſupple ſub & alii aliud Archi.[in pari numero].i. tot dicunt hoc,quot dicunt illud.vel ſit vna dictio.i.quamuis plures dicant hoc,& pauciores illud,ſi tamẽ paucioribus lux veritatis potius aſsiſtit eis,potius credendum eſt.Hu.[ſuſpitione careat].3.q.5.c.2.& ſuſpectos.Arch.[ex argumentis] quæ fidẽ faciunt vt patet in eo ꝙ legitur & no. extra.de cleri.pere. c.2.Archid.[teſtimonijs].i.dictis teſtium.Arch:[vero].i.veritati.[ac proximiora].Hi.n.potius credendi ſunt,vt di.9.ego eis Hugu.non.n.ad multitudinem.ſic extra de teſti.in noſtra. Archidiac.[ſynceram].i.puram. [lux].i. veritas , quæ lucet in ſe,& facit alia lucere.Hug.Bern.Arch.[vel lex veritatis]id eſt aperta veritas adeſt teſtimonijs , ſed quia latet repelluntur. Hugo.

Exponit literam. Respõdet.

Diuiſio.

IN teſtibus. Lex eſt.2.ff.de teſti.Et poteſt diuidi in duas partes in. prima dicit quòd in teſtibus conſideranda ſunt fides dignitas &c.In ſecunda infert,quòd teſtes qui aduerſus fidem vacillant audiendi non ſunt Lege.¶.[In teſtibus dignitas mores grauitas]hæc tria ſunt argumanta fidei,& ideo præcipiũtur inquiri.vt fides potius adhibeat. Hug. & fides intelligitur ex dignitate & morib.ff.de tuto.& cura.da.ab his.l.ſcire oportet.§.penul.[moderanda].i.examinanda conſideranda . Arc. [Et ideo]ſecunda pars.[aduerſus fidem vacillant].i. titubant in ipſa prolatione,quia nec negant,nec aſſerunt firmiter , ſed dubitanter proponunt[non ſunt audiendi] & multo minus credendi. Hug.& iuxta glo.vel ſic aduerſus fidem vacillant, quia cum ſibi contraria dicunt,ſemetipſos excludunt.ff. quando app.ſit.l.n.§.ſi alius. Accur.[audiendi].i. ex audiendi.Accu.

Exponit literam.

Repellendus an aliquis ſit à teſtimonio ſine culpa. 1

Accuſatus in aliquo caſu poteſt excipere contra teſtes. 2

Notati in litera an couuenienter repellantur à teſtimonio. 3

Priuilegium paucorum non facit legem communem. 4

Pater non eſt idoneus teſtis pro filio,nec filius pro patre. 5

ITem teſtium. Hoc eſt principium tertiæ legis.ff.e.in quo ponuntur aliqua, quæ in teſtibus ſunt examinanda & conſiderãda. ¶ Pro cuius materię pleniori intellectu ſunt aliqua quęrenda.primum eſt.† Vtrũ aliquis ſine culpa ſit repellendus à teſtimonio ferendo.Et videtur ꝙ non,primo ſic.Quibuſdam.n.in pœnam infligitur, ꝙ ad teſtimonium non admittantur,ſicut patet in his qui infamia notãtur.vt patet tam in præſenti.c.quam extra.de teſti. teſtimoniũ. & de verb.ſig.forus.in fi.Sed pœna nõ eſt infligẽda,niſi pro culpa.ergo videt ꝙ nullus à teſtimonio debeat repelli,niſi propter culpam. ¶ Secundo ſic.de quolibet præſumendum eſt bonum niſi appareat contrarium.extra de præſumpt.c.fi.Sed ad bonitatem hominis pertinet,ꝙ verum teſtimonium dicat.Cum ergo non poſsit conſtare de contrario,niſi propter aliquam culpam videtur ꝙ nullus à teſtimonio debeat repelli,niſi propter culpã.¶ Tertio ſic.ad ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis , nullus redditur non idoneus, niſi propter peccatum , ſed teſtificari veritatem eſt de neceſſitate ſalutis,vt ſupra viſum eſt circa.cap.quod vero ſecunda q.quarta. ergo nullus debet excludi à teſtificãdo,niſi propter culpam . Sed in oppoſitum eſt text. præſentis.l.vbi ſerui, & pauperes reppelluntur à teſtimonio . Item habetur ſupra ſecũda.q.1.in primis dicit Gregorius,ꝙ ſi epiſcopus accuſatus fuerit à

Quæſt.1. Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Respõdet.

fuerit à seruis suis, minime debet audiri. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, φ conuenientissimè aliqui repellũtur à testificatione etiam sine culpa. Ista conclusio patet. Tũ quia tam lex diuina quam canonica quam ciuilis aliquos repellit. Ratione probatur iuxta Sanctum Tho. in secunda secũdæ. q. 80. ar. 3. sic. testimonium hominũ nõ habet infallibilẽ certitudinem, sed probabilem. Et ideo quicquid est quod probabilitatem auferat in contrarium reddit testimonium inefficax. Redditur autem probabile, quòd aliquis in veritate testificanda non sit firmus, quandoque quidem propter culpã vt infideles & infames. Itẽ illi qui publico crimine rei sunt q nec accusare possunt, quãdoq; autem sine culpa & hoc ex defectu rationis, sicut patet in pueris, in amentibus, & in mulieribus, vel ex affectu, sicut patet de inimicis & de personis coniunctis & domesticis, vel etiam ex interiori conditione, sicut sunt pauperes serui, & illi quibus imperari potest. de quibus probabile est, quòd facile possent seduci ad testimoniũ ferendum contra veritatem, & sic patet quòd testimoniũ alicuius repellitur propter culpam, & quandoque absque culpa. † Ex
2 ista conclusione sequitur corollariè, quod licite accusatus in aliquo casu potest excipere contra testes. Istud corollarium sequitur ex dictis sic, testes inducuntur ad confirmationem veritatis incertæ iudici, in quantum iudex. ergo cõtra omnes adductos in testimonium de quibus est probabile secundum iura quòd de facili declinarent à veritate potest excipere reus ad suam defensionem. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta Sanctum Tho. quòd repellere aliquẽ à testimonio magis pertinet ad cautelam falsi testimonii vitandi, quam ad pœnam. vnde ratio non sequitur. Vel dicendum quòd non est verum vniuersaliter, quòd quis reppellatur à testimonio semp propter culpam. ¶ Ad secundã rñdetur iuxta eundem Sanctũ Tho. φ de quolibet præsumendum est bonum nisi appareat contrarium: dummodo non vergat in periculum alterius, quia tunc adhibenda est cautela, vt non de facili vnicuiq; credatur. Iuxta illud Ioan. 4. nolite credere omni spiritui. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta eundem sanctum Thom. quòd testificari est de necessitate salutis supposita testis idoneitate. & ordine iuris. vnde nihil prohibet aliquos excusari à testimonio ferendo, si non reputentur idonei secundum iura.

S. Thom. — *Ad primũ ergu. S. Thom.* — *Ad secũdũ.* — *Ad tertiũ.*

3 Secundo quæritur. † Vtrum conuenienter repellãtur multi à testimonio ferendo qui repelluntur in litera, vtputa serui, mulieres, pueri, pauperes & c. Et videtur quòd non. Et primo sic de seruis infra. eo. dicitur. serui responso tunc credendum est, cum alia probatio ad erudiendum veritatem non est ergo seruus non est repellẽdus à testimonio generaliter. ¶ Secundo obiicitur de mulieribus sic. maius est incomparabiliter esse testem virtutis diuinæ, quam veritatis humanæ. mulieres autem inueniuntur idoneę ad testimoniũ veritatis diuinæ, vt Elizabet Lu. 1. & Anna Lucæ. 2. & Anna Lucæ. 2 ergo multo fortius inueniuntur idoneæ ad testimonium veritatis humanæ. Tertio sic. Beatus Brixius voce pueri. 30. dies ab ortu habentis innocens probatus est: ergo multo magis voce pueri. 12. annorum vel. 13. poterit testificando dici. ¶ Quarto arguitur de pauperibus. Nam si pauperes sunt à testimonio repellendi. ergo sancti viri & religiosi & etiam apostolici erunt à testimonio prohibendi, qui pauperes sunt nihil habẽtes. ¶ Quinto arguitur de hoc quod dicitur de domesticis. Nam dicitur. 25. q. 6. consanguineos extraneorũ nullus accuset vel consanguinitatem in synodo cõputet, sed propinqui ad quorũ notitiam pertinẽt vt pater, & mater, soror, & frater, patruus, & auunculus, amita, & mater terra ergo domestici non sunt à testimonio prohibendi generaliter. ¶ In oppositum est. c. præsens cum aliquibus sequentibus. Respõdeo dicendũ quòd conuenienter. 12. genera hominũ sunt ꝓhibita testificari communiter, quæ tangũtur pro magna parte hic. patet ista conclusio. Tum quia dixit lex Dei Exo. 23. Non acquiescas in iudicio plurimorũ sententiæ. Et iterũ Deutero. 19. Cũ sacerdotes diligentissime perscrutantes inueniẽt falsum testem contra fratrem suũ dixisse mendaciũ, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit. Tũ quia canones, & etiam humanæ leges, rationem legis considerantes omnes personas quæ haberi possunt suspectæ de mendacio in testimonio ferendo, vel de veritate supprimenda inidoneas ad testimoniũ censuerunt. ad hoc autem discernendũ considerauerunt quinque in personis testificantiũ vt satis aperte colligitur ex istis legibus hic positis. Et vt etiam Alexander de halis in tertio ponit, & dominus Vlricus partim tangit in summa, s. mores, naturam, fortunam, animũ, & statũ. Circa mores considerauerunt duo, propter quæ fides non debeat adhiberi testificãti. s. errorem, & malitiam. propter errorem dictat ratio & ius, vt infideles repellantur à testimonio ferendo contra fidelem. vt supra. 2. q. 7. c. non potest. quia vt dicit ibi cõcilium Toletanũ, non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extitit infidelis. Et idem in. c. seq. & extra de testi. licet. Secundo circa mores considerauerunt malitiam in volũtate, ratio dictat & iura voluerũt infames repellẽdos à testimonio. vt supra. in. l. si testes Si. n. bona fama careat fide carebit. supra. 2. q. 1. c. in primis. dicit Gregorius. Si vilissimi testes exhibiti contra episcopum, nullius sunt momenti. Circa naturam considerauerũt duo. s. ætatem, & sexum. Hinc ratio vult, & iura statuerunt, vt pueri quia in eis defectus ætatis obnubilat rationem minor. 20. annis in criminalibus non admittatur. minor vero. 14. annis in ciuilibus etiam nõ admittitur. vt patet supra. e. c. testes. & .ij. e. itẽ testimonium. Præterea quia in mulieribus sexus emollit voluntatem, & quia varium & mutabile profert semper fœmina. Ideo etiam mulieres non admittuntur ad testimonium. extra de ver. sig. forus. nisi in causa ciuili, & in criminalibus, si ciuiliter agatur de crimine. vt. 33. q. 5. mulierem Tertio circa fortunam considerauerunt duo. s. conditionem seruitutis, & aduersitatem paupertatis. quia vero seruitus habet annexum dominationis timorem, vt sæpè metu supprimat veritatem, seruus repellitur à testimonio nisi in defectu testium, vel cum nec de domino, nec contra dominum, sed pro facto suo interrogatur. vt patet in præsenti litera. Quia vero paupertas habet annexum temporalitatis amorem, qa timetur φ lucri causa pauper cõprimat veritatem, repellitur etiã à testimonio. Hinc dicit hic lex, φ exploranda est conditio, an sit locuples, an egenus. Quarto circa animum considerauerunt etiam duo principaliter. s. intellectum & affectũ, in intellectu alienationem rationis, in affectu libidinem voluntatis. Item libidinem discreuerunt per libidinem iræ, quæ est in odio, & libidinem concupiscentiæ, quæ est in desiderio. Itẽ libidinem concupiscentiæ considerauerunt quo ad se, & quo ad alios. Et secundum hanc distinctionem vitiorum contingentium ex parte alias testificãtis quatuor genera personarũ indigna testimonio decreuerunt, s. furiosos propter alienationem rationis, inimicos propter libidinem voluntatis in irascendo, seu odiendo sicut dicitur infra. eo. propter inimicitias testes repelli leges præcipiũt. & Gregorius supra. 2. q. 7. de ꝑsonis testificantium quærendum est, ne forte aliquis inimicitias habuisset. Item propter libidinem voluntatis in concupiscentia respectu alterius inidoneos ad testimonium iudicant domesticos. vt infra etiam iure ciuili domestici fides improbatur. Itẽ idoneus testis pater filio aut filius patri non est. Itẽ infra. e. dicitur testes ad testimonium non admittendos esse censem⁹, quos accusator de domo sua produxit. Item propter libidinem concupiscentiæ respectu sui quemlibet testem esse inidoneũ in re sua vt infra. e. nullus idoneus testis in re sua intelligitur. Quinto circa statum considerauerunt duo. s. statum personarum extra iudicium & statum personarum in iudicio. Extra iudicium cõsiderauerunt statum laicorum & clericorum & cõsueta, & æmulatio status laicorum respectu status clericorum. Et ideo in criminali causa remouẽtur laici ab accusatione & testimonio clericorum secundum distinctionem quæ iam dicetur. vt. secunda. q. 7. quærendum. item in iudicio considerauerunt distinctionem personarum, quæ consistunt in iudicio & conditiones causarũ non concurrentes in aliquam vnam personam, secundum quòd dicit beat. Fabian⁹ in. 1. c. sequentis quæstionis, nullus vnquam persumat accusator simul esse & iudex & testis. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de seruis respondetur iuxta Alexandrum de halis in tertio. aut seruus manet in seruitute, aut manumittitur transiens ad libertatem, si manumissus est, potest recipi in testimoniũ eorum, quæ vidit in tempore seruitutis, secundum quòd dicũt leges humanæ. si vero est manens in seruitute aut interrogatur de his quę pertinent ad suum dominum, aut de alijs. In primo casu non est recipiendũ eius testimoniũ. vñ .ij. eo. serui nec ꝓ dño suo nec aduersus dominũ, sed pro facto suo interrogari possunt, exceptis tamẽ tribus criminibus, s. crimine adulterij, crimine defraudati census, crimine maiestatis. vñ. 12. q. 2. §. in patronos testificari nõ possunt nisi in quibusdam casibu. Si vero interrogatus fuerit seruus de alijs, quæ pertinent ad alium quam ad dominũ suũ, aut est defectus probationis, aut nõ. Si est defectus recipitur ad testimonium. vt infra. e. dicitur. serui responso tunc credẽdum est,

Secũda q. — *Primũ arg.* — *Secũdũ ar.* — *Tertiũ ar.* — *Quartũ ar.* — *Quintũ ar.* — *Oppon & Respõdet.* — *Alexander de halis. Vlricus.*

Grgorius. — *¶ Vt pueri. puer qs dicatur, & quot modis sumatur. Pe. de Anch. sup continuatione rub. de delict. puero. nu. 1. Et quod possunt delinquere preterquã in delicto carnis idẽ in. c. 1. nu. 1. eo. ti.* — *Ad primũ argu: Alexãder de halis.*

dum est,cum alia probatio ad erudiendam veritatem non est. Si vero defectus probationis non est,admittendus non est,vt de hoc exponendo literam plenius dicemus.¶Ad secundam de mulieribus respondetur ꝙ regulariter mulier ad testimonium non est admittenda,nisi in quibusdam casibus, in quibus mulieri cõceditur accusare.vnde distinguitur in causis,si est criminalis nõ admittitur,nisi suã vel suorum iniuriam prosequatur,& in crimine læsę maiestatis,in quibus casibus permittitur ei accusatio sicut habetur.15.q.3.§.ex eo.in gl.Si vero nõ sit criminalis causa,vt pecuniaria,vel matrimonialis admittitur mulier in testimonium.Ad id vero quod objicitur, ꝙ mulier ad testimonium veritatis diuinæ &c.Respondetur iuxta Alexandrum de hal.ꝙ hoc non est generale, nec regulare.sed est priuilegiũ gratiæ. † Priuilegium.n.paucorum nõ facit legem communem.Datus est autem spiritus prophetię mulieribus ea ratione,quia de muliere Christus natus est, ne .s.contemnatur muliebris sexus.Et ne propter culpam. Euæ à domino credatur reprobatus,& ideo non est ad consequentiam trahendum speciale priuilegium mulierum.¶Ad tertiã in quo objicitur de pueris. Respondetur quòd pueri vt dictum est infra.14.annum non sunt recipiendi ad testimoniũ quandiu sunt infra illam ætatem.Cum vero illam pertransierint,possunt ferre testimonium de his, quæ in minori ætate viderunt,quem admodum & docere ea,quæ in minori ætate didicerunt,sicut dicitur di.37.authoritate beati Clementis.c. relatum.absurdum non est si aliquis ex eruditione communi ac liberalibus studijs quæ forte in pueritia attingit ad assertionem veri dogmatis inferat.Quod vero dictum est de puero.30.dierum testificante innocentiam Beati Brixij. Respondetur iuxta Alexandrum de hal.ꝙ miracula diuina sunt admiranda non in exemplũ humanæ actionis trahenda.¶Ad quartam vbi objicitur de pauperibus,& infra.respondet Gratian. in fine huius quæstionis ad hanc obiectionem respondetur iuxta eundem, quod est pauper voluntate, & pauper necessitate.pauper necessitate solum cupit diuitias pauper vero spiritu seu voluntarius contemnit diuitias temporales propter æternas.In primo paupere præsumptio est, & vt propter pecuniam mentiatur,& ideo est à testimonio depellẽdus. In secundo vero paupere nulla præsumptio est,maximè ad testimonium idoneus cum de eius fide & veritate maxime præsumatur.Ad idem est Richardus de alta villa, qui sic ait in 4. di.19.hoc non est intelligendum de pauperibus illis, qui voluntariè propter Deum statum paupertatis assumpserunt, qa ista acceptione munerum minime sunt suspecti, cũ propter Deum reliquerunt,quæ habebant & habere poterant. ¶Ad quintam rationem in qua arguitur de domesticis† ꝙ idoneus pater filio vel patri filius testis non est,generaliter conceditur casibus tribus.Primus casus est in testamento.vnde pater potest esse testis in testamento filij testantis. Secundus est in successione.pater.n.& mater admittuntur ad probandum genus vel ætatem filij sui secundum quòd dicit decretalis. trasmisse.extra qui fil.sint legi.quæ ponit casum de quodam qui nutriebat puerum quem dicebat filium suum non legitimũ, sed spurium processu temporis duxit vxorem quandam mulierem,quam dum nutriret puerum tenebat in domo,& susceptis ab eo liberis,prædictus puer dixit se hæredem, & cũ eis deberet hæreditatẽ partiri,quæritur quomodo hoc posset probari.Respondet papa quòd credendum est verbo mulieris & viri.Tertius casus est in matrimonio.vnde dicit decretalis.videtur nobis.extra.qui mat.accu.poss.quòd parẽtes fratres & cognati vtriusq; sexus in testimoniũ filij & filiæ ad matrimonium coniungendum sunt admittendi.¶His habitis veniendũ est ad expositionem literæ,in qua superiora confirmabuntur.Lege.¶[Item testiũ. Exploranda] à iudice.vt. 2.q.7.quærendũ.&.3.q.5.c.vlt.Hu.[condito]an sit seruus,vel liber.Hu.[decurio].i.nobilis.ei.n.potius creditur. Et est arg. pro nobilibus.vt di.41.non cogantur.Hu.& glo.[notatur] infamia vel crimine per sententiam.Hu. [sit egenus]à Deo vel talis[vt admittat].i.admittere præsumatur. Non.n. credo ꝙ quilibet pauper repelli debeat à testimonio.Hug.& glos. hic. vnde interdum admittitur.vt dicit Accur.quia non tam ex facultatibus,quam ex fide testis idoneus æstimatur.in.§. vlti.legis alleg.glo.sed de hoc quæstione satis diximus,quod intelligitur de paupere necessitate,non de paupere voluntate. [vel est amicus]in tantum,quòd præponat gratiam veritati. alias amicus bene admittitur in testimoniũ pro amico.Hu.de hoc supra.3.q.5.in summa.eo.ti.[Nam si].i.quia Arch.[vel]pro.i. propter causam quæ in rebus & personis consistit secundum

ad secũdũ.

Aexander 4 del halis.

Ad tertiũ.

Alexãder de halis. Ad quartũ

Richar.de alta villa.

Ad qnintũ. 5

Exponit literam.

Hu.& Bar.Brixien.quia gratia, vel lucro, vel alio non corrumpetur.Arch.[sit admittendum]scilicet testimonium.


Bar. Bri[xien.]



Ege iulia. Est.§.l.3.ff.eod.Et incipit hic tertia pars quæstionis,quæ protenditur vsq; ad.l.j.e.quæ falsæ.in qua ponuntur certæ personæ quæ non coguntur dicere testimonium inuite.Et quædam quæ testificari nõ possunt.Ioan.de.Arch.Istę personæ testes esse non possunt libertus accusati,nec libertus parentum accusati. ¶[In reum] .i.accusatum.Accur.sensus est.Cauetur ne liceat dicere testimonium in reũ.i.accusatum.l. Iulia. ſm Accur. & Arch.qui volũt,ꝙ id qđ in hoc crimine dicitur examinandũ est in quolibet alio,cum eadẽ sit ratio.& quod hic dicitur ponitur gratia exempli.Est ergo idem ĩ quolibet alio crimine, & in causa ẽt ciuili ſm Accur.in hoc.§.in j.gl.& ſm Bertrã.ſm ꝗ potius expressit hic de criminali,quia maior cautela exigitur in criminali,quam in ciuili.C.de proba.l. vlt.[qui se] subaudi ei [q liberauerit].i.ab episcopo missus fuerit[publico iudicio].i.publico crimine.Hu.& Arch.ad cuius accusationem admittitur quilibet de populo.Idem credo,& si priuato delicto,licet lex aliud videatur velle.Hu.[in vinculis]pro crimine,quod ꝑ sententiam infamaret,vt dicit glo.vt.C.de infamibus.l.1.& extra de accus.super his.[vel ĩ vinculis]quod intelligo interim, dũmodo est in vinculis.Nam si prius fuit ab hoc non repellitur purgatus.Hu.præsumitur.n.quòd falsum testimoniũ dicerent pro aliquo,qui eis permitteret,se eos liberaturũ à vinculis.[publica]propter priuatam.n.custodiam non ideo minꝰ recipietur in testem,quia illa nõ iustè infertur.C.de priu.car. l.1.[quæ eorum].s.damnatorũ publico iudicio. & eos tãtum respicit hæc dictio eorum.ſm Ber.Arch.quasi diceret non liceat alicui damnato publico iudicio ferre testimonium, qui tamen restitutus non sit & c.Accur.[Locauerit]hic est ipso iure infamis.ff.de postu.l.1.§.remouet.Accu.[qui quæstũ]prostituendo se,vel sua mancipia vel loquitur de lenone, vel Lena,isti sunt infames ipso iure.i.de his qui notan. infa.l.athletas.§.ait prætor.Accur.[feceritve] olim ante. Hugo. iudicatus] per sententiam iudicis [& conuictus] per suam confessionem.extra de testi.supra.eod.

Exponit literam. Archid.

Bertran.



Ege iulia. Lex est.ff.eo.ti. Ponit aliquas quæ non coguntur ferre testimonium vsq; ad.§.cum autem.in c.seq.quia nõ cogitur quis socrum.Item.nec liberatus aduersus patronum.¶[Lege Iulia]sed voluntarius potest ferre testimoniũ talis contra talem.vt.3.q.5. c.1.[priori].i.antecedẽti propinquiori,vt frater,patruus consobrinus.Hu.& amitam adminiculum & materteram.Accur. [De liberto] hoc est de eadem.l. vsq; ad ver.cum aũt sic constru.Itẽ cauet ne denũciet ipsius rei liberto,ꝙ cõuenit vel accusatur,vel liberto liberorum eius.s. rei vel[liberto]parẽtum eius,vel liberto[viri eius].s.vxoris quæ conuenitur,vel accusatur vel[liberto vxoris eius].s.rei ne inquam denuntietur liberto ipsius,vel illorũ,vel illius siue illiꝰ vt dicat testimonium cõtra eũ,quasi diceret nõ debet cogi dicere testimoniũ aduersus eum libertus eius,vel libertus viri eius,vel libertus vxoris eius. Hugo.[Item patroni patronę geniti]sunt singulares. & est sic construendum.[Cauetur ne denuntietur].i.præcipiatur liberto patroni, aut patronæ ferre testimonium contra libertum patroni, vel patronę contra libertum suum. Accur. [Sed nec liberti cogantur] sed nec voluntarii ipsi liberti debent admitti.C.eodem.leg.libertorum. & infra.eodem.liberti.Hug.[Cum autem]secunda pars.hoc habetur.ff.eo.l. in legimus.Arch.[sponsum]quasi diceret nedum maritum sponsę,quasi diceret nedum vxoris.

Exponit literam.



Donei. Est lex.ff.e.ti.l.idonei.¶ [Imperari]à producente eorum aliquando nullus idoneus testis esset quia magistratus ei præcipere potest.C.de testi.si quãdo.Item intellige[imperari posse] ratione potestatis patriæ, vel dominicæ,vel obedientiæ,vel iurisdictionis in causa propria imperantis,non sint testes qui de iurisdictione vel obedientia vel potestate sunt sed in causa vniuersitatis possunt. Et hac ratione imperabit abbas monacho vt ferat testimonium pro collegio.argum.ff.de in ius vo.sed si hac.§.qui manumittitur.Accur.de hoc vltimo extra de testi.cum nuntius.

Exponit literam.

1 *Testis qui non potest esse absolute secundario & accidentaliter potest sumi in testem.*


Serui.


1 SErui. Breue est.& est lex.ff.eo.ti.Summa est † q qui absolutè testis esse non potest secundario & accidentaliter in defectũ potest sumi in testem.vt hic exemplificat de seruo.Lege.¶[Serui responsio].i.testimonio sed respõsio dicit.Tum primo quia non propriè dicitur testimonium.Præterea secundo quia seruus non potest ferre testimonium nisi interrogatus.Et ideo eorum testimonium dicitur responsum.Hug.[Credendum est]sine quæstione tamen,& de facto suo.de alieno non regulariter causaliter tamẽ etiam de alieno testimonium fert, tormento tamen prius subiectus.ar.5.q.5.illi.Hu.[alia probatio]plena.s.Hu.& Accur. ff.de proba.l.cum probatio.Nam sicut dicit Hug.& glos. qualiscunque præsumptio præcedere debet.Non.n.à tormentis incipiendum est.ff.de quæstio.l.1.Si ergo nulla probatio nulla præsumptio præcedit,non admittitur seruus.Et est, arg. q propter inopiam probationum minus idoneæ probationes recipiuntur.ar.14.q.2.& 35.q.1.c.1.Hug.

Exponit literam.


INuiti. Ad idem sequitur hæc lex, quæ habetur.ff.eo.tit.vbi specificãtur octo personæ quæ inuitæ non ferunt testimonium. Lege.¶[Valetudinarij].i.longa infirmitate detenti.Hug.& Accur.& hoc etiam si veritas aliter sciri nõ posset ₰m Accur. Sed tu dic cõtra prout no.extra de testi.si qui.Arch.in prima gl. & idẽ Innocen.& Host.[venire non licet]ad aliquem locum,puta ad ciuitatem quia eius interdictum est.Isti non prohibentur à testimonio,sed dicitur nec cogantur venire ad locum interdictũ eis ad ferendũ testimoniũ Hu.[publicani].i.publicorum vectigalium exactores.vt fuit.Beatus Mattheus & huiusmodi. officiales Hu.ff.de publica.l.1.Accur.& habet in.c.inuiti.2.

Exponit literam. cõtra Accursium.


ISqui. Hoc sumptum est de.l.inuiti.ff.e. Lege. ¶[Is]non dicit testimoniũ inuitus[non detractandi].i.euitandi,vel deferendi,s.vt vitet vel differat testimonium,& colligitur à sensu contrario,q si causa detractãdi absit potest cogi.quod verũ est.Hu.

Exponit literam.


ISqui. Sumptum est de.l.inuiti.ff.eo. Lege. ¶[Is].s.non cogitur dicere testimonium inuitus[præbendam].i.victualia [conduxerit]vehenda.Hu.& Arch.vel qui exercitui romano victualia portare debet.Hugo.& Accur. [pupillus]iste non potest testificari etiam si velit, fallit si est proximus pubertati,& doli capax.ff.de libe.causa.l.final. sed non erit p hoc testis,sed faciet aliquod iudicium.Accur. [re⁹] .i.accusatus nisi prius purget innocentiam suam.vt.de acquirend.hære.patronus.Hug.

Exponit literam.



IN testimonium. Sequitur ad idem lex ista,quæ habetur.ff.eo.ti.Et potest diuidi in duas partes secundum duo dicta quę ponit secunda ibi, aut qui. ¶[In testimoniũ citare non debet].i.non debet facere citari.Accur.[reus].i.accusatus.Accur.& glo.[aut]secunda pars.[minor.20]hoc est in crimali causa,q ex eo pater,quod dicitur accusator. in ciuili.n.causa à. 14.anno admittitur,& compellitur.sed in criminali nec etiam volens admittitur ante.20.annum.Hu.Idem Accur. & Archid.

Exponit literam.


1 *Damnatus ob crimen siue ob libellum famsum siue in alterius infamis compositum non est testabilis.*


1 OB carmen. Lex est.ff.eo.tit.& est breuis. Conclusio est, † q qui damnatus ob crimen siue ob libellum famosum siue in alterius infamiam compositum non est testabilis.i.non potest testificari.vel facere testamentũ Ista conclusio est iuxta duas expositiones literæ.Lege.¶[Ob carmen].i.crimen.Et intellige secundum hanc expositionem quam ponit Archi.quando crimen capitale fuit conscriptum vt patet in eo quod legitur & not.5.q.1. si quis in glo.vlti.vel dic[carmen].i.libellum falsum in alterius infamiam compositum,qui ponitur vt hic dicit. Et hoc patet in eo quod legitur & not.in causa proxi.q. 1. in summa Et hoc idem sentiunt hic Hug.& Lau.qui dicunt carmen famosum ad infamiam alicui factum.5.q.1.c.2.Arch.[intestabilis].i.inhabilis,nec testis esse possit,vt hic dicitur,nec testamẽtum facere.vt.ff.qui accu:non poss.is qui.Hu.& Archi.

Exponit literam.



SIres. §.est in lege predicta ob carmen.ff.eo.Summa est. Vbi res siue defectus probationum exigit,non solum priuatæ personæ, sed etiam publice testificari possunt. Leg. ¶[Si res].i.si necessitas aut probationum defectus hoc exigat.14.q.2.quanquam Bertran.[priuati].i.nullum honorem habentes.Hu.[dicant] in alia causa,non in illa causa,in qua sunt vel fuerunt iudices. Hug.[prætor].s.qui nec est, nec fuit iudex in alia causa. tunc .n.non admittitur.vt.2.q.6.statuendum.Hug.[si autem conditio rei].i.causæ,s.negotij,vel criminis puta conuenitur quis de crimine læsæ maiestatis, & huiusmodi, vbi indifferenter omnes infames admittuntur,non tamen sine tormento. Hu. & Arch.[arenarium].i.qui in arena cum bestijs ferocibus pretio dato pugnauit,vel vt pugnaret operas suas locauit.hic ipso iure est in famis. Hug [similem].i.eiusdem turpitudinis.s. damnatum ob carmen famosum,vel quia exercet ludibria sui corporis,vel alias infamen.Hug.& est ar. q sicut infames & criminosi generaliter recipiuntur ad accusationem in criminibus exceptis,ita & ad testimonium. HU.

Exponit literam. Bertrand.



TEstes. Lex est.ff.e. Summa est, quòd domesticus repellitur à testimonio. Lege tex. ¶[Testes]de domo maxime,si sunt tales quibus imperari potest.Hu.[placuit].3.q.5.accusatores.3. & extra de testi.in literis.vbi de hoc Archi. & de hoc.3.q.5. in summa.Ioan.de Fantu.

Exponit literam. Io.de Fan.


1 *Patroni scilicet aduocati & procuratores non possunt esse testes in eadem causa in qua sunt patroni. & num. 2.*


1 PAtroni. Sumptum est hoc ex.l. vltima. ff.eo.Summa quòd patroni.s.aduocati & procuratores non possunt esse testes in eadem causa,in qua sunt patro.i.patrociniũ præstãtes.Lege.¶[Patroni].i.defensores causarum.s.aduocati.Hug. [pręstant]vel etiam in causa principali præstiterunt.vt extra de testi.li.6.ca.romana. vbi de hoc Arc.[non dicant]de principali negotio sed de his quæ acta sunt in iudicio bene possunt ferre testimonium. Hugo.quare autem aduocatus vel iudex non potest esse testis in causa in qua fuit aduocatus,vel iudex optimè inuenies distinctum supra.2.q.6.statuendum. HU. Sed contra testis non põt esse aduocatus,quia non est prohibitum.secundum Laur. Et idem no.extra de testi.Roma.lib.6.¶Sed hic surgit q.† Vtrũ aduocatus qui nondum præstiterit patrocinium conuenit tamen de salario,vel paratus erat præstare patrocinium, possit admitti ad testimonium.¶Respon.quòd bene potest admitti etiam ad petitionem suæ partis,cum hæc lex vel alia nõ repellat eum.Accur.vide eo.ti.Romana.lib.6.Ioan. de Fan.[qđ & in executoribus]qui mandãt causas executionis, qui & apparitores vocantur secundum aliquos & secundum veritatẽ dicuntur tutores,curatores,& procuratores, & consimiles quia aliorum negotia tractant,& gubernant. HU.

Quæstio. Respõdet. Io.de Fan.


QVi falso. Ad idem est hęc lex.ff.eo.breuis est.Et est hic quarta pars quæstionis in qua ponit quasdam leges,in quibus probat quales testes faciunt fidem, & quales non Ioan: de Arch.Lege.¶[Qui falso]puta dixerũt quod non erat[vel variæ]quando idem negauerunt,& concesserunt Accur.differentiam inter variationem vacillationem & contradictionem. vide notata per Inno. extra de testi.cogen.præterea.[prodierint].i.reuelauerint vtriq; parti testimonia sua.Hu.& Accur.[puniuntur]non solum fides nõ adhibetur eis sed etiam puniuntur pœna legis Cornel.de falsi.si ordinariè accusentur.ff. ad.l.cor.de fal.l. eos.vel ex officio pro metu iudicis sine accusatore.C.de testi.nullum Acc. Hu.& Archi.Et hoc videas quòd not.Inno.extra de testi. cogen.præterea.in glo.vlti.Archid.

Exponit literam.


PAter. Ad idem est lex.ff.eo.Summa est. inuicẽ naturaliter coniuncti non prohibentur pro extraneo esse testes Lege.¶[Pater] in eodem testimonio vel in eodem negotio extranei.Hu. ad hiberi.ff.de testa.§.pater.Accur.

Exponit literam.

1 *Hermaphroditus qualiter cognoscatur quod magis accedat ad hunc sexum,quam ad alium.*

Et an possit ordinari nume. 2.

Quid si duo sexus æquales per omnia inueniuntur in eodem. numero 3.

4 *Fœminæ quare non admittuntur ad testimonium in testamẽto.*


HErmaphroditus. §.est in l. repetendarum.ff.e.Summa est. [Hermaphroditus].i. qui vtrunque sexum habet, nõ admittitur ad testimoniũ in testimonio vbi fęmina

Exponit literam,

mina secundum leges testis esse non potest.[sexus incalescẽtis]quia si magis incalescit in virum quã in fœminam.i.in opera virilia,quam fœminea. quasi diceret si sexus virilis præualet adhibetur etiã in testimonio,si fœmineus non admittitur, quia fœmina in testimonio testis esse non potest. iniusti .de testa.§.testes Sed hic surgit q.† qualiter poterit hoc cognosci
1 .s.an magis accedat ad hunc sexum quam ad alium. Respon. iuxta Hug.quòd per aspectum corporis vel conuersationem vel si habet barbam,& semper vult exercere opera virilia, & non fœminea,& semper vult conuersari cum viris, & nõ cũ fœminis,signum est quòd virilis sexus in eo præualet, & tũc potest esse testis vbi mulier non admittitur.s. in testimonio,
2 & vltimis voluntatibus.¶ Et si quæritur† Vtrum tunc ordinari posset.Respondetur,quod sic,vt dicit Hug. Si ergo caret barba & semper vult esse cum fœminis,& exercere feminea opera,indicium est,ꝙ fœmineus sexus in eo præualet,& tũc non admittitur ad testimonium vbi fœmina non admittitur .s.in testimonio sed nec tunc ordinari potest quia fœmina ordinem non recipit.Hu.Præterea ad talem discretionem multum valet inspectio genitalium. ¶ Hic surgit alia quæstio
3 †quid si illi duo sexus æquales per omnia inueniuntur in eo. Respon.iuxta Hu.Credo,quòd deberet iudicari de eo tãquã fœmineus sexus in eo præualeat:vnde tunc vt dicit Guil. super Ray. characterẽ suscipere non potest. Si ergo ita est,quòd sexus virilis in eo non præualet tunc non admittitur vbi fœmina non admittitur,vt hic dicitur.¶Sed hic surgit q.† qua
4 re fœminæ nõ admittũtur ad testimonium in testamẽto.Respondetur secundum Hug.quia sæpe testamentum fit de nocte,& in obscuris locis.Et ideo si mulieres adhiberentur facile cum eis posset aliquid inhonesti committi,vel quia maior stabilitas & robur exigitur in testamẽto,quam in alijs rebus, quia propter lucrum citius quis nititur corrumpere testes circa testamentum.Et ideo inde remouetur testimonium fœminæ,quæ cito corrumpitur & deuiat à vero.Hug.


Quæstio. Respõdetu
Quæstio. Respõder.
Quæstio. Respõdet.


Testis. Lex est.ff.eo.breuis est.Lege.¶[Testis pater filio]siue emancipato,siue non in causis criminalibus,siue contractibus extra qui matr.accus.pos.videtur.in fi.In Castrensi tamen peculio si filius ante missionem testamentum faceret, pater põt testari. Hu.qa tũc testatur iure militari,& ex priuilegio,sed post missionem à militia siue exercitu testatur iure communi. Et ideo pater tũc testis esse nõ põt in testimonio,quod dic,vt nota.in.l.qui testimonio.alle.in glo.§.per cõtrarium Arch.In causa autem ciuili pater pro filio & ecõuerso,& pater contra filium & econuerso congrue recipitur.Hu.


Exponit literam.


Nullus. Lex est.ff.eo.breuis est.Summa patet pro cuius intellectu pleniori quæritur Vtrum hoc sit verum quòd nullus sit idoneus testis in re sua.Et vr̃ quod non. dicitur extra de testi.c.cũ nuntius.dicit Alexander tertius,ꝙ clerici non sunt repellendi à ferendo testimonio sup negocio ecclesiæ suę,nisi alia rationabilis causa impediat. ¶In oppositum videt esse lex præsentis literæ. & insti.de testamentis.§.licet.C.de testibus.oĩbus. Respõdeo dicendũ qđ lex prædicta stat in veritate,intelligitur ꝙ nullus est idoneus testis in re sua.i.propria.Secus autem vt dicit Hu.si est sua.i. sibi commissa,vel ad suum vsum deputata,vt est ecclesia.arg. 14.q.2.super prudentia.& extra de testi.c.insuper. Ad id qđ dicitur de decretali patet responsio ex dictis. Vel potest dici iuxta Alexan.de hal.in tertio.quòd cum clerici introducuntus testes pro sua ecclesia,nõ intelligunt esse testes in domestico negotio vel proprio,pro ecclesia, quæ mater est omniũ pauperum.Et ratio est,quia causa ecclesiæ,non est causa singulorum canonicorum,sed causa Christi,& pauperum. secũdum quòd dicitur.14.q.2.Litera patet.


Quæstio.
Oppon.& Respõdet.
Alexãder de halis.


Ad fidem. Lex est.ff.eod.& breuis est,summa patet.Lege.¶[Ad fidem] testis ideoneus etiam non rogatus.Cum.n.negotium aliquod fit & si tunc non rogetur vt intersit negotio,& videat,& sit inde testis, si viderit à casu poterit postea inde esse testis. vt. 14. q.2. quãquã.hoc generale est in quatuor casibus.speciale est in quibus non valet testis, nisi rogatus. nec creditur aliis testibus, nisi rogatis.s.in testimonio & in solutione pecuniæ.siue à debitore,siue à creditore.vt.C.de testi.aut.rogati.&.3.q.9.§.de his.alle.in glo.& in diuortio.Et nota ideo tantam diligentiã adhiberi in testimonio.s.vt septem testes, & rogati, & virilis sexus,& non fœmina adhibeantur,ne aliquid falsitatis possit interuenire, præsertim cum propter hæreditatem & legata adipiscenda faciles essent ad corrumpendos quos vellent habere testes.Hug.

Exponit literam.



Vbi numerus. Lex est.ff.eod. & breuis est Lege. ¶ [Vbi numerus.non adijcitur]nominatim à lege vel à canone, vt in solutione pecuniæ, & in testimonio,& in alijs vltimis voluntatibus clericis roma.curie.vt.2.q.4.psul.Hu.[pluralis.n. locutio] quia tm̃ est vt vni us testimonio nõ credatur,sed plurib. Hu.

Exponit literam.


In testibus. Est mens.§.1.le.3.ff.eo. & est breuis.Summa est quod considerandum est in testibus,an.s.vnum & eundẽ præmeditatũ sermonẽ dicant, quasi videantur instructi,an vero ex tempore verosimilia dicant. Lege. ¶ [In testibus.simpliciter].i.sine plica fraudis.Hug.vel simpliciter vt dicit glo.sine adiectione causæ, vel simpliciter.i. non obscure. [vnum eũdemq;]vt easdem syllabas,& easdẽ dictiones proferãt.Hug.[sermonẽ]nõ dicit factum,vel negotiũ,quia idem factum vel negotium debent asserere . Et rationabiliter hoc venit considerandum, quia ex quo easdem dictiones & eodem ordine proferunt,præsumuntur esse instructi. Hug.[ex tẽpore].s.quòd dixerit de nocte, & nõ est vera solutio,quòd tunc factum fuerit.Arch.vel ex tempore.i.ex mora temporis.i.cum deliberatione.vt.di.58.quoniam multa.& di.50.põderet. Nam qui statim sine deliberatione respondet videtur instructus qualiter respondeat.Hu.concor.Ber.& Archi.

Exponit literam.

1 *Fama per se inducit præsumptionem non probationem.*


Sæpe. Hoc est.ff.eo.ti.l.3.§.eiusdem.Summa est,quòd in probationibus alicuius rei non semper requiritur scriptura,sed sæpe per testes sine publica scriptura probatur veritas alicuius rei,& eo casu probationem & fidem testium adiuuat, & confirmat aliquando numerus testium,aliquãdo dignitas &c. Et potest diuidi in duas partes.In prima ponit quod dictum est. In secunda ex dictis infert quòd iudex non debeat se restringere ad vnam probationis speciem.2.ibi,nã ergo.Leg.¶[Sæpe.Monumentis].i.instrumentis[publicis].i.à publico tabellione factis & conscriptis. Hug.[numerus]quia plures sunt, quam ex alia parte.Hu.[dignitas].i. testium,puta plures sunt ex alia parte,pauciores ex ista.sed sunt maioris authoritatis, & dignitatis .istis.sæpe potius creditur si eis lux veritatis assistit supra.eo.si testes.Hu.& Arch.Item debet esse in testibus vnius partis,cum plures concordant in vno,& pauciores maioris authoritatis in alio.vt supra.e.si testes.Hu.[consentiens] .i.simul cum alio sentiens.Hug.[fama publica]& communis illius loci[confirmat]non dicit facit[sed confirmat].i.cũ alio firmat.Si.n.adest testimonium vnius testis,& adest fama publica,fama est loco vnius testis,& potest tũc iudex sñiare pro
1 parte illa delato ei iuramento.vt.35.q.6.si duo.talias fama per se inducit præsumptionem nõ probationem. Hu.vide hic qđ legitur & no.extra de app.c.1.& de proba.cum causam.& de testi.præterea.Arc.Est.n. quãdoque casus vbi sola fama sufficit ad probationem,vt in matrimonio separando vel coniungendo,licet non semper,puta si quis diu tenuerit aliquam in vxorem,& fama publica reputat eam vxorem,non potest eã repellere. argu.32.q.4. dixit.vel si quis desponsauit aliquam de futuro,& postea voluit eam ducere, quia dicat se cognouisse cõsanguineam eius, & hoc communis loci fama habet, soluendus est ab impetitione sponsæ.[Non ergo]secũda pars. [alligare].i.astringere,siue arctare.Hug.& Arc.[quod credat] arg.quòd iudex debet iudicare secundum conscientiam. Hu.

Diuisio.
Exponit literam.
Archid.

1 *Testes debent esse præsentes,& coram iudice vel de mandato eius testificari.*
2 *Credendum magis est voci præsentium testium,quam dictis absentium testium in scriptura redactis.*


1 Alia. Hoc est.ff.eo.l.§.idem.Sũma est quòd testes debet esse præsentes,& coram iudice vel de mandato eius testificari,vel quod maior sit authoritas præsentium testium quam testimonia absentium redacta in scriptis sine authoritate iudicis.Lege.¶[Alia est authoritas præsentium] .s.quæ valent.Arch.puta quia sunt rite recepti[testimoniorũ] subaudit quæ non valet,& hoc intellige,quando absentes nõ testificantur authoritate iudicis,quia tunc secus.C.de test.cũ
2 apud.Lau.arg.quòd magis credendum est voci præsentium testium

Exponit literam.
Archid.

testium quam dictis absentium testium in scriptura redactis talibus testimonijs in criminali causa nequam est credendum. In ciuili autem quandoque creditur, vt cum iudex mittit ad aliquẽ, qui non potest, vel qui nõ debet venire, & facit eius iuramentum, & testimonium recipi vt in Aut. de testit §. & quoniam. & §. hæc oĩa, vel testimonia vocat verba nuda testium. i. sine iuramento, vel sine causa, & circũstantijs negotij quibus credendũ nõ est. vt. ff. de testi. l. 3. §. eiusdẽ. Hu.

1 *Libertas siue ingenuitas probatur non tantum per testes, sed etiam per alias probationes.*


Soli. Est finis. l. 1. C. de testi. Summa † ꝙ non tm̃ per testes, sed ẽt ꝑ alias probationes probatur libertas siue ingenuitas, quãquam alia fuerit intelligentia Gratiani, quæ hic in glo. & ꝑ Hu. reprehenditur. Lege ¶ [Soli]. i. solum modò Accur. & idem Hu. & Lau. Arch. vel præpone negationẽ infra positam vt dicam non soli testes sufficiunt &c. secundũ Bar. Brixien. Arch. Alijs. n. probationibus puta instrumentis & argumentis probatur ingenuitas secundum Accur. C. de fide instru. in exercendis [nisi instrumentis] verba sunt magistri, vt dicit Hug. & glo. qui vt dicitur Hug. Legem hanc cum alijs legistis male intellexit. sua ergo additione cancellata lex intelligitur, vt iam expositum est, vnde huic intellectui Gratiani contradicit. C. de fide instru. in exercendis. & extra de fide instru. cum Ioannes. ver. porro. Archid. idem. Hug.

Exponit literam. Bar. Briy. Archid.

Etiam. Lex est. C. eo. breuis est. Summa, ꝙ iure ciuili domestici à testimonio repelluntur. Lege. ¶ [Etiam in iure ciuili]. i. in causa ciuili, nedum in criminali. Hug. vel in iure ciuili non solum in iure naturali, vel diuino, siue canonico. Hu. [Domestici]. s. talium quibus potest imperari ratione patriæ vel dominicæ ptãtis, vel qui timore vel amore præsumuntur præponere gratiam veritati. Hu. qui autem dicantur domestici in hac lege tãgit Accur. dic, vt dictũ fuit supra. 3. q. 5. in summa.

Exponit literam.

1 *Accusatio sola quando dicatur.*
2 *Testis si non fuerit interrogatus de causa dicti sui, & ob hoc nihil de ea dixerit, an eius dictum sit validum.*


Solam. Lex est. C. e. Sũma est. cũ testis pro ductus deponit dictum suum, & interrogatus de ratione sui dicti nullã assignauit: tale dictũ nisi alijs adminiculis adiuuet nõ sufficit ad probationem causę. Leg. ¶ [Solam attestationem.] † Sola attestatio dicitur quãdo quis solis verbis reddit testimonium. s. cum cãm suæ attestationis non asserit, sed simpliciter dicit sic esse, vel non esse, talis attestatio nullius est momenti. debet. n. testis specificare causas, & circunstantias suæ attestationis. s. locum, tempus, modum, & qualitatem suæ scientiæ, s. qualiter sciuerit. vt. 2. q. 1. in primis. Item sola attestatio dicitur quando testes sunt in alia ciuitate, & scribunt sicut viderunt, & audierunt absq; iuramẽto. & illa talis scriptura dicitur attestatio, & nullius est momẽti, si tamen scriberent, & iurarent coram suo iudice, tunc vires haberet talis attestatio [& causam approbatam]. s. sola attestatione non aliis adminiculis [certũ est nullius esse momẽti.]

Exponit literam. 1

Quæstio. 2 ¶ Sed hic surgit quæstio quam tangit gl. † Vtrum si testis non fuerit interrogatus de causa dicti sui, & ob hoc nihil de ea dixerit, eius dictum sit validum. videtur glo. respondere, ꝙ sic quia tali casu testis dicit omnia quæ nouit, licet non causam oĩum. ar. ad hoc. ff. de ope. nou. nun. de pupillo. §. qui opus. Et idem Accur. in hac. l. & glo. c. cum causam. extra de testi.

Respõdet.

Eos. Lex est. C. e. Summa est ꝙ illi sunt idonei testes qui possunt coram iudice fidem proponere omni gratiæ & potestatui. i. amori & timori. ¶ [Eos religioni iudiciariæ]. i. iudici, quia coram iudice fides veritatis seruãda est Hu. vel iudiciariæ. i. quæ debet haberi & cõseruari in iudicio. Hu. Et no. iudici faciẽdam esse probationem. C. de edẽ. l. procur. Accur.

Exponit literam.


Parentes. Lex est. C. e. & est breuis. Summa est, quòd parentes ẽm lineam ascẽdentium & descendentium non admittuntur in testimonium aduersus se, nec etiam pro se, regulariter. Leg. [¶ Parentes] scilicet, pater & mater, & si arguatur ex. c. 1. 3. q. 5. Respõdeẽ, ꝙ ibi dicũtur parẽtes cõsanguinei, & ideo nõ obuiat vt in gl. & Hu. vñ parentes & liberi hic intelligũtur in infinitũ in recta linea ascẽdẽti. Hu. & gl. [aduersus se] nec ꝓ se nisi in casu. vt. ff. de ꝓbatio. l. fi. §. 1. Hu.


Exponit literam.

1 *Actor non potest cogere aduersarium ad producendum instrumenta vel alia quibus ipse actor probet intentionem suam.*


Qui intendit. Lex est sumpta ex. l. nimis graue. C. e. Sũma est, 1 † ꝙ actor nõ potest cogere aduersariũ ad producendũ instrumẽta vel alia, quibus ipse actor probet intentionẽ suã Lege. ¶ [Qui intendit] intendit. i. agit ciuiliter siue criminaliter. Hu. & Arch. [auferre hic videas quod legitur & not. extra de proba. c. 1. & ibi not. per Inno. & de fi. instru. g. perpetuus. Arch. [eorum]. s. suorum instrumentorum. Hu. [per quæ] instrumenta [sibi negocium fiat]. i. actor suam intentionem fundet contra eum, non. n. potest actor reum cogere, vt ei exhibeat sua instrumẽta ad hoc vt ex eis, fundet intentionem suam, sed ea fundata põt. vt. C. de eden. l. 1. & l. qui accusare. reus ad probãdã exceptionẽ suã cogere põt actorem, vt edat instrumenta. Hu. Et idem in glo.

Exponit literam. Innocen.

1 *Seruus nec pro domino nec contra testificatur.*


Serui. Lex est sumpta ex. l. seruos. C. eo. & est breuis. Summa 1 seruus nec pro domino nec cõtra testificatur. Lege. ¶ [Serui pro domino.] Et ratio est, quia cum testes debeant dicere veritatem pro vtraq; parte, si seruus ferret testimonium pro domino vtiq; & cõtra ipsum quandoque testificaretur quod prohibetur hic, &. C. de quæstionibus. pridem. Hu. [neque aduersus dominum] nisi in crimine adulterij & fraudati cẽsus & maiestatis & alijs exceptis. 12. q. 2. patronos. Hug. & excepto casu qui est. C. de iure deliber. l. fi. §. licentiam. Accur. [Pro facto suo] tam in causa criminali quam in ciuili, vt cum per eum res sunt depositæ, vel cõmodatę alij. vt. C. de quæstionibus interrogari. cũ aliis. in glo.

Exponit literam.

1 *Testis si deponit non iuratus sed paratus est incontinenti iurare vera esse quæ deposuit, an valeat eius testimonium.*


Iurisiurandi. Lex est. C. eo. Sunt in hac lege plures conclusiones. prima quòd testi non iurato non creditur. Secũda quòd testibus honestiorib⁹ potius quam aliis creditur. Tertia quòd testimonio vnius nõ creditur ẽt si honore præfulgeat, ẽm quas conclusiones potest diuidi hoc. c. in tres partes. secũda ibi, & honestioribus. tertia ibi, vnius vero testimonium. Lege text. ¶ [Iurisiurandi. prius coerceantur] prius. n. debet iurare & postea testimonium ferre, vt. 2. q. 1. in primis. arg. extra de testi. fraternitatis. iurare quidem debet de dicenda veritate, & tacẽda falsitate, & pro vtraq; parte. 3. q. 9. hortamur. & 2. q. 4. nullam. & 14. q. 5. nullam. & 14. q. 5. non sane. Hug. ¶ Sed hic surgit quæstio. † Vtrum si testis deponit non iuratus sed paratus est incõtinenti iurare vera esse, quæ deposuit, valeat eius testimoniũ. Hãc quæstionẽ disputauit. Bar. Brix. dicẽsꝙ Hu. ei respõdit, ꝙ valet testimoniũ si incõtinẽti iurat. ar. 22. q. 1. c. 1. Nã quæ incontinenti fiunt inesse videntur. ff. si cer. pet. lecta. extra de electio. officij. Nam secundum ipsum Hu. iste non est talis ordo, qui noceat. quod satis credit ipse Bar. si testis ille sit bonæ famæ. Sed Tanc. contra. Et istud est verius ẽm Arch. vt hic. & tra de testi. c. de testibus. ibi super quo deponerent non iurati &c. Et istud vltimum tenẽt doc. in d. c. de testibus. [honestioribus] secunda pars. quamuis paucioribus. Et intellige, hoc esse verum tam ex vna parte, quam ex diuersis, puta plures sunt ex vna parte, pauciores ex alia, sed honestiores illis [debet] itẽ ex vna parte testes discordant honestioribus licet paucioribus. Credendum est vt supra. eadem quæstio. si testes Hugo. [vnius] tertia pars. [testis admitti] ad decissionem causæ. 33. q. 2. admonere. Hu. [non facile patiatur]. i. nunquam aliqs patiatur, vel facile dicitur, quia olim quãdoque patiebatur, sed hodie nullo modo, nisi ad sit alia probatio. Hu. vel dicitur facile ꝓpter tabellionẽ. creditur. C. de Fal. si quis decurio, & in auten. de fi. instr. §. si vero moriantur. Accur. vel dic facile ꝑ ꝑ casum vbi non fit præiudicium alij. de conse. di. 4. placuit. cũ similibus. Io. de Fan. Arch. [audiatur] arg. contra. 86. di. tãta. vbi de hoc. & de conse. dist. 4. placuit. de infantibus. Archi.

Diuisio.

1 Quæstio. Respõdet. Bar. Brix.

Tãcredus. Achid.

Omnibus. Lex est. C. & breuis & concordat cum. l. nullus supra eadem. & ibi dictum fuit.


Liberi. Hic magister licet multa tractauerit ponit mentem legis, quoniam liberi. C. eo. & videtur esse summa eius, quod serui & socii criminis & muneris à testimonio repellantur. Lege. ¶ [Libe-

ge.¶[Liberi]debet.n.testis esse liber regulariter, & non ser
uus,q i quo ad ius ciuile attinet pro nihilo reputaẽ.ff. dereg.
iur.ꝙ attinet.&.C.e.aut.& si dicaẽ.ẽm Accu.& Cy.[Cās]ꝑ
Archid. priè hic ponit criminali.ff.e.le.1.Accur.[alienas]non ad pro
prias.vt.s.l.proxi.Accur.[socij & participes] tales.n. nō de-
bēt postulari,nisi in crimine maiestatis , & alijs exceptis cri
minibus,in quibus admittuntur etiā participes criminis.vt.
15.q.3.nemini.Hu.super quo vide extra de test.c.1.li.7. Di-
cit aūt Arc.ꝙ hic loquitur de illis,qui sunt participes consi-
lij,& muneris,& sic ēt loquitur extra de test. veniens.i. ẽm
Pe. hispanus. Pe.his.[sed tñ] quis liberi.Hu.[fides].i.cā & rō facti debet
ab eis inqri,vt ī cā aliena.ad hoc ext.de tes.cū cām.Hu.& ar.

Venturis. Ilte.§.sumptus est de.l.qm̄.C.eod.Sum-
ma siue conclusio est ꝙ in cā criminali si-
ue ciuili testi debent expense ministrari à producente.Leg.
Exponit literam. ¶[Vēturus].s.testibus.Hu.[per accusatorem]vel actorem
si causa fuerit ciuilis.Hu.[vel ab his].s.accusatis,vel conuen
tis.s.reis.[sumptus competētes]in veniendo,stando, & re-
deundo extra de rescrip.statutum.li.6.§.pe. & hoc rōnabile,
quia non debet testis suis expensis hoc facere,quia non cogi
tur quis suis stipendijs militare , nec suum officium debet
sibi esse damnosum.ff. quemadmodum testa. aperi.l.si quis
Dynus. ex signatoribus.ẽm Cy. & id de quo glo. in principio remit
Io.de Fan. tit.vide per Cy.C.e.l.quoniam in penult.& vlti.q.Io.de fan.

1 *Liberti non compelluntur testificari contra patronos.*

1 Liberti. Hic magister ponit mentem legis li
bertorū.C.e.& summa est.†Libetti
contra patronos non compelluntur testificari.
Exponit literam. Leg.¶[Liberti.aduersus patronos producere]
.i.testificari.Archi. sed nec pro eis admitterenẽ.
C.de q.l.pridē.Accur.quia cū testes pro vtraq; parte debeāt
dicere testimoniū qñq; cōtra patronos testificari cogerenẽ.
Hu.[vocati]vt testimonium dicāt aduersus patronos.Arc.

SI quis. Lex est. C.e. Summa stat in duabus
conclusionibus. prima est ꝙ testem
quem producendo semel approbaui , amplius
etiā in alia cā reprobare non possum. Secunda
est,ꝙ non obstante,dicta tñ ipsius impugnare
possum vel ex suis depositionib⁹. vel ex ipsius
corruptione.Et pōt diuidi in duas partes.2.ibi,non adimen
Diuisio. Exponit literam. Archid. dus.Le.¶[Si quis vsus]pro se in sua cā. Hu. [non licebit]qa
qđ quis recipit pro se, debet & recipere contra se.ar.dist.19.
c.1.& 3.q.8.cuius in agendo.[excipere].i.repellere,exclude
re.Hu.quod vt dicit Arc. intelligendum est esse verum.s. ꝙ
non possum reprobare testem.s.ex cā,quæ ex, me procedat
sed ex cā quæ ab alio procederet,possum,v.g.patrem tuum,
induxit in testē contra aliquem , modo si inducis eum cōtra
me bene reprobabo eum, & etiā recusabo eum.ex te.n.pro
cedit cā quare recuso eum,quia pater tuus est.Itē si admitto
aliquem ad vnum officium , non possum eum repellere ab
alio officio,vbi cōsimiles personæ admittuntur,siue requi-
runtur.Si aūt dissimiles,tunc secus.ar. extra de accu.c.nulli,
& extra de æta.& quali.accepimus.ff. de adul.si vxor.§.vlti.
Innocen. Hostien. Et hoc ẽm Inn.& Ho.qui ita no.extra de exce.cum venera
bilis,in ver.instrumētū.Et adde quod dixi.s.3.q. 8. cuius in
agendo.in ver.dedignetur.Arc.[nisi ostenderit inimicitias]
Archid. Quæstio. Respōdet. capitales & magnas.¶Surgit hic q.vtrum si alia noua causa
superuenerit q̄ inimicitiarū possit testis reprobari. Respon
detur ꝙ sic iuxta Hu. si sit iusta cā ꝑꝑ quam iustè debeat re
pelli,puta quia postea sunt facti infames vel damnati de cri-
mine,vel sunt excōicati,vel huiusmodi. Ergo gratia exem-
pli dicit de inimicitijs,vel per illas intellexit quālibet iustam
causam,ex qua possent repelli secundum Hug.[nōn adimē-
da 2.pars.[ex depositionibus eorum].i. testificationib.eo-
rum scriptis & depositis apud iudicē, quia licet testes nō pos
sit repellere,tñ aduersus testimonia eorū poterit dicere,&
redarguere redarguēda ex ipsis dictis eorū [sed & si liqdis]
hac exceptione repellit personas,nō tm̄ dicta earum. Hug.

Sed obijcitur. §.est.dictum est e.q.cap.1. ꝙ quis
ante annū.14.non pōt testari. Cō
tra hoc obijcit Gratianus,de eo quod legitur de btō Bricio,
qui fuit probatus innocens voce pueri,qui erat.30.dierum,
& soluit dicens,ꝙ miracula diuina sunt admiranda , non in
exemplum humanæ actionis trahenda.2.q.7.§. ex his ita.in
princ.Vel dicendum quòd deus qui est antiquus dierum tu
lit illud testimonium per puerum,tanquam per puerum.

¶ Quæstio Quarta.

1 *Iudex an idem possit esse, & accusator, & testis.*



E quarta. Hic intitulat 4. q.s. vtrū
quis simul possit esse ac- Diuisio.
cusator & testis & diuiditur in tres par-
tes. In 1. probat duabus authoritatibus,
ꝙ nullus debet esse accusator , iudex , &
testis.In 2.assignat casus in quibus inscri
ptio non est necessaria.In 3.ostendit ꝙ te
stis vel accusator nō debet ꝓduci de domo iudici.2.ibi. in. Quæstio.
§.inscripti.3.ibi,in.§.de domo.¶Pro pleniori intellectu hu
1 ius quæstionis quæritur † vtrum idem possit simul esse iu-
dex accusator,& testis.Et videtur,ꝙ sic.1. Daniel.13.habe-
tur quòd Daniel fuit accusator iniquitatis seniorum , & iu-
dex eorundem,ergo simul pōt quis esse accusator,& testis. Primū ar.
¶Secūdo sic.Gen.4.habetur, ꝙ dñs fuit accusator Cain cū Secūdū ar.
dixit.Ecce vox sanguinis &c. fuit etiam iudex inferens pœ
nam,cum dixit,maledictus eris super terrā &c.¶ Tertio dr̃ Tertiū ar.
Hier. 29.ex persona Dei.Ego sum iudex & testis.Si ergo iu
dex homo debet assimilari iudici Deo, videtur ꝙ idem ho-
mo potest esse iudex & testis.¶Quarto arguitur quia idem Quartū ar.
pōt esse testis & accusator , in cā matrimoniali , vt no.35.q. Oppon.&
6.c.1.¶In oppositū sunt capitula seq.Resp.dicēdū, ꝙ regu Respōdet.
lariter nunq̄ in eodē negotio pōt qs simul esse accusator &
estis vel accusator & iudex,vel testis & iudex, Ista cōclusio
patet hic ꝑsequētia c.duo.&.s.2.q.1.multi &.3.q.6.qa.Rō-
ne ēt patet. primoquia,nemo in eodē negotio debet simul
fungi pluribus officijs,vt 16.q.1.presbiteros.& di.89.singu
la.Secundo ratione patet sic,iudex est medius , & ad ipsum
partes confugiunt,tanquam ad iustitiam aīatam, sicut dicit
philosophus.5.Ethi.vt partibus iustitiā reddat.Vnde cū ac-
cusator stet contra reū,& similiter testjs,patet ꝙ iudex non
debet esse accusator aut testis. Similiter accusator aduersus
reum agit & ita nō debet esse testis in cā sua vnde alia debet
esse persona accusatoris,alia testis,vt certius veritas sine om
ni suspitione habeatur,quia accusator merito habetur suspe Alexand et
ctus.¶Tertio potest sic ratione argui iuxta Alexandrum de de halis.
halis, quod iudex non possit assumere personam accusato
ris vel defensoris,quia est media persona, & in nullam partē
debet declinare : similiter nec ꝑsonā testis pōt assumere, ne
habeatur suspectus de impositione culpę,cum ad ipsum ꝑti Ad primū
neat snīa pœnę inferendæ.¶ Ad rōnes in oppositū rñdetur. argu.
ad primam iuxta Alexandrū de hal.in 3.ꝙ Daniel in illo fa-
cto gerebat personam diuinam,& humanam,diuinā in accu
sando,vbi dr̃.ꝙ suscitauit dñs spūm pueri iunioris.Humanā
in iudicando ẽm legem Dei , quia conuicit eos Daniel ore
suo falsum dixisse testimoniū.Quod aūt factum est inspira Ad ẽm &
tione diuina non est trahendum ad consequentiā.¶ Ad se tertiū arg.
cundā & tertiam rñdetur ẽm eundem , ꝙ non est simile de
Deo & homine in iudicando. Nam Deus iudicans non pōt
a iustitia declinare.præterea ipse semper iudicat ẽm verita-
tē interiorem mētis,nō ẽm faciē vel intuitū hominis,vt dr̃
primi Reg.16.Nō iuxta intuitū hoīs ego iudico. Homo.n.
videt ea quæ patēt.Deus aūt intuetur cor.Et ideo diuino iu
dicio cōgruit,vt ipse idē sit accusator & iudex & testis,non
aūt sic est de hoīs iudicio sicut dictū est.¶ Ad quartā respō Ad quartū.
det Hu.& in gl.tangitur,quòd speciale illud est in matrimo
nio,vt idē sit accusator & testis,q̄ sententiā.Hu.multi tenēt.
ar.35.q.6.si duo,& eā tenet Vin.extra de test.quoties qui al- Vincenti.
leg.35.q.6.notificamus &.c.de parentela.&.c.episcopus.Idē
tenet Host.quòd in matrimonio,vnus inuenitur accusator,
& testis.hoc not.extra q ma.accu.pos.noster.in fi.Idē tenet Hosti.
Inno.extra de consangu.coniug. Et ibi Io. And. remittit ad
ea,quæ no.in spe.e.ti.super ver.in causa.Io.de Fan. Innocen.

1 *Accusator & testis nullus potest simul esse.*
2 *Personas oportere esse quatuor in quo libet negotio an sit semper verum.*



Vllus. Sequiẽ primū.c. qđ est Fabiani papæ ad
probādū propositū.Sūma ei⁹ est†quòd Diuisio.
nullus pōt esse simul accusator & testis:Et diuidiẽ
in duas partes.In 1.dicit qđ dictū est. In 2.assignat
in rōnē.2. ibi, cōiter in oī Le.¶[Nullus.simul].i.in eodē ne Exponit literam.
gotio Hu.[qm̄ in oī negotio quatuor personas sem ꝑ].¶Hic
2 surgit q.†Vtrum sit verum,quod in omni negotio oporteat Quæstio.
quatuor personas esse.Et videtur ꝙ non. Primo,quia sæpe

Primũ ar. tractatur causa ecclesiastica sine testibus,& tunc non sunt ni si tres personæ.vnde etiam iudicium cum diffinitur non di citur nisi trinus actus personarum.i.actus trium personarũ. ¶ Secundò in notorijs non est necessarius accusator. vel te Secũdũ ar. stis.vt.2.q.1.manifesta &.c.de manifesta,duæ ergo personę tunc sufficiunt. ¶ Tertio sic.si reus sponte confitetur non Tertiũ ar. sunt necessariæ nisi duæ vel tres personæ, ergo non videtur verum,quod in omni negotio quatuor personas esse oportet.¶ In opppositum est.c.pñs.Idem etiam dicit Aris.1.rhe Opponit. in cõtrariũ Respõdet. toricæ.& Tulius in veteri rhetorica.Respondeo dicendum ꝙ regulariter verum est,qđ hic dr̃ & pro maiori parte.Cau saliter tñ qñq; aliter fit,sicut argutum est,vnde illa dictio in oĩ nõ hic,comprehendit singula generũ, sed gña singulorũ. [in omni negotio].i.in vtroq; iudicio.s.tam criminali q̃ ciui li,sed nec in omni criminali,nec in omni ciuili.simile.2.q.6. si quis appellat.ver.oĩ casu.i.vtroq;,& di.42.§.1.[.i. ad oĩa] i.ad vtraq;.s.& tpalia,& æterna bona acquirenda.Hu.[semp].i.regulariter,licet qñq; aliter fiat.Hu.[electos.i.cõgruos & iurisperitos.vel[electos].i.à partibus. ₰m Hug. & ex ordine huius literæ videtur ꝙ prius debet constare de iurisdictione iudicis,q̃ de procuratione actoris,vel rei.sic extra de verb.sig.forum.§.in omni.quod credo esse verum. Arc.[accusatores idoneos]extra de acc.c.i.[defensores].i.reos,& vi deas quod dixi di.77.in singulis.Arc.[congruos]qui.s.per se vel aduocatos suos cãm suã congrue defendant[atq; testes] Dic,vt legitur & no.s̃.e.q.2.in prin. Arc.[iudices.veritate] pro vtraq; parte.Hu.14.q.5.non sanæ. Arc.[intentione].s. introducendo allegationes,& rõnes,quas põt ad assertionẽ suæ partis,Hu.& hæc non faciant contra conscientiã & veritatẽ,sed hoc dicit, quia subtilitatibus & argumẽtis labora re debet, vt iustè obtineant ₰m Lau. Et adde quod legitur & not.23.q.2.dñs.in gl.iudex.Arc. &c. [æstimatione].i. di Archid. stinguendo, vel repellendo allegata aduersarij per cõtrarios canones,vel leges,vel rationes,siue allegationes. Et intelligo vtrosq; debere facere talia, quatenus licet eis, in tñ debẽt niti vt mẽtianẽ,vt iudicem imperitum per aliq̃ legẽ circũueniãt,qđ male obseruãt mõ litigatores vel aduocati Hu.

Nullus. Ad idẽ est hoc.c.qđ est Damasi papę. Et põt diuidi in duas partes. In 1.po Diuisio. nit,ꝙ in iudicio nõ debet esse acceptio personarum.In.2. ꝙ idem non possit esse accusator & testis.2.ibi,accusatores.Leg.nullus.[personaliter] gerẽs offi Exponit li teram. ciũ plurium personarũ vel potius[personaliter].i. sub aecc ptione personarũ,quasi diceret circa introductos in iudiciũ non debet haberi acceptio personarũ.ar.11.q.3.summo pere.Hu.hoc aũt intelligo quo ad examinationẽ, & diffinitionẽ causæ,non quo ad alia, vt.s̃.2.q.5.si pbr̃. De acceptio ne personarũ in iudicio.s̃.disputauimus circa.c. necesse.3.q. 9.[accusatores]2.pars[ęqua]11.q.3.summo.Arc. [iuxta].i. ₰m[nõ idẽ sunt]3.q.5.quia.Arc.p se].i.alij.Hu.Ex hoc.c.& præce.colligitur ꝙ nullus debet fungi offi.duorũ.ar.di.89. singula.&.16.q.1.pbros.Sed dr̃ cõtra.9.q.3.aliorũ. vbi dr̃,ꝙ in die iudicij idẽ erit iudex & testis, sed illud intelligit de di uino iudicio qđ extraordinariũ est.Hu. Sed nos.s̃.in principio q̃stionis declarauim⁹,ꝙ nõ est idẽ de iudicio diuino, & humano.vnde non est cõtra[in suo ordine].i.officio.Hug.

Inscriptio. Hic incipit 2.pars huius q̃stionis, in qua pmissa regula fiedæ præscriptionis ponit Grãnus quatuor casus,in qbus nõ est necesse fieri insciptionem.Ioã.de Arc.licet ₰m Hu.verba ista sunt pars præcedentis.c.[vt.C.]2.pars.Arc.verba sunt magistri. Et credo eam non debere esse hæc,nisi quis dicat quòd præmittit titulos. C.in quibus inueniuntur leges sequen.Hu.

Aliquando. ₰m Hu. Verba sunt Grãni in quibus excipit quatuor casus, in quibus ₰m quosdã nõ teneẽ qs inscribere,sed malè excipit. Excipit.n. crĩa notoria,q̃ deferuntur per officiales sed male,quia in no torijs nõ propriè dr̃ accusatio.vt.2.q.1.manifesta &.c.de ma nifesta.Excipit ẽt vbi maritus accusat iure mariti, & crimẽ abigeatus,& crimẽ iniuriarũ. Sed credo in his tribus semper Exponit li teram. debere fieri inscriptionẽ si agatur criminalr̃.Hu.Leg.¶[Ea.n.]Ista sunt verba legis quæ habentur.C.l.8.de accusa.ea quidem.Hu.[ea.n].i.crimina[solemnia].i.sine inscriptione,quę exigitur in accusatione, & hoc verõ est si crimina sunt notoria.& non alias.quod patet ex sequentibus legib. vbi inuenitur hoc nomen notorium.Talia.n.crimina.s.notoria licebat officialibus denuntiare iudicibus,sine inscriptione, nec erat opus inscriptione,cum non erat proprie accusatio,quia manifesta accusatione nõ indigent. Et ideo per hoc nõ põt haberi casus vbi accusatio fiat sine inscriptione.Nota hic vt no. Arc. ꝙ eo ipso ꝙ accusator profitetur se dedisse libellũ accusatorium statim intelligitur ligatus ad talionem . vnde dicebat.Gof.ꝙ licet accusator nõ inscribat,ex natura tñ ac- Goffredus cusationis pœna calumniæ venit,& hoc ipsum notat in sum ma.tit.de accus.§.itẽ in crimine.Et de hoc not.C.qui ac.nõ pos.l.qui.crimen.in glos.scribit.n.&c.Et not.hoc Roff.Ben. Roffre. beneuentanus. in libello iuris canonici.rubr.de libellis.qualiter in accu.procedatur. Et per ea quæ dicuntur ibi intelligere,potes hanc glos.Ioã.s. quòd nisi fiat inscriptio nihil valet quod agitur.i. accusatus respondere non cogitur. Archid.

1 *Maritus accusans vxorem de adulterio iure mariti non tenetur se subscribere.*

Si maritus. Verba sunt legis. C. de adul.q̃uis.Hu.& Arc.Summa † maritus 1 accusans vxorem de adulterio iure mariti se non tenetur subscribere.Leg.¶[Si maritus,iure mari Exponit literam, ti].i.priuilegio maritali,quod triplex dicunt esse.s. vt possit accusare vxorem de adulterio sine metu calumniæ, & ex so la suspitione & sine inscriptione, sed in his oĩbus dico non notari nisi vnum spãle priuilegium mariti.s. sine metu calumnie.Hu.Litera sic est intelligenda. [infra.60.dies] vtiles cõputandos, ex die diuortij,& non currunt nisi scienti.isti. 60.dies terminari debent infra quinquennium continuum à die commissi adulterij, quia postea non recipitur accusatio de adulterio.C.de adult.l.adulter,&.l.miles.§.adulterij.hoc aũt intelligendum est ad pœnã legis secularis.s. ad effusionẽ sanguinis, sed ad diuortium ecclesiasticũ etiã post milleniũ põt accusari adulter vel adultera.vt.33.q.2.admonere. Hug. [infra hos.60.dies maritus accusat iure mariti].i.sine metu calũnię, quibus transactis accusat vxorem de adulterio iure cõi,nec euadit pęnã taliõnis.C.de adult.l.iure mariti &.ff.de minoribus.l.auxilium. ₰m canones vero maritus vel vxor accusatus ad separationem tori nõ põt pati pœnam talionis. vide de hoc.j.32.q.1.§.hoc in mulieribus. ₰m Hu.[valet facere ream].i.accusare Hu. [ex sola suspicione] sine metu calumniæ.Hu.vbi no.ꝙ nõ est priuilegium mariti accusare de sola suspitione,sed hoc.s.accusare eam etiam de sola suspitio ne violenta.s.et Bar.Goff. & Inn.notant sine metu calumnię Bartolus. Goffred. Innocent. puta suspicatur adulteriũ vxoris, accusat eam,deficit in pro batione,non notatur de calumnia quod non cõtingit in alio ₰m leges.verba ista legis sunt.vt.C.de adul.quãuis adulteri. Hu[nõ continetur].i.coercetur[vinculo inscriptionis].i.nõ coercetur, & non conuincitur inscriptione ad pœnam talio nis sicut alij inscribẽtes, quasi diceret periculum calumniæ, quod sentiunt alij inscribentes,non timet,licet inscribat.tenetur ergo maritus semper inscribere, vt tali casu non tantum nouo iure,vt ait gl.s.etiam antiquo iure.vnde lex antiqua dicit,ꝙ solemnia accusationis implere debet,& porrigere libellum.vt.ff.de adul.l.miles.§.quidã.Hu.Lau.& Arch.

Abacti. Lex est vnica. C. de abigeis . & est breuis. Summa ꝙ in accusatione crimimis abigeatus non sit inscriptio necessaria. Lege.text. ¶[Abacti].i.fugati,cum quis abigit gregẽ,vel par Exponit teram . tem gregis, abiguntur aĩalia qñ aliquo pãno rubeo vel aliqui signo terroris à pascuis fugãtur.Et ita capiuntur.inde dicun tur abigei.s. talia facientes,& illud est crimen abigeatus de quo hic agitur ₰m Hug. In hoc crimine ₰m Gratianum & aliquos legistas non tenetur quis inscribere, & dicunt sine ea obseruatione.i.sine inscriptione, sed hoc non est verum, & malæ excipit hic Gratianus,quoniam in hoc crimine tenetur quis inscribere vt dicunt qui apicibus iuris inuigilãt, cũ criminaliter agitur,vnde exponenda est litera sic cum inscriptionibus.s. agendo criminaliter, sine ea obseruatione [agendo ciuiliter] quasi diceret de hoc crimine potest agi, & criminaliter & ciuiliter.secundum.Hug.& glos.

1 *Pedanei iudicis qui dicantur.*

2 *Stationarij qui dicantur.*

Si quis. Lex est.C.de accu.si quis se.vt in glos. Summa.quòd in causa iniuriarum potest quis sine inscriptione accusare,quod quidam non admittunt vt dicetur infrà plenius. Lege. ¶[Si quis in hoc casu].s.in crimine iniuriarum voluit Gra- Exponit li teram. tianus neminem teneri inscribere,sed dico in hoc crimine esse inscribendum & sic lego literam. Hugon.[ad stationarios]

tionarios].i.ad iudices fiscales, qui stationibus præsunt, qu i solum lites inter priuatum & fiscum cognoscere pñt. vel stationarios vocat pedaneos iudices qui minima & vilia nego-
1 tia tractãt.† Et dicuntur sic à pede, quasi ab humiliori membro. isti pedanei nullam habent iurisdictionem propriam, sed semper ab alio delegatam. Hi de libertatibus non cogno
2 scunt, sed de humilibus negotijs. vt. C. de peda. l. 3.† Stationarij etiam dicuntur illi qui custodiũt fines imperij, ne hostes irruant. Hu. [libellos] inscriptionis quando vult agere criminaliter [querelas] tamen ciuiliter, potest. n. in tali casu agit criminaliter, & ciuiliter. Hu. & gloss. [apud acta]. i. iudicem vel in iudicio Hug.



In alijs Hæc est lex penul. C. de accus. ibi tñ non est in alijs aut. sed incipit in causis criminalibus, & sic mendosè & malè illud sup additur à Gratiano. Hu. Summa ergo est ꝙ in causis criminalib. regulariter debeat fieri inscriptio. Leg. ¶ [In alijs. dignum est] & necessarium, vt patet in eo, quod no. s. eo. §. inscriptio. Arch. [tempus] .s. annum vel mensem commissi criminis [alterutram partem]. s. accusatorem, & accusatum. Hug. & Archid.

Exponitli teram.

Io. de Fan.

De domo. §. est. Hic incipit tertia pars huius q. Io. de fantu. & respicit iste. §. duo 1. c. s. e. q. Nam ibi dictum est, ꝙ non debet esse idem accusator & iudex. Nunc dicit, ꝙ de domo iudicis nec accusator nec testis producatur &c. secundum Bar. Brix. Arch. In hac ergo parte ostendit, quòd etiam accusator vel testis non debet de domo iudicis, produci.



Contra ritum. Ad probandum quod dixit inducit hoc. cap. quod est Nicolai papæ. Leg. tex. ¶ [Contra ritum [.i. consuetudinẽ. Bar. [leges]. s. romanas. 16. q. 3. nemo. Hu. [de imperialibus]. i. iudicialibus. i. iudicis, vel cum imperator est iudex, & est idem in quolibet alio iudice, & est generaliter obseruandum vt nullus sit iudex in ea causa, vbi aliquis de domo sua est actor vel reus, vel testis, quia videtur esse suspectus, & si hoc contingat delegetur causa. Hu. & Lau. [cui] sic cõstrue, & cum ille testis [cui] tanquam domestico imperari potest, adhibetur de domo iudicis ad falsum testimoniũ dicendũ. s. præsumptione. [custodes]. i. iudices [fiunt]. i. adhibētur esse [lupi]. i. raptores & infideles. Hug. & Archid.

Exponitli teram.

¶ Quæstio Quinta.



De quinta. Hic intitulatur q. 5. s. an vocatus ad causã & die statuta nõ occurrens debeat suspẽdi à cõione. E quidem sic, nisi iustum impedimẽtum ꝓbauerit, & agitur hic de inducijs citatorijs siue expectatorijs, quæ dantur episcopis, & eædẽ dantur episcopis, & eędem dantur presbyteris & diaconibus vt. 16. q. 7. si autem. Hæc autem melius inuenies distincta supra 3. q. 2. Hug.

1 *Causa si delegatur alicui terminanda infra certum terminum spatium debet computari a die subscriptionis literarum.*
2 *Absens si venerit in secundo mense & non probat iustum impedimentum an punietur de contumacia.*
3 *Excommmunicatus in vna ecclesia est excõmunicatus in alia.*



Quisquis. Ad determinationem pręfatæ qõnis inducit magister hoc. c. quod sumptum est ex. 3. Concilio carthaginen. Casus sic põt comprehẽdi. Episcopus vocatus ad cãm si die statuta. s. infra mensem vnũ non venerit excõicabitur, sed si allegat iustum impedimentum, quare non potuit venire, datur ei spatium alterius mẽsis, sed remanebit excõicatus quousq; probet iustum impedimẽtum, quod per aliũ allegauerit. Si vero non venerit 2. mense finito condẽnabitur. Si vero accusator cum episcopus sit præsens, se absentet, & non veniat die statuta, debet excõicari, si tñ iustum impedimentum probauerit, absoluetur, & cãm agere permittetur. Hu. & tangitur in gl. Et põt diuidi in duas partes. In 1. tangit contumaciã accusati. in 2. tractat de contumacia accusatoris. 2. ibi, accusator aũt, vel ₰m alios in quatuor. 2. ibi, ꝙ si aliquas. 3. ibi, si aũt ad vniuersale. 4. ibi, accusator aũt &c. Leg.

Casus.

Diuisio.

¶ [Quisquis ad primates]. i. episcopos 2. q. 6. decr. In vna. n. prouincia non sunt plures primates. vel nõie primatis intelligit metropolitanum, & primatẽ illius prouinciæ. Hu. Sed Bertrã. exponit plurale pro singulari, quia prout dictum est vnus tm̃ primas debet esse in vna ꝓuincia. 99. di. prouinciæ. Arc. [nec à cõione suspendit] vt dicunt quidã nisi fuerit infamatus. 2. q. 6. presb. & hoc approbat Io. de Fan. Arc. [crimẽ] sic. 5. q. 3. c. 1. Arc. [electorũ] à reo. 3. q. 8. c. 1. & c. vel dic [electorũ]. i. bonorum, & iurisperitorum. Hu. [statuta] intellige ₰m id quod habet. 5. q. 2. c. 1. Lau. [minimè occurrerit] ergo si non venerit infra mensem, suspendetur à cõione, & intelli
1 ge sacrorũ. Hu. [ex eadẽ die]. Et est ar. † ꝙ si cui delegatur cã terminanda infra certũ terminũ, spatiũ debet cõputari à die susceptionis lrarũ, nõ à die delegationis, vel cõmisionis. sic̃ di. 55. nullus. &. 2. q. 6. biduũ. §. & in propria cã. Hu. [accepisse constiterit] vel ꝑ eũ stetisse, quo minus acceperit. ff. de reg. iur. l. in oĩb. causis. Lau. Arc. facit extra de preb. licet eps. li. 6. & eo. li. 6. & e. li. de elec. cõmissa. §. 1. [ꝙ si]. 2. pars. [causæ suę dicẽdę.] principalia. Hu. & Bar. [post ₰m mẽsem.] i. post principiũ. 2. mensis Hu. [donec purgentur] non de crimine obiecto, sed cã in oñdendo qua occurrere nõ potuit. s. ꝙ nõ fue
rit ꝑ cõtumaciã, sed cã necessitatis. Hu. & Lau. & Arc. ¶ Sed
2 hic surgit q. † Si venerit in 2. mẽse & nõ probat iustũ impedimentum. Rñdetur ꝙ punietur de contumacia, siue de crimine cõuincatur siue nõ. Hu. Et nota ꝙ iste nõ excõicatur. i. anathematizatur, quod inde patet, quia nõ. 3. vocatur, & qa añ absolutionẽ auditur & purgat̃ excusando absentiã suã. sed excõicatur. i. à cõione sacramẽtorũ & forte clericorũ remouet̃. Hu. & sic nõ obest, ꝙ qs nõ debet excõicari, nisi post trinã citationẽ. 24. q. 3. de illicita, & ẽt absoluãtur aliæ quæstiones, q̃ possent hic moueri rõne ęquocationis cõionis. [Si aũt ad vr̃e] 3. pars. i. prouinciale. qa in cã ep̃i illius ꝓuinciæ debẽt interesse. vt. 3. q. 6. si qs episcoporũ. Hug. & Lau. [occurrere.] infra ₰m mẽsem cũ nullo nr̃o impedimẽto impediebat̃. Hu. [terminet̃]. i. examinet̃. Hu. [nõ finiatur.] 3. q. 6. accusatus. de hoc. no. 2. q. 1. primates. Arch. [ipse iudicet̃. in se dãnationis sñiam dixisse]. i. hoc ipse vr̃ cõfiteri de crimine cõmisso ꝑꝑ qđ debeat dãnari vt. 3. q. 9. decernimus. & 24. q. 3. de illicita. Et loquit̃ in eo casu. cũ liquet vel liquere põt iudici de cã, alias debet differri sñia de crimine vsque ad annũ. vt. 11. q. 3. rursus, sed de contumacia statim põt cõdẽnari, & hæc lr̃a de eo põt intelligi [sic dixisse]. i. aliquid fecisse ꝑꝑ quod debeat cõdẽnari in crimine cõtumaciæ perstitisse. Hu. [parochia]. i.
3 alia ecclesia. ar. † ꝙ excõicatus in vna ecclesia & in alia. Sed cõtra vr̃ di. 18. placuit, Sed rñdetur ꝙ in c. placuit loquit̃ de excõicatione. i. separatione à cõione ep̃orũ & aliorũ hic dr̃ de vera excõicatione. i. de remotione & separatione sacrorum q̃ interdicta in vna eccl̃a, interdicta sunt in qualibet alia: Cũ .n. ecclesia sit vna nõ põt simul quis esse intus & ex. vt. 24. q. 1. didicimus. & c. loquit̃. Hu. & gl. [accusat]. 2. pars. [principalis] vel quartã. [restituto.] nõ ob hoc tm̃ qa accusator se subtrahit, nisi cõsurgeret cõtumacia Lau. Et dicas restituto, cũ pñs fuerit accusator vel absens, & citat⁹ cõtumax fuerit ₰m Io. de Fan. Nã ₰m quosdã citari debet accusator anteq̃ absoluatur accusatus. vt. C. qui acc. non pos. qui crimẽ. 5. q. vlt. epiphaniũ. nõ obstan. extra de acc. licet, quia ibi erãt pñtes illi à quorũ accu. absoluebatur accusat⁹, & ita ibi notat Inn. & ibi de hoc per Ber. Arc. hic non loquitur de absolutione ab accusatione, sed à suspensione lata per cõtumaciã. [ita tñ.] nota si nõ ꝓhibet vt in tex. dr̃, admittitur facultas peragẽdæ causæ. i. criminis intentãdi, ex quo nõ venit ad diẽ, vt in hac l. si. ea. & extra de accus. licet. Et ita in criminalib. tradit ab agendo, qui ad diem non venit, & vbi de crimine agitur criminaliter. ff. de iu. fisci. l. 2. §. Senatus. Secus in ciuilibus. C. de. iudi. properandum. secundum Lau. & Arch.

Exponit literam.

Bernar.

Io. de Fan.

Quæstio. Respõdit.


Lauren.

Opponit. et Respõdet.

Io. de Fan

Innocen. Archid.

¶ Quæstio Sexta.



Sexta quæstio. Hic intitulat̃. 6. q. s. accusator in accusatione ep̃i deficiẽs & de calũnia dãnatus an valeat postea admitti ad assertionem propriæ causæ. Hu. Equidẽ in cã ecclesiastica vel ẽt in criminali nunquã decetero debet admitti cõtra illũ vel alium episcopum, licet velit prosequi propriã iniuriã vel crimen exceptum. Contra alios vero non prohibetur agere ciuiliter, vel criminaliter in propria causa, vel crimine, sed hæc

melius tractata sunt. supra. 3. quæst. 10. si accusatorum. Hug. & ibi de hoc. Soluit autem quæstionem hanc per capitula sequentia eodem cap. forte præcedenti.

Illud. Illud. c. & c. si accusatorũ. j. e. idem volũt quod. c. si accusatorum. s. 3. q. 10. & ibi summatũ est, & expositum. Leg. ¶ [Illud vt cum agere ceperit accusator]. i. exponeret. Hu. [damnabilis]. i. calumniosa, & de hoc damnata. Ioan. de fan. Arch. alia vide suprà. 3. q. 10. si accusatorum.

Exponit literam, Io. de Fan.

Omnibus. Ad idem ex concilio. 7. carthaginensi. Summa patet. Lege. ¶ [omnibus]. i. idoneis ad agendum. i. quibus licet loqui & participare, & sic non cõprehendun tur hic excõmunicati, qui nulla causa possunt stare actores, quia eis non est participandum, nisi in his quæ spectant ad eorum correctionem, vt. 11. q. 3. cum excommunicato [in proprijs.] vt 2. q. 1. prohibentur. & 11. q. 3. Theugaldũ. Hu. & ne hoc. c. obuiet præcedenti, supplendum est hic quod ibi plus dicitur, & interpretãdum est hoc capitulum ꝼm illud. Hu. [accusandi]. i. agendi criminaliter, vel ciuiliter. Sic. n. large & communiter hic accipiuntur hæc vocabula, scilicet accusatio & accusandi. Hu. & Archi. Et nota ꝙ periurus ad agẽdum siue ad accusandũ admittitur pro ecclesia sua, & ad defendẽdum vt notant Ber. Hof. & Inn. extra de excep. dilecti. Et adde quod dixi. 2. q. 7. si qui sunt. Arc. [deneganda.] vt. ff. de iud. l. 2. §. sed si agant, Lau. Sed contra. 3. q. 4. nulli. in fi. vbi infamis repellitur indistinctè. intellige illum textum loquentem generaliter secundum limitationem huius tex. & ibi etiam sic soluitur. Io de fan.

Exponit literam.

Hosti. Innocen. Archid. Opponit & Respõd.

SI accusatorum. Hoc capitulum habetur. s. 3. q. 10. & ibi exponitur &c.

¶ Causa Quinta.

1 ¶†vtrum maleuolus sit dicendus vel an peccet qui crimen alterius reuelat siue iudicat. Et videtur ꝙ sic.dicitur.n.prouerb.11. qui ambulat fradulenter reuelat arcana: & qui fidelis est, celat amici commissum. ¶Secundo prouer.25.dicitur quæ viderūt oculi tui ne proferas in iudicio cito, ne forte emendare non possis. ¶ Tertio de lege naturę tenemur non facere alij, quod nobis nollemus. Sed nullus vellet vt crimen suum indicaretur alij.ergo &c.¶ In oppositum est c. sequens.quod est beati Augu.¶Respōsio.ad hanc quæstionem respondendum venit per distinctionem.est ergo notandum ꝙ ille qui indicat crimen alterius, aut indicat crimē occultum, aut manifestum, quod potest in iudicio probari. Si enim erit crimen occultū, & scit in secreto, subdistinguēdū est, quia aut indicat in iudicio & iudici, aut alicui probo qui possit prodesse, & non obesse vt pc̄tor emendetur. Si.n.peccatum occultū est, & quod scit in secreto indicat in iudicio iudici, si

Diuisio. Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Opponit & Respōdet.

iudici sit ista conclusio, quod talis peccat, & maleuolus est iudicandus. patet conclusio ista multipliciter. Primo quia sic faciendo diffamat fratrem suum contra beneuolentiam charitatis. ¶ Secundo quia facit contra præceptum domini de fraterna correptione. Matthæ. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. de quo. s. 2. q. 1. c. si peccauerit. dixim⁹ plene. ¶ Tertio quia sic agendo constituit sed proditorem, & non correctorem. quia ille videns se reuelatum de secreto negãdo dicet falsum, & periurabit & deterior efficietur. ¶ Quarto qa qui sic iudicat exponit se periculo vt succumbat, cum hoc probare non possit, & sic sibi nequam nulli erit bonus. nec beneuolus debet se maleuolus reputari. Si aũt peccatum occultũ & in secreto scitum, dico probo viro, vt priuatę personæ, & non vt iudici, sed amico, qui possit & velit prodesse, & non obesse, & hac intẽtione vt absq; infamia pc̄tor corrigat. & emendet, est conclusio. ꝙ talis nõ debet dici maleuolus, sed bñuolus, quia ad bonũ fratris charitatiuè mouetur, & vt fratrem lucretur, quod pertinet ad charitatem. Si peccatum est notorium, & posset probari dum hoc non ex odio, sed amore & zelo iustitiæ, vt peccator corrigatur, & ne eius peccatum alios inficiat, aut obsit rei publicæ. sed vt læso satisfiat, tunc est conclusio, quod qui hoc peccatum iudici indicat, non maleuolus sed beneuolus dicendus est. vnde apostolus notorium peccatorem tradidit sathanæ ad interitum carnis, vt spiritus saluus fieret. 1. ad Cor. 5. sic etiã. 1. ad Ti. 5. ait peccantem coram omnibus argue. Ad idem est hu. qui ita distinguit hic. qui crimẽ alterius indicat, aut hoc facit cum præmonitione. Itẽ aut bono zelo. s. causa correctionis, aut malo. s. causa infamationis, & vindictę. Si hoc facit cum pręmonitione, & bono zelo, non iudicat maleuolus. Si autẽ sine præmonitione, & malo zelo, maleuolus est. Sed illud nota. ꝙ ex quo pręmittit admonitionem, & seruat ordinem iudiciarium semper præsumitur esse bonus. & bono zelo facere, etiam si faciat malo, & econuerso si non adhibet admonitionem semper præsumitur facere malo zelo, & si bono zelo hoc faciat. Et hæc vera sunt tam in denuntiatione, quam in accusatione. Sed in hoc est differentia inter illa. quia ad accusationem nullus tenetur, nisi casualiter. ad denuntiationem vero quilibet tenetur quis inscribere, hic non. ibi patitur qs pœnam talionis, hic non. ibi conuictus cõdemnatur & punitur, hic non, nisi quia cogitur ad pœnitentiam secundum Hu. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primũ argu. Ad primam respondetur quod loquuntur de eo qui malo zelo reuelat, arcana siue crimina occulta proximi sui, nõ de eo, q ex bono zelo & admonitione præmissa. quod notatur cum, dicitur qui ambulat fraudulenter. ¶ Ad secundã respon- (Ad secũdũ) detur. quod authoritas non est ad propositum quia cõmissum ibi dicitur secretum. iuxta illud ecclesiastici. 27. secretũ (Ad tertiũ) extraneo ne reueles. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem & dicitur. quod omnis bonus homo cupidus salutis suæ deberet velle ordine tamen iudiciario seruato & ex bono zelo iudicari crimen suum vbi ex tali denuntiatione sequeretur salus eius.

1 *Maleuolus non est censendus qui correctionis zelo alterius crimen indicat.*

2 *Crimen fratris iudicans an sit magis dicendus nocens, quam innocens.*

3 *Peccatum quare dicatur vulnus.*

Et etiam graue. nu. 4.



NOn vos. Inducit magister pro parte negatiua. q. in primis hoc. c. quod est beati Augu. in regula. Sũma. 1 † Non cẽsendus maleuolus q correctionis zelo alterius indicat crimen. Et diuidit in duas partes. In prima dicit (Diuisio.) dictum est. In secũda probat exemplo vulneris corporalis. 2. ibi, si. n. ¶ Pro pleniori intellectu præsent. c. (Quæstio. Primũ ar.) 2 quæritur sic. ¶ † Vtrum crimẽ fratris sui indicans sit magis nocens dicẽdus, quam innocens. Et videtur ꝙ magis nocẽs. Primo sic, quia talis reuelans crimen proximi solum sibi notum videtur iuxta Augu. supra in c. si peccauerit. 2. q. 1. magis erroris proditor quam corrector. ¶ Secũdo arguitur ex (Secũdũ ar.) illo Ecc. 27. qui reuelat arcana amici, fidem perdat. ¶ Tertio (Tertiũ ar.) quia talis reuelãdo crimen proximi videtur peccare contra præcepum de dilectione proximi lædendo eius famam. ergo (Opponit. & Respõ.) talis dicendus est magis nocere, quam innocentiam seruare. ¶ In oppositum est text. præsentis. c. ¶ Respondeo dicen- (Prima cõclusio.) dum sub duabus conclusionibus. Prima est, ꝙ qui ex charitate crimen proximi indicat, vt ille corrigatur, & à morbo peccati curetur seruato ordine dato in superiori quæstione non est maleuolus dicendus, sed beneuolus, non nocens sed proficiẽs & vtilis proximo. patet ista cõclusio per Aug. in præsenti. c. patet etiam ratione. quoniam talis indicando crimen proximi zelo salutis illius operatur erga proximũ opus charitatis, & pietatis, vt probat hic Augu. exemplo de vulnerato. ¶ Secunda conclusio qui tacet crimen proximi (Secũda cõclusio.) vbi indicando põt illi prodesse, merito dicitur multipliciter nocens. Primo. n. talis nocet sibi, quia peccat. vnde Esa. 11. Lamentãdo dicit. Ve mihi, quia tacui. gl. quia Osiam & alios libere non reprehendi. vnde de talibus beatus Grego. terribi (Grego.) liter sententiat dicens. Qui proximi mala conspiciunt. & silentio prætereunt, quasi conspectis vulneribus vsum medicaminis subtrahunt, & eo mortis actores fiunt, quo vulnus quod curare poterant, nolunt. Item Aug. Tu vulnus fratris (Augu.) tui contẽnis. tu eũ perire vides, & negligis peiores tacendo quam ille committendo. ¶ Secundo talis nocet illi, qui est proclamandus siue iudicãdus, & hoc dupliciter Primo. s. bo- (Augu.) num subtrahendo. Augu. in epistola ad Hiero. Obsecro te ꝑ mansuetudinem Christi, si lęsi te dimittas mihi, ne me vicissim lędendo reddas malum pro malo. Lædes aũt, si tacueris mihi errorem meum, quid in factis meis vel in dictis inueneris. ¶ Secundo nocet malum inferendo, interpretatiuè. n. tot occidemus, quot mortem ire tepidi & tacẽtes videmus. Itẽ talis crimẽ non indicans nocet socijs qui eorũ exẽplo tacentes idẽ peccatum taciturnitatis incurrunt. Moris autem est apud viros disciplinatos socios suos pro reuerentia superiores arbitrantes, quod non incipiunt libenter prius loqui. iuxta consilium sapientis Eccle. 33. Loquere tu maior natu, decet. n. te primũ verbũ &c. Patet ergo quantum sunt nocẽtes, qui ex taciturnitate tam grauiter nocẽt, & sibi & proximo cuius crimen celatur, & socijs suis, vnde vere innocentes non sunt, sed nocentes plurimum cum grauiter errent. Hoc tamen intellige quando indicatio siue reuelatio cedere potest ad correctionem. Et ideo signant dicit Augu. in litera, quos indicando corrigere potestis. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad omnes patet vna re- (Ad argu.) sponsio. quia procedunt quando malo zelo causa infamãdi, & cum non seruato ordine debito quis indicat crimen proximi. Lege. ¶ [Nõ vos indicetis] ordine iuris. s. coram iudi- (Exponit literam.) ce accusando vel denuntiando. Hu. & Arch. [si iudicatis]. s. non ex odio sed ex charitate. vt. s. ille corrigat, & ad pœnitẽtiam veniens curetur à morbo peccati. [Magis quippe nocẽtes non estis.] quidam libri habent talem literam. [magis quippe nocẽtes estis si fratres &c.] & hæc litera placet. alij li. habent [nocentes non estis indicando crimen quam si fratres &c.] & hæc litera sic legitur. & tenentur aduerbia cõparatiua electiuè [magis nocentes non estis]. i. indicando crimen non estis innocentes sed estis nocentes si fratres &c. i. estis nocentes tacẽdo sicut expositum est in quæstione corrigere. ecce in quo casu intelligit quod dicit. quia. s. indicatio cedere potest ad correctionẽ. [Si enim frater]. 2. pars ꝓbat exemplo, quod dicit quanto magis &c. ¶ Circa hanc partẽ (Quæstio.) aliud sciendum, vtrum peccatum conuenienter dicatur vulnus corporis. Notando sunt duo. Primum est quare peccatũ dicatur vulnus & grauius q̃ vulnus corporis. Notãda sunt duo. Primũ est quare peccatũ dicaꝭ. Secundo qũo sit vulnus grauius multũ vulnere corporis. † Circa primũ nota quod peccatum dicitur vulnus ꝭm illud Lucę. 10. de latronibus qui homini descendenti de Hierusalẽ in hiericho imposue- (Psal. 37. b.) rũt plagas, quod intelligitur de peccatis. Bene aũt dr̃ peccatũ vulnus ꝙ vulnus debilitat, & peccatum similiter. Psal. Cor meum conturbatum est in me. s. per peccatum. & dereliquit me virtus mea. Item vulnus infert dolorem, propter quod dicitur, super dolorem vulnerum meorum addiderũt. Et ita peccatum propter quod dicitur eccle. 3. Cor nequam (Psal. 17. a.) grauabitur doloribus. & in psalmo. dolores inferni circũdederunt me. tanta est iustitia Dei, vt nunquam anima cũ peccato sit sine amaritudine & angustia affligente. Item vulnus (Psal. 88. b.) humiliat. Psal. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.
4 † Circa ꝭm not. ꝙ pecccatum non solum est vulnus, imo vulnus valde graue. Tum primo, vulnus enim tanto grauius est quanto profundius. tale autem est peccatum. vnde ecclesia cantat, peccata mea domine sine sicut sagittæ infixa sunt in me. quæ scilicet profunde penetrat ita & peccatum (Pal. 37. a.) vsque ad intima. & est sumptum de Psal. vbi dicitur, quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Tũ secundo quia vulnus tanto grauius

grauius quãto in parte nobiliori, vt in corde. vel in cerebro. vulnus autem peccati est in anima,quæ est nobilissima pars hominis de cuius nobilitate dicit Bernar.Oĩa insignita Dei imagine decorata similitudine dotata spiritu redempta sanguine Christi, deputata cũ angelis. Hæres beatitudinis. Tũ tertio vulnera tanto sunt grauiora, quanto magis abscõdita, talia autem sunt peccatorum vulnera.vnde Gregorius in pastorali. Qui nescit esse occultiora vulnera cogitationum. q̃ viscerum. Tum quarto ostenditur grauius esse vulnus, cum propter sanctionem vulneris in mẽbro minus nobili,oportet tacere vulnus in membro nobiliori.Ita est in proposito. Corpus enim Christi, quod est nobilissimum membrum vulneratum est propter vulnera aliorum membrorum sanãda. Esa.54. Vulneratus est propter iniquitates nostras. Ad quod attendendum hortatur nos Bernar.dicens. Agnoscens homo quam grauia sunt vulnera illa, pro quibus oportuit Christum dominum vulnerari. Tũ quinto vulnus dicitur grauius quando non sanatur, nisi per pretiosi & insolita remedia,ita est hic in peccato. Bern. filius Dei iubetur occidi vt nostris vulneribus pretioso illius sanguinis balsamo medeatur. Tũ.6.grauius dr̃ vulnus,qñ nõ quilibet chirurgicus. sed solũ paucissimi & excellentes possunt subuenire,ita in pctõ,cui nõ põt subuenire nisi deus.Eccl.21.quasi romphea bis acuta oĩs iniquitas, & plagæ illius non est sanitas.s. nisi à solo Deo,sicut dr̃ de morbis desperatis.ꝙ non põt hõ sanari,& intelligitur nisi à solo Deo, & non secundũ cursum naturæ ab alio. Cum igitur peccatum sit vulnus & grauius oĩ vulnere corporali,bene arguit à minore sanctus Aug.dicẽs. si enim frater tuus vulnus habet in corpore &c.quãto enim anima pretiosior est corpore tãto infirmitas eius est peior. Et nota quod sequitur,ne deterius putrescat in corde. Sicut enim vulnus spirituale deterius est, quam vulnus corporale, ita & putrefactio eius est deterior. Dicitur autem huiusmodi vulnus putrescere.quando saniatur per corruptionẽ, quia vulnus putrescens corrumpit magis & magis totum. ita & peccatum quod per pœnitentiam non sanatur. ẜm illud. 1. ad Corin.5.modicum fermentum corrumpit totã massam. Item reddit fętorem, ita & peccatum non potest diu esse in corde quin aliquid fętor egrediatur. Greg. sicut bonus odor ex virtute, sic fętor ex vitio. Item fit grauius,quia quasi insanabile per putrefactionem, ita est peccatum tanto grauius quanto diutius detinet animam infœlicem, sicut decretal. fin.de consuetud. Mira ergo fatuitas est, sic vulnerato celari plagam propter quod dicitur in psalmi. Putruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Mira crudelitas,scire huiusmodi vulnera,& non indicare sanãda propter quod optime dicit Aug. in litera crudeliter hoc celari, & misericorditer indicari alicui,qui scilicet prodesse possit.

Bernar. Grego. Bernar. Gregorius Psal.37.a.



On omnis. Ad idem inducitur hoc.c. quod est eiusdẽ Aug. ad Vincentium donatistam. Summa eius est.Non omnis qui parcit est amicus,nec omnis qui corrigit est inimicus. Et nota quod in hoc c.& in sequenti ponunẽ multa prouerbia quibus euidẽter colligiẽ, quod non oĩa quæ vñr habere speciẽ mali sunt mala,nec oĩa q̃ vidẽtur habere spẽm boni sunt bona.quod perpenditur vel ex personis quibus fiunt,vel ex personis quæ agunt,& similiter accusatio siue correctio licet videatur habere speciem mali,non tñ semp est mala, & propter hoc allegantur hæc duo capitula. Lege. ¶[Non omnis parcit.] Prouer.13.qui parcit virgæ,odit filium[verberat] filium quem diligit & non est ei inimic⁹. Deus etiã quẽ diligit castigat.ad Heb.12.& Apocalypsis.3.quos amo hos corrigo,& castigo.[meliora.] hoc sumptum est ex prouerbio Salomonis prouer.27.[melius] quia Prouer.27.melior est correctio manifesta,quam abscõditus amor[vtilius.]vnde tanto vtilius est animam verbo iustitiæ satiare,& reficere,quàm pane corporali corpus,quãto anima melior est corpore,& cibus animæ vtilior cibo corporis. Quid enim prodest inquit saluator homini,si vniuersum mundum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur. Igitur melius est esurienti & vtilius, quòd panis ei subtrahatur, quam iustitia quæ est salus animæ negligatur [seductus]securitate cibi. Hu.[& qui]aliud exemplũ[quasi Deus]ponit exemplum.de eo qui plusquã aliquis alius nos diligit dans nobis esse viuere,& intelligere, & beatitudinis participes efficit. & nihilominus non tantum prospera tribuit ad alliciendum, & consolandum, sed etiam aduersa ad probandum,& coronandũ vt patet in Iob, Thobia,& multis alijs sanctis,etiam ad puniendum & purificãdum, & ad conuertendum homines ad se. Mala.n. quæ nos premunt vt dicit Gregorius,nos ire ad Deum compellũt[exercet fame Patriarchas] præ fame Iacob & filij eius venerunt in Aegyptum.Gen.13.per totũ vsq; ad.48.c.per totum[populum contumacem].s. filios Israel, multis afflictionibus in Aegypto afflixit. Exo.5.& libro iudicũ per totũ[ab apostolo qui dicit.]i.ad cor.12.datus est mihi stimulus &c.[stimulum carnis].i.dolorem capitis vel incẽtiuũ libidinis vt.33.q. 5.si paulus.Hu.[perficiat].i.perfectum ostendat.Hu. [& pastorem]bonus pastor ouem errantem reducit, exemplo illius qui ouem perditam quæsiuit.Mat.18.

Exponit literam. Grego.

1 *Correctio debita & correcte exhibita non est obedientis, sed diligentis.*



On osculatur. Ad idem propositũ inducit hoc.c. quod est dicti Ambrosij in quodam sermone cuius summa est.† ꝙ correctio debita & recte exhibita non est odiẽtis sed diligẽtis, & ostendit hoc exemplo patris & authoritate. Salomonis. Lege. ¶[Non osculatur filium.prouerb.13.&.23.[castigat].24.q.5.nõ putes.&.c.nos vos.&.1.q.7.patet. Archid. [Propheta].s. Salomon qui propheta dicitur, quia multa prophetauit.s. Salomon qui propheta dicitur, qui multa prophetauit de Christo & de ecclesia,maximè in lib.canticorũ[ait] Prouer.27.

1

Exponit literam.

Ex his. §.est.Et diuiditur in duas partes.In prima concludit ex præmissis quod melius ac vtilius sit proximorum suorum crimina ex charitate & zelo salutis indicare,quàm abscondendo fouere. In.2.objicit in contrarium ex verbis Eusebij.in.c.seq.

1 *Personarum tria genera quæ repelluntur ab accusatione episcoporum.*

2 *Confiteri sponte crimina aliorum qui dicantur.*

3 *Episcopus an debeat torquere propria manu.*

4 *Clericus verberandus an debeat verberari per ministrum ecclesiæ.&.nu.5.*

6 *Sacerdos publicans crimina aliorum celanda grauius peccat quam alius.*

Lli qui Hoc statuit Eusebius cuius statuti summa est. quod suspecti de fide catholica vel inimici & detractores ad accusationem episcoporum non admittũtur nec ad testimonium si tñ in casu aliquo detractores cõtingat admitti ad testimoniũ, non recipiuntur sine tormentis. Et diuiditur in duas partes ẜm duo dicta, quæ ponitur.2.ibi,& ideo &c.Le.¶[Illi q.] Pro clariori intellectu huius literę sciẽdum est, ꝙ duplex est lectura huius.c.In prima parte vna quod loquatur.tm̃ in accusatione, alia quod etiam in testimonio. Secunda pars etiã habet duas lecturas.vna quod loquaẽ in accusatione,& hæc non est vera simpliciter,sed in casu tantum.secundum Hu. & gl.secũdũ Lau.dic vt.j.in ver.& ideo.Alia quòd loquatur in testimonio. Hanc sequitur gl.Hug.& Bar.Brixien.Itẽ secundum vnam lecturam quæ est communis, loquitur solũ in confitentibus sponte crimina aliorum, sine detractoribus.secundum aliam etiam in suspectis de inimicitia. Hęc autem vera est secundum limitationem, de quo in & super gl.hoc non refertur.sequitur litera[ad pulsationem].i.accusationem. Hu.† Nota quod tria genera personarum notantur in hoc.c.quæ repelluntur ab accusatione episcoporum, scilicet in fide catholica suspecti,& de inimicitia & illi, qui sponte crimina aliorum confitentur.i.detractores, quæ tria genera signantur communiter[in fide catholica].2.q.7.non potest.& c.pagani.3.q.4.c.1.2.&.3.Archi.ver.graui.vt legitur & no.extra de accu.cum oporteat. & de hoc le.& no.3. q.1.c.2.Arc.[nec illi qui sponte confitentur.[† Nota quòd illi dicuntur sponte confiteri crimina aliorũ, prout dicit Hu. qui falsa scienter objiciunt insidiando, vel vera facile exprobant insultando, & diffamando,vel vt alijs detrahãt passim, & sine discretione crimina illorum deferant.Isti nec ad accusationem,nec ad testimoniũ sunt admittendi contra episcopos, nec etiam contra alios.Si tamen crimẽ est magnum, & manifestum,& generat scãdalum, nisi puniatur & aliqua sit præsumptio contra reum de tali crimine,& non obstãt aliæ probationes, vel si obstant non sunt sufficientes,tunc recipiuntur isti tales in testimonium etiam contra episcopos, prius ta-

Diuisio. Exponit literam. Lauren. Bar. Brix.

1

2

prius tamen tormentis subijciuntur, sicut subijciuntur arenarij,& huiusmodi personæ infames,cum recipiũtur ad te-
Archid. stimonium.secundum Hu. & Arch. merito autem tales qui libenter crimina imponunt,ab accusatione repellũtur. quia magis præsupponuntur ea imponere ex peruersa voluntate, quam ex charitate,& veritate. vnde Leui. 19. dicitur. nõ eris criminator ne susurro in populis, nec stabis contra sanguinẽ proximi sui.[Et ideo].2.pars.[replicanda].i.sæpe & diligenter inquirenda à talibus. veritas enim quanto plus quæritur, & inuestigatur sepius, tanto magis splendescit in lucem. vt. 25.q.9.c.graue.[sponte].i.facile.i.sine causa, indiscrete [in illis].s.sponte confitentibus. Hug.[non potest].i.non solet
Archid. præsumptione in contrarium facere. Hu. Laud. Arc. [Hanc
Lauren. diuersis cruciatibus.]s.leuibus,& virgis scuticis. secundum
Quæstio. Hu.& Lau.23.q.5.c.1.¶ Sed hic surgit quæstio. videtur.n. maledicere, quoniam veritas non videtur extorquẽda verberibus. vnde.15.q.6.c.1.habetur,quod confessio nõ debet extorqueri,& si fuerit extorta non est fides.i.non debet fa-
Respõdet. cere fidem iudici. Respondetur iuxta Hu.quòd ista capitula non contradicunt,qm̃ in diuersis casibus loquuntur. Capitulum.n.illud.15.q.6. loquitur de quibusdam tyrannis pessimis,qui cum non essent iudices, eorum clericos tamen per tormenta cogebant confiteri contra se,quod volebãt, quod
Laurent. omnino iniquũ erat.[& latebris.] nõ dico ipsorum testium
Archidia. sed veritatis. Hu.& Lau.& Arc.[Tortor religiosus].i.ecclesiasticus iudex, episcopus vel metropolitanus, vel primas q religione sui officij de contingentibus nihil debet omittere.
Quæstio. ff.de testi.l.quæsitum. Ioã.de Fant.¶ Sed quæritur.† vtrum
Respõdet 3 episcopus manu propria debeat torquere. Respondet quod
Quæstio. non licet hoc.vt di.86.c.non liceat. sed per ministrum hoc
Respõdet faciet.¶ Sed hic surgit quæstio.† Si verberandus est clericus
4 vtrum per ministrum ecclesiæ debeat verberari. Respondetur iuxta Hu. Credo ꝙ sic, quia non videtur honestũ,vt cle-
Opponit & ricus verberetur à laico. Præterea in tali casu constitutus in minori ordine licite verberat constitutum in sacro ordine etiam presbyterũ. Hu. Sed cõtra prędicta videtur esse quod habetur.23.q.vl.his à quibus. vbi videtur. quod clerici non
Respondet. debent agitare iudiciũ sanguinis, nec trũcationem mẽbrorum facere,vel præcipere. Itẽ in concilio vrbico habito sub Alano papa,sic statutum legitur. Nõ licet psbytero aut diacono,vbi rei torquentur stare, qualiter ergo episcopus erit præsens,& videbit huiusmodi testes torqueri & ab eis veritatẽ cruciatibus extorqueri. Respondetur ad hoc iuxta Hu. ꝙ huiusmodi testes in iudicio ecclesiastico subijciuntur tormentis non illis seuerioribus quibus in iudicio forensi homines qñq; subijciuntur,sed aculeis,vngulis,fidiculis,& huiusmodi.in quo intelligitur præfatũ.c.cõcilij vrbici,sed verberibus leuioribus,virgis.s.& scuticis,& corrigijs,& huiusmodi.quæ non prohibentur fieri vel iuberi à clericis in hoc casu. Nam iste modus cedẽdi & magistris liberalium artium in discipulos,& à parentibus in filios solet adhiberi. vt. 23.q.5.c.1.& di.45.cum beatus. Est ergo sensus cruciatibus leuibus.s.sicut dictum est. Hu. [exigere debet] scilicet à sponte confitentibus.i.extrahere,& elicere. Hu.& Archi.¶ Sed hic
Quæstio. 5 surgit q.† vtrum hæc pœna habeat locũ in clericis. Ad hoc
Respõdet. dicunt quidam ꝙ non. Alij dicunt quòd locum habet in clericis alijs, sed nõ in presbyteris & diaconibus.ar.j.e.q.6.presbyteri. Sed his obuiat primo de clericis. 2.q.1.i primis. vbi dicitur accusatores episcoporum & testes torquẽdos,quod non videtur posse intelligi nisi de clericis cum alij ad accusationem vel testimonium contra eos nõ admittantur.2.q.7. ipsi apostoli.&.c.testes.facit ad hoc quia cum extra testimonium licitum sit eos subijci verberibus.35.di.ante.&.45.di. cum beatus. quare si vacillãt in testimonio vel viles sunt nõ torquebuntur.ff. de quæstio. ex libero.4.q.3.§.si autem ea. vnde Hu.dicit hoc in presbyteris,& in omnibus clericis habere locum. Cum enim presbyteri tali vitio se subijciunt,vt non possint celare celanda,meri etiam carere debent priui-
6 legio in pęnam talis delicti.† Grauius enim peccat sacerdos si publicat crimina aliorum celanda, quam alius.ar.3.q.7.sa-
Pro intellectu.c.presbyteri in fra.q.proxima. cerdos,& de pe.di.6.sacerdos.& ex.de exce.prę.ꝙ sit graue. Non obstat.j.q.prox.presbyteri. vbi dicitur. quod presbyteri nõ debent pati iniuriã quæstionis in testimonio reddẽdo. quia secundum Hu.sic est intelligendum.nisi.s.incidãt in canonem sponte confitentium,vel non debent pati iudicio seculari.s.coram seculari iudice. sed nec aliquis clericus est ibi torquendus,ergo derogatum est illi legi. Quo ad id dicitur de alijs clericis,si intelligit eos esse torquendos coram iudice seculari. Cauendum est autem cum torquentur clerici ne adeo torqueantur quod periculũ vitæ immineat vel mẽbrorum.extra ne cle.vel mo.sententiam. Quod dic.vt Inno. Innocẽ
notat extra de re iudi.in contemplatione. vbi videas Io. An. si vis scire qui possint torqueri,& qui non.



QVi ambulat. Inducit ad idem has authoritas duas: prima ponitur Prouer.11.2.Prouer.25.&c.¶ [Qui am- Exponit literam.
bulat fraudulenter].s.qui non quærit vtilitatem proximi, vel dilectionem ta. reuelat arcana ad infamandum proximum.[Qui autem fidelis est celat amici commissum].i.peccatum,nisi forte causa salutis illius,cui talis posit prodesse & non obesse [reuelet quæ viderunt] hoc scribitur Prouer.25.quæ viderunt oculi tui mala de pximo tuo ne proferas.[in iurgio cito ne videaris præceps.] sed magis econtrario,sis modestus,& corripe fratrem tuum inter te & ipsum. Matth.18. Nam vt dicitur Prouer.30.totum spiritum suum profert stultus. Sapiens autẽ differt & reseruat in posterum.[cum de honestaueris]per infamiã [nõ possis]quia semel emissum euolat irreuocabile verbum. di. 43.§.pariter quoque.

Sed aliud. §.est in quo Gratianus soluit & bene ad argumenta posita cum distinctione dicens quod accusare aliquem ex charitate ad hoc vt corrigatur est officium pietatis, & ad bonos pertinet,sed falsè accusare vel crimina falsa alicui obijcere,vel vera causa infamãdi: est officium impiorum, & ad malos hoc pertinet. & hanc solutionem probat sex authoritatibus. quarum quinq; sunt de prouerbijs Salomonis.alia est Aug.in.c.se.prima Salomonis est quæ sequitur Prouerbiorum.12.¶ [Verba impiorũ insidiant sanguini].i.impij. non solum mente,sed etiam ver- Exponit literam.
bis machinantur mortem aliorum. Hieremiæ.2. In alis tuis inuentus est sanguis animarum.s. pauperum & innocentum [os iustorum.]siue docendo siue arguendo, siue etiam sub spe correctionis crimina iudicãdo eis qui prodesse possunt. [liberabit eos.]s.proximos infirmos,siue imperfectos.[qui quod nouit].2.authoritas, quæ habetur in eodem.c.s.Prouerb.12.qui quod nouit loquitur,iudex iustitiæ est. Ioan.3. Nos quæ scimus loquimur. Seneca. vis sapienter loqui, loquere quæ scieris.[Qui autem mentitur testis est fraudulentus].s. fraudem faciens auditoribus, quia facit eos credere Seneca.
quod falsum est. Tertia authoritas sequitur.in eodem in cõmendationem sermonis veri.[Labium veritatis].i.verbum veritatis[firmum erit in perpetuum. &]ideo ecc.37.dicitur verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consiliũ stabile in detestationem sermonis falsi[sequitur,qui autem testis est repentinus] id est subito testificans quæ ignorat [continuat lingua mendacij] id est componit verba mendacij ad palliandum falsitatem suam. secundum illud psal. Pal.49.d.
Lingua tua concinabat dolos. Sequitur quarta authoritas quæ habetur Prouer.13.[Qui custodit os suum, custodit animam suam]propter hoc orabat propheta Dauid dicens. Pone domine custodiam ori meo. & ostium circunstantiæ labijs meis[qui inconsideratus est]id est indiscretus Psal.140.
[sentiet mala]quia sicut dicitur sapi.10.stultus labijs verberatur. exemplum.2.Re.de illo qui renuntiauit Dauid mortem Saul, & ideo dicitur Iaco.1. sit omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad loquendum. Sequitur quinta authoritas quæ habetur eodem ca. scilicet Prouerb.13.[verbum mendax detestabit] quia os quod mentitur occidit animam. sapien. & Esaiæ.5.væ qui dicunt malum bonum [impius autem confundit] scilicet alios deceptione mendacij dum mala & falsa de eis seminando [& confundentur] pœna supplicij,quia sicut dicitur prouer.19.qui loquitur mendacia peribit.& in psal.perdes omnes qui loquuntur mendacium. Psal.5.b.



SI aliquando. Est.6.authoritas,quę est beati Aug. super psal.33. Exponit literam.
quæ inducitur ad probãdum solutionem suam. Lege.¶ [Si aliquando pedes].i.affectus. Hu.[Irrident impij]boni & iusti compatiuntur casibus peccantium proximorum, impij vero irrident,& derident,dedignantur,& despiciunt. Exemplum satis ad propositum est de illo qui incidit inter latrones. Lu.10. cui solus, Samaritanus compatiens fuit, sacerdote & leuita pertranseuntibus & non curantibus.

¶ Quæstio

¶ *Quæstio sexta.*



Vi autem. Hic intitulatur. 6.q.s. qua pœna sit puniendus qui defecit in probatione criminis, quod obiecit. Sed hic surgit quæstio cum hæc eadem questio fuerit tractata supra. 2.questio.3.& ibi plene tractata sit & determinata, quare repetit eam hic Gratianus. Ad hoc respondetur iuxta Hu. quod ideo repetit, vt addat quædam capitula de eadem materia, & vt ostendat in ca lumniatore posse esse commutationem & recõpensationem pœnarum.s. vt si non possit pati legitimam, aliam loco eius patiatur. Ad idem est Lau.& Arc. Et diuiditur hæc quæstio in tres partes, in quarum prima probatur, ꝙ calumniator puniatur pœna talionis. Et hoc probat per tres authoritas & hoc si sit capax illius, alioqui additur alia in supplementũ. In secũda ostendit, quod non solum calumniosus acusator, sed etiam calumniosus siue falsus testis debet puniri. In tertia ostendit qualiter sint puniendi qui non probat quod obijciunt. secunda ibi, presbyteri. tertia ibi. epiphanium.

Quæstio. Respõdet. Diuisio.



Mnis. Ista est prima authoritas, & est Adriani. Cuius summa patet. Breuis.n.est, & non diuiditur. Le. ¶[Omnis intulit]scienter. Hu. [ferat infamiam]per sententiam, alias quidem calumniator non effici ur infamis. Hu. sed alij contra, quia secundum canones ipsum factum infamat. vt le.& no.3.q.4. cõsanguineorum.in fi.& facit optimè.2.q.3.c.1.vbi de hoc. Arch. Sed ibi gl. tenet quod per sententiam pro qua facit iste tex. quæ loquitur per verba futuri temporis quæ non inducunt canonem latę sententiæ iuxta notata per glo.in.c.si diligenti. de foro compe. de hoc disputauimus.s.2.q.3.in.c.si quis. vide ibi.

Exponit literam.



Vi calumniam. Ad idem sequitur istud. capitul. quod est beati Gregoriu.in regi. Breue est. idem dicit quod superius. capitu. ¶[Qui calumniam illam]id est, crimen calumniosè obiectum[pœnam talem quam].i. qualem. Hugu. quam sustinuisset reus si iste accusator probasset. de hoc disputauimus an hoc sit iustu m supra.2.q.3.in.c.calumniatori & in.c.qui nõ. ibi vide.

Exponit literam.

1 *Calumniator si non potest talione puniri infertur alia pœna. & num.3.*

2 *Manus impositio quo ad consecrationem fit tantum in sacris ordinibus.*

4 *Veluti dictio denotat similitudinem.*

5 *Fustigatus ex causa famosa efficitur infamis.*

6 *Iudicium idem debet esse in similibus.*



Via iuxta. Ad idẽ est hoc.c. ꝙ est eiusdẽ Greg. in registro. Cuius summa est.† ꝙ si calumniator non potest talione puniri pœna alia inferatur. vnde subdiaconus calũniose accusans diaconum subdiaconatus officio cum infamia priuatur. & in supplementum legitimæ pœnę quam propter inæqualitatem ordinũ pati non poterat, verberibus cum infamia castigatur, velut laicus conuictus de crimine. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima facit quod dictum est. In secunda assignat rationem eius siue iustificat illud. secunda ibi, nam cui. ¶[Quia incurrere]dignum quidem est, vt quod alteri indigne procurauit. ipse iustè patiatur. quia quod sibi non vult fieri, alteri visus est inferre cõtra ius naturale. Thobiæ.4.& s.in prin. decreti. ius humanum.[ac].i. idcirco. [quia subdiaconus]de subdiacono dicit, quia ita contingat. Nam idẽ est in alijs excepto episcopo, q in tali casu nõ debet subijci verberibus. nec superior. Hu. & Arc. [qm̃ impositionem magnus].s. consecratoriam. licet enim in alijs ordinibus fiat ma
2 nus impositio quo ad benedictionem.79.disti.c.1.† manus tamen impositio quo ad consecrationem fit tantum in sacris ordinibus. Et quia tempore Gregorij fuit quod subdiaconatus non fuit sacer ordo. vt dist.30.c.1. dicit quod subdiaconus non habuit impositionem manus. sed ex tunc fuit sacer ordo. [qua carere potuisset]si habuisset ratione pœnę talionis sibi debitæ[nõ solũ sacerdotio caruit].i. inhabilis factus est ad sacerdotium & diaconatum. [sed officio caruit] .i. executione sui officij. Hug.[& tãquam re uera]ideo addit re uera ne quis credere quod tanquam designaret simili-

Diuisio. Exponit literam. Archid.

tudinem tantum Hug.[infamis]per sententiã, & ipso gene-
3 re pœnæ. Hug.3.q.7.§.porro. Arc.& s.e.c.1.[meruit]ar.† talionem vbi recipi non potest pœnis esse compẽsandum. ar. 12.q.2. fraternitas &.§. libertus.14.q.6.c.1. secundũ Lauren. & Arch. [castigari] verberibus, vt sic talis pœna succedat loco legitimæ pœnę, quam pati nõ potest quia à diaconatu deponi non potuit. [Nam cui]secũda pars[duobus vel tribus.] in hoc nulla est vis. quia etiam episcopus põt conuinci duobus vel tribus testibus, nisi aliquid dicatur specialiter de clericis Romanę curię.2.q.4. præsul. Hu.[veluti laico]† hæc di-
4 ctio veluti nõ notat similitudinẽ in numero, cũ vt dictũ est ẽt qlibet episcopus cõuinci possit duob⁹ vel tribus testibus qualitate testium.s. vt tales recipiantur contra subdiaconos quales recipiuntur contra laicos. Hu.[corporali infamię].i.
5 verberibus vbi ipso genere pœnę efficitur infamis. Hu.† Cũ enim quis fustigatur ex causa famosa infamis efficitur. vt.ff. de his qui no. infa. ictus fustiũ.&.C.e.t. fustibus. Pe. Archi. [ex similitudine iuris.]quæ est inter clericos & laicos in nu
6 mero, vel qualitate testium, vel forma iudicij. Et est ar.† ꝙ in similibus idem debet esse iudicium, & vbi sunt similia iura similis debet esse censura. ar.2.q.1. multi.& 16.q.3. licet. Hu. [famæ plenitudine caruisset].i. subiacuisset verberibus, vbi ipso genere pœnæ est effectus infamis. vt iam parum ante dctum est.

Laurẽtius Archi. Petrus.



Resbyteri. Circa hoc.c. incipit secunda pars quæstionis secundũ Arc. in qua ostendit ꝙ non solum calumniosus accusator, sed etiam calumniosus siue falsus testis debet puniri, & est lex. vt in suprascriptione continetur. Diuiditur autem in tres partes. In prima releuantur presbyteri in dicendo testimonium à quæstionibus. In secũda dicit, quòd cæteri inferiores clerici dicunt testimonium secundum ius commune. In tertia ostendit ꝙ licet presbyteri sint releuati à quæstionibus, nõn tamen ex post facto releuantur à pœna, si falsum dixerint. secunda ibi, cæteri. tertia ibi, salua tamen. Le. te. ¶[Presbyteri quæstionis].i. tormentorum.i. qđ pp testimoniũ ferendũ non debent torqueri. Et intelligũt quidã hoc generaliter esse verum propter reuerẽtiam sacer dotalis ordinis. Ego autem hoc intelligo esse verum, nisi inciderint in canonẽ sponte cõfitentium vt.s.e.q.5. ca. illi vbi de hoc. Hu.& Arc. etiam si videãtur vacillare in dicto. [cæteri]secunda pars.s. diaconi subdiaconi & reliqui inferiores sequuntur in dissensu, quia infra eos sunt, & postea ad illum ordinem promouentur. Hug.[prout leges præcipiunt].i. in quibus casibus laici torquentur ad eruendam veritatem, & ipsi torqueantur si oportet, puta sunt infames, sunt sponte aliorum crimina confitentes, sunt criminosi, & huiusmodi. quales non debent recipi ad testimoniũ. sed si necessitas cogat eos recipi, quia non sunt aliæ probationes, & crimen est magnũ primo torqueant, aliter nõ sunt recipiẽdi. ar.4.q.3. si ea.q.l. ob carmẽ si ea ff. de test. Hu. & idem sentit Bar. Brix. in casu. idẽ ẽt Pe. quod Hu.& Arc.[salua tamen]tertia pars. & continuatur sic quamuis presbyteri non torqueantur[tamen accusatio falsi]id est de falso. sit salua litigantibus, si forte presbyteri qui sub nomine superioris [loci].i. dignitatis id est propter suum nomen.i. propter dignitatem sui ordinis[hoc ipso quod nihil].i. non [metuant].i. metuũt torqueri supprẽsserint vera].i. tacuerint vera, & falsa protulerint, quia hac securitate, quia non torqueantur, falsum testimoniũ protulerũt, licet litigator eos accusaret de falso. Hu. Construe. quod sequitur sic. multomagis pœna digni sunt præbyteri, quibus plurimum honoris est delatum per nostram iussionem, cum inueniuntur in occulto crimine, quia sicut maior præcedit honore, ita & crimen. di.50. quia. & 40. di.c. homo Christianus. Arch. nota tamen quod verbum magis non ponitur hic ad designandum quãtitatem pœnæ, sed ad maiorem euidentiã puniendi, non tamen vltra quam alij puniantur. de quo plene per Cy.in.l. nemo.C. de sum. tri. & ibi etiam Ia. But.

Diuisio. Exponit literam. Archid. Bar. Brix. Petrus. Archi. Cynus.

1 *Clericus si dixerit falsum testimonium siue in causa ciuili siue criminali est deponendus.*



Resbyteri diaconi. Ad idẽ sequitur hoc c. qđ est in aut. de san. epis.§. presbyteros.C. de epi.& cle. super.l. præce. in lege ista ponitur pœna clericorum dicẽtium falsum testimonium. Et diuiditur in tres partes secũdum tria dicta. In prima

Diuisio.

In prima ponit, q presbyteri & diaconi pro falso testimonio prolato in causa ciuili per triennium suspenduntur ab officio In secunda, q talis pro falso testimonio prolato in causa criminali puniūtur pœna falsi. In tertia ponit q alij clerici sine differētia aliqua causę pro falso testimonio legitimè puniatur. secunda ibi, si in criminali. tertia ibi, cæteri clerici. Lege.

Exponit literam. ¶ [Presbyteri duntaxat per tres annos] hic surgit quæstio. Quæstio. vtrum imperator potuerit pœnam hanc imponere clericis. Et videtur quod non, vt patet dist. 96. bene oppositum videtur ex. c. præsenti. Opponit & Respōdet. Respōdeo. dicitur vno modo secundū Hu. q imperator non imponit hic pœnam clericis, cum ipse imponere non possit, sed tantum iudicat talem pœnam imponendam esse ab ecclesiastico iudice & ita. j. e. delatori. Vel secundo dicendum est quod statuta imperialia non valent contra clericos puniendos, vt in c. præfato. bene quidē. roborata tamen apostolica authoritate valent, vt in. c. ecclesiæ. &. c. victor. 98. dis. ¶ Secundo no. secundum Arc. q qcquid dicatur hic puto quod deponi possint, si in ciuili causa dixerint falsum testimonium cum indistinctè eos puniendos dicat. di. 50. si episcopus. Archid. Berna. hispa. Arch. [monasterio] sic. 2. q. 1. in primis. Archi. [si in criminali] secunda pars Bernardus hispanus. [nudati]. i. depositi ab episcopo. 11. q. 1. si quis cum clerico. Hu. [subijciantur] per ecclesiasticum iudicem. Hug. [legitimis pœnis] quæ. s. secundum leges sunt imponende pro crimine falsi. Et no. hic Hu. 1 † quod si clericus dixerit falsum testimonium. siue in causa ciuili, siue in criminali, credo eum esse deponendum secundum canones sicut supra notauerat Arch. [cæteri] tertia pars. s. subdiaconi & reliqui inferiores [siue delectu causæ]. i. siue sit causa ciuilis, siue criminalis, in qua ferunt testimonium. Hug. & Arc. [legitimè]. i. legitimis pœnis. Hug. [coerceantur] per ecclesiasticum iudicem. alia notantur in gl. quę cum sint clara remittimus ad illa &c.

1 *Accusatus contra quem non probatur debet reduci ad honorem status sui & loci.*

2 *Casus in quo quis cogitur ad accusationem prosequendam.*



Epiphanium hæc est. 3. pars, in qua ostendit qualiter sunt puniendi qui non probant quod obijciunt. Et ad hoc inducit duo capitula Io. de Fan. Arc. quorū primum est istud, quod est beati Gregorij, ad Io. de Fan. Ianuarium episcopū. Cuius summa est. 1 † Accusatus contra quem non probat honorem status sui & loci reducitur absolutus & criminator punitur. Et diuiditur in Diuisio. duas partes. In prima narratur factum, & papæ pcessus. In secunda sub certa forma iubet puniri illum non valentem probare obiecta crimina. secūda ibi, criminis. pro intellectu Casus. literæ notetur casus secundum Hu. est iste. Quidam absentes libellum accusationis vt Epiphanium infamarent, miserunt episcopo Epiphanij. s. ianuario, qui prædictum epiphanium cū illo libello accusationis misit ad papam, tunc papa examinata causa & cognita innocētia epiphanij, ipsum absoluit, & episcopo mandauit, vt illos accusatores excommunicaret, nisi venirent, & probarent, quæ in dicto libello obiecerant epiphanio. Lege. ¶ [Epiphanium criminaliter]. i. Exponit literam. de crimine. vel criminibus [accusatum]. i. infamatum. Hug. Lau. & Archi. [cuius]. s. Epiphanij [causas] quia forte multa crimina objciebant. Hug. [discutientes]. i. examinātes. nō ad dandam sententiam cum accusator non esset præsens, & contra absentem non valet processus. 3. q. 9. caueant. &. c. omnia. sed ad cognoscendum de causa. ¶ Sed hic surgit quæstio Quæstio. qualiter papa hoc fecit, cum talis accusatio admittenda non fuerit, cum non esset canonica. & ita non recipienda. vt. s. e. q. 2. relatum. &. 2. q. 8. per scripta. & 3. q. 9. absente. ad hoc respondetur multipliciter iuxta Hug. & Arch. primo respon Respondet. detur, quòd licet hoc regulariter verum sit, nihilominus papa voluit eam recipere, & causam examinare ex abundanti, vt fama recitesceret epiphanij, quæ erat aliqualiter denigrata sinistro timore per talē libellum, sed prædicta de causa voluit cām examinari, & voluit vt ille accusator prodiret in publicum, & legitimum libellum componeret. Cuius inquam causam discutientes nihil in eo obiectorum reperientes, absoluimus eum, non per sententiam, quia postea non esset locus accusationi saltem eidem, sed ab obseruatione iudicum, postquam non minus est locus accusationi. Hug. & gl. & Arch. [criminis]. i. criminationis, vel accusationis, siue Quæstio. infamationis. Hu. [& nisi is qui eandem.] ¶ Hic surgit quæstio quare nūc loquitur singulariter cū primo locutus fuisset pluraliter. dicendo. quorundam sacerdotes, & authores. Respondetur iuxta Hu. quod ideo quia non nisi vnus debet Respōdet admitti ad inscribendum, quamuis multi vellent inscribere & sint authores talis facti. s. accusationis siue infamationis. Hug. ad hoc facit quod no. extra de pur. ca. quoties. & extra de collu. c. 1. Archi. [districtissimis] hoc fit accusatione instituta solenniter. Archi. [edocere] vel saltem errorē suum, vel Archid. peccatum publice confiteri si scit se non posse probare. vt.
2 s. e. q. 1. quidam. † Et est iste specialis casus, vbi quis cogitur ad accusationem prosequendam, & si non sit lis contestata, & hoc fit duplici de causa. Tum in fauorem accusati, vt eius fama clarificet, quæ ex libello vel ex dictis accusatoris erat aliquantulum denigrata. secundo in odium accusatoris, vt dum nō probat puniatur. ar. s. eo. q. 1. quidam. &. 4. q. 5. quisquis. Hug. & Arch. [nullatenus] & sic psona incerta propter certum factum excommunicatur. Lau. sic. s. e. q. 1. c. 2. & ex- Laurent. tra de offi. or. c. 2. Archi. Et no. q sic debet in hoc casu excōmunicari sicut & in famoso libello. imo semper videtur qs famosum libellum composuisse, qui libellū accusationis iudici misit & ire noluit ad prosequendum accusationem. Hu.

1 *Papa siue iudex ecclesiasticus an possit præcipere vel iniungere pœnam sanguinis.*



Delatori. Ad idem sequitur hoc. c. quod sumptū est ex decreto Adriani papæ, in quo ponit qualiter calumniosè accusans sit puniēdus. Et diuiditur in duas partes: in prima facit q dictū est. In 2. declarat qui dicantur delatores. 2. ibi, delatores. ¶ [Delatori.] hæc litera legitur dupliciter. vno modo ad sensum literalem. secundo mysticè. primo sic. [delatori]. s. confesso de Diuisio. Exponit literam. calumnia. Lingua amputetur]. i. truncetur. Hug. aut cōuicto delatori cōiūcto dico de calumnia [caput]. ¶ Sed hic surgit
1 quęstio. † Vtrū papa siue iudex ecclesiasticus possit pcipere vel iniungere pœnam sanguinis. Et videtur q non. 3. q. 4. hi qui. &. 23. q. 5. c. 1. &. 2. & 3. &. 4. q. 5. in his. Arc. ¶ In oppositum videtur hoc. c. sonare. ¶ Responsio dicendū, quod non. Et ad. ca. præsens respōdetur iuxta Hu. & gl. Ber. q Papa nō imponit hic vel præcipit talem pœnam, sed iudicat qualem pœnam iudex secularis imponit, vel imponere debeat. vt. 6. q. 1. infames. sic econuerso imperator vel secularis ostendit quam pœnam iudex ecclesiasticus possit imponere. s. c. presbyteri. & diaconi. &. 27. q. 1. si quis rapuerit. sed nec leges talem pœnam imponunt generaliter calumniatori, nisi cum deficit in accusatione crimini, quod talem pœnam exigit. Hu. secundo modo videtur melius legi litera mysticè sic. [Lingua capuletur]. i. officiū lingue auferatur. i. priuetur executione officij retento officio & dignitate. Hug. & Archidi. [& caput]. i. dignitas, & beneficium ei auferatur & deponatur, & sic per amputationem lingue intelligitur amissio beneficij, & per capitis amputationem amissio dignitatis, siue bñficij, & depositio. & hoc si clericus est. Si vero laicus sit, sic expone. [Lingua capuletur]. i. perpetuum silentium standi in aliqua ecclesia imponatur, nisi in causa ppria [caput]. i. dignitas. [auferatur] si quam habet [caput]. i. bona fama, quasi perpetuo erit infamis. Hu. Et idem sentit Laurē. Arch. [dela- Laurent. Archid tores] secunda pars declarat qui dicuntur delatores, vt intelligatur de quo delatore intelligatur. c. præsens. [inuidia] nota verbum, quasi diceret, delator non est. de quo hic loquitur, qui protegendæ causæ suæ gratia aliquid ad fiscum denuntiat. ff. de iure fiscum denuntiat. ff. de iure fis. delator. cum concordantijs ibi signatis. [inuidia produnt] qui non probāda defecerunt. 2. q. 7. de his. vbi dicitur quod aliud est prodere, & aliud accusare. Arc.



Delator. Palea est sumpta ex cōcilio Illiberitano. Summa ponit pœnitētia calūniosi accusatoris si inde sequatur pœna. Diuisio. Et diuiditur in duas partes principales, quia primo loquitur de calumniatore fideli. i. iam baptizato. In secunda loquitur de nondum baptizato. secunda ibi, si cathecuminus. prima subdiuiditur. quia primo loqtur in casu quia ex delatione delatus est, grauiter punitur. secundo quādo leuiter. secunda ibi, si leuior. Lege. ¶ [Delator Subdiuisio. Exponit literam. communionem] quia enim talis maligne & inique pertulit contra charitatem indignus est Christi gratia, & digne punitur vt à cōmunione sacramēti eucharistiæ. i. bonæ gratiæ, excludatur, qui gratiam proximo non seruauit [ad baptismū] nimis rigorosa est pœna ista & periculosa, quod alicui subtrahatur tan-

hatur tanto tempore baptismus sine quo non est salus. Ioann.3. & Matthe. vltimo, ideo talis pœna debet esse arbitraria vt in.capi.seq.

SI quis. Ad idem est hoc cap. sumptum ex sexta synodo. Summa est qui innocentem falso crimine maculauerit sacerdotis arbitrio pœnitentia se purget. Lege. ¶ [Si quis] litera plana est per totum. intellige tamen hoc in foro conscientiæ.

Exponit literam.

SI quis vero. Ad idem sequitur hoc.ca. ex concilio Agathē. Summa eius est. Secularis vel laicus qui ecclesiā vel clericum calumniosè fatigauerit a communione fidelium coerceatur quousque digne pœniteat. Litera plana est.

¶ *Causa sexta.*

DVo fornicatores. &c. Hic incipit.6. cā, sic ad superiores continuaē iuxta Hu La. & Arc. Generaliter in superioribꝰ causis secūda, & tertia per plura capitula magister Gratianꝰ edocuit, qđ criminosi & infames non sunt recipiendi in accusationē, vel testimonium. Sed quia quædam crimina sunt excepta, in quibus quilibet infamis & criminosus admittitur, vt crimen læsę maiestatis, crimen perduellionis, crimen hæresis, crimen simoniæ, crimen sacrilegij, crimen fraudati census vel annonæ, & quia huiusmodi crimē simonię magis frequentaē in ecclesia, ideo magister annectit hanc causam, vbi ostendit, quod in crimine simoniæ quilibet infamis, & criminosus admittitur ad accusationem. qua occasione generaliter repetit, quod criminosi non sunt recipiendi ad accusationem, subiūgit etiam, quod soli episcopo super alienum crimen credendum non est, & ꝙ nulli liceat expetere iudicium alieni iudicis. Et quædam alia annectit Et vt hoc & alia ostēdat ꝓponit vnū thema ex quo elicit.5. quæstiones.

Continuatio.

¶ *Quæstio prima.*

QVod autem. Hic intitulatur prima quæstio. s. an infames, & criminosi sunt admittendi ad accusationem episcoporum in crimine simoniæ. Et diuiditur hæc quæstio in quatuor partes. In prima probat.16. authoritatibus sanctorum, quod criminosi infames excommunicati & inimici non possunt alios accusare. In secunda enumerat omnes infames qui accusare nō possunt. In tertia ponit pœnam periurij, & specificat de infamibus. In quarta prosequitur quæstionem vtrum infames possint accusare episcopum de simonia. secunda ibi in.§. cum itaq;. tertia ibi. in.§. quicunq;. quarta ibi, in.§. verum.

Diuisio.

SI sacerdos. Hoc est capitulum primū pro parte primæ quæstionis, & est Anacleti papæ. Sūma est in rubro. videlicet quod ad accusationem sacerdotis nec admittitur criminosus, nec is qui ad sacerdotium promoueri non potest. Lege. ¶ [Si sacerdos sine crimine.] quia.1. ad Timo.4. oportet episcopum sine crimine esse. &.s. dist.25. primū præceptum ergo est apostoli ordinandum esse sine crimine. Hug. vnde etiam oportet impetitores episcoporum & sacerdotum sine crimine esse, vt qui vult sacerdotē emundare à crimine, nō sit criminosus. vñ Anacletꝰ sic arguit. Sacerdos debet esse sine crimine secundum Apostolum. ergo accusator eius debet esse sine crimine. consequentia tenet. [à criminosis.] quia sunt notorij, vel possunt conuinci. alias non remouentē ab accusando. Lau. [aut calumniari]. i. per calūniā opprimi. Arch. [iusta]. i canonica. sic.2.q.7. ipsi apostoli &.c. testes. Arc. [quales eligi sacerdotes iubentur] in his duobus maximè secundum Lau. scilicet in vitę honestate, quæ notatur cum dicitur sine crimine sint, & personę regularis integritate quæ notatur cum dicitur, & iusta, id est canonica electione ordinari possunt.

Exponit literam.

Lauretius Archi.

OMnes vero infames. Ad idem est hoc.c. quod est Adriani papæ. Summa satis patet in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit qui dicendi sunt infames. In secūda assignat rationē propter quam tales infames non debeāt admitti ad accusationem sacerdotum. secunda ibi, indignum est enim. Pro pleniori intellectu huius.c. quærunē hic duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum simpliciter est verum ꝙ non omnes infames secundum leges sint infames secūdum canones.

2 ¶ Secundum est vtrum omnes qui culpis exigentibus ad sacerdotium promoueri non possunt, sint infames.

1 Ad primum. Sic ꝓceditur. † Et videtur quod nō sit simpliciter verum quod dicitur hic. s. quod omnes infames secundum leges sint infames secundum canones. quoniam multi sunt infames secundum leges, qui non sunt infames secundum canones & econuerso, vt in muliere, quæ nubit. ĩ. tēpus luctus, quæ est infamis secundum leges. vt.3.q.7. porro. in fi. vbi de hoc. & non secūdum canones. vt extra de secū. nup. c. penul. item aliqui sunt infames secundum canones, qui non sunt secūdum leges. patet quoniam secundum canones omnes criminosi sunt infames. vt in.c.se. ¶ In oppositum videtur esse tex: præsentis.c. ¶ Responsio. dicendum ꝙ ista regula licet sit regulariter vera, nihilominus patitur aliquas exceptiones, vt in exemplis datis, vt dicit Hu. vel respondendum est, quod verū est de legibus quibus canonicæ sanctiones non aduersantur.

Opponit & Respōd.

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videē. quod infames non dicantur omnes q culpis suis exigentibus ad sacerdotium cōuehi non possunt. Sic multi sunt culpis suis corpore vitiati ꝓpter quod vitiū non possunt ad sacerdotium promoueri, & tamen omnes tales nōpossunt dici infames. vt dicit hic gl. ¶ In oppositū videtur capitulum præsens. ¶ Respondeo dicendum. quod capitul. h. d. verum. Et ad argumentum in oppositum respondetur quod capitulum nostrum sic intelligitur, quod illi dicuntur infames, qui culpis suis exigentibus & cætera. id est, qui propter crimina aliqua repelluntur à promotione. vt. 3. quæstio.5. constituimus. corpore vero vitiati non dicuntur immediate propter crimina eorum repelli à promotione, sed propter defectum membrorum licet defectus ipse deuenerit ex culpa ipsorum. vnde magis dicuntur irregulares, quam infames, vt dicit gl. Vel dicendum vt dicit Arc. quod bigami & corpore vitiati & similes dicuntur infames larga quadam appellatione. s. quo ad promotionem. i. sunt extra famam illorum qui non obstantibus defectibus promoueri possunt. & quo ad hoc solum tales dicuntur infames. Lege. ¶ [Omnes uero infames quos leges seculi.] intellige vt dictū est regulariter vel de legibus quibus canonicę sanctiones non aduersantur culpis. vt. ĩ. e. illi infames. &.3.q.4. si qs à suo. &.q.5. constituimus. cum multis alijs. Hu. & Arc. indignum est secunda pars [qui esse non possunt]. s. suis culpis exigētibus. [quod ipsi sunt]. s. sacerdotes. vnde indignum est qui ex sui crimine prohibetur ad sacerdotiū promoueri iudicet siue criminator sit sacerdotis, maiores à minoribus dignitate vel officio. [non iudicantur.] vt di.21. inferior. Hug. ita nec maiores possunt criminari. i. accusari à minoribus. s. criminosis. non est autem intelligendum de minoribus ratione ordinis. quia tales quandoq; licitum est accusare maiores. scilicet ordine. vt.2.q.7. præsumunt. &.c. lator. Hu. & gl.

Primū ar.

Opponit & Respōdet Ad argu.

Archidia.

Exponit literam.

1 *Infamia dicitur quadruplex, facti, iudicis, iuris, excommunicationis.*

3 *Infamia facti non potest remitti ab homine.*

4 *Infamia iudicis quæ dicatur, & an remittatur.*

5 *Infamia iuris quæ dicatur, & quod non remittitur per pœnitentiam aliquam, nisi per principem.*

6 *Infamia canonica est duplex.*

7 *Sententia excommunicationis reuocatur ab eo qui eā dedit.*

9 *Infames infamia iuris canonici quæ per solam pęnitentiam nō remittitur siue aboletur post peractam pœnitētiam non admittuntur ad accusationem vel testimonium.*

Non autem si per pœnitentiam aboletur. nu.11.

10 *Infames infamia iuris ciuilis siue irrogetur ipso facto siue per sententiam nisi restituti fuerint in integrum ab eo qui pot est sunt ipso iure priuati actibus legitimis.*

12 *Imperator si restituit aliquem in integrum & sic remittit ei infamia*

infamiam an talis poterit promoueri. vel accusare, vel testificari.
13 *Peccator notorius compellendus est ad faciendũ emendam.*
14 *Inuitus potest compelli ad bonum.*
15 *Meretrices quare non compellantur ad pœnitentiam.*



ILli. Ad idem sequitur hoc.c.quod est Fabiani papæ. Summa est, quod criminosi publici & excommunicati sunt infames, & non accusãt quousq; emũdati fuerint, & correcti. Et sic potest diuidi in duas partes secundum ista duo dicta. secunda ibi similiter. Pro pleniori intellectu huius.c. quæruntur duo.

1 ¶Primum est vtrum infamia per pœnitentiam aboleatur, siue remittatur.

8 ¶Secundum est vtrum infames infamia iuris canonici sint repellendi ab accusatione & testimonio etiam post peractam pœnitentiam.

Opponit & Respõ.

1 Ad primum. Sic ꝓceditur.† Et videtur quod sic ex præsenti.c. à sensu contrario. ibi, nisi sacerdotali authoritate eis subuentum fuerit. ergo videtur quod post pœnitentiã tales cessant esse infames. ¶In oppositum est.§. hinc colligitur. 2.q.3. ¶ Respondeo dicẽdum quod quadruplex est infamia.† Alia enim est facti, alia
2 iuris, alia excommunicationis, quę etiam canonica dicitur. de infamia facti, de qua agitur.ĩ.eo.c. sunt plurimi. quę melius
3 dicitur infamatio, sit ista cõclusio.† talis infamia nõ põt remitti ab homine, recepta tamen purgatione debent admoueri & coerceri tales infamatores, vt à tali rumore quiescant. vt. 15. quæstio. 5. de crimine. Item de conse. di. 2. Ego
4 berengarius.† infamia iudicis est quæ infertur per sententiã iudicis. vt. 3. q. 7. porro. Et de tali sit cõclusio ista. non remittitur per pœnitentiam tantum nisi restitutus sit ab illo qui potest restituere, vt à principe, vel senatu, vel etiam ab apostolico. vt. 2. q. 3. §. notandum. in fi. ff. de postu. l. 1. § de qua
5 † infamia iuris est quę ipso iure. i. ipso genere delicti irrogatur non expectata sententia iudicis. vt. 3. q. 7. §. porro. Et de ista infamia sit cõclusio. quod talis infamia non remittitur per pœnitentiam aliquam, nisi per principem vel apostolicũ. vt. 2. q. 3. §. hinc colligitur. In his duobus casibus remittitur per principem personis secularibus, per apostolicum ecclesiasticis per restitutionem in integrum & nõ per pœni
6 tentiam.† Canonica infamia dicitur duplex. vna quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali. vt in.c. præcedenti. & hic. &. 32. q. 5. præceptum. in fi. Et de ista est cõclusio. quod talis aboletur per pœnitentiam, vt hic. in.c. nostro. Intellige tamen istam cõclusionem veram esse de peccato, de quo nõ est quis per sententiam condemnatus, nec inducit depositionem, quoniam talis infamia non remittitur per pœnitentiam. & hoc sit rationabile dictum. patet, quia licet per quodlibet peccatũ mortale incurratur aliqua infamia secũdum canones. vt in.c. præcedenti omnes in glo. & in.c. præsenti. non tamen omne peccatum mortale quod homo cõmittit post sui promotionem inducit iam promoti depositionem. quia vt tenet & probat Host. in summa. tit. de accu. vbi declarat quis sit effectus accusationis, nõ omne etiã peccatum mortale quod secundum canones inducit depositionem, esset tale quod per ipsum contrahatur ciuilis infamia, quod patet si diligenter considerentur crimina, ꝑ quæ contrahitur ciuilis infamia, quæ ponuntur. ff. de his q no. infa. Et crimina quæ secundum canones depositionem inducunt, quorũ multa refert Host. in ti. supra dicto. ¶ Infamia quæ etiam dicitur canonica. Secundo modo est quæ infertur per excõicationẽ. vt. ĩ. eo. q. infames. Et de ista sit talis cõclusio, ꝙ talis infamia remittiť per pniãm & reconciliationem ecclesiæ. vt hic. & 42. q. 5. præceptum. & 3. q. 4. beatus. & 35. q. 6. si duo. Hug. Circa tñ hãc conclusionem quidam dicunt cõtra dicentes, quod nec ista infamia aboletur per pœnitentiam sed tantum per restitutionem in integrum factam à papa. Et dicunt quòd omnis excommunicatus etiam post reconciliationem remanet infamis, nisi restituatur à papa. quod sic nituntur probare. quia si infamia per reconciliationem aboleretur, quicunque posset excommunicare, posset infamiã remittere. quia potest reconciliare & absoluere, quod tamen non est verum. quia solus papa vel imperator potest infamiam abolere. quia solus potest in integrum restituere. Sed hoc non obstat conclusioni positę. quoniam bene cõcedimus, quod de tali infamia canonica potest remittere eam alius. s. quicunq; iudex, qui illam excommunicationem tulit. Et quando dicitur ꝙ solus papa vel imperator potest infamiam abolere. Respondetur ꝙ verum est de infamia iudicis vel iuris. alia enim ratio est in snĩa excommunicationis, & alia in alia sententia.

Hostien.

7 Sententia excommunicationis reuocatur ab eo qui eã dedit. vnde non est mirum si per eius reconciliationem aboleatur infamia quæ per eius sententiam est irrogata. sed aliã sententiam non potest iudex qui eam tulit reuocare. Item sententia excommunicationis[a] ad tempus relegat, & repellit ab ecclesia, quousq; satisfaciat aliquis. ergo finito tempore relegationis. i. facta reconciliatione, infamia orta per talẽ sententiam aboletur. vt. ff. de decu. l. ad tẽpus. & ff. ad muni. l. ordine. præterea licet inueniatur ꝙ quis sit infamis dũ est in excommunicatione, nunquam tamen inueniatur ꝙ post imo inuenitur contrarium. ergo nunquam dicendum est quod post reconciliationem quis sit infamis. Pro concordantia tñ harum opinionum distinguendum de sententia excommunicationis. aut enim est lata pro sola contumacia, aut inobedientia. de tali intelligitur conclusio posita. s. quod talis infamia ex sententia tali excõmunicationis orta per reconciliationem tollitur. cade dicebat Vincen. ꝙ si obijciatur alicui, ꝙ fuerit excommunicatus sufficit ei probare absolutionem iuxta formã ecclesiæ & purgatum esse solum per absolutionem ecclesiæ. Alia est excõicationis sententia, quę infertur ratione perpetrati criminis, vt ratione furti, & huiusmodi. Et de tali non intelligitur conclusio ꝑfata. quia talis infamia non solum per absolutionem ab excommunicatione non videtur abolita, sed requiritur etiam absolutio à peccato. vnde dicit Arc. in c. præce. quod illa infamia quæ ex peccato est contracta remanet, nisi per pœnitentiam aboleatur. vt in.c. præsenti. & secundum hoc non sufficit fidem facere de absolutione excommunicationis, nisi ostendatur sanatio peccati, vt ibi colligitur. & 2. q. 7. accusatio. 2. in fi. & 4. q. 1. c. 2. iuxta fi. Nã licet qs per cordis cõtritionẽ sanetur quo ad Deum, tamen non est ita, quantũ ad ecclesiam, vt patet in eo, quod le. & no. de pe. di. 1. quantumlibet. in prin. de hac materia. no. 4. q. 1. in prin. vbi no. quod quantum ad cõclusionem omnium inductorum per excommunicationẽ sufficit facere fidem de sola absolutione nisi ostendať alia causa, q̃ de se habeat obstare. facit quod not. ĩ. e. qui crimen. & c. omnes. Ad idem. 32. q. 5. præceptũ in fin. Archid. his habitis patet responsio ad rationes in principio quæstionis. quoniam loquuntur de alio, & alia genere infamiæ.

a ¶Sentẽtia excommunicationis Dic quod æquiparatur morti. Petr. de anch. in.c. per venerabilẽ. nu. 19. q. qui filij sint leg. Et ex q̃bus causis talis sẽtentia dicatur nulla: idem in c. apostolice. nu. 5. de excep. Vincen. Archid.

Ad secundam quæstionem. Sic procedítur.

8 † Et videtur quod infamia iuris canonici non sint repellendi ab accusatione & testimonio post peractam pœnitentiã. Primo ex capitulo præcedẽti. in gl. & per.c. præsens. vbi habetur, quod infamia canonica aboletur per pœnitentiam. ergo tales post pœnitentiam nõ sunt repellendi ab accusatione & c. ¶Secundo sic. in.c. præsenti dicitur de talibus, quod infamia sunt notati antequam sacerdotali authoritate sanẽtur. ergo videtur quod post pœnitentiam cessant esse infames. & sic non sunt ab accusatione & testimono repellendi. ¶ Tertio sic apparet de eo qui fuit infamis in excommunicatione existens, qui post absolutionem & reconciliationem ecclesiæ non repellitur, imo recipitur ad accusationẽ. ¶In oppositum arguitur sic. qui infamis propter periuriũ est, est infamis infamia iuris canonici. sed talis etiam emendatus de tali crimine non admittitur ad testimonium nec in causa criminali, nec in ciuili, vt patet extra de testi. testimonium. in tex. & gl. ergo & c. ¶Respondeo dicendũ quòd responsio huius quæstionis pendet ex responsione ad precedentem quæstionem. vnde ponimus huiusmodi conclu-
9 siones. Prima † quòd infames infamia iuris canonici q per solam pœnitentiam non remittitur siue aboletur post peractã pœnitentiam non admittuntur ad accusationem vel testimonium, sed repellũtur. patet conclusio. vnde infamis propter periurium infamis est infamia iuris canonici, & tamen emendatus de tali crimine. non admittitur ad testimonium nec in causa criminali, nec ciuili. extra de test. testimo
10 nium. in tex. & in gl. ¶ Secũda conclusio.† infames infamia iuris ciuilis siue irrogetur ipso facto, siue per sententiam, nisi restituti fuerint in integrum ab eo qui potest, sunt ipso iure priuati actibus legitimis. vnde repellendi sunt non tãtum ab ordinum susceptione, sed etiam ab accusatione, & testimo-

Primũ ar.

Secundũ ar.

Tertiũ ar

Opponit in cõtrarium.

Respõdet.

Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

& testimonio etiã post peractã pœnitentiã de illo crimine, pro quo facti sunt infames. patet conclusio ista cũ præcedẽti.quia ea propter quæ iura ciuilia & canonica concorditer iudicant aliquem esse infamem, reddũt eum opprobriosum & vilem in reputatione hominũ quamuis egerit pœnitentiam, & sicut dr̃ extra de excess.prela.inter dilectos. personis vilibus & indignis portę dignitatis patere non debent. Qñque tñ ꝑp enormitatem criminis vt est crimẽ simoniæ & alia crimina excepta: simoniaci tñ testes recipiuntur de ęqualitate cũ de illo crimine ciuiliter agitur,non recipiuntur tñ simpliciter.sed cũ alijs adminiculis, & cũ ꝑsona cõtra quã inducuntur est malę famæ. extra de simo.per tuas.

Tertia cõclusio. 11 ¶ Tertia conclusio.† infames infamia iuris canonici quę ꝑ pœnitentiam aboletur non sunt repellendi, sed admittendi ad accusationem,& testimonium, & alios actus legitimos. patet conclusio. Tũ quia iam noui hoĩes facti sunt. & patet etiã expresse.extra de tẽpore.or.c.vlt. ¶ Quibus visis dicẽ-

Ad arg. dum est ad rõnes in prin. ad quas vna patet responsio ex distinctione posita,qm̃ primæ rõnes procedũt de infamibus infamia, q̃ per pœnitẽtiã aboletur.alia rõ de.c.testimoniũ procedit de infamibus infamia, quæ per pœnitentiã nõ remittitur,sed est necessaria restitutio in integrũ per papam

Quæstio. 12 aut imperatorem.¶ Surgit hic quæstio. † Vtrum si imperator restituat aliquẽ in ĩtegrũ,& sic remittit ei infamiã, vtrũ talis põt promoueri vel accusare vel testificari.¶ Ad hoc

Respõdet. respõdetur iuxta Hu.ꝙ põt quidẽ talis accusare laicos, non clericos,& testificari in illos,& nõ in hos,nec põt promoueri. Et rõ est,qa imperator restituere non põt, nisi ad ea q̃ ad ipsum spectant.s.ad accusationem, vel testimoniũ cõtra laicos, & nõ contra clericos.vel ad ordines. Ad hoc quidẽ necessaria est cũ restitutione imperatoris etiã restitutio papę

Exponit literam. ar.di.10.lege.&.23.q.8.cõuenior.Hug.Lege.¶ [Illi.]primo loquitur de criminosis non excommunicatis [qui peccata] vel aliquod talium.vide de consec.distin.2.si non sunt.[ait] ad Gal.5.[valde cauendi sunt].i. repellendi à promotione, accusatione, & testimonio,& communione sacramẽtorum & verè sunt cauenda,quia infames.Hug.[Et ad emendationem].i.pœnitentiam.Hug.& Archidi.[compellendi sunt]

13 etiam per excommunicationem.Hug.†notorius enim peccator compellendus est ad faciendũ emendam,maximè vbi offensa eius scandalizata est ab ecclesia, aut emenda fienda


Augus. læso.quia secundum Augu.ad macedonium non dimittitur peccatum,nisi restituatur ablatum si restitui potest. Et est

14 ar.†quòd inuitus potest compelli ad bonum.arg.dist.45.&

Quæstio. 15 qui emendat.Hug. ¶ Sed hic surgit quæstio. †Ecce multæ meretrices sunt & crimen earum est manifestum & notorium,quare ergo non compelluntur ad pœnitentiam, & si

Respõdet. nolunt cur non excommunicantur. Respõdetur iuxta Hu. quod hoc malum toleratur, vt vitetur grauius. quia multa adulteria & incestus fierent in ciuitate, nisi essent ibi meretrices.sic etiam olim tolerabitur libellus repudij.31.quæ.1. hoc.Sic ecclesia tolerat consortium malorum.vt.23.q.7.ca.1.Sic etiã tolerat vsurarios. Tolerat etiam iudicium ferri cãdentis,vel aquæ feruentis, & quædã alia.vt. 33.q.2.si quod verius.[quia infamiæ]hoc patet in cap.præce. publici enim peccatores infamiæ macula sordidantur. vnde Iudæi publicos peccatores vitabant.vt patet Matt.18.vbi ait dominus. si non audierit ecclesiã sit tibi sicut ethnicus & publicanus [& in baratrũ]quasi voratrũ & infernus à vorádo. Nã baratrũ dr̃ quasi vorago, pręcipitiũ geẽnæ profundũ, puteus in quẽ pręcipitãtur execratores,inde baratro baratronis leccator,qui oĩa deuorat ꝭm papiã.[nisi eis subuentũ].s.per pęnitentiã.s.sacerdotali bñdictione:eis.n. Deus ait Io.20.Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis[similiter]scd̃a pars. addit de excõmunicatis.[Et illi].s.excõmunicati,sunt vitãdi qbus ait Apostolus.1.ad Cor.5.qa infamia sunt notati,anteq̃ satisfaciãt,aut sanent ꝑ pœnitẽtiã,& recõciliationẽ.[sacerdotali authoritate] qbus vt dictũ est data est authoritas absoluẽdi. [ex. nos].i.à nostra cõmunione ꝑ excõicationẽ.

1 *Excommunicati post satisfactionem ecclesiæ possunt admitti ad accusationem & testimonium.*

Diuisio. Mnes illi. Ad idẽ sequit̃ hoc.c.ꝙ est Fabiani papæ. Sũma est eadẽ cũ pcedẽti caplõ vel vt in rubro:& diuidit̃ in duas partes. In prima dicit oẽs illos criminosos esse repellẽdos ab accusatione, quos enumerat Apostolus.1.ad Cor.5.In secunda ꝙ excõicati nõ sunt recipiẽdi ad cõionẽ fideliũ,& ꝑ cõsequẽs ad accusationẽ anteq̃ satisfecerint, vel satisfacere iurauerint.scd̃a ibi,Cum his.Lege.¶ [Oẽs cõmemorat].i.ad Cor.5. vel sic ait.q frater nominat̃ inter vos,&

Exponit literam. est fornicator,aut auar⁹ aut idolorũ seruiẽs, aut maledicus, aut ebrios⁹,aut rapax,cũ hm̃oi nec cibũ sumere.hæc Apos. Sequitur.[cũ his]2.pars.[nec cibũ sumere.]s.tales criminosi fuerint per ecclesiã expulsi ꝑ excõicationẽ. Nã vt dicit S. Th. sup hũc locũ Apostoli. Nõ est intelligẽdũ ꝑ hoc sicut dicit Aug.in li.cõtra ꝑmenianũ,ꝙ aliqs extraordinario iudicio debet à cõmunione aliorũ separari, qa frequẽter posset errare.sed potius hoc debet fieri ꝭm ordinẽ ecclesię,qñ aliqs à cõione repellit̃, vel cõuictus vel spõte cõfessus. hæc

S. Thom. S.Th.[ante satisfactionẽ] simile.11.q.9.excellẽtissimus.&. 17.q.4.de presbyterorũ.2.q.7.accusatio.2.in fi.Hu.& Arc. [vel iuramẽtũ]vt extra de sen.excõ.ꝑ tuas.gl.& Hu.intellige tñ qñ iuramentũ nõ sufficit, vt dicatur absolutus, nisi sequatur absolutio.extra de sen.excõ.cũ desideres. sed bene sufficit vt debeat absolui ab excõicatione ꝭm tñ distinctionẽ capituli.ex parte.de verbo.sig.[recipiẽdi].s.ad cõionẽ sacramẽtorũ.ar.di.50.c.vlti.vel dicatur.[recipiendi]ad accusationem & testimoniũ.Et est ar.†ꝙ excõicati post satisfa-

b ctionẽ ecclesiæ possunt admitti b ad accusationem & testimoniũ.Concord.27.q.5.pręceptũ.&.23.q.6.si duo.&.3.q.4. beatus.ꝙ verũ est de infamia q̃ tollit̃ per pœnitẽtiã & recõciliationẽ ecclesię.Nõ aũt de alia quæ nõ remittitur ꝑ pœnitẽtiam. iuxta distinctionẽ & determinata in.c.pcedenti.

b ¶ Admitti excommunicatus vt admittat̃ ad cõionẽ requiritur iuramentum & absolutio.P. de Anc.in c.ꝙ in dubijs.nu.15 de sen.excom.

1 *Episcopos non possunt accusare criminosi, infames, laici, vel illi qui nec sunt, nec possunt esse eiusdem ordinis.*

1 Beatus. Ad idẽ sequitur hoc.c. qd̃ est Clemẽtis papæ.Sũma est. † ꝙ criminosi vel infames vel laici vel illi q nec sunt nec possũt esse eiusdẽ ordinis epos accusare nõ possunt.Et potest diuidi in quatuor partes ꝭm quatuor genera personarũ quas ab accusatione episcoporum excludit.secũda ibi, infames.tertia ibi,sed & laicorũ. quarta ibi, maiores.Le.¶ [Beatus Petrus].s.1. Petri.1.&.2. [dicente domino] cũ Io.8.de accusantibus adulterã dixit. Qui sine peccato est, prius in eam lapidẽ mittat, quod supra expositũ est.3.q.7. vel illud. Eijce primo trabẽ de oculo tuo.Hu.[coequales]in ordine. [non erãt]nec esse poterãt.Hu.& Archi.Sed no.ꝙ nõ exigitur ꝙ accusator sit æquè bonus vt reus, sed sufficit ꝙ sit vel credatur esse bonus.ꝭm Hug.[à coequalibus]i.in ordinibus.Hu.[infames]secũda pars.[primates].i.principes seculi.Hu.[nõ suscipiũt]in accusatione.[sed & laicorũ] tertia pars.[rogabat].i.pcipiebat.sic.11.q.3.rogo.gl. [subditos sibi].i.episcopis & clericis.Hu.[& spirituales atq;].i. sacerdotes.Hu.[carnales].i.laicos.&c.Hu.[debere].2.q.7.in sancta. Arch.[qm̃]supple.nec tũc cũ tales fuerimus,esse curãdũ de laicorũ detractionib⁹ & cõuicijs[qm̃ ꝑ minimo]hoc sumptũ est ab apostolo,qui.1.ad Cor.4.dicit,mihi aũt pro minimo est.vt à vobis iudicer, aut ab humano die. paruipendit Apostolus eorũ iudicia,qui inique & malè iudicãt de Christi dispẽsatoribus,à talibus.s.qui sunt incorrigibiles,& parati reprehendere,non imitari. aliter.n.qui famã suã negligit est crudelis.ar.11.q.3. nõ sunt.&.12.q.1.nolo.[arguamur].i. cõuincamur.& iudicemur,nõ tñ in iudicio.Arc.[ab humano die].i.ab humano &carnali intellectu.Hu.humanũ.n.diẽ vt dicit Hu.Apostolus vocat humanũ intellectũ, qui nõ videt occulta & põt falli. vel ab humano die.i.ab hoĩbus in hoc die,vbi sunt incerta,donec veniat dies dñi,& tũc occulta cordiũ erũt manifesta,qñ illuminabit dominus abscõdita.[maiores]quarta pars.maioritatẽ nõ dignitatis sed meritorũ attendit. Non.n.deus acceptor est personarũ, sed meritorum.2.q.7.maiorem.Lau.& Arc.[minoribus]criminosis.2.q.7.præsumunt.Hug. vel ad literam.iudicari à minoribus.vt di.21.inferior.&.c.sumitur.Hug. & Archid.dicebat.1.Petri.1.&.2.Arc.

Diuisio. Exponit literam. Archid. Archid. August. Laurent.

1 *Criminosus non potest accusare.*
2 *Criminosus post acceptum baptismum & peractam pœnitentiam an sit admittendus ad accusationem vel testimoniũ.*
3 *Parentes an veniant repellendi ab accusatione propter peccata filiorum.*
4 *Præsumptio fit pro aliquo vel cõtra ex conuictu vel familia.*
5 *Iudæus si conuertatur, sed nec vxor nec filij conuertuntur, an talis poterit promoueri, vel accusare vel testificari.*



Vi crimen. Ad idē sequitur hoc.c.qđ est Adriani papę. Summa est † ꝙ criminosus accusare nō potest, ꝙ testis debet esse bonæ famæ. ꝟm quæ duo capitulū hoc pōt diuidi in duas partes. secunda ibi, testes. ¶ Pro pleniori intellectu huius c.& eorū

Diuisio. 1

Quæstio.

2 quæ tanguntur in gl. quæritur. † vtrū is qui criminosus fuit post acceptum baptisma post peractā pœnitentiā sit admittendus ad accusationē, vel testimoniū. Et videtur ꝙ nō ex isto tex.& ex.c. primum.di.25.& di.68 qm̄ multa.& di.50. illud.& multis alijs. ¶ In oppositum arguitur ex capitulis præcedentibus.s.e.q.1.illi.&.c.oēs. iuxta determinata in pfatis capitulis. ¶ Responsio. duplex videtur esse opinio circa hanc materiam vt tāgitur in gl.1.ꝙ qui post baptismum criminosus fuit, nō posset promoueri nec ad accusationē & testimonium admitti, etiam post peractā pœnitētiam. Alia est ꝙ sic. Prima.n. videtur nimis dura, nam ꝟm illā pauci reperirentur idonei ad promotionem, nec ad accusationem & testimonium ferendum. extra de renun. nisi cum pridē. §. propter conscientiā.&.81.di. apostolus. vnde secunda cū rōnabilior & humanior cēseať, magis amplectenda vdř. vn de dicendum est ad quæstionē, ꝙ qui fuit criminosus crimine de quo non est quis semel per sententiam condemnatus nec inducit depositionem post peractam pœnitentiam potest & promoueri & ad accusationem & testimonium admitti. patet ista conclusio ex determinatis in præfato.c. illi. & habetur ex.c.fin. extra de tēpo.or.ad.c. præsens. respondet gl. hic dans quatuor intellectus capituli. vnus est ꝙ criminosus in hoc capitulo vocetur ille qui per sentētiā conuictus est. ar.48.di.qm̄. secundus intellectus est, ꝙ intelligatur de enormibus criminibus, quæ irrogant infamiam ipso iure. ar. dicti.c. primum.& di.25. tertius intellectus est ꝙ intelligatur de criminoso, qui pēdente accusatione aliū accusare vult, quod non licet.3.q. vltima. neganda. quartus intellectus est, vt videtur.s. qn̄ crimen est notorium. vnde tales nec promouētur nec accusare, nec testificari possunt ꝟm omnes. secundo respōdetur ad.c. præsens iuxta expositionem. Hu. videlicet ꝙ non est propositū. Nam vt idem dicit. Hug. quidam intelligunt hoc.c.& bene de criminoso. qui adhuc non pœnituit, & legunt sic. Si ante fuerit criminosus supple, & non pœnituerit quia periculosum est.&c. Alij intelligunt in eo casu, quando quis accusatur de crimine, qui nisi purgetur primo, & innocentiam suam ostenderit repellendus est ab accusatione. vt.3. quæstione.11. negāda. vt hic dicit Ioan. Et isti legunt literam sic. ante fuerit criminosus. i. de crimine impetitus, & nondum purgatus, sed adhuc existens sub accusatione. Hugu.& per hoc respondetur ad alia capitula. Lege text. ¶ [Qui crimen intendit] criminaliter. Hugu. [agnoscendum est] ad hoc quòd repellatur. Hugu.& Archidia.[antea] id est à tempore baptismi. Hug. & Archidiacon.[criminosus] hic sumit arg. prima opinio. de qua dictum est, quòd si quis post baptismum fuerit criminosus, debet repelli à promotione & accusatione & testimonio. per cap. allegata in quæstione. Sed visum est de varia intelligentia huius.c. secundum quam causam non est in fauorem præfatæ opinionis.[rei] id est criminosi.[professio.] Hugu. [testes] secunda pars.[sine aliqua infamia.] facti. vel iuris. vt. 2. quæstione tertia præsul. & quæstione.7.c. testes. Hug. & Archidiacon.[filios habentes] scilicet habeant, habeant testes. Hug.[omnino] id est dictis & factis [Christum] scilicet vt sint in Christum corde credentes, & eum ore confitentes. quia ad Roma. decimo dicitur. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. ¶ Sed hic surgit quæstio. † Vtrum propter filiorum peccata parentes ve

Opponit ĩ contrariū.

Respōdet.

Exponit literam.

3 niant repellendi ab accusatione. Et videtur quod sic. ex præ senti. cap. Sed respondendum est iuxta Hug.& gl. quod hoc quod hic dicitur, quòd debeant habere filios tales, intelligēdum est quantum in ipsis est, scilicet quod in eorum correctione non fuerint negligentes, nec omiserint aliquid de cōtingentibus, tunc enim illi quamuis mali sint, non est quod debeat imputari patribus, nec matribus. argu. distinctio.43. Ephesis.& distinctio.67.§. necesse. Sed si negligentes fuerūt circa eorum correctionem, imputatur eis, & præsumuntur mali. vnde remouentur ab accusatione & testimonio. vt hic & à promotione. vt.8. quæstione prima. illud. Et est argum.

Quæstio.

Respōdet.


4 † quòd ex conuictu & ex familia præsumitur pro aliquo vel contra, ar. distinctio 81. tantis. & secunda quæstione.7. cum

5 pastoris. ¶ Sed surgit alia quæstio. † dato quòd conuertatur nunc Iudæus sed nec vxor nec filij conuertuntur vtrum talis promoueri poterit vel accusare vel testificari. Respondetur iuxta Hug. quod sic, si post conuersionem non fuit negligens in hoc circa conuersionem vel correctionem eorum. Si verò fuerit negligens in hoc non debet admitti ad hoc post conuersionem. Ideo dixi quia si negligens siue diligens fuerit circa eos ante conuersionem non imputatur ei. arg. distinct.27. vnius. Hug.

Non solum. §. est, in quo vult ostendere quòd nullus præsertim laicus accusat clericum. Lege. ¶ [Non solum autem criminosi] clerici vel laici. Hug.& Archidiacon.[sed etiam quilibet] scilicet clerici vel laici.[repelluntur] generaliter, cum crimen est occultū, & probari non potest. ad hoc allegat proximum sequens c. itē aliqui laici repellūtur gñaliter, siue crimē possit probari, siue non. Et ad hoc allegaat.j.eo.2.&.c. Hu.& Archi.

Exponit literam.

1 *Accusans proximum suum de occultis criminibus quæ probari non possunt, & quæ solius dei iudicio relinquēda sunt potius ex inuidia quam ex charitatis zelo præsumitur accusare.*



Iomnia. Ad probandum quod dixerat de occultis criminibus quæ probari non possunt inducit hoc. capitu. quod est Anacleti papæ. Summa est † quod accusans pro

1 ximum suum de occultis criminibus quę probari non possunt & quæ solius Dei iudicio relinquenda sunt potius ex inuidia quam charitatis zelo præsumitur accusare. Et potest diuidi in duas partes. In prima pręmittit. In secunda infert ex illis, quòd in uanum laborat nec apud Deum gratus est, qui de occultis, quæ probari non possunt proximum suum accusat. secunda ibi, ideo. Lege. ¶ [omnia] tam occulta, quam manifesta id est, quæ nō possunt probari. Hug.[Locum diuina iudicia] quibus occulta crimina reseruantur. vt distinctio.32. erubescant. Et qui occulta vult accusare, vel de eis iudicare, quasi adiuuans iudicium Dei superfluè laborat. Hug.[Impunita] per humanū iudicium delinquuntur occulta. illa enim homo non iudicat, qui solum nouit quæ in facie, id est, exterius manifesta sunt. sed illa Deus iudicat, qui intuetur cor.1. Regum. 16. multa enim relinquuntur manifesta impunita, quæ diuino iudicio punientur. auarus epulo immisericors in hac vita impunitus fuit, qui post mortem sepultus legitur in inferno, vbi flamma inextinguibili cruciatur. Lu.13. Mat.13. & ita alia innumera reseruantur diuino iudicio, cum cuncta errata & impunita adducet in iudicium punienda. Ecclesia. 12. impijs & peccatoribus reddet vindictam custodiens eos in die vindictæ [Solem] sicut enim in uanum laborat qui lucem solis conať facibus clarificare, ita infructuosè laborat, qui diem lucis iudicium credit præuenire. vnde Apostolus. 1. ad Corinth.4. nolite ante tempus iudicare, donec veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. [ideo si aliquis] secunda pars.[qui seruos] re vera vel putatiuè [accusat] de occultis, quæ probari non possunt.2. quæstio.5. consuluisti.& 32. quæstio.6. christiana. Hug.& Archidiacon.[dicit se hoc agere] cum tamen hoc non agat. Hug. & Archidi. [in uanum laborat.] quia eius intentio laudabilis non est.2. quæstio.7. si quis episcopus. vel præsumitur non esse, quia frequentius malo zelo quam bono accusauit homines. Archi. vnde sequitur [agitatur]. i. agitari præsumitur. Hug. inuanum quippe laborat qui quod Deus statuit conatur immutare, vt ante iudicet de occultis vel diuino iudicio reseruatis, quam Deus præordinauit. Tum quia ipsius Dei consilium est immutabile. ego inquit Deus & non mutor. Malacha.3. Tum quia qui sic cupiunt in sacerdotes sæuire, non charitate, sed inuidia mouentur. Ecclesia.45. propter inuidiam circunderunt illum.s. sacerdotem maligne accusando. Tum quia tanta est plenitudo gratiæ & scientiæ in Deo, ꝙ hominum accusantium vel iudicantium nō eget cōsilio, vt præueniatur in iudicando. vnde apostolus ad Ro. 11. Quis nouit sensum domini, aut quis cōsiliarius fuit &c. vtique nullus. vnde psal. Bonorum meorum non indiget. [nec vlla requirit commendationis vestræ.] quæ solet esse cum quis accusatur, & conuinci non potest. Hugo. & Archid. per hoc. cap. aperte probatur, quod tacere debemus quæ probare non possumus. ar.j.eod.q.2. si tantum. Hug.

Diuisio.

Exponit literam.

Archid.

Psal.15.a.

Archid.


1 *Dignitas sacerdotalis quæ sit.*


SAcerdotes. Ad idẽ eſt hoc.c. ꝙ eſt Theleſphori papæ. Summa eſt ꝙ ſeculares ſiue laici non debẽt detrahere ſacerdotibus, quibus ab oĩbus debetur obedientia & reuerẽtia, & ꝙ ad eorũ accuſationẽ laici admitti nõ debẽt, ſm quæ duo põt diuidi hoc.c. in duas partes. ſecũda ibi, nec vulgus. Lege text. ¶ [Sacerdotes qui proprio ore] probat primo ex ſublimitate dignitatis ſacerdotalis, ꝙ laici nõ debeãt eis detrahere, nec accuſare, ſed reuerentiã exhibere. qm̃ ꝓprio ore conficiũt ſacramẽtũ corporis Chriſti. Sacerdotes .n. verba cõſecrationis ſuper panẽ triticeũ & vinũ vitis dicẽdo, hoc eſt corp⁹ meũ, & hic eſt calix ſanguinis mei &c. ore ſuo exprimendo verum corpus Chriſti & ſanguinem perficiunt. quibus dominus ait, hæc quotieſcũq; feceritis in mei

Diuiſio.
Exponit literam.


1 commemorationem facietis. Mat. 27. † Magna profecto eſt hæc ſacerdotalis dignitas, quæ etiam angelis data non eſt, nec cæteris hominibus quantacunque præfulgeant dignitate cõicatam. vnde ratione huius magnus honor & reuerẽtia debetur ſacerdotibus. vnde ſequitur. [ab oĩbus ſunt obediendi] paſsiue. i. quibus ab hoĩbus eſt exhibenda obediẽtia. Hu. Sunt .n. patres aliorum. Et ideo Prouerb. 1. dicitur audi diſciplinam patris tui. quia vero habent claues, quibus ligandi, & ſoluendi habent poteſtatem, ſunt merito timendi, nõ dilacerandi & detrahendi. Exo. 22. dijs. i. ſacerdotibus. non detrahes. [quia] aſsignat rationem huius, videlicet quia ſacerdotes ſunt miniſtri ſalutis noſtræ per doctrinam, & per diſpenſationem ſacramentorum. Et hoc eſt quod dicit bene dixi. &c. [arguere] imperioſe, vel vt infament eos. Hu. [nec vulgus] 2. pars. [vulgus.] i. populares laici in eorum accuſatione [debet ſuſcipi populus] aſsignat rationem. [docẽdus] ipſi .n. habent docere populum, quibus Deus ait. Mat. vltim. Euntes docete omnes gentes. &c. [Corripiendus] corripere etiam habent ſacerdotes populum quibus dicitur prima ad Theſſa. 5. Corripite inquietos diſcipulos. hoc ſaluator dicit Mat. 10. & Lucæ. 6. Dei ergo ordinationem qui poteſtati reſiſtit inquit Apoſtolus. vel Dei ordinationem accuſat, quaſi Deus non iuſtè ordinauerit ſacerdotes in eccleſia. Hu. & Archi. vt dicunt multi hæretici, vt paternij dicentes non debere eſſe in eccleſia ordinem ſacerdotum. Hug.

Archid.


SI qui patres. Hoc ſecundum Hu. eſt totũ continuum cum litera præcedentis.c. & eſt totum vnum.c. & tũc eſt hic ſecunda pars ſm Bar. Brixi. In quo ponuntur duæ concluſiones. Primò quod non recipiantur ad accuſationẽ, niſi qui idonei ſunt. Secunda concluſio, ꝙ qui aduerſus patres ſacerdotes armanť accuſando, vel conuiciando & diffamando, ſunt infames. ſm quas poteſt diuidi hoc.ca. in duas partes. 2. ibi, & omnes. Le. ¶ [Hi qui patres] patres ſpirituales ſunt ſacerdotes, qui ex vtero baptiſmi & euãgelio generant, paſcunt verbo doctrinæ, & educant exemplis conuerſationis. vnde ſm Apoſtolũ. 2. ad Ti. 4. Non increpandi. ſed obſecrandi vt patres armantur verberando, vel conuiciando, vel infamando, & calũniosè accuſando. vt. 3. q. 5. omnes.

Bar. Brix.
Diuiſio.
Exponit literam.

4 *Suſpitio & iudicium qualiter differant.*
5 *Iudicare firma ſententia aliquod graue malum ex ſuſpitione ſiue ex leuibus iudicijs de aliquo eſt peccatum mortale.*
7 *Iudicium eſt multiplex.*
8 *Suſpitio eſt triplex.*


OVes. Ad idem ſequitur hoc.c. ꝙ eſt Pij papæ. Summa eſt. ꝙ ſubditi vel inferiores non debeant reprehendere vel accuſare ſuos prælatos ſiue ſuperiores, maximè ex ſuſpitione. Et põt diuidi in quatuor partes ſm quatuor rõnes, quas inducit ad hoc, ſm ibi, qa non eſt diſcipulus. 2. ibi, epiſcopi .n. à Deo. tertia ibi nemo. quarta ibi, quanto minus in ſuſpitione. Quia vero in hoc.c. circa finem reprehenditur iudicium ſuſpitionis pro pleniori intelligentia huius quæruntur tria.

Diuiſio.

1 ¶ Primum vtrum omnis ſuſpitio ſit reprobanda.
2 ¶ Secundum an ex ſuſpitione liceat iudicare.
3 ¶ Tertiũ ẽ vtrũ iudiciũ ex ſuſpitione ſit mortale peccatũ.
6 ¶ Quartũ ẽ vtrũ ex aliqua ſuſpitione põt eſſe iudiciũ rectũ.

Primũ ar.

1 Ad primum. Sic ꝓceditur † & videtur ꝙ nõ oĩs ſuſpitio ſit reprobanda ſic Suſpitio videtur eſſe in genere opinionis, & põt eſſe de malo, ꝙ ſit malum, & de bono quod ſit bonum. ergo poteſt eſſe ſuſpitio quid bonum. ergo non reprobandum. ¶ In oppoſitum videtur eſſe tex. præſentis.c. ſecundo gl. ſuper illud pſal. amputa opprobrium quod ſuſpicatus ſum. quæ dicit magnum vitium humanitatis eſt ſuſpitio, cũ ſit vitiũ, reprobanda eſt

Opponit̃ contrariũ.

¶ Reſpondeo dicendum iuxta Alexandũ de halis in ſecundo ꝙ ſuſpitio põt accipi dupliciter. vno modo cõmuniter prout dicitur eſſe opinio vel de malo, vel de bono. Et ſecũdum hunc modum põt eſſe ſuſpitio bonũ in genere. & ſic eſt concluſio. ꝙ non oĩs ſuſpitio eſt reprobanda, ſed mala & temeraria. Alio mõ accipitur ſuſpitio prout aꝓpriatur ad opinionem ſm ꝙ opinio mala eſt de bono. quod ſit malum, & econuerſo. ſm ꝙ Tullius diffiniuit ſuſpitionẽ eſſe opinionem mali. Et ſm hoc eſt cõcluſio. ꝙ oĩs ſuſpitio eſt reprobãda & ſm hoc dicit prędicta gl. ſuꝑ Pſal. ꝙ omnis ſuſpitio eſt reprobanda ꝙ eſt vitiũ humanitatis. Et dr̃ malũ prout dr̃ ſuper illud. Pſal. de neceſsitatibus meis erue me. gl. infinitę ſunt neceſſitates, vt neſcire cor alteri⁹ ſuſpicari bonũ de amico in fideli. Et hoc modo loquendo de ſuſpitione intelligitur qđ dicitur in præſenti.c. ꝙ ſit reprobanda.

Reſpõdet Alexãder de halis.
Tullius.

2 Ad ſecundum. † Reſponſum eſt. ſ. 2. q. 1. cap. 1. vbi ſufficienter dictum eſt.

3 Ad tertium. Sic proceditur. † & videtur quod iudicium ſuſpitionis ſit peccatum veniale, & non mortale per id quod dicitur in Pſal. de neceſsitatibus meis erue me. Neceſsitas autem non eſt mortale peccatum. ergo iudicium ſuſpitionis non eſt mortale peccatũ. & eſt peccatum. ergo veniale. ¶ In oppoſitum videtur eſſe Augu. qui ait ſuper illud Apoſtoli. 1. ad Corint. 4. ante tẽpus nolite iudicare. Si ſuſpitiones vitare non poſſumus, iudicia tamen vitare debemus. ergo iudicium ſuſpitionis eſt peccatum mortale. Item gl. ſuper illud. 1. ad Cori. 4. ante tp̃s. &c. dicit prohibet nobis Apoſtolus iudicia. qa occulta ſunt corda hominum. ¶ Reſponſio. licet ad hanc quæſtionem ſatis patet quid dicendum ſit ex dictis ſuperius in prædicto.c. 1. 2. q. 1. vbi iuxta ſententiam S. Thomæ plene reſpõſum eſt, nihilominus aliquid dicam nunc iuxta ſententiam magiſtri Alexandri de halis in ſecundo qui ſatis concordat cum ſan-
4 cto Thom. † dicimus ergo quod differunt ſuſpitio & iudicium ſecundum, quod iudicium propriè dicitur prout dicit beatus Hieronymus, de dubijs non diffinias, ſed ſuſpenſam tene ſententiam. Et hæc eſt concluſio. quòd ſuſpicari vel dubitari ex quadam pronitate, vel leuitate malum de bono eſt peccatum veniale. quia ex glo. præhabita ſuper illud Pſalm. de neceſſitatibus meis erue me. quia talis ſuſpitio ꝑtinet ad tentationem humanam. ſine qua vita iſta non ducitur, vt dicitur ſuper illud. 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tẽpus iudicare. Concordare videtur Cancellarius pariſienſis in ſumma ſua theologiæ dicens. ſuſpitio, vt ſcilicet non includit aliquam aſſertionem non eſt aliquod peccatum. vnde dicit idem dicendum eſt de ſuſpitione, quod dicitur de primis motibus, quia ſuſpitiones ſunt quidam motus primi ipſius intellectus. Et ad illud Aug. quod ſuſpitio ſit maximum vitium humanitatis. Reſpondit quod vitium appellat ibi eam, quia de ſuſpitione quandoque venitur ad iudicium temerarium, ſicut de motu carnis quandoque venitur ad fornicationem. vnde dicitur vitium non quod ſit peccatũ, ſed quia vitiat. Et eſt via quædam ad vitium ſiue peccatum. Et dicitur maximum quantum ad vniuerſitatem multorum,
5 & non quantum ad intentionem. ¶ Secunda concluſio † ꝙ iudicare firma ſententia aliquod graue malum ex ſuſpitione ſiue ex leuibus indicijs de aliquo eſt peccatum mortale. patet concluſio ex dictis gl. 1. ad Corin. 4. ſic itaque ſuſpitio, cum non progreditur in ſententiam firmam & diffinitiuam veniale peccatũ põt eſſe. Cum autem progreditur eſt mortale. Cum .n. homo mouetur coniectura ad opinandum & non extenditur pluſquam coniectura exigit, tunc eſt humana tentatio. cum aũt minus amat ſuam ſententiã, & plus forte ſibi ex malitia libidinoſę voluntatis diabolica videtur tẽtatio inq̃t ipſe Alex. de hal. Et ita patet reſponſio ad oĩa.

Primũ ar.
Opponitũ contrariũ.
Reſpõdet Alexãder de halis.
Hierony.
Cãcellari. pariſiẽſis.
Secũda cõcluſio.

6 Ad quartum. Sic ꝓcedit̃. † Et vr̃ ꝙ ex nulla ſuſpitione poſsit ꝓcedere iudiciũ rectũ ſm ꝙ vniuerſaliter oẽ iudiciũ ex ſuſpitione ꝓcedẽs nõ ſit rectũ, dicit .n. Aug. in gl. ſuper illud. 1. ad Corin. 4. nolite ante tp̃s iudicare ſuſpitiones vitare nõ poſſumus, qa homines ſumus. iudicia aũt vitare debemus. ergo videt̃ ex hoc iudiciũ ex ſuſpitione nõ ſit rectũ. ¶ Sed in oppoſitũ arguitur ſic. poteſt enim aliquis habere vehementem ſuſpitionem cum plura ſunt ſigna mali, & ſecundum hoc iudicare. ſicut videbatur facere Apoſtolus. Actuum 23. cum dixit principi ſa-

Opponit̃ contrariũ.

principi sacerdotum percutiat te Deus paries dealbate. Et Mat.3.dicit Ioan.genimina viperarum &c. Sed tale iudiciũ videtur fuisse rectũ. ergo ex suspitione iudiciũ procedens põt dici rectum.¶ Responsio iuxta Alexandrũ de halis † ꝙ multiplex est iudicium.Est.n.iudiciũ quoddã eorũ quæ occulta sunt in opere. Et illorum quæ sunt in opere quorũdã põt esse ꝓbatio & quorũdã non. qua distinctione habita sistitsta prima conclusio.Occultorũ cordis & occultorũ similiter operis non est iudiciũ faciẽdũ ꝑ suspitiones, vt hõ solis suspitionibus innitatur.Et ita iudiciũ ex talibus suspicionibus ꝓcedẽs nõ põt dici rectũ.vbi vero est opus qđ ꝑ signa ꝓbari põt distiguẽdũ est,† Est.n.suspitio triplex.s. q̃dã temeraria.s.q̃n multa sunt signa boni & pauca mali.tunc est conclusio. ꝙ iudicare.i.cõdẽnare ex tali suspitione est peccatum mortale si fiat cum deliberatione,& per cõsequẽs tale iudicium non põt dici rectũ. Alia est suspitio probabilis quæ est q̃n multa sunt signa mali & pauca boni,& de tali est conclusio,ꝙ ex tali iudicare peccatũ est, sed non ita graue, sed veniale,dum stat in suspitione. Si vero veniat ad assertionem firmã cũ pertinacia præsumitur esse mortale, & ita nõ rectũ. tertia est præsumptio violenta cũ omnia signa mali apparent, nulla boni.tunc est conclusio, quod ex tali suspitione iudicare non est peccatum. Et ita apparet ex qua suspitione potest procedere rectum iudicium.& ex qua non.

(margin: Respondet. Alexãder de halis.)

7 [at "põt dici rectum"], 8 [at "gna ꝓbari"]

¶ His habitis dicendum est rationes in oppositum. Ad ambas simul respondetur iuxta eundem magistrum Alexandrum de halis, quod illud iudicium quod fuit apostoli, vel beati Ioannis ex inspiratione diuina credendum est esse,vel fuit verbum cautelæ,& non assertionis.quasi diceret, si talis es:percutiet te Deus &c.Et similiter intelligendum est de prædicatoribus quorum est dicere in vniuersali, & non in particulari ne determinata persona scandalizetur vel occasione illius scandalizentur alij.Lege textũ. ¶ [Oues.] Oues sunt subditi & inferiores. sic enim Dauid ait secundi Regum.24. Isti oues sunt, pastores vero sunt sacerdotes, qui ouili domini ꝑsunt.de quibus Hieremiæ.3.Dabo vobis pastores iuxta cor meum,& pascent vos scientia & doctrina. & Hierem.23.In cunctis ciuitatibus tabernaculum pastorũ,quia in qualibet ciuitate est sedes episcopalis, & ecclesia cathedralis.s.disti 80.c.episcopi.& 93.dist. legimus. & dist. 96.quis dubitet.oues ergo pastores audiant obediendo, nõ insurgant detrahendo,populus siue plebs episcopum suum non reprehendat, scilicet imperiose vel accuset non conuiciando arguat, quem æstimare debet suum doctorem. quia.1.ad Timo.3.Oportet episcopum doctorem esse nec debet à populo doceri.quia Matt.10.& Lucæ.6.Non est discipulus supra magistrum.[Episcopi.]Sic Constantinus in synodo nicenna episcopis dixit.vos à nobis non estis iudicandi,qui a vobis debemus iudicari. Vos autem qui dij estis debetis à Deo iudicari,& sic eos ad pacem reduxit,& libellos famosos sibi porrectos à se non lectos, sed visos conclu dit.vt refert Eusebius libro suæ historiæ.ca.1.[Iudicandi à Deo].i ab ecclesia.vt.11.q.1.§.item constantinus.2.q.7.accusatio Hug.& Archi [Oculos elegit]quia per eos contemplatur & speculatur & superintendit custodiæ gregis sui. vnde propheta Zacharias. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Zacha.2. & 2.q.7.accusatio.& 8.q.1.qui vos.Hu. & Archid.vel sic episcopi dicuntur oculi domini,quia sicut per oculos dirigitur pes,vt non offendat & totum corpus, ne ruat,sic dominus elegit apostolos.Matthei.10. & Lucæ. 10.aut eorũ successores episcopos,vt per eos tanquã per vi dentes oculos[pedes].i.subditos & totum corpus ecclesiasticum dirigat,& ducat per vias rectas, & semitas iustitiæ, ne si cœcus cœcum ducat,ambo in foueam cadant. Matth. 15.& Luc.6.vnde Ambro.in pastorali sic ait. Oculorum in corpore officium in ecclesia voluntarius appetisti, vt reliquum per te corpus ducatum lucis haberet, & nunc quadã lippitudine & caligine vitiorum obtenebratus,nec teipsum luci idoneum præbes,& alijs adimis lucem. si oculus tuus, simplex fuerit, totum tuum corpus lucidum erit &c. Ex hoc vero quod dominus dicitur elegisse episcopos oculos suos,clarissime elicit quod sequitur,videlicet quod episcopi non sunt accusandi aut reprehendendi à subditis.i.laicis. Laici enim dicuntur subditi sed clerici dicuntur fratres, & socij episcoporũ.vt.8.q.1.vt qd.& 10.q. 3. cauendũ.Hu.aut prauę vitę[hominibus]siue clericis,siue laicis[nemo faciẽs bonum].i. nemo bonus nocere vult. Et hoc quia vt dicit charitas non agit perperam, nec ęmulatur.1.ad Corint. 13.Nocere enim alicui charitas non permittit, cum charitas patiens sit,benigna, nec irritatur, nec cogitat malum, nõ gaudet super iniquitate.cor gaudet veritati, & omnia sustinet.vbi supra,ergo charitas non vult alicui nocumentum inferre.ergo qui bonus est,non cogitat malum de aliquo, nec alicui nocere vult,de quo nullum malum debet credi[quanto minus[tertia.ratio secundum Archidiacon. [ille fidelis homo]scilicet qui fidem habet,& est bonus & non vult nocere alicui[debet venire]in suspitione alicuius,scilicet quod aliquis suspicetur de eo vt ipse dicat,aut faciat alicui ea, quæ ipse non vult pati ab alio, vel fieri siue dici sibi, quasi diceret.Non debet quis suspicari vt talis noceat dicto vel facto. ius.n.naturale est vt non faciat quis alteri, quod sibi nõ vult fieri.vt in prin.decreti.humanum genus.& Tho. 4. Omnis suspitio temeraria & vana.Hu.& Arch.De suspitione tripli ci tangit hic in glo.& nos de ea.s.2.q.1.c.1.loquuti sumus, ibi vide.& in quæstione nunc disputata secundum theologos,satis dictum est.

(margin: Exponit literam. — Archid. — Ambro. — Archid.)

1 *Detractio an sit in remedium peccati,scilicet adulationis.*

Ipsa autem.

§.est. Quia enim magister supra fecerat mentionem de detractione in illo.c.sacerdotes.& in ca.oues. ideo nunc subiungit hunc.§. in quo ostendit.quod licet detractio mala sit, tamen Deus permittit detrahi bonis & iustis,scilicet vt non extollantur propter bonum quod habent, vel propter laudes aliorum, quasi diceret non extollantur malo arrogantiæ sed remaneant in bono humilitatis.Deus enim vt dicit Augu. in Enchiridion.cap.11.summè bonus, & sapiens, & iustus mala fieri non permitteret,nisi inde eliceret bona. ipse quippe vitium detractionis in bonos & sanctos permittit vt probentur per patientiã coronentur,& vt humana infirmitas agnoscatur.¶ Pro pleniori intellectu huius quæritur. † Vtrum sit verum quod detractio sit in remedium peccati.s.adulationis.Et videtur quòd non. Primò sic. detractio est sicut venenum.vnde Ecclesi. 10.super illud. si mordeat serpens, in silentio.dicit gl.Sicut serpens occultè mordens venenum infundit,sic qui detrahit.Sed venenum veneno non expellitur.ergo detractio non est remedium peccati siue medicina morbi.¶ Secundò sic. Sicut detractio opponitur adulationi,sic adulatio detractioni. Sed adulatio non est in remediũ detractionis.ergo nec detractio adulationis. ¶ In oppos.est tex.præsentis capituli.¶ Responsio.dicendum iuxta sñiam magistri Alexandri de hal.in secũdo ꝙ de detractione possumus loqui dupliciter.vno modo ex parte detrahentis,vel ex parte eius cui detrahitur. Cum ergo dicitur ꝙ detractio sit in remedium adulationis, intelligitur respectu eius cui detrahitur.Cum.n.iste aduertit sibi detrahi,conuertit se ad considerationem suæ infirmitatis,si fortè illud reprehensibile est in eo,& sic humiliatur.vnde iam non est venenum, sed medicina.illi vero qui audit detractionem si acquiescat est venenum infusum à detrahẽte.illi vero cui detrahit̃ non dr̃ esse venenũ,nisi ex ipso cõtrahat nocumẽtũ. Et sic patet rõ ad primam rõnem in oppositum. vel dicendum iuxta.S. Th.in 2.2.q.73.ꝙ vtilitas quæ est ex detractione prouenit nõ ex intẽtione detrahẽtis,sed Dei ordinatione, q ex quolibet malo elicit bonũ.Et hæc solutio est iuxta te.presentis literæ.¶ Ad secũdã rõnẽ rñdet̃ negãdo cõñam.Et rõ est iuxta præfatũ Ale.de ha.ꝙ adulatio nõ permittit hoĩem videre suũ imperfectũ.detractio verò facit. Et ideo adulatio nõ dr̃ esse in remediũ quẽadmodũ detractio.Lege.¶ [Ipsa domestica].i.ꝓpria & intus innata.Hu.præsumptio.i.præsumptuosa elatio domesticarum personarum laudibus orta. Hu.& Archi.vel aliorum scilicet non domesticorũ.Hu. Ar.

1 [at "scatur.¶ Pro pleniori"]

(margin: Archid. — Continuatio. — August. — Quæstio. Primũ ar. — Secũdũ ar. — Opponit. Respõdet. Alexãder de halis. — Ad primũ arg. S. Thom. — Ad secũdũ Alexãder de halis. — Exponit literam.)

1 *Petrus quare tertio confitetur & tertio interrogatur de dilectione Dei.*

2 *Petrus negando Christum an peccauerit mortaliter. quod sic.numero.3.*

3 *Surreptio accipitur dupliciter.*

Imitare Petrum.

Ad idẽ propositũ inducit̃ cõsequẽs. hoc c.qđ est beati Ambro.in quodã sermone.Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima instruit ne aliquis de se nimis præsumat. In secunda assignat rationem quia sæpe tales iusto Dei iudicio permittuntur cadere, quòd & ostendit in duobus exemplis Petri, scilicet & Dauidis. secunda ibi, Nam & si Petrus &c.

(margin: Diuisio.)

Exponit literam. Albertus. Petrus &c.Lege.¶[Imitare Petrum] dicentem Io. 21.Tu scis,domine quia amo te.ac si dicat vt exponit Albert. nosti plusquam ego, Actuum.primo. Tu nosti domine corda hominum. [imitare] ergo dicit [Petrum] quasi diceret imitare eũ in cõfessione nõ in negatione. Hu.vbi not.† Qđ
1 ideo Petrus tertio confitetur & tertio interrogatur de dilectione Dei, & tertio ei pcipit,vt pasceret oues,siue agnos, vel quia gregem sibi commissum fidẽ trinitatis debeat pascere tria genera hominum.s.coniugatos,continentes, virgines siue prælatos. vel quia gregem sibi cõmissum debeat pascere,corde,ore,& opere.i.voluntate,& oris prædicatione,& operis exemplo.vel ideo tertio confitetur,quia tertio negauerat,vt sic trina confessione dilueret peccatũ trinę negationis vt hic dicit Hu. Et ita dicit Aug.homil.122.super Ioan. & de pe.di.1.§. his authoritatibus[negauit]Matt.26.

Quæstio. 2 ¶Hic surgit quæstio† vtrũ Petrus negando Christũ mortaliter peccauerit. Et videtur ꝙ non.dicit.n. quædam gl.quod Primũ ar. Petrus peccauit per surreptionem, sed peccatũ per surreptioné est veniale,& nõ mortale.vnde primi motus quiper surreptioné fiant sunt venialia peccata. ergo Petrus negãdo Christum peccauit venialiter, & nõ mortaliter.¶Secũdo Secũdũ ar sic.dicit Bernardus in li. de diligendo Deũ. ꝙ in Petro fuit charitas sopita, non exstincta. sed per peccatum mortale charitas extinguitur. ergo Petrus non peccauit mortaliter.

Opponit i contrariũ. ¶In oppositũ est.c.pręsens.vbi manifeste ostenditur,ꝙ Petrus in negando Christũ peccauit mortaliter.Ad idem secũdo est beatus Greg.in moralibus vbi dicit.ꝗ Petrus ab ipsis faucibus eripitur,sed in faucibus diaboli non est quis,nisi p

Respõdet. 3 peccatũ mortale.†ergo Petrus peccauit mortaliter. Quę cõclusio multipliciter probatur primo ex illo tex. euangelij vbi dr̃,ꝙ Petrus fleuit amare. Culpa aũt q̃ amare fleta fuit diluenda manifeste deprehenditur fuisse mortalis.¶Secũdo sic.iuxta S.Tho. in quodã quolibeto,Petrus negauit fidẽ Christi, vbi periclitabatur & eius confessio requirebatur. Ore aũt confessio fit ad salutem.ad Ro.10. in quo vr̃ innui, ꝙ sit de necessitate salutis cõfessio fidei in casu pdic.¶Tertio sic.Christus apostolis præcepit Matt. 10. vt dum starẽt ante reges & præsides nõ timerent Christũ confiteri,& suũ nomen portare,Sed Petrus trãsgressus est hoc præceptum, ergo negãdo Christũ peccauit mortaliter.¶Quarto sic mẽdaciũ in his quæ fidei sunt periculosissimum est. vt dicit

Augus. Auguſt.libro de mendacio. Sed Petrus negando Christum dixit mendacium in fide contra fidei professionem. quia confessus fuerat Christum esse filium Dei,pro qua beatificauit eum Christus Matth.16.Ergo Petrus negando Christũ peccauit mortaliter.dicitur.n.perdes oẽs qui loquuntur mendaciũ.¶Quinto sic.Christus non negat quemquã corã patre & angelis eius, nisi ex culpa mortali pp quã quis negat fieri particeps glorię patris & angelorũ, sed Christus negãtẽ se negat.Mat.10.qui negauerit me corã hominibus, nega bo eũ corã patre meo. negari aũt à Christo corã patre est excludi à gloria,sed cum à gloria nemo excludatur, nisi pp culpã mortalẽ,ergo Petrus peccauit mortaliter.¶Sexto hoc patet manifeste,qm̃ negationi addidit periurium,& blasphemiam, quia vt dr̃ Mat. 26. cepit detestari & iurare. quia nõ nouisset hominẽ,perseuerare aũt in peccato dat incrementũ scelerũ. Et qui minima spernit cadit in maiora. vnde manifestũ est,ꝙ Petrus peccauerit mortaliter, & tãto magis quanto plus de se præsumpsit dicens cũ eo paratũ in mortem,& in carcerem ire.Lucæ.22.& in eo nunquã scandalizari,nec in se vnquam negaturũ Mat.26.Ad hanc conclusioné induximus tot rões pp nouellũ errorem quorũdã dicentiũ Petrum non peccasse mortaliter.¶Ad rões in oppositum dicendũ est.Ad primã respondetur iuxta S.Th.

Ad primũ. arg. S. Thom. 4 in quolibeto†ꝙ surreptio dupliciter accipitur.vnde vno mo do ẜm ꝙ opponitur deliberationi,& sic primi motus dicuntur esse in surreptione. Si aũt Petrus ex surreptione nõ peccauit.Alio mõ accipitur surreptio ẜm ꝙ opponitur electioni, & sic Petrus ex surreptione peccauit,qa nõ peccauit ex electione,quasi ex certamalitia,sed ex passione timoris.talis aũt surreptio nõ excusat à mortali sicut patet in incõtinẽti, q fornicat̃ mot⁹ cõcupiscẽtia cũ haberet ppositũ cõtinẽdi. ¶Ad secundã respõdetur iuxta eundẽ S.Th.ꝙ beatus Ber-

Ad secũdũ S.Thom. nar.impropriè loquitur.Et vt eius verbũ verificetur.est intelligendũ de quadã dilectione familiaritatis, quã Petrus ad Christum cõceperat,quę in eo mãsit etiã post negationem, vel si intelligitur de dilectione gratuita,intelligendũ est, ꝙ non fuit extincta ẜm prædestinationẽ diuinã, quæ eius pœnitentiã præparabat,quãuis esset ex se extincta. sequitur in litera.[negauit in nocte].i in nocte culpę,siue in tenebris peccatorũ.Hu.[in die].i.in luce gratiæ,qa diuina luce inspiratus. [hæc aũt].i.de eius negatione. Hu.[dicta sunt]in exemplũ [vt sciamus &c.]vel[dicta sunt] .i.facta [à Deo].i.permissa à Deo fieri à Petro[vt sciamus &c.]Hu.Et hæc est vna ratio quare Deus permisit Petrũ cadere.i.negare.s.vt daretur exẽplũ,quod nullus debet se iactare,alia.rõ redditur.di.50.considerandũ.Hu.& Arc.Nõ ergo mirandũ, si sancti ad sui humilitatẽ aliqñ cadere permittantur,cũ Petrus caput & princeps oĩm apostolorum ita lapsus est,vt Christũ ter negaret [deniq;]ẜm exemplũ[dixerat] quasi arroganter de sua iustitia præsumens.psal.81.dicens.Ego dixi in abũdantia mea.i. in confidentia meæ abundantis bonitatis non mouebor à tali bonitate.Hu.quã iactantiã sibi obfuisse confitetur.vnde plorans.ait psal.20.Auertisti faciẽ tuã.i.præsentiã à me,& factus sum conturbatus.i.infirmus, ecce ꝙ Petrus & Dauid se iactauerunt,& ceciderunt. simile inquit Hu. vidi Bononiæ de quodã,qui cũ multum se iactaret de sermonibus faciendis, tandem in pœnã illius iactationis obmutuit in medio cuiusdam sermonis, nec vltra procedere potuit.Hug. Archid.



Vnt plurimi. Ad idem sequitur hoc c.quod est beati Gregorij in registro. Summa.est Deus permittit qñque bonos detractionibus malorũ percuti, vt in humilitate semper cõsistant,& nẽ vanis laudibus extollantur.pót capitulũ diuidi in duas partes. In prima facit quod dictum est.In secunda probat illud exemplo apostoli Pauli.secunda ibi,hinc est.Lege tex.¶[Sũt amplius quã deberẽt laudant] sicut dicit gl.hoc est veniale peccatum.25.dist.criminis. Sed qui commendant vitia mortaliter peccant.46.di.sunt nonnulli.Qñ aũt adulatio sit peccatum mortale, & qñ non, disputauimus circa.c.idẽ ibi vide. [ne qua].i.aliqua.[permittit]nihil.n.est boni vel mali, quod non fiat Deo volente vel permittente.vt.26.q.5.nec mirũ. ver.nec ideo.Hug.Archid.[alterationem].i.inuidiam,liuorem,ęmulationem,ẜm papiã.Arch.[obiurgationem]obiurgare est reprehendere ẜm papiã.Arc.[hinc est].2.pars.[doctor gentiũ]Paulus in cursu pdicationis suę,& cursus huius studij inter laudes & vituperia ambulabat.2.ad Cor.6.[per infamiã & bonã famã] quia ab aliquibus famabatur,ab alijs diffamabat̃, & ab alijs verax dicebat̃,ab alijs aũt seductor ac cusabatur.vbi notandum ꝙ vt tangit S.Tho.super istum locũ apostoli sanctus Grego.dicit ꝙ hõ non debet ex se causam infamiæ suæ,sed potius debet procurare bonam famã. iuxta illud Ecclesia.27.Curã habe de bono nomine. & hoc propter alios. quia oportet nos bonum testimonium habere apud eos,qui foris sunt.1.ad Tim.3.Si vero contingat aliquem incurrere infamiam iniuste,non debet esse ita pusilla nimis,vt propter hoc delinquat iustitiam.Si vero sit in bona fama apud fideles,nõ debet inde superbire,sed debet inter vtrumq; medio modo incedere.

Diuisio. Exponit literam. Archid. S. Thom. Grego.

1 *Rugitus dicitur sonus terribilis.*
2 *Vt dictio tenetur consecutiuè.*

Verum. §.est, in quo incipit quarta pars secundum quosdam huius quæstionis in qua concludit spirituales posse accusare carnales & non econuerso. Lege.¶[Verum hac authoritate.]s. Pij papę in.c.suprapositio. oues.quibus in eodem capitulo.1.& in inferiori parte eius dem capituli[capite &c.]cui capitulo verba sequentia continuantur [capite] id est prælato languescente [facilius cætera]quia dum caput ęgrotat cętera membra dolent, sicut scriptum est Esaiæ primo.[Omne caput] id est maiores in populo Israelitico[cor]id est sapientes[merens]pro peccatis aliorum[à planta]id est à minimis. [ad verticem] id est, maiores & prælatos.[in eo.]scilicet populo Israelitico.Hu. [sanitas non est.] Ex eo enim quod caput erat languidum, facilius infirmitas animi inuaserat cætera membra. Hug. [qua pter sicut leo]prima Petri.5.Nota singula verba. p hoc.n.ꝙ dicit leo innuit quod sit fortis. vnde Iob.12.quod non est ptãs in terra, quæ ei valeat comparari,per hoc quod dicitur rugiens innuit,ꝙ sit terribilis.†Rugitus.n.est sonus
1 terribilis. [circuit] Iob.1. legitur ꝙ diabolus à domino requisitus, vnde venis, Respondit circuiui terrã, & perãbulaui eã,vt dicit Gregor.Terrã circuit qñ terrena corda circũuenit,vt bona tollat,& mala inferat,inserta cumulet cumulata persi-

Exponit literam. Versus.

lata perficiat,& perfectos in iniquitatibus socios secū ad pęnas acquirat.[quærens quem deuoret]dic,vt dixi.3.q.1.nulli.Archi.[vt saltē.]†istud vt non est causatiuū.sed consecutiuū;sed pōt esse causatiuū si referatur ad illud verbū suadere. Ad hoc.n.diabolus sic suadet, vt illi cadant.Hu.& Archi. ad ostendendum aūt quā graue sit peccatū detractionis, & infamationis suorū prælatorū, & quātum malū inde sequatur in populo,subinfert dicens[multū distāt] quātū.s.distāt minima bona à maximis.Bona.n.ƒm philosophū.1. Ethic. trifariè diuiduntur. sunt bona corporis.sunt bona exteriora.s.diuitiæ temporales . vnde quanto aīa præcellit corpus, & corpus exteriora tm̄ dāna morū & virtutū distant à damnis temporalium vt quasi pro nihilo debeant ęstimari respectu damnorū morū,& virtutū quæ inferuntur quantū in se est à detractoribus & infamatoribus. vnde respectu detrimenti animæ nihil prodest, si vniuersum mundū lucretur. Matt.16.[peius malū.]quia per fructus aīarū negligiē, odia & rancores oriuntur, crescunt violētiæ vt oberret grex in præcipitium tanquam oues errantes,neglecto pastore Ezechielis.34.dispersę sunt oues meæ,eo ꝙ non esset pastor.

Archid.



QViescite. Sequit̄ ad idē hoc.c.quod est Felicis papæ secundi.Summa. Abstinendū est à persecutione, & vexatione bonorū prælatorū, siue etiā quorūcūq; Deo recte famulantiū.Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod dictum est.In secunda assignat rōnē huius. secunda ibi, quia non decet Lege.¶[Quiescite.]à persecutione & vexatione bonorū prælatorum,Hu.[nolite persequi]infamādo,detrahendo,accusando, ex quo boni sunt.Hug.& Archi. [Legibus].i.canonibus, quæ hic dicūtur leges.&.s.di.31. nicena. Archid.[quia non decet.]secunda pars. [vt carnales spirituales persequātur.]Nō.n. placuit Deo ꝙ Esau malus persequebatur simplicē Iacob.Hoc nō placuit Deo ꝙ puersus Cain persequebatur iustū Abel. Displicuit etiā ludus persecutionis Hismael in Isaac filium Sarę.videlicet ecclesiæ.quæ Gene.21.ait.Eijce filiū ancillę. per quē ƒm.c.significantur carnales.Gal.4.Is qui ƒm carnē natus est, persequebatur eū q ƒm spiritū.Non ergo decet. ꝙ carnales persequantur spirituales,imo ab ecclesia tāquam filij ancillę sunt eijciendi. Ex isto.c.dicit Hug. haberi. ꝙ carnales subditi prohibeātur ab accusatione sanctorum prælatorum .Et hoc verū est si sint clerici. Si vero sint laici ex toto prohibētur à tali accusatione siue sint carnales,siue spirituales. omnes tamen laici solent dici carnales & clerici spirituales.vt.s.ea.q.beatus.&.di,10.suscipitis.Et ƒm hoc est violentum hic ar.quod laici non possunt accusare clericos.Hug.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Prauus an quis efficiatur propter aliorum crimina,aut possit deprauari aut iustificari.*

2 *Episcopi suis propriis peccatis praui & mali præficiuntur populo propter meritum & demeritum ipsius populi.*



EX merito. Ad idem sequitur hoc.c.qd̄ est Autherij papę. Alij dicūt Gregorij papæ.Summa est, ꝙ subditi non debeāt accusare suos prę latos.qui sæpe ex merito ipsorū subditorū dantur eis prælati mali.Et pōt diuidi in tres partes.In prima assignat causā,quare subditi nō debeant accusare suos prælatos.In secūda ostēdit, ꝙ graue sit detrahere de alijs.In tertia hortat̄ ad vitandā detractionē.secūda ibi,deteriores sunt.tertia ibi,caueat vnusquisque.Leg.¶[Ex merito].i.demerito.hic surgit qstio.†Vtrū propter aliorum crimina quis prauus efficiatur, aut deprauari,aut etiā iustificari pōt.Et videtur ꝙ sic ex præsenti litera. ¶ In oppositū vr̄.s.1.q.4.crimen.vbi dicit Leo papa,crimen vel pœna paterna nullā maculā infligere pōt.Nā vnusquisq; in suo dimisso sorti subijcitur,nec alieni criminis successor cōstituit. ¶ Responsio. dicendū ꝙ nullus pp aliorū crimina prauus efficitur, aut deprauari pōt,nisi sit imitator illius,sicut nec aliquis propter virtutes aliorū iustificari pōt, nisi sit imitator eorum.Ista conclusio est manifesta. & colligitur Ezechiel.18.vbi dominus ait. filius non portabit iniquitatem patris.Et idem patet.s.1.q.4.c.homini.vbi ait Gregorius homini q similis tui est,nocebit impietas tua,& filij hominis non adiuuabit iustitia tua Humana impietas ei nocet,quē peruertēdo coinquinat, & rursum eum adiuuat nostra iustitia,quem à prauis actionibus immutat.¶ Ad rationem in contrarium sumptā ex præsenti litera respondetur,

Diuisio.

Exponit literam. 1

Quæstio.

Opponit in contrariū.

Respōdet.

Ad argu

ꝙ talis non est præsentis literę intellectus,ꝙ propter meritum alicuius aliquis possit iustificari. aut propter demeritū deprauari.quia solum actione propriæ voluntatis quis damnatur, aut iustificatur loquendo de deprauatione corporis, aut iustificatione.Sed intellectus est,vt tam gl.quā Hu.tangit,† ꝙ episcopi suis proprijs peccatis praui & mali præficiūtur populo propter meritū & demeritū siue peccatū ipsius populi.qui propter peccata sua meretur habere talē prælatū hinc Iob.24.dicitur.Qui facit regnare hypocritā.i. fictū & malū,pp peccata populi. [quatenus].i.vt & teneatur consecutiuè.[cadant]in peccatū[procliuius].i.facilius,quam prælato existēte malo.siue peruerso facilius cadit populus.quia talis prælatus non gubernat,sed tāquam malus pastor.s. mala vita & exēplo oues quasi lupus dispergit,& mactat.& vbi non est gubernator corruit populus.Prouer.11.[Capite lāguescēte.]infirmitate peccati[inficiūtur facilius membra.] quia vt ait glo.cōponitur orbis regis ad exemplū. [deteriores.] secunda pars quia deterius agit famā bonā auferēs, ꝙ qui diuitias aufert.]quia melius est nomen bonum . quam diuitiæ multæ. Prouer.22. Vtrum aūt detractio sit peccatū mortale disputauimus circa.c.detractores.3.q.4.[caueat]. tertia pars.Cauere debet quilibet,]ne linguā suā laxet ad detrahendū.psal.33. prohibe linguā tuā à malo,& labia tua ne loquantur dolū.quia linguam mēdacem odit Deus.Prouer. 5.[aures.]quia non solū peccant qui loquuntur mala de pximo,sed qui præbent aures ad hoc vt audiant.vt.11.q.3.non solum.Hu.Tū quia dant audaciā detractori. Tū quia ostendunt se non diligere famā proximi. Tū quia ex suo auditu dant occasionē, vt infamia proximi apud alios multiplicetur,sic fit princeps impietatis de quo. Prouer.29. Princeps qui libenter audit verba mendacij,habet ministros impios. vnde Ber.]detrahere vel detrahentē audire quid horū damnabilius sit non facile dixerim,contra quos audientes libenter detractores dicitur.Eccl.28.Sepi aures tuas spinis,& noli audire linguā neq.[pruriētes.]de qbus apostolus.2.ad ti. 4.coacernabunt sibi magistros prurientes auribus.]sedens. inquit prophęta] Dauid.psal.49.[parcant singuli detractionis linguæ suæ.]& recte parcendū est,& abstinendū à detractione,tā ex parte detractorū q abominabiliter peccant. qa Prouer.24.dr̄.Abominatio est Deo hō detractor, ipsum.n. Deus detestatur.quia ponit inter fratres discordias.& Prouer.6.tam ex parte eius cui detrahitur cuius fama denigragratur.vnde prophęta contra tales detractores clamabat dicens. Domine libera aīam meā à labijs iniquis & à lingua dolosa.psal.119. Hinc sapientiæ.1.dr̄.Custodite vos à murmuratione quæ nihil prodest,& detractioni parcite linguę. & Iaco.4.Nolite detrahere alterutrū, custodiantq; sermones suos.& magna custodia habenda est circa sermones.vnde Psal.38.propheta ait.dixi custodiā vias meas,vt non delinquam in lingua mea,posui ori meo custodiā.& Psa. 140. petebat.pone inquit custodiā ori meo, & ostiū circūstātiæ labijs meis.Igitur custodiendi sunt sermones.vnde eccle.5. sint pauci sermones tui.& Prouer.17. in multis.n.sermonibus inueni es stultitiā. & Prouer.17.qui moderat̄ sermones suos prudentissimus est.[iudicabuntur].i.condemnabūtur nisi emēdata fuerint in hac vita, quasi diceret propriā & singularē sententiam sustinebunt pro his quæ hic sic male loquūtur,nisi resipiscant. Hu.Si.n.cūcta creata adducet Deus ad iudicium, & de oī verbo otioso reddent homines rationem in die iudicij Matt.12.qd ergo de verbis detractorijs? vtique magis[nemo.]reddit causam quare culpabiliter peccat,qui libenter audit verba detractorum.quia si libenter nō audit quis detractores, non erit qui ei referat. [quia nemo inuito &c.]& sic cessabit detractio.Hug.& Archi. [oculos castos.]quia si nō sunt casti,impudici sunt nuntij siue signa. vt.32.q.5.nec solo.Hu. & Archi. Hinc propheta orabat dicens. auerte oculos meos ne videant vanitatem, coniecit Dauid oculos suos impudice in Bersabee, & adulterium & homicidium inde commisit.2.reg.11.contra hoc est remediū Esa.33.Clausit oculos suos,ne videat malum.& Iob.31. pepigi fœdus ad oculos meos,vt non cogitarem de virgine. [sed & linguam.]scilicet non loquatur iniqua. Iob de se ait. Non inueni in lingua mea iniquitatem [ne quid in cuiusquam domo.]videtur loqui de curiosis. qui nolūt causa correctionis accusare, sed vt infament inuestigant & passim publicant aliorum crimina . prohibetur ergo hic curiositas, siue vitium curiosorū de quibus Iuuenalis ait. vt dicit in gl.Scire volūt secreta domus,atque inde timeri.[simplicitatem

Bertrand.

Archidia.

Iuuena. Versus.

plicitatẽ colũbę.]ſic quippe Deus apoſtolis ait Mat.10.Eſtote prudentes,ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut colũbę.quia Grego. vt dicit Greg.in paſtorali.In electorum cordibus debet ſimplicitatem colũbę acuere aſtutia ſerpentis,colũbę ſimplicitas tẽperare, quatenus ne ſeducti per prudentiam caueant, ne ab intellectus ſtudio per ſimplicitatem torpeant . Et vt dicit Hieronimus ſuper Mat.per prudentiam deuincẽt inſi Hierony. dias.& per ſimplicitatem non facient malum.




Apiens. Ad idem ſequitur hoc.c. quod eſt Lucij papæ.Summa.Non eſt ſapientes velle nocere.vnde oĩs qui nocet,nõcet,non eſt ſapiens.Breue eſt & nõ diuiditur. Exponit literam. L.¶[Sapiẽs non eſt]nocere.n.ꝓximo nõ ꝓuenit ex ſapientia,quæ de ſurſum eſt,quę docet diligere ꝓximum ſicut ſeipſum.Mat.20.ſed prouenit ex ſapiẽtia terrena,quæ eſt carnalis & diabolica,de qua dicitur Iaco.3.ſi zelum amarum habetis,& contentiones ſunt in cordibus veſtris.nolite gloriari,& mendaces eſſe aduerſus veritatẽ. Nõ .n.eſt iſta ſapĩa deſurſum deſcendẽs,ſed terrena,alias diabolica.quæ.n.de ſurſum eſt ſapientia pudica,pacifica,modeſta, benigna, plena miſericordiæ, & oĩbus bonis, quia eã docet ſpiritus ſanctus, cuius fructus ſunt charitas,gaudiũ,pax,benignitas,bonitas,manſuetudo . Igitur non eſt ſapiens hac ſapientia qui proximo nocet.Nam innocens dicitur qui ignorat quid noceat.22.q.4.innocens.

1 *Detractor diminuit formam alicnius quandoq; directe quandoque indirecte.*



Eteriores. Ad idẽ eſt hoc.c. quod eſt Anacleti papæ. Sũma eſt. ꝙ detractores præſertim prælatorum & maiorum deteriores ſunt raptoribus bonorum Diuiſio. exteriorũ . quo circa tales merito ſunt infames.Et diuiditur hoc.c.in tres partes.In prima ponit quod diximus, videlicet ꝙ detractores ſunt peiores his qui rapiunt res exteriores,puta diuitias . In ſecunda declarat veritatẽ huius.In tertia infert,ꝙ propter hoc merito tales ſunt infames.ſecunda ibi,ipſi.n.tertia ibi, & ideo Exponit literam. iuſtæ.Lege.¶[Deteriores qui doctorũ].i.prælatorũ, qbus commiſſa eſt authoritas docendi populũ Chriſtianũ.ſm illud Mat.vlt.Ite docete oẽs gentes &c. Attende ꝙ maximè peccant qui prælatis aut maioribus ſuis detrahunt . Et ideo præcipue cauendum eſt à detractione eorũ, qui partes ſpirituales & magiſtri noſtri ſunt.vnde Gene.9.quia Cham patris ſui verenda deriſit,ideo in ſemine ſuo maledictionẽ accepit.Item Exo.22.dici.dijs non detrahes.gl.cum oĩs detractio pernicioſa ſit,in illis eſt pernicioſior.&.2.Re.7.legitur de Oza percuſſo à domino.quia manum ad arcã extendit.per arcã in qua erat manna , virga,& tabulæ ſignificatur prælatus, in quo debet contineri mãna dulcis cõſolationis, virga correctionis, & ſcientia diſcretionis . ad quam arcã ſi detractor manũ extenderit illi detrahendo percutietur à Grego. domino. vnde Grego. Multi dum vitam ſacerdotũ pluſquã ſuã diſcutiunt , in erroris foueam dilabuntur.ſ.1.q.1.multi [corrumpunt]infamando,detrahendo.[his qui ſubſtãtias] hoc patet hac authoritate.&.c.quieſcite.&.ca.ex merito.ſ. e.qm̃ fama bona præfertur oĩbus diuitijs vnde in ſecretis Auguſt. ſecretorum dr̃, ꝙ nõ eſt pretiũ nec theſaurus quo quis valeat redimere bonã famã.Et Auguſt.dicit lib.de opere moabitarũ. Nihil melius quã bonę famæ cõſulere.Itẽ nihil crudelius quã bonæ famæ detrahere. qa bona fama impinguat oſſa.Prouer.15.Et ideo crudelis eſt qui famã ſuam negligit, nec deterior qui eã auferre ſatagit[ipſi.n.]ſecunda pars.[Ea quę ext.nos.]ꝓbat ſiue declarat id ꝙ dixit primo qa qui aufert diuitias aufertq̃ ex ſũt. ſed detractor aufert bonos mores quibus laudamur, & famamur.vt dicit philoſo.2.Ethi. Bernard. vnde vt dicit Ber.Veræ diuitiæ non ſunt opes , ſed virtutes quas conſciencia ſecũ portat vt in perpetuũ diues fiat.ſecundo quia detractor armis ſeuit inimicitiæ. vnde dicit armantur detrahendo conuitiando infamando , vel verberando. Hu.[& ore decipit.]Proue.11. Simulator ore decipit.vnde dicit propriè.[nos ipſos decipiunt].i.decipiendo & mentiendo lędũt q̃tũ in ipſis eſt.Hu.vbi no.hic iuxta S.Tho in. S. Thom. 1 2.2.q.73.ar.1.†ꝙ detractor diminuit famã alicuiꝰ qñq; directè qñq; indirecte.Directe qdẽ quadrupliciter.Vno modo qñ falſum imponit alicui,ſecũdo qñ peccatũ auget ſuis verbis.tertio qñ occultũ reuelat . quarto qñ id quod eſt homini dicit mala intẽtione eſſe factũ.Indirecte aũt vel negãdo bonũ alterius.vel bonũ malitioſe retinendo.[Et ideo.] tertia pars [infames ſunt & extorres].i.merito ab eccleſia repellũtur,tanq̃ inimici Dei.vnde ad Ro.1.dr̃.ꝙ detractores Deo odibiles ſunt[pro meritis igitur]quaſi diceret & qa ita mali ſunt,inde eſt ꝙ eis ſæpe datur malus prælatus.[deprauantur]expone.vt.ſ.ca.ex merito. deprauantur.i.ipſi praui pro prijs peccatis præponuntur plebi,propter peccata ipſius plebis,quia tales paſtores meretur.Hug.Iob.24.facit regnare hypocritam propter peccata populi.

2 *Detractio non eſt ita ſumm a iniquitas, vt ſit ſimpliciter maior o mni alia iniquitate.& nu.3.*
4 *Detractio minus eſt quam homicidium vel adulterium.*
5 *Bonum triplex eſt.*
7 *Famam alicui auferre poteſt aliquis tripliciter.*
8 *Detrahere prælatis dicitur ſumma iniquitas.*
9 *Homicidiorum tria ſunt genera.*



Vmma. Ad idẽ ſequitur hoc.c. qđ eſt Alexandri papæ . Summa detractio eſt ſumma iniquitas.Et diuiditur in duas partes . In Diuiſio. prima dicit quod dictum eſt . In ſecunda probat hoc ſiue aſsignat rationẽ.ſecũda ibi,vnde ſcriptum eſt.Pro pleniori intellectu huius quæruntur duo .

1 ¶Primum eſt vtrum detractio ſit ſumma iniquitas.
6 ¶Secundum eſt vtrum detractor tenetur ad reſtitutionem famę,quam lęſit.

Ad primum. Sic proceditur.†Et videtur ꝙ detractio ſit ſumma iniquitas . Et primo Primũ ar. ex litera preſentis.c.q̃ expreſſe hoc dicit. ¶Secundo ſic gl. Secũdũ ar. ſuper ilud pſal.pro eo vt me diligerent detrahebant mihi,dicit ſic.plus nocent in membris detrahentes Chriſto.qa aĩas creditorũ interficiũt, q̃ qui eius carnẽ reſurrecturã peremerunt.Sed ſumma iniquitas vr̃ eſſe interfeciſſe Chriſtum:ergo &c.¶Tertio ſic.Tãto aliquod peccatũ eſt grauius,quãto Tertiũ ar. grauiorem defectũ inducit.Sed detractio inducit grauiſſimum defectum.ſ. excommunicationem mentis, vt dicit Gre.ergo &c.¶ Quarto arguitur ſic.detractio eſt homicidiũ, Quartũ ar. vt habetur expreſſe in litera.ergo detractio eſt grauius peccatum oĩbus peccatis quæ in ꝓximũ cõmittũtur . Opponit in contrariũ. ¶ In oppoſitũ eſt veritas,qm̃ blaſphemia & infidelitas ſunt maiora peccata, q̃ detractio. ¶ Reſpondeo dicendũ ſub certis Reſpõdet: Prima cõcluſio: 2 cõcluſionibus.prima † ꝙ detractio non eſt ita ſumma iniqtas vt ſit ſimpliciter maior oĩ alia iniqtate, aut grauius oĩ alio peccato . patet iſta cõcluſio qm̃ cũ peccatũ formaliter cõſiſtat in auerſione à Deo , tãto aliqđ peccatũ dr̃ grauius alio quãto ꝑ ipſum magis hõ ſeparat̃ à Deo,ſed clarũ eſt ꝙ hõ ꝑ peccata aliqua alia vt ꝑ infidelitatẽ. ꝑ hęreſim, ꝑ blaſphemiã.& ꝑ alia q̃ cõmittũtur in Deũ,hõ magis ſeparatur à Deo , q̃ ꝑ detractionẽ vt patet:ergo ſequitur ꝙ detractio nõ ſit ſimpl̃r grauior iniquitas q̃ cætera peccata.¶Secunda Secũda cõcluſio. 3 cõcluſio.†detractio nõ eſt grauior iniqtas q̃ ſint cæterę iniquitates,aut peccata q̃ cõmittũtur in proximũ,patet iſta cõcluſio ꝙ grauius eſt peccare facto,q̃ verbo.ſed detractio eſt peccatũ verbi. adulteriũ & homicidiũ ſũt peccata in factis, ergo detractio nõ eſt grauius cæteris peccatis q̃ ſunt in ꝓ- Tertia cõcluſio: 4 ximũ.¶Tertia concluſio.†detractio licet ſit grauius ex genere ſuo q̃ furtũ,minus tñ q̃ homicidiũ vel adulteriũ. ꝓ cuius cõcluſionis ꝑfecta declaratione.eſt notãdũ iuxta S.Th. in.2.2.q.73.ar.3.ꝙ' pc̃tã q̃ cõmittunt̃ in proximũ ſunt penſanda per ſe quidẽ ſm nocumẽta q̃ ꝓximo inferunt̃ . quia ex hoc habẽt rõnẽ culpę. Tãto aũt maius nocumẽtũ quãto 5 maius bonũ dimittit̃.† Cũ aũt triplex bonũ hoĩs.ſ.bonum aĩæ, & bonũ corporis & bonũ exteriorũ rerũ.bonũ aũt aĩæ quod eſt maximum nõ põt alicui ab alio tolli niſi occaſionaliter , puta ꝑ malã ꝑſuaſionẽ q̃ neceſsitatẽ nõ infert , ſed alia duo.ſ.corporis & rerũ exteriorũ poſſunt ab alio violenter auferri.Sed qa bonũ corporis p̃eminet bono exteriorũ, rerũ,grauiora ſunt peccata qbus infert̃ nocumentũ corpori quã ea qbus infert̃ nocumẽtũ exterioribꝰ rebus. vnde inter cætera peccata quæ ſunt in proximũ grauius eſt homicidiũ,per qđ tollitur vita proximi iã actu exiſtens.Cõſequenter aũt adulteriũ qđ eſt cõtra debitũ generationis humanę, per quã eſt introitus ad vitã. Cõſequẽter aũt ſunt exteriora bona inter quæ fama præeminet diuitijs,eo ꝙ propinquior eſt ſpiritualibus bonis.vnde dicit̃ Prouer.22.Melius eſt nomẽ bonũ, quam diuitiæ multę.Et ideo detractio ſm genus ſuũ eſt maius peccatũ q̃ furtũ , minus tñ quam homicidiũ, vel adulterium.hæc ſanctus. Tho.¶ His habitis dicendum

Ad primũ argũ. est ad rationes in oppositũ. Ad primã de.c. præsenti. respondetur dupliciter ꝙ hic loquitur papa Alexander de detractione quæ fit contra prælatos. & talis detractio dicitur summa iniquitas. non absolute, sed respectu detractionum quæ fiunt contra minores, aut æquales. Cũ.n. prælati sint vicarij Christi, & detractio & contumelia quæ infertur eis videtur inferri Christo. vnde Lucæ. 10. Qui vos contemnit, me contẽnit. Tũ quia quanto aliqua iniuria in plures redundat cæteris paribus tãto grauius est peccatũ. Et inde est. ꝙ grauius pctm̃ est detractio contra principẽ, siue prælatũ, q̃ cõtra priuatam personã, quia illa vt patet ex.c. quiescite. &. c. ex merito. &.c. deteriores. Secundo respondetur ꝙ ideo dicitur summa iniquitas detractio, non intentione grauitatis peccati, sed extensione. quia quasi omnes inuadit. quia vt dicit glo. Proue. 24. hoc vitio periclitatur totum genus humanũ sicut supra dictũ est circa.c. oues. de suspitione quæ dr̃ maximum vitium humanitatis. ¶ Ad secundam respõ-
Ad secũdũ detur iuxta sanctũ Tho. in. 2. 2. vbi supra. ꝙ rõ non procedit, quia illi qui detrahunt Christo impedientes fidem mẽbrorũ eius derogant diuinitati eius cui fides innititur. vnde non est simplex detractio, sed blasphemia. Et ideo merito talis detractio dicitur grauius peccatum quam fuerit occidentium Christũ. non aũt simplex detractio de qua loquimur hic. ¶ Ad tertiã respondetur quod rõ non proce-
Ad tertiũ. S. Thom. dit, quia vt dicit S. Th. vbi. s. iste effectus ita põt sequi etiã alijs peccatis, quæ pertinent ad odium proximi. ¶ Ad quar-
Ad quartũ Alexãder de halis: tam respondetur iuxta magistrum Alexan. de halis in secũdo. ꝙ homicidium aliqñ dr̃ propriè, aliqñ large extendendo. s. nomen vocabuli. Et qñ dr̃ ꝙ detractor est homicida, vel detractio homicidiũ, non est verum propriæ, sed large extendo nomen vocabuli. Ratio aũt esse põt, quare detractio dicatur homicidiũ. qa q̃tũ in ipso est aufertur quædã vita, qua homo viuit in bona opinione alterius. Cõcordat. S. Tho. in. 2. 2. q. 73. ar. 3. dicẽs. ꝙ detractor dr̃ homicida occasionaliter, inquantum. s. per sua verba dat alteri occasionem vt proximũ odiat vel contemnat propter quod in epistola clemẽtis dicitur detractores esse homicidas. s. occasionaliter. quia qui odit fratrem suũ homicida est. vt dicitur. 1. Ioan. 3. hæc sanctus Tho. de his vide quæ nos diximus. de pœnit. dist. 1. homicidiorum.

Ad secundum. Sic ꝓceditur. †Et videtur ꝙ detractor non teneatur ad restitutionẽ. Primo sic. nullus tenetur ad impossibile. Sed potest
Primũ ar. contingere ꝙ ille qui læsit famã alterius non potest eam reparare. ergo non tenet̃ in illo casu ad reparationem, sed nihil aliud est restitutio quam reparatio: ergo nõ tenetur ad restitutionem. ¶ Secundo sic. Non est in ipso vt homines
Secũdũ ar. bonam opinionem habeant de aliquo. sed nullus tenetur ad id quod non est in ipso. ergo nullus tenetur ad restitutionem famę. ¶ Tertio sic. committere peccatum nullus tenetur. quia sic homo esset ꝑplexus, sed qñq; fama ablata non
Tertiũ ar. põt restitui sine peccato. puta cum aliquis alicui famam abstulit verum dicendo. ergo in tali casu nõ tenetur detractor restituere famam, quã læsit. ¶ In oppositũ arguitur sic. dici-
Opponit i contrariũ. citur Prouer. 22. melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Cum ergo per detractionem auferatur nomen bonum, sicut per furtum & rapinam auferuntur bona temporalia. s. aurũ, argẽtum & similia, tenetur ad restitutionem. Non. n. dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. vt dicit Aug. &. 'j. 14. q. vlt. c. 1. ergo detractor tenetur ad restitutionem famæ, quam læsit. Eadẽ ratio potest colligi ex.c. deteriores. &.c. ex merito. s. e. q. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. ꝙ detractor
Respondet. tenetur ad restitutionem famę quam læsit quãtum in ipso est. Ista cõclusio patet ex dictis. Et probatur sic. dicit enim Grego. Multũ distant dãna morum à dãnis rerũ corporaliũ cũ ista extra nos sint, illa vero in nobis. Maius est bonum quod est intra nos, quã quod est extra nos. ergo qui aufert illud magis tenetur ad restitutionem. sed ille est detractor. ergo detractor tenetur ad restitutionem. ¶ Ad rõnes ergo in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur negã-
Ad primũ arg. Alexãder de halis. do pro parte minorem. Sicut. n. dicit magister Alexand. de halis aliquid est possibile apud ipsum detractorem & aliqd impossibile. Apud ipsum est possibile bonũ dicere de eo illis qbus dixit malum, forte aũt impossibile est ei minuere
Ad secũdũ. opinionem, quam illi conceperunt. ¶ Ad secundam respondetur quod tenetur facere quod in se est. vnde ipse tenetur vt bonũ dicat sicut dixit malum, & ostẽdat se deliquisse, ex quo forte mutabitur opinio aliorum sicut enim exhibuit membra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita tenetur exhibere membra sua seruire iustitiæ in sanctificationem. ¶ Ad Ad tertiũ.
tertiam respondetur cõcedendo, quod in aliquo casu sicut in casu posito, nõ tenetur quis ad restitutionem famę læsę,
7 pro quo notandum iuxta sanctum Tho. in. 2. 2. q. 62. †quod aliquis potest alicui famam tripliciter auferre, vno modo S. Thom.
verum dicendo, & iustè puta cum aliquis crimen alicuius prodit ordine debito seruato. & tunc non tenetur ad restitutionem famę. Alio modo falsum dicendo, & iniustè, & tunc tenetur restituere famam confitendo se falsum dixisse. tertio modo verum dicẽdo, sed iniustè, puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum, & tũc tenetur ad restitutionem famę quantum potest sine mendacio tamen, vtpote quòd dicat se male dixisse vel ꝙ iniustè eũ diffamauerit, vel si non posit famã restituere, tũc debet ei aliter recompensare. Lege. ¶ [Summa detrahere.] s. præla- Exponit literam.
8 tis, qui Christi locum & vices gerunt in terris. †His. n. detrahere dicitur summa iniquitas respectu detractionis, qua detrahitur alijs inferioribus, sicut exposuimus in quæstione. vel si loquat̃ de detractione in gñali dicitur summa iniquitas, non intensiuè, sed extensiuè, quia omnes serpit oẽs inquinat. dicit enim Hieronymus. ꝙ lingua detractoris bestijs ferocitate, volucribus velocitate, serpentibus virulentia comparatur. [accusare]. i. infamare & est inculcatio verborum. Hu. Et ideo quidam exponunt [&] pro. i. Archi. Et Hierony.
no. quod detractores non ad accusationem Episcoporum. 3. q. 4. detractores. Archid. [Scriptum est]. secũda pars. Scriptum est. 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Nõ detrahit autẽ qui diligit, sed qui odit detractor, ergo cum aduersetur charitati quæ proximum diligit, dicitur homicida. Nota hic ꝙ sicut tangitur. de pe. di. 1. homi-
9 cidiorum. †Homicidiorum tria sunt genera. Vnum est eorum qui manu proximum occidunt. & hoc dicitur propriè homicidium. de quo genere homicidij dicitur numeri. 25. homicida sub testibus punietur. secũdum est largo sumpto vocabulo eorum, qui detrahunt. detractores enim famę ꝓximi occidunt proximi bonam vitam. de quo prouer. 18. qui subtrahit aliquid à patre vel matre particeps homicidæ est. [Ille enim qui patrem spiritualem diffamat, vel virum virtuosum subtrahendo sibi nomen & famam, particeps homicidæ est. Tertium est eorum qui proximũ odiunt, de quo est illud. 1. Ioaun. 3. Qui odit fratrem suum homicida est. Et omnium istorum est vna pœna in genere. quia omnis homicida excluditur a vita æterna. Et hoc est quod sequitur. [Oĩs homicida non habet partem in regno Dei.]

Patet. §. est, in quo Gratianus concludit ex præmissis. ꝙ carnales non possunt accusare spirituales. Lege ¶ [Patet carnales]. i. peccatores [ab accusatione spiritualium.] & etiam carnalium. Nam carnales id est malus ex toto prohibetur ab accusatione nisi in criminalibus exceptis. Hug. Exponit literam.

Cum itaque. Hic incipit secunda pars huius. q. inqua enumerat omnes infames, q accusare non possunt, & continuatur sic. Quia facta est mẽtio de infamibus qui ab accusatione repelluntur. Ideo ostẽdit qui secundum canones infames appellentur. & hoc ostẽdit. per. c. sequens. Continuatio.

1 *Criminosi omnes hic enumerati an sint infames ipso iure.*
1 *Crimen capitale capitur tripliciter.*



Nfames. Hoc. c. est Stephani papæ. Et diuiditur in tres partes. In prima assignat. 20. species personarum infamium. In secunda ponit alias personas, quæ propter irregularitatem vel alias causas non possunt ad sacros ordines ascendere, quas ab accusatione repellit. in secunda ponit alias personas, quæ ob aliam causam quam propter infamiam aut irregularitatem repellũtur ab accusatione. secunda ibi, nimirum. tertia ibi, nec serui. Lege. Diuisio.
¶ [Infames notantur] ipso iure, vel per sententiam iudicis. Exponit literam.
1 Hic surgit quæstio. † Vtrum omnes criminosi hic enumerandi sint infames ipso iure. aliqui dicũt, tm̃ illi, qui notati sunt per sententiam. quod videtur ex eo quod dicit notanter. vnde Inno. 3. in opere suo intelligit notanter per sententiã vel per facti euidentiã. Sed hoc non credit Hug. esse verum. ꝙ omnes cõdemnati de crimine sint infames, sed fortè de hic enumeratis verum est. Si tñ simpliciter qs velit sequi literam Quæstio.

qui literã canonis, potest dicere. ꝙ omnes criminosi notati per sententiam sunt infames, imo & si non sunt notati per sententiam dicuntur infames ꝑm canones.ʃ. e.q. illi qui.&. 3.q.5.constituimus.Sed nec hoc credit esse verum.Hug.Et hanc sententiam visus est Lauren.sequi,dicit.n.[notantur]à iure ciuili vel ecclesiastico vel seculari iudice. nam notandũ est de condemnatis hoc dici, dummodo notati sunt secundum Lauren.de hoc.ʃ.e.q.c.2.&.c.qui crimen.Archi.[omnes.]per exempla specificat quod generaliter dixerat Hug. [abijciunt]vt apostatæ, vt infideles,& hæretici. hi infames sunt,quia excommunicati si à fide recedentes sequantur hęresim damnatam.23 q.1.c.1.&.2.Sub isto membro possunt comprehendi & apostatæ clericatus,vel religionis habitum relinquentes.Hu.3.q.4.c.1.2.&.3.[ecclesiastica statuta contemnũt]reprehendendo, & dicendo,quòd talia statuta non debeant seruari. & quod ecclesia non potuerit ea statuere,tales ipso iure sunt hæretici,& excommunicati vt:di.22.oẽs, & distin.20 de libellis.Hu.[fures & sacrilegos]vel coniunctim,vel diuisim Arc. Hu.ʃ.fures per sentẽtiam efficiuntur infames,& non aliter.Hu.[capitalibus.]†Capitale crimen capitur tripliciter a primo large,ʃ.quodlibet peccatum mortale,quia deformat caput.i.mentem hominis. secundo strictè capitale crimen dicitur illud solum crimẽ.quod inducit depositionem, & sic caput.i.dignitatem, & officium homini aufert,tertio strictius.Capitale dr secundum leges illud crimen quod aufert vitam,vel ciuitatem, vel libertatem. [sepulchrorum violatores]frangendo, vel diminuendo,vel aliquo modo deformando, vel mortuos spoliando. hi secundum canones sic puniuntur.Si sunt clerici degradantur. Si laici septem annis pęnitent,tribus ex eis in pane & aqua, vt brocardus dicit li.11.c.si quis clericus,& si quis furtum.Secundum leges vero aliter puniuntur.Nam quandoque morte,quandoque verberibus quandoque pecunia, quandoque relegatione vel deportatione puniuntur.sicut colligitur ex legibus.ff.&.C.tit.de sepulc.vio.Et hoc verum est in sepulchris ciuium,& illorum qui non sunt funebres.cęterum sepulcra hostium licet diruere,& inde lapides auferre.vt.ff.de sepul.vio.l.sepulchra hostium Item no.tales esse puniẽdos, si dolo malo & causa cupiditatis id faciant.Nam si hęres vel alius ad quem hoc pertinet hoc faciant, ne vestes prætiosæ sub terra putrefiant,nõ punitur à lege,vel canone,quia dicitur in lege quòd non debet quis sepeliri cum ornamentis. Circa tamen episcopos & sacerdotes hoc non obseruatur. HU.[patres spirituales]vel etiam carnales.Hug.3.q.5. oẽs & 11.q.3.conspirationum,vel ad literam arma sumendo cõtra prælatum.de pe.di.1.si quis.Arc.[in omni mũdo].i.in qualibet parte mũdi.Hu.[notantur.] dummodo conuictæ sint, vel manifesti, vel per illos qui armantur in patres intellige schismaticos ꝑm Inno.3.Archi.[similiter & periuros]super hoc vide quod legitur,& no.ʃ.e.quicunque.Arc.[De bellis fugientes].ʃ.dist.1. ius militare.Et intelligo de bello licito, & iusto.aliter nõ debent puniri tales.hoc tamen crimen nõ est puniendum ab ecclesiastico iudice seculari. Hug. Et de quibus hoc intelligatur no.ʃ.1.q.1.qđ quidã.ver. si idẽ &c. in gl.qui forte.Et quod ibi dicitur tenet Inno.3.]Et qui indigna].i.indigne vt faciunt simoniaci.HU.[auferunt] iniustè. 11.q.2.c.1.Arc.[calumniantur]5.q.1.c.1.[aut] pro.i. Est.n. expositio eius,qđ dixit.i.accusant calumniosè.Hug.vel possunt dici calumniatores, qui per mundana aĩos principum instigant contra subditos,qui si notorij sunt infames. secundum Inno.3.Arc.[Et qui contra &c. ad iracundiam.] extra de homi.sicut dignum.§.illi vero in gl.[pulsos ab ecclesia.i. à sacramẽtorum participatione,vel sic idẽ quod dixerat ecclesiasticæ leges vel seculi.ʃ.eo.q.oẽs.Hug. excipitur ea quæ nubit.ʃ.tempus luctus.Hug. [nimirum.]2.pars omnes.nec promoueri possunt nec accusare clericos [nec serui]tertia pars.[ad legitimam libertatem].i.plenam.ʃ.nullo iure patronatus in eis retento.vt di.54.quicunque.aliter.n.nec promouentur,nec aliquem possunt accusare.vt.ʃ.sequitur[nec pœnitentes publicè. vel solenniter,vt dist.55.c.1.2.&.3.[bigami]isti repelluntur propter defectum sacramenti à promotione,sed ab accusatione clericorum remouentur,quia non possunt esse eiusdem ordinis cum eis.Hug. [nec qui curiæ deseruiunt di.54.c.1.2.gl.[vel non sunt integri corpore.].i. sunt vitiati enormiter,vel etiam qualitercunq;, si cum culpa vt.di.55.c.1.2.&.3.&.c.in partem [sanam mentem vel intellectum]in scripturis sanctis,vel in articulis fidei,vt sunt hæretici.pro eodem accipe hæc duo,quia sequitur postea.de furiosis.[Inobedientes]per contemptũ.vt.15.q.2.si quis dogmata.HU.[vel inobedientes.].ʃ.schismatici.19.di.nulli.& 3. q.4.c.3.Archi.[aut furiosi]vt di.33. maritum.&.c.communiter.HU.intellige autẽ de his,quorum furor aliquandiu fuit cõfirmatus. Tales autem sunt irregulares,nõ infamia aliqua sed pro pœna sua & pro scandalo. Scandalum.n. esset si ille qui diu fuit furiosus celebraret in altari, quia posset timere recidiuum ꝑm Inno.3.Arch.[Sacros].i.ecclesiasticos.Quilibet.n.ordo ecclesiasticus large dicitur sacer.1.q.1.§. quilibet. &.28.q.1.nullus.Hu.[nec liberti.]Isti prohibentur ordinari,& sic accusare,nisi pleno iure sint manumissi. vt.distinct. 54.capitulo vltimo. Hoc verum est de libertis priuatorum. Secus de libertis ecclesiæ, in quibus ius patronatus retinetur,& tamen libere ordinantur.54. distinctio. qui ex familis.& 12. q.2. de libertis. HU. & Arc.[nec suspecti de fide, vel de crimine,vel de inimicitia.3.q.5.suspectos,& c.constituimus.Hu.& Arc.[Summos sacerdotes].i.episcopos. vt.2. q.7.accusatio.Et idem est de quolibet alio clerico.HU.

Lauren. | Archid. | a ¶Tripliciter. Adde Pe.de anc. in c. præterea. nu. 33.de dila. | Innocen | Archid. | Innocen | Archid.

2 *Periurus periuremento assertorio non est infamis ipso iure nisi per sententiam.*

3 *Periurus periuramento assertorio licito & cum solennitate facto est ipso iure infamis.*



QVicunque. Hic incipit tertia pars questionis in qua ponit pœnã periurij.Est autem hoc.c. Fabia. papæ. Et potest diuidi in duas partes secundum duas pœnas,quas assignat periurantis. vna est quòd pęniteat. 40. diebus in pane & aqua. secunda qđ nunquã ad testimonium recipiatur,etiã per sententiã.2. ibi & nũquam pro pleniores intellectu huius.c. quærũtur duo.

1 ¶Primum est vtrum periurus sit ipso iure infamis.

4 ¶Secundum est vtrum omnis periurus repellatur a testimonio ferendo.

Diuisio.

1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur quòd periurus sit ipso iure infamis. primo ex.c.præcedente.infames.¶Secundò idem videtur patere ex.c.præsenti.¶ In oppositum videtur, quia vt habetur.C.de re.cre.l.2. iuramẽtum solum habet vltorẽ Deum, ergo non infamat.¶ Respondeo dicendum, quòd vt tangitur hic in gl. & Archi.multiplex est hic modus dicendi,sed solum narrauimus duos principales. Primus modus dicendi videtur esse Raymundi,qui iuxta duplicem speciem periurij.ʃ.iuramento assertorio,& promissorio,ponit duas conclusiones.prima 2 † quod periurus iuramento assertorio non est infamis ipso iure,nisi per sententiam.extra de excep.denique,& extra de or.cog.cum dilectus. in fi. vbi dicitur notan.ʃ.per sententiam,& hic modus secundum Io.de Fan.colligitur ex duabus legibus.ff.de crimin.stel.l.2. & vlt.¶ Secũda est 3 †quòd periurus iuramento promissorio licito, & cum solennitate facto est ipso iure infamis. extra. eo.querelam. & extra.e.c.1.& C.de transac.l.si quis.Cum isto modo dicẽdi concordat sanctus Tho.in.2.2.q.98. art.3. ita dicens.primo quòd nõ propter quodlibet peccatũ mortale aliquis infamis efficitur ipso iure.secundo quòd ille qui iurat falsum iuramẽto assertorio nõ est ĩfamis ipso iure, sed solũ pſnĩam diffinitiuã latã contra eũ in cã accusationis. Et dicit in cã accusationis,quia vt dicit Guil.super Ray. Secus si per exceptionem opponitur alicui,& repellatur propter hoc à testimonio, quia non præiudiciabitur illi, nisi iterum probetur contra eum.vt in dicto.c.cum dilectus. Secundo dicit sanctus Tho. ꝙ magis reputatur infamis ipso iure qui frangit iuramẽtũ promissorium solenniter factũ.¶ Secundus modus dicendi est Goffr. in summa. de iureiur. §. sed quæritur an periurus &c.Et sequitur eum Host.in summa.& Io. An. Dicit.n. Goff.ꝙ quamuis ꝑm leges de periurio distinguatur de præsenti, vel de præterito,& de futuro, tamen secundum iura canonica dicas periurum infamem esse,siue de præterito,siue de præsenti si scienter falsum asserat sub iureiurando.Idem si iuramentum sit sponte præstitum de dando vel faciendo.Nobis vero magis placet opinio Raimundi & san. Tho.Et ideo illã sequimur.Et respondentes ad capitula allegata dicimus ꝙ sunt intelligenda de periuris per sententiam notatis iuxta iam dicta.

Primũ ar. Secũdũ ar. Opponit. et Respõ. | Raimun. Prima conclusio. | Io.de fan. Secũda cõclusio. | S. Thom. | Guiliel. | Goffre. Hostiensis Ioã. And.

4 Ad secundum. Sic proceditur.Et videtur ꝙ nõ omnis periurus repellatur a testamento ferendo primo, quia vt ex prædictis patet non omnis periurus est infamis.ergo non omnis videtur repellendus

Primū ar. Secūdū ar. lendus à testamento consequentia videtur no. ¶ Secūdo sic. periurus non repellitur à defensione suæ ecclesiæ, vt extra de excep. dilecti, quia etiam ad agendum siue ad accusandū admitteretur. vt ibi notant Ber. Host. & Innocen. ergo & ad Tertiū ar. testimonium. ¶ Tertiò idem videtur accipi. de c. constitutis. extra de testib. ¶ In oppositum arguitur. ex. c. præsenti. Opponit et Respō. ¶ Respondeo dicendum. iuxta Archi. hic qui dicit repulsis alijs opinionibus dicit hic distinguendum inter iuramentū Prima cōclusio. licitum & illicitum. vnde ponit duas conclusiones. prima ꝙ veniens contra iuramentum illicitum nec est infamis nec repellitur à testimonio. extra de testi. constitutus. 1. vbi de Secūda cōclusio. hoc, & eo. tit. in timauit. ¶ Secunda conclusio, quòd si venit contra iuramentum licitum, tunc repellitur indistinctè, & sic loquuntur iura alle. per. Ber. extra de testi. testimonium. in gl. periurus. n. &c. Et ibi host. ita sentit dicens idem esse si dubitetur an licitum sit iuramentum. extra de elec. venerabilem. §. presbiteri. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primò argu. Ad primam respondetur negando consequentiam. Dicimus. n. quòd licet periurus non semper sit infamis, semper tamen repellitur à testimonio. vt in dicto. c. testimonium. de testi. & no. gl. in l. lucius. ff. de his qui no. infra. Et est ratio. quia ex quo semel deierauit, præsumitur quòd iterum deieraret, de præsumptio. scribam. &. ff. de accu. si cui. §. hisdem. Et quia in teste pura & simplex requiritur veritas. 3. q. 9. pura. & iuramentum est conseruatio veritatis. de iureiurando. & si Christus. ver. quidam. secundum Io. An. in dicto. c. te-Ad secūdū. stimonium. super. 3. gl. ¶ Ad secundam respondetur. negando consequentiam, vnde etiam quod ibi dicitur intelligen-Ad tertiū. dum est de propria iniuria. ¶ Ad tertiam responsum est. s. quia intelligitur de eo. qui periurauit contra illicitum iuramentum. temerari è aūt iurans vt communiter sentiūt omnes doctores non repellitur à testimonio, vt in dicto. c. constitutis. quod tamen puto intelligendum, postquam pœni-Hostied. tuit secundum Host. qui ita notat in prædicta decretali testi-Exponit literam. moniū. vt dicit Arc. Le. ¶ [Quicunq; sciens]. i. ex certa sciētia, & non coactus. Nam si coactus minus punitur. vt. 22. q. 5. c. 1. 2. & 3. Hu. [Christi dies:] continuè vel interpollatim pro arbitrio sacerdotis Hu. & Archi. [7. sequentes pęniteat] Archid. sic. 22. q. 5. c. 1. non in pane & aqua. Hu. & Arc. Secundum. n. Raymun. Raymundū debet agere pęnitentiam. 7. annis. sicut pro alijs peccatis mortalibus. 22. q. 1. prædicandum tamen inspecto certo modo periurij, & qualitate personæ, & cæteris circunstantijs, vel magis vel minus aspera pœnitentia & imponen-Hostien. da. Concor. Host. in summa. Et addit, quod hoc crimen in pœnitentia comparatur adulterio, vel homicidio sponte cōmisso. ideo si renuit agere pœnitentiam excommunicatur, nec in domo alicuius recipiendus est. 22. q. 5. c. vlt. Et intellige hoc de illo, qui scienter deierauit ponendo falsum pro vero, vel econuerso, vel celando veritatem, extra de cri. fal. c. 50. vel veniendo contra id, quod iuramēto firmauit, & hoc si iuramentum fuit licitum, vel seruandum. Nam si iuramētum fuit temerarium, & simplex, in foro conscientiæ imponetur pœnitentia vnius anni tantum. 20. q. 4. qui sacramento. [sine pœnitentia]. i. dolore cordis, & compunctione qñ peccatum ad memoriam reuocabitur. vt. dist. 50. clerico. & 30. q. 1. dictum. Hug. [nunquam in testimonium]. etiā post peractam. pœnitentiam. Hugu.



Nos sequentes. Sequitur. cap. hoc ad idem, quod est Eusebij papæ, & est pars illius. 3. q. 5. de accusatoribus Hu. & Archid. Summa secundum canones ad accusationē nō recipiuntur quos leges Exponit literam. seculi repellūt. Breue est. Lege. ¶ [Nos. leges publicæ [. i. seculares. Arch. [impugnandi]. i. accusandi. Hug. & Archid.

Sed licet. §. est in quo magister secundum Hugu. facta longa repetione de criminosis & infamibus non recipiendis ad accusationem, tandem accedit ad propositum suum. s. ad soluendum conclusionem in themate propositam & dicit, quòd licet generaliter alias repellantur tñ in crimine simoniæ de quo accusabat episcopus iste, de quo in themate admittuntur ad accusationē. Et probat ratione sequenti. s. quia hęreticus siue simoniacus minor est quolibet catholico. Ber. vel probat duabus rationibus. prima est infamis potest accusare hęreticos, sed simoniacus est. hęreticus. ergo & c. secunda est. Licet minores non accusent maiores scientia & moribus, æquales tamen & maiores accusare possunt alios sibi æquales, vel minores. Sed minor est simoniacus quia hæreticus quàm sit infamis, ergo episcopus simoniacus accusari poterat ab aliquo infami. Lege. tex. ¶ [Sed licet isti. de quibus dictum est in themate. Hug. [ab Exponit literam. hmōdi]. s. episcopi simoniaci [hæreticos.] prima ratio. [hæreticos]. i. simoniacos. de his. n. intendit Gratian. sed simoniacus proprie non dicitur hæreticus. i. male sentiens de articulis fidei, vt dicit hic. Hu. Sed dicitur hæreticus. i. sacramētum peruersos, quia peruertit formam & modum tribuēdi sacramento, quia cum sint dāda gratis, ipse pretio ea tribuit vel accipit. Nos vero qualiter simoniacus dicatur hæreticus & qualiter non declarauimus. 1. q. 1. cura. c. presbiter. [in ea.] 2. q. 7. alieni. &. §. in hoc. [item.] secunda ratio. [à minoribus] . i. criminosis. alias non dicit verum. Hugu. [prohibetur.] 2. q. 7. maiorem. &, §. quibus in fi. [ab huiusmodi. s. simoniæ, [catholico]. etiam fornicatore, & infami. Hu. & Arch. [Sed & hoc] videlicet, ꝙ hæreticus sit minor quolibet catholico. Hu. & Lau. [generaliter] accipiendum at. Aug. & c.

1 *Sententia in ambiguis non est præcipienda.*



Vero. Sequit. c. in quo Augu. mouet duas quæstiones, & vtranque relinquit insolutam propter earum difficultatem. primam tamen videtur soluere sub cōditione, Secundam ex toto dimittit insolutam. prima est quis istorum grauius peccet, s. an lapsus in hæresim igno-Diuisio. ranter, an ille qui scienter deseruit auaritiæ. Secunda q. est. Vtrum hæreticus cui nihil præter hæresim potest obijci sit præponendus flagitioso & pessimo catholico. Et diuiditur hoc. c. prima sua diuisione in duas partes secundū has duas quæstiones. secunda ibi, item vtrum circa primam quæstionem prius allegat pro hæretico, postea pro auaro demum sub conditione soluit, sed tantum in hanc partem declinat sub conditione, quòd sint ęquales. Dicit ergo quòd secundum illam regulam qua peccata scienter facta præponuntur peccatis ignoranter perpetratis, auarus grauius videtur peccare, sed si forte tantum facit hæresim magnitudo quantum auaritia scienter commissa æqualiter peccant. Bar. Quoniam ista responsio videtur nobis plene diffinire quæstionē propositam. pro pleniori intellectu huius. c. & solutione præfatarū quæstionū resumunt prefatę questiones.

1 ¶ Primo ergo quæritur vtrum grauius peccat in hæresim lapsus ignoranter, quam qui scienter auaritiæ deseruit.

2 ¶ Secūdo vtrum hæreticus cui nihil præter hæresim potest Respōdet Guido. obijci sit præponendus catholico flagitioso.

1 Ad primum. †ita respondendum videtur saluo semper meliori iudicio iuxta dominum Guidonem eluen. episcopum quòd iuxta triplicē ignorantiam est in proposito distinguendum, quia iste qui labitur in hæresim per ignorantiam aut per ignorātiam omnino inuincibilem & quæ omnino encusat errantem, tunc talis non est hæreticus, nec peccat, sed talis ignorantia locum non habet in eo qui inter catholicos nutritus conuersatur. & quæ fidei sunt quotidie audit, vel audire potest. Et de tali ignorantia inuincibili loquēdo est conclusio, quòd auaritiæ sciēter deseruiens grauiter peccat, & talis ignorāter in hæresim lapsus nec est hæreticus, nec peccat. Et de tali videtur intelligi casus præsentis questionis quia tex. vocat hunc hęreticum nescientē. Vel secundo talis labitur in hæresim per ignorantiam affectatam, & quam volūtariè eligit, vt liberus hæresim sequatur cum talis ignorantia aggrauet culpam, est conclusio indubitata, ꝙ talis qui per talem ignorantiam labitur in hæresim grauius peccat, quā scienter auaritiæ seruiēs. patet cōclusio quia grauius est peccare contra fidem, quàm per auaritiam, cum grauius sit peccatū quod opponitur maiori bono. dicit. n. Aris. 8. Ethic. ꝙ sicut bono opponitur malum, ita optimo pessimum. Si vero iste labatur in errorem contra fidem pro ignorantiam talem, quia potuit scire hoc esse contra fidem, sed neglexerit scire & petere. tunc est distinguendum. aut. n. iste si sciret errorem suum paratus esset se corrigere, tunc est conclusio, ꝙ talis licet non excu-August. setur à toto, tamen non est proprie inter hęreticos computandus, vt scribit Aug. in epistola ad gloraim & Eleutheriū, & ponitur. 24. q. 3. dicit apostolus. Si vero istē est in errore, pertinax, ita ꝙ si sciret errorem esse contra fidem nihilomi nihilominus errorem suum teneret, tunc conclusio ꝙ talis, est verus hæreticus, & sic errans grauius errat, quam sciēter auarus, patet conclusio. Tunc quia grauius sit peccare cōtra fidem. quàm libertatem. Tunc quia grauius est peccare contra spiritualia quam contra temporalia simpliciter, præsertim vbi

tim vbi ignorantia non excusat. Tum quia peccatum in moribus de se minus est peccato infidelitatis, quod cætera vincit, vt sua grauitate præ cæteris alijs dicatur infidelis iam iudicatus. Io.3. qui non credit iam iudicatus est. Tum quia in eo.(.s. infideli) non apparet aliquod meritum, vt ait apostolus ad Hebræo.11. sine fide impossibile est placere Deo. & hæc de prima quæstione.

Respondet. S. Thom.

Ad secundum. Breuiter respondetur iuxta. S. Tho. qui in.2.2.q.10.artic.3. sub
2 ista conclusio.† ꝙ hæreticus talis.s. alias non peccans grauius errat, & peccat quocunque alio peccante catholico. probatur ista conclusio sic. Omne peccatum formaliter consistit in auersione à Deo, vnde tanto aliquod peccatū est grauius, quanto per ipsum magis à Deo elongatur. Sed per hæresim homo magis à Deo elongatur quam per aliud peccatū in moribus, cum talis verā cognitionem Dei non habeat. ergo peccatum hæresis est maius omnibus peccatis, quæ cōtingunt in peruersitate morum. Quod autem dicit Aug. hic, quòd non audet præcipitare sententiam dicendo quis sit alteri præponendus, ideo dicit vt dicit S. Tho. in prima solutione primi argumēti, quia nihil prohibet quod est grauius ſm genus esse minus graue secundū aliquas circunstantias. Et propter hoc Aug. noluit præcipitare sententiam de malo catholico, & hæretico alias non peccante, quia peccatum hæretici & si sit grauius ex genere (vt diximus) potest tamē ex aliqua circunstantia alleuiari, & econuerso peccatum catholici ex alia circunstantia aggrauari. Lege. ¶ [Quero. peccet grauius] an.s. [qui nesciens]. i. ignoranter quia forte non credit esse peccatum vel esse tm̄. Hu. [ab auaritia]. i. idololatria, quia secundum Apostolum. ad Col.3. est idolorum seruitus. &.s.1.q.1. cū omnis. & 28.q.1. idololatria Hugu. [nō recessit]. i. ex certa scientia deseruierit & inuigilauerit auaritiæ. Hu. & Arc. [ſm illā regulam.] Hic incipit allegare pro hæretico. Arch. [præponuntur] peccat mortaliter etiam nesciens. vt. 15.q.1.§. ex voluntate. merito minus tamen quā sciens vt hic. Hu. & di.37.c. vlt. Hu. [Cōscientia.] quia ex certa scientia peccat [vincit]. i. ligat auarum in scelere, quod nō est de hæretico nesciente, quia conscientia non ligat eum, quasi diceret, ex eo ꝙ scienter peccat videtur magis peccare auarus [vel conscientia vincit auarum]. i. facit auarum vincere, & superare hæreticum in scelere. i. in peccato, vtraque expositio est Hu. sed secunda est plenior. [Sed si] nunc allegat pro auaro & vr̄ eos parificare, habito. n. respectu ad conscīā vr̄ auarus magis peccare, parificata ergo & pacificata conscīētia auari cum magnitudine peccati hæretici, videnē æqualiter peccare [sceleris magnitudo.] quia hæresis est de maiori genere peccati, quā sit auaritia. [Hæreticus nesciens] .s. qui sequitur opinionem, quam putat veriorem. 24.q.3. hæresis. gl. [auaro scienti coęquatur] peior est, si plus faciat hęresis magnitudo. ar. di.40. homo christianus. Arc. [item] secunda pars. Et est hic 2.q. [præponere debeamus.] dicit Archi.s. meritorium æstimatione. De hoc. n. hic quæritur male dicit. quoniam istorum nulla sunt merita de quorum comparatione hic agatur, sed intelligendum est de grauitate peccati.s. quis grauius dicatur peccare [non auaro.] similiter, nec nos præcipitemus, quia licet nobis ignorare quod ipse ignorauit. Et est ar.† quòd in ambiguis non est præcipitanda sententia. ar. 11.q.3. graue.

Exponit literam.

Archid Cōtra gratianum.

3 (margin number beside "rauit")

Verum. §. est. Hic incipit. 4. pars quæstionis secundū Arch. in qua quæritur vtrum infamis possit accusare episcopum, cum esset bonæ famæ. Et primo dicit, & hæc est vna solutio, sed postea impugnat qđ dixerat Ioā. de Arch. Lege. ¶ [Verum] ostendit magister Gratianus in quo casu intelligatur quod dicit Aug. in fine præcedentis capituli videlicet, ꝙ non audet præcipitare sententiam quis illorum sit præponendus. Et similiter ostēdit, in quo casu est verum quod dixit.s.e.§. sed licet.s. quòd infames recipiuntur in accusatione hæreticorum, & simoniacorum Hu. Dicit ergo Gratianus quòd de illis loquuntur tam Aug. quā.§. prædictus quos constat esse hæreticos per præsumptionem. Et ideo quilibet infamis & criminosus contra eos admittitur. Hic autem episcopus de quo in themate agitur in omnibus religiosus apparet, & ideo infames ab eius accusatione repelluntur. Bar. & vide glo. hic præuiam &c.


Exponit literam.

1 *Factio quid dicatur.*

Hoc licet. §. est, in quo magister Grati. ſm Bar. allegat siue subijcit contra prædicta. Et dicit quòd licet ea quæ dicuntur in præcedenti.§. videantur inniti tatione, tñ exēplo crimine læsæ maiestatis. vana. i. falsa intelliguntur. in quo non quæritur, an cogitare contra animā principis sit maiestatem lædere, sed an de eius nece tractauerit. eadem ratione non videtur quærendum an simonia sit hæresis, sed an commiserit simoniam hic episcopus. Et ad hoc inducit legem sequentem. Ponitur ergo hic impugnatio, allegando secundum eum. Et idem glo. vlt. in fi.§. præcedentis. Leg. ¶ [Hoc licet. socius.] non quia non sit infamis sed remittuntur infamia, quia prodit delictū. Lau. Arc. [Factio-
1 nis] † factio est consensus & concordia in malo, Hu. [an cogitare] dico quòd ideo non debet dubitari, vel quærere. Et quòd non debeat dubitari inducit legem sequentem secundum Lauren. & Archid.

Exponit literam.

1 *Senatores & alij qui assistunt ad latus principis dicuntur pars eiusdem corporis.*
2 *Filij emancipati an puniantur ex delicto patris.*
3 *Pater an possit emancipare filios post factum delictum.*
4 *Vxores an veniant puniendę pro delictis maritorum.*
5 *Filij an puniantur tantum quantum filij pro delicto patris.*
6 *Filij illegitimi an puniantur pro delicto patris.*
Et an filij clerici nu.7.
8 *Imperator si remittat infamiam criminosis, an filij eorum poterunt promoueri.*
9 *Infames ex proprio crimine, restituti ab imperatore an possint promoueri.*
10 *Filius illegitimus restitutus a papa an poterit succedere tanquam legitimus.*
11 *Papa si restituit infamem in suo foro an sit admittendus ab imperatore.*
12 *Casus in quo quis efficitur infamis propter peccatū alterius.*



SI quis. Lex est vt in suprascriptione patet, in qua agitur de pœnis eorum, qui de crimine maiestatis conuincuntur. Et dicit, ꝙ debent puniri pœna capitis, & omnium bonorum confiscatione, transit etiam pœna ad filios quia & ipsi perpetuo sunt infames, & omnibus bonis spoliantur, & decætero non recipiuntur ad aliquos honores, nec possunt succedere, nec ex testato aliquid capere. Et diuiditur hoc. c. in quatuor partes. In prima præmittit pœnas contra committentes crimen læsę maiestatis. In secunda ponit pœnam intercedentibus pro illis. In tertia promittit præmium reuelantibus in principio factionē initam contra principem. In quarta remittit pœnam reuelantibus factionem sero, ante tamen, quam sit cognita. 2 ibi, deni que 3. ibi. Sane, 4. ibi, vero. Le. ¶ [Si quis.] alias quisquis. Hu. [Barbaris]. i. hostibus. [& scelestam]. i. sceleratam: vel facinorosam. Arc. [inierit] contra principē. vt. 2.q.1. in primis. iuxta fi.§. si vero. Arc. [factionem. i. conspirationem accur. Arc. etiam de nece virorum nō tātum principis. Hu. [pars nostri corporis.] est. n. princeps quoddam caput, cæteri sunt membra. Ex quo capite & ex quibus membris constituitur quasi
1 quoddam corpus. Hu.† Nota ꝙ senatores & alij qui assistūt ad latus principis pars eiusdem corporis esse dicuntur. facit. s. di.96. Constantinus [militant]. i. circa latus nostrum est in militia armata, vel inermi. Accur. Arch. [cogitauerit] sacramentum dando vel accipiendo vel aliud faciendo. Hu. [eadē in seueritate.] interpositio est. Hug. [voluntatem sceleris.] Sed hic surgit q. quomodo sola cogitatio siue voluntas punitur cum illā solus deus iudicet. dist.32. erubescant, & de pe. di.1. cogitationis. & 32.q.5. Christiana. respondetur iuxta Hu. quidquid dicat Arch. quòdquod hic dicitur intelligitur de illa cogitatione, & voluntate, quæ non stetit in suis finibus, sed processit ad actum exteriorem. licet non sit consecuta effectum. Idem dicit accur.s. quòd non fuit sola cogitatio, sed ad actum deuenit.s. ad actum sacramenti, puta dandum vel recipiendum. idem Cy. in hac.l. qui dicit. quòd hic processit ad actum, alias non puniretur. ff. de pœnis.l. cogitationis pœnam. idem Iaco. bu. de quo vide.s.1.q.1. quicunque studet, & de hoc not. in.c.1. de eo qui mit. in poss. causa rei. ser. de hoc modo plene disputauimus. in prin. de pe. dist. 1. [adiectis]. i. adiudicatis, & applicatis. [paterno] iterpositio est, ꝙ redditio causæ. [in quibus]. i. quia in eis. Hu: Solet. n. filius esse similis patri, & genti suæ ar. di.56. si gens. Hic punitur filius pro peccato patris, sed temporaliter non æternaliter, quod sæpe fit ar. di.56. quia. Hu. Sæpe. n. ex facto actoris damnatur

Diuisio.

Exponit literam.

Accur. Archid.

Quæstio. Respōdet.

Io: But.

Quæstio. Respóde. damnatur successio hæredis, vt. 1. q. 1. Hu. Sed hic surgit q. 2 † vtrum hoc sit verum de filijs emancipatis. respódetur ſm Hug. hic quòd non est verum de filijs qui sunt in potestate. Nam si sui iuris sunt non puniũtur, nisi quia bona sua eis au
Quæstio. Respódet. 3 feruntur. ¶ Sed surgit alia q. † vtrum post delictum factum possunt emancipare filios. respondetur quòd non quia pręsumitur fieri in fraudem. vt in eos bona conferat patet delinquens, & sic non veniant ad fiscum vt not. in hac. l. super
Quæstio. Respódit. 4 ver. non valeat. ¶ Surgit alia q. † vtrum vxores veniant pu-
Quæstio. Respódet. niendæ. respondetur, quòd non puniuntur, sed recuperāt 5 dotes suas. ¶ Surgit alia q. † vtrum filię puniantur tm̃ sicut filij. respondetur quòd filiæ insciæ criminis minorem subeunt sententiam. Nam inde non efficiuntur infames, priuātur tamē ex toto bonis paternis, sed falcidia tm̃ de bonis maternis eis permittitur, quia propter fragilitatē sexus minus creduntur audere, quàm filij. Et ideo minus puniuntur. Hęc
Quæstio. Respódet. 6 habentur. C. e. ti. l. quisquis. ¶ Item surgit q. † vtrum hæc pœna habeat locum in filijs illegitimis. Ad hanc quæstionem respondetur quòd sic. Pro quo facit quod no. extra de hęre. li. 6. in glos. per quam probatur, quòd illegitimi includũtur. & ita placet Arc. & Io. mo. Et ita dicit ibi. Io. car. se sic consuluisse. Nā si puniuntur legitimi, multo plus illegitimi & odi-
Quæstio. Respódet. 7 biles. ¶ Surgit iterum q. † vtrum hæc pœna extendatur ad clericos. respondetur secundum Lau. quòd non. idem notat gloss. 56. dist. satis peruersum, quòd filius clericus non priuatur beneficio suo propter crimen læsæ maiestatis commissum à patre, quia cum sit clericus exemptus est à iurisdictione imperatoris. vt no. Io. And. de hære. vergentis super. ver. conseruata. Sed videtur quòd si pater committeret crimen læsæ maiestatis contra papam, tunc credo quòd in hoc casu clericus priuaretur beneficijs, vt in. c. felicis. de pœnis.
Quæstio. Respódet. 8 li. 6. Item surgit q. † vtrum si imperator talibus criminosis remittat infamiam vtrum filij eorum poterunt promoueri. respódetur iuxta Hu. quòd creditur quòd sic. Ratio quia talis infamia ex proprio crimine nō est eis irrogataa. ¶ Item
Quæstio. Respódec. 9 surgit alia q. † quid de aliis qui infames sunt ex proprio crimine, sed restituti sunt ab imperatore. Vtrum valeant promoueri. Respondetur quòd non, nisi interueniat restitutio papæ, sicut dictum est etiam. s. e. q. illi qui. ¶ Item est alia q.
Quæstio. Respódet. 10 † Vtrum poterit succedere tanquam legitimus. Respondetur iuxta Hu. quòd si ad omnia generaliter sit restitutus poterit. ratio quia restitutio & Legitimatio papæ maior est, & efficacior, & extensior, quam imperatoris, sed si tãtum quo ad ordines & officia necessaria ad accusationes & testifica-
Quæstio. Respódet. 11 tiones non poterit. Hu. ¶ Item surgit alia q. † Vtrum si papa infamem in suo foro restituit, nunquid est admittendus ab imperatore. Respondetur quòd sic, ratio quia imperator est minor ex quo ei maiora cōcedũtur. extra qui fi. sint legi. per
Quæstio. Respódet. venerabilem. ſm Lau. Arch. Sequitur in litera. [infamia pa-12 terna]. i. pro peccato patris eis irrogata. † & est specialis casus in quo quis efficitur infamis propter peccatũ alterius. Hu. [sacramenta militaria.] & est inculcatio, quia cum dantur honores, sacramenta recipiuntur. i. quædam intersignia. Hug. ¶ Sed hic surgit q. Vtrum hoc teneat tantum in dignitatibus & honoribus secularibus. Respondetur quidam. n. dicũt hoc tantum locum tenere in militaribus sacramentis, & secularibus dignitatibus, dicētes, ꝙ si filij talium alias legitimi & digni reperti fuerunt ad ecclesiasticos ordines & ecclesiasticas dignitates, licitæ possunt ꝓmoueri. Sed isti male dicũt, qa ex quo tales sunt infames ſm leges & ſm canones. ergo promoueri non possunt. ar. s. eo. q. 1. infames. Item patet ratione, quia si eis interdicitur promoueri ad minores. i. seculares. multomagis ad maiores. i. ecclesiasticas. ar. dist. 44. nulli. & 24. q. 1. miramur. [denique.] Secunda pars. Nota. quòd quandoque prohibetur supplicari pro aliquo. de pe. dist. 1. prædixerat, & aliquod, extra de hęre. ad. abolēdam. &. C. de transactio. si quis maior. Ber. [Sanè.] tertia pars. patet [Is] quarta pars. [absolutione tantum] quasi diceret, non pręmio vel honore, & est casus Hug.

1 *Crimen maiestatis quare dicatur crimen perduellonis.*

Porro. Supra in. §. hoc licet. posuit magister Gratian⁹ argumentationis suæ maiorem propositionē & fundamentalem, videlicet, quòd in accusatione criminis læsæ maiestatis omnes generaliter & etiam socij admittuntur. modo assumit minorem propositionem videlicet quòd accusatio simoniæ procedit ad instar criminis lęsæ] maiestatis secundum. G. Hug. & Bar. Brix. quasi vellet elicere in con- Bar. Brī.

clusione. ergo in accusatione simoniæ etiam quilibet admittetur. Et potest diuidi in duas partes. In prima videtur inferre quod dictum est. In secunda limitat similitudinem illam habere locum q̃tum ad accusationem non quantum ad pœnam. 2. ibi, ꝙ de accusatione. Leg. ¶ [Porro. lęsę maiestatis] crimē maiestatis dr̃ crimen perduellionis. ff. ad. l. Iul. mai. l. Diuisio. Exponit literam.
1 vltima. †. Et non idcirco vocatur sic quia potest probari per duellum, sicut quidam intellexerunt, & malè, sed dicitur per duellionis. i. crimen hostis vel hostile. ff. de verb. signifi. quos nos hostes secundum Goffr. qui ita notat in summa de cle. pug. in duello. §. 1. Arc. [si quamquam.] noluit ponere totam legem, sed finis huius. l. vbi hoc continetur habetur. 15. q. 3. sanè. s. quòd ita debeat procedi in crimine simoniæ sicut in crimine læsæ maiestatis. Hu. [quod de accusatione.] secunda pars. i. qđ qlibet admittatur hic, sicut & ibi. Hug. Arc. [vide] . i. ad hoc probandum quòd differat in pœna, quia aliter puniuntur rei maiestatis, & aliter simoniaci. illi ad mortem, isti ad depositionem. Simoniaci sæpe restituuntur, illi nō. Bona simoniacorũ nō confiscant̄, sicut bona illorum. Item in crimine maiestatis torquetur etiam accusator, quod non fit, in simonia. vt. C. ad. l. iul. ma. si quis alicui. Item in crimine simoniæ q̃nq; torquet̄ reus q̃nq; testis, sed tm̃ vilis. s. seruus vel infamis & hmōi. Sed in crimine maiestatis torquetur & accusator, & reus, & testis, & quicunque sit, & q̃tũcunq; sit nobilis in magna dignitate cōstitutus, nec auditur ibi aliquis volens opponere exceptionem, quòd non debeat torqueri, sed in simonia milites & decuriones & huiusmodi possunt opponere exceptionem sui priuilegij, si iubeantur torqueri, præter licentiam & consensum principis. HU. Goffre. Archid.

1 *In crimine læsæ maiestatis nemo cuiuscunque dignitatis priuilegio excusatur à tormentis.*
2 *Fidicula quid dicantur.*



Nullus Lex est vt in suprascriptione patet, & inducitur ad probandum differentiam in pœna inter crimen læsæ maiestatis & crimē simoniæ quod iam tactũ est. Summa est, † quòd in crimine læsæ maiestatis nemo cuiuscunque dignitatis priuilegio excusa-
1
tur à tormentis. Secus in alijs criminibus. Lege. ¶ [Nullus tormenta]. i. vt torqueantur. Hu. & Arc. [fidicularum.] † fidi-
2 culdę icuntur paruę chordę quibus caput stringitur vel manus ligantur vel quis verberatur. Hugu. [defensione]. i. exceptione. excepta causa. i. crimine. Hug. [æqua]. i. ęquata, quia ibi non est distinctio iudæi vel Græci, maris vel fœminæ, liberi vel serui, nobilis vel ignobilis. [generaliter] tam in accusatione quàm in defensione, & in testimonio omnes indifferenter subijciuntur tormentis, si alias crimen non deprehendatur. Hugu. Exponit literam.

Sed cum omnes. §. est, in quo magister Gratianus concludit ex dictis hoc modo cum simonia & crimen læsæ maiestatis in accusatione paria sint, ergo sicut in crimine læsæ maiestatis nō dubitatur. i. quæritur an sit crimen læsæ maiestatis, sed an commiserit illud, sic in crimine simoniæ non dubitatur simoniā esse hæresim, sed an commiserit simoniam &c. Lege text. ¶ [Sed cum dubitatur]. i. non quæritur, vbi certũ est esse tale crimen. Hugu. sic & hic simonia [non negatur hæresis]. i. esse. i. non quæritur nec quæri debeat, an simonia sit hæresis, quia constat. Hugu. Nam omnis simoniacus est hæreticus. 1. q. 1. c. 2. Archid. [hæresim]. i. simoniam. Hugu. Exponit literam.

¶ *Quæstio Secunda.*



Vod autem. Hic intitulatur. 2. q. s. an soli episcopo credendum, si accusationem vellet verte re in accusatorem. Et dicit quòd non. Tũ quia est homo, & mentiri potest. Omnis enim homo mendax. psal. 115. Tum quia præsumitur ex odio suum accusatorem accusare. Dicēdum ergo est, quòd quantumcunque fulgeat sanctitate & religione nō est ei soli credēdũ in isto casu, qa si est accusator, non credat̄ ei sine testibus. Si est testis, non aliqua lex vel canō hoc dicit derogatũ est. 11. q. 1. quicredit ei solũ qcũq; vt dicit Hu. Leg. [¶ Quod aũt sancti patres.] vbi hoc diffiniant non habemus expresse, sed pōt colligi. j. 33. q. 2.

Exponit literam. 33.q.2.admonere,& 35.q.6.§.quod autem &.2.quæst.4.§.1.

1 *Clericus non potest accusare laicum coram iudice seculari.*



EPiscopus. Inducit ad probationẽ eius quod dixerat hoc.c.quòd est quinti concilij Carthaginen. Summa vt in rubro.Breue est.Lege.¶[Episcopus ad probationem] legitimam.s.vt probet legitime per testes vel instrumenta, vel alio modo.quia sibi soli non creditur. Exponit literam. ¶Sed hic surgit q.quæ mouetur in gl. quid est episcopus accusans laicum conuenit eum in synodo.i.coram iudice ecclesiastico cum actor debeat sequi forum rei.vt.11.q.1.experientiæ, Quæstio. Respondetur iudex glo.& Hug.quòd hoc intelligitur de ecclesiastico crimine.s. cuius cognitio & condemnatio spectat tantum ad ecclesiasticum iudicem, vt crimen vsurarum simoniæ hæreseos adulterij quo ad separationem tori de quo siue laicus conueniat clericum siue clericus laicum coram ecclesiastico iudice,debet conuenire. Respõdet. Aliæ responsiones assignãtur in glos.¶Item surgit alia q.Nunquid generaliter traditur † quòd clericus non potest accusare laicum.vt.2.q.7.in sancta,sicut sacerdotes. Quæstio. Respondetur quòd verum est coram iudice seculari.11.q.1.clericum s̃m Hu.& Laur.¶Surgit etiam hic q.de qua synodo intelligitur hoc.c. Respõdet. Quæstio. Respondetur secundum veriorem intelligentiam literæ quòd non de sinodo episcopali,in qua præest ipse episcopus cum ipse episcopus non possit esse iudex & accusator vel actor. Respõdet.

Sed obijcitur. §.est, in quo obijciendo quærit qd debet facere episcopus ex quo ei soli non creditur cum ipse solus nouit nec illud testibus probare possit.Sed ad hoc respondetur per.c.sequens.



SI tantum. Sequitur responsio & est.c.concilij varen. hoc dupliciter legitur,vt tangitur in gl.dimissa autem prima quia videtur nimis dura,secundo legitur sub tali casu.aliquis episcopus scit aliquem in canonem latæ sententiæ, sed illud probare debet priuatè, et si incorrigibilis existat,illum secretè vitabit, non publicè, ne sit proditor criminis,extra de sent.ex.cum non ab homine, secundum quam lecturam exponatur litera sic, & est plena. Casus. Leg.¶[Si tantum alieni sceleris].i.alienæ excommunicationis propter scelus latæ Io.de Fan.Arch.[probare].i.videret sibi probari non posse. [nihil proferat].i.ad accusationem nõ prosiliat,nec alio modo publicet,quia tunc esset proditor criminis nõ correptor. Exponit literam. 2.q.1.si peccauerit. Et ita exponitur de episcopo accusatore.Si vero loquatur de ipso iudice, tunc dic probare.i. examinare & cognoscere crimen illud[per testes nõ proferat] .s.sententiando, quia in crimẽ occultum sententiam iudex ferre non debet.32.q.5.christiana[indemnatus est].i.non damnatus permanebit in communione omnium, præter quam ipsius scilicet episcopi. Ista sunt vulgaria, ideo facit finem huius cap.



PLacuit. Ad idẽ sequitur hoc.c. quod sumptum est ex concilio africano, & est quasi consimilis casus vt dicit Hug. cum casu præcedentis.c. nisi ꝙ præcedens loquitur de cõione priuata,hoc de publica.Ecce episcopus dicit se solũ scire peccatũ alicuius, per quod incurrit excõicationem,vitat eum publice,dicitur hic,quòd in publico nõ debet eum vitare, eius communionem vel in sacramentis vel in choro.vel in mensa,vel in officio & hmõi. Casus. Si aũt hoc fecerit tam diu alij episcopi abstineant ab eis communione publica.Leg.¶[Placuit non communicauerit] publicè.Nã priuate non debet ei communicare.vt supra.c.proxi. Hug. [Documentis].i.testibus.11.q.3.quamuis Laur. vel instrumentis.Hug.sic.2.q.7.plerumque.Arch. Exponit literam.

¶ Quæstio Tertia.

IVdicium vero. Hic intitulatur.3.q.s.an liceat episcopo expetere iudicium metropolitani alterius prouinciæ. Ad quod respondetur quòd non licet nisi de consensu vel legatione apostolici vel sui metropolitani.vt 2.q.6.placuit.&.3.q 6.non liceat.sicut generaliter non licet clerico expetere iudiciũ alterius episcopi,nisi per appellationem,vel delegationem sine consensu sui episcopi,nisi causa transferatur ad papam. Et ad hoc probandum ostendit generaliter, quòd nullus potest iudicare parochianum vel subditum alterius, ex quo satis & illud ostendit. art. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur.in princ.Archid.

1 *Prædicare an quis possit parochianis alterius sine consensu illius plebani vel prælati.*

2 *Archiepiscopus potest prædicare parochianis episcoporum suæ prouinciæ liberæ.*

3 *Episcopus potest prædicare in episcopatu alterius.*



SCriptum. Inducit ad probationem eius ꝙ nullus generaliter potest iudicare parochianum vel subditum alterius.Et hoc.c.est Greg.papæ.alias Augu.in li.de quęstionib.super librum Deut.q.24. Summa eius est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima inducit authoritatem sacræ scripturæ ad probationem. In secunda exponit prædictam authoritatem applicando ad propositũ. Diuisio. secunda ibi.falcem.Leg.¶[Scriptum in leg.]deut.23.vetabatur in leg.falcem mittere in messem alienam, per quod figuratum est,ne quis iudicaret non suos seu alienos,quod ẽt vetat apostolus.ad Ro.9.[messem].i.episcopatum, vel parochiam [falcem].i. iudicium,vel sententiam .[sed manu].i. prædicatione, & admonitione [spicas].i.parochianos alterius[conterere].i.à vitijs purgare, & expoliare sicut grana à paleis.[manducare].i.ecclesiæ incorporare.Hu.[falcem.n.] Exponit literam. secunda pars. exponit mysticè prædictam auctoritatem iudicij.Nota iuxta Hu.ꝙ semiplenè dicit, vel nomine iudicij intelligit tam diffinitiuam sententiam, quàm sententiam suspensionis,& excommunicationis,& collationem sacramẽtorum omnium generaliter, quæ omnia inhibita sunt circa parochianos alterius.vt. 9.q.2. c.1.&.3.&.4.&. 13.q.1.c.1: [sed per affectum]licet.n.non possit alienum sua iurisdictione iudicare, potest tamen ex affectu charitatis inducere illũ exhortandum,vt peccata abijciat, & ad actus virtutũ se conuertat & declinet à malo,& faciat bonum,& tunc sic exhortans lucratur animam istius,quem inducit vt ab area sui cordis paleas vitiorum excutiat, frumenta bonorum operum colligat, & ad comunionem ad vnitatem corporis Christi (quod est ecclesia.)ad colo.1. per huius prælati admonitionem reducitur. Dicit ergo[boni operi].i.prædicationis, & admonitionis.Nam prædicare & exhortari opus est. Hug. [quasi mandando.]quia quasi masticando fideles incorporãtur ecclesiæ.vnde canti.5. prædicatores dicuntur genę. quia sicut per genas masticatur cibus,ita per prædicatores homines masticantur,& corpori ecclesiæ incorporãtur & ad vnitatem ecclesiæ reducuntur.vt di.43.§.pudicus. Hic surgit
1 q.† Vtrum quis posset prædicare parochianis alterius sine consensu illius plebani,vel prælati. Ad hoc respondetur bre Quęstio.
2 uiter pro nunc,quia alias erit sermo plenior, & hoc sub cæteris conclusionibus.Prima est†ꝙ archiepiscopus potest prædicare parochianis episcoporum suæ prouinciæ liberæ. Respõdet. Prima cõclusio. Ista cõclusio est glo. quæ ait quòd prouinciales possunt qui insignia sua extra prouinciam fecerunt & voluntariam iurisdictionem exercent.vbi vide quod no.de offi.l.nouit. ¶Se
3 cunda conclusio†ꝙ episcopus potest prædicare in episcopatu alterius.Hoc tamen vt dicit Hu.est verum & tangit in gl. Secũda cõclusio. non tamen quasi euangelista vel tanquam prælatus,vel congregando populum.quasi ius in eo habẽs,& solenniter ascendendo pulpitum,nisi inuitetur.vt.71.dist.hortamur. & 9.q.2.episcopum.&.7.q.1.episcopi vel presbiteri. Aliorum est opinio.vt tangitur etiam in gl. ꝙ etiam solenniter prædicare possit. Tum quia primo modo,videlicet fraternaliter ad bonum admonendo, sine solẽnitate quilibet potest facere, etiam monachus.16.q.5.c.1.&.q.1.c.quia iuxta. Tum quia illud non consistit in iurisdictione contentiosa, nec refert quis prædicet.29.di.serui. Tum quia vt dicit Lau.cuius est ista opinio, vbi de salute animarum agitur, non est de iuris apicibus disputandum.19.q.2.duo.&.ff. mandati.si fideiussor.§.2.poterit ergo prædicare etiam solenniter,vt hic.& in Lauren. iurisdictione contentiosa intelligit.42.dist.quiescamus.cũ similibus.nec faciet hoc quasi suo iure.13.q.1.secundum. Laur.Arc.¶Tertia conclusio.quicquid dicatur in gl.nullus videtur posse prędicare solẽniter parochianis alienis, nisi sit prælatus,aut habeat priuilegium prædicandi, sicut prædicatores & minores, vt in cle.dudum. de sepul.nisi sit inuitatus ab eo,qui est ordinarius in loco.patet conclusio ex dictis. Tertia cõclusio.

1 *Causæ omnes episcoporum & aliorum clericorum an debeant referri & tractari in synodo.*
2 *Appellari potest ante sententiam in causis ecclesiasticis.*
3 *Clerico non licet sine causa declinare forum sui episcopi.*



Scitote. Ad idem propositum principale inducitur hoc.c. quod est Pelagij papę. vbi summa est, ꝙ à prouinciæ suæ iudicibus est quis iudicandus, & non ab alijs nisi fuerit appellatum. Et diuiditur in tres partes. (Diuisio.) In prima describit prouinciam, & illius iudices. In secunda dicit ad illos causas esse deferendas. In tertia dicit non referendas ad alios nisi fuerit appellatum. secunda ibi, ad quorum. tertia ibi, vnde. Leg. ¶ [Scitote vnum regē.] (Exponit literam.) hic alibi appellatur iudex. vt. 7.q.1. in apib⁹. videtur ergo, ꝙ quælibet prouincia debet habere suum regem, sed imperator non debet esse nisi vnus qui oībus regibus debet præesse. vt. 7.q.1. in apibus. Hug. [Tot idem potestates.] ergo in qualibet ciuitate debet esse vna potestas. Hu. [10. vel. 11. episcopos.] Hoc non obseruatur nunc, quia quædam plures q̄dam pauciores habēt statutum tñ fuit satis conueniенter vt vna prouincia archiepiscopalis haberet. 10. vel. 11. ciuitates, & metropolitana vt sint 12. Tum ad repræsentādum num. 12. apostolorū, & sciant ipsi se constitutos iudices loco Apostolorum, quibus saluator ait Matt. 19. Vos qui reliquistis omnia & sequuti estis me sedebitis super sedes. 12. iudicātes. 12. Tribus Israel. Tum etiā quia episcopi causa est per. 12. episcopos decidenda est vtile vt sint. 12. in vna prouincia episcopi, & metropolitan⁹ ne oporteat extraneos ad sua concilia conuocare. Nihilominus si in prouincia non reperiatur præfatus numerus episcoporum, debent conuicari de vicina prouincia, de quo nota. 3.q.8. in summa. [Iudices] episcopos dico iudices, quia solus episcopus est iudex ordinarius in suo episcopatu. ar. 12.q.1. de personæ &. 17.q.7. nullus omnino. Hug. [ad quorum iudicium.] secunda pars. sic .n. Deut. 21. dicitur accedent sacerdotes, & ad verbum eorū pendet omne negotium, & quicquid mundum vel immundum est iudicetur. & Exo. 24. habetis Aaron & Vr vobiscū. si quid ortum fuerit quæstionis referetis ad eos. In figura ꝙ à prouinciæ episcopis & non ab alijs sint causæ iudicandæ.

(Quæstio.) 1 ¶ Sed hic surgit quæstio. † Vtrum omnes causæ episcoporū & reliquorum clericorum debeant referri & tractari in synodo. Et videtur quòd sic ex præsenti litera vbi dicitur omnes causæ. (Respōdet.) Ad hoc respondetur quod non omnes. Et ad literam præsentem dicimus iuxta Hu. quòd intelligitur de communibus causis in quibus tam metropolitanus quam suffraganei sunt iudices ordinarij, vt in causa presbiteri & episcopi, & in alijs quæ communiter pertinent ad generalem statū prouinciæ. Vel respondetur, quòd quod hic dicitur intelligitur distributiuè. s. vt causæ episcoporum referantur ad metropolitanum. (Lauren.) Causæ istorum clericorum ad suum episcopum, & sic de alijs secundum Hugu. & Lauren. [Consona voce]. i. nemine discrepante quo ad casus ipsorum. ÿ. e.q. 4. cap. 1. & c. si quis episcopo criminaliter, & le. & no. extra de re iudica c. non potest Archid. (Archid.) in alijs sufficit quòd maior pars concordet, vt ibi no. [discernant]. 11.q.3. si autem. &. 3. q.8. c. 1. ver. & regulariter. Archid. [Ad maiorem authoritatem]. i. ad personam maiores authoritatis. Hu. & Arch. [appellatum] 2.q.6. placuit. & c. vt presbiteri. & c. si episcopus.
2 Archid. ar. † ꝙ in causis ecclesiasticis ante sententiam potest appellari. ar. 2.q.6. argura. Hu. [Degradetur] vel. i. de honore tur quod esset si non haberet suos iudices, sed semper oporteret recurrere ad iudices alterius prouincię. † Et est arg. ꝙ
3 non licet clerico sine causa declinare iudicium sui episcopi, ergo non licet ei confugere ad metropolitanum prætermisso proprio episcopo, nec licitum episcopo, ad primatē prætermisso metropolitano. Hoc. n. esset quantum ad clericum vel episcopū degradare epm vel metropolitanum. ar. 2.q.6. decreto. &.q.7. metropolitanū. Hu. & Lau. & Arc. [sed apud semetipsum]. 19. distinc. c. 1. Arch. [ſm ordines suos]. i. ſm tempus suæ ordinationis. s. vt qui primo sunt ordinati in synodo primum locum teneant in secundo, loquendo, & subscribendo. vt distinc. 17. episcopos. Hu. [non ab extraneis nisi apppellatum.] vel nisi alia iusta causa transferendi iudiciū occurreret. vt. 3.q.6. c. vnaqueque. Hugu. ¶ Sed hic surgit q. (Quæstio.) de hoc quod hic aperte dicitur, ꝙ iudices ad quos appellatur sunt extranei, & non sunt iudices appellantium, vnde videtur appellantes ab extraneis iudicari, cum tamen regula sit, neminem à non suo iudice iudicandum imo sententia à non suo iudice lata, neminē ligat. vt. 2.q.1. in primis. (Respōdet.) Ad hoc respondetur iuxta Hugu. quòd regulariter verum est præterquam in papa, quia metropolitanus ad quem appellatur, non est iudex ordinarius nisi in parochia sua, quia licet sit iudex ordinarius suorum episcoporum, non tamen illorum qui subsunt episcopis. ar. 9.q. 2. si autem. & c. nullus primas. &. 3.q.6. peregrina, in papa tamen speciale est, quòd iudex ordinarius est omnium. s. maiorum, & minorum prælatorum & subditorum. 9.q.3. conquestus. & c. ipsi sunt. & cap: cuncta. ipse. n. solus habet plenitudinem potestatis. vt. 2.q.6. decreto. (Ad argu.) Ad argumentum vero in oppositum dicendum, quòd prædicti licet illi ante appellationem sunt extranei iudices post appellationem tamen efficiuntur appellantium iudices ordinarij, qui primo erant extranei, licet essent ordinarij ordinariorum suorum secundum Hu.

1 *Episcopatui nullus potest renuntiare sine licentia domini papæ & nu. 6.*
2 *Renuntiatio facta in manibus alterius quam debeat, vel facta sine conscientia illius qui ad hoc exigitur non tenet.*
3 *Sententia lata à non suo iudice non tenet.*
4 *Comprouincialis sine primate vel metropolitano non examinat causam episcopi criminalem.*
5 *Spoliatus à non suo iudice debet ante omnia restitui.*



Denique. Ad idem sequitur hoc capitulū quod est papæ Nicolai. Summa est, quòd causam criminalem episcopi vel ipsius episcopi renunciationem à comprouincialibus suis sine metropolitano audire, vel sine authoritate papæ terminare non possunt, & quod ipsius episcopi renuntiationem recipere non licet. (Diuisio.) Et diuiditur in duas partes. In prima reprehendit quod factum existit, declarans quid fieri debuerat. Secundo prouidet. secunda ibi, quòd quia. Leg. tex. ¶ [Denique. (Exponit literam: Casus.) Pro intellectu literæ ponitur casus eius secundum Hug. Casus talis est. Iste suffredus episcopus dicens se esse criminosum vel languore impeditum & ideo volens renuntiare non adiuit primatem, vel metropolitanum suum, sed solum ad suos suffraganeos siue comprouinciales & coram illis comprouincialibus renuntiauit vel forte impetebatur de crimine, & ipsi soli episcopi cōprouinciales sine metropolitano, vel primate, illum citauerunt, & causam examinauerunt, & eius renunciationem receperunt. Hoc significatum est papæ, qui hoc audito dicit reprehendendo, quòd hoc facere non debuerunt illi episcopo sine metropolitano, vel primate quinimo si aliqua ambiguitas vel dubium super hoc occurrisset, super hoc debebat expectari iudiciū papæ. Et q̄a hoc omissum fuit, & quod factum est contra ius factū est, præcipit papa illum restitui suo episcopatui dicens, quòd si aliquid dignum sit reprehensione, vel correctione in eo, id postea diffiniatur. [priuari.] si ei probaretur. Hug. [primatis sui.] (Quæstio. Respōdet.) Sed hic surgit. q. quomodo ait primatis, q̄a metropolitanus debuit adesse huic causæ. s. e. scitote. Respondetur, ꝙ forte nō habebat metropolitanum, vel nomine primatis intelligitur tam primas. quam metropolitanus. 2.q.6. decreto. Et credo, quòd in causa episcopi consensus primatis requiratur, sicut in consecratione episcopi. di. 65. de persona. & c. placet. Hu. Laur. de hoc no. ÿ. eo. q. proxi. si inter. ibi videas. Arc. [diocesеos]. i. prouinciæ, quasi diceret sine primate non debuit subire iudicium coepiscoporū suæ prouinciæ, quod fecit, sed contra ius ar. dist. 65. de persona. & c. placet. & dist. 80. vrbes. Et nota quòd non adiuit episcopos alterius prouincię, quod quidam voluerunt dicere malæ intelligentes istam literam secundum Hu. & Archi. (Archid.) [Præstolari]. i. adire & subire. Hug. [quod si.] quasi diceret. non solum in præmisso male factum est, sed in hoc quod sequitur. s. eius renuntiatio fuit recepta sine conscientia papæ. Hugu. & Archid. Si quælibet ambiguitas quæ non posset ibi terminari, vt dist. 17. multis. ¶ Sed (Quæstio.) hic surgit. q. quare dicit si quęlibet ambiguitas & c. nunquid siue fuisset ambiguitas aliqua siue non debuit finis causæ referri ad apostolicum. (Respōdet.) Respondetur quòd non, puta in casu in quo esset absoluendus, vel in casu in quo eius crimen non esset tale, quod depositionem induceret secundum Hu. [examinatione.] criminis Hugu. [ex more] Ex isto loco capiun
1 tur plura argumenta primum † quod nullus potest abrenuntiare episcopatui, sine licentia Domini papæ, vt, 7.q.1. mutationes.

2 tationes.Secundum † quòd renuntiatio facta in manibus al-
terius quam debeat vel facta sine conscientia illius qui ad
hoc exigitur non tenet.Hug.nec videtur facere præiudiciũ.
Ar.17.q.2. consaldus.vt etiam ipse repetere possit quod re-
nũtiauit.ar.hic. Ex quo.n.de facto quis respuit repetere po
terat cum renuntiatio fuerit nulla.C.de repudi.vel absti.hę
redi.l.3.sicut repeto quod dedi causa transactionis quam nõ
licebat mihi facere.ff.de condic.indebi.l.eleganter.§. 1. ſm
Lauren.ar.optimum ad prædicta.C.de institu.& substit.re-
prehendenda. vbi. probatur, quod ex quo non tenet quod
Opponit. agitur potest repeti quod est repudiatum.Arch.Sed contra
hoc videtur quod inquit gl.& Hug. ꝙ talis repetere non po
test, quia renuntiatio tenet quantum ad ipsum sed ecclesia
potest eum repetere.7.q.1.nõ oportet.&.c.eos. Ad hoc re-
Respõdet. Archid. spondetur iuxta. Archid. quod hoc est verum in prælaturis
& beneficijs iam acquisitis, sed secus in acquirendis. vt in.c.
ex ore.extra de his quæ fi.à maio.par.c.secundum Goff. qui
ita notat in prædicta decre.in dubijs.¶ Tertium argumen-
3 tum quod colligitur hic est † quòd non tenet sententia lata
à non suo iudice.ar.2.q.1.in primis.&.11.q.1.in clericorum
&.c.ad nostram.de consue.&.c.at si clerici.cum si.¶ Quar-
4 tum argumentum. † quòd comprouinciales sine primate
vel metropolitano non examinant causam episcopi crimi
5 nalem.3.q.6.hoc quippe.Quintum arg.† quòd spoliatus si-
ue priuatus à non suo iudice debet ante omnia restitui. 3.q.
1.in summa.¶ Secundum arg. sine licentia papæ episcopus
non renuntiat etiam si alias subsit causa cedendi. de renun.
nisi cum pridem.[quodque].secunda pars.[restituatur]inte
gre extra.de renuntia.c. vlti.1.quo ad administrationem &
Hostien. Archid. omnia.C.de sen.pass.l.1.& vltima.ſm Host.Archid.[Cor-
rectione].i.in paruo crimine.s.quod non est tale, quod pro
hibeat eum stare in ordine suo,quia non inducit depositio-
nem.Hugu.[vel digna animaduersione.] Nota hic iuxta Ar
chid.quòd aliud est censura ecclesiastica quæ consistit circa
spiritualem pœnam,vt extra de ver.signifi.quærẽti, & aliud
censura canonica quæ consistit circa pœnam temporalem,
vt extra de pœnis. in quibusdam, & aliud ecclesiastica aĩad-
uersio,quæ consistit circa degradationem, & curiæ secularis
Hostien. traditionẽ.extra de verb.sig. c.nouimus.ſm Ho.qui ita no-
tat in prædicta decre.in quibusdam,sed hic non sumitur sic,
& dic animaduersione.s. si deprehendatur in maiori crimi-
ne.s.quod ex toto inducat ad depositionem.Hug.

Est tamen. §.est.Quia.n.dictum est.s.in.c.1.ꝙ nõ
debet quis mittere falcem in messem
alienam siue iudicare parochianum alienum, sed quia est
casus,in quo potest iudicare alienum parochianum.s. ratio-
ne delicti,in quo potest alienum parochianum excommuni
care, vt patet per sequens.c. & ideo magister Gratia. posuit
Bar.Brix. hunc.§.vt ostendat casum illum Bar.Brixiẽ. & nota ꝙ licet
magister exemplificet de crimine depredationis. idem ta-
men est in quolibet crimine,quia ibi debet quis iudicari, &
ibi causa agi,vbi crimen cõmittit.vt.3.q.6.ibi,sed quia magi
ster crimen deprædationis inuenit expressum in sequenti.c.
& in sequenti palea,ideo hunc casum expressit hic spãliter.

1 *Episcopus potest excommunicare alienum subditum delin-quentem in sua diocœsi.*
2 *Excommunicatus ab alio episcopo an possit absolui à suo episcopo.*
3 *Communicans excommunicato ab alieno episcopo à quo de-beat absolui.*
4 *Episcopus an possit punire exẽptos delinquentes in sua diocœsi.*

PLacuit. Hoc.c.est primum, in quo tangi
tur casus,& est sumptum ex con-
1 cilio celebrato apud cõpendium.summa.† alie
num subditum potest episcopus excommu-
nicare in sua diocęsi delinquẽ em,nec episco-
pus illius proprius debet hoc moleste ferre cũ
hoc sit statutum pro communi vtilitate.Leg. ¶[Placuit cã
deprædationis.]hoc idem intelligo de quolibet alio crimine
in aliena parochia cõmisso,& sic non est hic aliqua speciali-
Exponit li teram. tas in hoc crimine cũ idẽ sit ĩ quolibet alio,qa ibi cã agi &c.
3.q.6.ibi semp,põt quædã spãlitas assignari in hoc crimine
deprędationis.s.vt oĩa ibi restituanť, vnde ablata sunt ꝙ nõ
est in alijs criminibus,hoc colligitur ex.c.1.extra de rapt. in
fi.&.j.in palea sequenti.[excommunicauerit]quàm excom
municationem debet notificare diocœsano proprio delin-
quentis,vt illum euitet, donec redeat illuc vbi rapinam cõ-
misit, & omnia emendet. Sed hic surgit quæstio multiplex,
2 prima est † à quo talis excommunicatus ab alieno episcopo
possit absolui an à proprio episcopo. Ad hoc respondetur
Iuxta Hug. Lau.& Arc.quòd non, sed talis excommunica-
tus debet absolui à suo excommunicatore, Secũda quæstio
3 † à quo debeat absolui qui tali excommunicato communi-
Prima qõ. Respõdet. cauit. Respondetur quòd non nisi à proprio episcopo vel sa
cerdote suo,patet extra de sen.excõm.nuper. Et ratio diuer
sitatis est quia ille excommunicatus fuit per episcopum alie
num.vnde ab illo debet absolui,sed iste communicans est li-
gatus per canonem.vnde non potest absolui nisi à suo episco
Secũda q. Respõdet. po vel proprio sacerdote.Et sic etiam notat hic Hu. & Lau.
intellige de participãte alias q̃ in crimine,qa tũc secus sicut
vr̃ dicere ꝑdicta decretales nuꝑ, vbi vr̃ esse casus ꝙ qs põt
4 ligari sñia non sui iudicis & absolui.Tertia q.est †.vtrum epi
scopus potest punire exemptos delinquentes in sua diocęsi,
Lauren. quæstio ista mouetur in gl.& arguit multipliciter ad vtran-
que partem. Ad hanc quæstionem glo.ponit duas solutio-
nes,sed secundam plus commendat quæ est quòd si priuile
giatus delinquit circa rem non exceptam, vt in contractu
vel in maleficio occidendo hominem vel adulterando cum
aliqua,tale delictum potest punire episcopus loci, quia & si
Respõdet. persona sit exempta,tamen res in qua delinquit non est exẽ
pta,& ita not.in.c.1.de priuile.li.6. quia ratione delicti & cõ
tractus celebrati & rei positæ in loco non exempto potest
exemptus puniri per ordinarium loci priuilegium ergo exẽ
ptionis operatur solum quantum ad forum domicilij.vt in.
d.c.1.Si vero delinquat circa rem exemptam puta male ge-
rendo se in officio suo, vel alienando res ecclesiæ suæ in his
à solo papa punitur.vbi ergo factum exempti præiudicium
affert non exempti, bene punit episcopus loci.secus si non
affert, & hæc distinctio probatur. extra de priuil. cum ca-
pella.gl.addit Archi.ꝙ in hac materia dicebat Inn.quòd qñ
membra non sunt exempta, si abbas exẽptus cui membra
sunt subiecta in membris delinquit,diocęsanus abbatẽ exẽ-
ptum iudicabit & puniet, & etiam deponet, vt in prædicta
decretali cum capella.& extra de foro compe.postulasti.ser
uata tamen forma constitutionũ,extra de priuile. volentes.
Archid. & de fo.cõp.Romana.sed si non delinquat in locis nonexè-
ptis,sed delinquat in personis nõ exẽptis,puta quia est negli
gens in regimine eorum vel etiam quia iniuriam facit eis,
tunc non habet potestatem diocęsanus procedendi contra
eum:non.n.sunt isti modi,quare diocęsanus sortiatur forum
in personis exẽptis, & plus dicit, quod diocesanus propter
delicta prædicta cõmissa in personas nõ exemptas non po-
test eum priuare ecclesia non exempta,vel eum suspendere,
quod sic probat,quia hoc non potest diocęsanus facere sine
causæ cognitione, sed ipse non potest cognoscere de pecca-
tis personę exemptę, ergo nec contra eum procedere. se-
cundum Innocen. qui ita notat extra de priuileg.ex ore.&
istam sententiam sequebatur & approbat bene,extra de pri-
uile.cum capella,sed huic vlti.dicto videtur contradicere.ꝙ
ipse Inn.notat extra.eod.c. præcepimus. ibi videas Archid.

DE illis. Ad idem subiungit hoc.c. sumptũ
ex cõcilio meldensi,quod palea est
hic & ponitur pro grano.de rapt.cap.1. & ibi
glossatur. sũma patet & intellectus ex dictis.
Innocen. Leg.¶ [de illis rapinam]quo ad res mobiles.
Archi.[deprædatione]quo ad res se mouentes, vt animalia.
Arch.[excommunicetur].s. ab illius loci episcopo in cuius
iurisdictione deliquerunt ex parochia.i. diocęsi. Hosti.[di-
gni].i.sufficienter,& plene.Io.And.[recipiat]imo sententiã
faciat seruari.11.q.3.cure.& extra de treu.& pace.c.1.Ioan.
Andr. & sic not. quòd iudex domicilij debet mittere delin-
quentem ad locum,vbi deliquit puniendum,& sententiam
latam per iudicem delicti debeat facere obseruari in iudi-
cio domicilij,vt alnlie. capitulis.

Exponit li teram.


¶ Quæstio Quarta.

POrro. Hic intitulatur.4.qõ.s. cuius
iudicium sit expetendum si
Ioan.And. episcopi comprou inciales in causa vel
sententia episcopi fuerint discordes,& di
cit quòd si sunt delegati iudicium dele-
gantis est expetendum, si ordinarijs iudi
cium superioris.s. priuatis vel metropo-
litani & episcoporum vicinę prinuinciæ secundum Hu.Et
potest

potest diuidi in duas partes hæc q. in prima soluit quæstionem sicut dictum est, in secunda ostendit ꝙ si omnes episcopi sunt concordes, rata manet sententia nisi ab ea appelletur, secunda ibi, sed si omnium.



SI quis. Inducit ad propositum.c. hoc sumptum ex concilio laodicen.summa. Si comprouinciales episcopi iudices in causa criminali episcopi fuerint in sententia ferenda discordes, metropolitanus vicinæ prouinciæ cum aliquot conuicinis episcopis suis conuocetur, qui dirimat questionem.nō diuiditur, litera.n.tota patet Leg.¶[Si quis si contingat episcopos].s.tot hinc, quot inde.[sententias] quia isti dicunt eum absoluendum, alij condemnandū sed nec isti absoluūt nec isti condēnant.Hu.[reū].i.cōdēnādū.HU.& Arc.[aliquātos].i.duodecim pp hoc debent.s.12. conuocari cum metropolitano vicinæ prouinciæ.[vt sit firmum quòd fit per omnes]quia alias non esset firmum, cum ad minus. 12. episcopi præter metropolitanum debēt esse in criminali causa Christi.3.q.8.c.1.Hu.&.5.q.4.c.1.Hu.&. 5.q.3.c.2. Archi. Secundum alios forte sufficiunt tot, quot in quantamcunq; partem declinent cum primis in idē declinantibus sint.12. huius prouinciæ.s. vicinæ de qua vocatus est metropolitanus.Hu.vocatur autem ad examen causæ episcopi metropolitanus prouinciæ vicinæ cum aliquibus episcopis, tum quia cum vicini sint poterit de meritis causæ cito haberi informatio, tum quia citius per eos concordia in discusione poterit haberi.

Exponit literam.


SI quis. Ad idem est hoc ca. sumptum ex concilio Martini papæ, & summa est eadem cum summa præcedentis.c.Lege. [¶Si quis]idē dicitur in hoc.c.quod in præcedenti, minus tamen dicit quàm præcedēs capitulum. facit.n. tantum mentionem de metropolitano vicinæ prouinciæ & non de episcopis. Episcopi tamen intelliguntur quia solus venire non debet.Hu [iudicatur].i.examinatur.Hu.[discrepasse]pari numero. Hug.[iustificare].i. absoluere.Hug.[condemnare].i.condemnandum pronuntiare pro diffinitione huius dissentionis dicas, quòd nec isti nec illi proferunt diffinitiuam sententiam, sed isti condemnant.i.condemnandum.i.non absoluendum absoluere quidem possunt sine conscientia papæ, sed non condemnare secundum Hug. Archi.ista videntur vera, licet Laur. aliud dicat circa absolutionem [metropolitanus] cum suis. 12. episcopis sicut in præcedenti.c. HU.& Arch.

Exponit literam.

NIsi. Ex eadem synodo, & est quædam exceptio regulæ datę in præcedentibus capitulis. Et dicit quòd in casu in quo prouincia primatē habeat talis dissentio per eum terminari habet, & non debent conuocari episcopi vicinæ prouinciæ, nisi forte non essent.12.in illa prouincia.


SI inter. Sequitur hoc.c. qđ est Bonifacii papę.vbi ostendit, quòd primati debeāt referri negotia, quæ metropolitanus explicare nō valet. Et diuiditur in duas partes. in prima ponit, ꝙ si inter duos episcopos vnius prouinciæ fuerit de aliquo negotio ciuili controuersia, metropolitanus eorum cum aliquibus alijs episcopis illam terminabit. in secunda ponit ꝙ si prædicta determinatione appellatum fuerit deferatur appellatio ad primatem qui appellationis causam decidat secunda, ibi & si.Leg.¶[Si inter].no.1. ꝙ hoc.c.loquitur tantum in causa ciuili, vt patet ex ipsa litera. Hu.& Bart. Brix.& Archid.aliter omnes episcopi prouinciæ debuissent interesse.3.q.8.c.1. & 2.[eiusdem concilij].i. eiusdem prouinciæ, vel forte in concilio talis controuersia mota fuit, & no.quòd etiam propter ciuiles causas concilium conuocatur.si sunt generales.i. ad statum prouinciæ pertinentes, vt distin. 18. propter ecclesiasticas.&.9.q.3.archiepiscopus. Hu.[ecclesiastico iure.]hic aperte colligitur, ꝙ hoc c.loquatur de causa ciuili.Hu.[cum alijs]alterius prouinciæ vel etiā eiusdem, quasi diceret non cū ipsis litigatoribus.HU.& Arc. [& si non acquiescat.] secunda pars.s.altera pars, sed ad primatem appellat. Hu.[tunc].s.ex quo appellatur ad eū, alias non liceret primati cognoscere de causa, ex quo diffinitiua sententia data est à metropolitano, & ab ea non appellatur, quòd vero sententia esset data patet per hoc quòd dicitur iudicātis. Si autem sententia non esset data posset cognoscere de causa illa, siue esset ad eum delata per appellationem, siue per consultationem vt di.18.c.1.&.di.80.c.1.&. dist.99. c.1.alias non.vt.9.q.3.conquestus.Hu.[legibus nostris].i.nostrorum principum, vel nostris.i.à nobis tacito saltem consensu confirmatis, & receptis.s. quæcunque non obuiant canonibus.nam si obuiant reprobatę sunt.vt di. 10.lege.&.33. q.2.inter hæc.Hug.&.Arch.[calculo].i.rationi vel sententiæ Calculus dicitur sententia, & præsertim vbi sæpe fit computatio & recompensatio facta diuersa computatione vel comparatione hinc inde.Hug.Et hinc patet, quòd hoc capitulum loquatur de causa ciuili, quia in criminali non fit cōputatio.[contradicere.] ¶ Sed hic surgit q.vtrum per hoc admittitur potestas appellandi. Respondetur quòd non, sed dicit[ne].s.absque appellatione posset resistere. vnde intellige.[valeat contradicere] supple.s. nisi per appellationem.ī. e.quod bene Hu. & idem sentit Lau. dicens tex. habere locum, nisi ad maiorem iudicem fuerit appellatum, & idem etiam tenet Pet.Arch.

Diuisio.

Exponit literam.

Archid.


Quæstio. Respōdet.

Laurent.


SI metropolitanus. Palea est, & est Alexan. papæ. summa est breuissima, quòd si negligens fuerit metropolitanus ad exhibēdum iustitiam in causa in qua fuerit requisitus de iustitia facienda, ꝙ tunc concilium prouinciale debeat causam decidere & terminare Le.tex.¶[Si appellatus].i. aditus pro causa examinanda & iustitia exhibenda[statutum].i.sententiatum, vel diffinitum.

Exponit literam.

Sed si omnium. §.est, dictum est in præcedentibus capitulis quòd si comprouinciales concordauerint quid tenendum sit. Nunc vero dicit quid iuris sit, vbi omnes concordant.


SI quis. Inducit ad hoc ostendendum hoc.c. quod sumptū est ex Antiocheno concilio, summa est, ꝙ si aliquis episcopus accusatus fuerit, & depositus concorditer ab episcopis prouinciæ, de ceterò ab alijs iudicari non, debet, sed sententia firma permanebit supple nisi appelletur, vt infra.§.proxi.&c. Le.¶[Si quis.]hoc.c.expresse loquitur de relegatis à papa.vnde patet quòd prima duo capitula similiter loquantur de delegatis iudicibus.HU. possunt etiam intelligi de illis qui habent potestatē à papa deponendi episcopos suos, Bar. Brix.Archi. manere, nisi dispensatiue restituatur, vt.35.q.9. veniam.vel nisi releuetur per appellationem.vt. 2.q.6. si episcopus.vt subditur in.§.seq.

Exponit literam.

1 *Sententia an extinguatur & desinat esse per appellationem.*

Intelligendum. §.est, in quo magister limitat. quod dixerat in pręcedenti c.s. nisi ab illa snīa fuerit appellatū.Leg. ¶ [Soluta snīa].i.extincta, nisi sit sententia excommunicationis, vel suspensionis, vel quæ per appellationē nō releuatur.Hu.& not.ꝙ dicit[soluta].i. extincta, quia vt dicit lex, sententia per appellationē

1 extinguitur, & desinit.vt.ff.ad turpillia.l.1.§.vltimo. ¶ Hic surgit quæstio, vtrum hoc sit verum. † quòd sententia per appellationem extinguatur & desinat esse, & videtur quòd non.primo quia si appellans desistat ab appellatione, tunc tenet prima sententia, ergo est.& ita non videtur quòd fuerit extincta. ¶ Secundo sic.iudex appellationis quandoque confirmat primam sententiam à qua est appellatum. vt .ī.eo.osius. &.2.q.6.§.vlti.ergo tunc prima sententia est firma.ergo est, & ita non est extincta. ¶ Respondetur quòd ita est sicut dicit lex. & ad argumenta ista respondetur ad primum dicit Hu. quòd statim appellās desistit ab appeltione, suscitatur sententia, & in tali casu fingit ius eum nunquam appellasse, & sententiam extinctam non fuisse.¶ Ad secūdum respondetur secundum eundem, quòd iudex confirmare dicitur primam sententiam.i. quod in prima dictum est quasi facit id valere, quod in prima dictum est.simile insti.quib.mo.testa.infir.§.testamentum.vel[extincta] exponitur.i.suspensa.de iureiuran. venientes, & de re iudi. cum inter Archi.


Exponit literam.

Quæstio. Primū ar.

Secūdū ar.

Respōdet. Ad primū. Ad secūdū.

1 *Iurans parere sententiæ uel mandato alicuius an possit appellare sine reatu periurij.*


QVod bene. Capitulum hoc est Nicolai papæ, sūma patet & sæpe repetita est in præcedentibus.Leg.¶ [Qđ diffinitum].i. diffinitiua sententia decisum. Hu.& Arch.[deliberatum].i.magna deliberatione terminatum. Hu. [interpositis iuramentis.]à iudice, & respicit antiquum tempus, vt dicit Hu.cum iudices in initio causæ

spicit antiquũ tp̃s, vt dicit Hug.cum iudices in initio causę solebant iurare, quod recte iudicarent, quod modo non fit. sed loco illius iuramenti iudex debet semper vsq; ad finem ante se habere præsentiam sacrorum.s.euangeliorum. vnde potest dici interpositis.i.propositis sanctis euangelijs. nam præsentia illorũ in iudicio dr̃ iusiurandum iudiciale.i.loco iuramenti iudicium.C. de iudici.rem non nouam. sed nunc iudices non iurant, nisi cum suscipiunt officium iudicis à principe in aut.vt iudi.sine quoquo suffr.§. iusiurandum. sed ecclesiastici iudices non iurant de facto & si non de iure.Hug.& Archi. vel[iuramentis]de calumnia vel desistendo iudicio, vel forte de stando sententiæ.Hugo.¶ Sed hic surgit quæstio quæ tã-
Quæstio. 1 gitur in gloss.† vtrum qui iurat parere sententiæ vel mandato
Respõdet. alicuius possit apparere sine reatu periurij. Ad hanc respondetur quod talis potest appellare ex iusta causa, vel propter graue mandatũ iniunctum.ff.qui satisda.cog.l.fi. Secus si sub terfugij causa, vt in.c.quæstioni.secundum gloss.in decretali
Laurent. ad hoc extra de appel.alleg.in glo.eiusdem sententiæ est Lau. hic dicens, quòd in tali sacramento non continetur, nisi quod licitis pareret.ff.de pig.l.obligatione generali. Hugo. vero ad hoc distinguẽdum dicit, quod si iusta est sentẽtia, vel videtur sibi iusta debet parere,& non appellare. Si est iniusta vel videtur sibi iniusta, licitè potest appellare sine reatu periurij, nec enim plura continentur in illo iuramento, quam illa quæ speciliter iuramento promisissent, vt in præalleg.l.obligatione. ꝙ idem dicit de eo qui iurauit stare mandato episcopi, & postea episcopus præcepit ei, quod non appellet, vel præcipit aliquid aliud, de quo non cogitabatur dicit quòd licitè appel-
Archid. lat. Archi. vbi ergo quis iurauit simpliciter parere sententiæ vel mandato videtur secundum Hug. cogitatum de iusto, & non de iniusto, & sic hoc secundo casu, non tenetur parere. & idem sentit Goff.& Innocen. qui dicit in.c.quintauallis.de iureiur. quod si iurauerit stare mandato vel arbitrio alicuius, si illud scit iniquum potest non obstante iuramento illud petere reduci ad arbitriũ boni viri, nec tenebitur parere nisi reductum fuerit ad æquitatem. Hostien. dicit hoc tenendum quando est iuratum generaliter, & simpliciter, sed si expres-
Hosti. sum fuit quod etiam ille cuius mandato iurauit parere posset dare de iure vnius partis alteri in totum, vel in partem, & quod quantumcunq; iniquè pronuntiaret staret dicto illius, eo casu tenet̃ quis parere, alias deieraret nisi mãdatum esset cõtra Deum, quo casu non tenetur iuxta no.de tẽp.or. ad aures. sed forte secũdum eum ex æquitate iudex ex officio suo debet occurrere iniquitati pensatis causis, locis temporibus: & qualitatibus personarũ vt patet in eo, quod legitur.& not. extra de arbi.d.c.2. vide Io.An.in d.c.quintauallis.super ver. iuramentum.

1 *Iudicium appellationis quod sit aliud à principali.*
2 *Aduocatus nõ tenetur patrocinari in iudicio appellationis pro eodem salario.*



Sius. Ad idem sequitur hoc.c.ex concilio sardicen. summa est quod si cõdemnatus ad papam appellet est ab oĩbus deferendum. Le-
Exponit literam. ge. ¶ [Osius]hoc c.vt dicit Hu. multum illuminat prima duo capitula huius quęstionis secundum quod intelliguntur de delega.& loqui tur similiter hoc.c.de delegatis [adiudicatus].i. male iudica-
1 tus.Hu.[remouetur]per appellationem. Hu.[alterũ]ar. † ꝙ iudicium appellationis aliud est à principali. hoc verum est, sed non est alia causa. sed hoc melius inuenies determinatum
2 supra 2. quęstio.6.§. post secundam.& est arg.† per aduocato scilicet vt pro eodem salario nõ teneatur patrocinari in iudicio appellationis cum sit aliud iudicium. Hug. de hoc nota. secunda quæstio. sexta.§. post secũdam. ibi dixi. Archidiacon. de quo not. de procurat. in capitul. non iniuste. & de testim. Romana. libro.6.[sancti petri memoriam] id est, Roman. ecclesiam,& in memoriã beati petri.19.d.memoriã. Hu.[vt scribatur]hic habet̃ quod sit officium iudicis à quo appellatur, debet.n.allegationes & attestationes vtriusq; partis inscribere & sententiam à se latam,& postea dare apostolos. disti. 18.c.1.&.2.q.6.§. post appellationem. Hu.[in prouincia proxima]cum episcopi suæ prouinciæ nolunt hoc facere. Hug. [adiudicaueri: papa det iudices.]s.alios, non enim quis est remittendus ad illum, à quo appellauit, vt.2.q.6.§.2. inuitus intelligo, nam volens remitti potest[talem causam].i. sententiam latam in tali causa. Hug.

¶ Quæstio quinta



Vod autem. Hic intitulatur.5.q̃stio.s. an deficiente accusatore reus sit cogendus ad purgationem seu probationem suæ innocentiæ. & dicitur quod si inde laborat infamia, cogitur ad purgationem alias non, ut.2.q.5.presbyter. vbi de hoc plene. quia hæc quæstio eadem est cum illa. Hugo. capitula sequentia loquuntur de his qui non sunt de crimine infamati. & ideo non coguntur ad purgationem secundum Bartho.Brix. Lege. text. ¶[Quod autem probationem] id est purgationem. Ar- Exponit literam.
chid.&c.



Vod autem postulas. Ad probationem eius quod dixerat inducitur.capi.hoc. quod est beati Gregorij in registro. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit petitiones, in secunda præmittens Diuiso.
causam illam non admittit. secunda ibi, esset vt. ¶ Pro cuius capituli intellectu notandus est casus, qui talis est iuxta Hug. Quidam nomine Maximus accusabatur ab aliquo, & in eius accusatione accusator defecerat, & tñ iste Maxim' volebat se purgare, & quia quidam erat cum papa quem iste volebat habere cõpurgatorẽ quia ille sciebat innocẽtiã istius rogauit papã vt illum mitteret ad se vel fortè rogauit papam, vt mitteret sibi aliquem cardinalem vel aliũ corã quo se purgaret. Nunc papa rescribit & dicit ꝙ sua petitio non est admittenda. quia non cogebatur ad purgationem cum nõ esset infamatus, mandat etiã ei vt incontinenti veniat ad se. Lege. ¶[Quod autem qua] id est, per quam, vel cum qua[possit Exponit literam.
esse probatio] id est, purgatio, quia illa persona sciebat ex toto istum immunem, vel[qua]id est, coram qua id est, præsentia cuius scilicet, legati Hugo. petebat forte iste maximus, quòd papa mitteret legatum salonium, qui cognosceret Archid.
ibi de causa maximi quam habes. secunda quæst.5.quanto.&. 63.dist. salonitane. Io.de. Archi. [esset vtcunq; excusabile].i. posses audiri,& defendi à tua stulta petitione. Hu. [probationis]per testes. vel purgationis per iuramentum. Hu. [prefati fumus]id est prædiximus.s.in alia epistola. Archid.[venire] Bar.Brix.
ob aliam causam. Hug. vel forte se defensurus. secundũ Bart. Brix. Archi.

Accusatus. §.est. quia in proxi.cap.dictum est, quod accusato non incumbit probatio. ideo ponit hunc.§. in quo illud limitat dicens, quod negationem non probat exceptione. sic quasi diceret quod reus suam ex- Exponit literam.
ceptionem probare debet. Lege. ¶[Accusatus non negationem.]qui simpliciter factum negat, non aliquid asserit sed exceptionem. ergo non omnis qui negat excipit. Hu. Nota hic quod dicitur, qđ reus in exceptionibus efficitur actor quo ad onus probandi.ff.de proba.l.in exceptionibus.& ff.de except.l.1.

1 *Reus absoluitur nisi actor probet quod intendit.*
2 *Probatio negantis factum dicitur nulla.*
3 *Negatiua an sit probabilis.*



Ccusator. Lex est vt in suprascriptione patet.& secundum Lau. verior litera est actor. sed Bartho.Brixi. dicit. quod ad hoc vt lex faciat ad propositum magistri debet dici accusator. Archidiac. summa quòd onus probationis reo non incumbit vel Diuisio.
sic. Actori incumbit onus probandi quod asseuerat, quo non probante reus absoluitur. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod dictum est. in secunda assignat rationem secunda ibi, cum per. secundum quas duas partes vt colligit
1 glo. duæ regulæ habentur ex hoc tex. † vna quòd nisi actor
2 probet quod intendit reus absoluetur. secunda est † quòd negantis factum nulla est probatio. circa secundam regu-
3 lam est quæstio. † vtrum negatiua sit probabilis. Ad quam quęstionem præter solutionem gloss. per di- Quæsti. Respond.
stinctionem triplicis negatiuæ. scilicet facti iuris, & formæ siue qualitatis & negatiuæ facti scilicet absolutæ & coactæ potest sic responderi per aliam distinctionem videlicet,

Ioan.à T.C.in j.causarum. V dicendo

dicẽdo quòd quædam probatio naturalis, & directa, & de tali probatione ponitur conclusio, quòd talis probatio negatiua non est probabilis per rerũ naturam, patet conclu. quia nõ habet terminos sensu naturali apprehensibiles cũ nihil sit & non entium nõ sunt causæ, vt. l. quidã referunt. ff. de iure codicillorũ. ergo. &c. ¶ Secũdo sic. ꝓbatio debet fieri per differentias, & qualitates. sed quod negatur nõ est. ergo tale caret substãtia, & per cõsequens qualitatibus, vt. l. si quis vxori. §. nec vendo. ff. de furt. &. l. eius qui. ff. si cert. pet. quædam est probatio naturalis. sed non directa quæ capitur per aliquod medium. & de tali sit conclu. quòd tali probatione negatiua est probabilis si sit coarctata ad tẽpus, vel locũ, vel prægnãs, quia habet in se directam affirmatiuam, patet conclu. nam affirmato probato redditur negatiua probata. nam vbicunq; sunt contraria probato quod vnum existat oportet aliud abesse. ista est natura contrariorum, vt simul eidem inesse non possint ₰m Aristotelẽ. & patet etiã. l. quod neruà. ff. depo. & l. hæc verba. ff. de verb. sig. Modo ad propositum si dr̃ ꝙ certo die contraxi bononiæ, si probo me mutinę tũc fuisse. hoc probato sequitur ꝙ non contraxi Bononiæ. vel si dicatur me titium vulnerasse tali die in platea, si probo tũc me absuisse, sequitur necessario me non vulnerasse, vel occidisse titium. Verum quia dies non ponitur in accusatione, vel inquisitione, sed solum mensis ne habeat probare per totum mensem abfuisse fuit theorica Iac. But. ꝙ possum tempus restringere, & facere duo capitula. primum ꝙ tali die titius fuit occisus. item ꝙ illa die fui Romę. & sic facilius probabo. quia testis sui dicti ponit rationem necessario concludentem. vt. l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. & in. l. 2. §. si contra. si vero non possit reddi ratio dicti necessario concludens, aliquando accipitur ea quæ probabiliter cõcludit datur exemplum si volo probare queẽ̄ esse pauperem, licet paupertas recte & necessario non probet probabitur indirecte per coniecturas, & per rationes probabiliter concludentes. ar. l. ex cõsensu. C. de repu. sufficit ergo, si testis dicat quod talis vadit male indutus & calciatus, & quod nihil habet in domo. & hoc sciunt eius vicini, quod nec bladũ vel aliud quidquam ipsi viderunt, & ꝙ ostiatim quærit eleemosynas, & debita cõtrahit, quia hęc omnia solent communiter accidere pauperibus non diuitibus probata est paupertas &c. Quædam est probatio abusiua vel potius probationis reuelatio, vt est cõfessio. qa non euidenter quod est, declarat, sed reuelat probare habentem ab onere probandi. & de tali probatione est conclusio. ꝙ tali ꝓbatione probabilis est negatiua. de confes. c. 1. li. 6. & de pur. cap. accedens. cum si. idem in probatione per iuramentũ, vt aut. de hære. & fal. in. §. si vero absunt. secundum Compost. quod est notandum. improbabilis ergo negatiua communiter nisi alijs interuenientibus accidentibus, & hoc voluit gl. in. c. bone. 1. de elec. cum dicit secundum communem cursum causarum dicit Io. And. ibidem quòd negatiua põt esse sic coarctata quod est probabilis. vide ibi Ioan. Andr. Lege. ¶ [Accusator non astringit] imo statim absoluitur reus, si actor non probat quod intendit, vt. C. de eden. l. qui accusare. Hu. & Archi. [negantis.] simpliciter. nam si aliquid diceret cum ipsa negatione cogeretur quandoque illud probare. s. si negaret non simpliciter, sed cum determinatione. Hug. hoc dicit quia si negaret ius, puta emancipationem recte esse factam probare debet illam non iure esse factam. vt. ff. de probat. l. ab ea. Hug. [cum per.] secunda pars. [rerũ naturã]. i. causarum consuetudinem & frequentem vsum. causarum. n. cõsuetudo & vsus frequenter hoc exigit, vt ei qui dicit incumbat probatio. hoc ideo dicitur quia inspecta ratione naturali non potest probari id, quod ratio naturalis non apprehendit. naturalis enim ratio non patitur entia de non entibus prędicari. ita non patitur negatiuam indeterminatam per testes probari, sicut dictum est. s. Et de hoc per Io. An. in dicto. ca. bonę super gl. 1.

Iac. but.

Compo.

Ioã. And. Exponit literam.

Io. And:

Hoc autem. §. est, in quo Gratian. Limitat quod est dictum. supra in. §. quod autem, dicens quod id quod est, quod deficiente accusatore reus non sit cogendus ad probationem seu purgationem, habet locum quando reus non est infamatus, quia tunc habet necessario se purgare. Lege. ¶ [Hoc autem] scilicet quòd deficiente accusatore non sit reus cogendus ad purgationem. Hugo. [tunc enim.] canonice soluit Gratianus. Hu. & Archid. [eiusdem Gregorij.] vt. 2. q. 5. presbyter vel quilibet. habet. hoc. &. c. &. c. menna. & capit. quanto. &. cap. quæ de causa. Hugo. & Archid.

Exponit literam.

¶ Causa septima.



Quidam episcopus. Hic intitulatur & incipit. 7. causa, quæ sic continuatur ad præcedentia ₰m Hug. qui melius cæteris videtur, in superioribus causis tractatum est, qualiter episcopus ratione criminis cõdemnetur & deponatur, quo casu alius eo viuente potest super ordinari. inde sumpta occasione magister Gratia. annectit hãc causam, in qua ostẽdit in quibus causis episcopus possit superordinari primo viuente. Ostendit etiam quibus ex causis imitationem episcoporum vel clericorum fieri possint, & cuius authoritate fieri debeant, interponit etiam de quibusdam generibus persecutionum, vt autem hæc & alia competẽtius doceat supponit thema, de quo elicit duas quœstiones. primam ex illo loco concessit. secundam ex illo quod sequitur ibi, postea vero.

Continuatio:

¶ Quæstio prima.



Quod autem. Hic incipit prima q̃stio. s. an viuẽte episcopo possit loco eius alius episcopus in eadem ecclesia substitui. Et diuiditur hæc quæstio in 9. partes ₰m Archi. In prima ꝓbatur. 15. authoritatibus ꝙ nullus debet priuari iure sine culpa sua, nec etiam pro infirmitate, nisi ipse renuntiauerit nec alius potest eligi altero non renuntiante nisi de papæ licentia speciali ₰m Io. de. Archi. aliæ designabuntur in processu. respondendo ergo q̃stioni propositę inducit in primis diffinitionẽ concilij apud aluerniam celebrati, quod nullus põt in ecclesia substitui, aut subordinari, nisi primus pro crimine remoueatur, aut sponte cedat & abrenũtiet, cum tñ authoritate papæ, imo si subtiliter volumus inspicere, nunquã episcopo viuente alicuius ecclesiæ põt alius substitui, quia ex quo quis ratione criminis remouetur, vel sponte abrenuntiat de authoritate papæ statim intelligitur mortuus quo ad illam ecclesiam, vnde illa statim põt nubere alteri, cui voluerit, vt. j. e. q. sicut alterius. Et ratio huius responsionis est, quia in vno episcopatu non possunt esse duo episcopi vt nicena synodo legitur statutũ, sicut refert beatus Aug. in epistola excusatoria sua, & Valerij quia ambo erant episcopi in hippona, mõstruosa etiã res est quod duo capita scilicet duo episcopi sint in vno corpore, scilicet in eodem episcopatu. Sed si antequam primus sit submotus alius induceretur, essent duo episcopi in vno episcopatu, primus enim semper manet in suo episcopatu, donec mortuus, vel per sententiam finalem amotus inde. ergo primo viuente, vel sententiam apostolicæ sedis non amoto, non potest alius subordinari vel institui. Lege. ¶ [Quod capitalis.] i. criminalis Hug. &. Gof. s. quæ sic digna amissione capitis secundum leges, vel amissione famæ, quæ caput est mentis secundum canones. secundum Io. de Fan. Archid. [vel culpę] qui de licentia papæ renuntiauerit. Hug. Bene datur coadiutor. vt in. c. seq.

Diuisio.

Ioannes Archid.

Exponit literam.

Ioã. And.

5 *Coadiutor datus episcopo an poterit conferre beneficia.*

7 *Præsumendum non est ab aliquo quod non est concessum à canone.*



Scripsit. Ad idem propositũ sequitur hoc cap. quod est Gregorij in registro. Summat quòd episcopus qui propter infirmitatem officium episcopale exercere non potest non propterea remouẽdus est à prælatura, sed ei dandus est adiutor. Et diuiditur hoc. cap. in tres partes. In prima narratur petitio. In secunda reijcitur. In tertia prouidetur. secunda ibi, Quidam. tertia ibi, Sed suggerendum. Pro pleniori intellectu huius capituli quæruntur hic plura.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum prælatus propter senectutem aut infirmitatem sit remouendus à prælatura.

2 ¶ Secũdum est vtrum prælato seni aut infirmo sit etiam nolente coadiutor dandus.

3 ¶ Tertium est à quo sit dandus talis coadiutor.

4 ¶ Quartum

4 ¶ Quartum est ad quid se extendit authoritas coadiutoris.
6 ¶ Quintum est de tempore quo spirat officium coadiutoris.

1 **Ad primum.** Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ prælatus propter senium aut infirmitatẽ incurabilẽ siue perpetuã factus inutilis sit à prælatura amouendus, primo sic. Officia ecclesiastica habẽt similitudinem magnã cũ dignitatibus & officijs secularibus. C. de offi.præto.orientis.l. si quos iudices. habetur ꝙ iudex vel magistratus si inutilis fuerit propter infirmitatẽ vel senectutem, remoueri debet. ¶ Item secũdo idẽ.ff.de iudi.l.si lógius. ¶ Tertio in glo.c.præcedẽtis. Dicit ꝙ ita est in leproso qui à dignitate remouet̃ propter scãdalũ.extra de cle.ęgro tua. ¶ Quarto idem colligitur & arguitur eo ꝙ abbates inutiles facti remouẽtur pœnitus.vt.18.q.2.si quis abbas. ¶ In oppositum arguitur ex.c.præsenti. ¶ Respondeo dicendum ꝙ sicut tãgitur in glo.præcedentis capituli.quidã distinxerunt de ægritudine, quod quædam curabilis, alia incurabilis. Et de tali dixerunt ꝙ prælatus in incurrabili ęgritudine laborãs esset remouendus, & alius substituẽdus. Et istius opinionis fuit Bar. cuius rõnes sunt primę quæ inductæ sunt in quæstione, sed ista opinio ita simpliciter & absolute loquẽs reprobatur. ex. de cleri. ægrotam.c.penul.prout etiã ibi notat Hosti.vt dicit Archi. Aliorum fuit opinio, ꝙ licet nõ vniuersaliter propter quãcunq; infirmitatẽ incurabilem esset prælatus amouendus & alius instituendus, tñ propter lepram bene à dignitate remouetur, & hoc propter scandalum. & hæc est opinio gl.in.c.præcedenti. & inducit.c. tua extra de cle.ęgro. Sed nec ista opinio placet. Vnde Hosti.in ꝓdicto.c.tua.notat ꝙ propter lepram non remouetur episcopus.vt eo.tit.c.1.2. &.5. Sed quilibet inferior bene remouetur.vt hoc.c.tua. Et ratio est, quia facilius remouentur inferiores prælati.quam episcopi.argu. extra de translac.inter.& cap.licet.de accu.qualiter.2.in fi. & de Simo.per tuas.in fi. ¶ Secunda est quia episcopus nullo casu interueniente remoueri põt, nisi per papam.3.q.6.multũ stupro. Et hoc teneas. quod videtur etiam comprobari per. c.præsens.quod loquitur generaliter secundum Archi. Aliorum est opinio, vt est Hug.& Goff.ꝙ nullus prælatus remouetur propter lepram à prælatura sed ab officio administrationis bene, & nunquam substituitur aliquis viuo, nisi eo renuntiãte, sed bene datur coadiutor per dictum. c. tua. & per. c.præsens.quod loquitur generaliter in quocunq; &.c.2.&.c. qualiter.&.c.quis. Et inducũt ad hoc plures rõnes. Prima qꝛ beneficiũ canonicę habitũ sine culpa auferri non debet. vt. 26.q.7.inuentum. ¶ Secundo quia nulli est pœna infligenda sine culpa, qꝛ ante peccatum nulli est pœnitentia infligenda. de pę.dist.2.§.quod autem. ¶ Tertio ꝙ afflictis non est addendi afflictio.ĳ.capi.cum percussio. & in.c.ex parte.de cle. ęgro. ¶ Quarto ex similitudine matrimonij carnalis, quod ꝑ lepram non dissoluitur.de coniug. lepro. ca.2. Nec obstat rõ horroris, & abominationis, quia dabitur coadiutor.vt eo.ti. de rectoribus. Et idem dicẽdum est de sene.quia nec ipse est culpa.vt.ĳ.eo.petisti. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes, in oppositum. Ad leges inductas respondetur iuxta Hug. ꝙ non procedunt. Et ratio est, quia leges tales loquuntur de honore temporali. Canones vero de spirituali & ꝑpetuo. præterea alia est in secularibus causis, alia in diuinis.vt de conse. dist.3.celebritatẽ.&.2.q.6.non ita præterea leges debent imitari canones, & non econuerso.vt dist.10.lege:&.2.q.3.§.hic autem. item respondetur ꝙ dictæ leges habent alias contrarias leges, in quibus continetur, quõd propter furorem vel cæcitatem superuenientem iudex vel magistratus nõ debet remoueri.vt.ff.de sta.ho.l.qui furore.&.ff.de postu.l.1.§.casum.&.ff.de iudi.l.cœcus. ¶ Ad tertiã respondetur quod opinio gl.non tenetur ꝓm alios.s. Hug.& Gof.& etiam Hostiẽ. ¶ Ad quartam de abbate inutili, quod veniat remouendus respondetur, quõd licet hoc teneat Vin.& Hosti.vt dicit Io. And.in.c.fi.de cle.ęgro.sup.ver.paralytico.põt tñ dici, quõd non sit verum vniuersaliter quia contrarium videtur notari dist.75.quoniam in glos.2.vt dicit Archi.sed de abbate facto inutili culpa sua, prout not.extra de eta.& quali.capit.1. vnde Ioann. Andre. respondendo ad.capitul.allegatum in gloss.si quis abbas. dicit quõd loquitur de abbatibus vitiosis non autem de defectiuis.

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar — Opponit & Respõ. — Cõtra bãr. — Hosti. — Cõtra gl. — Archid. — Ad primũ & secundũ arg. — Ad tertiũ. — Ad quartũ. — Archid.

Respõdet. 2 **Ad secundum.** †Respondetur iuxta Hu.& glo. quod cogendus est per superiorem propter dispendium, quod ecclesia pateretur, nisi daretur adiutor. vnde cum episcopus grauatus vt dictũ est nollet assumere adiutorem licet à capitulo requisitus sit nihil per. c.innouandum est. sed in hoc casu.c.significat papæ conditionem episcopi & ecclesiæ, & sic episcopo inuito dabitur.arg. extra de eccle.edi.ad audientiam. Lau.& sic not.extra de cle. ęgro.c.penul.& hoc not.ĳ.e.§.ecce Archi.idem tenet glo.de cle.ęgro.c.vnico.lib.6.in glo.non est ergo &c.

3 **Ad tertium.** In quo quæritur.†à quo sit dandus talis coadiutor. Respondetur dimissis opinionibus, & consuetudinibus antiquis iuxta determinata per Bonifacium.8.in.c.vnico.de cle.ęgro.in.6.sub quatuor cõclusionibus quo ad episcopos, & prælatos. prima quõd datio adiutoris episcopi vel superiorũ prælatorũ spectat ad solũ papam, vel eius speciali authoritate deputatũ. huius cõclusionis sunt duæ rationes. vna quæ tangitur in præfato.c.pastoralis. quia talis episcoporũ aut superiorũ prælatorũ datio est de causis maioribus. & per consequens referenda est ad maiorẽ oĩbus.s.papam.extra de transla.c.1.& de offi.dele.quod translationem. secunda ratio, quia si propriè ad eũ pertinet datio adiutoris, ad quem spectat destitutio vel cessionis admissio, manifestum est, quod ad papam spectat datio coadiutorum episcoporum, vel superiorum prælatorum cum ipsius solius sit destitutio vel cessionis admissio eorũ.vt extra de transla.per totũ. ¶ Secunda conclu.est quõd propter dispendia ecclesiarũ vitanda papa concedit authoritatem, vt si episcopus senio vel valetudine corporali grauatus vel alias adeo impeditus perpetuo, vt officium suũ nequeat exercere possit de cõsilio & assensu capitu. sui vel maioris partis vnũ vel duos coadiutores assumere ad dictũ officiũ exequẽdũ, si illa cõclu.patet ex.d.c.pastoralis. ¶ Tertia cõclusio est. quod episcopus demens fuerit factus tunc capitulum vel duæ partes eiusdem authoritate apostolica assumant vnũ, vel duos idoneos coadiutores, qui eius officium exequantur. ista cõcl. est in eodẽ.c.pastoralis. expressa, & ẽ valde rõnabilis. ¶ Quarta conclu.est quõd si episcopus perpetuo impedimento detẽtus, ita vt ad sui officij executionem reddatur inutilis coadiutorem assumere noluerit etiam à capitulo requisitus, tunc nihil per capitulum innouetur, sed referatur ad sedẽ apostolicam casus ille & conditio tã episcopi quam ecclesiæ, & stetur determinationi illius. ista conclu. est etiam præfati.c. de inferioribus prælatis est conclusio. quõd datio coadiutoris aliorum inferiorum prælatorum pertinet ad illum, ad quem spectat destitutio vel cessionis admissio. ista conclusio patet extra de cleri.ęgro.c.3.& vlti.& sic dicit Egid. quod coadiutor in inferioribus prælatis est assumendus per prælatũ & canonicos ecclesiæ indigentis, cum vtriusq; contemplatione assumitur, & alleg.extra de his quæ fi.à præla.c.nouit.

Respond. — Prima cõclusio. — Secũda cõclusio. — Tertia cõclusio. — Quarta cõclusio. — Egidius.

4 **Ad quartam.** Quæstionem in qua quæritur †ad quid se extendat authoritas coadiutoris. Respondetur iuxta Io.An. quod hæc quæstio soluitur ex forma dationis, vnde si bene administrãti spiritualia, sed dilapidanti tẽporalia datur coadiutor in temporalibus circa sola temporalia versabitur, siue extendet se eius officium, & econuerso.de offi.deleg.venerabili.&.ĳ.c.quamuis.&.c.petisti.si vero seni dementi, vel his simili det̃ simpliciter eius officiũ, est tale quale eius cui datur. præterea si simpliciter datus est tunc potest ea quæ poterat ille cui datur salua alienatione immobilium, vt in.d.c.pastora.li.6.& de elect. is cui.eo.li.

Respond. Io. And.

5 Sed hic surgit quæstio.† vtrum talis coadiutor põt beneficia conferre. Ad hanc respondentes Io.moder.& Archi.in.d.c. vno.de cle.ęgro.libro.6.dicunt quõd non etiam in casu illius decretali. in quo datur authoritate apostolica, quia in concessione generali non veniunt illa quæ non esset quis verisimiliter concessurus &c.ex de offi.vi.c.fi.lib.6.& respondent ad dictam decre.is cui.quod loquitur in visitatore, non in coadiutore. dicit Io. And. tu dic quõd si coadiutor datur ad aliquid certũ, puta ad administrationẽ tpaliũ tñ nõ confert bñficia, qꝛ illa cõfer prælatus vt prius de cõsensu coadiutoris. Si vero datus ẽ demẽti vel simili sine authoritate papæ, siue sine eius authoritate eo casu quo sic supra dixi dari potuit, tunc beneficia confert non obstante dicta decretali vltima de offi.vica. quia loquitur in procuratore, vel vicario, per cuius potestatis defectum non impeditur prouisio, quam constituens facere potest, quæ vult quõd officialis vel vicarius episcopi generalis non potest beneficia cõferre, nisi beneficiorum collatio eis sit commissa. sed hic secus. alias nimis posset retardari ecclesiarum ꝓuisio, quod esset nimis absonũ. Nec obstat. c.vltimum.de supplen.negli.præla.lib.6. vbi visitator datus cathedrali ecclesiæ vacanti & capitulo negligenti, vel malitiosè administranti, non confert beneficia, quia ibi propter

Quæstio. Respond. — Ioã. And. — Pro intellectu decretalis vltimæ de of. vica.

vacationem ecclesiæ impeditur prouisio, quæ sicut non trāsit in capitulum, ita nec in visitatorem, ibi datum ab alio quā papa. Item præsumitur propter tempora à iure statuta, ꝙ cito cathedrali ecclesiæ prouideatur, ita ꝙ illa in breui non vacante nō poterit prouidere illi ecclesiæ talis visitator.

6 Ad quintam. quæstionē in qua quæritur† de tempore quo spirat officium coadiutoris. Respondetur ꝙ mortuo illo, cui datus est, vt extra de supplen. negli. præla. grandi. in fi. lib. 6. Et hoc intelligit Ioā. Andr. etiam in morte ciuili, vt quia ille renūtiat vel deponitur quo casu quo ad ecclesiā censetur mortuus, vt. ĵ. ea. q. §. ecce. De hoc materia vide plene per Ioan. Andr. de cle. egro. cap. Lege. ¶[Scripsit me præcipere id est, vt ego præcipiam. Hug. construe sic. Episcopum succedere Ioanni episcopo. primæ Iustiniani sedis. i. salonitane. quia Iustinianus primo ibi resedit, alij dicunt Rauennā, & non Salonam esse primam Iustiniani sedē. Sed hoc melius distinctum est supra dist. 63. §. his oībus. Hug. [Episcopi iura]. i. episcopalia officia. Hug. [& ꝙ nusquā] repetenda est constructio. sic & scripsit, ꝙ ego præciperē, vt episcopus succedat pro ægritudine episcopi, quod nusquā canones præcipiunt. i. permittunt, nisi ille primo re-

7 nuntiet. ar.† quod à canone non est concessum ab aliquo non est præsumendum. ar. 2. q. 5. consuluisti. [suggerendū]. i. admonendus & inducendus est, vt sibi coadiutorē dari petat, alias nollet eoipso malignus apparet. vt. ĵ. eo. §. ecce dicā. Archid. [dispēsator]. i. coadiutor [curam oēm.] & in temporalibus & spiritualibus, si est episcopus qui ei acquiritur alias omnē curā in temporalibus & illis spiritualibus quæ possunt fieri à tali acquisito. Si. n. non est episcopus per vicinos episcopos administrabuntur ibi episcopalia. ĵ. e. pontifices. Hug. [offendatur] quod esset, si ille inuitus remoueretur vel eo non renuntianti alter substitueretur. Hug. [neglecta.] quod esset si adiutor ei non daretur. Hug.

Respondet Io. And.

Exponit literam

1 *Causæ propter quas quis in præsenti vita punitur.*



Vm percussio. Ad idē est hoc. c. qđ est eiusdē Gregorij in registro. summa est in rubro. & videtur esse rō eius quod dictum est in præcedēti. c. s. ꝙ episcopus propter ægritudinē non erat remouendus. Lege. ¶[Cum percussio. vtrū pro purgatione] .s. alicuius peccati commissi. [pro vindicta.] ostendenda. i. pro demonstratione æternæ vindictę quæ hic incipit & nūquam finitur, vel pro purgatione. i. pro probatione, vt. s. quis reddatur purgatior. i. probatior & melior pro vindicta cōmissi peccati. Hug. ¶ Pro intellectu pleniori huius partis quærēdum venit.† quot de causis aliquis in vita præsenti puniatur. Et re-

1 spondetur. 10. de causis, vt tam Hug. hic quam Albertus magnus tangit super Io. c. 9. primo. n. infligitur pœna alicui propter reatū culpæ, sicut Maria soror Moysi percussa est lepra propter peccatum murmuris. Nume. 12. & Giezi propter simoniā. 4. Reg. 5. ¶ Secundo ad virtutis probationē, & manifestationē, ne virtus eorum in aduersis lateat, sicut Iob. 1. & Thobię. 12. quia placuisti Deo necesse est vt probatio te probaret. ¶ Tertio ad virtutis humilitatis conseruationē, sicut in Paulo cui datus est stimulus carnis, ne magnitudo reuelationum extolleret eū. 2. ad Cor. 10. ¶ Quarto ꝓ diuini cōsilij dispensationem. vt in Christo Lucæ. 24. Nonne sic oportuit pati Christū &c. ¶ Quinto ad diuinę virtutis in Christo latentis manifestationē, vt diuinę virtutis operatio manifesta fiat causa salutis, vt in cęco nato. Io. 9. ¶ Sexto vt in alijs gloria passionis impigra fiat. ad Heb. 12. cōsiderate eum, qui talem à peccatoribus sustinuit cōtradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes &c. ¶ Septimo ad purgationem delictorum, vt paralyticus, & sicut multi hodie flagellantur. Psal. 6. infirmus sum sana me domine &c. ¶ Octauo ad initium & ostensionē pœnæ æternæ siue vt mors iudicij ęterni iam in ipsum præueniat. s. vt hic inchoetur, & videatur quid in futurū sequi debeat, vt in herode, de quo legitur ꝙ eius carnes in hac vita vermibus scaturire ceperūt, sic etiā multi quotidie puniuntur. s. vt initiū suæ pœnæ habeāt, & in alia vita ei æternaliter subiaceāt, vt de pe. dist. 3. §. authoritas. ¶ Nono vt exemplum patientiæ & similia sustinendi alijs præbeant vt martyres. ¶ Decimo vt proficiāt sicut multi puniuntur quotidie [iudiciū] quare Deus det infirmitatē remotū est à cognitione nostra: quia Psal. 35. dicitur, iudicia Dei abyssus multa. vnde non debet propter infirmitatē episcopus amoueri, ne simus diuini iudicij præsumptores, cuius iudicia sunt imperscrutabilia. ad Ro. 11. quia existente episcopo bono & probo Deus sibi immittit tribulationes aliquādo, sicut Aug. de se ait primo de ciuit. Dei. c. 29. Deus enim cū me aduersis reb⁹ exagitat, aut merita examinat, aut peccata castigat, mercedēque mihi æternā pro toleratis piè malis, temporalibus seruat. non ergo rectè iudicatur, quòd patiens aduersa reprobet. & de hoc vide. ĵ. e. aduersitas. [flagellatis] sufficienter. gl. de hoc legitur. & no. extra de iudi. at si clerici. in fi. Arch. [addi afflictio]. i. vt episcopi ęgroti remoueantur & alij substituantur. Hu. [ne nos offensa respiciat]. i. culpa, qua Deus offenditur. [respiciat]. i. sequat nos, & arripiat, quia si afflictis addimus afflictionem, peccamus.

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet Albertus.

August.

1 *Priuatus ecclesia propter non residentiam probata iusta causa absentiæ restituitur.*

2 *Clericus qui ab ecclesia sua se absentat quanto tempore debet expectari.*

Et an possit priuari ecclesia absque alia admonitione nu. 3.

4 *Episcopus si concedit vni aliquod beneficium, quod concedere non potuit, & illud illi remoueatur, an teneatur illi prouidere de simili.*



Ræsentium. Ad idē sequitur hoc. c. quod est eiusdem Gregorij in registro. summa est quòd ꝓ infirmitatē non est quis à suo statu amouēdus, cum sit ei magis compatiendū quā iniuriādū, vel sic magis in speciali. † priuatus ecclesia pro-

1 pter non residentiā probata iusta causa absentiæ restituitur, & sibi substitutus inde remouetur, cui de alia ecclesia est ꝓuidendū nisi per simoniā fuerit substitutus, quo casu ab ordine est deponendus. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima ponit querelā. in secunda prouidet causam cōmittendo. secunda ibi hortamur. Leg. ¶[Præsentiā.] pro huius intellectu notatur sic casus iuxta Hug. Adeodatus erat capellanus in quadam ecclesia, & petita licentia sui episcopi secessit ad quēdam alium locum, pro quibusdam suis negotijs ordinandis, & ibi infirmatus est. Occasione tñ infirmitatis defuit ab ecclesia sua duobus mēsibus, qua occasione Quintianus episcopus eius alium presbyterum in illa ecclesia collocauit, de quo facto Adeodatus conquestus est Gregorio. Scribit ergo Gregorius clemētio primati ipsius quintiani, vt cognoscat de ista causa. & si inuenerit istum fuisse impeditū iusta causa iustæ ęgritudinis, restituat ei ecclesiam suam & ille. s. presbyter substitutus inde remoueatur, & in alia ecclesia ponatur, nisi per simoniam obtinuerit dictam ecclesiam quo casu deponatur. sequitur in litera tex. [petitiones Adeodati] .i. petitorij. s. libelli quem obtulerat Adeodatus in quo contin ebatur querimonia, & petitio Adeodati, q̄ papa fecit scribi in fine huius epistolæ quā misit illi, vnde sequitur [subdite] .i. subscripte huic epistolæ. Hu. [relaxatum]. i. licentiatū. Hu. [asserit.] Adeodatus. [duorū mēsiū] cū nec per tres septimanas quis deesse debet suæ ecclesiæ. vt. ĵ. e. si quis in clero. Hu. [hortamur.] secunda pars per hoc verbū non datur iurisdictio. sic. 18. q. 2. dudū. & 2. q. 7. sicut inquit. vbi de hoc Archi. & ĵ. e. q. qualiter [manifestæ ęgritudinis.] innuitur à cōtrario sensu, ꝙ si sine necessitate, sed volūtariè à tanto tempore affuisset non restitueretur. [præiudicium.] hic vide quod legitur. & no. 15. q. 6. c. 1. in prin. Archi. restiui. Nota quòd mandatur restitutionem fieri, & tamen hic non fuit petita, nisi dicatur ꝙ sufficiebat spoliato se spoliatum conqueri vt no. in. c. quia præsulatus. i. q. 10. [volumus eum ordinari] hoc intellige si nesciuit esse spoliatum, vel putauit eum iustè spoliatū, alias ꝑpetuo debet remoueri ab officio. 2. q. 1. in primis. & 3. q. 2. audiuimus. Hu. & Arch [priuetur]. ĵ. e. sancitū. [repellēdæ]. i. non ad hoc vt repelleret necessitatē ecclesiæ, vel repellendæ necessitatis. i. non vt satisfaceret ecclesiæ in necessitate. Hu. ¶ Pro pleniori intellectu eorum quæ hic principaliter tan-

2 guntur, tria veniunt quærenda. ¶ Primum est† quāto tempore debeat expectari clericus, qui ab ecclesia sua se absentat.

3 ¶ Secundum est.† vtrum clericus se absentans vltra debitum tempus possit absque alia admonitione priuari ecclesia.

4 ¶ Tertium est.† vtrum si episcopus concedat vnum beneficium vni, quod concedere non potuit, & illud illi remoueatur teneatur illi prouidere de simili. ¶ Ad primū respondetur iuxta distinctionē causarum absentiæ iuxta Gof. & Host. in summis eorum. Aut enim clericus absentat se ab ecclesia causa cupiditatis, vt quia sine licentia sui superioris eam dimittit, & aliam accipit, tunc est conclusio. quòd talis care-

Diuisio.

Exponit literam. Casus.

Archid.

Prima q.

Secūda q.

Tertia q.

Respōdet primæ q.

talis carebit habita & ambita, vt.j. ead.q.c. si quis episcopus. & extra de transla.epi.c.quanto.& sic nullo tēpore expectabitur nisi prima ecclesia eū reuocare velit.vt.j.e.q.nō oportet.&.18.q.2.abbates. Si vero causa lucri puta negotiationis,tunc est conclusio ꝙ talis non expectabitur, si tamē placet ecclesiæ,ꝙ reuocetur citandus est arbitrarie ſm Host.in summa tit. de cle.non resi.§.vlti. & ita intelligitur,quòd per vnam solam horā expectetur.92.di.c.vlti.vel per duos mēses vt in præsenti.c.vel ꝑ tres septimanas.vt.j.e.q.c. si quis in clero,vel ꝑ quinq; mēses.c.di.qm̄. vel ꝑ tres mēses.75. di.qm̄ qdē. vel ꝑ quinq; annos,vel ꝑ.10.extra de cler.non resi.c.2. &.c.ex parte.&.c.qualiter. Si vero cā reipublicæ vtpote quia est in seruitio episcopi,vel papæ,tunc est conclusio, quod talis excusabitur,quandiu tali seruito episcopi vel papæ insistit iuxta ea,quæ leg.& not.extra de cle.non resi.c.decetero.&. c.cum dilectus, &.c.ad audientiam. si vero talis clericus se absentat rōne maioris vtilitatis, vt quia de licentia sui superioris dimittit eam, & promouetur ad aliam, vt ibi maiores fructus faciat,vt extra de rerum permu.quæsitū. tunc est cōclusio,qđ expectabit,sicut est in canonibus diffinitū hoc est donec habeat quietā possessionē bonorū secūdæ ecclesiæ, & lapsum sit tp̄s de consecrandis episcopis vt extra de electio. cum in cunctis.§.cum vero.&.21.q.2. si quis iam translatus. si vero se absentat causa necessitatis, vtpote hostilitatis, aut infirmitatis,vel quia aer infectus est,& pestiferus,tunc est cōclusio, ꝙ talis expectabitur quousq; cesset hostilitas. vt.j.ea. pastoralis.saluis his quæ notantur extra de renun.post translationem, vel donec cesset infirmitas,vt in præsenti.c.tn̄ si infirmitas sit perpetua,dabitur sibi coadiutor, vt in.c. præcedenti.& extra de cle.ęgro.c.penul.& vlti. si vero causa humilitatis se absentet,vt quia intrat religionē,& tunc aut intrat, propter crimen,& tunc est conclusio quòd non resurget nec expectabit amplius post ingressum, vt.j.e.q.hoc nequaquā, nisi ſm ꝙ distinguitur.extra de renun.post translationem.§. quanquam aut intrauit de alia causa,& tunc est conclusio, ꝙ expectabitur per annum,vt extra de regula.statuimus, & eo. ti.c.beneficium.lib.6.si vero absentat se causa voluntatis,vtpote quia non offert consecrationi.j.sex menses,& tunc est conclusio quæ ponitur extra de transla.episcopi.c.inter corporalia §.sed nec. vbi habetur ꝙ si electus.j. sex menses per suam negligentiam tenuerit ecclesiā viduatā,nec ibi nec alibi donū consecrationis accipiat in metropolitani sui cadat iudicio.Si vero absentat se causa voluptatis, tunc refert, aut habet ecclesiam pro derelicta,vt quia duxit vxorem,vel factus est miles,his duobus casibus fingitur habere ecclesiam pro derelicta,vt not.Innoc.de cle.non resi.c.si.vel aliam vitā assumit primæ contrariā.C.de muneri.puero.lib.10. quo casu amplius non expectabitur.extra de cle.coniug.c. diuersis falla.aut non habet ecclesiam pro derelicta,& tūc si habet iustum impedimentum,puta infirmitatis vel inimicitiæ, tunc est conclusio.quòd excusatur.vt extra de cleri.non resi.inter quatuor.sed cessante impedimento,debet redire ad ecclesiā. vt.j.ea.q.c.pastoralis.si vero absentat se causa probitatis, puta studij.ut.ff.ex qui.cau.in integr.resti.l.necnon. vel honestatis,puta causa peregrinationis,quam non debet facere sine licentia sui superioris,de conse.dist.5.non oportet,tunc est cōclusio, quòd si habet licētiam expectabitur quousq; finitum sit tēpus quo potuit reuerti.ar.ff.de verb.obli. cōtinuus quo elapso citabitur,sed si non habet licentiam expectabitur per sex menses. Si vero absentat se causa specialitatis, puta priuilegij,sibi concessi, tunc est conclusio, quod excusatur nisi ex causa reuocetur.¶ Ad secūdā quæstionem qua quæritur, vtrum clericus se absentans vltra tempus assignatum & debitum tempus possit absq; alia admonitione priuari ecclesia sua. Ad hoc respondendum est sub ista conclusione. quod absens semper debet moueri antequam priuetur qualitercunque sit absens.ista cōclu.est Ber.& Hosti.tam in.c.qm̄. extra vt lite non contest.& de cle.non resi.c.2.&.c.ex parte,&.cap. qualiter. vnde iuxta hos doctores sit ista prima conclu.ꝙ si aliquis est in loco vbi possit citari,vel in studio vel in aliquo loco manifeste, quòd non latitat platus ipsius ipsum legitimè monere debet vt ad suam ecclesiam reuertatur infra tempus conueniens ſm locorum distātiam, & temporis qualitatem ab ipso prælato præfigendū,quod si non fecerit poterit postmodum suo beneficio spoliari,nisi rationabilem causam ostēdat,quare venire non possit. vt extra de cle.non resi.c. inter quatuor.&.c.vlti.& ex.de app.c.peruenit.¶ Secunda cōclu. si aliquis de licētia prælati sui se absentat vsq; ad tempus sibi

Hostien.

Innocen.

Respōdet ad secundam.q.

Prima cōclusio

Secūda cōclusio.

statutum infra quod reuertatur, tūc si non reuertatur ad terminum, episcopus potest illum priuare nisi iusta causa impediatur,vt manifeste colligitur ex.c.præsenti.sed Io. An.dicit hoc intelligendū,qn̄ in termino expresso.vel tacito fuit monitus sub pœna priuationis ad reuersionem. ¶ Ad tertiam quæstionem. Respondetur per hanc distinctionem. aut vterq;.s.conferens & recipiens sciebant alium habere ius in beneficio,aut vterq; ignorabat, aut alter sciebat,& alter ignorabat.in primo casu est conclusio.quod episcopus non tenetur sibi prouidere, imo dolus cum dolo compensatur.ff. de dolo.l.si duo. & de compensa.l.si ambo,& extra de adul.c.pē. & vlti.¶ In secundo casu venit distinguendum.aut recipiēs non est ordinatus ad beneficium seu ad titulum illius beneficij,& tunc est cōclu. qđ in nullo beneficio tenetur illi episcopus prouidere.ar.ff. de edi.edic.l. ad res donatas cum multis alijs.aut est ordinatus, & tunc est conclusio, quod tenetur ei episcopus assignare non dico ęquiualens,sed competens beneficium id est necessarium,vt legitur & not.in.c. cum secundum apostolum. extra de præben.& dig. ¶ In tertio distinguendum est etiam.aut recipiens scit,& non conferens, & tunc est conclu.quòd tali non est prouidendum, quoniam à seipso decipitur,vt in legibus proximè allegatis.aut episcopus conferens sciuit,quòd ipsum donare non poterat & recipiens ignorauit,& tunc est conclu.quòd consimile beneficium ei conferre tenetur,vt patet ex hoc.c.præsentium.arg. extra de præben.& dig.c. inter cætera. & de iure patro.c.pastoralis.cum alijs ibi allegatis,& tantum sit pro nunc dictum de ista conclusione.

Io. And.

Respondet ad tertia q.

1 *Capitulum potest dare licentiam ordinandi vacante ecclesia.*

2 *Facta causa necessitatis nulli præiudicant.*



Ontifices. Ad idē sequitur hoc.ca, qđ est papæ.Nicolai.summa est in rubro.diuidi potest hoc.c.in duas partes.in prima dicit,ꝙ p̄lati non sunt à suis prælaturis propter infirmitatem remouendi. in secūda quod etiam non licet episcopis ꝓpria authoritate suis prælationibus renuntiare. secunda ibi, episcopos. Lege.¶[Pontifices ęgritudine.]curabili vel incurabili.[abijciendi non sunt.]vbi damnatur opinio dicentium,quòd propter ægritudinem incurabilem episcopus debet ab ecclesia sua remoueri,quorum opinio pessima est. secundum Hugo. [subtracti]vel sponte abrenuntiauerint.Hug.& Arhi. [concesso].i.episcopis infirmis.Hug.[conqueruntur]subditi.s.clerici, vel laici.Hug.vel etiam episcopi,quod nō possunt exequi.Hug.& Archi.[quæ licita sunt]ipsis sacerdotibus,vt missas cantare baptizare,prædicare,& huiusmodi.ar.di.95.ecce. [quæ his]sacerdotibus.[præsumere non licet.] vt est dedicatio ecclesiarum,cōsecratio virginum, ordinatio clericorum, confirmatio puerorum,confectio chrismatis & huiusmodi, vt di.68.quamuis.Hu.[surrogentur]à superiori. [quòd si nō metropolitanū]ipsimet clerici surrogent,quod possunt.dist. 44.c.vlti.Hu.& Lau.& Archi. Alij dicunt, quòd ipsemet episcopus infirmus hoc pōt.s. adiutorem associare ad tempus, quod plus patet.& hoc visus est sentire Ber.q exponit.[surrogetur].i.postuletur.s.ab ipso episcopo infirmante.& hunc intellectum clare innuit Innocen.de offi. ordi. quod sedem. vbi allegat hoc.ca. ad probandū, quòd episcopus committit ea quæ sunt ordinis, & secundum hoc istud.c. non probat id ad quod communiter allegatur scilicet quod vacante ecclesia capitulum possit conuocare vicinos ad talia subsidia impēdenda,cum hoc capitulum non loquatur in ecclesia vacēte, & hoc notatur ibi,vsq; ad recipiendam sanitatem &c. quæ litera denotat ecclesiam non vacare.Arch.1hodie tn̄ vacante, ecclesia,capitulum potest dare licentiam ordinandi.vt extra de temp.ord.cum nullus.§.episcopo lib.6. Archid. [cum cautele studio] hoc duobus modis potest intelligi,scilicet vt singulis annis singulos inuitent episcopos,ne vnus veniens, singulis annis dicatur expresse à clericis nec aliquid sub hoc prætextu sibi acquirere credat, simile distin.24.presbyteri. Hug. [per occasionem necessitatis]id est ministerij ad quod necessario vocantur vicini episcopi. Hug.Lau. [ambitio.] ne petant de iure postea vocari illuc ad tale officium, ad quod vocati sunt ex necessitate , quod si facerent præsumeretur de eorum ambitione.Et est ar. 2 quòd ea quę necessitate fiunt nulli præiudicant.ar.16.quæst.3.prima.Hu.[Episcopus vero].2.pars[ab administratione eorum] scilicet gregis.

Diuisio.

Exponit literam

Innocen.

Archid.

est enim nomen collectiuum. Hug [talenti.] i. ministerij, & dispensationis, siue dignitatis. Hug. Lauren. [pulchritudo.] i. meritum [certamine] i. labore, & studio. [triplicetur.] i. crescat triplici fructu scilicet. 30 60 & centesimo. Hug.

1 *Occupatum verbum accipitur in bona significat one.*

2 *Præscissus aliquis dicitur eo ipso quod se in locum viuentis intrudit.*

3 *Intrusus vel schismaticus vel excommunicatus non potest disponere.*



Actus. Ad idē sequitur hoc. c. quod est Cypriani episcopi & martyris. summa huius c. & sequentis est. ꝙ episcopo viuente & non remoto non debet alius superordinari. Et nota ꝙ hæc. 5. sequentia capitula sunt eiusdē. s. Cypriani, & de eadem materia. Et potest diuidi. c. hoc in duas partes. In prima ponit canonicam fuisse electionem Cornelij. In secunda ostēdit omnem aliam factam postea esse inualidam. Secūda ibi, quo occupato. Lege. ¶ [Factus.] Pro declaratione notandus est casus. Mortuo quidem Fabiano papa canonice electus est Cornelius, & intronizatus, quem noluerunt recipere quidam schismatici, sed elegerunt nouatianum in papā ꝑ intrusionem. Iste nouatianus sic intrusus cepit multum molestare Cornelium, intantum ꝙ Cornelius volebat abrenuntiare. Loquitur ergo hic Cyprianus in his capitulis de hoc facto, & detestatur factum Nouatiani, ostendendo electionem illius prophanam, & detestabilem ab omnibus, & tandem dissuadet Cornelio, ne renūtiet, quia hoc non potest esse sine periculo, quod ostendit in alio. c. j. e. quā sit periculosum. sequitur in litera. [factus est] i. electus, vel consecratus Hug. [episcopus] s. post mortem fabiani olim papę. vt sequitur. Archi. [pone.] hoc dicit ꝓpter schismaticos, qui non consenserunt eius electioni. [locus petri] i. romana ecclesia. Hu [occupato] i. canonice accepto. † & accipitur in bona significatione. simile dist. 5. ad eius. & j. eo. q. §. cū vero. Hug. [foris.] ar. † ꝙ hoc ipso quis est præscissus, ꝙ se in locū viuentis intrudit. ar. 23. di. in nomine domini. Hu. & 24. q. 1. didicimus. Lau. Arc. [ordinationem] i. dispositionem. Hu. Archi. [non tenet vnitatem.] sic extra de app. pastoralis. quod dic, vt plene not. Innocen. Hosti. extra de cleri. nō resi. ex tue. Archi. ar. † ꝙ intrusus vel schismaticus vel excōmunicatus non pōt disponere de rebus ecclesię, & quę ab eo sunt reuocari, & irritari possunt. ar. 12. q. 2. alienationes. & c. præcarię. & est ar. ad quæstionem illam scolasticā, aliquis habet beneficium in duabus ecclesijs, excommunicatur ab episcopo vnius, vtrum debet amittere beneficium alterius, sic quia non debet gaudere de bonis ecclesiæ, qui extra ecclesiā est. ar. dis. 8. quo iure. & 23. q. 5. relegantes. Hu. [post primū] s. Cornelium. i. eo viuēte. s. Cornelio qui fuit electus primo. Hug. [post vnum ordinem esse spectandum] s. vt qui prior est tempore potior sit in iure. ar. di. 27. episcopos. & 75. di. c. vlti. Hug. [nullus.] fictio canonis est. fingit enim non esse qđ est, & hoc in odium inuasoris. 2. q. 7. non omnes vel nullus episcopus quo ad illam ecclesiam. Hug.

Diuisio.

Exponit literam.

Casus.

Lauren.
Archid.
Innocen.
Hostien.

1 *Episcopi debent esse antiqui grauitate, & quales esse debeant.*

2 *Schismatici an habeant aliquam potestatem.*



Ouatianus. Ad idē inducitur presens. c. quod est eiusdem Cypriani. summa eius est cum summa præcedentis. ca. Et diuiditur in duas partes. In prima parte improbat factum nouatiani ostendendo eum non legitimū sed adulterū esse episcopū, nō catholicū sed extraneū. in secūda concludit contra illū. secunda ibi, qui ergo. Lege. ¶ [Nouatianus.] propriū nomē est illius, qui viuente Cornelio fuit intrusus. de isto habetur. 24. q. 1. didicimus. Hug. & Arch. [episcopis] i. cardinalibus. Archi. [adulter.] iste nouatianus ideo non debet dici episcopus, primo quia viuente Cornelio episcopo est assumptus. secundo quia violenter & ambitiosè est intrusus. tertio quia hæreticus, & extra communionem ecclesiæ. vnde qui non erat filius, non debet pater & caput ecclesiæ subleuari. quarto qa forsan extra ecclesiam existens non fuit rite, & in forma ecclesiæ ordinatus. [à desertoribus] i. hæreticis, siue schismaticis q̄ vnitatem ecclesiæ deserunt, & cum sit vna ecclesia. Christus. n. vnam ecclesiam de latere vnde exiuit sanguis & aqua formauit, vt dicit Aug. sup Io. sicut formata fuit de latere viri Eua. Gene. 2. hanc sibi desponsauit vni viro virginem castam exhibere Christo. 1. ad Cor. 6. de qua ait Christus Cāticorum. 6. vna est sponsa mea vna est amica mea, colūba mea. [membra.] hoc sumptum est ex verbis apostoli, qui. 1. ad Cor. 12. ait. sicut vnum corpus est & multa membra habet, omnia autem mēbra corporis cum sint multa vnum corpus sunt ita & Christus multa membra habet in suo corpore, quod est ecclesia de quo Colo. 1. ipse est caput corporis ecclesię episcopatus vnus est, multipliciter exponitur à diuersis. primo sic ꝫm Hug. & Archi. [vnus est] i. dignitas episcopalis quantū in se est, vna est. s. propter idētitatem officij, & ordinis episcopalis, quasi non habito respectu ad pluralitatem personarum. vt. 24. q. 1. loquitur. secundo exponitur sic. [vnus est.] quia tota ecclesia per mundum diffusa vnus episcopatus in vnitate fidei, & charitate dicitur sub Christo, de quo dicitur. 1. Pet. 2. nunc conuersi estis ad pastorem, & episcopum animarū vestrarū. tertio sic. [vnus est] quia vna est superintendētia & vigilantia papæ. & eorum prælatorum quos in partem solicitudinis recipit. s. ad perducēdum gregem Christi ad pascua felicitatis æternæ. ista est vna concordia, & armonia dulcisona, quando princeps ecclesiæ supremus & alij principes minores exercitus ecclesiæ vnanimiter conueniunt ad saluhriter regendū & protegēdū ab hostibus populū Dei, & tūc .n. ecclesiæ bene conuenit illud Cantico. terribilis est, vt castrorum acies ordinata. [diffusus.] quantum ad diuersarū personarum officia siue ministeria. Hug. [ille post Dei traditionem] qui vult quòd sit vnum ouile & vnus pastor. Io. 10. post connexam & vbicunq; coniunctam catholicæ ecclesiæ vnitatem quæ cōsistit post Christum in ordine ad vnum pastorem & rectorem illius vice Christi fungentem, qui cornelius factus erat per canonicam electionem, quę à Deo per sanctos patres est instituta in. c. in nomine domini. di. 23. [humanam] i. non spiritualem, quasi quæ habeat fundamentum ab homine non à Deo. [ordinati sunt episcopi in ętate antiqua.] episcopi debent esse antiqui a grauitate, non tantum annorum ætate propter longęuam experientiam. sed etiā morum honestate quorum senectus veneranda. quæ non annorum numero computatur, sed cuius vita immaculata. Sapi. 3. vnde hac senectute dicuntur episcopi seniores sic Ioan. de se scribit senior Ioan. 2. Io. 1. & 3. Io. 1. & de tali dicit apostolus. 1. ad Ti. 4. seniorem ne increpaueris, sed obsecra, vt patrē [fide integri.] tales esse debent episcopi, qui alios docere debent, & informare in recta fide, quibus dr̄. 1. pet. 3. parati omni poscenti reddere rōnem de ea quæ in vobis est fide. [& in pressura prelati.] tales debēt esse episcopi, quibus dicitur Io. 16. in mundo pressuram habebitis, in me vero pacem, non debent quidē pressuram metuere qui tenentur alios in pressuris consolari, & confortare, vnde. 1. ad Cor. 1. Paulus ait. benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus consolari eos qui in omni pressura sunt ꝑ exhortationē, qua exhortamur, & ipsi à Deo, qm̄ sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundēt consolationes nostræ. [& in tribulatione proscripti] i. constātes & firmi, tales. n. debent esse episcopi, vt cum apostolo cōstanter dicant illud. 1. ad Cor. 4. tribulationem patimur & sustinemus blasphemamur & obsecram⁹. & 2. ad Cor. 4. in oībus tribulationem patimur sed non angustiamur &c. Alios pseudo episcopos. s. falsos & peruersos. [obstinatione] i. obstinata & peruersa doctrina. Hu. [peragrare] i. instituere, & imbuere. Hu. [schismaticos.] qui corpus Christi. s. ecclesiam nituntur ab vnitate per discordiā scindere [inter initia feruere. Gra. contra nouitios. s. magistros vel scholares vel milites vel consules & consimiles qui in princ. ferueentes sunt in suo officio vel studio, quam postea, cum potius deberet esse à cōtrario. ar. 23. q. 4. displicet. & c. non inuenitur. imo à minimis est incipiendū, vt ad maiora perueniatur. ar. dist. 48. sicut & dist. 61. statuimus, & de pe. dist. 2. §. hinc quæ. Hu. & glo. [qui ergo.] secūda pars. [nec episcopi potestatem nec honorē.] episcopi. n. non debent dici qui pacis vinculū rumpūt. Apostolis. n. & episcopis dn̄s ait Io. 14. pacem meam do vobis, & stans in medio eorū dixit, pax vobis. Lu. 24. Io. 20. vnde debēt seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. [potestatem.] ¶ Surgit hic quæstio. † vtrum schismatici habeant aliquam potestatem. & videtur quòd sic. primo. dicit. n. Augu. in lib. contra donatistas. sicut redeuntes ad ecclesiam qui priusquam recederent baptizati sunt, non rebaptizantur, ita redeuntes, qui priusquam recederent ordinati, non vtique rursus ordinantur

Diuisio.

Exponit literam.

August.

Canti. 6. b

a ¶ Debent esse antiq adde qđ debent esse nati ex legitimo matrimonio. Pet. de ancha. in. c. cum. in. num. 3. de elec. & episcopus nit appellatione sacerdotis. supra. 21. dist. cleros nisi in materia pœnali & odiosa Abb. in. c. nō potest. de re iudi. & in rub. de vi. & ho. cler. & in. c. si sacerdos. de offi. or. di.

Quæstio.

Primū ar.

Secūdū ar. ordinantur.sed ordo est potestas quædam, ergo schismatici habent potestatem aliquam, quia retinent ordinem. ¶ Secundò dicit August.libr. de vnico baptismo. potest sacramētum tradere separatus sicut pōt habere separatus, sed potestas tradendi sacramenta est maxima potestas.ergo schismatici qui sunt ab ecclesia separati, habent potestatem spirituale.
Tertiū ar ¶ Tertio sic.dicit Vrbanus papa.ꝙ ab episcopis quōdam catholicè ordinatis sed in schismate ab ecclesia romana separatis consecrati sunt eos, cum ad vnitatē ecclesiæ redierint seruatis proprijs ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si eos vita & scientia commendat, sed hoc nō esset nisi spiritualis potestas apud schismaticos remaneret.ergo schismatici habent spiritualem potestatem. ¶ In oppositū est tex. præsentis.c.& idem colligitur.24.q.2.& extra.de schisma.c.1. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Tho.in.2.2.& Alexand. de halis in.2.ꝙ duplex est spiritualis potestas. vna quidem sacramentalis. Alia iurisdictionalis.sacramentalis quidē potestas est, q̄ per aliquā consecrationem confertur. Omnes autem consecrationes ecclesiæ sunt immobiles manente re quæ cōsecratur, sicut patet in rebus etiā inanimatis.nā altare semel consecratum non consecratur iterum, nisi fuerit dissipatū.& ideo talis potestas ẜm suam essentiā manet in homine qui per cōsecrationem est eā adeptus quādiu viuit siue in schisma siue in hæresim labatur. quod patet ex hoc ꝙ rediens ad ecclesiā non iterum consecratur. & ẜm hoc sit ista prima conclusio. Schismatici qui prius per consecrationem potestatē aliquam ordinis sunt, adepti habent eandē quo ad essentiam, licet non quo ad licitam executionem, quandiu extra vnitatem ecclesiæ manent. prima pars conclusionis patet ex iam dictis. secunda pars sic ostenditur, potestas inferior non debet exire in actum nisi secundum quod mouetur à potestate superiori, vt etiā in rebus naturalibus patet. inde est quod tales vsum potestatis amittunt, ita.s.ꝙ non liceat eis sua potestate vti si tñ vsi fuerint eorū potestas effectum habet in sacramentalibus, quia in his homo non operatur nisi sicut instrumentum Dei. vnde effectus sacramentales non excluduntur propter culpā, quantumcunq; conferentis sacramentum, potestas aūt iurisdictionalis est, quæ ex simplici iniunctione hominis cōfert, & talis ptās nō immobiliter adheret. & de hac sit ista cōclusio.ꝙ talis potestas iurisdictionalis non manet in schismaticis nec in hæreticis. vnde non possunt absoluere nec excōmunicare nec indulgētias dare, aut aliquid huiusmodi, quod si fecerint, nihil est actum patet conclusio, quia cum sint extra vnitatem ecclesiæ, nihil iurisdictionis habere possunt super fideles qui sunt ecclesiæ membra, vt satis patet extra de schismaticis.c.1.& sic patet quid dicēdum est ad quæstionē, & sic patet responsio ad obiecta.

Opponit contrariū. Respōdet S. Thom — Prima cōclusio. — Secūda cōclusio.

SCire. Ad idē est. hoc.c.quod est eiusdē Cypriani.summa satis patet in rubro, vel sic potest summari. Qui episcopi communionē non habet non est dicēdus esse in ecclesia, & ita hoc capitulū ostēdit, ꝙ ille qui viuenti & nō remoto sub stituitur per intrusionē nō est in cōioneepi, & ita nō est in ecclesia, & ita facit ad propositū. Loquitur.n.de facto nouatiani ẜm Hug.& Archi. Lege tex. ¶ [Scire episcopum in ecclesia.] per gubernationem. præest.n.ei tanquā gubernator & caput, vel in ecclesia.i.in vnitate ecclesię sicut caput est in vnitate corporis. Hug.& Archi [ecclesia in episcopo.] per obedientiam & subiectionē. subest.n.ei tanquā membrorum capiti. [vel in episcopo].i.gubernatione episcopi, qa ab eo gubernatur & regitur. hinc accipiuntur duo argumenta. primum respondet.8.q.valet an conueniens sit ista quæ cōmuniter fit promotio episcoporum titularium, & videtur ꝙ non, quia quemadmodum monstruosum est, ꝙ caput non sit in corpore, & corpus non habet caput, sic monstruosum esse videtur esse episcopum, qui nō est in ecclesia, nec habēs fidelium congregationem contra eos qui episcopi fiunt sine ecclesia & plebe. vnde cum episcopus, vt dicit Aug. dicatur super intendens tales non videntur propriè esse episcopi, q non habent plebē cui superintēdant, nec quibus prosint, & tales non vidētur desiderare episcopatum propter bonū opus sed propter hoc vt nodus religionis in ipsis soluatur. Secundum arg. colligitur per quod posset responderi ad quęstionē. vtrum conueniens sit exemptio, qua capitula passim eximūtur ab episcopis, quoniam monstruosum esse videtur vt qui est caput & rector omnium fidelium diocesis suæ, nō sit caput & gubernator animarum, & negotiorum capituli, & nō præsit eis, vt pater filijs, nihilominus tamē vt alias duce Deo disputabimus pro loco & tempore exemptiones sunt vtiles, & quandoque necessarię. sequitur in litera. [cum episcopo].i. cum communione episcopi [non sic de merito suo.] quia.s. iuste eum excommunicauit, & à sua communione eum separauit. Si vero iniuste sit excommunicatus ab episcopo, non ideo est foris, quātū ad Deum licet bene quo ad perceptionem sacramentorum est.n. in spirituali communione licet non in sacramentali. vt.24.q.3.si quis non recto. Hug. [obrepunt].i.latenter vel contra ius communicant. vnde sequitur [&].i.latenter. Hug. [credunt.] quia nihil valet talis communio, nec propter hoc sunt in spirituali communione ecclesiæ: Hu. [scissa non sit] quia tota consistit in vnitate fidei. vt.16.q.7. sicut & vnitas sectionem non ca. vt.24.q.1.loquitur.

Exponit literam. — Aug. — Exponit literam.

2 *Papæ qui renuntiauerint papatui.*
7 *Iacob petendo sibi vendi primogenituram non commisit simoniam, nec peccauit.*
8 *Esau peccauit non solum peccato gulæ, sed etiam peccato simoniæ.*
9 *Iura primogenitorum quę fuerint.*
10 *Renuntians honori suo non potest illum repetere.*



QVam periculosum. Ad idē inducit hoc.c. quod est eiusdem Cypriani. summa. periculosum est iuri suo renuntiare. quia qui semel iuri suo renuntiat, amplius illud repetere non potest. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit quod dictum est. in secunda illud probat exemplo. secunda ibi, scriptura. pro notitia literæ est sciendum, quod Cornelius papa propter schisma & tribulationes quibus molestabatur à nouatiano intruso volebat papatui renuntiare. Cyprianus autem episcopus hoc intelligens, dehortatur eum, & dicit quod nō pōt hoc facere sine suo periculo & aliorū, quia alij etiam inde lederentur si dimitteret ecclesiam in tanta tribulatione in manu vnius intrusi & schismatici, nec posset postea repetere. ¶ Pro pleniori intelligentia huius.c. veniunt plura quærenda. Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum papa possit renuntiare papatui.
3 ¶ Secundum est vtrum papa possit instituere quòd papa nō possit renuntiare.
4 ¶ Tertium est vtrum semper licitum sit papæ renuntiare:
5 ¶ Quartum est vtrum clericus qui indebitis exactionibus grauatus ab episcopo, ira commotus in manibus eiusdem beneficium renuntiauit, post renuntiationem illud repetere poterit.
6 ¶ Quintum vtrum Iacob simoniam commiserit vendendo edulium Esau, & Esau renūtiando iuri primogenituræ propter edulium. Primū ar.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur quòd papa non possit renuntiare papatui primo sic. potestas papalis est à Deo sicut potestas characteris sacerdotalis, sed nullus sacerdos renūtiare pōt potestati clauiū ordinis, quin semper maneat verus sacerdos, & etiam verus episcopus si episcopus primo fuerit. ergo nec papa pōt papatui renuntiare. ¶ Secundo sic. maior est vnio summi pōtificis ad ecclesiā, quam sit viri ad vxorem quia hæc est corporalis, illa spiritualis. sed consummato matrimonio vir non potest separari ab vxore, nisi per mortem. quia quos Deus coniunxit homo non separet. ergo nec summus pontifex ab ecclesia pōt separari. ¶ Tertio & confirmatur ratio præcedēs, fortius est vinculum spirituale, quam carnale, vt in.c. inter corporalia. extra de transla.epi. sed consensu interueniente per verba de præsenti vinculum matrimoniale tolli nō potest, ergo multo minus vinculum cōtractum inter papam & ecclesiam. ¶ Quarto sic. Omnis cessio vel renuntiatio debet fieri in manu alicuius superioris dijudicantis causam cessionis vel renuntiationis. Nullus enim debet in sua causa iudex esse, nec etiam inferior debet de superiore iudicare. sed summus pontifex superiorem non habet. ergo renuntiare non potest. ¶ Oppositum colligitur ex præsenti.c. in quo Cornelius volebat renuntiare. ¶ Respondeo dicendum, quod papa potest renuntiare. ista conclusio ostenditur vera tripliciter, s. authoritate, exēplis, & rōnibus, primo quidem ostēdit authoritate vniuersalis ecclesiæ in.c.1.ex. de renūtia. libr.6. vbi ista conclusio est iam determinata. ¶ Secundo exemplis patet. †nam leguntur summi pontifices renuntiasse sicut beatus Clemens. de quo. infra octauo. quæstio.1.
2

Secūdū ar. — Mat. 19. a — Tertiū ar. — Quartū ar. — Opponit & Respō.

item beatus ciricus sicut patet in legenda.11. milium virginum. item marcellinus.vt not.vigesimo nono.distin.item cœlestinus, vt patet in præfato.c.1.de renun.li.6. ¶ Tertiò ostenditur eadem cōclusio rationibus. primo sic,non minor libertas est attribuenda summo pontifici in his quæ pertinēt ad salutē suā,& in his quę pôt vitare p.p detrimētū proprię salutis,quā cuiuscūq; alterius,sed alijs prælatis ecclesiæ propter ipsorum salutem & etiam subditorum conceditur quòd in certis casibus renuntiare possint, vt habetur extra de renun. nisi cum pridem.ergo etiam papa potest renuntiare.¶ Secundò sic,ad ea quæ sunt impossibilia nullus debet cogi.nam esse receptum est de re possibili.Cum ergo possit contingere papam electum sic esse vel fieri indispositum ad exercendum officium papale,aut ratione infirmitatis,aut ratione superuenientis facultatis,vt non solum sit difficile,sed etiam impossibile talem electum dictum officium exercere, ergo consonum videtur rationi, vt nulli papæ claudatur via quin renuntiare possit.¶ Tertiò ratione sumpta ex parte ipsius papatus arguitur sic.papatus non est nomen ordinis,sed est nomen dignitatis vel officij. vnde aliquis est verus papa ante sui consecrationem. nam potestas papalis nihil ordinis addit super episcopalem,sed solum potestatem iurisdictionis. Talis autem potestas mobilis est, ergo sequitur quòd tali potestati potest papa renuntiare quantum ex parte sua.¶ Quarto sic arguendo ex parte finis qui intenditur sic. Non est congruum rationi,vt id quod institutum est bono reipublicæ contra tale bonum debeat militare, quia vt dicit iurisconsultus in princip.digestorum. in titul. de legi. nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro salute hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem, cum ergo officium papatus à Deo institutū sit pro vtilitate totius ecclesiæ, non est consonum rationi, ꝙ si papa electus ad tale officium exercendum efficiatur impotens, præcludatur via,vt non possit renuntiare,& alius eligi potentior & sufficientior ad tale officium pro vtilitate reipublicæ exercendum. ¶ Quinto sic.secundum Chrisostomum omnis res per quascunque nascitur per easdem dissoluitur, & habetur de reg.iur.c.1. quia nihil tam naturale est,q̄ ꝙ per eadem in contrarium facta res constituatur, & destituatur.vnde philosophus in ethic.ait, ꝙ ex eisdem in cōtrarium factis omnis virtus generatur,& corrumpitur, sed summus pontifex creatus per electionem cardinalium,& ipsius cōsensum.ergo per cōtrarium.s. per dissensum sui in certis casibus cum acceptione cardinalium renunciare potest,& cedere papatui, & si arguatur quòd simili mō de matrimonio carnali,potest dici, quòd sicut completur per consensum viri & vxoris,ita per eorundem dissensum separari posset. Nos ad hoc respondebimus in responsione danda ad rationes princip. quæstionis factas. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum & breuiter quia faciles sunt. ¶ Ad primam respondetur dupliciter. primo negando consequentiam,anima .n.rationalis à Deo est infusa corpori humano, nihilominus, tam naturaliter quàm violenter potest depelli de corpore, & separari ab eo,item gratia gratum faciens est à Deo per infusionem,nihilominus per peccatum mortale homo perdit eā. secundo respondetur quòd ratio non procedit, quoniam nō est similie de papatu & ordine episcopali seu sacerdotali, qa in talibus imprimitur character in anima, quia nulla renuntiatione perdi potest,sed potestas papalis non est huiusmodi, cum potestatem non ordinis sed iurisdictionis potestatem dicat,quæ sine aliqua consecratione datur. ¶ Ad secundam respondetur negando assumptum loquendo de maioritate firmitatis,licet.n.maior vnio summi pontificis ad ecclesiam sit maioritate dignitatis, quia ista spiritualis est,non tamen maioritate firmitatis & inhæsionis. vnde hic episcopus etiam post confirmationem & consecrationem transfertur de vna ecclesia ad aliā,vt patet extra de transla.epis. & potest renuntiare,non sic autem de carnali coniugio, maximè postquam fuerit consummatum, pari modo respondetur ad confirmationem, in qua dicitur quod spirituale vinculum fortius sit. dicitur.n. quòd vinculū dicitur fortius quia plus stringit,maiorem.n. curam & maiorem diligentiam debet habere sponsus carnalis de carnali sponsa,sed non est fortius temporis duratione,qa carnale cōiugiū & si separari possit q̄tū ad habitationē debiti,vel q̄tū ad habitationē,nunq̄ tñ separabitur sic ꝙ virū habeat aliam vxorē & vxor aliū virū.iuxta id quod apostolus dicit.1.ad Cor.7.præcipio non ego sed Deus vxorem à viro non discedere.¶ Ad quartam respondetur quòd est verum vbi est superior,sed hic propter impossibilitatem ius illud seruari non potest, vt dicit Ioan.And.in c.1.de renun.lib. 6.vnde hoc referendum est ad inferiores,qui habent superiores qui iudicare debent de causa cessionis,non autem ad summum pontificem,qui superiorem non habet. Alij.n.prælati sicut ex consensu electionis de se factæ non habent plenariā iurisdictionem administrandi, nisi confirmentur per superiorem est ordinatum.Secus est de papa,quia sicut eo ipso quòd consentit electioni, habet administrationem papalem, & sufficit ad hoc suus liber consensus,ita ad liberā resignationē.

Margin: Prima rō. — Secūda rō. — Tertia rō. — Quarta rō. — Quinta rō. Chrysost. — Ad primū arg. — Ad secūdū & tertium. — Ad quartū — Io.And.

3 **Ad secundam.** quæstionem qua quæritur. † An papa possit statutū facere quòd papa renuntiare non posset. Respondetur iuxta Augu.de Anchona quòd non. Tum quia tale statutum esset contra veritatem,& contra reipublicę vtilitatem vt ex dictis in præcedenti quæstione patet. Nullus.n.dubitare debet,quòd talis possit eligi in papam, qui nec sufficientia nec experientia sufficiens esset ad regendum totam ecclesiam, sicut aliquando factum est,vnde si tali renuntiari non liceret, ageret contra veritatē conscientiæ,& ex qua sub eius regimine ecclesia langueret,tale statutum esset cōtra commune bonum totius ecclesię. Eo ergo modo dicendum est papam tale statutum facere nō posse, sicut dicit Apostolus.2.ad Cor.13.Non possumus aliquid aduersus veritatem.

Margin: Respōdet. Augu st. de ancona. — Primū ar.

4 **Ad tertiam.** quæstionem qua quæritur† vtrū semper esset licitum papæ, quandocunq; vellet renuntiare,sic proceditur.Et videtur quòd sic, quia licet vnicuique renuntiare iuri suo.extra de regularibus ad apostolicam.&.c.statuimus.¶ In oppositum videtur tex.præsentis.c.vbi dicitur,quàm periculosum est.s.quātum ad animam vt exponit HU. & Arc.in diuinis rebus vt quis cedat iuri suo. ¶ Respondeo dicendum iuxta HU.in præsenti.c.quòd renuntiatio aut nocet sibi & alijs, aut sibi soli, si nocet sibi & alijs siue tantum alijs, tunc est conclusio quòd non est licitum sibi renuntiare, imo mortaliter peccaret renuntiando.ista conclusio est HU. quę videtur vera.Si vero renūtiatio sibi soli nocet,tunc est conclusio quod licitum est ei renuntiare propter regulam iuris supra inductam, ad apostolicam.

Margin: Opponitū contrariū. Respōdet

5 **Ad quartam.** quæstionem qua quæritur† vtrū clericus qui indebitis exactionib.grauatus ab episcopo ira commotus in manibus eiusdem episcopi beneficio renuntiauit,post renuntiationē suam statim vult illud repetere nunquid potest.Respondetur quòd potest dici quòd sic,sed si perseuerauerit aliquantulum, secus.& hoc secundum Hu.Sed Tan.dicit quòd non potest vlterius repetere secundum Bart.Brix.qui hanc quæstionem disputat, & est quæstio dominicalis & incipit,quidam clericus,&c.Sed vera solutio est iuxta Arch.& si aliquis renuntiat libera voluntate & eo animo, quòd dominium illius rei habere non vult vlterius,etiam absente illo cui renuntiatio prodest, illa renuntiatio oīno tenet & sibi præiudicat,& cuilibet parit exceptionē. arg.hic.&.C.qui accu.non pos.accusationem,extra de præsc. c.pen.ff.de acqui.hære.l.2. &.l.is potest.secūdum Inn.& Hos. qui ita notant extra de renun. veniens,ibi videas. & quod Archidi.dicit.17.q.2. consaldus.

Margin: Respōdet. Tācredus. Bar. Bri. Archid. — Innocen. Hostien.

6 **Ad quintam.** quæstionem qua quæritur † vtrum Iacob &c. Respōdetur sub duabus
7 conclusionibus.prima est† ꝙ Iacob petēdo sibi vendi primogenituram non commisit simoniam,nec peccauit.Ista cōclusio sic deducitur iuxta S.Tho.2.2.q.c. ar.4. & iuxta magistrū Nicolaum de lyra super Gene.c. 25.quia ius primogenituræ erat ipsius Iacob de iure,quia ex diuina ordinatione, quia minor fuit præpositus maiori. propter quod Malachiæ primo dicit dominus Iacob dilexi.Esau odio habui. Et apostolus. ad Ro.9.dicat quòd hoc dictum est de ipsis antequā nati fuissent ex diuina electione. Et sic patet quòd ex diuina sententia debebat ipsi Iacob ius primogenituræ, & illud fuit sibi reuelatum à matre. Esau vero de facto primogenituram possidebat. Et ideo licitum erat Iacob prædictum ius ad se retrahere caute,quòd fecit, quādo vidit ipsum Esau ita lassum veniētē de agro,quòd timebat mori,propter quòd tunc minus appretiabatur ius primogenituræ sicut dixit,heu morior, quid mihi proderunt primogenita. Vidit & ipsum concupiscentem,& petentem pulmētum quòd præparauerat, & per consequens tunc vidit tempus conueniens,quo ius primogenituræ sibi debitum per modum emptionis retrahere ad se poterat,quòd & fecit.Nec in hoc peccauit,quia non intendebat emere rem sacram, sed redimere vexationem suam.

Margin: Respōdet Prima cōclusio. S. Thom. Ni.de lyr.

¶ Secunda

S. Thom. Nicolaus de lyra.

¶ Secũda cõclusio est † ꝙ Esau peccauit nõ solũ peccato gulę inordinate cibũ appetendo, sed etiã peccato simoniæ, rem sacrã vẽdere intẽdẽdo. ista cõclusio est tã S. Tho. in loco preallē. & magistri Nicolai de lyra. Sed etiã est gl. in præsenti. c. sic dicẽtis. Esau cõmisit simoniã, quia illud ius spirituale erat ꝙ vendidit. Sed Hu. dicit eũ in hoc falsum dicere, quia vt inquit nullũ spirituale vẽdidit vel emit. ¶ Secundo quia Giezi primus cõmisit simoniã in veteri testamẽto. 1. q. 1. q studet. Sed salua pace. Hu. & Lau. & etiã Arc. qui eos videtur sequi, melius dicit in hac parte ex prima cõclusione posita. Rõnes vero Hu. quas facit cõtra glo. non procedunt. Non prima qa falsum præsupponit, tũ dicit ꝙ nullũ spirituale vẽdidit, quia tẽpore legis naturę quod tunc currebat primogeniti erant sacerdotes. sacerdotiũ vero semper fuit reputatũ quid sacrũ, & ita spũale. Et ideo vẽdẽs primogenita merito dr̃ cõmisisse simoniã. secũda rõ de. c. studet. non militat etiã, quia Esau nõ fuit tẽpore veteris testamẽti, sed tẽpore legis naturæ. in qua iste Esau fuit primus simoniacus sicut tẽpore veteris testamenti Giezi, & tẽpore gratiæ Simõ. & hæc tm̃ de ista q̃stione pro nũc. Lege. ¶ [Quã periculosum.] q̃tũ ad aĩam. si timore laboris & honoris t palis cedit. sicut Corneli⁹ facere volebat. Hug. [in rebus diuinis]. i. ecclesiasticis, & spiritualibus. Hoc dicit ad differẽtiã tẽporaliũ siue corporaliũ. habet. n. clericus ius in spiritualibus, & ius in tẽporalibus, ius in spiritualibus est officiũ admonẽdi, corrigẽdi, prædicandi, diuina officia celebrandi, sacramẽta ecclesiastica cõferẽdi & hmõi. ius in tẽporalibus siue corporalib⁹ est ius percipiẽdi tẽporalia. s. præbendã, stipendiũ ecclesiasticũ. Ex primo iure tenemur consulere alijs. Et ideo nõ possumus sine peccato renuntiare illi semp. ꝑm vr̃ respicere tm̃ lucrũ nostrum. Et ideo ei sine peccato possumus cedere, nisi forte cũ inde sustẽtamus alios qui alias sustentari non possunt, nec alias sufficimus. Et de primo iure loquit̃ hic Cyprianus. vel põt loqui de vtroq; generaliter. ¶ [Quã sit periculosum] quãtũ ad repetitionẽ. qa ex quo quis abrenũtiat ecclesiã põt illa repetere. ꝙ ꝓbatur per Esau. Et ad hũc sensum melius operat̃ litera sequẽs ꝑm Hu. [declarat] Gen. 25. [primatus suos]. i. iura primogenitorũ.

Exponit literam.

9 Sed hic surgit quęstio. † quæ dicunt fuisse iura primogenitorũ, dicẽdũ, quod primo erat dignitas sacerdotalis, quia primogenitus prę alijs in festis offerebat sacrificia, & habebat ad hoc vestẽ specialẽ. Itẽ ipse in solennibus cõuiuijs bñdicebat minoribus, recepturus finalẽ benedictionẽ à patre. Itẽ sedebat ad dexterã patris & duplã ciborũ portionẽ recipiebat [ꝙ

Quæstio. Respõdit.

10 semel cessit.] ar. † ꝙ ille qui renũtiat honori suo illũ repetere non potest. arg. 16. q. 1. ne pro cuiuslibet. Hu.

1 *Vnitas ecclesiæ an sit sacramentum.*



Enique. Ad idẽ sequit̃ hoc. c. ꝙ est eiusdẽ Cypriani q̃ cõtinuando de facto nouatiani intrusi & schismatici loquitur cõtra schismaticos & perturbatores pacis, ostẽdẽdo q̃ grauiter errãt, & quam grauiter veniãt puniẽdi. Sũma est in rubro. põt aũt diuidi in quatuor partes ꝑm ꝙ quatuor exẽplis ostẽdit schismaticos grauiter peccare. primo exẽplo. 10. tribuũ, q̃ ꝑꝑ schisma quod fecerũt captiuatę sunt, & dispersę, & ꝑcussę vltra mõtes caspios. secundo exẽplo samaritanorũ, ad quos ꝑꝑ peccatũ schismatis Christus prohibuit apostolos ire. tertio exẽplo Dathã & Abiron, qui ꝑꝑ peccatũ schismatis absorpti sunt à terra, quarto exẽplo chorę, & aliorũ. 250. qui propter peccatũ schismatis cõsumpti ab igne cęlitus misso. 2. ibi, Quod vero. Lege.

Diuisio.

1 ¶ [Deniq; vnitatis sacramentũ.] intransitiuẽ. i. vnitas ecclesiæ, quæ est sacramentũ. Hu. ¶ Sed hic surgit quęstio. † vtrũ sit verũ ꝙ vnitas ecclesiæ sit sacramentũ. Et videtur ꝙ non. Nã vt dr̃ sacræ rei signũ, vnitas aũt ecclesiæ ita dr̃ signata, ꝙ nõ significans. Vnde iuxta Augustinũ & Hieronymũ magister sententiarũ. in. 4. di. 8. dicit tria distinguenda in sacramento eucharistiæ. s. vnũ quod est tm̃ sacramentũ, alterum quod est sacramentum & res, tertium ꝙ est res & non sacramẽtũ. Sacramentum & non, res est spẽs visibilis panis & vini. Sacramentum & res est caro Christi propria & sanguis. Res & nõ sacramẽtũ mystica eius caro quæ est vnitas fidelium. hæc ille. ¶ In oppositum videtur tex. præsentis. c. ¶ Respondeo dicendum ꝙ tã Hu. quam Arc. exponunt sacramentum. i. sacrũ signatũ à corpore Christi. Sed ista expositio nulla est. Tũ qa sacramentum dr̃ signum sacræ rei, non ꝙ significatur à sacra re. Tũ quia in iam dictis sanctorum vnitas mystica ecclesiæ quantũcunq; significetur à corpore Christi negatur esse sacramentum. sed tm̃ dr̃ res significata & nõ cõtenta. vnde dicendũ est meo iudicio, ꝙ vnitas ecclesię dicitur sacramentũ eo modo, quo S. Th. respondet in tertia parte ad illud Thob. 12. Sacramentum regis abscõdere bonũ est, & illud, ad Ephe. 3. quæ sit dispensatio sacramenti à seculis in Deo. vbi dr̃ sic, ꝙ secretũ regis nõ solũ dr̃ secretũ, sed etiã sacrũ, & sacramẽtum. quia ꝑm antiquos sancta vel sacrosancta dicebãtur, quęcũque violari nõ licebat, sicut etiã muri ciuitatis, & personę in dignitatibus cõstitutę. Et ideo illa secreta siue diuina siue humana quæ nõ licet violari quibuslibet publicando dicuntur sacra. vel sacramenta: præterea etiam hac rõne iuramentum dr̃ sacramentũ. vt. 22. q. 5. & ibi, dr̃ paruuli qui sine ętate rõnabili sunt non cogantur iurare. & qui semel piuratus fuerit nec testis post hoc nec ad sacramentũ. i. ad iuramentũ accedat. hæc ibi. hoc ergo modo cum vnitas ecclesiæ violanda non sit, vt hic dr̃ cõtra schismaticos, merito Cyprianus eam vocat hac rõne sacramentum. i. rẽ inuiolabilẽ. vnde sequitur [inseparabilẽ.] quia vnitas sectionẽ non ca. vt. 24. q. 1. loquitur & schisma. Hu. [in libro regnorũ.] vt dicit Hieron. melius dr̃ regnum, quia non agitur ibi nisi de vno regno Iudęorũ, sed de pluribus regibus. Hu. hoc est primũ exemplũ, ꝙ inducitur ad probandum schismaticos graui pœna puniendos esse. [à tribu Iuda]. Legitur. n. 3. reg. 12. & . 2. paral. 6. ꝙ mortuo Salomone cõgregati sunt filij Israel ad Roboã filiũ eius dicentes. minue paululũ de graui iugo ꝙ imposuit nobis pater tuus & seruiemus tibi. Qui respondit. ite & redibitis tertia die ad me. interim consuluit seniores, qui dixerunt. Si hodie audieris eos leuiter loquẽs seruient tibi in ęternũ. postea consuluit adolescẽtes, qui dixerũt imperiose loquere populo cõminando, & timentes seruient tibi. redeunte aũt populo dixit ad eos. digitus meus minimus est grossior humero patris mei, pater meus cessit vos flagellis. ego cedã vos scorpionibus. Nam ego sum potentior patre meo, maiora faciam super vos, & indignati cesserũt ab eo, & tũc. 10. tribus constituerũt Ieroboam seruũ Salomonis regem super se, & recesserunt in Samariã. duæ vero tribus Iuda & Beniamin remanserũt cũ Roboã. & tũc separata est monarchia regni Iudęorum in duo regna, nec amplius redijt ad vnitatem, & dictũ est regnũ. 10. tribuũ Israel pro multitudine sui, nomen tñ Iacob sui patris sibi vendicans. alterũ vero regnum dictũ est, regnũ Iuda ob dignitatẽ regiæ tribus. Hugu. [rege suo.] i. Roboã filio Salomonis. Hu. [oĩ senũ Israel]. i. 10. tribubus Hu. [in directionẽ.] qa irreparabiliter captiuati sunt. vltra mõtes medorum & persarum. Hu. [A domo Dauid]. i. Roboã nepote Dauid. Hu. [alterũ regẽ]. s. Ieroboã seruũ Salomonis. Hu. [& tanta indignatio. hõ Dei]. s. Abdia propheta. Hanc historiã habes. 1. q. 1. si quis inq̃t. Hu. & Lau. ibi vide [in euãgelio] ꝑm exẽplũ, in euangelio Mat. 26. [manifestat]. s. Hu. [ꝙ ijdẽ] ar. ꝙ idẽ est populus, qui fuit ante mille annos. sic. 16. di. habeo. & . ff. de iudi. proponebat. ¶ Sed hic surgit quęstio quomodo dicantur ijdem cũ illæ. 10. tribus ante tempus Christi fuerunt captiuatæ vltra montes Caspios. nõ ergo põt dici, ꝙ ijdem essent rõne suæ cessionis. Ad hoc respondetur iuxta Hug. primo ꝙ aliqui de illis remãserãt in Samaria, ꝑ quibus hoc dr̃. vel secundo respondetur ꝙ alij erant ibi schismatici, qui sequebantur illos in schismate & in alijs vitijs. Et ideo dicebantur illi ijdẽ esse adhuc ibi rõne successionis, & quo ad locum, & quo ad vitia. quia isti successerãt & in loco, & in vitijs [adequari.] non quidem quo ad reatũ, sed quo ad prohibitionem domini. quia ex verbis domini ęqualiter intelligũtur prohibita. [Quod vero] responsio est ad tacitam quęstionẽ [nec hoc adiurare] quo ad vitam æternam, quod forte inquit Hu. & post eũ Archi. [id cõtingit] quia schismatici hunc articulum non credunt. s. vnam sanctam ecclesiam. & de talibus dr̃. qui in vno ostendit factus est omnium reus. de pe. di. fratres. isti tales & si fidem erga Deũ habere videantur, tñ erga Dei ecclesiam nõ tenẽtur. 24. q. 1. aduocauit. Sed quia nullus errans in vno articulo fidem habet de alijs, licet bene opinionẽ possit habere. ideo dicendnm est, quòd hoc dicit, quia bene stat schisma cũ vnitate fidei, licet schisma faciliter trãseat in infidelitatem & hæresim, vnde filij Israel cum rege suo ad infidelitatis idololatriã sunt lapsi. 3. Reg. 19. & hæc expositio est melior. [Nam chorę] tertiũ exemplũ, hanc historiam inuenies supra. 1. q. 1. si quis inquit Hug. [Numer.] 16. diuinitus [percussi] quia terra absorbuit Dathan, & Abirõ, choræ vero & alios. 250. de quibus est exemplum quartum ignis cęlitus missus consumpsit [thuribula] Numer. 16. [conflata.] vt de conse. di. 2. & dixit Hu. & Archi. [producũtur]. i. conuertuntur. i.

Exponit literam. Quæstio. Primũ ar.

Opponit & Respon.

Cõtra Hu. & archidiaconum.

Cõtra Hu. Lan. & Archidiaconum.

S. Thom.

Hierony.

Lauren.

Quæstio.

Respõdet.

Archid.

Archid.

tuntur[affiguntur]huiusmodi lamine.Hu.[scriptura]Num. 16.[non fecerant schisma.]fecerant quidem sed non sicut isti.quòd nunc hi faciunt scilicet Nouacianus & sui. Hu.



NOn furem. Ad idē est hoc.c.quòd est Leonis quarti, summa est in rubro. Breue est.Lege.¶[Non furē]vnde furem quia vt dicitur 10.1. Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.[viuentis.]& non legitimè remoti. Hu.& Arc.quod nō licuit vt.2.q.1.in primis.&.3.q.2. audiuimus.Hu.& de conces.preb.c.1. Arc.[pro donis.] notat simoniam interuenisse in datione pecunię quæ facit cito hominem deuiare.11.q.3.qui rectè pauper.Hug. (Exponit literam.)

1 *Similitudo inter matrimonium spirituale & carnale an ponatur conuenienter.*

2 *Episcopi dicuntur legati Dei.*



SIcut vir. Ad idē est hoc.c.ꝙ est Euaristæ papę.Sūma.quod episcopus non debet dimittere ecclesiam suam sicut nec vir vxorem.Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit, qđ episcopus absq; legitima eā ecclesiam dimittere non potest nec ecclesia episcopum,quod si fecerit per pęnitentiam sibi reconciliari cōpellitur.In.2. ostendit quòd episcopus debet subditos instruere, & ipsi eius doctrinam reuerenter suscipere.2.ibi,episcopum.Lege.¶[Sicut vir]¶. Hic surgit quæstio vtrum cōuenienter ponatur similitudo inter matrimonium spirituale & carnale. Et videtur quod non. primo quia in matrimonio carnali vxor propter fornicationem separata à viro non valet alij nubere.sed ecclesia episcopo remoto propter crimen renuntiante, pōt alium habere.ergo non est conueniens similitudo.¶Secundo sic.vir vel vxor in nullo casu potest simul habere plures vxores, vel plures viros.sed ecōtra vnus prælatus. pōt habere plures ecclesias,& vna ecclesia plures prælatos.vt.dist.70. sanctorum.&.10.q.3.vnio &.21.q.1.relatio.&.j.e.non autē ergo non est conueniens similitudo.In oppositum est.c.presens.&.j.eod.q.sicut alterius.&.21.q.2.sicut. & di.40.sicut. ¶Respondeo dicendum quòd cōueniens est similitudo quo ad aliqua, sed non quo ad omnia.ista conclusio patet quo ad primā partem. Est.n.similitudo in hoc,sicut patet 1.in litera quòd sicut vir non debet dimittere vxorē, sic nec episcopus ecclesiam.Item in hoc,ꝙ sicut vir docet & regit vxorē, sic episcopus debet docere, & regere ecclesiā.Itē in hoc quòd sicut vir diligit vxorem,ita episcopus debet diligere & amare ecclesiam.item in hoc,ꝙ sicut vxor non debet dimittere virum,vel illo viuēte alij copulari,& si eum dimiserit, debet ei reconciliari, vel manere innupta. sic & ecclesia non debet dimittere episcopū,vel illo viuo alteri copulari,& si eum dimittat debet ei reconciliari vel manere innupta.Item in hoc quod sicut debet subesse & obedire viro, & eum diligere sic & ecclesia debet facere episcopo. Quo ad partem secundam videlicet quòd non est similitudo quo ad omnia patet cōclusio ex argumentis inductis[adulterare].i.cum alia adulteriū comittere vxore dimissa.Quamuis.n.vir in veteri testamento, posset libellum dare repudij permittente lege ad vitādū vxoris homicidium, vt patet Deutero.24.hoc tamen Christus vetat.Mat.19.dicēs.quos Deus cōiunxit hō nō separet. vnde non potest quis vxorem dimittere quo ad torū. vt patet Matt.5. ne videatur patronus scelerū, quamuis possit eā sibi reconciliare[ita nec episcopus.]quia factus sponsus ecclesiæ non debet eam dimittere,nisi ex necessitate vrgente. [dimittant]sua authoritate, vel in casu non cōcesso.Hug.[absque ineuitabili].j.e.§.illud[regulari]extra de reg.licet.Arch. [& alteri ambitus causa iūgat].j.e.§.ambitionis.& sicut &c. sed iuxta Apostolum vxor cum non habeat potestatem corporis sui,sed vir,non debet per adulterium à viro discedere, & si fornicata discesserit,debet innupta manere, aut viro reconciliari.1.ad Cor.7.sic ecclesia &c.[dimittere episcopum suū.]sine causa iusta.Hug.[viuente]subaudi & non remoto. Hug.[& alterum episcopum.]nota quòd dicit episcopū,potest quidem accipere coadiutorem suo episcopo,sed nūquā ille coadiutor consecrabitur in episcopum illius ecclesiæ illo viuente.& non remoto vel non renuntiante.ar.hic.&.j.eo. q.quamuis.c.petisti.Hu. Et idem sentit hic Io.Archi.[fornicationis.]spiritualis.Et vocat hic idem fornicationē & adulterium.Hu.[Si vero desiderauerat]cum effectu. Hug. & sic nō obstat.de pen.di.1.§.cogitatio.[reconcilietur ecclesia].i. restituatur,vel recōcilietur ecclesia.i.clerici inter quos & episcopum orta est aliqua discordia[episcopum].2.pars. Hoc sumptū est ex verbis apostoli.2.ad Ti.4.prædic.insta opportune importune.[importune]quo ad rebelles, & audire nolentes.[opportune] quo ad deuotos,siue audire volentes[docere]quia oportet episcopum doctorem esse[regere.] qbus dicitur Actuū.20.Attendite vobis,& vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit regere ecclesiam[amare.]quia episcopus vt pater debet diligere subditos,vt filios,etiam amare & ecclesiā,vt sponsus sponsam. sapientiæ.8.Hanc amaui, & exquisiui mihi assumere sponsam,& vitam consequi ęternam.Iste debet esse finis cuiuslibet rectoris ecclesiarum, nō vt lac & lanam colligat, sed vt gregem suum à vitijs doceat abstinere,& vt pascua æternæ fęlicitatis cōsequatur, & illam doctrinā. Sicut.n.prælatus tenetur prædicare.ita subditi tenentur eius prædicationem audire & auditam tenere & defendere.vt di.43.dispensatio.&.11.q.3.nolite timere[vt le-
2 gatum Dei.]†Episcopi legati Dei sunt in quorū persona dicitur.2.ad Cor.5.pro Christo legatione fungimur [pconē.] Episcopum dicit præconem,quia vt dicit Grego.quicunque officium sacerdotis suscipit præco dicitur.di.43.sit rector. & in cle.1.de pœnis.in ver.episcopi enim dicuntur sanctissimi Christi legati.

(Exponit literam. Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Opponit & Respon. Archid. Greg.)

1 *Renuntiatio iuris vel beneficij ecclesiastici facienda est in scriptis.*

Ecce. §.est. Concludit Gratianus expr missis, & videtur ꝭm quendam intellectum bene soluere. Dicere.n.videtur quod nullus episcopus possit alteri substitui, nisi prius abrenuntiet,vel alia iusta causa remoueatur. Si sic magister Gratianus intellexit catholicus fuit,si aliter hæreticus.Hug.Lege.¶[Ecce, sed illud Gregorij].s.e.q.scriptis [perierit].i.abrenuntiauerit nō.n.sufficit velle & petere aliū sibi substitui,nisi ipse abrenūtiet.Hu.[Si vero.]pars est illius capituli.scripsit,sunt verba Gregorij.[petitionem].i.renuntiationē.Hu.[scripto].ad hoc exigitur scriptura,nec postea factum reuocetur in dubium.vt si voluerit repetere propria scriptura ei incipiat obuiare vt.1.q.7.saluberrimum. Et est ar.† ꝙ renuntiatio iuris vel beneficij ecclesiastici faciēda est in scriptis.ar.hic &.j.e.qualiter.& ca.quamnis.&.16.q.2.consaldus.Hu.Archi.[cedendum].i.concedendum.[Non valemus.]Sed hic surgit quæstio quomodo ita dicit papa non valemus,nonne per principalem potestatem apostolorum & prærogatiuam romanę ecclesiæ hoc poterat.9 q.3.nūc vero &.c.per principalem.Respondetur iuxta Hu.& Arc. ꝙ forte dicit non valemus de iure scripto, quia in canonibus non est cautum, vel non aderat causa,mutatio episcoporum debet esse Hug.& Archi.Ex hoc nota mutationes sedium non fiendas,nisi ex iusta & rationabili causa. de tran.sapla.quāto.

(Exponit literam. Quæstio. Respōdet.)

Hinc etiam §.est. Sed nō videtur congrue pendere ex præmissis,in quibus dictum est alium posse substitui petenti & renuntianti. Valerius quidē non renuntiauit sed simul cum Augustino fuit in eodem episcopatu,& fuit hoc speciale in Augustino ꝑpter eius probitatem eximiam,& maximam ecclesiæ vtilitatem.sed hoc non est ad consequentiam trahendum. Tum quia mōstruosum est,quod in vno corpore sunt duo capita in vna ecclesia duo episcopi passim & indifferenter.Tum quia hoc factum fuit speciale inspiratione & miraculo.vnde magis est admirandum,& non sequendum. Tum quia Aug. fatetur ꝙ hoc factum quia ipsi ignorabāt,ꝙ statutum esset in Nicena synodo.vt in vna ecclesia non possent esse duo episcopi,vel cōtinuetur tantum ad verbum petitionis & non renuntiationis [hinc]quia episcopo volenti pōt alius substitui[beatus &c.] quia valerius hoc voluit aliter nō esset ei inuito datus accessor.Et iste videtur melior intellectus.



NOn autem Ad idem probandum inducitur capitulum hoc sumptum ex epistola paulini. Summa in rubro diuiditur autem hoc.c.in duas partes. In prima Paulinus scribit quam grata fuerit promotio beati Aug.ad ecclesiam Hipponen.In.2.refert modum, quia nō per modū successionis,sed accessionis.2.ibi, qui ad maiorē.Pro pleniori intellectu huius.c.veniūt hic plura quærēda.

1 ¶Primum est vtrum in vna & eadem ecclesia cathedrali authoritate Romani pontificis possint esse plures episcopi,aut prælati.

2 ¶Secundum est dato quòd sic,vtrum quilibet aliorum episcoporum insolidum iurisdictionum exercet.

3 ¶Tertium

3 ¶ Tertium dato q̄ sic vtrum legatus per vnum possit absolui per alium.
4 ¶ Quartū est de ordine inter dictos episcopos, scilicet quis eorum in subscribendo, & sedendo debeat præcedere.
5 ¶ Quintum vtrum possint esse duo apostolici siue papæ in ecclesia vniuersali, sicut duo episcopi in vna ecclesia cathedrali.

1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur q̄ in vna & eadem ecclesia cathedrali etiā authoritate Romani pōtificis possint esse plures episcopi siue prælati. primo sic ex.c.sicut.21.q.2.vbi dr̄ q̄ vna ecclesia nō debet habere nisi vnum presbyterum.ergo neq; quæcunque dioce.nisi vnum episcopum. ¶ Secundo ex.c.in illis.dist.80. vbi dicitur,quod in vno episcopatu non debēt esse plures episcopi. ¶ Tertio ratione sic.episcopus ecclesiæ sibi commissę est sponsus propter connubiū spirituale q̄ contrahitur inter episcopū & ecclesiam,vt in.c.sicut.s̄.e.q. Aut ergo simul dantur duo sponsi vni ecclesiæ, aut successiu. Si simul tunc non minus est quam vni sponsę dantur duo sponsi.cuius cōtrarium habetur Gen.2. Erunt duo in carne vna. Si successiue autem sicut maritus secūdarius viuente primo datus vxori non esset maritus eius legitimus,sed solus primus,nec posset vxor potestatem sui corporis alteri dare. quia eam prius dedit priori perpetuo. ita nec secundus episcopus datus ecclesiæ, nec dici posset episcopus, sed adulter & illegitimus. ¶ Quarto sic. Episcopus est caput suæ ecclesiæ, nō interius influendo sed exterius gubernādo eā sicut caput naturale dirigit per sensus in eo abūdantes cętera eiusdem corporis mēbra.sed non pōt esse q̄ idē corpus habeat duo capita nō subordinata.hoc tantum esset mōstrum in natura. ergo nec eadē ecclesia pōt habere duo capita æqualis potestatis per oīa. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti.c.vbi narratur de promotione Augustini in episcopum hipponensem viuente Valerio episcopo & commendatur. Respondeo dicendum q̄ authoritate romani pontificis & ex rationabili causa pro cōmuni vtilitate ecclesiæ possunt in vna ecclesia cathedrali institui plures episcopi,aut in ecclesia parochiali plures p̄sbyteri.ista conclusio patet ex facto,quia hoc factum est,& non est reprobatum.ergo conclusio vera. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est,ad primam & secundam respondetur quòd illud est verum de iure communi.hoc autem factū est nouo more,vt litera dicit.& ita soluit Hu. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiā & ratio est,qm̄ vt dictum est.s̄.e.q.3.cap. sicut. non est simile in oībus de matrimonio carnali de quo fit mentio Gen.2.& de matrimonio spirituali. Nam vbi dictum est vxor nullo casu pōt habere plures viros,vel vir plures vxores. Causaliter tamen vnus prælatus potest habere plures ecclesias & vna ecclesia plures prælatos, vt patet in hoc.c. ¶ Ad quartā respōdetur eodē mō negādo consequentiā. Et rō est, qm̄ inter caput naturale quod influit membris vtroque influxu interiori & exteriori,& caput politicum siue mysticum , non est oīmoda similitudo.in multis.n.differunt, & inter alia in hoc, qm̄ vnius corporis naturalis nō possunt plura capita esse aliquo modo. Et ideo mōstruosum esset q̄ duo capita haberent. Corporis tn̄ politici siue mystici possunt esse plura capita, vel subordinata inter se, sicut patet q̄ vnus diocœsis caput est episcopus, & caput archiepiscopus,& caput papa.& vnius ciuitatis caput,rector immediatus,& caput est etiam rex.vel etiā qn̄q; ęqualia subordinata,tamen sub alio superiori vt in exemplo præsentis. c.vbi vnius corporis politici,s. vnius dioce.erant duo capita .s.Valerius & Aug.sub vno tamen capite ordinata.i.papa,qui omnium ecclesiarum est caput vnicū. & hoc cum fit authoritate papæ,& pro communi vtilitate ecclesiæ,non est monstruosum sed pulchrum,& commendabile.

Primū ar. | Secūdū ar. | Tertiū ar. | Quartū ar. | Opponit ī contrariū. | Respond. | Ad primū. & s̄m arg. | Ad tertiū. | Ad quartum.

2 Ad secundam. quæstionē sic proceditur† & videtur quod vterq; illorum episcoporum non exercet iurisdictionem insolidum.Et videtur q̄ nō.ff.de re iudic pomponius,alias incipit.si vni. ¶ In oppositum est Hug.& gl.hic. ¶ Respondeo dicēdum quòd hic est varia opinio. Quidam.n.dicunt, q̄ non est apud vtrūque iurisdictio ita insolidum , vt vterq; per se valeat exercere,vt hic tangit glo. ad instar plurium iudicum. vt.2.q.6.§. diffinitiua.ver.plures.extra de offi.dele.quamuis.& cap.causam. ¶ Aliorum vero opinio est, q̄ apud vtrunque erit iurisdictio & quilibet erit iudex cum iurisdictio sit res indiuisibilis, vt.j̄.24.q.1.loquitur. &.c. qm̄.15.q.7. sicut domini. Et de hoc no.extra de offi.dele.prudentiam.in glo.1. Nota tn̄ p̄ pleniori intellectu huius iuxta Archi.hic , q̄ vbi sunt plures ordinarij tūc est conclusio q̄ quilibet insolidum iurisdictionem exercet.vt.l.1.ff.de offi.consu.cum cōcor.alle.in gl. Sed hoc verū est in spiritualibus quo ad pœnitentias , & similia propter naturam rei, & periculū animarū.hoc facit extra de procu.§.si duo.§.sane.li.6.Sed in tēporalibus secus , nisi hoc dictum sit à principe,vel a iure, quòd quilibet iurisdictionē exercere possit,vel nisi vbi alter impeditus est, & de impedimēto cōstat , vel nisi de contraria cōsuetudine appareat.Sed si vnus capio vnam causam audire per se,alius de illa nisi suo collega impedito non debet se intromittere,ne finem causæ impediri contingat,& ne contumacia iudicij diuidatur. arg. ad hoc de offi.dele.li.6. cum plures.Hæc tn̄ differētia pōt notari inter ordinarios & delegatos quia in ordinarijs sufficit q̄ fiat fides de impedimento,etiā ex postfacto.quia tum valebit qd̄ alter fecerit altero impedito. Secus aūt in delegatis, qa ibi est necessaria, q̄ prius constet de impedimēto s̄m Ho. in dicto.c.prudentiam de hoc quo ad delegatos vide Io.An. de reg.iuris.eum qui.li.6.in mercur.gl.tn̄ in.c.prudētiam. & in.l.Pomp.alias si vni tenent simpliciter, q̄ aliud in ordinarijs,quia in eis qu ilibet habet exercitium iurisdictionis insolidum.Et hoc videtur etiam sentire gl.in.c.fi.de ar.li.6.ibi vide.Limita tn̄ dictū harū gl. Verū in ordinarijs quibus vt singulis cūpetit iurisdictio. Secus si vt pluribus,siue vniuersis, puta si iurisdictio competat collegio,vel capitulo,tunc quilibet de capitulo non exercebit iurisdictionem , sed expedit vt simul collegialiter hoc faciant,vt ibi no.Et idem dicit dominus Bar.in.d.l.si vni.Item limita de ordinarijs hoc verum nisi ambo ceperint de causa cognoscere, quo casu nō potest postea vnus sine alio , vt in.d.l.si vni. & ibi casus secundum vnam lecturam,& ibi de hoc. ¶ His habitis dicendum est ad rationem factam in oppositum.respōdetur quòd vt quidam dicunt lex loquitur cum aliqui sunt iussi iudicare simul ibi vide.&.2.q.6.item si plures.

Primū ar. | Opponit̄ & Respo. | Archid. | Hostien. | Ioā. And. | Bartolus. | Ad argu.

3 Ad tertiam. quæstionem qua quæritur† vtrū absolutus per vnum possit ligari per aliū vel ecōuerso.Respōdetur iuxta gl. q̄ non,quia pares sunt extra de re.iudic.c.vlti.vnde puto, q̄ à sententia vnius alter nō absoluit,nisi ipse sit successor vel superior.Et hoc quidam vt dicit Archi.de plano cōcedunt, s̄m q̄ habetur in.l.prædicta. ff.de offic.consu.l.vna.vbi dr̄ , q̄ incepta per vnum cōsulem alter perficere non pōt,nisi primo impedito iusta de causa,& hoc innuit ibi dominus Oldra. qui idem dicit in contentiosa iurisdictione,quæ ibi dicitur inuoluntaria. idem est etiam quando mandatur aliquibus cum illa clausula,vt omnes , aut duo,aut alter eorum mandatum apostolicum exequatur.iurisdictione vero p̄petuata in vno,in hoc casu perpetuata intelligitur quo ad omnes.vt hæc hodie habentur de offi.dele.cum plures.li.6.Arc.

Respōdet. | Archid. | Oldradus.

4 Ad quartam. quæstionem†qualiter dicti episcopi si duo ponantur esse in vna ecclesia debent subscribere vel sedere in concilio. Respondetur iuxta Hu. q̄ secundum tempus suę ordinationis, scilicet vt qui prius est ordinatus,prius subscribat,& prius sedeat.ar.di. 17.episcopos.

Respōdet.

5 Ad quintam. Sic proceditur.† Et videtur qd̄ possint esse duo Papæ in ecclesia vniuersali. primo sic in vna ecclesia parochiali possunt esse duo presbyteri.Et in vna ecclesia cathedrali duo episcopi, vt dictum est in argumento primo moto circa hoc capitulū. ergo etiam possunt esse duo papæ in ecclesia vniuersali . consequētia videtur bona,maximè quia ex illis arguit S.Th.vnitatem romani pontificis. ¶ Secundo sic. vnitas ecclesiæ vniuersalis attēditur ex ordine totius populi Christiani ad vnū caput,quod est Christus saluator & redemptor ipsius, & cui fide spe charitate coniungitur,|& non respectu alicuius alterius sumenda.videtur ergo quod si sint duo papæ,non videtur impedire vnitatem ecclesiæ,quin semper remaneat vna. ¶ Tertio duo imperatores possunt esse , cum plures simul fuisse legātur. ergo videtur quod pariter possunt esse duo papæ. ¶ In oppositum est gl.præsentis.c.quæ ait,quod si essent duo papæ offenderetur regula illa vnam sanctam &c. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione quòd non possunt esse duo papæ in ecclesia Dei.ista conclusio multipliciter deducitur.primo ex institutione diuina,quæ mutari nō potest, de qua habet primo in lege Dei , in qua vnus solus sacerdos institutus est,vt Aaron,vel successor eius sicut Nume.25.legitur. ¶ Secundo habetur per prophetam Ezechiel.34. vbi dominus

Primū ar. | Secūdū ar. | Tertiū ar | Opponit ī contrariū | Respōdet.

ait.Suscitabo super eos pastorem vnum, & pastor vnus erit omnium vestrũ. Eze. 38.¶ Tertio patet eadem Dei institutione Ioan. 10. vbi ait Christus, Erit vnum ouile, & vnus pastor.¶ Quarto Ioan. 1. vbi vni soli. s. Petro, ait. Tu vocaberis cephas. quod interpretatur caput, vt ait anacletus in. c. sacrosancta. di. 22.¶ Quinto habetur idem Matt. 16. vbi vni soli. s. Petro, ait Christus. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. ꝙ verbum pertractans Cyprianus in. c. loquitur. 24. q. 1. ait. super vnum ædificat ecclesiam.¶ Sexto idem habetur Ioan. vltimo. vbi vni soli curam & regimen totius gregis dominici commendans ait Petro. pasce oues meas.¶ Septimo huiusmodi institutio diuina satis ostenditur cum vni soli. s. Petro, inquit Luc. 16. duc in altum. vbi dicit Ambro. Et si alijs imperatur, vt laxarent retia sua soli tñ Petro dr̃. duc in altũ. i. in profundum disputationũ.¶ Secundo principaliter eadem conclusio probatur ratione multiplici. primo ex parte vnitatis ecclesiæ. sic ecclesia Dei vniuersalis vna est per totum. Canticor. 6. vna est colũba mea. Et symbolo dr̃, vnam sanctam. Cumq; sacramẽtũ vnitatis sit inseparabile. vt. s. e. q. ca. deniq;. inquit Cyprianus. ergo impossibile est ꝙ i vna ecclesia vniuersali sint duo papæ, siue duo summi rectores. ista cõsequentia est beati Cypriani. s. e. q. in. c. factus. vbi sic ait. Factus est Cornelius episcopus de Dei & Christi eius iudicio, & de clericorum pœne oĩm testimonio. quisquis iam episcopus esse voluerit foris fiat necesse est, nec habet ecclesiasticã ordinationẽ, qui ecclesiæ non tenet vnitatem. quisquis ille fuerit licet de se multum iactans, & plurimum sibi vendicans prophanus est alienus est, foris est. Et cum post primum esse non possit, quisqs post vnum qui solus esse debet factus est, iam non secundus illo, sed nullus est. hæc Cyprianus. Et de hoc modo arguit etiã gl. hic dicens. ꝙ dare duos papas est offendere articulũ, vnam sanctã.¶ Secundo arguitur rõne ex parte ea, quã ecclesia dr̃ vnum corpus. 1. Cor. 12. multi vnũ corpus sumus, impossibile esse sine monstruositate in vno corpore dare plura capita non ordinata inter se, aut sub aliquo superiori, vt de se patet. sed dare duos papas in corpore ecclesiæ, est dare duo capita in corpore ecclesiæ, nec ordinata inter se, cum essent partes nec sub aliquo alio superiori visibiliter regente ecclesiam & gubernante, quia papa non habet in terris superiorẽ. ergo sine deformitate non possunt esse duo papæ in ecclesia. Sed talis deformitas non est danda in ecclesia cũ tota sit formosa Canticorum. 4. ergo &c.¶ Tertio idem ratione ostenditur ex parte sui exemplaris sic. Ecclesia militãs est exemplata ab ecclesia triumphante ₰m illud Apocali. 21. vide ciuitatem sanctã hierusalem, nouã descendentẽ de cœlo, à Deo peratã, sicut sponsam ornatam viro suo. Sed in triumphante ecclesia sic vnus præsidet. s. Deus ꝙ non possunt esse plures præsidentes. ergo pariter in ecclesia militante sic vnus debet præsidere, ꝙ nõ possint esse plures.¶ Quarto idem arguitur rõne sumpta ex vnitatis fide sic. Ad vnitatem ecclesiæ requiritur necessario vt omnes fideles in fide cõueniant. vnde prima ad Cor. 1. inqt Apostolus. idipsum dicatis oẽs, & nõ sint in vobis schismata. Est autẽ fides a Christianæ religionis fundamentum ₰m illud ad Heb. 11. sine fide impossibile est placere Deo. Circa vero ea quæ sunt fidei contingit quæstiones moueri per diuersitatem autẽ sententiarum diuideretur ecclesia, nisi in vnitate per vnius sententiã conseruaretur. Exigitur ergo ad vnitatẽ fidei in ecclesia conseruandam vt vnus sit qui toti ecclesiæ præsit vt doctor, & rector, & non plures ergo conclusio vera.¶ Quinto sic rõne sumpta ex parte nobilitatis politiæ Christianę, sicut nulli dubium esse debet qn ecclesiæ regimen fuerit à Deo optimo & nobiliori genere politię depositum & ornatum, cuiusmodi est principatus regalis, dicente Aristotele. 3. politicorum ꝙ oĩm vrbanitatum perfectissima est regnum. vnde Esa. 9. dr̃ paruulus datus est nobis. & sequitur. per solium Dauid & regnum eius sedebit. glos. i. ecclesiam & Lucæ. 1. & regni eius non erit finis. Sed regnum est in quo potestas regiminis residet apud vnum toti multitudini præsidentem, vt tam ex. 8. Ethicorum. quã ex. 3. politicorum aperte colligitur, ergo stante specie politiæ siue principatus in quo Deus ecclesię regimen decentissime disposuit, non possunt esse in ecclesia duo papæ, quia iam nõ esset regimen, sed spẽs politiæ mutaretur ecclesiæ.¶ Sexta ratione idem sumitur sumpta ex pacis & vnitatis in populo Christiano fouendę & conseruandę, quã dominus Iesus à fidelibus corporaliter discessurus multipliciter illis commendauit dicens pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. sic vnitatis autem & pacis congruẽtior causa est vnus quã plures. Cum ergo maximè ecclesiæ vnitas paxq; & concordia fideliũ sit conseruanda, & pluralitas principatuũ sit dispendiosa pacis & vnitatis subditorum. sequitur quod in ecclesia vniuersali impossibile sit iuris impossibilitate duos esse papas, siue summos pontifices. vnde gl. super illud Matt. 16. Tibi dabo claues &c. dicit specialiter potestatẽ clauiũ Christus Petro concessit vt ad vnitatem nos inuitaret. ipse. n. eũ principem apostolorũ instituit. vt ecclesia vnum principalẽ Christi haberet vicarium, ad quem diuersa membra recurrerent, si forte inter se dissentirent, quia si diuersa capita essent in ecclesia, vnitatis vincula rumperentur hæc ibi. multæ aliæ rationes induci possent ad præfatę conclusionis probationẽ sed pro nunc contentamur de inductis in nostra summa de ecclesia circa prin. 2. li. plura induximus ad ꝓpositũ. ibi vide.

Cyprian. (margin)

Ambro. (margin)

¶ Nunc dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est qm̃ aliqd pôt in vna ecclesia particulari fieri in casu, ꝙ non in ecclesia vĩi rõnibus suprapositis.¶ Ad secũdã respondet̃ negando antecedens quo ad illam partem in qua dr̃. quòd vnitas ecclesię nõ sit assumenda ex ordine sine respectu ad aliũ, quã ad Christum. qm̃ licet vnitas corporis Christi quod est ecclesia principaliter sumenda sit ex ordine ad Christum, qui principale caput eius est. Nihilominus ecclesiæ vnitas quantũ ad gubernationem exteriorem ₰m quã ex diuina institutione est ordo inter ecclesiæ prælatos & rectores, etiam assumẽda est & assumitur ex ordine ad vnum principalẽ Christi vicariũ totius vniuersalis ecclesiæ principẽ, & pastorem, sicut satis habetur ex dictis & maximè ex gl. allega. supra illud Matth. 16. tibi dabo claues &c.¶ Ad tertiam respondetur pro nũc negando consequentiam. Et ratio est. qm̃ non currit tanta necessitas essendi vnum præsidẽtem in tẽporalibus in toto populo Christiano, sicut vnum præsidentem in spiritualibus in tota vniuersali ecclesia, sicut manifestum est. Verum de hac materia plenius loquemur. j. eod. q. circa. ca. in apibus. Lege.

Ad primũ argu. (margin)

Ad secundum. (margin)

Ad tertiã. (margin)

¶ [Non aũt nouo.] quia nunquã legitur ante vel etiam postea factum, nec hucusq; inuenitur quòd debeat fieri Aug. & Arc. [incolumi] quãuis sene, ut dicitur in. §. præcedenti. [coepiscopus] i. coniunctus, & vicinus episcopus secundum papiam. Et vt melius hoc intelligas scias quam ipse August. sic loquitur de seipso. adhuc in corpore posito patre meo & episcopo sene valerio episcop' ordinatus sum, & sedi cũ illo, ꝙ in cõcilio niceno ꝓhibitũ fuisse nesciebam, nec ipse sciebat.

Exponit literam. (margin)

Hoc idem. Respicit ad illum. §. ecce. & cõgrue ei cõtinuatur. HU. Quia supra in prædicto. §. ecce. & in. c. non autẽ. dictũ est, quod uno episcopo postulante potest alius eius ei substitui. Nunc vero probat illud authoritate Gregorij, qui ariminen. episcopo ægrotante & rogante substituit alium sibi in ecclesia ariminensi scribens. §. vel pluribus visitatoribus illius ecclesiæ. HU. & Archid.

Continuatio. (margin)

1 *Petitio renuntiationis non debet fieri sine scriptis.*
2 *Compelli an quis debeat renuntiare.*
3 *Hepaticus liber quis dicatur.*
4 *Decretum debet semper fieri in electionẽ.*
5 *Visitator debet esse vnus de eligentibus & se subscribere debet.*

QValiter. Sequitur dictũ Gregorij casus capituli est. Ariminẽ. episcopus capitis molestia grauat' accessit romã vt forte ibi liberaretur, quẽ dũ Gregorius papa, ad præces ariminẽsiũ exhortaretur, vt si sentiret se melioratũ & ad suam reuerteretur ecclesiã ipse supplicauit vt quadriẽnio spectaretur. Et sic datę sunt ei inducię quatuor annotũ, quo quadriẽnio elapso cũ nõ cõualesceret cum Grego. ad præces clericorũ & instãtiã ciuiũ ariminẽsiũ ipsum instãtius hortaretur: vt rediret ad ecclesiã suam. iste renuntiauit suppli cans papæ, vt ibi aliũ episcopũ ordinaret qua p p Greg. admonuit clerũ & populũ, vt eligerẽt ibi aliquẽ idoneũ & sufficiẽtẽ, & scribit visitatoribus illi' ecclesiæ totã seriẽ rei gestæ, pcipiẽs eis, vt illũ examinẽt, quẽ oẽs elegerint, sicut & ipsi postularunt, si inuenerint eũm dignũ, mittant ipsum ad curiam cũ decreto electionis ad ordinẽ suscipiendũ, quo casu sic declarato diuiditur. c. in tres partes. In prima ponit exordiũ. In. 2. narrationem. In. 3. cõclusionẽ. 2. ibi, quẽ dudũ. 3. ibi, hortamur. Litera aũt cõstruatur sic.¶ [Qualiter] dudũ fraternitas vestra cognouit qualiter ariminẽ. ecclesia pastorali hactenus ac sacerdotali sit regimine destituta, & hoc impeciente molesti a corpo-

Casus. (margin)


Diuisio. (margin)

Exponit literam. (margin)

a ¶ Fides. Licet fides vna sit habet tamẽ diuersos ritus. Per de anch in c. quoniã. n. 1. de off. or. & quot modis dicatur fides Cardi. zaba. in rub: de sum t i. & fid. cat. nu. 3: & ibi numer. 8: quot sint eius spẽs.

lestia corporis[sacerdotis].i. episcopi ordinati à nobis [cognouit dico]quia id notum est[& ideo nō latuit vos]Hugo.[quem dudū].2. pars.qui datis ei à nobis ad ipsius episcopi supplicationē Bar.[quadriduo.]factū narrat,non præfigit formā spatij in tali vel consimili facto. Qñq;.n.inuenimus spatiū anni da ū esse huiusmodi probationi.33.di.cōiter.qñque spatiū.10.dierū.j.e.q.2.c.vl.vnde colligitur ꝙ in articulo tali spatiū est arbitrariū.i.in arbitrio iudicis positū.Hu.& Arc.[ciuiū]possunt ergo laici denūtiare crimē vel impedimentū
Lauren. episcopi sui cū eorū intersit.Lau.sic à superiore possunt prælatum petere.extra de sta.mo.quod Dei.Arc.[remearet.] videtur,ꝙ esset ille episcopus apud papā, vel forte erat in partibus illis, apud aliquē medicū Hu.[datis scriptis.]ar.†ꝙ sine
1 scriptis non debet fieri petitio renuntiationis. ar.s.e.§.ecce. Hu.[cōpulsi]datiuus est,& legitur sic litera ꝯm.Hug.Visum est nobis compulsis præcibus illorū, & renūtiatione hmōi, facta ex sui impossibilitate.& hæc litera plana est. Alij legūt vt Lau.[Cōpulsi]& est genitiuus singularis, & legitur sic.visum est nobis precibus illorū & renūtiatione huiusmodi cō
2 pulsi renuntiare.¶Sed tunc surgit quæstio.†vtrū quis debeat
Quæstio. Respōdet. cōpelli renūtiare . Respondet hic quòd nō sed sponte debet hoc facere.sed sic intelligo,vt in litera dicit. Cōpulsi non ab alio vel ab aliquibus,sed ex sui impossibilitate,quia.n.videbat ꝙ amplius nō valebat officiū tale implere abrenūtiauit. Alij volūt ꝙ cōpulsi,est nominatiuus pluralis & ponit absolute vel construitur cū verbo non destitimus admonere.[per literas.] ei nunc missas.[Hortamur] tertia pars . [omnes] vel maior pars.Hug.[poposcisse.]scilicet, quòd eligerent,vel potius quòd vobis præsentaretur, & sub vestro examine examinaretur.[heptatici]†heptaticus dicitur liber, in quo con-
3 tinentur septem libri.s.pentateucus.i. quinque libri Moysi, liber Iosuæ, & liber iudicum. Et dicitur sic ab hepta, quod est septem,& theca quod est positio, quasi repositio septem librorum ibi continetur Leuiticus in quo describuntur ea q̃ impediebant hominē venire ad ordinē clericatus,vt si fuerit torto naso &c. Non ergo tm̄ ea quæ olim morte mulctabantur,impediunt promotionē,sed multa alia quæ continentur in heptaico,vt di.54.multos.& di.49. hinc.Sed & multa alia quæ tunc non prohibebantur, hodie impediunt promotionem,vt raptus,& retributio iniuriæ, & vsuræ.22.q.4.si quis peruentus.&.23.q.4.inter querelas. & dist.46.seditionarios. ergo subintelligendum est hic maximè,vel supplendum est sic,si illa minime fuerint reperta nec alias prohibita in canonibus,quæ repellunt à promotione . Hu.[fidelium]imo etiā ab his qui foris sunt debet habere bonū testimonium. vt.8. q.1.licet.Hu.[decreti vestri].i.à vobis.i.cum alijs facti , vel subscripti.hoc decretum debet continere electionē & clericorum subscriptionē.Et est ar.†quòd in electione debet sem
4 per fieri decretum.ar.di.s.61.episcopus.63.quanto. Item ar.
5 †qđ visitator debet esse vnus de eligentibus,& debet subscribere.[addita epistola.]hęc cōtinere debet examinationes ipsius visitatoris, & testificationē illius.& aliorū de vita electi. Hanc semper debet mittere visitator vel quicūq; examinat electum cum decreto clericorū ad papam.vt.47.di.de Petro. & dist.66.episcopus.&.c.cathanien.Hu.& Arc.

1 *Proniores debemus esse ad compatiendum & miserendum, quam condemnandum.*
2 *Renuntiatio facta interuallo ægritudinis vel furoris valeat & tenet.*
3 *Ratum debet haberi quod facit episcopus furiosus tempore interualli*
4 *Furiosus in interuallo furoris potest contrahere matrimoniū.*
5 *Mente alienus potest vouere in interuallo alienationis.*
6 *Electus an possit ministrare res ecclesiasticas.*
7 *Episcopo viuente alius potest eligi.Et infirmus rediens ad sanitatem an poterit illum expellere.nu.9.*
8 *Episcopus electus altero viuente an possit consecrari authoritate papæ.*
10 *Clerici an possint accusare episcopum electum mortuo infirmo,& alium eligere.*
11 *Promissio an possit licite fieri de ecclesia vel beneficio non vacante.*



Vamuis. Ad idē sequit hoc.c.eiusdē Gregorij in registro. Sūma. si viuēte episcopo quē non culpa sed infirmitas impedit suum exercere officiū,nō debet nisi renuntiauerit alius episcopus surrogari,cui tñ renūtianti quousq; vixerit debent sumptus de ecclesia ipsa ministrari,& renuntiare non possit, quia perpetuū mentis patiatur exiliū,dabitur administrator ecclesiæ, qui tñ illo viuente nō cōsecrabitur in episcopum. Et diuidit hoc.c. in tres partes.In prima exorditur. In.2.narrat.In.3. puidet.2.ibi,peruenit.3.ibi,ne ergo.Lege.¶[Quāuis.]Casus est.quidā episcopus ,ppter passionē capitis factus fuerat mentis alienatę ne ergo ecclesia illius læderetur, scribit Grego.Eleucio episcopo.& dicit, quòd ex quo infirmitas & nō crimen est in causa, nō pōt ibi alius episcopus subordinari,nisi spōte abrenuntiet, & distinguit sic.si habet luci da interualla.s.vt qñq; redeat ad sanū statū mentis, & vult abrenūtiare,recipiatur eius abrenūtiatio,& eligatur ibi alius & consecretur . ipse tñ semper habet sumptus de ecclesia illa. Si vero nūquā redit ad sanū statū mentis eligatur ibi alius, committatur ei cura ecclesiæ,sed non cōsecretur illo viuente,sed eo mortuo cōsecrabitur episcopus loco illi'[potius.] ar.†quòd proniores debemus esse ad cōpatiendū & miserendū quā ad cōdēnandū.ar.de pe.di.1.quia diuinitatis .&.25.q. 9.veniā.Hu.[puenit].2.pars.[ne ergo].3 pars.[ab officio].i. executione officij.Hug.[nō crimen.]quia si crimen eū abduceret,& de hoc cōuinceretur, non expectaretur eius renuntiatio,sed statum remoueretur,& statim posset ibi alius eligi.ar.di.postq.&.8.q.4.nōne.Hu.& Arch.[abducit].i.remouet.Arc.[recusante].i.renuntiāte.[ordinari.]quia nō cōuenit episcopum habere tpale vt hic nisi papa hoc faceret ex plenitudine potestatis.vt.j.ea. pastoralis .Sed secus in plidibus & potestatibus secularibus , quæ eliguntur ad tēpus.ff.de offi. proconsu.meminisse.&.ff.de offi. præsi.si forte. cū si.ꝯm Io. de Ancho.qui notat in summa sua de elec.iuxta fu.§.sed nūquid pōt quis.Archi.[Sed si]distinguit vt supra diximus interualla lucida.i.vt b ñ sit in sua discretione,& deliberare valeat.Hu.[data]in scriptis petitione renuntiationis dico[si voluerit].quia non debet cogi. licite tamen pōt rogari Hug. & Arch.[subuertente].i.impediente.Arc.[fateatur] si voluerit
Diuisio. Exponit literam.
Archid.
Ioānes de anchona. Archid.

2 Hu.& Arc.¶Hic intelligūtur multa argumēta primū†quod renūtiatio facta in interuallo ægritudinis vel furoris valet &
3 tenet.¶Secūdū† ꝙ illud debet haberi ratū quod facit episco
4 pus furiosus tēpore interualli. ¶† Tertiū quod furiosus in interuallo furoris pōt contrahere matrimoniū, & si tūc cō traxit tenet,licet nō possit contrahere in ipso furore.vt.32.
5 q.7.hi qui neq;.¶Quartum est†quod ille qui est alienatę mē tis pōt vouere in interuallo alienationis.& tūc factū votum tenet,licet factū in ipsa alienatione non teneat.ar.17.di.consaldus[persona eligēda.]in episcopū.non tñ consecranda ante mortem infirmi.Hu.[Ecclesiasticarū rerū.][Sed hic surgit q.
6 †vtrū electus possit administrare res ecclesiasticas. Respondetur quod nō est dubiū vt di cit Hu.hic tñ nō dr̄, quòd debeat hoc facere ante cōfirmationē ꝯm Hu.vnde dicebat La. hanc electionē fuisse confirmatā per metropolitanū. de hoc loco ar.contra.28.distinct.de Syracusane.no.63. dist. quanto in gl.ex hoc de quo vide de elec.qualiter.&.c.transmissa &.c. auaritiæ.eo.tit.libr.6. item est hic argumentum † quòd episcopo viuente alius pōt ibi eligi.arg.j.e.petisti.sed non debet
8 consecrari vt hic.&.s.e.si vir.¶Sed hic surgit quæstio† vtrū sicut pōt eligi, vtrū authoritate papę possit etiā cōsecrari.Respondetur iuxta Hu.ꝙ sicut papa cōcedit posse eligi alio viuente,ita cōcedere cōsecrari.sed nō vult.vt.s.e.nō aūt.¶Ite
9 rū surgit quæstio.†vtrū si episcopus infirmus reuerteretur an sanitatē posset istū aliū expellere.Respōdetur iuxta Hu.quòd non,quia electus erat authoritate apostolica. credit tñ Hug. quòd in rebus ecclesiæ gubernandis & tractandis ille debeat præesse.j.e.q.quia frater.nō tñ sine cōsilio istius debet ille ali
10 quid inde disponere. ¶ Itē surgit alia quæstio†vtrū episcopo infirmo mortuo clerici possunt istū electū recusare aliū eligere.Respōdetur iuxta Hu.ꝙ nō.nō.n.iā plus imo minus possunt in eū q̄ possent si alias canonice post mortē epi esset ab eis electus,& à metropolitano cōfirmatus.¶Sed hic sur
11 git alia quæstio.†vtrū de ecclesia vel de beneficio nō vacāte licite possit fieri promissio . Et videt quod sic ex præsenti.c. & est illo.j.e.petisti.¶In oppositū videt ius cōe.dis.79.c.2 & extra de conces. prębend . & ecclesi. non vacant. nulla. Respondetur iuxta Hug.sub ista conclusione.quòd in genere licita potest esse talis promissio .s. quæ primo vacauerit, sed nō in spē.s. de ista ex quo vacauerit. Et rō prohibitionis est ne quis desideret mortem proximi in cuius locū credit se successurū.vt in prædicto.c.nulla.¶Sed contra hanc conclusionē videtur esse hoc.c.s.quamuis.&.c. petisti,quæ videtur loquir
Quæstio. Respond.
Laurent.
Quæstio. Respōdet.
Quæstio. Respōdet.
Quæstio. Respōdet.
Quæstio.
Opponit & Respōdet.

Opponit & Respō.

loqui in specie de certa ecclesia vel præbenda. Ad hoc respondetur iuxta Hu. quod si subtiliter inspicimus hic nō est promissio de futura institutione in ecclesia vel præbēda, sed est plena institutio, & præsens intitulatio in pleno beneficio percipiunt.n.iam plene isti beneficiū, & sic est hic institutio in præbenda non vacante, ꝙ prohibetur. præterea ex quo qs est institutus in pleno beneficio cōtra eum euanescit illa pręsumptio ꝙ desideret mortem illius. in cuius ecclesia vel prębenda intitulatur propter quod fuit prohibita promissio de ecclesia vel præbenda non vacante.

Ne autem. §.est, in quo incipit. 2. pars questionis, in qua dicit. ꝙ vbi fuerat copia sacerdotū semper debent esse duo. ita ꝙ si vnus ceciderit alius ieiunus incipiat. vbi alius dimisit. Et respicit id quod dictum est in.c. præcedenti quod propter dolorem capitis quis quandoque alienatur à mente. ideo quia hoc pōt contingere in ipso officio iam incepto ostendit qualiter huic casui à canonibus sit permissum. statutum.n.est ob hoc, ꝙ in quolibet officio plures sint sacerdotes vt si forte hic casus contigerit ministranti, & diuina officia celebranti, cepta officia per alium compleantur. Hu.

1 *Mente alienatus an debeat sacrificare.*

Diuisio. Exponit literam.

Illud. Inducitur.c. præfate constitutionis & est concilii 11. toleta. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes.c. hoc. In prima præmittit causam motiuam ad statuendum. In. 2. ponit ipsum statutū. 2. ibi, huiusmodi ergo. Lege. ¶ [Illud.] pēdet coustructio vsq; ibi huiusmodi ergo &c. & propter longā interpositionē repetit id quod dixerat. sed alijs verbis. & sic cōstrue. ¶ [Nos singuli præcauentes illud diuini oraculi]. i. illud diuinum oraculū [necessariū duximus &c. illud] dico quod scribitur Eccl. 4. [ve soli.] ad literam. de sta. mo. di. 81. in oībus. [qui cū ceciderit] singulariter. i. soli. Hu. [subito]. i. ex improuiso [inopinate repēte obrui]. i. opprimi, affligi. Archidia. [alienatione.] Hic surgit quæstio † vtrū qui est mente alienatus debeat sacrificare. Respondetur iuxta Hu. ꝙ non. Et ad.c. præsens respondet, ꝙ loquitur de sanis, quibus qñq; talis passio subdito accidit, vel si loquitur de epilepticis, loquit̄ de illis quibus raro hoc accidit, & sine spumę iactatione, vel vocis confusæ emissione. illi aūt qbus frequenter hoc accidit, vel cū spumę vel vocis cōfusę emissione ex toto arcendi sunt à celebratione missæ. vt. 7. q. 2. c. 1. & 2. [huiusmodi ergo casibus]. secūda pars [copia tēporis]. i. opportunitas. qm̄ tale tēpus pōt esse. s. impacatū, & guerrosum, ꝙ sacerdos nō pōt vel non audet habere aliū secū [copia loci.] s. sub eodē sensu pōt accipi vel [copia loci] quia locus sit diues, & copiosus, ita quod bene pōt pati plures sacerdotes. ergo à sensu contrario, vbi non est copia & sufficiētia rerū, nō cogitur qs hæc obseruare. Hu. [cleri.] quia forte est ibi copia clericorum. Bar. Arc. [vicem.] de consec. di. 1. nullus episcopus. Lau. Arch. ergo talis debet esse adiutor qui licite cepta officia possit explere.

Archid. Laurētius.

1 *Officium missæ inceptum ab vno an sit necessarium cōpleri per eundem, an per alium.*

2 *Baptismus si inceptus fuerit ab vno an debeat per alium perfici.*

3 *Episcopus si deficiat faciendo ordinationem, an debeat per aliū perfici.*

4 *Sacerdos postquam incepit officium missæ si recordatus fuerit quod non est ieiunus aut quod sit excommunicatus; aut in peccato mortali an debeat perficere conficiendo & sumendo. & nu. 5.*

6 *Sacerdos timens ne deficiat in missa an possit primo conficere corpus Christi, & sumere, & postea dicere solennia quæ debeant precedere.*

Et an talis consecraret. nu. 7.

8 *Greci non habent ordinem missæ quem habent latini.*



hil. Ad probationē huius ꝙ dixerat inducit c. hoc, ꝙ est cōcilij toletani. 7. cuius summa est, ꝙ officia siue sacramēta cepta nō debent manere inexpleta, sed debēt expleri per illum q incipit, aut si ꝓpter euētum alicuius ęgritudinis nō pōt hoc esse debet expleri per alium, vbi.n. necessitas incumbit nō interest an per alium eundem an per compleanter. postea ostenditur quòd nullus debet missam celebrare, nisi ieiunus. Tandem dicit illū excommunicandū qui præter necessitatē dimittit cepta officia inexpleta. Et diuiditur hoc capitulū in tres partes. In prima ponitur causa statuti. In. 2. ponitur statutū. In. 3. transgressoris pœna. 2. ibi, censuimus. 3. ibi, nullus. Lege tex. ¶ [Nihil ordinis]. i. concilij. Hu. vel lege intransitiuē id est contra statutum ordinē vel ordinatum statutum. Hug. [presumatur]. s. vt nunquam mysteria relinquantur incōpleta ab eodē vel ab alio. vel vt præpostera dicantur. Hu. sed fiat. vt dr̄ de cōse. di. 1. nullus episcopus. Archi. [nec illa.] s. sacramenta eucharistiæ. quæ dicuntur in plurali sacramenta materialiter, qm̄ in duplici specie conficitur illud sacramentū. quæ summa veneratione cēsentur esse faciēda. [Summa veneratione.] Quo circa inquit Ambro. O quāta cordis contritione, & lacrimarū fonte, quāta reuerētia, & tremore. q̄ta cordis castitate, & aīæ puritate diuinū illud & ecclesiæ sacrificiū est venerādū. vbi caro tua in veritate sumit̄ vbi sanguis tuus in veritate bibitur, vbi ima summis cōiūgūt̄, vt adest p̄sentia angelorū, vbi tu es dn̄e sacerdos & sacrificiū mirabiliter & ineffabiliter. vel cēsent̄ esse summa veneratione cū in eos continet̄ in veritate perfecte totus Christus in vtraq; natura. Continetur.n. ex vi sacramenti ibi coreus verum Christi, & eius sanguis ex reali vero concomitatione aīa Christi, & diuinitas quæ summa veneratione colēda est soluantur]. i. omittantur, quin cōpleātur saltem ab alio. postquā.n. eucharistiæ sacramentū incipit celebrari, nulla occasione debet omitti quòd nō expleatur. Et idē vt dicit Hu. est de quolibet alio sacramēto, & de quolibet alio officio ecclesiastico. Sed hoc.c. spāliter loquit̄ de officio. missæ. præcedēs vero capitulū de quolibet officio. ¶ Sed ꝑ maiori & pleniori intellectu huius.c. querit̄ † vtrū officiū missę ab vno inceptū, sit necessariū cōpleri ꝑ eundē aut ꝑ alium. Et videtur primo quod non, primo quia hoc sacramentū est vnitatis. ergo vr̄ primo ꝙ ab vno sit perficiendum. sed vnus pōt qñq; sic infirmari, vt explere non possit officiū totū. ergo non erit necessariū expleri per aliū. ¶ Secundo sic. si ita est quod officiū missę per aliū debeat expleri, si primus nō valet explere quęritur vbi ipse secūdꝰ debeat incipere. ¶ Tertio si ita sit sicut hic dr̄ quæritur quāto tēpore est expectandus alius sacerdos ad explendū officium missæ, si deficiente primo alius sacerdos nō sit præsens, sed debeat quæri. ¶ In oppositū videtur esse.c. præsens. ¶ Respondeo dicendū iuxta S. Tho. in. 3. parte. q. 85. ar. 6. sub ista conclusione. quòd si sacerdos morte aut infirmitate graui occupetur ante cōsecrationem corporis & sanguinis domini, nō oportet vt per alium suppleatur. si vero post inceptā consecrationē hoc acciderit. puta cōsecrato corpore ante consecrationem sanguinis, vel etiam consecrato vtroq; debet missæ celebritas ꝑ aliū expleri. Ista cōclusio est præsentis.c. ¶ Ad rōnes in oppositū respondetur. Ad primā respondetur in præsenti.c. quòd licet plures sint personæ tñ propter vnitatē & identitatē fidei sunt quodā mō vnum. Et ita videntur ab vno confici & perfici illud sacramētum. vt dicit Hug. & Lau. q ait quòd vnitas fidei vnitatē operatur in personis. ¶ Ad secundā respondetur, vt dicit Hu. quòd generaliter vbi primꝰ deficit ibi alter debet incipere si sciatur. Si aūt nescitur puta si defecit in secretis, sequēs incipiat à capite secretorū, generaliter dico, nisi in verbis in quibus cōficitur corpus vel sanguis christi si in his deficiat, etiā si scitur vbi à principio eorum debet incipere sequens. ¶ Hic surgit
2 quæstio † vtrum idem est in baptismo. Respondetur quod sic, vt dicit Hu. quia huiusmodi sacramenta sunt vnitatis, nec sectionem nec diuisionē recipiunt vt aliquod illorum partim cōficiatur, vel cōferatur ab vno, & partim ab alio. ergo totū ꝙ pertinet ad substātiā sacramēti ab vno debet proferri, nec inter plures pōt diuidi. Secus de alijs quæ ante vel post dicuntur in missa vel baptismo. ar. hic. & 1. q. 1. §. ecce. ¶ Sed surgit
3 hic q̄stio † quid de ordinatione si eā faciendo deficiat episcopus. Respōdetur ꝯm Hu. quod vbi nesciatur quæ verba sunt de substantia ordinis. credo quòd debeat incipere alius episcorpus à capite. ar. di. 23. quorundā. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta Hug. quòd si alius sacerdos non est presens quacūq; hora diei haberi potest, vsq; ad nonā suppleat. Si haberi non pōt, vsq; ad illam horā remanebit officiū inexpletū. ¶ Item
4 queritur circa hoc † si sacerdos postquā incepit officiū missę recordatus fuerit, quod non est ieiunus aut sit excommunicatus, aut in peccato mortali, vtrū talis debeat perficere conficiendo & sumendo. Ad hoc respondetur iuxta S. Tho. vbi supra, quod si sacerdos post consecrationem inceptam recordetur aliquid comedisse, vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificiū, & sumere sacramentum. Similiter si recordetur se

Diuisio. Exponit literam. Archid. Ambro. Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Opponit & Respō. S. Thom. Ad primū argu. Ad secundum. Quæstio. Respōdet. Quæstio. Respō det. Ad tertiū. Quæstio. Respōdet.

tur se peccatū aliquod cōmisisse, debet pœnitere cū ꝓposito pœnitēdi,& satisfaciēdi.& sic non indigne sed fructuosè sumere pōt sacramentū. Et eadē rō est si meminerit excōicatū quacunque excōicatione.debet.n.assumere propositum absolutionē petendi & sic per inuisibilē pontificē Christum Iesum absolutionē consequitur quātū ad hunc actū,quod peragat diuina ministeria.Si vero ante cōsecrationē alicuius prædictorū sit memor,tutius reputarem maximè in casu māducationis & excommunicationis,quod missam inceptam deferat,nisi graue scandalū timeretur. hæc S.Th.¶ Sed hic surgit quæstio.† Quid si talis sacerdos memor peccati mortalis aut ꝙ biberit & comederit nolit conteri nec propositū habere confitendi.Respondet Hu.& glo.hic quod talis conficiet, & sumere debet,licet peccet conficiendo. extra de cele.miss. c.de homine.plus tñ peccaret inquit Hu.si destiterit,quam si compleuerit [cū iussa sunt fieri] .i. per alium compleri instāte necessitate[ad hoc tm̄]supponit.n. duas hui⁹ institutionis causas.s.ne tm̄ sacramentum & tā necessarium interrūpatur. & ne natura sacrificantis deficiat, si eum complere oporteat. & hoc est.s.[nec interrupta noscantur].i.inexpleta remaneāt & etiā[ne natura]sacerdotis infirmantis, qui incipit priuetur robore suæ salutis corporalis. Hug. prouentu languoris superuenientis si vellet niti ad effectum producere.Hu.[sacris mysteriorū].i.sacris mysterijs. Hu .[sic liberū]episcopo vel presbytero[exeq].i.perficere.arg. causa necessitatis aliquid fieri à pluribus quod alias est faciendū ab vno.ar.de conse.di. 4.nullus ministrorum Hu.[Non.n.]merito dico , ꝙ inceptū officiū perficiatur ab alio. ex quo primus non pōt.quia ad cōpletionē officij missæ hoc solū exigitur,vt compleatur , siue ꝙ debeat compleri per eūdē sacerdotem, siue per aliū.Hu.& Arch.[initiatis].i.inceptis.Hu.[quia nec]responsio est ad tacitam quæstionem,vt dicit Hu.diceret.n.aliquis .¶ †Si sacerdos timet ne deficiat in missa & primo cōficiat corpus Christi, & sumat , & postea dicat alia solemnia quæ solent præcedere in quibus si defecerit magis cōgrue poterit alius supplere.Ad hoc dicit hoc non licere,nec debere fieri,quia si prępostero ordine missa cantaretur nusquam completa esse videretur quia hoc exigitur quod sit completa ordine & congruo & nō prępostero.Hu.¶ Sed hic iterum surgit quæstio.† Vtrū si quis in officio missę non seruato ordine dato per ecclesiam inciperet missam à consecratione eucharistię.& de post prosequeretur alia,vtrū consecraret.Et videtur ex præsenti.c.cū gl.ꝙ non.vnde glo.ait. ꝙ ordo turbatus factum irritat.61.di. miramur.¶ Respondeo dicēdum,quòd licet ordo datus ab ecclesia seruandus sit in officio missæ , nihilominus tñ si sacerdos postergato ordine consecret hostiā verum sacramentum conficiet.licet peccet ordinem non seruādo.†vnde greci non habent missę ordinem quē nos latini habemus,nihilominus cōsecrant.Et apostoli non leguntur hunc ordinē missę plene quē sancti patres postea successiuè aliqua addentes, instituerunt & obseruarunt,sicut no.de conse.di.1.c.Iacobus vnde dicendum quòd ordo iste qui seruatur in missę officio non est ita necessarius, vt eo non seruato consecratio nō fiat. [Cum.n.oēs sumus in Christo].1.ad Cor.12.quasi respondetur vni obiectioni quæ facta est in princi. quæstionis videlicet,quod sacramentū eucharistiæ est sacramentū vnitatis.ergo videtur quod ab vno tm̄ sit perficiendū. Respondet quòd vnitas qua oēs vnum sumus in Christo. cuius virtute sacramentum perficitur vnitatē operatur in personis, vt quasi ab vno videatur confici & perfici vt supra diximus . & hoc est quod dicit litera .[cum enim oēs &c.format].i.inducit. Aug. [efficaciam.] prosperitatis.s.salutis [vnitas fidei repręsentat] .i.complet.Hug.[consultum].i.statutū [cuncti clerici].i.cuiuslibet ordinis[indiuiduum].i.obseruabile, nō ab eis diuidēdū,quia ab oībus debet hoc obseruari.Hu.& Lau. [præcedentibus]supple & deficiētibus. Hu. & Arc.[nec tñ naturæ].i.ꝑsbyteri infirmantis.Hu.[cōuertatur in perniciē præsumptionis].i.in perniciosam præsumptionem.s.vt quis audeat relinquere officia missę à se incepta ea occasione,quia possunt ꝑfici ab alio.hoc.n.non permittitur nisi infirmo & hoc in necessitate.[Nullus].3.pars [post cibū quamtūlibet minimū.] in quo notatur quod ieiunium naturæ quod importat priuationem cuiuscunque præassumpti per modum cibi vel potus requiritur ad hoc sacramentum, & hoc ob reuerentiam tanti sacramenti.vnde Augustin.in libr.responsionum ad Ianuarium ait.placuit spiritui sancto , vt honorē tāti sacramenti,prius in os Christiani dominicū corpus intraret quam ceteri cibi.Et ideo nec post assumptionē aquæ,vel alterius cibi

Marginalia (left column): Quæstio. 5 — Respōdet. — Quæstio. 6 — Respōdet. — Quæstio. 7 — Respōdet. — 8 — Opponit. — Laurent. — August.

aut potus vel etiā medicinæ in quantumcunq; parua q̄titate licet accipere hoc sacramētū,nec refert vtrū aliqd huiusmodi nutriat vel non nutriat aut per se aut cum alijs, dummodo sumatur per modum cibi,aut potus,vt dicit S.T.in.3.par te q.80.ar.8.de hac materia disputauimus plene circa.c.sacramenta,de conse.di.1.ibi vide. [Excōmunicationis minoris] .s.separationis à sacramentis ad tēpus. de conse.di.1.nullus. Hu.& Arch.¶ Hic surgit quæstio. quid de alijs officijs vtputa horarum,vtrū possint dimitti inexplete.Respondetur iuxta Hu.quod officia illa non debent dimitti inexpleta,sed debent suppleri per eundem qui incepit vel aliū.vt.s.proximo. c.Sed officium missæ non debet dimitti ab incipiēte,nisi propter infirmitatē.sed alio iusto impedimento superueniente pōt primus in alijs officijs cessare,& alius succedere,& si nō est qui succedat instante etiam alia necessitate pōt quis desistere ab alijs officijs, quia potest ea supplere postea quandocunque,vel in via,vel in lecto, vel ante vel post cibum, quod non contingit de missa.Hu.

Ecce. §.est in quo magister Gratianus postquā loquutus est de ipso infirmo qualiter illo petente alius surrogatur,nūc subiungit de episcopo senectute grauato dicēs quod tali dat̄ coadiutor,nō successor. Et ad hoc inducit duo capitula sequentia.Et ratio pōt esse differentiæ inter ista dimissis differentijs assignatis per aliquos .quia senex propter simplicitatē non est ita inutilis ecclesiæ,sicut propter ęgritudinem,vt dicit Hu.Lege. ¶ [Ecce dari debet].s.per papam. Arc.non successor nisi abrenuntiet.Idē & in ęgro.Hu.[Succedat]loquitur de facto sequentis capituli. Vel succedat si canonicè fuerit electus post mortem primi.Hu.[sic Augu.]nō per omnia.quia etiam non abrenuntiante episcopo Aug.consecratus fuit,& ita erant duo episcopi in eadem ecclesia . sed hoc fuit speciale.Et ideo non est ad consequentiam vel exēplum trahendum,vt diximus super eodem.

1 *Clerici an possint contradicere electioni factæ in eorum absentia.*

2 *Priuilegium personale non extenditur ad alios.*

Petisti. Ad probandū quod dixerat de senectute grauato inducit hoc.c.quod est Zachariæ papæ.Summa est in rubro. diuiditur autē hoc.ca.ſm tria quæ iste archiepiscopus cui scribit papa, petebat.primum est quòd sibi adiungeret coadiutorem.ſm est, quod eligere posset eum sibi successorem . tertium est,quòd ordinaret eum episcopum in eadē ecclesia,vt sic sibi esset o episecopus in eadem ecclesia.primū sibi concedit , quia de iure non poterat ei negari cum grauatus esset senectute.ſm licet esset contra ius commune,concedit ei tñ speciali priuilegio.s. vt ī articulo mortis eligat eū sibi successoerm.ibi , item si.tertiū vero quod similiter erat contra ius commune , ei ex toto denegat.s. vt ipso viuente in ecclesia debeat illum ordinare in episcopum ibi , item de eo.Lege.¶ [Petisti pro tua persona.]qui vices tuas impleat. Hu.[collocare].i.ordinare. Archi.[consiliū]quia poterat illi cedere & abrenuntiare, non tñ sine licentia papæ,imo papa poterat ei hoc præcipere,sed noluit. Hu.& Archi.[aīarū vestrarum].i.vobis cōmissarum.Hu.[ordinabis] non conferendo ordinem episcopalem.quia sic contradiceret litera sequēs .s.huc veniat ordināndus.& illa.s.vt eligatur episcopus.[sed ordinabis].i.facies,& constitues illum episcopū.i.superintendētē his quibus coadiutor debet intendere.s.vt sit tibi coadiutor,& subeat solicitudinem,& curā de temporalibus,& spiritualibus quæ ab eo licite possunt fieri.s.in baptizādo,& missas celebrādo,si sacerdos est,& alludit Etymologiæ vocabuli.Episcopus.n.superintendens dr̄,& curā gerēs aliorū.vt di. 21.cleros.&.8.q.1.qui episcopatū[eritq; tibi in euangelio].i. prædicatione.Arch.[& ministro Dei].i.in oībus alijs officijs quæ licite ab eo possunt fieri.vt dictū est[in oī loco]diocesis .s.[requirens].i.visitans,& confortans ecclesiam. Ecce officium coadiutoris[itē].2.pars.[præsentibus cunctis].s.clericis,vel forte & populo,ne dubitatio vel scrupulus resideat in animo alicuius.vt.8.q.1.licet.¶ Sed hic surgit quæstio. †vtrū
1 poterant clerici contradicere tali electioni. ¶ Respondetur iuxta Hu.qđ nō.quia talis electio fiebat de licentia & mandato papæ,nisi vellent aliquid obijcere in personā illius , quare non esset eligendus,sed nec primo mortuo poterūt illū repellere quia de authoritate apostolici est electus. Hu.[ordinandus].i.consecrandus.[hoc nulli]ar.† ꝙ priuilegium persona-
2 le nō extēditur ad alios.vt.16.q.1.hinc est.[Itē de eo].3.pars [te viuente.]

Marginalia (right column): Quæstio. Respōdet — Exponit literam. — Diuisio. — Exponit literam — Quæstio. Respōdet

[te viuente.]in illa ecclesia,& non renuntiante. Hu.[eligat].i. consecretur episcopus. vt.s.sit tibi coepiscopus,& cōprelatus nulla rōne cōcedi[patimur].i. nolum⁹ hoc tibi cōcedere. [quia cōtra oēm ecclesiasticā] vt.j.e.q.3. in apibus.& distin. 89.nullus.&.13.q.1.&.21.q.2 sicut.¶ Sed hic surgit quæstio. cū de eligendo sibi successorem fuerit contra ius & regulas ecclesiasticas & īstituta patrū vt.8.q.1.c.2.3. &.4.5.&.6.imo plus videtur esse successorem eligere,quā coepiscopū facere quare potius illud cōcesit quā istud.¶ Ad hoc quidā respōdēt ꝙ quia ita voluit ita quod sufficiat pro rōne voluntas, tñ pōt dici ꝟm Hu.in parte, & Pe.de Sam.propter duas rōnes. prima quia licet primum esset contra iura,spectabat tñ ad honorem episcopalē.sed ꝟm est contra iura, & contra honorē episcopalem.s.ꝙ sibi parem haberet in honore,& beneficio. ¶ Secunda ratio quia ꝟm magis est monstruosum & contra naturam, quā primū.extra de offi.or.qm̄ nec obstat.c.s.non autem,quia illud factum est nouo more,vt ibi dr.& tale non est trahendum in consequentiam.aut exemplum.[substituamus].i. adiungamus Hug.[sed hoc &c.]Nota hic quanta solicitudo fuit sanctorum patrum orare,vt boni pastores qui & Deo & deuoti & vtiles ad regendum populum ecclesijs preficerentur.

Quæstio.

Respōdet



QVia frater. Ad idē sequitur hoc.c. quod est papæ pelagij. Summa est in rubro.vel sic.Episcopo simplici & petēti coadiutor idoneus deputatur.Et diuiditur hoc.ca. in duas partes.In prima ponitur petitio laudabilis.in.2.exauditio petitionis.2.ibi,ideoq;.Lege.¶ [Quia frater.]iste episcopus Ioānes simplex erat adeo ꝙ nesciebat res ecclesiasticas ministrare &.Iō petijt à papa quendam presbyterū coadiutorem quem papa concedit ei,& mandat clericis vt principaliter exhibeant obedientiā episcopo sicut debent secundario ipsi coadiutori in oībus quę ꝟm Deū disponet de vtilitate ecclesiastica,fideliter obediant, & nō resistāt, Et suspenditur constructio vsq; ibi ideoq;.Hu. [tractata].i.pensata Archi.[constituti]proprium nomen est.Hug. [Ideoq;].2. pars[primo loco].i.principaliter episcopo Ioāni reuerentia exhibeatur. secundario presbytero in ministerio sibi adiuncto pro ecclesiastica vtilitate alias si contra tunc non tenētur ei obedire.ar.11.q.3.non semper.Hu. [stipendia ministrentur].i.possunt ministrari. Nam si bene non disponerētur res non possent inde consequi consueta stipendia.

Diuisio. Exponit literam.

Illud vero. §.est. Quia Gratianus superius dixerat in illo.§.ecce his. & in.c. qualiter & cap. quamuis.quod episcopo viuente pōt alius substitui, & hoc idem dicturus est in multis alijs capitulis.Sed quia duo capitula supra posita videbantur cōtraria.s.c.factus est.ꝙ est Cypriani.&.c.sicut vir.quod est Euaristi, in quibus videbatur dixisse quòd nō poterat fieri substitutio viuēte episcopo . ideo Gratianus ea determinat,& exponit & dicit ꝙ.ca.factus. est intelligendum de hæreticis.s.schismaticis, qui ecclesiā vsurpant, &.ca.sicut vir.intelligitur de illo qui causa ambitionis suā vult deserere ecclesiā. & non causa religionis,vel regularis mutationis,per literas eiusdem capituli absq; ineuitabili. hæc litera est Euaristi in superiori ca. Sed Gratianus ibi eam subtraxit,vt hic eam poneret causa determinationis.Simile supra.e.q.scripsit.& .§.ecce his. Quidam tñ libri habēt etiam hic,& ibi.Hug.[regulari]hoc respicit.§.1.infra ea.& .§.quod vero.cum capitu.ibi sequentibus.Archi.

1 *Ecclesia quando dicatur haberi pro derelicta.*
Et quando non pro derelicta. nu. 2.

Ambitionis. Hic quarta pars quæstionis, in qua ꝓbat per.15.authoritates quod nullus sine licentia debita pōt ecclesiam suā dimittere & transire ad aliā, & si fecerit reuocabitur . Archid.& si redire contemnat aliena carebit,& ꝓpria.Bar. Et ab hinc vt dicit Hu.magister connumerat causas, quibus cōtingit fieri mutationes episcoporum vel clericorum præter causas duas iam dictas.s.egritudinis,& senectutis.Lege.¶[Ambitionis.] vbi nota quod assignant quinq; cāæ quibus dimittit clericus ecclesiā suā.s.cā leuitatis animi,vel cupiditatis,vel ambitionis,vel cā vtilitatis vel cā necessitatis vel causa humilitatis,inter leuitatem & cupiditatē,hoc interest quo ad locū istum.Ex leuitate dimittit propriā ecclesiā siue vadat ad aliam,siue nō,ex cupiditate transit ad aliā ditiorē, sed quantum ad dimissionē vel repetitionem nihil interest. vnde generalē doctrinā facio de istis duabus causis.Cum.n.quis dimisit ecclesiam suam causā leuitatis vel cupiditatis,refert aut recipit aliam ecclesiam aut nō, Si recepit suam repetere non potest,vt.j.e.eos. Carebit etiā & illa ad q̄ trāsiuit.vt.j.e.si qs eps.ecclesia tñ pōt eum repetere.vt.j.ea.nō oportet.&.c.si qui vero.&.c. si quis presbyter. & si nō vult redire,cogēdus est per excōicationē.vt.j.e.si qui vero.& di.71.clericos.22.q.&.c.1.& hoc statutū est in fauorē ecclesiæ ꝙ pōt eū repetere sed nō cogit eū repetere . Si vero

Archid

Exponit literam

1 adhuc recepit aliā refert aut habuit suā ꝓ derelicta, aut non. †ꝓ derelicta vr̄ eā habuisse,si duxit vxorē, si factus est miles vel negotiator, vel ioculator,& huiusmodi. Et si defuit per duos menses vel per tres septimanas sine iusta causa,vt.s.eo. præsentiū.& j.ea.si quis in clero.& si absque licentia sui prelati iuit ad peregrinationem,vel ad studiū scholasticū,qd̄ fieri non debet.de conse.d.5.non oportet. in tali casu honestū est, vt admoneantur redire, vt.j.ea.si quis presbyter. non tñ hoc exigitur necessario, quia præsumatur ex toto renuntiasse illi ecclesiæ. vnde nulla admonitione præmissa pōt statim illam ecclesiam prælatus alteri conferre,siue assignare.s.e.præsentis.&.j.e.si quis presbyter.Hu.de hoc patet extra de cler.cōiu.c.1.Et idē notat Bar.de cle.non resi.c.fin.Et etiam ipso de facto beneficiū possidēte . ꝟm Gof. qui ita notat in summa, de conces.præben.in prin.Sed hoc verū intelligunt quidā ipso prius per sentētiam priuato,quia & si vacet de iure , nō de facto.de conces.præben.literas.&.c.cum nostris.idē videtur sentire Inn.in.c.ex tuæ.de cle.non resi.idē hic Io. & Lau. Et adde quod not.de cle.non resi.ex parte.dic, vt de præben. licet episcopus li.6.& de hoc per Host. in summa . de conces. c.relatum.Arch.Innocen.& Hostien.dicunt iuxta Hug. ꝙ si sit vehemens præsumptio,ꝙ habeat ecclesiam pro derelicta puta quia recepit secundam incōpatibilem, vel recepit vxorem,vel fit miles,aut ioculator,non pōt beneficium talis conferri alteri dicunt tñ tutius esse beneficium talis non conferri,nisi prius de facto eius sententialiter adiudicaretur, allegāt pdictū.c.literas.&.c.cum nostris.& de cōiug.c.1.&.2. Et ponit Ioan.An.in.c.ex tuæ.super ver.peruenire starē illi.c.licet episcopus.de præben.li.Hug.vero dicit.Ego dico quod si accepit aliam ecclesiā vel habuit suā pro derelicta nulla admonitione præmissa pōt prælatus assignare illā ecclesiā alij , etiā

Ioannes Laurent. Hostien. Archid.

Ioā. And

2 si sit episcopalis.vt.j.e.eos.† pro derelicta nō videtur habuisse,si dimisit ibi vicarium,si iuit pro negotio ecclesiæ,si iusta causa impeditus non potuit redire tam cito,quo casu nō debet ꝓpria ecclesia alij assignari,& si assignata fuerit,si reuersus probauerit iustā causam itineris & absentiæ suæ restituetur ei ecclesia sua.ar.s.ea præsentiū.Hu. Causa vero vtilitatis transijt quis ad aliam ecclesiā cū de minori transfertur ad maiorē authoritate maioris.vt.j.e.mutationes. quo casu statim postquā ille corporaliter accepit aliā ecclesiā prima pōt alij assignari ꝟm Hu. Lau.& Archid. Causa vero necessitatis dimittit quis ecclesiam suā,& secedit ad aliā,cum propter seditionem & hostilitatē non pōt esse in sua, quo casu cessante illa causa suā ecclesiā recuperat.vt.j.e.pastoralis.Hug. & gloss. Causa vero humilitatis qs dimittit ecclesiā suā cū fruge melioris vitæ transit ad monasteriū, vel ad canoniā regularem, quod episcopo non licet sine licentia papæ . quo casu statim illa ecclesia potest alij assignari nec de cætero potest repeti ab eodem.vt.j.e.hoc nequaquā.&.s.e.quā periculosum. Hu.



NOn oportet. Prosequēdo eos qui ambitionis causa vel cupiditatis aut leuitatis transferunt se ad alias ecclesias inducit hoc.c.quod est sumptum ex concilio niceno . Summa est in rubro.Et pōt diuidi in duas partes.In prima constituit, ꝙ nullus episcopus aut pꝫsbyter aut diaconus præsumat propria authoritate ad aliam ecclesiam cōuolare . In.2.statuit pœnā contra tales præsumptores.2.ibi,si quis.Lege.¶[Non oportet.ordines].i.ordinatos[migrare]causa cupiditatis,leuitatis,aut ambitionis.Hug. & Arch.[Si quis autem].2.pars.[post diffinitionem.]sed nec ante licebat,nunquā.n. licuit vt quis ad honores ecclesiæ se ingerat non vocatus.ad Hebre.5.dicit apostolo.Nemo assumit sibi honorem,nisi qui vocatur à Deo,tāquam Aaron,sed forte nondū erat prohibitum per canones vt dicit Hu.& Archi. [restituatur.]si ecclesia velit & hoc statutum est in fauorem ecclesię.s.ꝙ pōt eum repetere,sed nō cogitur eum recipere. Et idem est etiam in matrimonio carnali. Ecce vxor sua authoritate dimisit virum, morata est cum altero vel alias publicè adulterata est,vir pōt eam repetere si vult, & illa cogitur ad eum redire sed non cogitur illam recipere,vt.32.q.1. de benedicto. Hu. Et intelligendum est quod in hoc dicitur vt dicis

Diuisio.

Archid.


vt dicit Hu.cum ecclesia vacat.Nam si esset ibi alius,expecta ri t vsq; post mortem illius.j.e.vos vel sic restituitur ecclesię si vacat,vel cum vacauerit.Hu.& Arch.

1 *Subdiaconus authoritate papæ potest excommunicare suspendere,& deponere,etiam episcopum.*
2 *Residere dicitur deseruire.*
3 *Subditi an possint reuocare prælatum suum ad residentiam.*
4 *Excommunicans aliquem de mandato papæ an possit ipsum absoluere sine nouo mandato de absoluendo.*



PEruenit. Ad idē sequitur hoc. ca.quod est beati Gregorij,in quo Gregorius intelligens,quod quidam episcopus nō residebat in ecclesia sua,sed vagabatur p diuersa loca prouidere volens scribit Anthemio Archi.vt moneat illum episcopum ad residendū in sua ecclesia,qui si monitioni acquiescere contēpserit eum detrudat in monasteriū,& id significet papæ,vt quid sit postea facturus ex nouo mādato papæ cognoscat.Et ita diuiditur in duas partes hoc.c.In prima narrat excessum.In.2.prouidet. 2.ibi,idcirco.Le.¶[Peruenit.in ecclesia sua vagari.]frequēter & ex consuetudine Hu.q̄ est vituperabile nimium in episcopo.Nā insolētiæ & leuitatis est propriæ ecclesiæ curā deserere & per alia loca vagari cōtra illud eccl.32.rectorē te posuerunt curam illorū habe.[idcirco].2.pars.[præcipimus vt eū moneas]& precipias.Hu.[interminationē].i.admonitionem vel prohibitionē.Hu.[in monasteriū]eadem rōne poterat eū 1 deponere.Et est ar.†quod subdiaconus authoritate papę pōt excommunicare,suspendere,& deponere etiam episcopum quod verum est etiam de quolibet clerico & etiā de laico.di 33.§.verum.& di.74.honoratus.10.q.3.c.vltimo.[resideat.† 2 †nota quod residere est deseruire.extra de cler.non resi.conquerente parum est.n.residere,nisi residens curā ecclesiæ habeat,in qua personatum habet,vel beneficiū.vt extra.e.ti.qua nonnulli.secundum Gof.qui ita notat in summa eodem titu. in principio.Et hic adde quod legitur & no.de consec.dis.3. episcopus.& 41.di.episcopus.Archidiacon.¶ Sed hic surgit 3 quæstio†vtrum subditi possint reuocare prælatum suum ad residentiam ita quod si non redierit non sit necessaria alia superioris sententia contra absentem,ad hoc quod possit procedi ad electionem alterius.Et videtur quod sic.de cleri.non resi.qualiter.¶Sed oppositū habetur ex.c.inter.eo.ti.¶Respondeo dicendum iuxta Innocen.& Archi.& Io.Andr.qui videntur approbare sententiam Innocentij,qui ait.quod quātumcunq; subditi moneant prælatum suum vel socium de redeundo,non tamen possunt procedere ad eligendum sibi superiorem sine illius authoritate in cuius manibus pōt renuntiare,vel illius qui iurisdictionem habet supra eum,vt remoueat.Et ita loquitur prædicta decretalis qualiter.[Nam inferior &c.]& extra de maio.& obe.cum inferior.Et hoc etiam placet Hosti.quia par in parem &c.extra de elec.innotuit,qui etiam dicit,quod requiritur quod monitus per suum iudicē priuetur priusquam alius eligatur.de renuntia.admonet.& de concessi.præben.c.1.Non ob.ca.qualiter.quia ibi papa p alias literas citauerat illum prelatum ad residentiam sub pœna priuationis,quā tulerat si ad terminum non rediret.vel dicendum quod papa(qui super omnem legē est)approbauerat,q̄ intelligatur ecclesia vacare cū iuris præsumptionē habeat ille prælatus tanto tempore absens,& reuocatus per capitulum suum ecclesiam pro derelicta s̄m Host.[iudicare]forte volebat ei maiorē pęnā imponere, vel ob aliud voluit hoc fieri, cognoscas argum.q̄ delegatus fines mādati siue in cognitione siue in sententia siue in pœna sibi præfixa à delegante nō 4 debet excedere.arg.25.q.2.seruatis.&.27.q.1.si homo.¶Hic surgit quæstio †vtrū si quis ex mandato papæ aliquē excommunicat,possit ipsum absoluere sine nouo mādato de absoluendo.Respondeo iuxta Hug.hic quod aut papa committit alicui specialiter sententiā excōicationis contra aliquem,& tūc est cōclusio,q̄ non pōt absoluere illū sine nouo mādato de absoluendo,vt patet extra de offic.deleg.qm̄.aut papa delegat alicui causam aliquā,tunc est cōclusio quod siue in literis papæ cōtineatur siue nō,delegatus pōt partes cogere per excōicationem ad iudiciū,& tunc legatus pōt absoluere,licet illa excommunicatio fuit facta de authoritate papæ.Hu.

Diuisio.
Exponit literam.
Quæstio.
Opponit & Respo.
Hostien.
Quæstio.
Exponit literam
Respōdet



PLacuit. Ad idem sequitur hoc.cap.ex concilio quinto Carthaginen.Summa non licet prælato ecclesia sua dimissa ad aliam se transferre nec in patrimonio suo, vel propter negotia sua alibi diutius demorari. Et secundum hęc duo potest diuidi.capitul.hoc in duas partes.secunda ibi, vel iure.&c. Lege.¶[Placuit nemini]episcopo vel plebano.Hu.& Arc.[principali].i.ppria,vel maiori vel episcopali vel archiepiscopali. idē intelligo & de plebano.Hu.&.Lau.[in diœcesi sua].s.episcopi vel plebani,licet de episcopo videatur tm̄ loqui. idem tamen videtur intelligendum de quolibet prælato s̄m Hug. & de alijs clericis. s̄m Lau.[diutius].i.vltra tres septimanas, vel duos menses.vt.j.si quis in clero.&.s.e.q.præsentium.& si propter hoc ecclesia passa est damnum, ille de proprio totum tenetur resarcire.vt.12.q.4.quicunq;.Hug.


Diuiso.
Exponit literam.

1 *Visitator quis dicatur.*
2 *Visitator an possit eligi in ecclesia quam visitat, & esse ibi episcopus.*



COnstitutum. Ad idē sequitur hoc c.quod est sumptum ex eodem Carthaginen.Sūma continet duo dicta, s̄m quæ pōt diuidi hoc capitulum in duas partes.in prima dicit q̄ non licet visitatori dato vni ecclesiæ illam ecclesiam populorum studijs aut seditionibus retinere,& vsurpare,sed dare operam vt alius idoneus eligatur.in secunda prouidet, quod alias elapso anno remoueatur,& alius visitator detur. secunda ibi.Quod si.Leg.¶[Constitutū intercessori].i.visitatori,qui intercedit & laborat pro cura ecclesiæ, cuius visitatio 1 est ei iniuncta†visitator dr̄ ille cui mortuo episcopo alicuius ciuitatis committitur cura & gubernatio illius loci quousq; alius episcopus eligat̄. HU.[datus]à metropolitano vel papa si subest nullo medio.Hu.[studijs]vel.i.seditionib'.vt di.61. obitum.vbi de potestate huius visitatoris vide[retinere]ar. quòd ratione officij aliquid alicui interdicitur, quod ei alias permitteretur ar.11.q.2.hæc vsus.& dis.89.decenter.¶ Sed 2 hic surgit quæstio.†vtrū talis visitator posset canonicæ eligi, & ibi esse episcopus. ad hoc dicunt aliqui quòd non. sed oppositū innuitur ex præsenti litera,patet, quia cum tantū hic inhibeatur eam seditionibus retinere datur intelligi quod alias iustè & canonicè electus potest eam retinere.[intra annum]ergo necessitate instante potest ecclesia episcopalis vacare per annū,& vltra.ar.dis.28.de syracusane.& di.61.osius & di.75.quoniam quidam. cum tn̄ regulariter non debeat vltra tres menses vacare,vt di.50.post quam.& dist.63. obeuntibus.Hu.& extra de elect.ne pro defectu.[neglexerit].i.si p suam negligentiam hoc contigerit,alias credo quod propter hoc non sit remouendus,ergo cum causæ cognitione debet remoueri.s.si appareat de eius negligentia,vel potest dici, q̄ semper est remouēdus finito anno, quia præsumitur de eius negligentia.Hug.

Diuiso.
Exponit literam.
Quæstio.



SI quis vero. Ad idem sequitur hoc.ca. ex eodem concilio sumptum.Sūma est in rubro. Et diuiditur in duas partes.in prima ponit legem. in secunda punit transgressorem. secunda ibi. Quod si Lege. ¶[Si qui vero timorē] illi Dei timorem postponūt,qui sua loca & iniusta officia sine cā relinquūt, qa proximis non miserētur Iob.6.qui aufert à proximo misericordiam.vnde de talibus dicitur.Psal.13.non est timor Dei ante oculos eorū[recesserint] sua authoritate.causa leuitatis, vel ambitionis.HU.in ecclesia alia ad quā vadit.Hug.& Arch.[vt redeāt ad ecclesiam suā, aut est quadam seruitute obnoxius vt patet.54.di.generalis.[Si ecclesia vult eos recipere]non.n. cogitur.vt.j.e.si quis presbyter.& si quis episcopus.[Quod si.]secunda pars.[excommunicari] tādiu quousq; reuertant̄. ex quo ecclesia vult eos repetere,& recipere, vt di.71.clericos.&.21.q.2. placuit. & sane potest intelligi vel de communione sacramentorum,vel de communione fidelium. Hug.

Diuiso.
Exponit literam.

1 *Papa solus potest depositum in integrum restituere.*
2 *Suspensus ab vno episcopo an sit habendus suspensus vbiq;.*
3 *Beneficiatus in duobus episcopatibus si excommunicetur ab vno illorum episcoporum,an alius episcopus possit eum priuare beneficio quod habet in suo episcopatu.*




SI quis presbyter. Ad idem sequitur hoc.ca.qd̄ est sumptum ex concilio Anthiocheno in quo ponuntur tria, primum est.quod clericus qui sua ecclesia relicta ad aliam transiens si monitus à suo episcopo nō redierit debet

Exponit literam. Quæstio. Respōdet. suspendi. secundum est quòd talis si postea cōtumax fuerit, debet deponi. tertium est, ꝙ episcopus qui talem depositū receperit ad officium aut ordinē à quo depositus est debeat in synodo à coepiscopis reprehendi siue increpari. secūda ibi Quod si. tertia ibi. si vero. Lege. ¶ [Si quis deserta [sua authoritate [perpetuo.] hic surgit quæstio. qualiter potest perpendi quod perpetuo, respondetur ꝯm Hug. quod ex factis ostenditur. s. quādo se facit ibi intitulari, & oīa sua illic ferri. emit .n. ibi terras, & vineas, & huiusmodi. [præsertim.] Ex hoc aperte colligitur, quod idē est siue admoneatur siue non. honestum est tñ quòd ad reuertēdū præmoneatur, quia difficilis debet esse iudex ad condemnādum. illi aūt qui dicunt, ꝙ semper est admonendus, nec episcopus pōt eū priuare officio, vel ecclesia, exponunt [præsertim]. i. tm. non. n. priuari debet officio, aut excommunicari non præmonitus. 12. q. 2. indigne. & extra de appel. peruenit. Lau. sed dicit Hu. quod præualet prima lectio, sicut litera hic sonat. & hoc probatur. s. eo. præsentiū. & .j. e. si quis episcopus. & c. eos. ¶ Sed hic surgit quæstio Ecce talis reuertitur ad vocationē episcopi, vtrū eius temeritas manebit impunita. respōdetur ꝯm Hu. quod non recipietur quidē ab ecclesia. sed alias punietur extraordinarie pro voluntate iudicis, forte ad tempū suspendetur, & mittetur in monasteriū ad pœnitentiam, & postea reuocabitur ad officium suū. vt. 21. q. 2. placuit [nec aliquā] de rigore iuris. Nam ex dispensatione sæpe tales restituuntur [alius episcopus suscepit in ordine] vel officio, à quo est depositus vel
1 suspēsus nec etiā ab eodem † quia solius papę est depositum in integrū restituere. ar. di. 50. cōtumaces. & c. si quis presbyter.

Prima q. Respōdet 2 ¶ Sed hic surgit quæstio duplex, quæ tangitur in gl. Prima est † vtrum suspensus ab vno episcopo sit habendus suspēsus vbiq;. Ad hoc respondet gl. quòd sic, si sit suspensus ab officio, non aūt si sit suspensus à beneficio.

Secūda q. 3 ¶ Secunda quæstio est † vtrū quis beneficiatus in duobus episcopatibus excōmunicetur ab vno illorū episcoporum, an alius episcopus possit eū priuare beneficio, quod habet in suo episcopatu. Et videt quod sic ex præsenti litera. & .j. 11. q. 3. si quis à proprio. Nā excommunicatus ab aliquo non debet suscipi ad aliquā communionē, nec in aliquo debet quis cōmunicare ei. arg. 11. q. 3. si quis episcopus.

Respōdet. respondetur iuxta Hu. quod ex hoc ipso alius episcopus non debet priuare beneficio suo, sed debet admonere eum, vt satisfaciat suo excommunicatori, quod si noluerit pro hac secunda contumacia poterit eum priuare omni beneficio, quod habet in suo episcopatu [increpationis] & si nollet desistere, debet excommunicari, & tandem degradari. vt. 23. q. 4. forte Hug.



Piscopum. Ad idem sequitur hoc. c. qđ est sumptū est concilio Antiocheno. Summa est in rubro, & planum est.

Exponit literam. Leg. ¶ [Episcopū trāsire] sua authoritate. subaudi censemus statuimus. Hug. Arc. quòd non sufficit consensus aliquorū, nisi fuerint canonici. ar. 18. q. 2. si quis abbas. & dis 92. si quis episcopus vacans. Hu. Lau. [ab episcopis] nam mutatio episcoporū non pēdet de arbitrio episcoporum vel populorum, sed solius papę. vt. .j. eod. mutationes, nec coactio à talibus facta siue persuasio excusat [ab initio]. 60. di. c. 2. dist. 71. c. clericos. Hug. & .22. q. 1. capi. 1. Archid. [migrare] alibi vt ibi perpetuo remaneat Hugo. & c.



Ropter eos. Ad idem est hoc capitulum sumptum ex concilio calcedonen. planum est, & breue lege.

Exponit literam. ¶ [Propter transeunt] sua Auicen. Hu. & Io. idem & si recte transeant. Arch. [diffinitiones]. i. constitutiones, de quibus no. s. §. ambitionis. Hu. & Arc.



Lacuit. Ad idem sequitur hoc. c. excōcilio Carthaginen. sumptū. Sūma

Diuisio. cōtinet breuia. ꝯm quæ pōt diuidi. ca. in duas partes. primū est quod nullus episcopus præsumat plebes alterius episcopi vsurpare. ꝯm est quod non liceat cuiquā episcopo in dioceli alterius episcopi iurisdictionem exercere. secūda ibi nec

Exponit literam. aliquis. Lege. ¶ [Placuit] simile. 9. quæstio. 2. capitu. 1. & 16. q. 3. inter memoratos. Arc. [nec] secūda pars [supergrediatur] exercendo iurisdictionem. vel episcopalia [in dioceli] alterius episcopi, ad illa transeundo [collegatum] id est, coepiscopum siue episcopum alium.

1 *Illicitè factum tenet.*

2 *Clerici ordinati ab episcopo non suo quare remoueantur.*



Piscopus. Ad idem sequit hoc. ca. quod est Anacleti papæ. summa est in rubro. diuiditur aūt hoc. c. in duas partes. in prima prohibet ne episcopus possit exercere episcopalia in aliena dioceli sine licencia episcopi illius dioc. in secunda punit trangressores. secūda ibi. Quod si. ¶ [Episcopus irruere] vitiū notat. i. sua authoritate pſumptiue accedere. Nam inuitatus licite accedit. 9. q. 2. nullus primas. & c. episcopum non debere. Hug. & Laur. & Arc. [amoris]. Non obuiat quod .j. habere. 9. q. 2. Lugdunensis. quia vt dicit. Hu. ibi fuit dispensatū. & idem gl. [manente] ar. † quod illicite factum tenet. ar. 45. di. de Iudæis. & .27. di. quidē. ¶ Sed hic surgit quæstio † quare clerici remouentur & deponuntur & consecratio altaris manet. respondetur iuxta Hu. & glo. quia altare nō peccauit sed clerici peccauerūt sciēter permittēdo se ordinari à non suo episcopo, vel deponunt in odiū ordinatoris. Hu. ar. di. 70. c. 1. & 16. q. 7. discernimus [transgressor]. s. co. si quis presbyter. in fi. [anno] alibi dicitur, quod debet deponi. vt. 9. q. 2. nullum respondetur quòd hic est dispensatio ibi ius commune. vel hæc pœna non excludit illam, sed adiectio illius pœnæ. s. vt post depositionem ab episcopali officio etiam per annum integrū à celebratione missę abstineat. simile. di. 50. ex pœnitentibus & dis. 55. nullus. vel hoc obtinet cum ordinat dignum, alias illud cum ordinat indignum. Hu. [hodie] vt dicit Arch. dispēsatiue imponitur pœna quæ habetur extra de tempor. ordi. eos qui. lib. 6. vbi patet, quod ordinantes puniuntur in eo, in quo peccauerūt. vt in. c. si. eo. tit. & .12. q. 2. de viro. Arch. vide ꝙ no. in. d. c. eos qui. in gl. continuū. Et ibi no. quod hodie per illum tex. mitigatur pœna olim statuta, quia hodie suspēsus est per annum à collatione ordinum & postquā suspensio fuerit manifesta poterunt subditi sine episcoporum suorum licentia à vicinis episcopis ordinari. Io. de Fan.

Diuisio. Exponit literam Lauren. Archid. Quæstio. Respōdet. Opponit. & Respo. Io. de Fan.

1 *Clerici in minoribus ordinibus non debent eligi ad regimen ecclesiarum.*

2 *Clericus si est absens ex causa honesta non debet ei imputari nec debet priuari ecclesia, vel prebenda vel aliquo beneficio.*

3 *Absenti causa studij vel peregrinationis an debeat imputari.*



I quis in clero. Ad idem sequitur hoc. c. quod est ex cōcilio Agathen. Sūma est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in prima statuit, quod clericus q diebus solemnibus absens fuerit ab ecclesia volens plus deseruire lucris secularibus, quā seruitio Dei, per triennium suspendatur à communione. in secunda quod si diaconus vel presbyter afuerit à sua ecclesia per tres hebdomadas pari pœna puniētur. secunda ibi, similiter.


Diuisio. Exponit literam. Lege. ¶ [Si quis in clero] principium capituli ꝯm Hu: loquitur de clericis inferioribus, finis de maioribus quod ex ipso fine ppēdit, vel principiū loquit de clericis nō prelatis finis
1 platis. † nā in minoribus ordinibus non debēt clerici eligi ad regimen ecclesiarum. secundum Hugo. nisi dispensatiuè. extra de ęta. & qua. præterea. de hoc le. & no. dis. 60. c. 1. & .3. ibi videas. Arch. [defuerit.] ¶ Hic surgit quæstio vtrum debeat quis subire istā pœnā si semel defuerit aut bis. respondetur iuxta Hu. & Arc. quod si defuerit semel aut bis in vno die solemni, non debet tñ puniri. sed debet admoneri. ne cesset, cesset, fiet quod hic dicitur. ar. 92. di. c. vlt. de hoc no. s. cap. ambitionis. in glo. cum quis. in fin. Archid. idem Lau. qui dicit, quod hanc pœnam non debet pati, nisi in consuetudinē hoc deducat, alle. prædictum. c. vltimum. 92. dis. [natiuitate] gratia exempli dicitur de istis solēnitatibus. Nam idem est, & de alijs solemnitatibus. Quæ autem sint celebras solemnitates per circulū anni inuenitur. de cōse. di. 3. c. 1. Hu. [secularibus lucris] quia nemo militans Deo implicat se negotijs se-
2 cularibus. secunda ad ti. 2. Hic sumitur arg. † quod si clericus deest ex honesta causa nō debet ei imputari nec debet priuari ecclesia vel præbenda vel aliquo beneficio. ¶ Sed surgit
3 hic quæstio † vtrum absenti causa studij vel peregrinationis debeat imputari & talis priuari. respondetur quòd non si abfuerit de licentia prælati. extra de cle. non resi. relatum. Secus si non de licentia prælati abfuerit. Nam tunc imputatur ei, & debet priuari ecclesia presertim si precessit cōtradictio, vel si admonitus nō redierit. ar. de concef. di. 5. non oportet. & di. 92. c.

Quæstio. Respōdet. Archid. Lauren. Quæstio. Respōdet.

Bar.Brix. & di.92.c.vlt.&.11.q.3.quid ergo.Hu.dicit hic Bar.Brix.in quæstione sua dominicali, ꝙ omnino vocandus est talis si nõ venerit excõicari debet & priuari poterit &c.[triẽnio.]
Quæstio. ¶ Sed surgit hic q. quia vr̃ ꝙ hoc ipso talis debeat deponi, & alius ibi eligi cum ecclesia tanto tp̃e non debeat vacare, quia episcopalis non vltra tres menses vel sex alia non vltra tres septimanas.simile.s.2.q.5.c.vlt.rñdetur iuxta Hu.& Arc.ꝙ benignius dicendũ est,ꝙ nõ deponat̃,nec priuet̃ bñ
Respõdet. ficio, sed tanto tp̃e non cõicabit corpori & sanguini Christi,canon.n.nõ imponit ei alienam pœnã, nisi ꝙ triennio à cõione suspẽdit, & pœnę sunt potius molliendę, q̃ exasperandæ, & interim alius loco eius ministrabit in ecclesia & vterque viuet de bonis ecclesiæ.[Similiter] sc̃da pars[post tres hebdomadas]quæ debent esse continuę,non interpellatę,vt si vno anno per vnã septimã defuit,& in alio anno ꝑ aliã non obest.Arch.
Quæstio. Respõdet. ¶ Sed surgit q.quia.s.e.c.pñtium.dr̃ ꝑ spatium duorum mensiũ.Sed respondetur iuxta Hu. ꝙ nõ est condictio,quia ibi factum qđ cõtigerat refertur,hic ius cõe ponit,& iõ huic cap.itãdum est.
Quæstio. Respõdet. ¶ Iterum surgit hic q. qđ si ꝑ minus spatium puta duarũ hebdomadarum affuerit vtrum imponet̃ hæc pœna.rñdetur iuxta Hu.ꝙ non imponetur hæc pœna, qa pœnę nõ sunt augendę sed alias puniet̃ extraordinariè[huic damnat oni].f.ꝙ triennio suspendat̃.
Quæstio. ¶ Sed circa hoc surgit q.q̃ mouet̃ in.glo.de eo q̃ hẽt plures ecclesias vel præbendas.an talis teneatur ad obseruantiã huiusmodi statuti. Et vr̃ ꝙ nõ, qa impossibile est eũ residere simul in diuersis locis.Ad hoc respondet gl.ecclesiam secũ
Respõdet. dispensasse, & ideo ad istud non cogi siue teneri,alioqui vt dicit Arc.indulgentia inutilis videret̃.imo indulgentia hoc principaliter concedere vr̃, illa.n.vr̃ cã prohibitionis,ꝙ qs nequeat hr̃e plures ecclesias,quia nõ põt in vtraq; ꝑsonaliter residere & per sed curã illarũ agere.extra.de cle.nõ resi.
Guil. quia nõnulli.&.relatũ.dicũt tñ quidã,vt Guil.in Spe.de delegato.§.videndum restat. ꝙ talis dispensatio non liberat qñ teneatur in earum altera residere nisi hoc expresse in ea dicatur.Nam ambitio est, & ideo restringẽda. extra de pręb. qa in tñ.&.c.se.Et qa clericus nõ debet abesse ab eccl̃a vt in iurib.allegatis,dat consiliũ ꝙ habẽs talẽ dispẽsationẽ aliqñ resideat in vna aliqñ in alia , & hoc videt̃ salubre cõsilium.

Casus. REmoto. Sequit̃ ad idẽ hoc. c. qđ Hilarij papæ.Sũma eius est in rubro Casus vero est talis.Yreneus ep̃s factus erat visitator in ecclesia barchinonẽ.Et quidã volebãt eum eligere ĩ ep̃m, sed alij nolebãt, ꝑꝑ hãc discordiã scribit papa metro-
Diuisio. politano,vt ꝑfatum ep̃m ad suã ecclesiã faciat redire, & ibi alium eligi.vñ diuiditur hoc.c.in duas partes.in 1.præmittit mandatum de remittendo visitatorem & eligendo aliũ idoneum in episcopũ. in 2. cõminat̃ si idoneus non fuerit
Exponit literam. electus.2. ibi,ne si forte.Le. tex.¶ Remoto[.s.ab officio visitationis,vel ab ipso ep̃atu,quẽ occupauerat.gl.[qđ non licet] quia visitator ꝑ discordiã & seditiones non debet retinere ecclesiã,in qua est visitator vt.s.e.q. constitutum. Hu. & Arch.[de clero ꝓprio]nã si ibi idoneus inuenit̃,non licet elegi de alieno,vt dis.61.nullus.Hu.[asconi]proprium nomẽ est metropolitani, cui scribit Bar.[eligere].i. confirmare vel eligere, qa forte ipsi ꝑꝑ discordiã in eum contulerãt ꝑtãtem eligẽdi quod sæpe fit vt extra.de ele.cam q̃. Hu. [ne si forte].2.pars[redundet].i.emendet,& corrigat[illud qđ amissum]id est,commissum . Hugu. [iniuriam Dei]a quo quasi non ab homines , quia quæ Dei sunt ab homine, dari non pñt.vt.8.q.50.plerique[spãliter] hoc dr̃ quia esse bonum est à Deo, sed specialiter ecclesiastica siue sint dignitates,siue ordines,siue sacramẽta siue alia ecclesiastica, vnde quamuis omnes res sint Dei tamen res ecclesiasticæ specialiter dicuntur esse Dei.vt.12.q.2.quæcunque Hug.

1 *Episcopus qui authoritate propria relicto sua ecclesia ad aliam transit carere debet vtraque.*
Et an ipso iure an per sententiam. nu. 2. Et an in tali casu metropolitanus poterit illam ecclesiam ordinare nu. 3.




Diuisio. I quis episcopus. Ad idem sequit̃ hoc.c.ꝙ est Leonis papę.Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.in 1.ponitur† ꝙ ep̃s qui authori-
1 tate ꝓpria relicta sua ecclesia trãsit ad aliam carebit vtraque.in 2.infert,vt quilibet sit suis terminis contentus.2.ibi suis igitur.Leg.¶[Si quis quacunq: ratione].s. iniusta & illicita.Hu.& idem si alias,dummodo sine licẽtia papæ.de transl.inter.&.c.quanto[carebit etiã propria.]Sed Exponit literam.
2 surgit q.† vtrum ipso iure vel ꝑ sñiam carebit,rñdetur ꝙ ꝑ sñiam papæ.#m Hu.& Arc.ar.6.q.3.deniq;,& idẽ tenet Io. And.ꝙ per sñiam & non ipso iure in.d.c. quanto.& dic.[carebit]si illa non vult eum recipere,si tñ vult cogetur ille ad Quæstio. Respõdet.
3 eam redire Hu.& Arc.¶ Sed hic surgit alia q.† vtrum in tali casu potest illam ecclesiam ordinare metropolitanus ex quo primus accepit aliam vel habuit suã ecclesiã pro derelicta.Respondetur iuxta Hu. quod quia nulla mutatio episcoporum,vel condemnatio, vel renuntiatio potest esse sine licentia papæ creditur quod necessaria sit hic licentia papæ.ar.6.q.3.denique.[suis igitur].2.pars.[suis]ar.di.61.nullus.&.6.q.3.scriptum.&.9.q.2.c.1.& 13.q.2.c.1.Hug. & extra de sepul.c.1.Arc.[contentus].1.ad cor.7.Arch. Quæstio. Respõdet.



I quis. Ad idem est hoc.c. qđ est concilij melden.Summa est in rubro.Et litera plana ex præcedenti.

Qui vero. §.est postq̃ locutus est de his qui ambitionis causa ad alias ecclesias trãseunt, nunc loquitur de his qui muneribus vacantes ecclesias ingredi præsumunt. de quibus in sequenti.c.



Ancitum. Inducit ad ꝓpositum suum hoc. c.quod est sumptum ex concilio rhotomagẽ.Summa est in rub.breue est & non diuiditur.Leg.¶[Sancitum.vel dedisse]vel daturus fore.quia dare est qñque dare.vt.1.q.5.eos qui.Hu[aut aliã pecuniam]rcctè dicit aliam , quia quidquid ab hoĩe possidetur noĩe pecunię censetur.vt.1.q.3.totũ.&.26.q.1.si infidelis.Hu.[vacante]a se nunc quia olim ea habuerat, sed iustè eã amiserat, & alij iam tradita erat.modo interueniente pecunia vult eam redimere quod notatur cum subditur [redimat]hoc quidem simoniacum est.ar.1.q.1.c.pe.Hu. [vel vacantem alterius presbiteri] id est , carentem altero presbytero. Hug. [& tunc dicit] [redimat] id est , emat, quia istud & illud simoniacum est pe.Archidiacon. ¶ Sed hic surgit,quæstio vtrum hoc idẽ esset in non vacante.respondetur ꝙ sic vt dicit Hu.& arc.Sed ideo dicit de vacãte, quia hoc frequentius contingit,frequentius.n.quis emit ecclesiam vacantem, q̃ non vacantẽ & ad ea q̃ frequẽtius contingunt iura adaptant̃.vt di.28.de syracusanæ[rapina]vide simoniam dici rapinam.Hu.[à regula clericali].i.à consortio fratrum.Hu.Lau.& Archi. Exponit literam. Quæstio. Respõdet.

Quod vero. §.est.in quo incipit quinta pars huius quæstionis,in qua ꝓbare intendit.ꝙ ex iusta causa,& de licentia papæ possunt fieri mutationes episcoporum , & ꝙ in vna ecclesia debet esse vnus solus prælatus quod probat per sex authoritates . secundum Ioan. de Fan. Io.de Fan.

1 *Facere quis non dicitur quod non facit voluntarius.*
2 *Sponsa oppressa uiolenter à sponso dum peteret monasterium non debet impediri.*



Vtationes. Ad probandum quod dicit,videlicet quòd de licentia papæ & authoritate & ex iusta causa possent fieri mutationes episcoporum inducit in primis hoc. c. quod est Aurelij papæ.Summa est in rubro , quæ est, quòd causa necessitatis aut communis vtilitatis authoritate papæ possunt fieri episcoporum mutationes. Et diuiditur in duas partes.in 1. Diuisio. dicit quod dictum est, quod probat tribus exemplis.in secunda declarat,quòd qui aut necessitate aut vtilitate communi superioris authoritate ad aliam ecclesiam assumitur, non est dicendus propriè transire,aut se mutare,sed potius Exponit literam. remutari ab alia.secunda ibi.non.n.Lege tex.¶[Mutationes.aut dominatione]vt.s.ipse episcopus in alia ecclesia vel in pluribus valeat dominari.vel dominatione inquam alicuius potentis,vt.s.quia habet dominium,ibi cogat episcopum inde recedere.Hu.nota hanc expositionem,quoniam modo currunt casus plures huiusmodi , sicut de marchione Ferrarien.de episcopo suo , & de comite vrbaniten. de suo & de multis alijs . [Petrus] ponit primum exemplum in Petro[magister]dicit.n.Chrisostomus super Ioan.Chri- Chriso. stus Iacobum localiter in vno loco prælatum determinauit, sed Petrum totius orbis ordinauit magistrum , & doctorem.[Et princeps apostolorum.]hinc est,quòd vbicun-

quæ præsens erat Petrus oẽs Apostoli Petro prædicãdo, & determinando dubia deferebant. vnde in penthecoste primum sermonem fecit Actuum. 2. stans Petrus cum. 11. eleuauit vocem suã, & locutus est[romani] vt ibi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis. vt. 2. q. 7. beati Hu.[potius] sibi & pluribus alijs[Eusebius] ſm exemplum [parua]. s. vercellẽsis. Hu.[mutatus est] necessitate aut vtilitate pensata. extra de transf. quanto. ver. non alias nõ vt præmittit, quod si fieret forte Deus omnipotens offenderetur. s. e. scripsit. in fi. ad hoc. 23. q. 1. manet. Arc.[similiter] tertiũ exemplũ[nõ. n. 2. pars] transit]. i. fingit transire, & est fictio canonis pp constantiã animi, quia. n. stabilis perseuerat in bono, nec deuiat à recto tramite, sicut non transeat suo proprio motu sed cõi vtilitate & authoritate maioris à canone
1 fingitur non transire†non. n. quis dr facere ꝙ non possit vo
2 luntarius. ar. 22. q. 5. fere per totum. Et est ar.†ꝙ sponsa que dum peteret monasterium violenter est oppressa à sponso, ꝙ non debeat impediri, quia fingitur pp amici constantiã non fuisse corruptã. ar. 32. q. 5. proposito[vel non transit]. i. non incidit in canonem, in quem incidunt sponte & sua authoritate transeuntes. s. vt vtraq; ecclesia careat. vt. s. e. q. si quis episcopus. &. c. si qs de ordine. Hu.[aut coactus necessitate] alia à præmissa[siue romane sedis] ar. 6. q. 3. deniq; & infra. e. sicut alterius. Hu.[alia.] quam diceret, bene dixi supra, non. n. transit, &c. quia alia est causa. &c. Arch.

1 *Vtilitas communis an semper sit præferenda priuatæ.*
2 *Bonum publicum siue multorum spirituale licet præferendum sit bono temporali priuato, non tamen quilibet tenetur pati detrimentum in temporalibus propter bonum publicum multorum extra casus necessitatis.*
3 *prelati debent publicum bonum præferre suo priuato in temporalibus.*
4 *Papa an ex toto siue simpliciter & absolute possit cogere quẽ quam vt transeat ad aliquem locum & abrenuntiet primo.*



Cias frater. Ad idẽ sequitur hoc. c. qđ est Pelagij papæ. Sũma est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in 1. ponit ꝙ cã vtilitatis vel necessitatis possunt fieri mutationes episcoporum. in. 2. infert quã digne veniant reprehendendi, qui contrariũ affirmãt. 2. ibi. non ergo bene. Leg. ¶[Scias non mutat] expone vt. s.[nota transit dñationis] expone vt in præcedenti. c. Hu.[dilectionis] quia magis diligit esse in alio loco, vel delectationis, quia vult esse in delicijs. quas non potest habere in tali loco. Hu.[Plurimorum vtilitas] ar. 8. q. 2. dilectissimi. &. 16. q. 1. nos aũt Hu. & hoc est quia bonum cõe diligibilius est, & præferendum priuato ſm philosophũ 2. Ethi. Et ista est rõ ſm Hu. illius constitutionis. s. ꝙ eps non debet intrare monasteriũ quia ibi intẽdit tm̃ proprię vtilitati. vt. 2. q. 7. sancta, sed in episcopatu cõi, quæ præferenda est priuatæ. vt hic &. 3. 8. q. 1. in scripturis. Sed ꝓ pleniori huius li
1 terę intellectu quæritur.†Vtrũ hoc semper sit verũ ꝙ vtilitas cõis sit præferenda priuatæ. Et vr̃ ꝙ sic. 1. expræs. c. 2. ex dicto Aris. allegato. 1. Eth. 3. ex illo Apñ. 1. ad cor. 13. Charitas nõ quærit quæ sua sunt, quod sicut dicit Aug. in regula, sic intelligitur quia cõia proprijs anteponit. Semp aũt cõe bonũ est magis amabile vnicuiq;, ꝙ propriũ bonũ sicut etiã ipsi parti est magis amabile bonum totius, ꝙ bonũ particulare sui. ¶ In oppositum arguitur sic. homo plus debet diligere se, ꝙ alium, Ergo debet præferre bonũ suum propriũ bono quorũcunq; aliorum cõsequẽtia patet. ante etiam ex illo Leui. 30. & Mat. 22. diliges proximum tuum sicut te ipsum. in quo videtur ꝙ dilectio hoĩs ad seipsum sit exẽplar dilectionis quæ hr̃ ad alterũ. Sed exemplar potius est ꝙ exẽplatum. ergo ex charitate magis homo debet diligere se ipsum ꝙ proximũ siue proximos. ¶ Responsio. dicendũ sub certis conclusionibus vbi primo notandũ ꝙ vtilitas põt attendi in diuersis bonis, ut. s. in bonis spũalib. cõcernẽtibus ad salutẽ aĩæ cuiusmodi sunt oĩa opera virtutũ, aut in alijs quasi exteriorib. siue corporalib. siue tpalibus, qua distinctione posita sit ista prima cõclusio. ꝙ loquendo de bonis spũalibus in quibus consistit salus aĩæ, nullus tenetur præferre vtilitatem cõem quorũcunq; aliorũ vtilitati proprię siue priuatę. ista cõclusio patet, quia charitas ordinata à se incipit. vñ Au. li. 1. de ciuitate Dei, & hr̃. 23. q. 5. c. si nõ licet. regula diligendi proximũ à seipso incipit: ergo magis vnicuiq; est optanda & est præferenda vtilitas proprię salutis aĩæ saluti quorũcunq; aliorum, sequitur corollariè ex ista cõclusione, ꝙ homo nõ debet peccare pp vtilitatẽ ꝗtũcunque publicã. patet corollariũ ex dictis, qa quãto quis amat salutẽ alicuius tanto magis vitat peccatũ illius, sed quilibet (vt dictũ est) magis tenetur diligere salutẽ propriã aĩæ quã quorũcunq; aliorũ, ergo pro quacunq; vtilitate quorũcunque nullus debet peccare. Et cõfirmatur per illud dñi. dicẽtis Mat. 16. Quid ꝓdest hoĩ si vniuersum mundũ lucratur, aĩę vero suæ detrimẽtũ patiať. s. in spũalib. quasi diceret nihil. patet. n. ex illo ecclesi. 4. Qui sibi neq̃, cui bonus: ergo vr̃ ꝙ nullus põt alios ordinatẽ diligere, nisi prius ordinatẽ diligat se ipsum. cuiusmodi nõ est qui pp vtilitatẽ quorũcunque vult sibi esse neq̃. Et iõ dicit gl. hic, & sup. c. licet de regularib. ꝙ cõis vtilitas pfertur spãli vtilitati, quia per publicã vtilitatẽ nõ impedit priuata, quia ordinata charitas à se incipit. 23. q. 5. si nõ licet, & di. 13. qđ ait. &. ff. de iud. si lõ-
2 gius. ff. de pręs. ver. ¶ Scđa cõclusio†bonũ publicũ siue multorũ spũale licet pferẽdũ sit bono tpali priuato, nõ tñ quilibet teneť pati detrimẽtũ in tpalib. pp bonũ publicũ multorum extra casum necessitatis. ista conclusio quantum ad primã partẽ patet, quia vt dicit Au. plus debemus diligere proximum, ꝙ corpus proprium, ergo multo magis bonum publicũ. s. multorum ꝓximorũ ꝙ bonum priuatum tpale, ꝑterea ꝑdicta cõclusio patet quo ad secundã partẽ de expositione proprij corporis. dicit. n. S. Th. in 2. 2. q. 26. ar. 5. quia non imminet cura de salute ꝓximi nisi forte in casu. nõ est de necessitate charitatis, ꝙ hõ propriũ corpus exponat ꝓ salute ꝓximi nisi in casu quo tenetur eius saluti ꝓuidere, sed ꝙ aliquis se ad hoc sponte offerat, pertinet ad perfectionẽ charitatis, ſm illud Io. Maiorem hãc charitatẽ nemo habet ꝙ vt aĩam suã ponat ꝓ amicis suis. casus aũt in quo teneatur quis corporalẽ vitã ꝓ vtilitate aliorum spũali offerre est, vel cum est ꝑlatus cui cura cõmissa est de ouibus iuxta illud Io. 10. bonus pastor dat aĩam suã ꝓ ouibus suis, vel vt dicit S. Th. in 3. di. 29. est cum scimus fratrẽ nostrũ posse liberare per mortẽ corporis à morte aĩæ sine periculo aĩæ, tunc. n. tradere aĩam fratrib. nõ est perfectionis, sed necessi
3 tatis. alias aũt est perfectionis. ¶ Tertia conclusio†ꝑlati debẽt in tpalibus publicũ bonũ pferre suo priuato. patet ista cõclusio ex pñti. itẽ ex illo apostoli dicẽtis ad Ro. 9. optabã ego anathema esse à Christo. s. ad tps ꝓ fratrib. meis. ad id. n. arctauit se eo ipso ꝙ recepit curã siue ꝑlaturã. Attẽde tñ ꝙ licet oĩs vtilitas excludat vtilitatẽ priuatã in ꝑlato, vt puta vtilitatẽ quietis maioris, aut cõsolationis tpalis, includit tñ aliã priuatã multo maiorẽ. s. maioris meriti, qa tunc magis meretur. hinc ꝑlatus vr̃ teneri ad pferendum vtilitatẽ ecclesiæ suæ proprię vtilitati. 12. q. 3. quęcunq;. ¶ His visis dicẽdũ est ad rõnes in oppositũ. Ad primã & ſm simul dicẽdum vr̃; ꝙ licet vtilitas cõis sit pferenda ſm se vtilitati spãli nõ tñ sp à quolibet, videlicet cũ ꝓ cõem priuať vtilitas priuata in spãlib. vt tãgiť hic in gl. ¶ Ad tertiã respõdeť ꝙ charitas cõia proprijs anteponit vbi nõ interueniat detrimentũ ꝓprię salutis, vñ nõ est ordinata charitas diligere plus salutem alienã ꝙ propriã: sequitur in litera[coacte] pp necessitatem ꝑsecutionis vel alias, vel[coactæ] quia impellit quis vel compellitur ad hoc cã cõis vtilitatis, & instantia & exhortatione & precibus superioris, & aliorum. simile. s. e. q. qualiter. Hu. vel coacte, quia põt quis cogi vt de nolẽte fiat volens. ar. 23. q. 4. displicet. & di. 74. placuit. &. c. consuluit.
4 ¶ Hic surgit q.† vtrũ dñs papa ex toto siue simpl'r absolutè possit cogere quẽꝙ vt trãseat ad aliquẽ locũ, & abrenũtiare 1. ad hoc rñdet Hu. hic dicẽs ꝙ sic. vt. 9. q. 3. cũcta. &. c. si siue vero. &c. ꝓ prĩcipalẽ, & ita hẽt. gl. i. c. se.[necessitatis]. s. cõis.

B *Bonum aliquid præsumitur eo ipso quòd factum est vel præceptum à bono & sancto homine.*
2 *Coactio excusat.*
3 *Prouehendus dicitur de minori ad maius.*



Mnis qui. Ad idẽ sequitur hoc. c. ꝙ est eiusdẽ Pelagij. Summa est in rubro. vel sic cã necessitatis & vtilitatis licet episcopo trãsire de ciuitate in ciuitatẽ authoritate tñ papæ. ¶ Leg.[Oĩs] pro cuius intellectu no. iuxta Hu. ꝙ hic notãtur duo casus. Quidã etiã dicebant ꝙ eps nõ erat mutandus ad alium locum ẽt maiorẽ vitantem epo. Alij dicebãt, ꝙ epi eiecti de suis ciuitatib. pp aliquã ꝑsecutionẽ nõ erãt intronizãdi in ecclesijs vocãtib. cõtra vtrosq; inuehit hic papa. dicẽs, vtriq; negãt Christũ, & misericor-

Marginal notes (left column): Diuisio. — Exponit literam. — Quæstio. — August. — Opponit in contrariũ. — Respõdet. — Prima cõclusio. — August.

Marginal notes (right column): Secũda cõclusio. — August. — S. Thom. — S. Thom. — Tertia cõclusio. — Ad primũ. — Ad secũdũ. — Quæstio. — Respõdet. — Exponit literam.

& misericordiã indigentibus.Et ita datur intelligi,ꝙ vtrũque est faciendũ.s.ꝙ epi sunt mutandi cã vtilitatis, vel necessitatis.Et ꝙ eiecti sunt recipiendi & intronizandi.Et potest diuidi in tres partes.in 1.inducit exemplum de Dauid, ad probandum ꝙ non peccat qui recipit fugientem pp persecutionem.in 2.probat non peccare prælatum si cogatur à sede sua fugere.in 3.inuehit contra negãtes posse fieri cã vtilitatis vel necessitatis mutationes siue translationes episcoporum.2.ibi,qui.n.tertia ibi,qui aũt[oĩs]hoc sumptum est ex.1.Reg.17.vbi dr̃,ꝙ fugit Dauid ad speluncã adollam quòd cum audissent fratres & oĩs domus patris eius descenderunt ad eum illuc, & omnes qui erant in angustia constituti & oppresi scilicet à Saul venerunt ad eum[amaro animo & factus est eorum princeps [peccatum esse]ar.
1 †ꝙ hoc ipso aliquid præsumitur esse bonum quia factum est vel præceptum à bono & sancto hoĩe. Sæpe.n.ratione facientis præsumitur adesse bonũm.ar.di.37.quidẽ mensa.&.9.q.2.Ludu.argumento.12.q.1.expedit.Hug.[qui.n.]2.pars[quantum dñm Iesum Christum]qui eis dixit Mat.10.qui vos recipit,me recipit,&.qui vos spernit,me spernit.Et actuu.9.dicebat Paulo persequente Christianos Saule Saule cur me persequeris.[Legatione]hoc sumptum est ex verbis apostoli.2.ad Cor.5.dicentis. Legatione fungimur pro Christo.&.s.ea.sicut.in fi.&.2.q.7.accusatio.in fi.Arc.[nec
2 ipsi in hoc peccẽt]ar.ꝙ coactio excusat,ᵃ nõ.n.vr̃facere co
2 actus,q aliqd facit coactus & ita nõ peccat.ar.di.50.psbyteros.&.32.q.5.ꝓposito hu.[Qui aũt]3.pars:hæc litera sic legitur,& construitur[illi negant misericordiam patientibus necessitatem,qui volunt imitari].i.imitando tradere & cõcedere[populis &c.].i.ad vtilitatem populorum indigentium.vel possunt esse ablatiui absoluti posite. Hu.[nõ habentib. proprium epm̃]quia caret eorum ecclesia proprio epo.Et ideo siue petunt de alia ecclesia quod sæpe fit.mutare inq̃ suum epm̃,doctiorẽ vel potiorẽ,vel vtiliorẽ, omnia ista comparatiua ponuntur pro suis positiuis.Hu.illum dico[non sponte transeuntem].i.transire volentem,sed maiorem exhortatione mutare inq̃[meliori cõsilio].s.causa vtilitatis atq; necessitatis,vt ex alia ciuitate.s.veniens,fit in ea ciuitate,quę non habet episcopũ, quasi diceret vt veniens ex minore ciuitate sit in maiori vacante in qua est vtilior, quia pluribus proficeret.Hu.[licet minor sit].i.volunt inq̃, licet sit minor illa ciuitas,ex qua postulatur,per quod videtur ꝙ facilius debent velle & cõcedere. †Qui.n.prouehitur
3 de minori ad maiorẽ est prouehendus.vt di.93.legimus.&.s.e.mutationes.Hu.[aut].i. negant misericordiam indigentibus qui volunt intronizare causa vtilitatis, aut necessitatis in ecclesia vacante[episcopum]eiectum &c.Hu.

Margin: Diui io. — ᵃ¶ Coactio excusat ad de qđ coactio excusat à culpa & à pœna. pe.de Anc. in.c.sacris, num. 2. de his q̃ 7.me ta.ve cã, & quid de nõ ditionali ibidẽ nu.

1 Vtilitate ecclesiæ tam episcopi quam alij clerici inferiores possunt transire de vna ecclesia ad aliam de authoritate superioris.
2 Laici an debeant se subscribere in decreto electionis.
3 Clericus ad hoc quòd transeat ad aliam ecclesiã an sufficiat cõsensus solius episcopi,an requiratur etiam cõsensus capituli. Et an si nolit possit cogi ab episcopo nu.4.



EPiscopus. Ad idẽ sequitur hoc. c. quod sumptũ est ex concilio quar-
2 to carthaginen.Summa est † ꝙ pp vtilitatẽ ecclesiæ tam epi q̃ inferiores clerici pñt trãsire de vna ecclesia ad aliã authoritate superioris, Et dimittitur in duas partes,in prima prohibet ne quis per ambitionem trãseat de vno ecclesia ad aliã. in 2.concedit hoc fieri authoritate superioris.2.ibi sane.Lege.¶[Episcopus decreto].i.scriptura cõtinente electionẽ, & subscriptiones, & nomina eligentium & subscribẽtium. Hu.& Arch. Quod de electione dicit non procedit saltẽ hodie in episcopo,qui nõ põt eligi sed postulari vt in c.vlt. de
2 postu.præla.[laicorũ.]¶ Sed hic surgit q.† vtrum laici debeant se subscribere in decreto electionis. Respõdetur iuxta Hu.ꝙ sic sed non vt eligentes, sed vt consentientes & approbantes vt di.63.nosse.&.8.q.1.licet ergo maximè maiores & potentiores,& præsertim qui inuitantur,vt intersint electioni non ad eligendum, sed ad tractandum,& deliberandum,& consulendum,alias laici nõ debent interesse electioni,vt di.63.Adrianus.Hu.[synodi]ad hoc cõgregatę de authoritate papæ, quia aliter nõ liceret.vt.s.e.mutationes.&.infra.ea.sicut alterius.in fi.Hu. Qđ ergo dicit synodi.dic.s.prouincialis.Io.de.fan.Arc.[transferatur]cum sñia roma-

Margin: Diuisio. — Exponit literam. — Io de Fan. Laurent.

nę sedis.alias nõ,vt dictũ est.Lau.[cõcessione]suorũ episcoporum tacita vel expressa ẽm id,qđ not.s.ead.placuit.Arc.
3 ¶Hic surgit q.†Vtrũ ad hoc ꝙ clericus trñseat ad aliã ecclesiã sufficiat consensus solius epi, an requiratur ẽt cõsensus capituli:rñdeẽ iuxta Hu.& gl. aut iste cleric⁹ subest epo nullo medio,tunc est conclusio,ꝙ licite põt cũ solo epi cõsensu transire vt hic dr̃, & di.61.clericos.Si vero subest epo aliquo medio vt abbate vel plebano, tũc est conclusio ꝙ non põt sine cõsensu abbatis,vel plebani.vt di.58.c.1.&.2.&.9.q.3.per singulas.&.c.cõquestus.Alia distinctio est, aut transit ad ecclesiã,siue locũ eiusdẽ episcopatus, aut alterius episcopatus.Si aũt clericus non habet exire episcopatum, tũc est conclusio,ꝙ sufficit cõsensus solius abbatis, vel plebani vel alterius proximi prælati.Si vero ad alium episcopatum debet accedere tunc est conclusio,ꝙ necessarius est consen
4 sus epi. ar.di.71.per totũ.& Hu.in gl.mouet vna q.† vtrum si presbyter non vult transire de minori ad maiorem ecclesiam nunquid põt cogi ab episcopo.ad hoc respõdet Ioan. in gl.ꝙ credit ꝙ sic,sed malè credit. vnde respondendũ est iuxta.Hu.Lau.& Arc.ꝙ non potest.vt di.80.gesta,sed compelli potest à papa solum de quo.s.e.scias.

Margin: Quæstio. — Respõdet. — Quæstio. — Respõdet. Contra Ioannem.

1 Episcopi aduenientes ad alias ecclesias inuitantur ad executionem honoris & officij propter tria.



EPiscopi. Ad idem sequitur hoc. c. quod est eiusdem concilij.Summa est ꝙ epi vel presybteri ex officio vel alia causa alios visitantes suscipiantur cum honore.breue est.Lege. ¶[Episcopi gradu].i.honore,& reuerẽtia,vel in officio sui ordinis[suscipiantur]ab episcopo illius loci vel clericis Hu. [ad verbum]prædicationis inuitentur alias non liceret.vt.9.q.2.nullus,nisi forte transeundo exhortarentur,& admonerent ibi pnpulum,non tamẽ solenniter & ex officio quasi episcopus vel sacerdos illius loci.vt.6.q.3. scriptum. Hu.
1 & Arc.†rationabile aũt est vt episcopi aduenientes ad alias ecclesias inuitentur ad executionem honoris & officij pp tria.primo vt inter ministros ecclesiæ charitas sine inuidia ostendatur quam inuicem debent habere.ad Ro.12.charitatem fraternitatis inuicem diligite. & ad Eph.4.supportate vos inuicem in charitate. 2. vt in officio diuino se inuicẽ honorent.iuxta illud ad Ro.12. honore inuicem præuenientes,& de Timotheo honorando philippensibus scribit dicens.excipite itaque illum cum animi gaudio in domino, & eum cum omni honore habete.3.vt hoc videntes cæteri fideles in obsequio charitatis ædificentur.quod fiendũ docet apostolus ad Ro.14.dicens.itaque quæ pacis sunt sectemur,& quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus.

Margin: Exponit literam.

1 Episcopus an sit dicendus sponsus ecclesię.quod sic sua nu.2.
3 Papa dicitur sponsus vniuersalis ecclesię.
4 Sponsus ecclesiæ propriè loquendo dicitur Christus.
5 Prælati ecclesiæ in quatuor seruiunt siue cooperantur Christo in educatione filiorum spiritualium.
6 Persecutionem fugere pro loco & tempore non est peccatum. imo perfectionis.



SIcut alterius. Ad propositum inducitur etiam hoc.ca. qđ est Calixti papæ.Summa est, ꝙ ecclesia vnius episcopi à nullo alio viuente potest siue eius licentia regi iudicari vel ordinari,ad similitudinẽ vxoris carnalis,quæ ab alio iudicari vel disponi nõ pmittitur nisi à suo solo viro. ¶ Pro pleniori intellectu hui⁹
1 capituli quæritur.†Vtrũ episcopus sit dicendus sponsus ecclesiæ.Et papa spõsus vniuersalis ecclesiæ. Et videtur quod non.primo sic.solus Christus videtur esse sponsus ecclesiæ secundũ illud Io.3.qui habet sponsam sponsus est,illi.n.ecclesia coniungitur per fidem secundum illud Oseæ.2.sponsabo te mihi in fide. ergo sequitur, quòd nec papa nec quicunq; sit dicendus sponsus ecclesiæ.¶ Secundò confirmando rationem factam Bernardus scribens ad Eugenium papam.: lib. de consideratione peranymphum eum vocat & amicũ sponsi,sed qui est peranymphus & amicus spõsi nõ est spõsus sed alius,ergo &c. ¶ Tertio sic.spõsus est qui de spõsa sua sibi gñat filios,sed nec papa nec ali⁹ eps gñat filios de ecclia sibi.vñ vt dicit Au.nõ dicimur à Petro Petrini nec à Paulo Paulini,sed à Xpo xpani,ergo papa, nõ põt dici aut alius eps spõsus ecclæ.¶ Quarto vnius spõsæ vnus debet ẽe spõsus.ge.2.erũt duo ĩ carne vna.&.1.ad co.6.dr̃ despõdi.n. vos vni

Margin: Quæstio. Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar.


vos vni viro virginẽ castẽ exibere Christo, ergo respectu ecclesiæ Dei vnus sponsus debet assignari, & non plures, sed Christus est spõsus ecclesiæ, ergo nullus alius debet ei tanquam sponsus assignari. ¶ Quinto arguitur sic. ex. c. sicut. 21. q. 2. vbi dicitur ꝙ ecclesia est vxor rectoris, ergo sequitur ꝙ non episcopus est sponsus ecclesiæ siue parochiæ suæ. ¶ In oppositum est. c. presens & s. ead. sicut vir. ¶ Respondeo dicendum sub aliquibus cõclusionibus. prima est ꝙ episcopus dr̃ sponsus ecclesiæ suæ sicut habetur ex præsenti. c. Nam inter episcopum & ecclesiam suam fœdus coniugij celebratur. quod vt ait Inn. in. c. 1. extra de trans. epi. in electione initiatur, ratificatur in confirmatione & in consecratione intelligitur consummatum. vnde nulli debet esse dubiũ, quin episcopus sponsus sit dicendus ecclesiæ suæ. vnde in hmõi signum episcopus portat annulũ & eo mortuo ecclesia dr̃ vidua. ¶ Scd̃a conclusio. ꝙ papa dr̃ & est sponsus vl̃is ecclesiæ. ista conclusio patet qm̃ sicut in electione episcopi fit matrimoniũ spũale inter ipsum & ecclesiã particularem sibi deputatam, ita in electione summi pontificis per cardinales vice totius ecclesiæ fit matrimonium spũale inter papam & vniuersalem ecclesiam, sicut aperte colligitur in. c. ecclesiæ meæ. di. 97. hinc etiã extra. de immu. eccle. in. c. qm̃. li. 6. dicit papa. nos. iustitiam nostrã & ecclesiæ spõsæ nr̃æ nolentes negligere &c. Est aũt pro pleniori notitia harum conclusionũ & responsione ad argumenta ꝙ vt inquit S. Th. in tract. suo cõtra impugnantes religionem spõsus ecclesiæ propriè loquendo Christus est, de quo dr̃ Io. 3. Qui habet sponsam sponsus est. ipse. n. de ecclesia suo nomine filios gñat. Alij aũt dicuntur sponsi sicut ministri sponsi exterius cooperantes prædicationis verbo, aut dispensatione sacramentorum ad gñationem filiorũ spũaliũ. quos quidem non sibi sed Christo gñant, qui quidem ministri in tm̃ sponsi dicuntur, inquantum vicem veri sponsi in tota ecclesia vniuersalis ecclesiæ sponsus dr̃ vt ait S. Tho. vbi. s. de desponsatione ecclesiæ cum Christo, & de tp̃e desponsationis eius. Et de donarijs & muneribus quibus Christus spõsam suã ecclesiam decorauit: vide in 1. li. summæ nostræ de ecclesia. in. c. 37. 38. & 39. his habitis dicendum est ad rõnes factas in oppositũ. ¶ Ad primã cum arguitur ꝙ solus Christus &c. Respondetur ꝙ verũ est ꝙ solus Christus propriè est sponsus ecclesiæ, sicut is à quo ecclesia fecundatur, & cuius nomini filios generat nihilominus tñ prælati inquantũ vt ministri Christi exterius cooperantur per dispensationẽ sacramentorũ, siue diuini verbi, ad generationẽ filiorũ spiritualium Dei, spõsi dici possunt sicut supra probatum est vnde nicolaus exponens moraliter illud Luc. 2. ascendit Ioseph &c. dicit ꝙ per Mariam designatur ecclesia & per Ioseph sponsum eius episcopus, pp̃ quod annulum habet, sicut sponsus, & sicut Maria fecundata fuit nõ à Ioseph sponso suo sed à spũs sancto, sic ecclesia fœcũditatẽ grẽ. habet à Deo vbi nota ꝙ plati ecclesiæ in quatuor seruiant siue cooperantur Christo in educatione filiorum spũalium. j. quo ad gñationem in quo accipiunt spũale esse, ꝓm illud Io. 1. dedit eis ptãtem filios Dei fieri. Et hoc faciunt dispẽsãdo sacr̃m baptismi, quòd est sacr̃m regenerationis spiritualis, vt inquit apostolus ad ti. 2. in roborando virum. Et hoc faciunt dispensando sacr̃m confirmationis quod datur ad robur. 3. quo ad nutritionem & educationem, & hoc faciunt dispẽsãdo eis sacr̃m eucharistiæ, in quo datur panis viuus de cœlo descendens. Ex quo qui manducat viuet in æternũ Io. 6. quarto cooperatur quo ad doctrinam iuxta illud apostoli. ad Gal. 4. filioli mei quos iterum parturio, quousque formetur in vobis Christus, & sic non immerito prælati ecclesiarũ dicuntur spõsi ecclesiarum, & p̃res quodammodo fidelium, cum cooperemus Christo in gñatione spũali, & educatione, vigoratione, & fornicatione illorum. ¶ Ad secundam de Bernardo respondetur dupliciter. 1. negando coñam istam. Bernardus non nominat papam sponsum ergo non est. 2. respondetur ꝙ dato Bernardus voluerit eum negare sponsum ecclesiæ intelligendũ est. s. propriè & principaliter. quia sic solus Christus est spõsus ecclesiæ, sicut. s. expositũ. ¶ Ad tertiã cũ dicit sponsus est &c. respõsio patet ex dictis iã, qm̃ talis spõsus. s. quo fecũdaẽ ecclesia & cuius nomini eclesia filios gñat nõ est nisi Christus, nihilominus ministerio cooperationis põt dici plat' spõsus aliquo mõ, vt dictum est. vñ Paulus inquit. in Christo. n. Iesu per euangeliũ vos genui ¶ Ad quartã cum dicit, ꝙ vnius sponsę &c. respondetur ꝙ verũ est ꝙ ecclesiæ non est nisi vnus spõsus. qui papæ, & principaliter sponsus eius est. s. Christus. vt pote quo sponsa ipsa fecundatur, & cuius nomini sponsa ipsa filios gñat. Sed nihilominus alij vt dictum est. s. presbyteri ministerio cooperationis dicuntur etiã sponsi eius, non tñ pp̃ hoc sequitur, ꝙ plures sint spõsi vnius ecclesiæ, quia alij à Christo non sunt, aut dicuntur sponsi nisi inquantum cooperantur Christo, & sic cum illo vnus sponsus iudicatur. vnde S. Tho. vbi. s. dicit ꝙ si ep̃s suæ diocœsis sponsus sit, & p̃sbiter suæ parochiæ, & papa spõsus ẽt diocœsis sit, non pp̃ hoc sequitur ꝙ sint plures sponsi vnius ecclesię, quia sacerdos suo ministerio cooperatur ep̃o tanq̃ principali, & similiter ep̃i papæ, & papa similiter Christo. vñ & Christus & papa à sacerdos & ep̃s non cõputantur nisi vnus sponsus ecclesiæ. hæc S. Th. ¶ Ad quintam responsio patet ex dictis. negatur. n. coñã. tum quia ep̃s principalis est respectu rectoris parochialis cum ad ipsum principaliter pertineat cura totius diocœsis, cum sit præordinator in cunctis. 25. di. perlectis. Tũ quia licet rector dicatur spõsus parochiæ: ep̃s tñ est sponsus totius diocœsis, cuius est ordinarius generalis. vt le. & not. extra de off. Arc. c. vlti. Leg. ¶ [Sicut] in hoc. c. in multis ostẽditur expressa similitudo inter episcopum & virũ, & inter ecclesiã & vxorẽ de quibus. s. e. c. sicut locuti sum' [adulterari]. i. carnaliter cognosci [ab aliquo] qm̃ hoc prohibetur præcepto decalogi, nõ adulterabis. Exod. 22. & & Mat. 19. adulter & adultera morte moriantur. Leu. 20. & Deut. 22. [vel iudicari aut disponi nisi à proprio viro] nota ꝙ ly. nisi non facit exceptionem ad illud fornicari, quia cũ hoc sit prohibitum. 32. q. 4. origo. sed tantũ facit exceptionẽ ad illa duo, iudicari aut disponi, qm̃ regimẽ & dispositio vxoris pertinet ad virũ, quia ꝓm philosophũ 1. poli. in domo bene ordinata vir dñatur, & vxor subijcitur, sic ꝙ in cura domestica vir se habet vt rex in regno, tunc. n. domus pestilenter regitur qñ vir subijcitur & mulier dñatur. Et idẽ dicit Aug. super Io. homi. 7. 1. ad Cor. 11. vir caput mulieris [sic nec vxor ep̃i] quæ est ecclesia eius, vbi nota iuxta Hug. ꝙ ecclesia dr̃ sponsa cum prælatus eius, est electus & nõdũ corporalẽ habet administrationẽ, vxor vero eius dr̃ ex quo platus cõmiscetur ei carnaliter. i. corporalẽ eius habet administrationẽ. & iã fruitur concubitu. i. ordinatione eius [alteri]. i. ab altero. & Arc. [Apostolus] 1. ad cor. 7. Arc. [eo definito] quo ad vitã, vel quo ad eam quod est cum ab ea separatus est, & diuisus rõne criminis, vel ob aliud. Hu. [in dño] . i. regulariter. i. sicut dictũ regulæ & statuta sanctorum. s. viro suæ religionis. i. Christiano, & sine suspitione turpitudinis. i. cui est licitum: non monacho. vel canonico regulari, non conuerso, nõ cõstituto in sacro ordine, non cõsanguineo nõ affini. [eo viuente]. s. viro. Hu. [simile & ille]. s. ep̃s. in hac similitudine est aliqua dissimilitudo, quia vxor viuẽte viro nulli põt copulari sed ecclesia viuente episcopo sed remoto rõne criminis vel alias renuntiante licitè alij nubit Hu. [cõicatione] quousq; illã dimittat, & ad suã reuertatur. vt di. 71. clericos. Hu. [si aũt ꝓm] ssignaẽ 2. pars capituli [p̃secutus] passiuè. i. p̃secutionẽ passus. Hu. dicente dño Mat. 10. ar. ꝙ persecutionem fugere pro loco & tp̃e non est peccatum nec imperfectionis. Nã sanctus & perfectus Dauid fugit persequentẽ se Saul. 1. Reg. 17. fugit etiam filium suum Absalon. 2. reg. 25. fugit eiã Christus Herodem. Mat. 2. præcepit fugere Apostolos Mat. 10. dicens. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. alia omnia patent.

Margin notes, left column: Quintũ ar. · Opponit & Respõdet. · 2 · Prima cõclusio. · Secũda cõclusio. · 3 · S. Thom. · 4 · Ad primũ. · Nicolaus de lyra. · 5 · Ad secũdũ. · Ad tertiũ. · Ad quartũ.
Margin notes, right column: S. Thom. · Ad quintũ. · Exponit literam. · Augu. · Archid. · 6

Hoc non solum.

Hic incipit. 6. pars huius q̃onis, in qua ꝓm Arc. reprehendit eõs, qui occupant locum viuentis, cum duo simul esse non possunt ꝓm Io. de Fan. Et continuatur sic ad præcedentia. dictum est supra in. c. sicut, ꝙ episcopo viuẽte sua ecclesia nõ debet alteri nubere: nunc dicit idẽ esse de quolibet alio ministro ecclesiæ sicut Arc. vt infra. pr oxi. ꝓm Bar. Arc. Lege. ¶ [hoc]. s. ꝙ aliquis viuentis non debet occupare [Salonitano] iste fuit natalis episcopus Salonitanus, de quo habetur dist. 74. honoratur, qui episcopus iniuste expulit honoratum ab Archidiaconatu, & eo viuente substituit alterum ei, quem Gregorius deposuit. vt infra. c. proxi. secundum Lau. & Bar. Brix. Arc.

Margin notes: Cõtinuatio. · Exponit literam.



Vm. Sequitur. c. eiusdem Gregorij ad idem propositum. Lege. ¶ [Eum] hoc dicit Gregorius salonitano episcopo qui iniustè priuauerat sicut dictum est honoratum Archidiaconatu &c. [Eum qui alterius] . s. honorati cõtra iustitiæ regulam. iniustum. n. est, vt quis vsurpet

Margin note: Exponit literam.

vsurpet sibi alienum,facit.n. contra præceptum illud diuinum.Exod.20. Non furaberis.Non concupisces rem proximi tui.non vxorem. Ecclesia autem vxor spũalis intelligitur vt patet ex.c.immediatè præcedẽti.[deponimus]ab Archidiaconatus honore. ¶ Sed hic surgit q. Nonne debuit iste deponi ex toto ab officio & beneficio.Et videtur ꝙ sic. 2.q.1.imprimis.&.3.q.2.audiuimus. Respondet iuxta Hu. ꝙ excusat authoritate maioris qua intrusus est,ibi vt d.28. diaconi.& di.54.si seruus,& 14.q.5.dixit.vel secũdo respondet ꝙ forte nesciuit illũ esse expulsum vel si sciuit credidit illũ iustè esse eiectũ. Sed prima solutio melior est.s.ꝙ quia habuit maioris authoritatẽ excusatur & dispensatur cũ eo. Et ista tangitur in gl.Et idem sentit Laurẽ.¶ Sed hic surgit quæstio vtrum authoritas iudicis excuset talem à restitutione fructuum perceptorum.Et responderur iuxta Arc. hic,ꝙ non,extra de offi. dele.cum causa.in fi.vbi dicit Gof. quod secus putat in percipiendis,in quibus titulus excusat. C.de rei vendi.si vestrum fundum.præter quam si non pro titulo habeatur titulus.C.de iure haste.fis.l.1.li.10.ſm Go. ibi tñ notat Hos.quod cum authoritas iudicis deficiat in ipso casu decretalis,cum eã approbãda est sententiæ Bar.quæ ibi fit in gl.vlti.Sed hoc habeas pro cõstanti,quod si aliquis minus canonicè adipisci beneficium.s. simoniacè, vel per fraudem,vel per surreptionem aliquam in perpetuum non præscribit.vt extra.de ele.egro postulastis,etiam ex quo cõstat in iudicio contentioso de hoc condemnatur ad restitutionẽ oĩum perceptorum,vt extra de his quæ fi.à præla.cõtinebatur & de iure patro.cum dilectus.in fi.in iudicio vero aĩæ sua conscientia ei dicat,ꝙ non dimittitur peccatum nisi &c.14.q.6.c.1.& extra de vsu.c.cũ tu.ſm Hos.qui ita notat extra de pb.dilecto in fi. Et adde qđ no.s.90.di. clericus victum.& extra de cau.pos.cũ sup.in gl.solo verbo &c.Arc.

(Margin: Quæstio. Respõdet. — Quæstio Respõdet. — Hostien. — Hostien.)

1 *Rex princeps aut imperator an debeat esse vnus omnium nationum in toto orbe terrarum.*
2 *Reges hispaniæ & franciæ non recognoscunt imperatorem.*
3 *Imperator quòd non sit super omnes reges.*
4 *Imperator græcorum quòd abusiuè dicatur imperator.*
5 *Parricida quis dicatur.*



N apibus. Ad propositũ principale inducitur ẽt.c.hoc qđ est beati Hieronymi cuius summa ad propositum Gratiani est vt ĩ rubro, ꝙ in vna ecclesia duo prælati esse non debent.Et diuiditur in duas partes in prima inducit exemplũ ad hoc tam in naturalibus,quã in politicis, ꝙ in vna multitudine vnus presidet,in secunda elicit corollariè, ita debere esse in regimine ecclesiastico ꝙ vnus debeat in singulis ordinibus seu officijs præsidere. secunda ibi singuli ecclesiarũ.¶Pro pleniori intellectu huius.c. & aliquorum quæ tãguntur in gl.

(Margin: Diuisio.)

Quæstio. 1 Quæritur.†Vtrum in toto orbe terrarũ vnus omnium hominum & nationum princeps & rector rex aut imperator esse debeat. Et videtur ꝙ sic.Primo ex præsenti.c.in apib⁹. vbi dr̃ imperator vnus. & gl.inquit ꝙ oẽs reges coronabit imperator.Et ita videtur ꝙ vnus imperator præsideat oĩb. regibus. ¶ Secundò sic ex philosopho qui in 12. meta.arguens ait entia nolunt male disponi:malum autem pluralitas principũ.vnus ergo princeps.¶ Tertio ex illo Danielis 2.ꝙ Daniel interpretãdo somnium Nabuchodonosor regis & statuã.dixit sic.tu rex regum es, & Deus cœli regnũ, fortitudinem & imperiũ dedit ibi,& oĩa in quibus habitãt filij hoĩum,& bestiæ agri,volucres quoq; cęli dedit in manu tua,& sub ditione tua vniuersa constituit. hæc ille. Ex quibus verbis manifestè haberi videtur propositũ.¶ Quarto arguitur ex Lucæ.c.2.quod fuit hac hebdomada die natalis dñi lectũ.vbi dr̃. Exijt edictum à Cœsare Augusto,vt describeretur vniuersus orbis. ergo videtur ꝙ fuerit vnus totius orbis imperator & dñator. ¶ Quinto arguitur authoritatibus & rõnibus quibus probatur, ꝙ in toto orbe Christiano vnus debeat esse summus pontifex,vnus pastor & rector,de quibus.s.ea.q.c.nõ autem.¶ Sexto dicit imperator. Ego quidem totius mũdi sum dñs sicut patet in multis legibus.vt.l.deprecatio.ff.ad.l.rhod. de iactu.cum multis alijs.¶In oppositum videtur primo ex.c.nũc autem.di. 21.vbi plures notantur imperatores.Nã ibi papa Nicolaus scribens Michaeli imperatori dicit.Si quidem diocletiani tpe & maximiani augustorum. ¶ Respõdeo saluo semper meliori iudicio.dicendum est sub duabus conclusionibus. prima est ꝙ cõueniẽtius & vtilius in vno regno dñaẽ vnus rex,aut in vna prouincia vnus principalis iudex, ꝗ plures. ista conclusio primo patet ex presenti.c.¶ Secundo quia vt dicit Augu. Natura principiorum amat singularitatẽ,vnde oĩs ptãs est impatiens consortis.23.q.7.ꝙ aũt.¶ Tertio idẽ arguitur ex parte potentiæ, quæ requiritur in regimine ciuitatis,quia in vno principante quanto plus est vnica potẽtia,tanto magis fortior est, ꝗ in pluribus dispersa, vt patet in lib. de causis & in ꝓpositionibus Procli. videmus.n.ꝙ si multi hoĩes trahunt nauem, nisi vniantur in tractu nũquã nauẽ traherent imo si oẽs vires quæ sunt in pluribus trahẽtibus cõgregarẽtur in vno, quia ille magis vnitè traheret, virtuosior esset in trahendo. quare si tota ciuilis potentia q̃ est in pluribus principib.cõgregaretur in vno principe,efficacior esset & ille principans pp abũdantiorem potẽtiam melius posset politiã gubernare. ¶ Quarto idem arguitur ex parte vnitatis & pacis, quæ principaliter intẽdi debet in regimine multitudinis. Nam pax & vnitas subditorum est finis regentis.vt dicit Aug.plures aũt principantes non seruant pacẽ multitudinis,nisi fuerint vniti & concordes. Cũ ergo pp vnumquodq; tale & ipsum magis,sequitur ꝙ vnus principans ſm virtutẽ magis poterit seruare vnitatem, & pacem subditorum,ꝗ si plures principarẽtur.¶Quintò patet exemplis.Nam vnus fuit in regimine paradisi.s.Adã.ge. 2.vnus in regimine arcæ.s. Noe.vnus in ducatu filiorũ Israel.s.Moyses,vnus Iosue post eũ.vnus in tabernacula.s.Aaron, vnus Dauid vnus Salomõ.vnde dicit Roboã & Ieroboã regnum iuda & Israel in malo eorũ diuisit.3.reg. 12.¶ Scđa conclusio in diuersis regnis aut in toto orbe videtur cõueniẽtius dñari plures reges,ꝗ vnũ dñari toti mũndo.ista cõclusio videtur nobis vera, saluo semper meliori iudicio.& ex multis tenetur.primo quia nunq̃ hoc fuit post multiplicationẽ gñis humani vt vnus toti orbi dñaretur plene. Et cũ iuxta platonẽ optimũ sit optima adducere,si hoc fuisset toti orbi cõueniens,diuina vtiq; prouidẽtia hoc aliq̃n mũdo dedisset,sed nõ dedit,ergo.&c. tum.2.quia hoc nec iure naturali, nec diuino inuenitur expresse ꝙ vnus debeat toti mundo vniuersaliter dñari. vnde licet Aris.in politicis dñationẽ vnã cõmendet in singulis ciuitatib. vel regnis, nunq̃ dñationẽ vnius in toto orbe terrarũ, Tũc.3.quia hoc nõ vr̃ deseruire paci totius orbis,qm̃ melius seruaẽ pax, vt in singulis regnis sint singuli reges,ꝗ ꝙ in diuersis regnis regnet vnus,quod patet ex eo, ꝙ tpe quo à multis præsumebatur toti orbi imperare mundus erat magis pturbatus guerris, & plenus sceleribus,ꝗ ante vel post.vñ Aug.4.de ciuitate dicit ꝙ melius.i.magis pacifice regebaẽ res publica,qñ vniuscuiusq; regnũ suæ patriæ terminis finiebatur. Et tñ nũc ꝓ ista cõclusione, quæ magis adhuc elucidabitur ex rñsionibus dãdis ad argumenta in contrariũ,ad quæ iã dicẽdũ est. ¶Ad primũ de pñti.c. respondetur negando coñam. & rõ est,quia in hoc.c.non hr̃, ꝙ oẽs apes de toto mũdo sequãtur vnũ regẽ,aut oẽs grues de toto mũdo sequãẽ vnã gruẽ.sed bene ꝙ aliqua particularis cõgregatio earũ seruẽt hunc ordinẽ.Et ita in proposito in vno regno in vna prouincia seruatur bene iste ordo vt vnus regnet vnus imperet,sed ꝙ in toto orbe terrarũ,nõ sequiẽ.Nã totus mundus licet in cõparõne ad Deũ qui illũ creauit posset dici vnũ imperiũ,vnũ regnũ iuxta illud psal. dñi est terra & plenitudo eius.nõ tñ respectu cuiuscunq; hoĩs nũc põt dici:vñ q̃tũ in se multa regna,multa imperia, & ita plures reges,& plures imperatores sunt.Ad id vero qđ dicit gl.rñdeẽ ꝙ verũ est de regib. q̃ in iurisdictione pẽdẽt ab imperatore, & nõ vr̃ de oĩbus sicut experiẽtia docet.Nã multi sunt reges ẽt in parte orbis q̃ 2
christiana ꝓfessione cẽsenẽ q̃ nõ coronanẽ ab imperatore, nec cognoscũt eũ tanq̃ superiorẽ. vñ rex Hispanæ nõ recognoscit imperatorẽ.sic in gl.di.63.Adrianus.& gl.in.c.& si necesse.de dona inter vi.& vxo.& ẽt Io.An.sup Spec.de priui.Et idẽ de rege Frãciæ.vt in.c.per venerabilẽ.qui fi.sint l. qui tñ non creduntur in hoc deũ offendere.¶ Ad ſm de dicto Arist.dicẽdũ,ꝙ dictũ Arist.bene intellectũ nõ est ad ꝓpositũ.qm̃ Arist.in illo passu intendit probare,ꝙ vnus sit totius orbis conditor, & creator, & dñs.s.deus prima causa vniuersalis omnium. Et nõ ꝙ totius orbis vniuersaliter sit aliquis homo princeps,& dominator.vt patet manifeste legẽti eum in illo passu¶ Ad tertiũ de verbo Danielis rñdeẽ negãdo coñam ꝙ ex illis verbis bñ intellectis iuxta expositores catholicos hẽaẽ, ꝙ vnq̃ aliq̃s toti orbi vr̃ imperauerit cum

(Margin: Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Quĩtũ ar. — Sextũ arg. — Opponit ĩ contrariũ Respõdet — Prima cõclusio. — Augus. — August. — Quĩtũ ar. — Secũda cõclusio. — August. — Ad primũ. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ.)

rit cum vero dicitur es regum es. non ideo ꝙ omnes reges mundi subiectos haberet, sed ideo quia multos diuiserat & sub se tributarios habebat ꝓm Nicolaum de lyra. sequitur regnum. non totius mundi, sed caldeorum fortitudinem, ad belladum inimicos & alios reges & imperium. i. monarchiam, non, tamen respectu totius mundi. & omnia in quibus habitant filij hominum, hoc dicitur quãtum ad ciuitates, & bestię agri. quantum ad loca campestria, & volucres cœli, quantum ad syluas in quibus habitant aues cõmuniter. dedit in manu tua vniuersa &c. hoc est sub potestate tua, & accipitur pars pro toto, per synecdochem, quia non oĩs terra habitabilis fuit ei subiecta, sed magna pars. est etiã ibi alia figura, quæ dicitur hyperbole. i. sermo multum expreßiuus ad expreßionem excesiuę multitudinis suæ. hæc magister Nicolaus. Et sic patet, ꝙ authoritas illa non probat propositum. ¶ Ad quartum de eo quod Lucæ. 2. dicitur. respondetur iuxta doctores exponentes illũ tex. ꝙ non fuit facta descriptio generaliter totius orbis, sed pro maiori parte. q̃m nunquam fuit vt dictum est vt vnus plene & vniuersaliter dominaretur toti orbi humano generi multiplicato. ¶ Ad quintum respondetur, ꝙ rationes illę & authoritates bene procedũt ad probandum ꝙ in ecclesia Dei sit vnus summus præsidens, & vnus rector christiani populi in spiritualibus. non autem ad probandum, ꝙ in toto orbe sit vniuersalis vnus homo in tẽporalibus dominus, & rex, seu imperator. Et ratio est multiplex. prima qa scissura vnitatis. s. fidei in ecclesia ad quam conseruandam maximè institutum est à Deo, vt vnus præsideat toti ecclesię, & maximè periculosa cum extra illam non sit salus iuxta illud Mat. vlt. Qui vero non crediderit condemnabitur, & illud apostoli ad Heb. 11. sine fide impoßibile est placere, Deo, non sic autẽ est de aliqua alia vnitate in quacunq; politia inter homines obseruanda, cum non sit necesse oẽs eos conuenire in politia communi, sed possunt secundum diuersitatem climatum & linguarum & conditionum hominum esse diuersi modi viuendi, & diuersæ politiæ sicut sunt propter quod non est ita necesse mundum regi per vnum in temporalibus plenè in omnibus potestatem habentem sicut in spiritualibus. ¶ Secunda ratio, quia non est necessarium leges ciuiles quibus regna & prouincię reguntur esse conformes, siue easdem apud omnes nationes propter varietatem morum, & conditionem hominum, vt diuersis prouincijs, imo secũdum varietatem nationum variantur, quia non omnibus eędem leges conuenire possunt nec etiam omnes omnibus secundum naturã & cõsuetudinem poßibiles esse possunt, quod tamẽ est de legis ratione secũdum illud Isidori. li. eth. & habetur in decre. dis. 4. c. erat autem. vbi dicitur. Erit autem lex honesta, poßibilis secundum naturam & consuetudinem patrię, loco temporiq; conueniens. Est autem necessarium vt obseruantia diuinæ legis per quam est ingressus ad vitam secundum illud Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua madata, vniformiter in tota republica Christiana ab omnibus obseruetur. Et quia ad hoc multum operatur ꝙ vnus in tota christiana religione rector & magister presideat, ideo magis est conueniens vt in spiritualibus præsideat vnus in tota republica christiana, quàm in temporalibus. ¶ Tertia ratio, est quia ꝙ vnus præsideat in tota ecclesia in spiritualibus est iure diuino, & diuina institutione ordinatum, iuxta illud Ioannis vltimo. Simõ Ioannis pasce oues meas. Sed ꝙ vnus plene & vniuersaliter in temporalibus in toto orbe præsideat, nec naturali iure, nec diuino videtur habere, vt diximus. ¶ Ad sextum respondetur, ꝙ imperatori quãtum ad hoc non est credendum, quia perhibet testimoniũ de seipso & in causa sua quando ipse dicit ꝙ est dominus mundi. Et tantum de ista quæstione saluo semper meliori iudicio. Lege textum. ¶ [In apibus, ordine literato]. i. ordinatę sicut literę ordinatim vna post aliam sunt dispositę in alphabeto. Hug. [imperator vnus in populo]. s. in christiano. non in toto orbe terrarum, vnde multa quæ dicit gl. in. c. per venerabilem. de elec. non videntur vera. primo extra ecclesiã nõ sit imperiũ, nec hoc habet. vbi allegat. 24. q. 1. in. §. sed illud, quia ibi sit mẽtio de ptãte clauiũ nõ de ptãte imperiali, ac secularis iurisdictionis, vt ẽt innuit gl. ¶ Secũdo dicit quòd imperator ille est super omnes reges. inducit. c. hoc in apibus. †istud etiam est falsum, non tam de regibus qui sunt pagani, quàm de regibus qui sunt christiani,
3 sicut habitum est de rege franciæ & hispanię nec illud habet in. ca. in apibus. ¶ Tertio dicit ꝙ omne snationes sunt sub eo, allegat. 11. q. 1. §. hoc si quis. istud etiã est falsum nec tale habet in præfato. §. s. ꝙ omnes licet nominentur ibi multę nationes tũc subiectę romano imperio, quæ nõ sunt modo. ¶ Quarto dicit ꝙ est princeps mundi, & dominus sic loquendo vniuersaliter falsum dicere videtur. ¶
4 Quærit autem Hug. & gl. hic quid dicendum sit de greculo. respondet ꝙ abusiuè & sola vsurpatione dicit imperator. Solus. n. romanus dicitur iure imperator, quia vt dicit glo. romana ecclesia trãstulit imperium ab oriente ad alemanos. extra de elec. venerabilem. ob hoc forte vt dicit Arch. quia græci romanam ecclesiam non cognoscebant. Cum. n. iudex secularis iustitiam non facit eius negligentiam potest papa corrigere, delegando alijs iurisdictionem eius secundum Lau. ar. extra de fo. compe. in. c. licet. & c. ex tenore. cũ si. [iudex prouinciæ vnus]. i. principalis, & maior. corã quo tractentur negotia prouincialia debet esse vnus tex. Hu. nõ potuit, quia omnis potestas impatiens consortis est. vt. 23. q. 7. ꝙ autem. Hu. & Arc. Quis. n. auarus quærit compossessorem, quis dominandi cupiditate inflatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem [& parricidio]
5 magis ꝓprie diceretur patricidio. †Sed parricidia dicitur & quia patriam prodit, & qui patrem vel parem occidit, ergo & qui fratrẽ interficit rectè dicitur paricida, quia suum parem occidit. s. Romulus Remũ. vnde Lucanus. Fraterno primi maduerũt sanguine muri. [in rebecę bella gesserũt] gen. 25. & 26. [singuli] episcopi ecclesiarum debent esse singuli in singulis ecclesijs, vt di. 80. in illis. hoc regulare est casualiter tamen quandoque aliter fit. s. ꝙ duo episcopi sunt in vna ecclesia. vt. s. e. q. non autem, & ꝙ vnus episcopus est duarum ecclesiarum episcopalium. vt 21. q. 1. relatio. Hug. [singuli Archidiaconi]. i. in singulis Archidiaconatibus, nõ dico in singulis ecclesijs episcopalibus. Nam in vna ecclesia episcopali quandoque sunt plures archidiaconi, sed in vno archidiaconatu non debet esse nisi vnus. Hu. [ordo]. i. ecclesia, vel dignitas suis rectoribus] distributiue. i. in singulis. Non. n. ecclesia debet scortum esse, vt pluribus subijciatur. vt. 21. q. 1. sicut. nec vnus debet præesse pluribus de communi iure, vt. 10. q. 3. vnio. & 21. q. 1. c. 1. Hug.

1 *Papa si mandat alicui prouideri de prædenda si contingat illam vacare per liberam resignationem an illi debeatur.*

Ecce. §. est, in quo secundum Arch. & Ioan. de. incipit septima pars huius quæstionis, in qua continuatur de mutatione causa neceßitatis & leuitatis. Et diuiditur in duas partes. in prima recapitulat aliqua pręmissorũ. in secunda aßignat differentiam inter illum qui neceßitatis causa puta hostilitatis causa transfertur, & illum qui vtilitatis causa. secunda ibi, sed inter. Et potest continuari. §. iste ad precedẽtia sic. Quia Gratianus ostendit. s. in quibus casibus viuente prælato alius potest substitui, non ubiungit hunc. §. ad ostendendum, ꝙ si bene inspiciamus prædictos casus non succedit quis viuo, sed mortuo. Nam ex quo quis renuntiat ecclesię, vel transfertur ad aliam quodãmodo dicitur mortuus quo ad illam ecclesiam, quia desinit esse prelatus illius. Et ideo quia succedit huic non dicitur succedere viuo, sed defuncto, & tandem aßignat differentiam inter illum qui hostilitatis causa transfertur &c.
1 ¶ [Defuncto] hic est ar. †ꝙ si papa mãdat alicui prouideri de præbenda puta parisiensi, si contingat illam vacare per liberam resignationem. d. tunc canonici, ꝙ si illa vacat per mortem illius debeatur illi, quia hic mors naturalis & renuntiatio siue translatio equiparari videntur, ergo idem iuris est in vno, quod in altero. extra. de consti. trãslato, & sic de facto sententiarum fuit in curia, vt dicit dominus Bert. argumentum tamen contra, quia tales literę sunt ambitiosæ, vt leg. & no. extra. de præben. cum olim. & c. quamuis. e. ti. li. 6. et sunt odiosæ, cum absorbeant ius ordinarij, ergo non sunt extendendæ, nisi vt sonãt. quod verius est & istud teneas, vt est expressum in. c. susceptum. extra de rescri. lib. 6. Arch. [sed inter eum] secunda pars [redire] oportet [qui vero] vt infrã t §. proximo. Arch.

1 *Episcopus dicitur pastor dominici gregis.*

2 *Episcopus si capiatur à paganis aut schismaticis capitulum ipsius ecclesiæ debebit ministrare in spiritualibus & temporalibus donec fuerit restitutus libertati.*

3 Neceßitate

Marginalia: Nicolaus de lyra. — Ad quartũ. — Ad quintũ. — Isidorus. — Ad sextũ. — Exponit literam. — Cõtra glo. — Quæstio. Respõdet. — Lauren. — Lucanus. — Diuisio. — Cõtinuatio. — Exponit literam.

3 *Necessitate cessante cessare debent facta causa necessitatis.*
4 *Episcopus expulsus à sua ciuitate ab hostibus si eligitur ad aliam ecclesiam, an poterit eam recipere sine licentia papæ. & nume.6.*
Et sic translatus an sit dicendus episcopus primæ ecclesiæ.nu.5
7 *Intitulari aliquem sub conditione & ad tempus an sit licitum.*



Astoralis. Ad probandum quod dixerat de eo qui se transfert propter hostilitatem de sua ecclesia ad aliam inducit hoc capitulum quod est beati Gregorij scribentis Io.&c. Summa est in rubro.videlicet ꝙ propter hostilitatem transfertur episcopus de sua ecclesia ad aliam ita tamen ꝙ cessante hostilitate reuerti debet ad primam. Et diuiditur in tres partes.in prima ponit exordium,in quo dicit officij esse summi pastoris destitutis ecclesijs de pastoribus prouidere.in secunda narrat prouidentiam quàm fecit circa quendam episcopum propter hostilitatem à propria ecclesia depulsum.in tertia limitat translationem quàm facit de eo. secunda ibi ꝓpterea tertia ibi,ita tamen. Le.¶[Pastoralis]pro intelligentia literę casus est iste:Ioannes erat episcopus lesmianæ ecclesię,postea cum non posset ibi esse propter furorem & hostilitatem hostium intitulauit eum Gregorius in squrlitana ecclesia tunc vacante, ita tamen quòd deberet redire ad propriam ecclesiam, si vnquam cõtingeret illam ab hostibus liberar[destitutis].i.vacantibus prælatis.Hu.& Arc.
1 [qui gregẽ,†eps pastor Doñici gregis est de quo ecclesiast. 18.qui mĩam habet docet & credit, sicut pastor gregẽ suũ & Esa. 40. sicut pastor gregẽ suũ pascet vnde epis dicit act. 20.attendite vobis, & vniuerso gregi,in quo posuit vos spiritus sanctus regere ecclesiam Dei, & prima Petri quinto. pascite eum, qui in vobis est gregem[Ioannem] ergo intitulatio & superscriptio nõ debet esse Iacobo , sed Ioãni cui scribit Hu. [captiuatum].i.hostilem captiuitatem passum non in sua persona, sed in suis subditis,& rebus & forte captus fuit & postea liberatus, vel captiuatum ab hostibus.i.
2 suo loco captiuato ab hostibus pulsum. Hu.†hodie statutũ est quod si episcopus à paganis aut schismaticis capiatur capitulum ipsius ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus ministrare debebit donec libertati fuerit restitutus,vel per papam fuerit aliud ordinatum, vt extra de supplen.negli. præla.si episcopus.li.6.Arch.[cardinalem].i.proprium.71. di.fraternitatem.in fi.& 21.q.1.relatio.Hu.Lau.& Arc.[retributionis]Mat.2.[venite benedicti.&c.in eam.].s.lesmianam.Hu.[reuertaris iar.†ꝙ cessante necessitate cessare de-
3 bẽt ea que facta sunt causa necessitatis.arg.1.q.7.quod pro
4 remedio.Hu.¶ Sed hic surgunt plures quæstiones.†prima est vtrum iste episcopus expulsus à sua ciuitate ab hostibus si eligitur ad aliam ecclesiam,vtrum sine licentia papæ põt eam recipere. Ad hoc respondetur quod non, vt in hoc.c. pastoralis.&.j.c.proximo.& extra.de renun.c.nisi.in fi.ſm Vincen.qui ita notat extra.de transl.præla.c.1.vt dicit Arc. quod dictum ponit Io.and.in.d.c.super.3.gl.¶ Secunda q.
5 †vtrum episcopus translatus ad secundam ecclesiam sit dicendus episcopus secundæ ecclesiæ, si habet eam in commendam.Et respondetur iuxta Hu.ꝙ non.dicit tamẽ quòd iste episcopus de quo fit sermo in litera,fuit etiam intitulatus in secunda.Et credit ꝙ erit episcopus duarum ecclesiarum,licet vnius.s.secundæ sub conditione, & ꝙ poterat disponere de vtraque in spiritualibus & temporalibus. 21.q.
6 1.relatio.¶ Tertia quæstio vtrum†si prima ecclesia cessante hostilitate nollet episcopum talẽ recipere, aut si ipse nõ vellet redire & illa vellet eum recipere, vtrum ille in tali casu cogeretur illam recipere,& ille redire.respondetur iuxta Hu. ꝙ illa cogeretur recipere,si episcopus vellet redire, & iste cogerẽ illuc redire si illa eum repeteret. ar. hic & 34.q.
7 1.c.1.¶ Quarta quæstio†vtrum sit licitum aliquem intitulari sub conditione & ad tempus.Et videtur ꝙ sic ex præsenti.c.vbi intitulatur episcopus ille in ecclesia sub conditione.s.quousq; sua ecclesia liberetur ab hostibus. Ad hoc dicit Hug.ꝙ est specialis casus,vbi institutio in ecclesia videtur esse ad tempus.71. di.clericos. quod regulariter tamen non debet esse.61.distin.sanctorum,sed tamen nec ex toto in tali casu ad tempus cum certum tempus ibi non possit statui Hug.de hoc dixi in prædicto.c. clericos. & supra. ea. quamuis.Arch.

Diuisio. Exponit literam. Casus. Laurent. Archid. Prima qõ. Vincen. Secũda q. Respõdet. Tertia q. Respõdet. Quarta q. Quæstio.

1 *Episcopus causa ambitionis dimittens ecclesiã suam transiens ad aliam,an remaneat adhuc episcopus primæ ecclesiæ.*

Qui vero. §.est. Et respicit ad finem superioris.§. vbi dictum est,ꝙ qui transit causa necessitatis cogitur redire,nunc dicit, ꝙ si causa vtilitatis transfert non potest ad priorem. Et diuiditur in duas partes.in prima ponit quod dictum est.in secunda adiungit alium casum,in quo viuente episcopo alius instituitur. secunda ibi, est.n.Leg.¶[Qui vero nequaquam ad priorem]verum dicit,vt probatur.16.q.2.ne pro cuiuslibet. &.21.q.2. si quis. Hu.& Arch.[est.n.]secunda pars, quasi diceret non solum alius substituitur viuenti, qñ transit causa necessitatis vel vtilitatis,sed etiam quando transit causa leuitatis, vel ambitionis.Hug.& Arch.[transierit]causa ambitionis.Ber.[non desierit esse episcopus] prioris ecclesiæ. ¶ Sed hic surgit
1 quæstio†vtrum hoc sit verum ꝙ episcopus causa ambitionis dimittens ecclesiam suam, & transiens ad aliam adhuc remaneat episcopus primæ ecclesiæ. Et videtur ꝙ nõ quia si talis habet ecclesiam suam pro derelicta,& alius ibi substituitur,iam videtur desinere esse illius ecclesię episcopus. alias duo episcopi simul essent eiusdem ecclesiæ quod esse non debet.vt.s.ea.c.in apibus,item idem patet, quia in. c.si episcopus qui ponitur ibi,dicitur successor illius,ergo iam primus mortuus est illi ecclesiæ, ergo nullum ius habet in ea.[nec aliquid cum ea commune. argu.s.ea.quàm periculosum.& 21.q. 2.si quis iam. ¶ Sed hic surgit quæstio.qũo desinit esse episcopus ille illius ecclesiæ.dicunt quidam, ꝙ quam cito accipit aliam vel habet eam pro derelicta,& secũdum hoc etiam inconsulto papa metropolitanus statim potest ibi ordinare alium episcopum. Sed hoc secundum Hu.non videtur verũ, quia episcopalis renuntiatio vel cõdemnatio , vel qualiscunque mutatio,nõ debeat recipi vel fieri,sine licentia papæ.arg.6.q.3. denique. &.s.e. mutationes. dicendum est ergo, quod desinit esse episcopus illius ecclesiæ, cum papa sententiauerit in eum, vel cum ratam habuerit eius dimissionem, & abrenuntiationem saltem interpretatiuam.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respõdet. Quæstio. Respõdet.

1 *Episcopo recedente an possit statim alius ei substitui ex quo alij ecclesiæ adhesit.*
Et quid si aliquis fuerit substitutus & alter redit.n.2.3.& 4.
Et quid si mortuo substituto ille non vult redire.num 5.
6 *Episcopus qui reuertitur ad ecclesiam suam si inuenerit illam vacantem an poterit eam recipere iure suo.*



Os sacerdotes. Inducit ad probandum quod dixerat hoc. c. quod est Damasi papæ.Et diuiditur in duas partes. in prima ponit,ꝙ episcopi vel ẽt alij clerici qui propria authoritate ad alias ecclesias transierint remoueantur à communione fidelium, quousque ad suas redierint.in secunda ponit, ꝙ si eis alij fuerint substituti , vacabunt quousq; vixerint ipsi substituti.secunda ibi.Quod si.lege. ¶[Eos].s.episcopos.idem est de presbiteris, & alijs clericis, sed capitulum videtur tãtum loqui de episcopis propter illud verbum ad ciuitatis Hu. [à cõione]sacramentorum,vel fidelium.Hu. 71.di.clericos.Hu.& Arch.[non redierint] si primæ ecclesiæ volunt eos repetere.& recipere.¶Surgit hic quęst.vtrũ ipsi suo iure possint repetere.Et ad hoc respondetur iuxta Hu.& Lau.& Arch.ꝙ non.Et ratio est, quia iam acceperũt alias,& quasi fornicati sunt adherendo alijs.s. e. sicut alterius.& habuerunt suas pro derelictis.hoc ergo dicitur in fauorem ecclesiarum,quæ si volunt possunt eos recipere, sed non coguntur.Simile est de viro, & de vxore, quorum alter sua authoritate recessit ab altero,& publicę fornicatur, vt.32.q.1.de benedicto.Hu.Nota ergo ꝙ siue ecclesia velit siue nolit illum transeuntẽ repetere, si ille nolit reuerti carebit vtraq; ecclesia.vt.s.e.si quis episcopus.&.c. si quis de ordine.[quod si alius]secunda pars,in qua ostendit quid iuris sit si interim alij substituantur.[transmigrante.] ¶ Hic surgit quæstio†vtrum statim episcopo recedẽte possit alius ei substitui ex quo alij ecclesiæ adhęsit.Ad hoc respõdetur iuxta Hu.ꝙ sic,ex quo accepit aliam, vel habuit suam pro derelicta.idem dicit Lau. quia iam nullam iustam causam absentiæ potest allegare.dicit tamen Hu. fiendum esse con sulto papa circa episcopos,alias non.ar.6. q.3. denique. &.
2 supra.e.mutationes.Arc. †hic tamen nota ꝙ si aliquis fuerit substi-

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respõdet. Quæstio. Respõdet. Laurẽtiu.

rit substitutus probata iusta causa absentiæ remouebitur & restituetur alius supra.eo.q.præsentium Hug. qui Arch.
Quæstio. 3 Respõdet. ¶ Sed hic surgit q.† Ecce ille reuertitur, & vult probare iustam causam suæ absentiæ, vnde habebit sumptus ad causam prosequendam. Ad hoc respondetur iuxta Hu.ꝙ si ante causæ cognitionem est restituẽdus habebit sumptus de ecclesia, alias non.[tandiu vacet]. ¶ Surgit hic q.† vtrũ mortuo successore de iure posset eam repetere. Et videtur ꝙ si ex ista litera.respondetur iuxta Hug.ꝙ non.vnde quod hic dicitur, vel dicitur in fauorem ecclesiæ quæ potest eum repetere, sed non cogitur vel dicitur ideo, non ꝙ post mortẽ eius mercatur restitui, sed quia ante mortẽ eius restitui nõ põt, &, si ipsa ecclesia velit. Et intelligitur in eo casu cum nõ habuerit iustam causam absentiæ. Nam si habuerit ea probata statim dicitur expelli substitutus & ille constitui.s.c. præsentium. Hu. capitulum tamen loquitur ita quasi de certo. Loquitur.n.in eo casu, quando ille iam accepit aliam, in quo casu vix potest esse iusta causa.absentiæ. Hu. ¶ Item surgit alia quæstio.† vtrum mortuo substituto, si ecclesia petit primum, & ille non vult redire talis possit compelli redire.respondetur iuxta veritatem ẜm Hug.ꝙ talis non potest compelli, nec ecclesia potest illum repetere. ratio est, quia intelligitur renuntiasse iuri suo in eo repetendo, cum potuit eum repetere, & noluit, sed alium prælegit. Simile de viro & vxore adultera.32.q.1.dicit.Hu. ¶ Itẽ surgit alia q.† Ecce reuertitur episcopus ille & inuenit ecclesiam adhuc vacatem, vtrum poterit iure suo eam repetere. Ad hoc respondetur iuxta Hu.ꝙ aut non recepit aliam vel non habuit suam pro derelicta, tunc potest. Si vero iã accepit aliã, vel habuit suam pro derelicta, & non põt. Et ratio est. ẜm Hu. quia potuit eam retinere, sed noluit. Et ideo inflictum est ei, vt nunc cum velit non possit[vacet à sacerdotali dignitate].i.episcopi dignitate.i. non habeat interim executionem episcopalis dignitatis, vel interim habere non possit vllam dignitatem episcopalem. Et istud facit in pœnam sic deserentis ecclesiam suam, vt non propter hoc velit, vt post mortẽ substituti ille re habeat ecclesiam primã sed tunc cessabit prima suspensio, vel carentia executionis vel ecclesiæ alicuius episcopalis.

Quæstio. 4 Respõdet. (margin)
Quæstio. 5 Respõdet. (margin)
Quæstio. 6 Respõdet. (margin)

Episcopalium. §.est. Sumpta magister loquutꝰ est de mutatione episcoporũ & de causis mutationis eorum, nũc subiungit de sedibus episcopalibus, qualiter etiam mutari possint metu hostilitatis, quod probat per sequens capitulum.

1 *Sedes episcopalis quando transfertur an remaneat prima ecclesia episcopalis*

Temporis. Sequitur.c.ad probandũ propositum, & est Gregorij. summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in prima præmittit ex rationabili causa posse ecclesiarum fieri translationes, in secunda iniungit episcopo, cui scribit, vt ecclesiam suam trãsferat ad aliũ locum securiorem.secunda ibi, propterea. Lege. ¶ [Temporis.] vt habent aliqui libri, sed non debet esse[episcoporum antiquitus].i.quondam. Arc.[propterea] secũda pars.[transmigrari].i.transferri. Hic surgit q.† vtrum cum sedes episcopalis transfertur remaneat prima ecclesia episcopalis.respondetur iuxta Hu.ꝙ non.imo definit esse episcopalis nec episcopalia ibi debent fieri.s.ordinatio clericorum, confectio chrismatis. si tamen fieri potest debet ibi sacerdos remanere, & diuina officia celebrare.16.quæst. 7: ca. si quis vult. Hug.

Diuisio. (margin) Exponit literam. (margin) Quæstio. 1 Respõdet. (margin)

Item cum aliquis. §.est in quo incipit.8.pars q̃stionis, in qua quæritur de illis qui causa pœnitentiæ relinquunt episcopatum, vtrum possint iterum fieri episcopi ẜm Arc. Et ponit hic Gratianus alium casum, in quo viuente presbytero possit ei alius substitui.s.quando ingreditur monasterium causa humilitatis, & de licentia papæ, quia decetero non potest ad episcopatum resurgere, & ad hoc inducit sequens capitulum [apocrisarij].i.legati, siue secretarij. Hu.

3 *Episcopus effectus monachus an poterit eligi ad alias dignitates scilicet et vt sit abbas vel archipresbyter. vel rector in seculari ecclesia.*

4 *Monasterium quare dicatur locus pœnitentiæ.*

Hoc nequaquam. Inducit ad probãdum quod dixerat hoc.c., quod sumptum est ex synodo cõstantinopolitano. Summa eius est in rubro videlicet ꝙ episcopus qui cã humilitatis monachus authoritate apostolica efficitur ad põtificatum redire nõ potest. Et diuiditur in duas partes: in prima ponit quod dictum est. in secunda assignat rationem. 2. ibi, monachorum tantum. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo. Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum episcopus possit curam episcopalem deserere vt ad religionem se transferat.

2 ¶ Secundum est vtrum hæc constitutio sit bona, quod episcopus in causa humilitatis efficitur monachus, ad pontificatum redire non possit.

1 Ad primum. sic proceditur.† Et videtur ꝙ episcopus non possit curam episcopalem deserere, vt ad religionem se transferat. Primo sic. Nulli.n.de statu perfectiori licet ad minus perfectum transire hoc.n.est respicere retro, quod est damnabile ẜm sententiam domini dicentis. Luc.9. nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei, sed status episcopalis est perfectior, quàm status religiosorum ẜm Diony.5.ecclesiasticæ Hierarchiæ, ergo sicut non licet de statu religionis redire ad seculum, ita nõ licet de statu episcopali ad religionem transire. ¶ Secundo sic: ordo gratiæ est decentior q̃ ordo naturæ, sed ẜm naturã non mouetur idẽ ad cõtraria: puta si lapis naturaliter moueretur, non potest naturaliter deorsum redire in sursum, sed secundum ordinem gratiæ licet transire de statu religionis ad statum episcopalem, ergo non licet econuerso de statu episcopali redire ad statum religionis. ¶ Tertio nihil in operib. gratiæ debet esse otiosum, sed ille qui est semel in episcopum consecratus, perpetuo retinet spiritualẽ potestatem conferendi ordines, & alia huiusmodi faciẽdi, quæ ad episcopale officium pertinent, quę quidem otiosa potestas remanere videtur in eo, qui curam episcopalem dimittit, ergo videtur, ꝙ episcopus non possit curam episcopalẽ dimittere, & ad religionem transire. ¶ In oppositum est.c.præsens, quod est constantinopolitanæ synodi, vbi manifeste innuitur, ꝙ sit licitum de pontificale ordine ad monachalem vitã descendere. Et idem colligitur ex duobus capitulis se. ¶ Respondetur dicendum sub ista conclusione. ꝙ quandoq; nõ est licitum deserere curam episcopalem, vt ad religionem se tranferat, & quandoque est licitum, pro cuius conclusionis euidentia est notandum iuxta S. Tho. in.2.2.q.185.ar.4.ꝙ perfectio episcopalis status in hoc consistit, ꝙ aliquis ex diuina electione se obligat ad hoc quod saluti proximorum insistat, & ideo tandiu obligatur ad hoc, ꝙ curam pastoralem retinet, quandiu põt subditis sibi commissis proficere ad salutem, quam quidem negligere non debet, nec propter diuinæ contemplationis quietem, cum Apostolus propter necessitatem subditorum etiam à contemplatione futurę vitæ se differri patienter tolerabat ẜm illud ad phil. 1. Ecce quid eligam ignoro. Coarctor.n.in duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis est permanere, permanere autem in carnem est necessarium propter vos, & hæc confidens scio, quia manebo, præterea nec relinquenda est episcopalis propter quæcunque aduersa vitãda vel lucra acquirenda, quia sicut dicitur Io.10.bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. alias videretur magis mercenarius, quam pastor. Et ista ratio tangitur in duobus capitulis sequentibus. Verum quandoq; est hoc licitum, sicut dicit alia pars conclusionis. Et hoc ideo quia contingit quandoque ꝙ episcopus impeditur procurare subditorum salutem, & hoc variè & multipliciter. quãdoque quidem propter proprium defectum vel conscientiæ, sicut si sit homicida, vel simoniacus, vel etiam propter defectum corporis, puta si sit senex vel infirmus, vel etiam defectum scientiæ, quæ sufficiat ad curam regiminis, vel etiam propter defectum irregularitatis, puta si sit bigamus. quandoque etiam propter defectum subditorum, in quibus nõ potest proficere. vnde Greg. dicit in 2. dialo. ibi.n.equanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui qui adiuuent boni. vbi aũt oĩno fructus de bonis deest, fit aliquãdo de malis labor superuacuus. vnde sæpe agitur in animo perfectorum. Quod cum laborem suum sine fructu esse considerant, in loco alio ad laborem cum fructu migrant. Quãdoque

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit contrariũ. Respõdet. S. Thom. Greg. (margin)

doque autem contingit ex parte aliorum, puta cum de prelatione alicuius graue scãdalum suscitatur. Nam vt apostolus dicit.1.ad Cori.8. Si esca scandalizat fratrem meũ, non manducabo carnes inæternum. dũ tñ scandalum non oriatur ex malitia aliquorum volentium fidem aut iustitiã ecclesiæ conculcare, pp hmõi.n. scandalum non est cura pastoralis dimittenda ꝫm illud Mat.15. sinite illos.s. qui scandalizantur de veritate doctrinæ Christi, cœci sunt, & duces cęcorum. Oportet tñ ꝙ sicut curam regiminis assumit aliquis per prouidentiam superioris prælati, ita etiã per eius authoritatem ex causis prædictis deserat susceptam, vnde extra de renuntiatio.c. nisi cum pridem. vbi habetur lõgus sermo de ista materia, ibi videas. dicit innocentius tertius in fi.c. Si pœnas habeas quibus satagas in solitudinem auolare, ita tñ astrictæ sunt nexibus præceptorum, vt liberum non habeas absq; nostra permissione volatum. Soli.n. papę licet dispensare in voto perpetuo, quo quis se ad curã subditorum astrinxit, episcopatum suscipiens. ¶ His habitis dicẽdum est ad rões in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta S.Tho. vbi.s. ꝙ perfectio religiosorum & episcoporum ꝫm diuersa attenditur. Nam ad perfectionem religionis pertinet studium quod quis adhibet ad propriam salutem. Ad perfectionem autem episcopalis status pertinet adhibere studium ad proximorum salutem. Et ideo quãdiu potest esse aliquis vtilis proximorum saluti, retrocederet si ad statũ religionis vellet transire, vbi solum suæ saluti insisteret, qui se obligauit ad hoc, ꝙ non solum suam salutem, sed etiam aliorum procuraret. vnde Inno.3. in prædicta decretali. nisi cũ pridem. dicit, ꝙ facilius indulgetur, ꝙ monachus ad præsulatũ ascẽdat, quàm pręsul ad monachatum descendat. sed si salutem aliorum procurare non possit conueniens est vt suæ saluti intendat. ¶ Ad secundã respondetur negando consequentiam & ratio est iuxta S. Tho. vbi supra quia non est simile de vno & de alio. patet. pp nullum.n. impedimẽtum debet homo pretermittere studium suę salutis, quod pertinet ad religionis statum, potest autem esse impedimentum procurandæ salutis alienæ. & ideo monachus põt ad statum assumi, in quo etiam suæ salutis curam agere potest, etiam episcopus. si impedimentum alienæ salutis procurandæ interueniat ad religionem transire, & impedimento cessante potest iterato ad apiscopatum assumi vt dicetur. ĩ. in sequenti quæstione. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et rõ est iuxta sanctum Th. qm̃ sicut in rebus naturalibus pp impedimentũ superueniens potẽtia remanet absque actu, sicut pp infirmitatem oculi cessat actus visionis, ita etiam non est inconueniens si pp exterius impedimentũ superueniens potestas episcopalis remaneat absq;. actu.

Ad primũ. S. Thom. — *Ad secũdũ. S. Thom.* — *Ad tertiũ.*

Primũ ar. 2 Ad secundum. sic proce.† Et videtur ꝙ non. Primo sic. de monacho licite põt fieri clericus, & sic eligi ad regimen animarum. ar.16.q.1. sic viue. &.c. si qs monachus &.c. monachos. ergo &c. ¶ Se*Secũdũ ar.*cundo sic monachus potest licitè esse episcopus. vt.8.q.1. in scripturis. &. 16. q.5. vos autem, ergo etiã episcopus factus *Tertiũ ar.* religiosus potest postea effici episcopus. Tertio clericus si etiã monachus efficiatur licite eligitur & promouetur ad *Quartũ ar.* regimen ecclesiæ etiam secularis.16.q.1. si quos. ¶ Quarto sic. iste põt plus proficere in episcopatu, q̃ in monasterio. Si ergo canonice fuerit electus ad eundem episcopatum vel alium videtur quod possit esse episcopus, ibi cum cõis vtilitas sit præferenda priuatę vt.s.e. scias. ¶ In oppositum videtur ex.c. præsenti. ¶ Respõdet. dicẽdum iuxta Hu. ꝙ hoc c. sanæ. potest tribus modis intelligi. primo vt intelligatur de episcopo qui deliquit & conuincitur de crimine, vel cõfitetur, & talis remouetur ab episcopatu. & iniũgitur ei, vt toto vitæ suæ tempore sit in monasterio ad agẽda pœnitẽtiam, de tali est conclusio vt in hoc.c. ꝙ talis qui ad agendã pęnitentiã intrat monasterium causa pœnitentiæ sibi perpetuo iniunctæ, nõ potest reuerti ad eundem episcopatum vel alium. Et ratio est, quia talis debet repelli tanquam publicè pœnitens vel solenniter. Si enim quis detruditur in monasterio causa criminis scilicet vt ibi perpetuo agat pœnitentiam, non potest ascendere ad sacerdotium. ergo multo minus ad episcopatum. istum casum videtur velle litera præsentis capitulo. vnde iuxta eum exponitur litera sic. ¶ [Descenderit] causa criminis & pęnitentiæ. sibi perpetuo iniunctæ [ad põtificatum] eundem vel alium [non docendi.] inquantum monachus est. vt.16.q.1. monachus. &. §. superiori. vel dum quis existit simpliciter monachus, non habet verbum docendi, sed postquàm fit sacerdos & prælatus habet, & si fiat episcopus statim eximitur à subiectione, & regula monachali. vt.18.q.1.c.1. ¶ Secundo modo intelligitur hoc.c. de eo, qui causa humilitatis intrat religionem, & hoc dupliciter. Talis.n. vel abrenuntiauit loco tm̃, vel abrenuntiauit omni episcopali officio. Si abrenũtiauit tm̃ loco, tunc est conclusio, ꝙ talis per se non potest redire. Sed si de nouo eligatur, cõgrue potest reuerti ad suã ecclesiam, vel aliam, & secundum hoc plane legitur litera sic [descenderit.] de licentia papæ, alias non licet vt. suprà eod. mutationis. &. capitu. sicut alterius [descenderit.] dico abrenuntiando tantum loco. [ad pontificatum] eundẽ, vel alium [non reuerti] per se, sed electus põt. Surgit autem hic

Opponit & Respõ. — *Exponit literam.*

3 quæstio.† Vtrum talis possit eligi ad alias dignitates. s. vt esset abbas. vel archipresbyter, vel rector in seculari ecclesia. Ad hoc respondet Hu. Credo ꝙ sic. ar.17.q.1. si quos in parochia. Si vero abrenuntiat loco, & omni officio episcopali non põt decetero exercere officia episcopalia, & sic nõ põt reuerti vel eligi de nouo, nisi interueniat spiritualis licentia papæ & secundum hoc planè etiam legitur litera. [descẽderit] abrenuntiando loco, & omni officio episcopali [reuerti] etiam si eligatur, nisi interueniat specialis licentia pa-

Quæstio. Respõdet.

4 pæ. [pœnitentiæ.] † monasterium.n. dicitur locus pœnitentiæ propter districtam vitam quæ ibi ducitur. Et sic patet ꝙ tribus modis legitur hoc capitulum secundum Hug. Et ita patet litera ex habitis. Conco. S. Tho. in.2.2.q. 185.ar.4. & ibi iuxta decretalem. nisi cum pridem. extra de renunti. sic dicens. ꝙ episcopus si impedimentum interueniat salutis procurandæ transire potest ad religionem, & impedimento cessante potest iterato ad episcopatum suum redire per correctionem subditorum, vel per sedationem scandali, vel per curationẽ infirmitatis, aut depulsa ignorantia per instructionem sufficientem. vel etiam si simonia sit promotus eo ignorante. Si vero aliquis propter culpam ab episcopatu depositus, & in monasterium detrusus ad pœnitentiã peragendam, non potest iterato ad episcopatum redire, vt patet in.c. præsenti. rationes factæ in prin. quæstionis procedunt iuxta distinctionem factam. & sic patet totum.

S. Thom.

1 *Tribulationes non debent terrere virum perfectum.*



SVggestum. Ad idem propositum sequitur hoc c. quod Liberij papæ. Summa totius.c. est. ꝙ nõ debeat episcopus propter laborem vitandum & quietẽ appetendam dimittere gregem, & tradere se otio & quieti monachali. Diuiditur autem.c. in duas partes. in prima narrat factum & propositum quorundam episcoporum quod reprehendit. in secunda hortatur ad contrarium exemplo Christi & apostolorum. secunda ibi, ideo fratres. Leg. tex. ¶ [Suggestum. dicẽte domino] .i. quamuis dicat dominus. Mat.10. & 24. [Qui autem perseuerauerit] ęquanimiter sustinendo tribulationes, & passiones huius mundi. iuxta illud.* beati qui persecutionem patiuntur pp iustitiam.43. dis. sancimus. Arch. [patientiæ.] ideo quis in hac erumnosa vita in qua tribulationes variæ sunt perseuerat in bonis propter ueritatem patientię. Iacobi.j. patientia opus perfectum habet per continuationem vsq; in finem, alias non est opus perfectum sed imperfectum & interru-

Diuiso. — *Exponit literam.* — *Matt. 5. a.

1 ptum. unde Iob.6. finis meus ut patienter agã [afflictionis] † nõ.n. uirum perfectum debent terrere tribulationes.a huius temporis, ut earum afflictione deserat regimen pastorale. Et hoc propter multa. Tum primo quia momentaneę sunt.2. ad Cori.4. Tum 2. quia per earum patientiam assecutio obtinetur uitæ æternæ. actuum.14. per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Tum.3. quia genere curam animarum est officium maximæ charitatis, propter quod tribulatio non est formidandas unde ad Ro. 8. ait Apostolus. Quis non separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio &c. quasi diceret. nihil. tum.4. quia ita nos Christus suo exemplo docuit, qui pro salute nostra tribulationes, angustias, dolores, & lãguores multos tulit, & mortem pro nobis passus est, nec pp hoc deseruit quia esset pastor & episcopus animarum nostrarum. 1. Petri.2. Quinto ad hoc inducẽdi sunt prælati exemplo apostolorum, quia omnes qui me uolunt persecutionem patiuntur.2. ad ti.3. [apostolicam] hoc dicit Paulus. 2. ad Ti.3. [uinculis potestatis liberaret] unde passione imminente

a ¶ Tribulatiões. adde quòd tribulatio dicitur medicamẽtũ & ad multa ẽ vtilis vide Archi. in.c. ad uersitas. n. 1. infra ea. cã. &. q.

minente dicit Ioan. 12. princeps mundi huius eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero, omnia trahã ad me. [ideo fratres] 2. pars. [Non vos] ad hoc inducit exemplum de Christo, inquiens. [Considerantes] pro absolutione à peccatis Apocal. 1. dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Attendite] Actuum. 20. [vobis & gregi] datiui sunt acquisitiuè positi. Hu. [quam quæsiuit]. i. emit proprio sanguine, non. n. corruptibilibus auro, vel argento, redempti estis de vana conuersatione paternæ traditionis sed pretioso sanguine agni immaculati, & incontaminati [Christi filios] spirituales [subditos] vobis commissos. Hug.

1 *Episcopo an liceat propter aliquam persecutionem corporalem deserere gregem sibi commissum.*
2 *Episcopatum nullus potest relinquere inconsulto papa.*
3 *Deus aliquando suscitat contra nos barbaras nationes propter peccata nostra, & facit nos fame & alijs molestijs affici.*
4 *Potestas nocendi siue peccandi an sit à Deo.*
5 *Voluntas potest sumi dupliciter.*



Sciscitaris. Ad idem sequitur hoc. c. quod est Nicolai papæ. Summa quod propter tribulationes non est officium prælationis deserendum, imo tũc est magis exercẽda cura. Et diuidit in tres partes. in prima ponitur cõsultatio episcopi moninensis in 2. responsio papæ. in. 3. ponitur responsionis factæ expositio, siue declaratio. 2. ibi, in quo scias. 3. ibi, vbi non dicimus. (Diuiso.)

1 ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. Quæritur † Vtrum liceat episcopo propter aliquam persecutionem corporalẽ deserere gregem sibi commissum. Et videtur quod non liceat: primo arguitur ex præsenti. c. vbi hoc expresse dicit Nicolaus papa. ¶ Secundò sic. dicit. n. dominus Io. 10. quod ille est mercenarius & non verus pastor, qui vidit lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, dicit autem Gregorius in homilia, quod lupus super oues venit, cũ quilibet iniustus & raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Si ergo propter persecutionem alicuius tyranni episcopus gregem sibi commissum corporaliter deserit, videtur quod sit mercenarius, & nõ pastor. ¶ Tertio prouer. 6. dr, fili, si spoponderis pro amico tuo, defecisti apud extraneum manum tuam. Et postea subdit. discurre, festina, suscita amicum tuum. quod exponens Greg. in pastorali dicit. spondere est aĩam alienã in periculo suæ cõuersationis accipere, quisquis autem ad viuendum alijs in exemplum præponitur, non solum vt ipse vigilet, sed etiam vt amicum suscitet commouetur. Sed hoc non potest facere si corporaliter deserat gregem. ergo videtur quòd episcopus non debeat causa psecutionis corporaliter suum gregẽ deserere. ¶ Quarto ad perfectionem episcopalis dignitatis pertinet, quod proximis curam impendat. sed non licet ei, qui statum perfectionis professus est, vt omnino deserat ea, quæ sunt perfectionis, ergo videtur quod non liceat episcopo se corporaliter subtrahere ab executione sui officij, nisi forte vt operibus perfectionis in monasterio vacet. ¶ In oppositũ est quod dominus apostolis quorum successores sunt episcopi mandauit Matt. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. ¶ Respondet. dicendum sub ista conclusione, quòd quandoque licet episcopo propter persecutionis instantiam gregem corporaliter deserere & quandoque non licet: pro euidentia huius cõclusionis est notãdum iuxta sanctũ Thom. in. 2. 2. q. 185. ar. 4. quod in qualibet obligatione præcipuè attendi debet obligationis finis. Obligant aũt se episcopi ad exequendum pastorale officium propter subditorum salutem. Et ideo vbi subditorum exigit personæ pastoris præsentia, non debet pastor personaliter suum gregem deserere. nec propter aliquod commodum temporale. nec etiam propter aliquod personale periculum imminens, cum bonus pastor animã suam ponere teneatur pro ouibus suis. Si vero subditorum saluti possint in absentia pastoris per alium prouideri, tũc licet pastori vel propter aliquod ecclesiæ commodum, vel propter personæ periculum gregem deserere. vnde Augustinus dicit in epistola ad honoratum. fugiãt de ciuitate in ciuitatem serui Christi. quandoque eorum quisque specialiter à persecutoribus quæritur vt ab alijs qui non ita quæruntur, non deseratur ecclesia. Cum autem omnium commune est periculum, hi qui alijs indigent non deserantur ab his quibus indigetur. Si. n. perniciosum est nautã in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus. vt dicit Nicolaus in. c. præsenti, Cõcordat magister Nicolaus super Mat. c. 10. dicens. Considerandum est, quod persecutio aliquando est personalis, vt quando aliquis quæritur ad mortem, non quia fidelis principaliter, sed propter odium personæ determinatæ, & tunc est fugiendum. sicut paulus quærebatur ad mortem in damasco, vt habetur actuum. 9. patet, quia alij fideles permittebãtur pacificè habitare, sed quærebant solum Paulum interficere, ideo dimissus à fratribus per murum fugit persecutionem personalem. Aliquando non est persecutio personæ, sed est fidei & iustitiæ, tunc si homo percipiat probabiliter quod ex fuga sua sequatur derisio fidei, & depressio iustitiæ, fuga est mala & peccatũ mortale. Si autem hoc non apparet probabiliter, sed magis cõtrarium, vtpote quia ex fuga tali potest fieri alibi vtilitas ecclesiæ ex remansione autem non habetur nisi occisio ministrorum ecclesiæ à canibus obstinatis, infidelibus, & cõculcatio margaritarũ. i. articulorum fidei ab ipsis, tunc est fugiendum & alibi proficiscendum. hæc Nicolaus de lyra. de ista materia vide. j. satis plenè. infra. cap. proxi. aduersitas.

(Margin: Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar. Greg. Tertiũ ar. Grego. Quitũ ar. Opponit in contrariũ. Respõdet. S. Thom. Augus. Nicolaus de lyra.)

¶ Ad rationes in oppositum dicendum est ad primam de. c. præsenti patet responsio ex dictis. intelligitur. n. in casu, cum oĩum commune est periculum sicut dictum est. ¶ Ad secundam de. c. Io. 10. dicendum, ille tanquã mercenarius fugit qui commodum temporale, vel saltem salutem corporalem spirituali proximorum præponit. ille autem qui ad vitandum periculum recedit, absq; detrimento gregis non tanquam mercenarius fugit. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, & est ratio iuxta S. Tho. quia ille qui spondet pro aliquo, si per se implere non possit, sufficit quod impleat per alium. vnde prælatus si habeat impedimentum propter quod non possit personaliter curæ subditorum intendere suę sponsioni satisfacit si per alium prouideat. ¶ Ad quartam respondetur negando quod sit necesse talem episcopum fugientem ad religionis statum trãsire. Et ratio est iuxta S. Tho. quia ille qui ad episcopatum assumitur, assumit statum perfectionis secundum aliquod perfectionis genus à quo si impediatur ad aliud genus perfectionis nõ tenet, vt. s. necesse sit eũ ad statũ religionis trãsire, imminet tñ sibi necessitas vt animũ retineat intendendi proximorum saluti, si opportunitas adsit, & necessitas requirat &c. Leg. ¶ [Sciscitaris. conuersari subaudi & relinquere gregem tibi commissum, quia adhuc non intrauerat iste monasterium, vt ibi remaneret perpetuo, licet forte propter persecutionem se illuc contulisset, sed intrare volebat, quod quia non poterat facere sine licentia papæ, ideo eum super hoc consuluit. Hu. & Archi. Et nota quod hic accipitur ar.

2 † quod non potest quis relinquere episcopatum inconsulto papa. [proretam]. i. gubernatorem nauis, à prora quòd est anterior pars nauis. Hu. [in quo]. 2. pars. i. in quo exẽplo. Hug. [vbi non.] 3. pars. [non fugiamus] qm quandoque licitum est, quod patet exemplis sanctorum patrum. vnde prophetas legimus declinasse persecutoris insidias. Helias. n. fugit à facie Achab, & abscondit se in torrente. deinde venit ad viduam in sareptam. 3. re. 19. Dauid fugit à facie Saul. 1. re. 24. Hieremias quoque fugit in Aegyptum Hier. 43. dominus quoque Apostolis dicit Mat. 11. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Petrus fugit Herodis furorẽ actuum. 12. Paulus dimissus in sporta euasit. actuum. 9. Et dominus legitur frequenter inimicorum insidias declinasse, vt quãdo propter Herodem fugit in Aegyptum. Matt. 2. Et quãdo de supercilio montis voluerunt eum præcipitare, ab illis euasit; Lu. 4. Et quando reliquit iudæam & transiuit in galileam. Ioan. quarto & sic de multis alijs. Summę enim prudentiæ est pro tempore & loco pericula declinare sibi, & alijs. proficere quamuis vbi veritas & iustitia exigit sit fortitudinis & perfectionis propter iustitiam pati. Mat. 5. & in hoc saluator nobis exemplum reliquit, ipse. n. mortis pericula declinauit donec venit hora eius, non fugit, sed quærentibus se obtulit dicens, quem quæritis. Et dicentibus Iesum nazarenum: impauide respõdit ego sum. sic Apostoli aliquando mortem fugerunt, & multi alij martyres. Sed cum locus & tempus fuit martiria sustinuerunt
3 sponte ob multitudinem. ar. † quod propter peccata nostra interdum deus barbaras nationes suscitat contra nos & fame & alijs molestijs facit nos affligi. ar. di. 66. si genus. 16. q. 1. reuertimini. & 23. q. 4. si quos. [nocendi facultatem diuinitus]. i. à Deo. ¶ Hic tam gl. q̃ Hu. & Arch. mouent quæstionem † vtrum

(Margin: Ad primũ. Ad secũdũ. Ad tertiũ. Ad quartũ. S. Thom. Expositio literam.)

Quæstio. Primū ar. 4 nem vtrum potestas nocēdi siue peccandi sit à Deo. Et videtur ꝙ non. Primo sic.omnis potētia quæ est in nobis,aut est naturalis,aut gratiæ.Sed potentia peccandi nō est naturalis,patet.dicit.n. Anselmus ꝙ posse peccare non est libertas,nec libertatis pars,& tamen omnis potentia naturalis q̄ est in nobis ad agendum actus humanos ad liberum arbitrium pertinet.Constat etiā ꝙ non est potentia gratiæ quia per gratiam nullus ordinatur ad peccatum,ergo videtur ꝙ potentia peccandi non sit nobis à Deo.¶ Secundò sic.peccare est deficere,sed posse deficere est non posse, sed priuatio & defectus potētiæ nō est à Deo,ergo potentia peccandi in homine non est à Deo. ¶ Tertio sic. Deuter.32.Dei perfecta sunt opera, ergo quanto aliquid magis est perfectum,magis debet cōputari inter diuina opera, sed actus est perfectior potentia,cum actus peccati non sit à Deo,videtur ꝙ nec etiam potentia peccandi erit à Deo.¶ Quartò sic,ad opus humanum concurrunt potentia, scientia & voluntas,sed voluntas peccandi non est à Deo,ergo & eadem ratione nec potentia peccandi ab ipso est.¶ Quinto gloria est perfectiua,& saluatiua naturę,sed per gloriam aufertur potentia peccandi.Si ergo gloria nō aufert quod Deus dedit,videtur ꝙ ipsa potentia peccandi non sit à Deo.¶ Sexto sic.potentia peccandi est potentia faciendi contra Deū, ergo potentia peccandi inquantum hmōi aduersatur potētiæ diuinæ.Si ergo diuina potentia nihil contra se facit, videtur ꝙ ab ipso non sit potentia peccandi.¶ In oppositum est litera præsentis.c.¶ Respondet dicendum iuxta sanctū Tho.in 2.sententiarum dis.44. & concorditer quasi dicunt oēs doctores potentia cognoscitur per actus,vnde ex considerationes actus peccati iudicium sumendum est de potentia peccandi, in actu autem peccati duo sunt.s.substantia actus,& deformitas in actu,vel defectus debitarum circunstantiarum.vnde oportet ꝙ in potētia ipsa peccati duo attendantur.primum est ipsa potētia quæ prin.actus.Et de ista fit ista conclusio ꝙ potentia peccandi sit à Deo,ista cōclusio patet primo,quia dicit philosophus, ꝙ potentiæ rationales sunt ad opposita,ergo eadem est potentia peccādi, & bene operandi,sed potentia bene operandi est à Deo,ergo & potentia peccādi.Secundo sic.omne ens est à Deo,sed potentia peccādi hoc mō est quoddam ens,ergo est à Deo. ¶ Secundo consideratur etiam impotentia peccandi defectus quidam ꝯm quem actum deficiētem producere pōt, potentię.n.perfectisime nūquam deficiunt ab eo,ad quod ordinatę sunt,vt patet in necessarijs,vnde ꝙ potentia impediatur,vel retrahatur ab eo,ad qđ naturaliter ordinata est, oportet ꝙ sit ex defectu eius,inquantum.s.alteri agenti qđ impedit succumbit.vnde cum potentia voluntatis humanę sit per se ordinata ad bonum oportet dicere ꝙ defectus à bono in actu eius causetur ex aliquo defectu, in ipso per quem ab aliquo vinci pōt, vel delectatione vel suggestione, vel quocunque alio, ab eo quod est naturale sibi ad id quod est innaturale trahatur. hic autem defectus non est à Deo,sed conuenit creaturæ secundum ꝙ vt dicit S.Tho.& dominus Bonauentura in 2. ꝯm ꝙ ex nihilo est & ꝯm hoc est secunda conclusio,ꝙ potentia peccandi prout dicit huiusmodi defectum & imperfectionem, non est à Deo. ista cōclusio probatur,primo omne quod est in homine à Deo habet exemplar in Deo,sed potentia peccandi inquantum importat hmōi defectum non habet exemplar in Deo, in quo nullus defectus cadere potest cū sit summè perfectus. ergo potentia peccandi inquantum hmōi in homine non habet originem à Deo & ita potentia peccādi aliquo modo est à Deo & alio modo minimè. Et ꝯm hoc currunt rationes ad oppositas partes.Nihilominus respondetur ad rationes primas.¶ Ad primam respondetur negando,ꝙ potentia peccandi ꝯm ꝙ dicit ipsam potentiam quæ est principium actus non sit potentia naturalis. Et ad probationē respondetur ꝙ posse peccare non est pars libertatis, quia non requiritur ad libertatem voluntatis,vt in peccatū possit,sed sufficit ad rationem voluntatis, vt in vtrunque contrariorum posit quamuis in his quæ peccare possunt per liberum voluntatis arbitrium peccetur, quia voluntas est qua peccatur,& rectè viuitur vt dicit Augustinus.¶ Ad secundam patet responsio ex dictis. Cōcedimus.n. iuxta Anselmum quòd posse deficere,vt defectum nominat non est posse,nec est à Deo.¶ Ad tertiū respondetur negando consequentia.Et ad probationem dicimus iuxta sanctum Th. ꝙ actus perfectior est potentia perfectione proprij generis vnde actus bonus perfectior est in bonitate, quam principia bona, & similiter actus malus perfectior est in malitia quam potētia mala,quia in actu est malitia simpliciter, sed in potentia ad malum secundum quid.Et ideo actus malus simpliciter non dicitur à Deo esse,sed secundum quid.s.secundum ꝙ dicit actionem, sed potentia ad malum dicitur simpliciter esse à Deo, & ꝯm quid à Deo non esse.Nota tamen ꝙ perfectio in malitia nō est perfectio propriè,& simpliciter dicta sed transsumptiuè, sicut diximus perfectū latronem,& perfectionem cœcitatis,vt philosophus dicit in
5 5.metaphysicę.¶ Ad quartam respōdetur,† ꝙ voluntas dupliciter,potest sunt vel pro ipsa potentia voluntatis,vel pro actu eius,primo modo voluntas qua peccatur à Deo est,& hoc modo accipiendo falsa est minor assumpta.secūdo modo sumpta voluntas peccandi non est à Deo,sicut nec potētia peccandi,vt nominat defectum prædictum.¶ Ad quintam respondetur iuxta dominum Bonauēturam, ꝙ gloria non tollit potentiam peccandi,sine qua peccatur, licet bene tollat defectum eius,& sic quodāmodo dicitur per gloriam tolli.& quodammodo relinqui ꝯm distinctionem datam.¶ Ad sextam respondetur secundum eundem,ꝙ ratio non probat,nisi ꝙ potentia peccandi quantum ad defectū qui implicatur non est à Deo,& hoc conceditur,nec etiam ꝯm hoc est potentiam dicenda sed magis impotentia etiā non dicit positionem,sed priuationem magis.quantum vero ad id quod potentia est à Deo, vt sæpe dictum est.Sequitur litera[non debeamus nos clerici.]laici enim bene possunt si hostes sunt vel quamuis non sint hostes,si imperant iniustè laici iuste contra eos impugnant & eos repellunt. Hu.[prodire] pugnādo armis bellicis. hoc in nullo casu licet clericis.vt di.50.clericum cum multis alijs,vnde dominus ait Petro.Mat.26.conuerte gladium in vaginam,sed bene alias hortari ad bellum, iustam tamen & cum eis esse in bello.vt.23.q.8.igitur.&.c.hortatur.Hu.[prophetas.]Supra expositum est per multa exempla[arietes] episcopos comparat arietibus,quia vt fortiores debent ouibus Christi ducatum præbere, & cum eis aduersitatum participes fieri, quibus dicitur Matt. 10. Estote fortes in bello,sic Iudas ait Machab.3.melius est nobis mori in bello,quàm videre mala gentis nostre[pastores].Episcopi sunt pastores,de quibꝰ Hiere.4.dabo vobis pastores iuxta cor meum.s. vt gregem ducant,& dispersum aggregēt in vnitate fidei,& pacis, verboque salutis pascant & perditas quærant vt fecit ille pastor qui ouem perditam quæsiuit,donec inuenit,& inuentam in humeris portauit.Mat.18.

[Left margin: Anselmus. / Secūdū ar. / Tertiū ar. / Quartū ar. / Quītū ar. / Sextū arg. / Opponit. & Respo S. Thom. / Prima cōclusio. / S. Thom. Bonauen. Secūda cōclusio. / Ad primū. / Ad secūdū. / Ad tertiū. — Right margin: Ad quartū. / Ad quintū Bonauen. / Alexāder]

1 *Aduersitas siue tribulatio aduenienes hominibus an sit iudiciū reprobationis,quòd non nu. 2.*

3 *Tribulatio in homine iudicium est non reprobationis sed societatis & familiaritatis.*

4 *Aduersitas patienter suscepta signum est diuinę prædestinationis.*

Et signum militiæ christi.nu.5.

Et purgationis peccatorum.nu.6.

Et sanitatis.nu.7.

Virtutis.num. 8.

Et accumulationis meritorum augmenti perfectionis nu.9.

Et stimulus quidam accelerandi gressus suos ad Deum.nu. 10.

Et prætium quo emitur regnum cœlorum.nu 11.



Duersitas. Ad idem sequitur hoc. ca. quòd est eiusdē Gregorij. Summa est in rubro.vel est ꝙ propter aduersitatem officium charitatis non est deferendum. Et potest diuidi in duas partes.in prima dicit ꝙ aduersitates & tribulationes nō sunt initiū reprobationis,sed probatio veritatis.in.2.hoc probat verum esse in Paulo.2.ibi,quis nesciat.¶ Pro pleniori intelligētia
1 huius.c.Queritur sic.† Vtrum aduersitas siue tribulatio adueniens hominibus sit indicium reprobationis.Et videtur ꝙ sic.Primo ex illo Gen.42.dicebant fratres Ioseph.merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum,ideo venit super nos tribulatio.¶ Secundò ex illo psal.multa flagella peccatoris.¶ Tertiò ex illo ad Rom.2.ira & indignatio & angustia in omnem animam hominis operantis malū.¶ In oppositū est tex.præsentis.c.¶ Respondet, qđ † aduersitas temporalis bonis hominibus non est indicium reprobationis, sed indicium tā dignitatis quàm vtilitatis: patet ista

[Right margin: Diuisio. / Quæstio. / Primū ar. / Secūdū ar. / Tertiū ar. / Opponit & Respō. / Prima cōclusio]

patet ista conclusio. Tum quia aduersitas siue tribulatio est signum & indicium diuinæ dilectionis, Prouer. 3. qui diligit filium assiduat ei flagella, vt lætetur in nouissimo suo. Et Apo. 10. quos amo castigo.

Secūda cō clusio. 3 ¶ Secunda conclusio.† Tribulatio in homine indicium est non reprobationis, sed societatis & familiaritatis. pater noster Abraham per multas tribulationes amicus Dei effectus est. Sic Isaac. Sic Iacob, Sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt. vnde Augustinus, nullus seruus Christi sine tribulatione est, & si putas non habere persecutiones nondum cepisti esse Christianus. Habet quidem tribulatus socium & ipsum Deū, qui de tribulato dicit* cum ipso sum in tribulatione: & rursum propheta* iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. vnde & Beatus Ber. Quantumcunque seuiat tribulatio non putes te esse derelictum, sed memineris scriptū esse, cum ipso sum in tribulatione. hæc Bernardus.

August. | *Psa. 90. c. | *Psa. 33. d.

Tertia cō clusio. 4 ¶ Tertia conclusio.† Aduersitas patienter suscepta indicium est signumque diuinæ prædestinationis, sicut cōtinuus successus temporalium indicium est æternæ reprobationis. Sicut. n. mactandus vitulus liber ad delectabilia pascua mittitur, & reseruatus ad aratrum sub iugo & vinculis retinetur, sic in hominibus iniustis sæpe quod videt esse misericordia, est ira, & hominibus iustis quod videtur ira, vere est misericordia, vnde Augustinus, percutis, vt sanes, & occidis nos ne moriamur abs te. Hinc multis tribulationibus aspera est via electorū* psal. multæ tribulationes iustorū.

August. | *Psa. 33. d.

Quarta cō clusio. 5 ¶ Quarta conclusio.† Aduersitas & tribulatio est indicium siue signum militiæ Christi. quas si patienter quis sustinuerit gloriosus miles euadet. hoc mō imperator cœlestis de seruis & rusticis hominibus facit aliquos milites, vt puta qui propter Christum disponunt se ad sustinēdum viriliter tribulationes pro quibus potissimè in libro Iob dicitur * militia est vita hominis super terram, & Paulus. 2. ad tit. 2. Nō coronabit, nisi qui legitimè certauerit.

*Iob. 2. a.

Quinta cō clusio. 6 ¶ Quinta conclusio.† Aduersitas homini bono est indicium & signum purgationis peccatorum: psal.* igne. s. tribulationis me examinasti & non est inuenta in me iniquitas, vnde sicut cera igne mollificatur, & veteri imagine deposita nouā recipit, sic corda tribulatione emolliuntur, & vetustatē vitiorum deponunt, & virtutum nouitatem assumunt, hinc Gregorius ait ꝙ lima ferro, quod flagellum grano, hoc tribulatio iusto.

*Psa. 16. a.

Sexta con clusio. 7 ¶ Sexta cōclusio.† Aduersitas est indicium siue signum sanitatis. Est. n. tribulatio quasi medicina quædam à summo medico ministrata. vnde Augustinus. intelligat homo medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, & non ad damnationem, sub medico positus vreris, secaris, clamas nō audit medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem. hæc Augustinus.

Aug.

Septima conclusio. 8 ¶ Septima conclusio.† Aduersitas siue tribulatio est indicium siue signum aut experimentum virtutis. patet ex pñti tex. vbi in prin. ait, ꝙ est probatio virtutis. Et est vt dicit Hierony. tribulatio adiutrix virtutū. vnde hæc est nutrix humilitatis, doctrix patientiæ, custos virginitatis, cooperatrix æternæ felicitatis.

Hierony.

Octaua cō clusio. 9 ¶ Octaua conclusio.† Aduersitas patienter tolerata est indicium siue testimonium accumulationis meritorum, & augmēti perfectionis. Nempe sicut martellus aurifabro cogit sub manu eius metallum extendi, de quo vas suum intēdit operari. ita profecto aurifaber totius creaturæ intendit cor hominis iusti dilatare, & extēdere, vt in eo plura dona & bona spiritualia possit ponere, p quæ ad maiorem perfectionem ascendat, de quo psa.* in tribulatione dilatasti mihi. i. ad vtilitatem meam.

*Psal. 4. a.

Nona con clusio. 10 ¶ Nona conclusio est † aduersitas est homini iusto stimulus quidam accelerandi gressus suos ad Deum, qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. dicente domino per Oseam * in tribulatione mane consurgent ad me. mane inquit. i. citò festinanter, ô felix necessitas quæ ad meliora compellit: hinc est quod dicit Greg. mala quæ hic nos premunt ad Deum ire compellunt. Et psa.* multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. s. ad tutorem vitæ.

*Ose. 6 a. | Greg. | Psal. 15. a.

Decima cō clusio. 11 ¶ Decima conclusio est.¶ † Aduersitas est pretium, quo emitur regnum cœlorum. Augustinus, venale habeo quid, regnum cœlorum. quanti emitur, paupertate regnū, labore requies, ignominia gloria, morte vita. Et in actibus apostolorum dicitur* per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum.

*Act. 13. d.

Ad argu. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum factas, posset dici, ꝙ non militant. quoniam text. noster non loquitur de aduersitate adueniente hominibus habentibus bonam voluntatē, quia patienter illam suscipiunt & tolerant, vel potest respondere negando consequentiā qm̄ aduersitates & flagella exhibita hic peccatoribus cum ordinata sint ad eorum correptionem & emēdationem, & ad satisfactionem, culparum indicia pietatis diuinæ, quæ p flagella incitat eos ad bonum, magis dicenda sunt quā reprobationis, nisi forte in obstinatis quibusdam, sicut alias diximus. s. eo. q. cum percussio. vbi tetigimus. Leg. ¶ [Aduersitas]. i. persecutio, afflictio vel alia angustia vel impedimentum aliquod [bonis voluntatis]. i. habentibus bonā volūtatem. & pia proposita, & sancta desideria. [probatio]. i. examinatio & experimentum virtutis constantiæ vel [probatio virtutis]. i. vt pbatior & melior quis efficiatur, & appareat suprà. e. q. cum percussio. [non indicium reprobationis patet] clarum est. n. quòd sancti viri in veteri & nouo testamento electi & prædestinati multis aduersitatibus probati sunt, vnde ait Apostolus. Sancti per fidē vicerūt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiones, quorū aliq dissēti sunt, alij vero ludibria & verbera experti sunt. [insuper &c.] ad hebr. 11. Ex quo patet, ꝙ non est certū indicium reprobationis aduersitas, cum tot electi & tā sancti aduersa fuerint passi. deus. n. bonis & malis immittit aduersa, bonis, vt probent & exerceant, malis vt corrigantur, & à peccatis coerceantur, vt dicit Augustinus primo li. de ciui. Dei. c. 9. [quis. n.]. 2. pars. [Paulus] de quo Actuū. 26. [nauis cordis]. i. constantia fidei quæ erat in corde in anima. Hug. vel nauis cordis integra stetit, quia per impatientiam non fuit fracta, sed integra & fortis animo semper mansit.

Exponit literam. | August.

1 *Persecutio extrinseca quæ dicatur, & quæ intrinseca.*
2 *Prælatus propter persecutionem extrinsecam an debeat fugere.*
3 *Maledicentibus non debemus remaledicere.*
4 *Contradicendum an sit persecutoribus quando non persona sed tantum res & possessiones ecclesiæ quæruntur.*
5 *Persecutionis iustorum duplex est genus.*

Hoc etiam §. est, in quo secundum Arc. incipit. 9. pars huius quæstionis, in qua declaratur quādo prælatus debeat vel possit licite tempore aduersitatis relinquere subditos suos & quando non. Et continuatur sic ad præcedentia. dictum est. s. in c. suggestum. &. c. sciscitaris, ꝙ prælatus perseuerare debet cum subditis tēpore aduersitatis, licet posset quandoque recedere ad tempus & fugere, hic vero Gratianus distinguēdo duo genera persecutionum ostendit, quando prelatus possit fugere pp persecutionem, & quando non. Et diuiditur principaliter in duas partes, qm̄ in prima tractat de extrinseca persecutione, & ostendit quid iuris sit in ea vsque ibi, est & aliud. in 2. incipit tractare de intrinseca, & ostendit qualiter habeat fieri vsque in. §. cum autem. Leg.

Cōtinuatio. | Diuisio.

1 ¶ [Cum etiam.] † Nota in primis, ꝙ psecutio alia est extrinseca alia intrinseca. Extrinseca est illa quæ fit à saracenis, ab hostibus, qui sunt extra ecclesiam, siue sint non christiani, siue christiani sed hæretici, & præscisi. intrinseca est illa quæ fit à subditis, de quorum peccatis affligitur, & dolet prælatus, cum eos corrigere nequit.

Exponit literam.

2 † Circa autem istam quæstionem vtrum prælatus propter persecutionem talem extrinsecam debeat fugere sic dicitur, aut quæritur. vtrum prælatus solus aut totus clerus tm̄. aut etiam tota ecclesia. Si vero solus prælatus quæritur, aut ecclesia per alium potest regi, aut non. Si potest, tunc est conclusio. ꝙ tunc instante persecutione tali fugere potest prælatus. ista conclusio probatur in litera tam exemplo multiplici Christi: quàm Pauli: quàm etiam præcepto Christi. dicentis. Matt. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. probatur etiam in litera eadē conclusio authoritate Augustini. isto casu etiam cedet, si vult & etiam si non vult secundum. Inno. & Host. vbi periculum & scandalum in temporalibus & spiritualib. imminet potest cogi. ita ꝙ bonum cambium alterius prælaturę vel dignitatis sibi assignetur. ar. extra de renun. nisi cū pridem. §. pro graui. vt sic publica vtilitas pferatur priuatę. vt. s. eo. q. scias. & c. Io. And. Si vero alias non potest cōsuli ecclesiæ, est conclusio, ꝙ debet remanere prælatus ista cōclusio patet, quia vt arguitur in litera, ꝙ iam non pastor esset, sed mercenarius, qui videns lupum venientem fugit. Si vero esset casus, ꝙ per solum prælatum non posset consuli ecclesię: est conclusio. ꝙ tenentur remanere aliqui cum eo. Si vero

Innocen. Hostien. | Ioan. An.

vero esset casus,ꝙ per solũ prælatu non posset cõsuli ecclesię est conclusio.ꝙ teneñt remanere aliqui cũ eo.Si vero oriat̃ altercatio inter eos de remanentibus forte lis deriuatur. vnde Augustinus scribens cuidã episcopo cũ suo clero & populo ab hostibus obsesso consulenti quid deberet facere cum esset altercatio inter clericos,qui corũ deberent exire,& qui remanere,respondit. si inter Dei ministros inde sit disceptatio quæ alter non põt terminari quantũ mihi videtur qui remaneant & qui fugiant forte eligendi sunt.Si vero non põt consuli ecclesiæ,nisi oẽs remaneant tunc est conclusio ꝙ oẽs debent remanere,& oẽs se pro Christo morti exponere. Hug. Si aũt tota ecclesia quęritur,fides impugnatur,tunc est cõclusio.ꝙ prælatus non debet fugere.Nam vbi populus quæritur & fides impugnatur, debent prælati assumere arma iustitiæ, gladium diuini verbi,scutũ fidei, & galeã salutis,& vt Dauid contra Goliã pro honore Dei & salute populi se exponere,& mortem non dubitare conueniens atq; iustũ est, vt murũ se opponant pro domo Dei.vnde eos qui hoc non faciunt increpat dominus Eze.13.dicens.Ve vobis, qui nõ ascendistis ex aduerso,nec vos opposuistis murũ pro domo Israel.i.pro ecclesia , vt staretis in prælio in nomine domini [animas suas.]Io.10.bonus pastor animam suã dat ꝓ ouibus suis, sic hoc exponitur litera.[hoc]s. non deserere gregem sibi commissum.Hu.[aliqui inueniuntur] secus si nulli tales ibi inueniuntur.Hu.[nec specialiter.]secus si ipse specialiter quęreret,nec ꝑ alios.Secus si ꝑ alios posset esse. Hug.[mercenari⁹] Io.10.&.23.q.4.c.tres personas. &.43.di.c.1. Hug.& Archi. Cum vero specialiter quæritur, vt occidatur,vel vt à fide subuertatur,fugiat si per alios põt consuli ecclesiæ,& esse tuta salus ecclesiæ,alias non debet fugere, sed se murum pro domo Israel opponere.Hug.[exemplo Christi.]qui ne interficeretur ab Herode, fugit in Aegyptũ per ministerium Ioseph. Mat.2.[exemplo Pauli qui à fratribus.2.ad Cor.11.[firma].i. firmari potest,& tuta esse.Hu. [hinc ait].i.ad significandum: quod prælati in tali casu fugere debeant. Hu.[ait.]discipulis. [Si vos &c.]Matt.10.[hinc abscondit se.[Io.8.occasionẽ ire

3 demeret.].i.auferret.Et est ar.†ꝙ maledicentibus remaledicere non debemus.arg.24.q.3.gl.illicita.Hu.[ascendant]prelati[opponant]vt di.43.capitu.1.&.Ezechi.13.[animas suas] idest,vitas suas.[& hæc].s.quod dictum est,intelligẽdum est [de manifestis].i.extrinsecis persecutionibus. vel hoc quod dictum est faciendum est à prælato[tempore manifestę persecutionis].i.extrinsecæ.Hu.& Archi.¶[Hic surgit quæstio

4 †vtrum contradicendum sit persecutoribus qñ non personæ sed tñ res & possessiones ecclesiæ quæruntur.]Respondet.aliqui dicunt,ꝙ non est violenter cõtradicendũ.ar.ex.de homici.c.suscepimus.facit.23.q.8. conuenior. in prin.vbi de hoc. Sed contrarium est verum,vt patet in eo quod legitur & no. ex.de sente.excom. dilecto.lib.6. Nam & sine corporalibus ecclesia non subsistit.1.q.3.si quis obiecerit.Debet ergo prælatus etiam pro his defendendis se murũ opponere pro domo Israel , exemplo beati Thomæ cantuarien.qui hac de causa martyrizatus est.ex.de homi.c.sicut dignũ.Ioã.And. [Est & aliud]secunda pars.Incipit tractare de intrinseca, & ostendit qualiter habeat fieri vsq; ibi.§.cum aũt.postea dicit.quid iuris sit in ea,dicit ergo[aliud ꝑsecutionis].s. occulte & intrinsecè, quæ fit à subditis & sic aperte datur intelligi,quod sunt duo genera persecutionum vel etiã tangit persecutionẽ ab intra doloris & compassionis, vnde habens tribulationes se passum fuisse dicit apostolus.2.ad Cor.7.qui ait oẽm tribulationẽ passi sumus foris,pugnæ intus timorẽ[apostols]hoc dicit.2.ad Corin.11.qui ait instantia mea quotidiana est omniũ ecclesiarũ,quis infirmatur,& ego non infirmor. quis scandalizatur & ego non vror.[Hinc & Augustinus]Psal.101.s.Domine exaudi oratione meã & clamor &c. [ossa sunt fortes] fortes.n.& robustiores in fide dicunt̃ ossa,qa portãt carnes.i. infirmos, quorum fortiũ [frixoriũ].i.cruciatus & afflictio: quia malis peccantibus & infirmis scandalũ patientibus boni affliguntur.Hug.& Archi.[tãtum.n.fringitur].i. affligitur [bonus quantũm amat.] Nã quanto maiorem charitatẽ quis habet.tanto magis de peccatis affligitur & dolet ,& ingemiscit.Hug.[Hinc].i.de hac persecutione occulta & intrinseca. [Psal.31.].s.in te domine speraui non confundar &c.Augustinus exponens illum versum,miserere mei domine,quoniã tribulor,conturbatus est ira oculus meus , aĩa mea & venter meus dicit [irascitur].i.indignatur [sed non dedignatur].45. di. vera. Hug.[peccatis palearum].i.malorum.mali dicuntur paleæ,quia vacui gratia & grano boni operis,vel quia ad modum palearum arsuri sunt in igne æterno,vel quia sunt leues, & faciles vento tentationis cedentes.[non tamen odit] non dico peccata palearum , quia illa odienda sunt[sed non odit paleas].i.homines[sed odit peccata eorum]vt dis.86.[odio] homines enim non sunt odiendi,sed peccata eorum. vt.23. q.4.duo.[in quo]scilicet odio.[habentur homines] in quantum homines[extinguitur] per mortale peccatum[oculus] interior,s.ratio vel intellectus quo anima iusta contemplatur Deum [venter] videlicet interior , scilicet memoria ingenium &c.[accipitur]scilicet venter[pro interioribus] .idest,pro huiusmodi viribus animæ interioribus quo interioria omnia turbantur[quando impij].i.incorrigibiles & obstinati.Hug.[nec corripi]id est,corrigi,nec emendari possunt. [quibus]scilicet impijs,sic pertinacibus, & incorrigibilibus [non clamant]scilicet alte claris & altis vocibus, sed intus ingemiscit[defecit in dolore vita mea ex abundante iniquitate malorum.]Et quare hoc dicat occultè,& cum dolore subdit[videns non proficere quod prædicat] hoc dicit quilibet bonus prælatus,cũ videt ex suo labore & prædicatione homines non proficere.[Hinc idem Augu.psalm.69.]s.Deus in adiutorium,&c.[vtrumque genus persecutionis distinguẽs]. scilicet manifestè & occultè dicit[vox martyrum periclitantium]id est,pericula patiẽtium vel morientium. Hug.[de capite Christo præsumentium].i.bene sperantium & confidentiũ.Et accipitur in bona significatione.16.q.1.monachi.&.§. ẽ.q.factus. & cum illis].i.martyribus.Est etiam vox hominis iusti,qui intrinsecus & non extra patitur.[Cui].s.viro iusto.Hu.[passio].s.intrinseca . Hu. de quo inducit exemplum dicens[vt loth.]Loth exteriorẽ persecutionem non est passus à Sodomitis,sed interiorem dolorem & cõpassionem super eorum malis Gen.19.& hoc est dicit à nullo ipsum persequente quia nullus eum personaliter persequebatur[à malis

5 factis eorum].i.à peccatis Hu.† Est ergo duplex genus persecutionis iustorum.s.manifesta maligantium quę intelligitur per impetum leonũ ; & occulta, quæ designatur per insidias draconum, & contra vtranque clamabant omnes cũ prophęta.Deus in adiutorium meum intende. Psal.69.

1 *Malos qui non tolerat est sibi ipsi testis per intolerantiam quod non est bonus.*

2 *Pollui alieno peccato quando quis dicatur.*

3 *Volenti facere bonum vel malum si per eum non stat quin faciat,ei imputatur quasi fecisset.*

Cum autem à vitijs. Aliqui faciunt hic.§.alij verbo versum.Et videtur quòd melius dicatur versus. quia videtur sententia vna suspensa,vbi ostendit magister Gratianus quid iuris sit in persecutione intrinseca quæ fit à subditis , & bene distinguit vt dicit. Hug. ¶ [Non sunt deserendi] propter bonos.n.mali tolerantur.vnde Mat.13.ne eradicaretur frumẽtum permittitur zizania[vitamus geennã].i.magis sumus digni geenna, & grauius peccamus,quã hi quos fugimus,quia sic fugiendo facimus schisma.Hu.[vel vincamus]per exemplũ[ad geennam].i.præstemus . exemplũ quo trahamus eos ad ęternam damnationem.sic.n.faciendo damus eis exẽplum consimilia faciendi.Et ita sumus causa, quare vinciantur.i.ligentur peccatis trahentibus eos ad æternam dãnationem.Hu.[Grego.] homilia.37.[Abel.]de quo Genesi.4.[Abel esse renuit]id est assimilari abel in iustitia[& merito patientiæ]qui fraternam persecutionem ęquanimiter non tolerat.[malitia].i. persecu

1 tio[Cain].i.malorum cõsilium Cain. †Nam qui malos non tolerat ipse sibi per intolerantiam testis est,quod non est bonus.vt.23.q.3.hæc aũt vita.Hu.[ferrum].i.duricia. Hu. [Lima].i.persecutio,& tribulatio. Hic Augustinus de verbis domini & habetur.ſ.23.q.4. tu bonus, hinc idem Augustinus maius malum in separatione bonorum committimus. quia separando nos ab eis committimus schisma quod fore maximum malũ est.24.q.1.non auferamus. [quam].s.sit malum quod timemus nobis euenire ex coniunctione malorum, quod fugimus. iuxta Hu. & glo.[tali]scilicet qui remanet in coniunctione malorum,qui propter malos non vult deserere bonos.sed potius ,ꝑpter bonos vult tolerare malos.quod faciendum est.23.q.4.quam magnum. Hugo.& Archidia. [non imputas sua peccata] quia non fecit aliena [non]id est consensum , & approbationem alienorum peccatorum.

2 [quia]ratio sequitur. [quia non approbauit] argu.† quod quis dicitur pollui alieno peccato per consensum, & approbationem,

Margin notes: Augus. — Quæstio. — Respõdet. — S. Thomæ Cãtuariensis. — Archid. — August. — Exponit literam. — August.

bationem, & tunc non polluitur alieno peccato, sed proprio. sed dr̃ pollui alieno. i. consensu ad alienum peccatum. Et tali modo exponi & intelligi debet vbicũq; inuenitur tale verbũ. s. ꝙ quis polluatur alieno peccato. vt. di. 86. faciẽtes. Hu. [in vnitate.] ergo nõ manet in vnitate, sed facit schisma, qui cedit à bonis ꝑꝑ malos. Et est ar. ꝙ diligenti prælato. s. si facit ea quæ debet, & nihil omittit de contingentibus, & si aliter eueniat non debet ei imputari. ar. di. 43. Ephesijs. & di. 47. ꝙ ad nos, [hinc] idẽ in Psal. 54. [sit bonus] ꝑlatus. Hu. [officio] pastorali vt deserere nõ possit. i. non debeat, cũ possit ibi ꝑficere, & aliqui boni ibi sint. Hu [cupio. &c.] ad Phil. 1. [& sic]. i. crescit ei meritũ ex desiderio quasi fecisset ex quo per eũ nõ stetit. & sic est ar. † ꝙ si quis vult facere bonũ vel malũ
3 & per eum non stat quin faciat, ei imputatur quasi fecisset. ar. 33. q. 5. si dicat. & de pe. dis. 1. si cui. [ne rũpat̃ charitas] hoc ad bonum prelatũ pertinet, vt malos patiat̃ ꝑꝑ bonos, vt cũ bonis seruet charitas, & inter malos patiẽtia exerceatur, & casui malorũ succuratur [admiscet bonis.] boni. n. cũ malis & granũ cum paleis admiscentur. donec in finem qñ separabuntur boni à malis. Mat. 25. [vt Iudam] ponit exemplũ de Christo, qui iudam cum apostolis elegit. Ma. 4 [furem] iudas. n. fur erat. Io. 12. & vt dicit Augustinus super Io. hom. 43. non solum fur, sed sacrilegus. quia fur loculorum sacrorũ, & tamen quamuis Christus cui oĩa nuda sunt & aperta, vt dicit apostolus ad Hebr. 4. sciret illũ furem eũ cũ alijs ad prædicandum misit. Mat. 10. [Et eucharistiã.] Mat. 26. [qñ vero] ꝓsequitur aliud mẽbrum distinctionis [tunc etiã corpore] non solũ mẽte, licet recedere non sua authoritate, sed papæ. ẜm eius cõsilium debet agere si est episcopus, si est alius prælatus põt recedere authoritate sui maioris, & nõ aliter, nisi forte sit secularis clericus, & velit intrare monasteriũ. Hu. Concor. Laur. & hæc est tutior via. licet alij dicãt contra, quia litera loquitur indistincte [sic beatus Benedictus.] certe laudabiliter Benedictus illos deseruit. Tũ quia illi omnes mali erant. Tũ ne propter præsentiã ac prælidentiã sancti quorũ erat dissimilis vita deteriores fierent, vnde ecclesiastici. 25. melius est cõmorari cum leone & dracone, quã in domo seu congregatione nequam. Tum quia illi oẽs insidiabantur sanctum ad mortẽ, quã euitare tenebatur, vbi ex morte sua non sequebatur bonũ, sed malũ. s. homicidij crimen. vnde sequitur [quos in necem suam vnanimiter viderat conspirasse] de qua historia fit mentio infra. 18. q. 2. §. ecce in toletano. Hug.

Augus. Lauren.


IBI. inducit. c. hoc ad probandũ quod dixerat. Et est beati Gregori. 2. li. dialogorũ. Sũma qñ simul reperiuntur in vna congregatione boni & mali, prælatus propter bonos debet tolerare malos vbi vero cõtingeret quod oẽs forent mali & obstinati, ita ꝙ de illorum correctione fructus non speratur, põt illos deserere, & ad alia loca se trãsferre, vbi fructũ Deo valeat ferre meliorem. Et diuiditur in duas partes: in prima ponit quod dictum est. in. 2. inducit ad illud exẽplũ de beato Paul. 2. ibi. [vnde quoq; ista satis patent ex dictis. s. ¶ [Ibi portãdi] i. tolerãdi à plato. Hu. [mali] subditi. Hu. [boni.] qa ꝑꝑ bonorũ salutẽ, & eorũ qui parati sunt ad correptionem nõ debet pastor gregem deserere propter malos. [deest]. i. nullus speratur [superuacuus.] quia non proficit, & frustra consumitur, vt. dis. 45. q. syncera. & . 16. q. 1. si omnia. Hu. Lau. & Archi. Et tũc in hoc casu qñ oẽs sunt mali & de correptione eorũ nullus fructus speratur, à cõsortio taliũ fugiẽdum est, exemplo Loth, qui dũ non posset sodomitarum compescere malitiã, à domino sibi consultũ est, ꝙ inde fugeret, & in monte per virtutũ eminentiam & in ciuitate parua per humilitatem se saluaret. Gen. 19. [maximè. si causæ]. i. materiæ. Hu. [sæpe agitur] in aĩo perfectorum. sic. n. dominus apostolis præcepit. Matt. 10. & lucæ. 10. ꝙ cum venissent in aliquã ciuitatẽ, quæ si non recepisset eos, nec vellent audire sermones suos, ꝙ eis relictis indeq; exeuntes in alia loca se conuerterent, vbi fructum afferrent [quibus dominus ait] Io. 15. Ego elegi, vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. in quo docentur prælati, ꝙ vbi non recipiuntur & præ malitia subditorum, qui eorũ sermones ac correctiones non audiunt, sed contemnunt, non valent fructũ afferre, tũc possunt inde recedere, & alibi consolare, vbi fructificent. sed hoc prius papa consulto, si episcopus est. Si vero inferiores, licentia habita suorũ superiorum nisi velit ad religionem conuolare. vt dictum est. s. [vnde]. 2. pars. [Paulus prædicator.] prædicator & doctor gentium in fide & veritate, de se fatetur. prima ad tit. 2. [dissolui.] ad phili. 1. ¶ Qui certamina passionum] vnde gaudẽs dicebat. 3. ad ti. bonũ certamen certaui, cursum consummaui. Laudat etiã sic certantes. ad heb. 10. magnum certamen passionis sustinuistis. [damasci.] actuum. 9. paulus omnino timore nudus emissus in sporta euasit [mortem timuisse]. i. propter timorem mortis hoc fecisse [testatur appetere] qui dicebat. O infelix, quis me liberabit de corpore mortis huius, & ad phil. 1. dicebat mihi viuere Christus, & mori lucrum. sed tunc mortem fugit zelo, & amore proficiendi eis quibus Christum prædicabat, donec instaret tẽpus resolutionis suæ. vnde ad phil. 1. cum dixisset cupio dissolui, & esse cum Christo, subiecit desiderium proficiendi subditis, & operandi fructũ, dicẽs. permanere autem in carne propter vos. s. necessarium & vtile est, propter vos scilicet instruendos & confirmãdos in fide & charitate [claustra.] 2. i. clausa loca.

Diuisio. Exponit literam. Continuatio. 2 ¶ Claustra claustrum aliquãdo est monacho loco carceris. pe. de anc. in c. vt fama nu. 3. de se. excom.

1 *Episcopo mortuo & ad vitam resuscitato an sit restituenda ecclesia.*
2 *Episcopus vel sacerdos recuperata sanitate an possit celebrare officium missę cui non renuntiauit, sed propter ægritudinem supersedit*
Et quid de eo qui tangitur à demonio. nu. 3.
Et quid de alijs ægritudinibus. num. 4.

¶ *Quæstio Secunda.*


QVod autem. Hic intitulat̃. 2. q. s. an episcopus recuperata sanitate possit repetere cathedrã, cui causa ęgritudinis renuntiauit. Ad quã quæstionem respondent ꝙ non. Et respõsio est bona, quia semel cessit iuri suo & abrenũtiauit. ar. s. e. q. 1. quã periculosum &. c. hoc nequaquam. Sed arguitur contra ex. l. legatus. ff. de offi. præsid. vbi. n. dr̃. ꝙ præses vel rector prouinciæ abdicando. i. abrenuntiando dignitati non amittit imperium. ¶ Secũdo ex illo. 18. q. 2. consaldus. vbi habetur, quod licet consaldus renuntiauit, fructus tñ sanitati recepit. Ad ista respondet̃ iuxta Hug. ad primam quòd illud intelligitur si princeps voluerit. Et sic non obstat. Ad secundam respondetur quidqd dicant aliqui alij quòd factum consaldi fuit reuocatũ, quia furore passionis erat mente alienatus tẽpore quo renũtiauit. Et ideo illa renuntiatio nulla fuit. Sed iste episcopus de quo agitur in themate, erat sanus mente, & cũ deliberatione renuntiauit ẜm Hug. & Ber. & Archi. vnde cum iste renuntiauerit, non potest repetere quod suũ non est, sed alterius. cũ repetitio sit rei propriæ, & non alienæ. vnde in casu isto iam mortuus reputatur quo ad illã ecclesiã. Aliud esset si ille non renuntiasset, aut per superiorẽ non fuisset depositus, quia tũc
8 Ad secundam. quæstionem respondetur†dicendum ꝙ hic sunt duæ opiniones. Quidem dicũt ꝙ præfata prohibitio immediate successionis in paternis beneficijs extendatur ad nepotes. Et huius opinionis videtur esse Ber.Lau.& Inno.in.c.ad extirpãdas, extra de fil.presby. Et idem Alanus in.c.proxi. ibi dicit ꝙ nomine filiorũ omnes descendentes intelliguntur. ar.ff.de ritu.nup.l.senatus.&.ff.de verb.sig.l.filij.&.l.liberorum.&. c.consuluit.extra de iure pat. ẜm Goff.& extra de fi. presb. ex transmissa. Alij sunt alterius opinionis vt Raym. & Bar. Brix.quia pœnę interpretatione legis arctandę sunt, & restringendæ, non exasperandæ, sed molliendæ. de rescrip. nonnulli.Et ꝙ decreto sanctorum patrũ nõ est sancitũ &c. 2.q.5.consuluisti.Pro concordia istarum opinio.posset iuxta Host.in sũma ita distingui.aut loquimur de nepotib.descendentibus per rectam lineam sicut est filij,& sic de alijs, aut de collateralibus sicut est filius fratris. Si primo tũc refert,aut viuente patre nepotis aut non.si sic,tunc est conclusio,ꝙ nepos põt succedere auo suo.i.patri patris in beneficio.Et isto modo videt̃ currere 2.opinio.& iura pro ea allegata.Aut patre nepotis mortuo,& tunc videtur esse cõclusio,ꝙ nõ potest succedere in beneficio aui,& sic videtur ꝓcedere prima opi.& iura pro ea allegata. Et ratio diuersitatis est iuxta Host.quia in primo casu cessat causa prohibitionis.Nam si iure successionis haberetur nõ nepos,sed pater auo succederet. In 2. vero casu nepos tãquã proximior succedit,vt in aut.de succes.C.de suis & leg.habere.Si vero sermo fiat de collateralibus, tunc est conclusio,ꝙ ad tales nõ extenditur præfata prohibitio. Nam nepos bene succedit auunculo in beneficio,vt patet extra de offi.dele. ex parte. &.c.non sine.de arbi.cum si.& not.per Lau.& Ber. extra de fil.presb.ad extirpãdas, nisi in successionis iure peteretur, vt in hoc.c.apostolica. & ibi nota.Inno.Arc.

(Margin: Respond. — Lauren. Innocen. — Raymun. Ber. Brix. — Hostien.)

9 Ad tertiam. quæstionem sic proceditur.† Et vr̃ ꝙ sit licitum qm̃ talem renuntiationem papa approbare videtur extra de off.dele.ex parte.¶ In oppositum est,ꝙ illud non est licitum.Est.n.simoniacũ vt dicit Hug.quia pretio renuntiationis iste vr̃ emere illam prębendã nepoti suo,& episcopus vendere. Item pretio institutionis nepotis videt̃ vendere ius suum,& episcopus emere,& sic non est hic gratia in datione, nec in renũtiatione. ¶ Dico ergo ꝙ simonia est tam ex parte renuntiantis,quã ex parte episcopi,qui vult ibi instituere nepotem illius si ille abrenuntiet,sed si sponte vult abrenuntiare nullo opposito pacto, vel conditione abrenuntiet facta renuntiatione licite potest concedi nepoti ab episcopo. vel ab alio qui habet potestatem conferendi illam prębendam. Hu.& ad argumen.in contrarium de dicto.c.ex. parte respondet gl. ꝙ ibi fuit pura renuntiatio.Et ita non ad propositum. Litera est patens vt non egeat alia expositione.

(Margin: Primũ ar. Opponit contrariũ. — Respõdet. — Ad arge.)

His omnibus. §.est.in quo Gratian. soluit contrarietatem supra dictarũ authoritatum,& dicit.ꝙ tractare cum fratribus de electione successoris licet,sed eligere non licet.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit quod dictum est,ꝙ non possunt episcopi eligere, vel instituere successores. Bene tñ possunt tractare de electione successoris nominando dignos aliquos, & bonos,& pro bono ecclesiæ consiliũ dare de his,ad quos pertinet de futuro præficiendo si contingat ipsum episcopum mori, hoc.n. licitum est, & charitas exposcit. vt pro bono ecclesiæ zelans velit electoribus vel prouisoribus nominare personam vtilem, & idoneam ad regendum,quia verosimile est, ꝙ in articulo mortis nominet probum & ecclesiæ vtilem & fructuosum.In secũda respondet ad illud beati Petri de electione Clementis.secunda ibi, illud aũt beati Petri &c.Leg.¶[His omnibus authoritatibus] ã.§.præcedenti citra.[deliberare]ꝙ licet authoritate Symmachi papæ.89.di.si transiens.[querere].i.instituere, ꝙ nõlicet.Hu. & Arc.[illud autem]secunda pars[beati Pe.].s.c.1.Arc.[valet in ar.assumi]hoc non est verum,nec solutio est alicuius momenti quoniam in nullus persona potest hoc fieri, & si quis inueniatur melior Petro, vel Clemente,non tñ licet tali eligere talem, quia in nullius persona omittẽdum est qđ institutis generalibus continetur.61.di.miramur. Hu.[præterea generaliter prohibetur]in canonibus,fuit ẽt inhibitũ à Clemente; saltem ipso facto.s.sponte abrenũtiando,& sic nulla est hæc solutio gratia,quia factum Petri speciale fuit, nec debet nec potest ad consequentiam trahi. Hugu.[qui Christo semen].i.filios spirituales.Hu.[suscitare]prædicando & monendo ad fidem conuertendo sacramenta ecclesiastica præbendo &c.Hu.

(Margin: Diuisio. — Exponit literam.)

1 *Episcopatum iniunctum an possit quis omnino recusare absque peccato.*

Olim

LIm. Hoc.c. est beati Au.in 3.li. contra Manicheos,in quo iuxta Io.de. & Arc. incipit secũda pars quæstionis, in qua redarguit electos dignos qui nolũt recipere plationis onus, & hoc facit per quatuor authoritates. Io.de. Archi.& not.vt dicit Hu.ꝙ hoc.c.& sequentia non spectãt principaliter ad quæstionem, sed quia fecerat mentionem de electione episcoporũ,ideo ostendit quales debent,esse, qui debeant in episcopos eligi,& quales nõ.

Diuisio. Et diuiditur in duas partes.In prima ostẽdit exemplo veteris legis, ꝙ episcopus debet semẽ Christo suscitare.s.fructui animarũ insistendo.In 2. ostendit, ꝙ qui digni sunt si eligantur nõ debent recusare.2.ibi, at vero qui.

Quæstio· Respõdet. ¶ Pro pleniori notitia istius capituli & aliquorum sequentiũ quæritur.

1 † Vtrum absq; peccato posit quis episcopatum iniunctum oĩno recusare. Et vr̃ ꝙ sic nullus peccat si meliora nolit deferre,vt minus bonis inhęreat:cũ ergo amor Dei dilectioni proximorum præemineat, & vita contemplatiua actiuæ, vr̃ ergo ꝙ non peccat ille qui oĩno episcopatum recusat.

Secũdũ ar. ¶ Secundo sic. Nullus debet non purgatus sacra mysteria audire vt ait Greg. in.c.in scripturis.j.e.q.sed difficile est valde vt dicit Gregor. vt aliquis se purgatum posit cognoscere . si ergo non sentiat se esse purgatum quantumcunque sibi episcopale iniungatur officium non debet illud suscipere.

Tertiũ ar. ¶ Tertiò aliqui votum emittunt,vt nunquam episcopatum recipiant,sed eiusdem rationis est ponere impedimentum ad aliquid, & oĩno recusare illud:ergo vr̃, ꝙ absque peccato posit aliquis oĩno episcopatũ recusare.

Opponit. & Respõ ¶ In oppositũ est.c. præsens & t. ia sequentia.Rñ.dicendum sub ista conclusione.Qui dignus est & non habet legitimum impedimentum, non põt sine peccato recusare iniunctum sibi à superiore pastorale officiũ. ista conclusio patet ex.c.pñti.Pro cuius declaratione est notandum iuxta

S. Thom. S.Th.in.2.2.q.185.ꝙ in assumptione episcopatus duo sunt cõsideranda.Primo qdẽ quid deceat hoĩem facere ad voluntatẽ alterius.Scdò quid deceat hoĩem appetere ſm propriã voluntatẽ. Quãtũ igitur ad istã dic, ꝙ qtũ ad propriã voluntatẽ conuenit homini principaliter insistere propriæ saluti, & ꝙ non ambiat præesse alijs cupiens honorem,& temporalium abundantiam.vnde dicit

August. Augu. 19.de ciuitate Dei. Locus superior sine quo populus regi nõ põt & si ita teneatur,atq; administretur, vt decet, tñ indecenter appetitur.

Chris. & Chrys. dicit super Mat.prima tũ honoris concupiscere vanitas est, primatus.n. fugientẽ se desiderat,desiderantẽ se horret. Quod vero homo ad aliorum salutem intendat hoc conuenit homini ex dispositione alterius potestatem habentis. vnde sicut ad inordinationem volũtatis pertinet, ꝙ aliquis proprio motu feratur in hoc, ꝙ aliorũ gubernationi præficiatur. Ita etiã ad inordinationem voluntatis pertinet, ꝙ aliquis oĩno superioris iniunctione prædictum gubernationis officium finaliter non recuset ꝑꝑ duo.primum quidem,quia hoc repugnat capiti ꝓximorum , quorum vtilitati aliquis se debet exponere pro loco & tp̃e.vnde

August. Aug.dicit.19.de ciuitate Dei,ꝙ negotiũ si istum suscipit necessitas charitatis.Item idem Aug. in.c.pñti si qua opera vestra mater ecclesia desiderauerit nec elatione auida suscipiatis,nec blãdiẽte desidia respuatis,postea subdit nec otium vr̃m necessitatib. ecclesiæ præponatis.Secundò quia hoc repugnat humilitati,per quam aliqs superiorum mãdatis se subijcit.vnde

Greg. Greg.dicit in apostoli.ꝙ tunc ante Dei oculos vera est humilitas cum ad respuẽdum hoc quod vtiliter subire præcipitur pertinax non est.

Ad primũ. ¶ His habitis dicendum est ad rationem in oppositum.Ad primã respondetur negando cõnam. Et rõ est duplex iuxta S.Th.prima, ꝙ licet simplr̃ & absolutè vita contemplatiua potior sit,q̃ actiua,& amor Dei q̃ dilectio proximi tñ ex alia parte bonũ multitudinis pręferẽdum est bono vnius, vnde Aug.in pñti.c. dicit.vt iam commemoratum est , nec otium vestrum necessitatib.ecclesię præponatis,præsertim quia hoc ipsum ad dilectionẽ Dei pertinet, ꝙ aliquis ouibus Christi curam pastoralem impendat. vnde super illud

Aug. Io.vlti.pasce oues meas,dicit Aug. sic.amoris officium pascere dnicum gregem,sicut fuit timoris iudiciũ negare pastorem.¶ Secunda ratio,quia non sic transferuntur prælati ad vitã actiuã:vt contemplatiuam deserant. vnde Aug.dicit.19.de ciuita.Dei, ꝙ si imponatur sarcina pastoralis officij,nec sic deserenda est dilectio veritatis quæ.s.in contemplatione habetur.

Adsecũdũ. ¶ Ad secundã respondetur, ꝙ nullus tenetur obedire prelato ad aliquod illicitũ.põt ergo contingere, ꝙ ille cui iniungitur prælationis officiũ in se aliquid sentiat,per quod non liceat ei prælationis officium accipere. Hoc aũt impedimentum qñque quidẽ remoueri potest per ipsummet, cui pastoralis cura iniungitur,puta si habẽt peccandi propositũ,quod põt deserere, & ꝑꝑ hoc nõ excusatur, quin finaliter teneatur obedire plato iniungenti,qñque vero impedimentum ex quo fit illicitum ei pastorale officium,non põt ipse remouere, sed prælatus qui iniũgit, puta si sit irregularis , vel excõicatus,& tunc debet defectũ suum prælato iniungenti ostendere,qui si impedimentum remouere voluerit,debet ei obedire,vnde Exo.4.cũ Moyses dixisset. Obsecro dñe non sum eloquens ab heri,& nudiustertius.Respon.dominus ad eum. Ego in ore tuo ero, doceboq; te quid loquaris.Cũq; vero nõ põt remoueri impedimentum per iniungentẽ, nec per eum cui iniungit,sicut si archieps nõ posit super irregularitate dispensare.vñ subditus tunc non tenetur obedire ad suscipiendũ ep̃atum, vel ẽt sacros ordines,si sit irregularis.hoc tñ nõ tenet respectũ papæ,qui in oĩbus talib.dispensare põt.

¶ Ad tertiã rñdetur,ꝙ licet suscipere ep̃atum nõ sit de necessitate salutis, sit tñ necessatium ex superioris mãdato,siue ꝓcepto.Ille aũt qui votum emittit de non suscipiendo episcopatum, si per hoc se intendat obligare ad hoc,ꝙ nec,per obedientiã superioris prælati accipiat,illicitè vouit. Si aũt intendat ad hoc obligare , vt quantum est de se ep̃atum non quærat,nec suscipiat:nisi necessitate imminente,licitum est votum.quia vouit se facturum,quod hoĩem facere decet.poteris de ista quæstione notare quæ dicuntur in gl.in.c.florentinum.dis. 85.Leg.te. Ad tertiũ

¶[Olim].i.in veteri l.s.Gen.38. dicit Iudas filio suo,ingredere ad vxorem fratris tui, vt suscites semen fratri tuo.& Deuter.25. Si frater absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti nõ nubet alteri,sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semẽ fratris. Exponit literam.

[non sibi]quia filius primo natus de tali coniugio dicebatur filius mortui,& nomine eius appellabitur,vt non deleatur nomen eius ex Israel. Si autem noluerit accipere vxorẽ fratris sui , quæ lege ei debebatur, perget mulier ad portã ciuitatis, & interpellabit maiores natu Israel,dicetq;.non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel,nec me sumere in coniugium, statimq; eum accersiri facient,& interrogabunt.si responderit nolo eam vxorem accipere,accedet mulier ad eum coram senioribus,& tollet calciamentum de pedibus eius,& spuet in faciem eius , & dicet sic fiet homini qui non edificat domum fratris sui,& vocabitur nomen eius in Israel domus discalciati.Applicat autem hoc beatus Augu.ad Christũ ſm mysticum.frater 1.mortuus Dr̃ Christus.de quo ad Heb.2.dicit Apostolus.voluit per oĩa fratribus assimilari, vt sibi carne assumpta dicamus illud Gene.33. Caro nr̃a & frater noster est,vxor illius dr̃ ecclesia:frater Christi mortui dr̃ quilibet prælatus ecclesiæ,& quicunq; digne põt regere ecclesiam 2 :Christus mortuus est sine semine,quia paucos acquisiuit in vita sua,vel quia moriens vix vnum solum.s.latronẽ momordit.i.sibi recuperauit,cuius sponsa scilicet ecclesia requirit fratrem Christi s.prelatum vt suscitet ei semen .i. filios spirituales per spiritualem regenerationem, & hoc cum quisad regimen ecclesiæ inuitatur, & nomen eius accipiat.i. Christi à quo dicuntur Christiani.de conse.dist.4. postquam,& non à Petro Petrini,nec à Paulo Paulini.vt dicit Aug.[at vere] 2. pars.in qua punitur qui Christo semen suscitare renuerit , talis.n. ab ecclesia merito contẽnitur,& à Christo maledicitur tanquã ficulnea in fructuosa,de quo habetur Mat.11.Qui.n.sibi prodest & ecclesiæ. vtroque pede]quia sibi & proximi prodest, vel quia habet dilectionẽ Deo & proximi. Hu.desit currentibus calciatis vtroque pede.s.cum dilectione eius & proximi dicit.ad Ro. 10. quàm speciosi pedes euangelizantium bona.quod sumptum est Naum.1.vbi dr̃.super montes pedes euangelizãtium & annuntiantium pacem[non figurarum]non vtrunque extinguit.s. participium & verbum sensus est, factum istius recipientis regimen ecclesiæ;non significat illius scilicet renuntiantis suscitare semen fratris, sed factum illius significat factum istius,quia factum huius est res, & significatum factũ illius figura significans , & in facto istius amplectitur illa figura.Sensus literæ est,non significabit opprobrium illius discalciati , opprobrium dico , non figuratum , sed figurans,sed portauit illud opprobrium impletum in se,id est habuit in se opprobrium , quod significauit opprobrium illius. Hugu.

2 ¶ Regere ecclesiã. Et talis rector ecclesiæ teneť de aiabus subditorum reddere rõnẽ Deo. Pe de anc.in.c.irrefragabili nume.2.de offi.ordi.

1 *Consentiens electioni canonicæ de se factæ aut prouisioni an faciat melius, quam qui eam recusat.*
2 *Eligere an quis se possit in episcopum.*
3 *Renuens pascere gregem domini cum posit, & sit dignus peccat.*
4 *Contrariorum duorum quòd vtrunque sit bonum.*



In scripturis. Ad idem sequitur hoc.c. quod est Gregorij in registro. Summa est in ubro, videlicet quòd sicut locus regiminis desiderantibus est negãdus, ita fugientibus est offerẽdus. Quidam.n. cum vocabantur & postulabantur ad episcopatum & solicitudines pastorales recusabant illa dicentes, se potius velle vacare quieti, & contemplationi, quod etiam beato Gregorio significauerunt, quibus Gregorius scribit & dicit eos ob hoc dignius venire ad episcopatum. Et inde sumpta occasione ostendit authoritate Apostoli Pauli & Hieronymi, ꝙ nemo debet se ingerere honori, & importune eum petere, sed si credit se dignum, & ecclesia indiget, & ipse inuitatur non debet recusare, & hoc ostendit exemplo Christi & exemplo Esaiæ. Et diuiditur hoc.c. in duas partes. In prima commendat eos qui ad episcopatum veniunt vocati ostendendo nullum debere se ingerere. Et in secunda ostendit, ꝙ vocatus non debet propter particulare commodum pastoralem solicitudinem recusare. secunda ibi, rursus idem egregius. ¶ Pro pleniori intelligentia huius.c. quæritur. † Vtrum melius faciat qui consentit electioni canonicæ aut prouisioni de se factæ, quam qui eam recusat. Et videtur ꝙ sic. Primo ex præsenti.c. ¶ Secũdũ ex illo Beati Gregorij. 22. moralium potestas cum percipitur non ex libidine amanda est, sed quando aliquis propter canonicam electionem episcopalem dignitatem adipiscitur, non percipit eam ex libidine, ergo debet eam amare, non ergo debet eam recusare. ¶ In oppositum videtur qđ idem Greg. ait. 28. mora, ꝙ prælatio per meliorem intentionem fugienda est. Respondet dicendum est sub distinctione. Nam in eo qui electioni canonicæ de se factæ consentit considerari præcipuè debet, vt dicit sanctus Tho. in quolibeto quinto. quid intendat. Si.n. intendat aliquid temporale, puta honorem diuitias excutere se à iugo religionis, aut aliquid huiusmodi tunc est conclusio, ꝙ cum manifestũ sit, ꝙ praua sit talis intentio, melius esset non asistere. Si autem intendit profectum ecclesiæ, sic planum est, ꝙ est bona intentio ꝭm illud Apostoli prima ad Ti. 3. si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Tñ sciendũ est, ꝙ ad hoc opus requirit maxima idoneitas, quia vt Gregorius dicit in pastorali. tm actionem populi debet actio transcendere præsulis, quantum distare solet à grege vita pastoris, ad quod humana fragilitas ꝭm proprias vires sufficiens non est ꝭm illud apostoli secunda ad Cor. 1. ad hoc quis tam idoneus, sed tamen ex auxilio gratiæ diuinæ homines idonei & sufficientes redduntur, sicut ipse postmodum subdit idoneos nos fecit ministros noui testamẽti. potest ergo laudabiliter considerans proprium defectum ex humilitate officium prælationis, recusare sicut Hieremias fecit vt habetur in præsenti c. dicẽs. nescio loqui, quia puer ego sum, potest etiam laudabiliter consentire ex charitate fraterna, vt salutem proximorum procuret, sicut Esaias fecit, vt habetur in c. præsenti qui dicit ecce mitte me. Sed sicut Gregorius dicit in pastorali in vtroq; est subtiliter intuendũ: quia & is qui recusauit plene non restitit, & is qui mitti voluit ante se per altaris calculũ purgatum viderit, ne ante non purgatus adire quisquam sacra ministeria audeat, aut ꝙ superna gratia eligat sub humilitatis specie superne dispositioni cõtradicat. Quia ergo valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere, prælationis officium tutius declinatur, non tamen pertinaciter, cum ad suscipiendum hoc superuacua voluntas cognoscitur. Ex his põt c. intellectus illorũ verborũ, quæ dicere põt episcopus cũ interrogatur si vult accipere episcopatũ. s. nolẽs volo. i. nolẽs. s. pesse volo. i. consentio, & volens. s. prodesse nolo, vt præsim simpliciter hoc est dicere, consentio electioni in me celebratæ, non vt ex arrogantia præsim, sed vt possim prodesse simpliciter. De hac materia satis not. Innocen. extra de elec. c. cum. in iure in gl. & Arch. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in principio. Ad primum de c. præsenti responsio ex dictis patebit etiam in expositione literę.

Diuiso. Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar. Opponit i contrariũ. Respond. S. Thom. Grego. Grego. Ad primũ. Ad secũdũ.

¶ Ad secundam de Gregorio respondetur iuxta S. Tho. ꝙ verbum Gregorij non debet sic intelligi, potestas cum ex libidine non percipit amanda est. sed ita ptãs cũ percipit nõ est amanda ex libidine. Subdit.n. sed ex longanimitate toleranda. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ melior est intentio prælationem fugientium ꝭm proprium desiderium, dum modo non asit necessitas ex parte imponentis hoc onus. vnde Aug. dicit. 19. de ciui. Dei. superior locus sine quo regi populus non potest. Et si ita teneatur vt decet tñ indecẽter appetitur. Otium.n. sanctum quærit charitas veritatis negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Lege. ¶ [In scripturis vestris] quibus excusatis vos, ne officium episcopale assumatis [congrue venisse] per nominationem & electionem eorum qui eos postulabant vel venisse. i. vos dignos esse, vt veniatis. Hug. [desiderantibus] ambitiosè. s. vt præsint, & ideo importunè se gerentibus. [fugientibus]. i. recusantibus. Hu. [sicut scriptum est] ad Hebre. 5. [ne quisquam assumit sibi honorem]. s. à se, vel sua authoritate, qm vt dicit pulchrè S. Tho. in expositione. hoc.n. est contra naturam, ꝙ aliquis producat se ad statum altiorem, sicut aer non facit seipsum ignem, sed fit à superiori. vnde disciplina Dei non habet, ꝙ quisquam sibi sumat honorem fauore, pecunia potentia. Amos. 6. In fortitudine.n. assumpsimus nobis cornua. Oseæ. 8. ipsi regnauerũt non ex me, sed debent vocari sicut Aaron. Exo. 28. applica ad te Aaron. Et ideo dominus cõfirmauit sacerdotium eius sicut patet Numeri. 17. per virgam quæ floruit. Tales ergo debẽt assumi: qui non ingerunt se. vnde antiquitus signo visibili ostendebantur sicut patet de Beato Nicolao & alijs multis. Sed hic
2 surgit vna quæstio. † vtrum in casu aliquis potest se eligere in episcopum. Ecce casus est. Tota potestas eligendi cõmissa est vni, & iurat ꝙ eliget meliorem de illa ecclesia. inuenit se meliorem esse, nunquid in hoc casu potest se eligere. Et videtur ꝙ sic ratione iuramenti, quod non videtur ex præsenti. c. &. j. eo. q. qui episcopatum. &. 24. q. 1. dicimus. ¶ Respondet. dicit Augu. & ego ita credo, ꝙ non debeat se eligere, nec ex illo iuramẽto tenetur ad hoc cum in illo iuramento non plus comprehendatur quam demandantes intellexerunt. arg. 22. q. 5. quicunque. Ipsi autem personam eius exceperunt eo ipso ꝙ electorem[a] eum constituerunt. Hu. Nota etiam de hac quæstione in gl. in. c. cum in iure. de elec. [& rursus] secunda pars. quasi dicat, ꝙ quis debet refugere & recusare sed non omnino, & hoc ostendit multipliciter egregius prædicator. s. Paulus. 1. ad Corin. 5. dicit. [si vnus [. i. vnicus & singularis. s. Christus qui sine peccato & causa peccati fuit pro omnibus generaliter quantũ ad sufficientiam: quantum.n. in se fuit omnibus sufficiens causa salutis. Et quia omnes per eum possunt saluari si velint. Hug. [mortui sunt]. i. mori debẽt pro eo si opus est. [&]. i. sed hoc est verum [superest]. i. sequitur [& qui viuunt] vita corporali [iam non sibi] . i. siue priuatę voluntati. siue suo arbitrio. [viuant sed ei] . i. voluntati eius. s. Christi vocantis ad regimen suæ ecclesiæ. Hu. & Arc. [& pastori]. i. petro. cui inquit Io. vlt. pasce oues meas. ostendit se minus amare. Et est arg.
3 † ꝙ qui renuit pascere gregem domini cum posit, & sit dignus peccat, quia non videtur habere amorem Dei, vt hic dr. [Si.n. vnigenitus] tertio arguit ad idem exemplo Christi. [de secreto patris]. i. de cœlorum habitaculo: vbi Deus pater inuisibiliter nobis residet. ꝭm illud Matt. 6. Pater noster qui es in cœlis, vel [de secreto]. i. de secreta substantia patris. i. cum esset in eadem substãtia inuisibili cum patre: suscepit visibilem nostram mortalitatem: quasi de inuisibili factus est visibilis, & hoc est in publicum egressus quando exiuit à patre, & venit in mundum. Io. 16. & est egressus quomodo exultauit vt gigas: ad currendam viam huius vitæ, & à summo cœlo egressio eius, & tanquam sponsus procedit de thalamo suo. Psal. 18. [Secretum nostrum]. i. silentium: otium: requiem nostram [vtilitati &c.] quod non est faciendum: maximè cum alijs proficiendo nobis proficiamus. [quies itaque] quia vt ait Aug. 19. de ciuitate Dei. otiũ contemplationis quærit dilectio veritatis, sed laborẽ actionis suscipit necessitas charitatis [occupatione] solicitudinis [fugere] vbi non est opus occupationem subire. Hug. [libenti.] Tũ pp charitatẽ proximorum. Tũ pp obedientiam maioribus debitam [quid]. i. vtrunq;. s. fugere & subire. [ex duorũ &c. quorum vnus]. s. Hieremias [alter]. s. Esa. Nã Hieremias respondit a a a domine Deus, Dicunt aliqui vt dicit magister Nicolaus de lyra, ꝙ hic ponitur à: qa Hieremias se excusat à

Ad tertiũ. August. Exponit literam. S. Thom. Quæstio. Respõdet. a ¶ Qđ electorẽ. Eligere secũdũ deũ & secundum conscientiã an possint separare. Pen. de Anc. in. c. constitutis nu. 3. de ap pel. August.

sat à tãto officio propter triplicem defectum scilicet ętatis: scientiæ,& eloquentiæ,quia adhuc erat iuuenis, sed expositio ista vt dicit procedit ex ignorãtia hebraici sermonis, vbi ponitur hic vna dictio composita ex tribus literis. vnde præfata dictio est interiectio dolentis siue admirãtis[alter].s.Esaias[appetijt]nõ importune vel ambitiose,sed inuitatus & vocatus & ex charitate cum videret necessitatẽ incumbere.Arch.[en ab vtrisq; sed non à diuerso &c.]quia licet diuersæ sint actiones, non tamen diuersi affectus, vel effectus,& licet verba sint diuersa & contraria quo ad superficiem,non tamẽ sunt contraria,sed potius tendunt ad eundem vel similem effectum.Et ratio est,quia ab eodem fonte charitatis emanant.vnde sequit̃ [duo quippe præcepta] quorum vno præcipitur amor Dei.altero amor proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis dicit Isidorus in li. differentiarum inter actiuam & contemplatiuam vitam.Hæc distantia est, actiua vita est quæ in operibus iustitiæ & proximi vtilitate versatur.Cõtemplatiua autem,quę vacãs ab omni negotio in sola dilectione Dei afficitur,vna in opere bonæ conuersationis, altera in contẽplatione incommutabilis veritatis.[Contradicit] .i.verba contradictionis profert.Hug.[Quod ergo laudabiliter]ar..†ꝙ duorum contrariorum vtrunque est bonum & vtrunq; potest fieri licite.ar.di.5.ad eiusvero. &.33.q.4.vir.Hu.[p calculũ altaris].i.carbonem sumptum de altari,vbi erat ignis ppetuus ad opus sacrificij,vt patet Leuit.6.tangit id quod legitur Esa.6.s.cum Esaias de immundicia labiorum quæ contraxerat commorando in Achab & eius peccata non arguẽdo conquereretur:volauit ad eum vnus de seraphim,& calculo.i.lapide paruo.vel carbone quem tulerat forcipe de altari tetigit.& mundauit labia eius. Sciendum tamen vt dicit magister Nicolaus de lyra: non accipitur hic altare seu carbo materialiter, quia ista fiebant visione imaginaria qua videbatur Angelus accipere carbonem de altari holocaustorum.& sequitur, tetigit os meum,ad designandum purgationem peccati propter taciturnitatem prædictam. Aliqua moralia dicunt hic Hu.& post eum Arch. quæ non videtur mihi multum ad propositum : sufficiunt autem ea, quæ dicta sunt pro intelligentia literæ.[purgatum] ab immundicia contracta,quia peccata Achab non redarguerat. 24.q.3.qui negligit Hugu.

Isidorus.

Nicolaus de lyra.

2 *Obedientia quòd sit virtus.*
Et specialis nu.3.
Et quòd pertinet ad iustitiam.num.4.
Et quod sit virtus moralis non theologica num.5.
Et quòd sit potior inter morales virtutes.num.7.
6 *Obedientia non est maxima virtutum simpliciter.*
Et quot conditiones habere debeat num.10.
8 *Bonorum humanorum tria sunt genera.*
12 *Obedientia vna potest esse grauior altera dupliciter.*
13 *Præmium non meretur qui facit aliquid inuitus.*
14 *Hariolare quid dicatur.*
15 *Contrariorum alterum vituperatur cum alterum damnatur.*



Ciendum est. Ad idem sequitur. c.hoc quod est eiusdem Gregorij.25. moralium. Summa est, ꝙ ad prospera imperata si mouetur quis ,p prio motu nullius prætij vel valoris videtur esse eius obedientia.Si ad aduersa imperata, si quis non mouetur proprio motu modica est eius obedientia.Et diuiditur in duas partes hoc.c.In prima ostẽdit qualis debeat esse virtuosa & laudabilis obedientia. In secunda commẽdat obedientiam præponendo eam victimis, & per consequens vituperat eius contrarium propter obedientiam.secunda ibi, & Paulo superius. Pro pleniori intelligentia huius.c.quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶Primum est vtrum obedientia sit maxima virtutum.
9 ¶Secundum est vtrum pertineat ad laudabilitatem obedientiæ, vt ad prospera imperata non moueatur proprio motu.
11 ¶Tertium est vtrum inobedientia sit grauissimum peccatum.

1 Ad primum. Sic procedit.†Et videtur ꝙ sic. Primo ex præsenti.c.vbi inducit Greg. illud primi Reg.15. melior est obedientia q̃ victima. Sed oblatio victimarum pertinet ad religionem, quæ potissima est inter omnes virtutes morales, ergo obedientia est potissima inter omnes virtutes.¶Secundo sic.dicit Greg. vlti.moralium,ꝙ obedientia sola est virtus,quę virtutes cęteras menti inserit, insertasque custodit, sed ea est potior effectu,ergo obedientia est potior oĩbus virtutibus.¶Tertio Greg.dicit vlti.moralium, ꝙ nunquam per obediẽtiam debet malum fieri,aliquando autem debet per obedientiã bonum quod agitur intermitti, sed non prætermittitur aliquid nisi pro meliori. ergo obedientia pro qua intermittuntur bona aliarum virtutum est virtutibus alijs melior.

Primũ ar.

Secũdũ ar

Tertiũ ar.

¶In oppositum arguitur,quia virtutes theologicę sunt po 2 tiores.Respon.dicendum sub certis conclusionibus. † Prima ꝙ obedientia est virtus. Ista conclusio patet primo ex tex.præsentis.c.vbi obedientia virtus appellatur. Item dicit Gregorius,ꝙ sola obedientia fidei meritũ possidet.hoc non conuenit obedientiæ,nisi virtus esset. Secundo sic autoritate beati August.24.de ciui.Dei,qui dicit,ꝙ propter commendandum purę & simplicis obediẽtiæ bonum,quæ magna virtus est rationalis creaturę sub creatore constitutę.Ratione probatur sic virtus vt dicitur secunda ad Ti. est habitus quo operans meretur laudẽ,& felicitatem,sed obediens per opus obedientiæ meretur laudem, & fœlicitatis gloriam.vnde de Christo summe virtuoso dicitur ad Phili. 2.Christus factus est obediens vsq; ad mortẽ,pp ꝙ & Deus exaltauit illũ, ergo obediẽtia qua hoc meruit est virtus nec soiũ est virtus obedientia,sed sola verissimè virtus est,vt dicit August.ẽm ꝙ veritas est rei entitas, vt idem dicit lib.soliloquiorum.Cum.n.obedientia legimus obtemperet, præcipuè obtemperat perpetuis,& æternis legibus,& in ipsarũ regula deducit omnes virtutes,quas habet pro materia, & cũ ibi sit vera origo omnis rectitudo virtutis, & in primis principijs sit præcipua entitas cuiuslibet rei, patet obediẽtia sola est virtus transformans nos in similitudinem virtutum exemplarium, quæ in Deo sunt, vt simus perfecti, sicut & pater noster cœlestis perfectus est.Mat.5.quia vnumquodque tanto verius est.quanto suæ primę origini vbi est prima natura siue veritas amplius appropinquat,& iõ obedientia vocatur sapientia,quæ vt dicit Augu.inhęret æternis legimus conspiciendis & consulendis.Deute.4. hæc est nostra sapientia &c.Greg.autem dicit, ꝙ nõ tantum est virtus,q̃tũ oĩum virtutum mater,qa p obediẽtiã pceptorũ uirtutes consuetudinales in nobis generãtur, & ad gratiam & uirtutes infusas disponuntur dispositione qua hoc in nobis diuina largitas creat, & per eandem obedientiam eędem etiam uirtutes in nobis conseruantur & nutriuntur. Hæ autem sunt cõditiones matris.s.generare prolem, & fouere,
3 & conseruare,ut dicit Vrichus.¶Secunda conclusio est ꝙ obedientia est specialis uistus.Ista conclusio patet.Tum autoritate.dicit.n.Hugo de sancto uictore. ꝙ obedientia sit virtus quæ omnia amplectitur iniuncta necessario implenda,nisi obstiterit imperãtis authoritas, & ita obediẽtia est uirtus specialis.Ratione uero probatur conclusio sic. Cum .n.habitus potentiæ & actus distinguantur p obiecta,oportet ꝙ uirtus quæ habet speciale obiectum sit specialis uirtus. Dicitur autem speciale obiectum à speciali ratione, sed obedientia attendit speciale obiectum,s. præceptum superioris tatitum vel expressum cum debito consentiendi.Obedire autem superiori debitum est ẽm diuinum ordinem rebus inditum, ergo obedientia est virtus specia-
4 lis.¶Tertia conclusio†obedientia pertinet ad iustitiam,sicut pars partis iustitiæ.i.obseruantiæ, quæ est iustitiæ pars ẽm Tullium,patet conclusio,quia reddere alteri quod suũ est & sibi debetur est iustitiæ,sed hoc operatur obedientia: vt dictum est in præcedenti conclusione, ergo obedientia est pars iustitiæ, & specialiter dictæ, quia hoc suum quod superioribus redditur.s.impletio mãdatorum est quædam pars huius communis,quod debitum dicitur, vel quod suũ est, quod etiam exigi posset coram iudice vt dicit sanctus
5 Tho.in secundo sententiarum.¶Quarta conclusio† ꝙ obedientia non sit virtus theologica, sed moralis, patet conclusio.Tum ex præcedenti conclusione, quia est pars iustitiæ quæ moralis est.tum quia nõ habet per se obiectum quod est Deus,sed præceptum superioris cuiuscunq;, vel expressum,vel interpretatum,vt dictum est. ¶Quinta conclu-
6 sio est.†Obedientia non est maxima virtutum simpliciter. patet conclusio.Tum ex præcedenti, quia cum non sit virtus theologica & theologicę virtutes sunt potiores omnibus.Præterea

Opponit & Respõ. Prima cõclusio.

August.

August.

Greg:

Secũda cõclusio. Hu. de sancto Victo.

Tertia cõclusio.

Quarta cõclusio.

Quinta cõclusio.

bus. Præterea patet conclusio, ꝙ habet ipsa obedientia laudem ex eo ꝙ ex charitate procedit. Dicit.n. Gregor. vltimo mora. ꝙ obedientia non seruili metu sed charitatis affectu seruanda est, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ: ergo charitas est potior virtus quam obedientia. ¶ Sexta conclusio. †Inter morales virtutes obedientia videtur esse potior. Ista conclusio patet primo authoritate beati Gregorij dicentis. Obedientia non tamen est virtus, quàm mater virtutum omnium. Ratione sic iuxta S. Th. Inter virtutes morales tanto aliqua potior, quanto maius aliquid contēnit vt Deo inhæreat. †Sunt autē tria genera bonorum humanorum, quæ homo potest contemnere propter Deum: quorū infimum sunt bona exteriora, mediū autem sunt bona corporis. supremum autem sunt bona animæ. inter quæ quodammodo præceptum est voluntas, inquantum. s. per volūtatē homo omnibus alijs bonis vtitur, & ideo per se loquendo laudabilior est obedientiæ virtus, quæ propter Deū contemnit propriam voluntatem, quā aliæ virtutes morales, quæ propter Deum aliqua alia bona contemnunt. Et ideo dicit Grego. in præsenti. c. ꝙ obedienria victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero propria voluntas mactatur. vnde etiam quæcunque alia virtutum opera ex hoc meritoria sunt apud Deū, ꝙ sint vt obediatur voluntati diuinæ. Nam si quis etiam martyrium sustineret, vel omnia sua pauperibus erogaret, nisi hoc ordinaret ad impletionem diuinæ voluntatis, quod rectè ad obedientiam pertinet meritoria esse non possent, sicut nec si fierent sine charitate, quæ sine obedientia esse nō potest. dicitur.n. prima Ioanni. 2. quòd qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit mendax est. Qui autem seruat verba eius vere in hoc charitas Dei pfecta est, & hoc ideo est, quia amicitia facit idem velle & nolle. ¶ His habitis patet responsio ad rationes, ꝙ obedientia licet non sit simpliciter maxima omnium virtutum, est tamen inter morales potior eo modo quo dictum est, & hoc bene concludunt. vnde etiam obedientia ſm ꝙ procedit ex reuerentia Dei, continetur sub religione, & pertinet ad deuotionem, quæ est principalis actus religionis. vnde ſm hoc laudabiliꝰ est obedire Deo, quàm sacrificium offerre, & etiam quia in sacrificio immolatur aliena caro, per obedientiam autē propria voluntas, vt dicit Gregorius hic. specialiter tamen in casu in quo loquebatur. Samuel: melius fuisset Sauli obedire Deo, quam animalia pinguia amalechitarum in sacrificium offerre contra Dei mandatum.

Sexta conclusio.
7
S. Thom.
8
Ad argu.

9 Ad secundum Sic proceditur. †Et videtur ꝙ nō pertineat ad laudabilitatem obedientiæ vt ad prosperæ imperata non moueatur proprio motu. Et primo sic dicit Chrisosto. super Matthe. sicut peccatū opus sine voluntate non facit, ita iustitia nostra ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit. ergo obediētia quæ ad iustitiā pertinet, non erit laudabilis, nisi ex proprio motu voluntatis. ¶ Secundo sic dicit Augu. in li. de libero arbi. ꝙ æterna lux incommutabili stabilitate firmauit & in voluntate sit meritū, ergo si obedientia debeat esse meritoria, necesse est, vt ex voluntate procedat. ¶ Tertio sic ex prima ad Cor. 9. Hilarem datorem diligit Deus, si ergo obedientia debet esse hilaris necesse est ꝙ sit voluntaria. ¶ In oppositum videtur esse tex. præsentis. c. Respondet dicendum sub duobus articulis. In primo ponentur. 10. conditiones breuiter quæ iuxta doctores quas pro maiori parte tangit Arch. faciunt ad laudabilitatem obedientiæ. In secundo respondebitur ad quæstionem. †Prima autem conditio obedientiæ est ꝙ sit volūtaria, sine cordis murmure, sicut fuit illa Pauli. Act. 9. dicentis. Domine quid vis me facere. dicit.n. Greg. non placent Deo coacta seruitia. Secundo debet esse humilis, sine voluntatis contradictione, aut murmuratione. Oseæ. 4. populus tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti, & corrues hodie. vnde Apostolus ad Phil. 2. Omnia facite sine murmure, & hæsitationib. ¶ Tertio est obediēdum celeriter sine dilatione. Esai. 8. qui sunt isti qui vt nubes volant &c. dicit Bernardus obedientia tunc acceptabilis est Deo, & dulcis omnibus si quod iubetur non tepidè non tardè fit. vnde Prouerb. 22. vidisti hominem velocem in opere suo, corā regibus stabit. ¶ Quarto est obediendum hilariter sine vultus tristitia & merore. secūda ad Corin. 9. Non ex tristitia aut necessitate. hilarem.n. datorē diligit Deus. Serenitas in vultu, & dulcedo in sermonibus, multum colorant obedientiam obsequentis. vnde psal. *Paratum cor meum Deus: paratū cor meum, cantabo & psalmum dicam. Ber. Paratum ad aduersa, paratum ad prospera, paratum ad humilia, paratum ad sublimia, paratum ad vniuersa quæ præceperis. Cantabo effectu cordis intus hilariter obediendo & psalmum dicam, exterius opus adimplendo. ¶ Quinto est obediendū integraliter. Hierem. 1. ad omnia quæ mittam te ibis. & Thobiæ. 5. Omnia quæ præcepisti mihi pater faciam. & psal. *Ad omnia mandata dirigebar. Omnem viam iniq̄ odio habui. ¶ Sexto obediendū est simpliciter, sine mandati nimia discussione psal. *In auditu auris obediuit mihi. ¶ Septimo est obediendum prudēter. s. sine manifesto errore Actu. 5. Oportet obedire magis Deo quàm hominibus. & Gregorius. Caueant subditi, ne plusquam expedit sint subiecti, ne superiorum compellantur vitia venerari. ¶ Octauo est obediēdum veraciter, sine fictione. ad Colo. 3. ad oculum seruientes quasi hominibus placentes. ¶ Nono ꝙ est obediendum simpliciter. s. recta intentione pro Deo, nō pro laude hominum, vel pro emolumento temporali, sed pro præmio æterno. psal *Qui hominibus placent cōfusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. de talibus Matt. 6. receperunt mercedem suam. ¶ Decimò est obediendum perseueranter, sine intermissione, exemplo Christi. de quo ad Phil. 2. factus est obediens vsque ad mortē. super quo Ber. Mementote fratres, Christus ne perderet obedientiam perdidit vitam. De multis istarum conditionum obedientiæ loquitur Bern. alias ita dicens. Verus obediens nescit moram, nec mandata procrastinat, sed aures parat auditui, oculos visui, manus operi, pedes itineri, & sic se totum interius colligit, vt imperantis exterius adimpleat voluntatem. ¶ His habitis secundo respondendū est ad quæstionem. Dicimus.n. ꝙ in prosperis etiam obedientia debet esse volūtaria, si laudabilis & meritoria esse debeat, sicut argutum est. Quod vero dicitur hic nō obstat quando hic non prohibetur nisi ambitio, & proprius motus. i. ex se & ex suo vitio, non ex obedientia prouenieñs. Et dicitur ergo hic, ꝙ ad prospera homo non debet proprio motu se ingerere, nihilominus tamen si præcipiuntur, tunc proprio motu & spontanea voluntate facienda sunt, eo tñ respectu, quia præcipiuntur. Et sic patet quid dicendum sit ad rationes factas.

Tertiū ar. Chriso.
Secūdū ar.
Tertiū ar.
Opponit & Respō.
10
Greg.
Bernar.
*Psal. 107.
a Bernar.
*Psa. 108. p.
*Psa. 17. g.
Greg.
*Psa 52.
Bernar.

11 Ad tertium. Sic proceditur. †Et videtur ꝙ inobedientia sit grauissimum peccatorū. primò ex. c. præsenti, ꝙ originaliter habetur. 1. Reg. 15. q̄m quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere, sed idolatria est grauissimum peccatum. ¶ In oppositum arguitur. grauius est contemnere præcipientem, quàm præceptum, sed quędam peccata sunt contra ipsam personam præcipientis sicut patet de blasphemia, & de homicidio. ergo inobedientia non est grauissimum peccatum. ¶ Respondet. dicendum ꝙ nō omnis inobedientia est æquale peccatum, nec inobedientia est
12 grauissimum peccatum. Pro quo notandum iuxta sanc. Thoma. in secunda secundæ. †quod vna inobediētia potest esse grauior altera dupliciter. Vno modo ex parte præcipiētis. Quāuis.n. omnem curā homo apponere debeat ad hoc ꝙ cuilibet superiori obedire debeat, siue obediat, tñ magis est debitum, ꝙ homo obediat superiori potestati cuius signum est, ꝙ præceptum inferioris prætermittitur si sit præcepto superioris contrarium. vnde conueniens est vt quanto superior est ille, qui præcepit, tanto ei inobedientem esse sit grauius, & sic inobediētem a esse Deo, est grauius quā inobedientem esse homini. ¶ Secundò ex parte præceptorū. Non.n. præcipiens æqualiter vult impleri oīa, quæ mandat. magis.n. vnusquisque vult finem, & id quod est fini propinquius. Et ideo tanto est inobedientia grauior, quanto præceptū, ꝙ quis præterijt magis est de intētione illius qui præcepit. Et in præceptis quidem Dei manifestum est, ꝙ quanto præceptum datur de meliori, tanto est eius inobedientia grauior, quia cū voluntas Dei per se feratur ad bonum quanto aliquid est melius, tanto Deus vult illud magis implere. vnde qui inobediens est præcepto de dilectione Dei, grauius peccat, quàm qui inobediens est præcepto de dilectione proximi. voluntas autem hominis non semper magis fertur in melius. Et ideo vbi obligamur ex solo hominis præcepto, non est grauius peccatum ex eo ꝙ maius bonum præteritur, sed ex eo ꝙ præteritur quod est magis de intentione præcipientis, ergo sic oportet ſm diuersos inobedientiæ gradus diuersis peccatorum gradibus cōparare.

Primū arg.
Opponit in contrariū.
Respōdet.
S. Thom.
a ¶ Inobediētē Ad de ꝙ inobediētia digne est vltione. Per de an. in c. 1. nu. 9. de post. præl.


parare.Nam inobedientia qua contemnitur Dei præceptũ ex ipsa ratione inobediẽtiæ grauius est peccatum, quã peccatum, quo peccatur in hominem:si etiam sequeretur inobedientia Dei.Et hoc dico,ꝙ qui cõtra proximum peccat etiam contra præceptum Dei agit.si tñ in aliquo peccator præceptum Dei contemneret,adhuc grauius peccatũ esset. Inobedientia autem qua contemnitur præceptũ hominis leuior est peccato,quo contemnitur ipse præcipiens, quia ex reuerentia præcipientis procedere debet reuerentia pcepti,& similiter peccatum quod directe pertinet ad contemptum Dei sicut blasphemia, vel aliquid hmõi grauius est etiam semoto per intellectum inobedientiæ peccato,ꝙ peccatum in quo cõtemnitur solum Dei præceptum.Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad quam respondetur iuxta S. Tho.ꝙ illa comparatio Samuelis non est æqualitatis,sed similitudinis, quia inobedientia redũdat in contemptum Dei. sicut & idolatria, sed idolatria magis.Lege. ¶ [Sciendum aliquando].i. prosperis.[si de suo].i.de sua ambitione,& proprio motu.quasi sine intuitu obedientiæ, sed quia appetit & ambit: obedit. Hug. [nulla est]quia talis non est meritoria, nec laudabilis[aliquando].s. in aduersis[si de suo].id est,proprio motu quasi sine proprio motu . [recepto præcepto] sed quia timet inuitus obedit[minima est].i.parum vtilis,quia non est meritoria.Obedientia.n.debet esse voluntaria & hilariter suscepta.vt.s.diximus.[Euacuat]quia eam non habet.Non.n.est fructuosum opus quod fit ex timore,& nõ ex amore.[si ad hoc ex proprio motu anhelat].i.ex propria ambitione,nõ .n.ex appetitu dominandi debet ad officium prælationis accedere,quia tunc non est obediẽtia fructuosa, nec virtuosa quia talis obedientia non innititur humilitati, sed superbiæ,& vanitati. qua cupit dominari, & nulli subijci contra illud prima Petri.5.nec dominantes in clero, sed forma facti gregis[despectus].i. cum alicui præcipiuntur suscipere mundi opprobria contumeliæ & aduersa & labores & inuitus ea accipit,non est verus obediens,quia voluntariè præcepto superioris non obtemperat, sed coactè contra illud prima Petri. 5.prouidentes nõ coactè, sed spontaneè ꝯm Deum nec turpis lucri gratia,sed voluntariè, & hoc est qđ dr̃[nisi ex semetipso].i.ex proprio motu, non tantũ ex obe-
13 dientia.Hu.[nolensq; descendit]ar.†ꝙ ex eo ꝙ quisque facit inuitus non meretur præmium.20.q.1.illud.&.q.3. præsens.Hug.[superius].i.in superiori parte mei operis. Nam mentionem fecerat de illo verbo in libr. Regum quod Samuel dixisse legitur Sauli.primi Regum.15.melior est obedientia,ꝗ̃ victima &c.Arc.[volũtas propria mutatur]quod maius est,vt.n.dicit sapiens.maius est vincere se,quàm vincere castrum.Hug. [quid contra].i.econtrario[ariolandi]
14 †ariolare est aras demonum colere,& ibi funesta sacrificia facere.vt.25 q.3.igitur,hæc tamen vt diximus in q.3.comparatio non est æqualitatis,sed similitudinis,quia inobediẽtia redundat in contemptum Dei, sicut & idolatria magis scelus idolatriæ dicitur inobedientia,quia vt dicit Greg.super Iob quasi à se iugum dominationis excutit. qui per inobedientiam subesse contemnit. [Ex aduerso].i.per aduersum,siue contrarium vitium[intelligitur laudari contrariũ
15 eius]Ex quo vt dicit gl.est ar. † ꝙ ex eo ꝙ vnum contrariũ commendatur aliud vituperatur.vt de pe.di. 2. econtraria. &.32.di.hospitiolum.Hu.[sola fide meritum possidet.] Cũ .n.per obedientiam tribuatur vnicuique quod suum est, & ad obedientiam pertineant omnes actus virtutum, prout sunt in præcepto,merito ipsa sola dicitur fidei meritũ possidere,& sine qua nullus veraciter fidelis esse conuincitur, quantumcunque exterius fidelis videatur, vel hoc intelligendum est,vt dicit dominus vlrichus inquantum fides est ex auditu,auditus autem per verbum Christi.ad Roma.10. cui obedientes cuius fidem suscepimus.ad Roma.1.ad obediendum fidei in omnibus gentibus.i. vt faciam obedire fidei Christi,& hæc est illa obedientia de qua dicitur secunda ad Corint.10.in captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi.

Ad are. S. Thom. Exponit literam.

Greg:

Vlrichus

3 *Cura animarum quomodo describatur.*



QVi episcopatum Ad idem sequitur hoc.c.& est Augu. 19.de ciuita. Dei.exponentis illud apostoli prima ad Ti.3.qui episcopatum desiderat &c.Summa satis exprimitur in rubro:videlicet qui præesse non prodesse desiderat episcopari non debet,vel ꝙ episcopatus nõ debet desiderari ad præsidendum, sed ad proficiendum.Et diuiditur in duas partes.In prima declarat, ꝙ episcopatus nomine designetur siue importetur,quia.s.onus siue opus. in secunda ostendit, ꝙ indecenter episcopatus appetatur. secunda ibi,itaque à studio. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum episcopatus sit nomen operis & non nomen honoris.

2 ¶ Secundum est vtrum quis licitè possit appetere episcopatum.

1 Ad primum. sic proceditur.† Et videtur ꝙ episcopatus sit nomen honoris.Primo per illud ad Hebr.5.vbi inquit Apostolus nemo assumat sibi honorem.& in.c.in scripturis.s.eo.¶ Secundo arguitur ex illo Eccl.30.In medio fratrum rector in honore.¶ Tertio ex illo prima ad Ti. 5. presbyteri qui bene præsunt digni sunt duplici honore.¶ In oppositum videtur dici in litera,ꝙ episcopatus sit nomen operis,non honoris.Respondet.dicendũ,ꝙ in episcopatu tria possunt considerari,quorum vnum est principale, & finale.s.episcopalis operatio p quam vtilitati proximorum intenditur ꝯm illud Io. vlt.pasce oues meas.¶ Aliud est altitudo gradus,quia episcopalis super alios constituitur.ꝯm illud Matt.15.fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suã. ¶ Tertium est quod consequenter se habet ad ista.s. reuerentiam,& honorem,& abundantiam temporalium.ꝯm illud prima ad Tit. 1. qui bene præsunt dupliciter digni habeant,qua cõsideratione habita est cõclusio,ꝙ ad principale & finale significatũ episcopatus est nomẽ operis.non honoris.hæc cõclusio patet.Tũ ex dicto Aug.hic. Tũ ex eo ꝙ dñs apostolos, & in eis episcopos vocat operarios, quos misit in vineã suã.Matt.20.quibus ait illud Io.6.operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in vita æterna. & Luc.10.Messis quidem multa,operarij autem pauci. Tum patet conclusio,quia illud videtur significare nomen principaliter à quo imponitur,sed nomen episcopatus imponitur ab opere,non ab honore. Dicitur.n.episcopus superintendens curam eorum gerẽs,vt dicitur in litera. Quantum vero ad alia, quæ minus consideranda veniunt in episcopatu bene est nomen honoris.Et sic patet responsio ad oĩa argumenta. vbi dicitur ꝙ episcopatus non est nomen honoris.s.tantum,sed operis & honoris.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Oponit. & Respõ

2 Ad secundum Sic proceditur †.Et videtur ꝙ appetere quis licitè possit episcopatum siue prælationem.Primo ex præsenti.c. quod originaliter habetur prima ad Tit.3.qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat, sed licitum & laudabile est bonum opus desiderare, ergo laudabile est desiderare episcopatũ. ¶ Secundò sic. status episcoporum est perfectior quam status religiosorum,sed laudabile est ꝙ aliquis desideret transire ad statum religionis. ergo laudabile est ꝙ aliquis appetat ad episcopatum promoueri.¶ Tertio prouerb. 11. dicitur.Qui abscondit frumenta maledicetur in populis,benedictio autem super caput vendentium, sed ille qui est idoneus vita & scientia ad episcopatum videtur frumenta spiritualia abscondere. si se ab episcopatu subtrahat.per hoc autem ꝙ episcopatũ accipit ponitur in statu frumenta spiritualia dispensandi,erga videtur ꝙ laudabile sit episcopatum appetere,& vituperabile ipsum refugere. Quarto sic. facta sanctorum quæ in scriptura narrantur proponuntur nobis in exemplum. ꝯm illud ad Ro. 15. quæcunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt,sed legitur Esai.6. & habitum est.s.e.q.in scripturis.ꝙ Esaias se obtulit ad officium prædicationis, quod præcipuè conuenit episcopis. ergo videtur ꝙ appetere episcopatũ sit laudabile.¶ In oppositum est.c.præsens.in quo dicit Augu.ꝙ locus superior sine quo populus regi non potest, & si administretur vt decet tñ indecenter appetit.¶ Pro pleniori notitia huius conclusionis est notandum, & memorandum ꝙ in quæstione præcedenti notatum est iuxta S.Tho.in 2.2. ꝙ in episcopatu tria possunt considerari.quorum vnum est principale,& finale.s.episcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum intenditur.ꝯm illud Io.vl.pasce oues meas. Aliud est altitudo gradus,quia episcopus super alios constituitur. secundum illud Mat.25.fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Tertium est quod consequener se habet ad ista.s. reuereotia & honor & sufficientia

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit contrariũ.

ficientia temporaliū. ſm illud. 1. ad Ti. 1. qui bene præſunt duplici honore habeantur. Quibus notatis ſit iſta concluſio, quod appetere epiſcopatum ratione iſtius vltimi honoris vel abundantiæ bonorum temporalium non eſt licitum. patet concluſio, quia tale deſiderium pertinet ad ambitionem, vel cupiditatem. vnde cōtra phariſeos dominus ait. Matt. 21. Amant primos recubitus in cenis, & primas cathedras in ſynagogis, ſalutationes in foro, & vocari ab omnibus rabi. ¶ Secunda concluſio appetere epiſcopatū quātum ad ſm. ſ. quantum ad celſitudinem gradus eſt illicitū, patet concluſio, quia talis appetitus præſumptionem ſapit. vnde dominus Mat. arguit diſcipulos primatum quærentes: dicens. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. vbi Chriſoſto. ait, per hoc oſtendit ꝙ gentile eſt primatus appetere, & ſic gētium comparatione eorum aīam æſtuantem conuertit. ¶ Tertia concluſio. appetere actum prælationis prout habet annexam gradus celſitudinem nō licet. patet concluſio, quia videtur præſumptuoſum, ꝙ aliquis præeſſe appetat ad hoc ꝙ ſubditis proſit. Hanc concluſionem S. Th. ponit ſuper epiſtolam ad Ti. Et probatur ſic. Nullus debet appetere aliquid ſupra ſuas vires nō ſibi proportionatum, aliter eſſet ſtultus. Horatius. Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis. Ille ergo bene deſiderare poſſet cuius viribus epiſcopatus opus eſt proportionatum. Ad hoc autem nullus eſt idoneus, quia prælatus ſm gradū & conuenientiam debet omnes alios excedere, & in conuerſatione, & in contemplatione, ita vt in reſpectu ſui alij ſint grex. Et hanc idoneitatem de ſe præſumere eſt maximæ ſuperbiæ, ergo hoc non licet appetere, niſi vt dicit ſanctus Tho. in 2. 2. manifeſta neceſſitate imminente ſicut dicit Gregor. in paſtorali, ꝙ tunc laudabile erat epiſcopatum quærere, quando per hunc quemquam dubium nō erat ad ſupplicia grauiora peruenire, vnde non de facili inueniebatur qui hoc onus aſſumeret præſertim cum aliquis charitatis zelo ad hoc incitatur, ſicut Greg. dicit in paſtorali quod Eſaias prodeſſe proximis cupiens laudabiliter officiū prædicationis appetijt, poteſt tamen abſque præſumptione qlibet appetere talia opera facere, ſi eum contingeret in tali opere eſſe, ſeu eſſe dignum ad talia opera exequenda. ita ꝙ opus bonum cadat ſub deſiderio, non autem primatus dignitatis. vnde Chryſ. dicit ſuper Matt. Opus quidem bonū deſiderare licitum eſt, primatum autem honoris concupiſcere vanitas eſt, primatus. n. fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe horret. Et ideo nullus ſuo appetitu debet ad prælationem peruenire, ſed ſolum Dei iudicio. ſm illud apoſtoli ad Heb. 5. Nemo aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. ¶ His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum. Ad primam de apoſtolo reſpondetur iuxta S. Tho. in. 2. 2. ꝙ ſicut dicit Greg. in paſtorali. Illo tempore hoc dixit apoſtolus, ꝙ ille qui plebibus præerat primus ad martirij tormenta ducebatur, & ſic nihil aliud erat quod in epiſcopatu appeti poſſet niſi bonum opus. Vnde Aug. dicit. 9. de ciuit. Dei. ꝙ Apoſtolus dicens qui epiſcopatum deſiderat, exponere voluit quid eſſet epiſcopatus, quia nomen operis eſt non honoris. Scopus quidem intentio. ergo epiſcopi ſi velimus latinè ſuperintendere poſſumus dicere vt intelligat non eſſe ſe epiſcopum qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe. in actione. n. vt parum ante præmittit non amandus eſt honor in hac vita ſine pœna, qm omnia vana ſunt ſub ſole, ſed opus ipſum quod per eundē honorem vel potentiam ſit & tamen vt Greg. dicit in paſtorali, laudans deſiderium. ſ. boni operis in pauorem vertit protinus quod laudauit cum ſubiungit. Oportet autem epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, quaſi dicat. Laudo quod quæritis ſed diſcite quid quæratis. Notat etiam S. Tho. ſuper epiſtolam Pauli, ꝙ apoſtolus cum dicit qui epiſcopatum deſiderat bonum opus &c. nō dicit bonum deſiderium habet, ſed bonum opus. ſ. vtilitatem plebis. ¶ Ad ſecundam reſpōdetur negando conſequentiā. Et ratio eſt, quia non eſt eadem ratio de ſtatu religioſorū de ſtatu epiſcopali vt dicit S. Tho. propter duo. Primo quia ad ſtatum epiſcopalē præexigitur vitæ perfectio, vt patet per hoc ꝙ dominus à Petro exquiſiuit ſi plus cæteris eum diligeret, antequam ei cōmitteret paſtorale officium, ſed ad ſtatum religionis non præexigitur perfectio, ſed eſſe in via ad perfectionē. vnde & dominus Mat. 19. non dicit. Si vis eſſe perfectus vade & vende omnia quæ habes &c. Sed ſi vis eſſe perfectus. Et huius differentiæ ratio eſt, quia ſm Dionyſium perfectio

Prima cōcluſio

Secūda cōcluſio.

Chriſo.

Tertia cōcluſio.

Horatius.

Grego.

Chryſ.

Ad primū.

S. Thom.

Auguſt.

Greg.

S. Thom.

Ad ſecūdū.

activa pertinet ad epiſcopum ſicut ad perfectiorē, ad monachum autem paſsiuè ſicut ad perfectum. requiritur autē ad hoc ꝙ aliquis ſit perfectus, ꝙ poſſit alios ad perfectionem adducere, quod non exigitur in eo, qui debet ad perfectionem adduci. Eſt autem præſumptuoſum quòd aliquis perfectum ſe reputet non autem quòd aliquis ad perfectionem tendat. Secundò quia ille qui ſtatum religionis aſſumit ſe alijs ſubijcit ad ſpiritualia capiēda, & hoc cuilibet licet. vnde Aug. dicit. 19. de ciui. Dei, & ponitur in præſenti c. à ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Sed ille qui trāſit ad ſtatum epiſcopalem ſublimatur ad hoc: ꝙ alijs prouideat, & hāc ſublimationem nullus debet ſibi aſſumere ſm illud Apoſtoli ad Heb. 5. ſupra inductum. & Chriſo. dicit. ſ. Mattheum primatum eccleſiæ cōcupiſcere nec iuſtum eſt, nec vtile. Quis. n. ſapiens vult vltro ſe ſubijcere ſeruituti, & periculo tali, vt det rationē pro omni eccleſia niſi forte qui nō timet Dei iudicium, abutens primatu eccleſiaſtico ſeculariter. i. vt conuertat eum in ſecularem. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando etiam conſequentiam. Et ratio eſt iuxta S. Tho. vbi. ſ. quia diſpenſatio ſpiritualium frumentorum nō eſt facienda ſm arbitrium cuiuſlibet, ſed principaliter quidem ſm arbitrium & diſpenſationem Dei. Secundario aūt ſm arbitrium ſuperiorum prælatorum ex quorum perſona dicitur prima ad Cor. 4. ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorū Dei. Et iō nō intelligitur ille abſcondere frumenta ſpiritualia cui nō cōpetit ex officio, nec ei à ſuperiore iniungitur ſi ab aliorum correctione & gubernatione deſiſtat, ſed ſolum tūc intelligitur abſcondere, ſi diſpenſationem negligat cum ei ex officio incumbat: vel ſi officium cum ei iniungitur pertinaciter recipere renuat. vnde Aug. dicit. 10. de ciui. Dei. Otium ſanctum quærit charitas. Veritatis negotium iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati. Si aūt imponitur: ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatē. hæc ille. ¶ Ad quartam reſpondetur negando etiam conſequentiam. Et ratio eſt quia ſicut dicit Greg. in paſtorali, & habitum eſt. ſ. e. q. c. in ſcripturis Eſai. qui mitti voluit ante ſe per altaris calculum purgatū vidit, ne non purgatus adire quiſquam ſacra myſteria audeat. Quia ergo valde difficile eſt purgatum ſe quemlibet poſſe cognoſcere prædicationis officium tutius declinatur. ¶ [Qui epiſcopatum] verba ſunt apoſtoli prima ad Ti. 3. [nomen eſt operis non honoris] intellige, prout iam expoſuimus in quæſtione vel [non honoris]. i. tantum, quia vtriuſque eſt aliquo modo. vt. ſ. e. illud. Hu. & ſm ꝙ ibi dr̄ magis eſt nomē oneris ꝗ honoris miniſteriū. n. proprium eſt & ſubſtantiale. honor vero accidens eſt. Eo. n. ꝙ miniſtrant epiſcopi debetur eis honor à ſubditis. Arch. [curam] † cura animarum poteſt magiſtraliter ſic deſcribi. Cura eſt vigil atque oneroſa atque ſolicita cuſtodia animarum commiſſa alicui, vt curet ne pereant, ſed ſaluentur, quæ competit ex lege vel commiſsione canonica, aut cōſuetudine ſeu præſcriptione per ſedem apoſtolicam non improbata. Hæc autem ex diuerſis iurib. colliguntur. quod dic, vt plene notat Hoſtie. extra de pe. & remiſ. omnis vtriuſque ſexus. in ver. proprio. ibi videas. Et adde quod dictū eſt. ſ. e. clemens. Arc. [Itaq;] ſecunda pars. [cognoſcendo] contemplando. Arch. [priuatus]. ſ. qui non eſt prælatus. Hug. [ad laudabile otium]. Nota ꝙ duo dicit Aug. circa contemplationem. Primum eſt ꝙ vocat eā otiū: non tamen ab otio corporis ſenis de quo operarios vineæ arguit dominus. Mat. 20. dicēs. Quid hic ſtatis tota die otioſi, hoc. n. otium ſtultorum eſt. Prouerb. 12. Hoc otium præparat egeſtatem Prouer. 28. & fuit caſus ſodomæ. Ezech. 16 Sed contemplatio dicitur otium propter quietem mentis, quæ ab exterioribus quieſcit & interius vigilat. Sic ſponſa ait canticorum. 5. Ego dormio, & cor meū vigilat. Sic Maria quieſcebat ſecus pedes domini ſed vigilabat audiēs verba diuina contemplando. Luc. 10. Secundum eſt ꝙ contemplationis otium ſit laudabile, & ita per ſe appetendum & & deſiderandum, quoniam in ea eſt ſapientia, & ſapor ſummæ delectationis, vt dicit philoſophus decimo. Ethicorum & pſa. 108. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua Dulciora inquit ſuper mel ori meo. Locus autem ſuperior &c. incidenter appetitur importunè & ambitioſè ſe ingerendo cum non fertur. Hu. ſ. in fi. declarauimus qualiter talis qui appetit & iniuſtus eſt, & præſumptuoſus [otium ſanctū quærit charitas]

Diony.

Aug.

Chriſ.

Ad tertiū.
S. Thom.

Aug.

Ad quartū.

Exponit literam.

Aug.

charitas].i.ex charitate debet qs quærere vt vacet otio cõtemplandæ veritatis. Hu.[necessitas charitatis].i.ex charitate debet quis suscipere talem actioné. Tũ pp præcepti necessitatem, & cõem vtilitatem proximorum q̃ si nullus imponit ergo ab alio est & non à seipso suméda cura. ad Heb. 5. nemo assumit honorem &c. ar.s.eod. in scripturis, ꝙ nullus põt se eligere pp necessitatem charitatis.i.ex charitate [pp necessitatem proximorum] imo qui nollet episcopatũ suscipere, posset cogi ad suscipiendum per corporales passiones vt tandem voluntariè consentiat. vt dicit Aug. in epistola ad Maximum. [sed nec sic].i.pp curã episcopalé suscep tam debet episcopus omninò deserere veritatis contemplationem, sed vtraq; maneat & actio & contemplatio. Debet aũt episcopus in tabernaculo cum Moyse vacare aliqñ contemplationi, & post cum eo exire tabernaculum cõtéplationis vt negotia populi agat & ita descendere de monte contemplationis ad corrigédum populum puniendũ & instruendum vt fecit Moyses. Exo.22. Et ita nec contéplatio est deserenda à prælato nec etiam ita continuè contemplationis suauitas amplectenda[est vt opprimatur].i. subtrahatur, vel diminuatur[iusta necessitas] proximorum.

1 *Eligendus in episcopum qualis debeat esse.*



Portet. Hic incipit tertia pars q̃stionis in qua ostendit magister Gratianus quales debent esse qui eligant, vt præsint alijs & ad quæ tenentur, & hoc ostendit p sex authoritates Io.[de Deo. Arc. Et istud.c. est Petri, qñ instante morte sanctum Clementem successoré nominauit. Summa† qui eligédus est in episcopum debet esse taliter doctus, vt pro ingenio discentium sciat moderare verba doctrinæ. Et põt diuidi in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda infert, ꝙ eligendus in episcopum debet esse eruditus, & doctus, & irreprehensibilis, maturus, & pauidus. secunda ibi, debet ergo. Leg. ¶[Oportet eum pro ingenio] hoc debet facere quilibet prelatus. & quilibet magister, & quilibet predicator. s. aptare se pio ingenio, & capacitate in sermone auditorum. ar. di.14. sit rector. vbi quia eorũ quæ hic tanguntur plura sunt dicta, pauca hic dicenda veniunt. vnde Apostolus. non potui vobis quasi spiritualibus loqui, Et dominus in euangelio* habeo vobis multa dicere, sed non potestis portare modo. Hinc. Greg. super Eze. dicit necesse est, vt sermo predicationis cũ auditorum qualitate concordet ne aut verecundis aspera, aut impudentibus seua loquatur. Et in pastorali ait. p qualitate igitur audientiũ formari debet sermo doctoris. [debet.]2.pars.[eruditur] ad sacerdotem pertinet ꝙ sit eruditus, & doctus. vnde Esdras describitur sacerdos & scriba legis Dei cœli eruditus, & doctissimus vt scribitur. 1. Esdræ. 6. & ignari sacerdotes prohibiti sunt comedere de sanctis sanctorum donec surgeret sacerdos doctus & eruditus sicut patet Neemię.7. sic & Paulus de se ait Actuum.22. nutritus sum in ciuitate ista iuxta pedes Gamalielis eruditus iuxta veritaté patern ę legis irreprehensibilis. 1. ad Ti.3. Oportet episcopum irreprehensibilem esse.[maturus.] quia ibi dum scribitur oportet episcopum modestum esse. vt dicat illud psal.118. præueni in maturitate & clamaui [pauidus] debent sacerdotes esse pauidi non timore siue pauore vitioso aut seruili, sed filiali. de quo psal.32. filij audite me timo docebo vos. dicit.n. Chrysostomus super Mat. non facile prædicatio prędicatoris assumitur, si leuis moribus esse videatur. nulla erit maturitatis ostensio, si contra aduersa nõ fuerit operis fortitudo. [pauidus] præcipuè cum in die iudicij redditurus sit rationem de animabus sibi commissis, si quę sua negligentia aut prauis exemplis certè perierunt. vnde Ezechie.3. dicitur. Speculatorem dedi te. [fore] id est, futurum esse. futurum.n. tempus designatur. Non.n. clemens resedit viuente Petro, sed post mortem eius successit ei. vt. s.e.q. si petrus. Hug.

Archid.

Diuisio.

Exponit literam.

*Io.16.c. Greg.


Chris.



Lemens Ad idem hoc.c. eiusdem beati Petri. Summa est in rubro Breue est & non diuiditur. Lege tex. ¶ [Clemés. si tanquã omnibus præesse].i. esse tãquam prælatus[iuua] auxilium præbe. Et hoc est quod innuit gl. hic posita. Arc. releua] quia prælatus debet releuare oppressos manum misericordię extendendo. ecclesiastici.7. pauperi porrige manum tuam misericorditer etiam suscipiendo delinquẽtes. vnde ex hoc vt dicit. Hu. est Ar. pro subditis & contra prælatos, qui statim subiectos damnant, cum potius deberent parcere & eos potius de mãsuetudine & misericordia quã de rigore iuris iudicare. arg. hic. & di.45. licet cum similib. [onus] prælatus debet supportare onera subditorum. ad gala.6. alter alteri⁹ onera portate, & de bono pastore dr̃, ꝙ suscepit ouem errantem in humeris[solicitudiné] debet esse prælatis solicitudo de salute animarũ. vnde Paulus ad Cor. 11. dicit. solicitudo mea quotidiana omnium ecclesiarum. Item quis infirmatur, & ego non infirmor.

Exponit literam. Archid.


1 *Ordo ecclesiasticus debet conferri non gratia, sed meritis.*



Vi vos spernit. Ad idem sequitur hoc c. quod est Hier. super epistolam ad Ti. Summa est † ꝙ non gratia sed
1 meritis debet ecclesiasticus ordo cõferri. & qui contra faciunt, contra Christum agere videntur. quia contra vitã apostolicam faciũt. Breue est Lege tex. ¶[Qui vos] hoc sumptũ est ex verbis Dñi Lu.10. vbi ait, qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me spernit, & Aps 1. ad Thes. 4. Qui hoc spernit, non hoc spernit, sed Deum. & verũ Deũ spernit, qui ad regimen ecclesiæ bonos, & sufficiétes repellit, & malos & indignos pręficit, & assumit in malum ecclesiæ & subditorum [quorum salutem spernit. Lege. [APostoli].i. regula quam ipse apostolus docuit, qualis debeat esse eligendus. 1. ad Ti.4. & qualis presbyter. ad Ti.1. non meritis voluerũt sed &c.] cum contra sit faciendũ. s.e.q. Moyses. [in sequentibus].i. in sequenti parte ipsius.c. Hug.

Exponit literam.

1 *Assumpus ad episcopatum an oporteat quòd sit cęteris melior.*
2 *Homo potest dici bonus vel melior altero dupliciter.*
4 *Eligendus ad prælationem oportet quòd sit bonus simpliciter. Nec oportet quòd sit melior simpliciter nu.4 & .5.*
6 *Eligentes aliquem aut prouidentes peccant non eligendo meliorem.*
Sed licet peccent electio tenet. nu.7.
8 *Eligendus in episcopum non oportet quòd se reputet meliorem.*
9 *Contradictio non auditur in his quæ publice fiunt.*
10 *Populus an possit retractare electionem cui non affuit.*
11 *Episcopus an debeat dare præbendam alicui sine consensu capituli.*
12 *Electio celebrata post appellationem an sit nulla vel cassanda.*
13 *Appellatio facta post postulationem an valeat.*
14 *Eligentes post appellationem an sit priuati potestate eligendi.*



Icet. Ad idem sequitur hoc.c. quod est eiusdem Hiero super Leuiticũ. Summa est ꝙ qui præstantior est doctrina & scientia eligendus est in sacerdotem siue prælatum. Diuiditur autem hoc.c. in tres partes. In prima narrat ad literam qualiter licet de constituendo principe dominus dedisset præceptum vt talis, vt puta Aaron Leui.8. & Iosue nu.14. Conuocata est omnis multitudo filiorum Israel in præsentia eorum iudicauit Moyses electionem eius: in secunda ponit expositionem Hieron. dicendo, ꝙ causa conuocationis multitudinis populi fuit, vt scirent, ꝙ qui præstantior est ex omni populo eligitur ad sacerdotium. In tertia ponit mysticam expositionem illius conuocationis dicens, ꝙ tunc prælatus conuocat synagogam, quando congregat omnes virtutes animi simul. & diligenter inuestigat & perpendit quid habeat significare episcopus, & quid vnctio eius, & quid vestiméta: per quod vult intelligere talem debere esse prælatum, & talem esse eligendum in prælatum, qui hoc habet. s. vt cognoscat & intelligat significationes talium. secunda ibi requiritur ergo. tertia ibi ego tamen aliquid. ¶ Pro pleniori intelligen-
1 tia. Quæritur† vtrum oporteat eum qui ad episcopatum assumitur esse cæteris meliorem. Et videtur ꝙ sic ex præsenti c. vbi ait Hiero. vt omnes sciant & certi sint, ꝙ qui præstantior est ex omni populo, qui doctior qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium. ¶ Secundo arguitur sic. 4. Reg.10. dicitur. Eligite meliorem, & eum ponite super solium patris sui. ergo multofortius in spiritualibus officijs meliores præeligendi sunt. ¶ Tertio arguitur ex illo, quòd Christus commissurus pastorale officium Petro examinauit eum si se diligeret plus cæteris. sed ex hoc est aliquis melior, ꝙ Deum plus diligit. ergo videtur ꝙ ad episcopatum non sit assumendus, nisi qui est cæteris melior.

Diuisio.

Quæstio.

Primũ ar. Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

[Quartū ar.] teris melior. ¶ Quarto. 1. ad Tim. 3. oportet episcopū irreprehēsibilē esse, vbi dicit gl. talis eligatur pontifex: cuius cōparatione cæteri grex esse videantur. ergo idē quod prius. [Quītū ar.] ¶ Quinto dicit Leo papa. Qui melior est in presbyteris & diaconibus in episcopum eligatur. [Sextū arg.] ¶ Sexto Symmachus papa dicit 1. q. 1. in. c. vilissimus computandus est nisi scientia & sanctitate præcellat, qui est dignitate præstantior, sed talis qui sic excellit est melior. ergo idem quod prius. [Septimum arg.] ¶ Septimo in quolibet gñe minora per maiora reguntur: sicut corporalia reguntur per spiritualia & inferiora corpora p superiora. vt Augu. dicit 3. de trini. sed episcopus assumitur ad regimen aliorum. ergo debet esse cæteris melior. ¶ In oppositum est decretalis quæ dicit ꝙ sufficit eligere bonū. [Opponit i contrariū.] ergo oportet eligere meliorē. [Respōdet.] ¶ Respondeo dicendum. hic sunt duo modi dicendi. vnus est Hu. qui in præsenti. c. dicit. Aut fit electio de eadem ecclesia aut de alia. In primo casu sufficit, ꝙ electus sit bonus. In 2. casu debet esse optimus. [S. Thom.] Alius modus dicendi est sancti Th. qui tam. in 2. 2. q̃ quolibeto. 11. respondet cum distinctionib. quibusdā. Cuius responsionem reducemus ad sex conclusiōnes. Prima distinctio est.

2 ꝙ aliquis homo pōt dici bonus vel melior altero dupliciter. vno modo simpliciter. & sic melior dr̃ qui est in charitate perfectior, alio modo ꝑm quid, & sic dr̃ aliquis esse melior altero vel quo ad militiam vel quo ad magisterium, vel ad prelationem, vel ad tale vel ad officium vel ad aliquid hmōi, qui non est melior simpliciter eo, quia in singulis officijs tam spiritualib. q̃ corporalib. requiruntur aliqua præter bonitatem moralem ad hoc ꝙ aliquis sit idoneus ad illud officium exercendum. ¶ Secunda distinctio est circa assumptionem alicuius ad episcopatum aliquid est considerandum ex parte eius qui assumit vel eligendo vel prouidendo. ¶ Tertia distinctio est ꝙ de electione possumus loqui dupliciter. vel quantum ad forum cōscientiæ, vel quantum ad forum contentiosum. Istis distinctionibus [Prima cō-clusio.] positis sit ista prima conclusio. ꝙ oportet eligere ad prælationem vel ad quodcunq; officium ecclesiasticum hoīem qui sit bonus simpliciter, patet cōclusio. qm̄ per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet [Diony.] officium spūale exequendum. vñ. Dion. in epistola ad Demophilum monachum loquens de sacerdote qui non est gr̄a illuminatus, nō est iste sacerdos, sed inimicus dolosus, delusor suiipsius: & lupus in dñicum populū pelle per oīa armatus. dicit. n. apostolus. 1. ad Ti. 3. oportet episcopū sine [Secūda cō-clusio.]

4 crimine esse. ¶ Sed conclusio. Non oportet ꝙ qui eligitur in epm̄ sit melior simpliciter, quæ dr̄ bonitas sanctitatis patet cōclusio, qa possibile est, ꝙ illi q cæteris est melior gr̄a sanctitatis deficiāt multa, q̄ requirunt ad hoc ꝙ aliquis sit prælatus idoneus: q̄ in alio qui est inueniuntur. vtpote scientia industria & potentia & alia hmōi. [Tertia cō-clusio.]

5 ¶ Tertia conclusio. præsupposita bonitate simpliciter siue bonitate morali ille est eligēdus qui melior sit ad officium. Ista conclusio patet authoritatibus supra inductis in prin. q̄stionis. [Quarta cō-clusio.]

6 ¶ Quarta cōclusio. eligētes aliquē aut prouidētes in epm̄ peccant non eligentes meliorē nō simpliciter ꝙ est quo ad charitatem. sed meliorē quo ad regimen ecclesię q. s. possit ecclesiā & instruere & defendere & pacificè gubernare, dum tñ equali facilitate posset haberi. Ista conclusio patet. prīo ex authoritatib. inductis prin. quæstionis. ¶ Secūdò patet qm̄ requiritur ꝙ tales fideliter diuina ministeria dispensent: q̄ quidem dispensari debent ad vtilitatem ecclesiæ ꝑm illud primæ ad Cor. 9. ad ædificationē ecclesiæ quærite: vt abundetis. posset aūt rō sic formari. Si alicui commissum esset à domino suo, vt ei fidelem & ideo ministrum quereret non ageret fideliter erga dñm suum, si prætermisso magis idoneo minus idoneū eligeret siue acciperet. ergo multo magis peccat ille cui commissum est eligere aliquem in ministrum Dei prætermisso meliori minus bonū eligit quo ad [Hierony.] regimen. vnde contra quosdam Hiero. dicit: ꝙ quidam nō quærunt eos in ecclesia colūnas erigere: quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorū sunt obsequijs dediti, vel pro quibus maior quispiam rogauerit, vt deteriora taceat, q vt clerici fierēt munerib. impetrarunt, hæc aūt pertinent ad acceptionem personarum q̄ in talib. est graue peccatum. vnde super illud Iaco. 2. fratres [Aug.] mei nolite in personarū acceptione &c. dicit gl. Aug. Si hāc distantiam sedendi & standi ad honores ecclesiasticos referamus: nō putādū leue esse pc̄m: in psonarū acceptione habere fidē diuinæ glorie. quis. n. ferat eligi diuitem ad sedē honoris ecclesiæ cōtēpto paupere instructiore & sanctiore hec ille. Vnde in cōfirmatione. huius cōclusionis legit̃ act. primo. ꝙ cū agerer̄ de electione apostoli loco Iude & scrutati essent duo boni & sufficientes. s. Matthias & Barnabas orauerunt apostoli vt eis dñs dicere dignaretur, quē eorū eligerent ecclesiæ vtiliorem præficiendum: & cecidit sors super Matthiam: in quo docemus ꝙ melior est præficien-

7 dus. [Quinta cō-clusio.] ¶ Quinta conclusio licet electores vel prouisores eligēdo minus bonum aut idoneum prætermisso meliore & magis idoneo quo ad regimen peccent quo ad forum conscientiæ, electio tñ facta de minus idoneo in foro contentioso non repelletur sed erit valida. patet conclusio. tum ex decretali illa supra inducta extra de elec. tum quia ex quo electio vel prouisio facta est de bono tenet nec reuocatur. Tum quia alias omnis electio calumniæ pateret. [Sexta con-clusio.]

8 ¶ Sexta conclusio est, non oportet ꝙ qui eligitur siue assumitur ad episcopatum reputet se alijs meliorem. patet: qm̄ hoc esset superbum & præsumptuosum. sed sufficit ꝙ nihil in se inueniat per quod illicitum ei reddatur assumere prælationis officium. vnde licet Beatus Petrus interrogatus esset à dño: an dñm diligeret præ cæteris: in sua suspensione nō se prætulit cæteris, sed respōdit simpliciter ꝙ Christum amaret. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. [Ad primū.] Ad primam de Hiere. vr̄ nobis. ꝙ si bene ponderentur verba sua, quia dicit qui præstantior est ex omni populo: qui doctior, qui sanctior, & in omni virtute eminētior talis nō modo est melior simpliciter: ꝙ est plenior charitate, sed ēt ꝙ sit melior quo ad regimen ex quo in omni virtute emineat. & tunc non est dubium quod talis sit præeligendus. [Ad secūdū.] ¶ Ad secundam de authoritate in li. Regum respōdetur ꝙ cum dr̄, eligite meliorē, intelligitur de meliore ad talē dignitatē ad quem erat eligendus. & hoc est fiendū. [Ad tertiū.] ¶ Ad tertiam de beato Petro respondetur. ꝙ dominus in Petro sciebat ex suo munere esse idoneitatem quantum ad alia: & ecclesiam gubernandum. Et iō eum de ampliori dilectione examinauit ad ostendendum ꝙ alias inuenitur homo, ad ecclesiæ regimen præcipuè attendi debet in ipsa eminētia diuinæ electionis. [Ad quartū.] ¶ Ad quartā de gl. respondetur ꝙ in cōparatione prælati debent alij esse quasi grex non considerata sola morū sanctitate: sed discretione & strenuitate & alijs hmōi. quæ in pastore exiguntur ad gregem regendū. [Ad quintū. & sextum. S. Thom.] ¶ Ad quintam respōdetur sicut ad ꝑm. ¶ Ad sextā rñdetur ꝙ authoritas illa Symmachi: ut dicit S. Th. est intelligenda quantum ad studium illius, qui in dignitate est constitutus debet. n. ad hoc intendere: vt talem se exhibeat: vt cæteros scientia & sanctitate præcellat. vnde Greg. in pastorali dicit. tñ debet actionem populi actio trāscendere præsulis: quantum distare solet à grege vita pastoris. Nō aūt sibi imputādum est si ante prælationem excellentior non fuit. vt ex hoc debeat vilissimus reputari: vt etiam alias in prælato. c. diximus. [Ad septimū. S. Thom.] ¶ Ad septimam respondetur negando consequentiam. & ratio est iuxta S. Tho. quia secus est in regimine ordinis naturalis, in quo id quod est superius naturæ ordine ex hoc ipso habet maiorem idoneitatē ad hoc ꝙ inferiora disponat. In spūalib. istis non sic: qm̄ sicut dr̄. 1. ad Co. 12. diuisiones gratiarum sunt & ministrationum & operationum. vnde nihil prohibet aliquem magis esse idoneum ad officium regiminis, qui tñ nō excedit in gr̄a sanctitatis. [Ad octauū.] ¶ Ad octauam de decretali respondetur multipliciter. primo cum dr̄. ꝙ sufficit bonum eligere. Respondetur ꝙ verū est ex parte electi: quia electus bonus non peccat in suscipiendo cum sit dignus & sufficiēs ad tale officium vt dictū est in sexta conclusione, sed ex parte eligentium vel prouidentis cum equaliter occurrit sibi bonus & melior dando bonum contempto meliore est peccatum. vt in 4. conclusione dictum est. ¶ Secundò respondetur. ꝙ sufficit bonū eligere, vbi & qñ melior æqualiter non occurrit. ¶ Tertiò [S Thom.] respondet̃ iuxta. S. Th. in quolibeto: ꝙ cū dr̄ sufficit eligere bonum vt oporteat eligere meliorem intelligendū est meliorem simpliciter sed sufficit bonum eligere vt dictū est in. 2. quæstione. ¶ Quartò respondetur ꝑm eundem quod decretalis illa non loquatur quantum ad forum conscientiæ, sed quantum ad forum cōtentiosum in quo non reprobatur electio ex quo pōt aliquis alius magis idoneus inueniri: dummodo ille qui eligitur idoneus sit alias vt dictum est in sexta conclusione: omnis electio calumniæ pateret. [Exponit literam.] lege tex. ¶ [Licet principem]. s. Iosue qui succederet Moysi. Hu. [dñs elegisset]. n. 24. & Exo. 33. ar. ꝙ dñs elegit Iosue

& hoc

& hoc verum est vt.j.proxi.etiam super.c.Moyses.nõ ergo Moyses elegit eum:nisi dicat elegit.i.electum iudicauit. Hu.[conuocatur synagoga] Leui.8.in institutione Aaron: quem dñs elegit conuocata est oĩs multitudo filiorũ Israel & similiter in assumptione Iosue ad principatum.nu. 14.& hoc consilio spiritus sancti factum est:vt in cõstituendo sacerdotem vel regem vocaretur synagoga & multitudo.primo vt scient quem dñs elegit eis in regem. Secundo vt sic electum à dño tanquam sanctum & bonum ad virtuosum reuerenter reciperent amarent,et timerent:& quemcunq; dñs elegerit sanctus erit.nu.16. ¶ Tertio ad ostendendum ꝙ in ecclesia prælatus non eligitur à populo:sed ostenditur tñ electus à Deo.electus bonus dignus & sanctus,vt à populo approbetur veneretur ametur:& timeatur,& ei obediatur.[requiritur ergo]verba sancti Hier.[in ordinãdo].i.eligendo.Hu.sciãt oẽs. quibus debet præesse.Quod.n.oẽs tangit ab oĩbus est approbandum.arg.di.66.c.1.& de reg. iur. li.6.[Eligitur].i.debet eligi.[præstantior].s.ad officium ecclesiasticum peragẽdũ.sic extra.de off.cust.c.2. vbi de hoc. de quo satis diximus in qõne. Hanc tamen comparationẽ temperat Hu.dicẽs:ꝙ sufficit ꝙ bonus eligatur & idoneus: licet non sit melior alijs oĩbus. Est autem aliquis bonus eo ipso ꝙ non est malus.extra de præsum. dudum. Istud dictũ Hu.est verum si loquitur de bonitate morali,sicut plene est exemplatum in qõne[hoc attestante].s.testimonium bonę famæ & opinionis ferẽte.Hu.[retractatio.] ar.† ꝙ in in his

9 quæ publicè fiunt nullius auditur postea contradictio: nisi tunc contradicat si præsens est.ar.di.54.nulli.& di.87.si ex-

Quæstio. Respond. 10 positus.cum similib.¶ Hic surgit quæstio† vtrum populus possit detractare electionem si non adesset. Respondetur iuxta Hu.ꝙ sic,si iustam causam vellet allegare & probare. ar.di.23.illud.alias non.cum populus nullum ius habeat in electione non est electio irritanda pp absentiam:nisi scandalum populi sit reuocabile, vel nisi irritetur in odium eligentium ar.di.70.c.1.debuerunt.n.expetere consensum populi. pp scandalum vitandum & nec retractatio fuerit nec dubitatio remaneret in corde alicui⁹.ar.hic & di.72.c.nulla.& di.63.quanto plebes.cum similibus.dicens.1.ad Ti. 3. & ad Ti.1.[testimonum bonum].s.bonæ famæ[ab his quæ foris sunt].i.infidelibus.de conse.di.1.iubemus.Tũ vt dicit

S. Thom. S.Tho.quia ex prælato iudicatur vita & conuersatio totius congregationis fideliũ.Tum 2.vt dicit Hu.vt per eum infideles facilius conuertãtur[vel ab his].i.laicis,qui extra ecclesiam sunt respectu clericorum quo ad aliqua. clerici.n. sunt in ecclesia quo ad ordines & quo ad gubernationem & dispositionem,& vsum rerum ecclesiasticarum.Laici vero quo ad hæc sunt extra.sed quo ad participationem sacramentorum & quo ad vnitatem ecclesiæ sont intus. Hugu.

Quæstio. ¶ Circa ista autem contenta in hac parte mouentur alia du

11 bia.Primum est.† Vtrum episcopus sine consensu capituli debeat dare præbendam alicui:quamuis papa ei mandauerit & præceperit:ꝙ ei daret præbendam.Et idem intelligitur si episcopus impetrauit rescriptum,vel priuilegiũ à papa.s. ꝙ nhil valeat si canonici contradicant.Ad istam rñdet

Respõdet. Hug. ꝙ non,quia non est verosimile, ꝙ papa occasione sui rescripti velit aliquẽ priuare iure suo. ar. 63. di. quanto.& 85.di.Arc.florentinus.Et facit ad hoc quod legit̃ & no.extra de authoritate & vsu pallij.c.ex tuarũ & de pe. & re.oĩs vtriusq;. Et hæc oĩa intellige esse vera si ius canonicorum in tali negotio tangitur:vel nisi papa ex certa scientia præcipiat ita fieri:& exprimat in literis suis ita fieri : quicunq; contradicant ẜm Hu.Et cõfirmatur ista rñsio:quia sicut hr̃ in.c.1.extra de conces.præben.in ver.similiter.li.6.sicut authoritas pape,q̃ habet in beneficijs conferendis non aufert potestatem ordinario: sic nec authoritas executoris per eũ dati, nisi in tribus casibus.s. si insinuet ei vult conferre beneficiũ: si prius conferat:quã fuerit per episcopum collatũ: vel si in literis papæ contineatur ꝙ ipse ordinarius cõfer-

Quæstio. Respõdet. Archid. 12 re non posset.¶ Alia quæstio† vtrum electio celebrata post appellationem sit nulla vel cassanda.Ad hanc rñdet Archi. iuxta Inn. dicens ꝙ talis electio celebrata non est nulla licet sit facta post appellationem sed est annullanda.vt extra de elec.consideráuimus.vbi ita notat imo ẜm eum talis electio est canonica:quamuis possit cassari:vt ipse notat.extra de ele.peregri.c. vlt.de hoc etiam ipse notat extra de appe. constitutis.2.in gl. quæ est &c.Et pro hac sentẽtia facit extra de elec.cum nobis.vbi tex.dicit:ꝙ licet post appellationem non tñ contra fuit eadem electio celebrata. pp quod non erat aliquatenus reiterãda. Alij vt Petrus de.dicunt cõtrarium per.c.auditis.e.tit.de elec.vt hoc ipse notat, & Ioã. Andr.post cõpo.extra de ele.d.c.auditis.super gl.in magna suppletione:vbi dr̃ ꝙ si fiat post legitimã appellationem puta ne fiat aliquo contẽpto:nõ est nulla. Nec obst.c.auditis, quia ibi fuit alia cã annullationis,quia ibi vt dicit Gof.erat electio ipso iure irrita vt pote impetu celebrata:quod innuit verbum ibi prorũpit.Item contempta maiori parte & saniori capituli,post appellationem legitime interpositam Nec ob.c.consideramus. de elec.vbi dr̃. ꝙ ad statum pristinum deducetur:quia fatetur ꝙ pp id cassabitur.¶ Alia qõ

Petrus. Ioã. Andr. Cõpostellanus. Goff.

Quæstio. Respõdet. Ioã. And.

13 est.† vtrũ idem sit de appellatione facta post postulationẽ ad q̃ respondet Io. An.licet alij dicant contra:ꝙ idem est.Et rõ est quia ẜm eum vtrobiq; parũ facit appellatio nisi deuolutionem sed solum attendatur cã apdellationis ex qua scietur an sit nulla.an annullanda. ita ꝙ ex veritate causæ q̃ facit electionem nullam potest esse nulla non ex virtute appellationis.de hoc per Io.An. in. c. cũ nobis olim.post Inn. extra de elec. qui tenet idem verũ. ꝙ electio post appellationem innuit Lau.Vin.Tan.& Ber.extra de appella. consti

Innocen.

14 tutis.¶ Alia qõ† vtrum illi qui eligunt post appellationem sint priuati potestate eligendi.Respondetur iuxta Inn.Cer. ꝙ compo.extra de postu. gratum. ꝙ non.ad hoc in prædicto.c.considerauimus.vbi idẽ sentit Inn.dicens: ꝙ hoc non est iure cautum,vnde non debet extendi pœna. de pe.di.1. §.ponc.hodie in appellationibus interpositis in electione standum est consilio Gregorij.10.c.quamuis.de ele.li.6.de effectu vero illius appellationis.i.appello, ne fiat electio nisi canonica.notatur per Inn.& Ber.& Compo.in prædicto. c.auditis.vbi videas.Arc.[Ego autem]pars.ponit hic Hier. super conuocationem populi alium sensum.videlicet ꝙ ad sint oẽs virtutes,quarum nulla desit ei:qui ad sacerdotium sublimatur:quod ornamenta Aaron designant.[apostolus aliquid video].i. intelligo. vel video ad intelligẽdum in eo ꝙ dr̃ nu.28.Exo.33.Ar.[vt hoc sit].i.est.s.colligere.&c.[virtutes].i.vires. [potentias] sensus.[cum sermo].i.tractatus. Arc.[de sacerdotalib.].i.episcopalib.sacramẽtis exponendis.vel intelligendis,vel conferendis.Hu.vel de aliquo eligendo in prætum.Arc.[Sapientiæ]quãtum ad diuina.Hug. [scinetiæ]quantum ad humana.Hu.[industriæ.[quantũ ad mores.Hu.[quid sit pontifex].i. quid sit officium eius.s. sacram scripturam discere,& populum docere,& orationib. inuigilare.vt di.36.si quis vult,vel quid sit pontifex.i. quid significet.significat enim vnitatem. Exo.19.& distinct.26. acutius,& extra.de sacra.vnc.c.1.[Quid sit vnctio].i.quid significet:significat.n. gratiam spiritus.s.di. 75. c. 1.Hug.& Arc.[indumenta].i.quid significent.significant.n. virtutes & bona opera.di.40.§.1.& di.43.sit rector.Hu.& Arc.

Quæstio. Respõde. Innocent.

Archid.


Archid.

1 *Voces populi non sunt audiendæ.*

2 *Electio quæ fit ad clamorem populi non valet.*

3 *Clericus partem hæreditatis paternæ vel maternæ debet relinquere fratribus.*

4 *Eligendus in prælatum debet esse notus electoribus.*



SI ergo. Ad idẽ sequitur hoc.c. quod est eiusdem.Hie. super librum numerorum Homi.22.Summa est.ꝙ electio prælati canonice & de persona idonea & non à populo,vel affectu carnali aut propinquitatis rõne debet celebrari.Et diuidiur in tres partes. In prima ostendit ꝙ nulli liceat eligere successorẽ,qui populi gubernationi præsit: & hoc probat arguens à maiori dicens,& si hoc non licuit Moysi:qui tantus erat authoritate & sanctitate:minus licet alijs, in secunda ostendit ꝙ etiam nec est eligendus ad clamorem populi,nec ratione ꝓpinquitatis,sed canonica electione.In tertia ostendit qualiter sit eligẽdus. secunda ibi: vel ex plebe. tertia ibi,gubernatio populi.Quia satis in superiorib.circa electionem & qualitatem preficiendorum notata sunt,exponamus literã.Lege tex.¶[Si ergo.]à maiori probat non licere alicui eligere sibi successorem quia non licuit Moysi qui tãtis &c.nisi diuina reuelatione hoc alicui reueletur.sicut reuelatum fuit Moysi de Iosue electo à domino: & fuit ei præceptum vt eum statueret coram populo: & ostenderet illum electum esse à domino sibi successorem esse. vt.j. dr̃.ar.ꝙ non licet minori,quod maiori non licet.ar.dis. 43. dispensatio,& 32.q.5.si Paulus.hu.& gl.{audeat}.s. hoc eligere sibi successorem.Hu.[vel ex plebe.] secunda pars.{clamoribus

Diuisio.

Exponit literam.

1 moribus]vanis,& contrarijs.& ideo non audiendus.†Nam vanę voces populi non sunt audiendæ:vt.l.decurionum.C.
2 de pe.Hu.†Sic ergo electio quæ fit ad clamorem populi nõ valet vt hic.& extra.de elec. Osius.[ad hoc]id est ad eligendum successorem.Hu.[oranti]ar.ꝙ electio debet fieri oratione præmissa exemplo apostolorum in electione Matth. Actuũ.1.quod tñ vt dicit Host. & Arc.malè seruatur à multis cum potius studeant electionem vendere:q̃ illã ꝑm Deũ celebrare dicit]nu.27.[filiũ naue].i.Iosue[spiritum Dei] .i.spũm sanctum.Arc.i. vt eo viuente instituatur in potestate ne post mortem aliqui vellent contradicere.vnde in impositione manus designatur collatio.ptãtis.Arc.[corã eleazaro]vt omnes videant ꝙ oẽs debent ei obedire.Nicolaus. iste Eleazarus summus sacerdos erat & successor Aarõ prĩ suo fratri Moysi in summo sacerdotio. Notatur hic qualis debet esse eligendus in prælatũ.debet.n.esse Iosue, q interpretatur saluator.i.talis qui quærat salutem animarum exẽplo Christi:qui venit quęrere.i.saluum facere.quod perierat.Mat.18. debet etiam esse vir.i.habẽs animi vigorem vt quo sit spiritus Dei per vitæ sanctitatem. debet etiam stare corã Eleazaro & omni multitudine per cleri & populi approbationem. Et præcepta.]Ex parte mei,quæ scripta sunt in deut.1.vt illa ipse seruet & à populo seruari faciat[in conspectu totius synagogæ].i.totius cõgregationis iudeorũ, & hoc ad maiorẽ certitudinẽ suæ institutionis.Nic.de ly.[Et ꝑcise de ipso].s.vt ei obediãt oẽs post mortẽ tuam . Hu. [& dabis claritatẽ tuã].i. declara sciã tuã instrues eũ, qa docebis eũ in sciã tuæ legis.s.Mosaicę.hæc expositio habet in fi. c.Hu.& Lau.[vt audiãt eũ].i.vt ei obediat, & nõ cõtẽnat. solẽt.n. in docti prælati contẽni à subditis in ꝑdicatione:& in alijs.vt.3.q.7.§.ide.& di.50.de his vero.Hu.& Arc.[Audis] sequunt verba Hier.[manifeste descriptã] in prædictis verbis sumptis.nu.27[.nulla ibi reclamatio carnalis].i. ex carli fauore proueniens[propinquis agrorum] .q.d.non rerũ spiritualium.agri.n.& prædia,non ecclesiastica iure hæreditario,& pro arbitrio relinquuntur consanguineis. qđ nõ est faciendum de ecclesiasticis,quia res ecclesiasticæ & dignitates & gubernationes rerum ecclesiasticarum diuina & canonica electione tribuuntur , & non iure hæreditario
3 vel successorio.ar.s.e.apostolica.Hu.ar.† ꝙ clericus partem hæreditatis paternæ vel maternæ fratribus debet relinquere exemplo beati Hilarij.12.q.1.expedit.ꝑm Lau.Arc.[gubernatio].3.pars.[spũm Dei]per vitæ sanctitatem & præcepta Dei.[in conspectu eius].i.nota sunt ei. vnde sancti dicũtur comedere panem in conspectu Dei.de pe.di.1.& venit
4 Hu.& Arc.[Et qui Moysi sit notus]ar.† ꝙ in prælatũ eligẽdus debet esse notus electoribus[familiaris]sicut solet dici iste est familiaris Hypocratis:vel Iustiniani:vel Aug. quasi instructus & doctus est in his quæ ille dixit & docuit, vnde sequitur expositio in quo sit claritas vt.s. dabis claritatem &c.Hug. & Arc.i. in quo sit claritas legis,& scientia:vt possint eum audire filij Israel.


Ec nouum. Ad idem sequitur hoc. c. quod est beati Greg.ciuibus neapolitanis.Summa est, ꝙ non ex fauore sed recta rõne prælatus eligendus sit.Breue est & non diuiditur.Leg.¶[Nec nouum] .i.inusitatum vt.di.66.nosse.si forte.Hu:[nec reprǣhensibile].i.si vtraq; pars bono zelo ducitur.Hu.[sed graue]si vtraque pars.vel altera malo zelo ducitur.& hoc est quod ait[si in hmõi causa electionis non ex iudicio].s.rationis.[sed ex fauore solo] carnali venit electio aut si temeritate concertantium hoc contingeret.vt.di.79.si duo &c.

Cum autem. §.est in quo magister Gratianus argumentatur à sensu contrario ex fine illius.ca.si ergo. in quo dictum sit ꝙ gubernatio populi traditur ei quem Deus diligit.arguit hic Gratianus à contrario: ꝙ ex hoc datur intelligi ꝙ aliquando traditur his: quos:Deus non eligit. Et ad hoc probandum inducit capitulumproximum.secundum Hu. & Bar.

1 *Audacia aliquando est in dicendo verum.*


Vdacter. Hic incipit 4.pars quæstionis,in qua dr.ꝙ non semper datur bonus prælatus ecclesiæ,sed qñq; malus , & hoc fit pro meritis subditorum & hoc probat Hier.per hoc.c.& sequens.Et diuidit hoc.c.quod est Hiero.super 1. Reg.in tres partes.In 1. dicit quod dictum est.In 2. probat illud exemplo Saulis.In tertia infert conclusione.2. ibi , & hoc tripliciter.3.ibi , talem ergo &c.Leg.¶[Audacter]hoc dicit quia scriptum est,ꝙ oĩs ptãs à Deo est.ad Ro.13.& habet.23.q.1. quid culpatur audacia.n. est dicere aliquid, qđ spectet ad Dei potentiam . & tali mõ loquendi vtitur Hyeronymus cum de impotentia Dei loqui ꝑsumit.22.q.5.si Paulus.Hu. & Arc.[tñ quod scriptum est.]ergo verum est,quia nephas est dicere ꝙ scriptura diuina mentiatur.vt.33.q.5. ergo.Et
1 est ar.†ꝙ audacia est qñque in dicẽdo verum[per Dei arbitrium].i.approbationẽ.[sed ꝑm merita deposcunt]Iob.23. Qui facit regnare hypocritã ꝑꝑ peccata populi[ꝑm cor nostrũ].i.ꝑm voluntatem nostram. Quia.n.mali sumus malũ prælatũ hr̃e volumus vt sub eo voluntati nostræ posimus satisfacere.[vel ꝑm cor nostrũ].i.ꝑm merita cordis nostri .i.animi,vt.2.q.7:c.1.&.c.6.q. 1. ex merito, vbi nota quod ibi disputauim⁹ circa hoc.[& hoc tibi de scripturis].s.Ose. 8.2.pars.[fecerunt sibi regem,& non per me].s. iubentem: aut disponentem.[& principem, & non per cõsilium meũ] quod de Saule vr̃ dictũ. quem licet ipse dñs elegerat, & regem fieri iusserat:vt patet.1.Reg.9.& 10.c.nihilominus qa non ꝑm voluntatem Dei.s.spontaneam,sed populi clamoribus petentis sibi regẽ hoĩem dari exortam dr̃ non voluntate diuina,aut consilio constitutum.vnde Samuel reprehẽdens populnm illum ꝙ regẽ sibi dari petierat dixit.1.Reg. 12.c.nunc ergo præsto est rex vester,quem elegistis.vbi dicit magister Nic.de lyra. ꝙ licet Saul fuerit electus à Deo, ista electio tñ imponitur populo,eo ꝙ ad petitionem populi facta fuit.[talem:ergo]3. pars.[in ecclesijs fieri].s.ꝙ pro meritis bonis.vel malis datur bonus vel malus prelatus.[famẽ ꝑꝑ peccata.n. populi datur malus prælatus sub quo patiatur idem populus famẽ diuini verbi, & spiritualis cibi. de quo Mat.4.nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei.[& sitim]ex penuria aquæ sapientiæ salutaris.eccl.5.Et aqua sapientiæ salutaris potauit illum,quę salit in vitam æternam.Io.4.[non famẽ panis].s. materialis,sed regulariter intellige , qm̃ aliquando etiã ꝑꝑ peccata hoĩ m irrogat Deus rerum penuriam.ar.16.q.1.reuertimini.&.5.q.5.non omnis.Hu.& Arch.[sed famem]vt di.43.Ephesis.&.76.di.ieiunium.Hu.

1 *Gratis diligere dicitur amare Deum.*
2 *Episcopatum an quis possit petere à Deo & propter hoc vt obtineat bona opera facere.*


Vnt in ecclesia. Ad idẽ sequit̃ hoc. c.quod est Aug. super Io.sermone.44.summa est:ꝙ prælati in ecclesia quærentes quæ sua sunt : non quæ Iesu Christi, non filij Dei,sed mercenarij censendi sunt.Diuiditur autem hoc.c.in duas partes.In 1.inducit testimoniũ apostoli ad probãdum,ꝙ hmõi mali prælati aliqui sint in ecclesia qui non quæ Iesu Christi,sed sua quærunt.In 2.exponit verba apostoli ad propositum.2. ibi.Quid est.Lege.¶ [Sunt de quibus paulus]Phi.2.[& sua quærentes,non quæ Iesu Christi.]vt dis.45. licet nonnunq̃. & 63.di.nosse.Hu. & Arc. [Quid est].2.pars.& respondens conclusioni exponendo dicit. Isti sunt qui Christum non
1 gratis diligunt. † gratis quidem diligere est amare Deum, quia dignissimus amore est qui amor est gratuitus. vnde Bern.amat caste qui illũ quem amat quęrit , non aliud qcquam ipsius amor iste per se sufficit:vel per se placet.Et ꝑꝑ seipsum meritum & ipse præmium sibi est.Ille ergo dr̃ deũ non gratis diligere , qui non Deum ꝑꝑ seipsum, sed ꝑꝑ se, & alia temporalia amat. vnde sequitur [temporalia commoda sequentes:lucris inhiantes honores ab hominibus appetentes]. Hæc quando amantur apposito,& propter hoc seruitur Deo.s.tm̃ vel principaliter . Nam secundario pro temporalibus tenemur seruire Deo , & ei gratias agere vt dist.44 .non liceat,& de consec.distin.2.panis.vnde Bernardus,disce ad singula dona gratias agere diligenter. Considera quæ tibi apponuntur vt nulla dona Dei debita gratiarum actione frustrentur.pro temporalibus autem tantum alias pro eis principaliter non debemus Deo seruire, sed principaliter propter seipsum habendum & fruendum. vnde nota ꝙ quidam seruiunt Deũ propter terrena , & ita in auaritia.Et hi dicuntur mercenarij,de quibus in præsenti.c.& in psal.de talibus dicitur. * Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.Quidam seruiunt in apparentia vt hypocrite . vt

Hostien. Archid. Nicolaus. Nicolaus de lyra. Exponit literam. Diuisio. Exponit literam. Archid. Nicolaus de lyra. Archid. Diuisio. Exponit literam. Bernard. Bernard. Psa.143.c.

eritę.vt Esa.10.& Mat.5.populus hic labijs me honorat, cor aũ eorũ lõge est à me. Quidã in tristitia, de qbus dr̃ Psa.58. Si nõ fuerint saturati & murmurabũt. Quidã in angaria siue impatientia, & isti cõparantur rotę, quæ semper murmurat. Quidam in malitia vt Nabuchodonosor, cui dixit dominus. Quia seruisti mihi intus dabo tibi Aegyptũ. Quidã seruiũt in lætitia & charitate, vt boni. quibus dominus ait Io.15. Iã non dicã vos seruos, sed amicos. Quisquis talis est mercenarius.s.& non pastor. hoc sumptum est ex euangelio Ioan.10. quia non curãt pascere oues, sed seipsos. & non Dei. sed propriã gloriã quærunt. de talibus dr̃ Ezechielis.34. ve pastoribus qui pascebãt seipsos gregẽ aũt meo non pascebant, & inter filios dei nõ se cõputet cũ talis nõ habeat charitatẽ Dei q̃ sola filios Dei cõstituit, & discernit inter filios diaboli, vt ait

Quæstio. Primũ ar. 2 Augu.de ciuitate Dei. ¶ Mouet circa hoc.c.q. Arc.† Vtrum qs possit à Deo petere ep̃atum, & ꝑꝑ hoc vt obtineat bona op̃a facere. Et arguit ꝙ sic q̃a q̃ episcopatũ desiderat bonũ opus desiderat vt.s̃.e. qui ep̃atũ. ergo episcopatus est desiderãdus ergo & à Deo petẽdus pro eo habendo bonũ opus est faciẽdũ. ¶ Sed in cõtrariũ arguit. q̃a sacri canones dãnãt eos, q̃ ecclesiasticas dignitates ambiũt, vel honores. s̃.1.q.4.c.vl. vbi dr̃ de hoc. respondet Arc. quod episcopatus est nomẽ boni operis, & dignitatis, sicut archiepiscopatus, & huiusmodi. alterũ est desyderãdũ.s.bonũ opus, alterũ vero nõ.s.dignitas. Et ideo Apostolus dicit. Qui episcopatũ desiderat. s̃.e.q. qui. episcopatũ. Qua distinctione posita ponit duas cõclusiones.

Opponit ĩ contrariũ. Respõdet

Prima cõclusio. Prima ꝙ si quis sentit se idoneũ & multis vult prodesse & desyderat illud opus vt multos lucrifaciat & si ꝑꝑ hoc petit bene facit. ¶ Secũda ꝙ si attendens ad diuitias petit & desyderat, vitiosus reputatur, & illũ sacri canonces dãnant, vt hic patet. Sed prima conclusio non placet nobis, qm̃ nõ vr̃ nobis bene posita. valde.n. præsumptuosum videtur credere se idoneum, sine reuelatione aut vocatione diuina ad tantum opus. hoc patet. dicit.n. Hier. super librũ numerorũ & habetur. s̃.e.in.c. si ergo. ex ipsis etiã sacerdotibus quis erit, q̃ idoneũ se ad hoc iudicet. quasi dicat nullus. vñ vt dicit Gre. in pastorali, & habetur. s̃.e.in scripturis Esa. q̃ mitti voluit ad prædicationis officiũ ante se per altaris calculũ purgatũ vidit, ne ante nõpurgatus adire q̃sq̃ sacra mysteria audeat. tũ.2. patet ex his q̃ apostolus subiungit. cũ.n. ait.1.ad Ti.3. qui episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat. subiungit. oportet.n. episcopum irreprehensibilẽ esse. quod verbum pertractans beatus Gregorius in pastorali ita dicit. Qui.s. Paulus cũ laudans desideriũ ministerij boni operis in pauorẽ vertit protinus ꝙ laudauit, cũ repente subiungit. oportet episcopũ irreprehensibilẽ esse. Eũque virtutum necessaria subsequenter enumerat quæ sit ipsa reprehensibilitas manifestat & fauet ergo desiderio quod terret ex præcepto, ac si aperte dicat. Laudo qđ quæritis sed prius discite quid quæratis, nedũ vosmetipsos metiri negligetis tanto fędior vestra irreprehensibilitas pateat, vbi etiã vt idẽ Greg. ibi inquit. quod verbũ præfatũ apostoli pro illo tẽpore dr̃, quo is qui plebibus præerat primus ad Martyrij tormenta ad ducebãt. tũc ergo erat laudabile episcopatũ quærere. qñ per hũc quidquã dubiũ non erat ad supplicia grauiora peruenire. Ex quibus patet vt dicit S.Th.in.2.2. quod episcopalis actus habet annexã gradus celsitudinẽ pręsumptuosam videtur, ꝙ aliqs pręesse appetat, ad hoc ꝙ subditis prosit, nisi manifesta necessitate imminẽte, sicut ex dicto Gregorij patet ait ꝙ tunc erat laudabile &c. põt tñ vt subiungit S.Tho. absque præsumptione quilibet appetere talia opera facere. si eũ contingeret in tali officio esse dignum ad talia opera. de ista materia plura notauimus. s̃.eod.ca. qui episcopatum.

Secũda cõclusio. Cõtra Archidiaco. Hierony. Grego. Gregor. Gregor. S. Thom.

Non ergo. §. est in quo incipit quinta pars.q.in qua magister Gratianus ex præcedentibus concludit, ꝙ non semper prælatus melior est subditis, quia aliquando est malus prælatus & subditi sunt boni. Matt.24. Super cathedram Moysi sederunt scribæ &c. quod probat per.c. sequens.

1 *Peccata filiorum an impediant patrem & repellant ab episcopatu. & nu.2.*

3 *Dignitas & scientia & huiusmodi aggrauant delicta & pœnas peccatorum.*

4 *Dignior an sit necessario præferendus ad prælationem.*



Probatur. §. est inducit magister cõsequẽter ad probandum q metropolitanus inuito suffraganeo posit parochianum illius damnare, vel absoluere, & de eius parochia disponere, si ipse negligens fuerit. exemplo pauli, qui metropolitanus erat corinthiis & excõmunicauit fornicatorem, sed vt dicit. Hu. credendum est sæpè commouisse prælatum Corinthiorum, vt hoc faceret, Paulus quidẽ, vt dictu est metropolitanus erat corinthiis Apollo erat episcopus eorum, & apostolus sæpe eum cõmonuerat, vt excõmunicaret illum fornicatorem, quod quia facere negligebat, ipse apostolus eum excommunicauit vel si eum excommunicauit episcopo suo incõsulto & irrequisito, speciale fuit in persona apostoli, nec est trahendum ad consequentiam. Hu. [sathanæ.] sua authoritate eam dãnãdo. [scribens corinthijs] . 1. ad Cor. 5. & . 2. ad Cor. 1.

Sed econtra. §. est in quo inducit magister Gratianus probationes aliquas in contrariũ videlicet ad probandum quòd metropolitanus non potest disponere de negotijs episcoporum sine consensu ipsorum. Capitula vero quæ inducit vsque ad. §. sola. cum intelligantur de communibus, ve de specialibus ipsi episcopi non sunt negligentes, sed diligenter agunt quæ debent, nõ contradicunt superioribus quæ sub ista intelligentia sunt exposita.

1 *Metropolitanus non debet causam criminalem primo per se ventilare, & postea episcopos conuocare ad illum absoluendum vel iudicandum.*



Aluo. Ad probandum propositum suum inducit magister in primis hoc capitulũ. q est Iginij papæ. Summa est in rubro. Vel sic. metropolitanus, non audiat causas specialis subditorum suffraganeorum suorum, nisi fuerit ad eum appellatum. Et diuiditur in tres partes. In prima statuit. In secunda irritat contra factum. In tertia punit facientem. 2. ibi, quia irrito. 3. ibi, & ipse si fecerit. Lege tex. ¶ [Saluo priuilegio.] quod est vt posit absoluere, & ligare, & iudicare quoslibet clericos, vel laicos, ĩuito & incõsulto quolibet alio p̄lato Hu. [instãtia]. i. p̄sentia aliquorũ episcoporũ. Hu. [Causas] criminales q̃ inducũt depositionẽ in quibus examinandis debent adesse oẽs episcopi cõprouinciales, vel saltẽ. 12. 3. q. 6. si qs episcoporũ. & q. 8. suggero. vel generaliter [aliquorum]. s. episcoporum. [causas] ciuiles communes tamen. i. ad omnes suffraganeos vel ad generalem statum pertinentes. [quia irritæ]. 2. pars. [actę]. i. tractatæ. HU. & Archi. [in conspectu hominum ventilare] si adesse possunt.

1 & est ar. † q non licet metroplitano causam criminalem episcopi primo per se ventilare, & postea episcopos conuocare ad illum absoluendum, vel iudicandum illum esse condemnandum si papæ placuerit, sed debet primo episcopos conuocare: & postea cum illis causam examinare. ar. 3. q. 8. c. 1. & . 2. Similiter non licet episcopo causam presbiteri per se audire, & postea ad proferendum sententiam congregare alios episcopos. ar. dist. 50. studeat. HU. [Et ipse]. 3. pars. [coerceatur]. i. corripiatur, increpetur, redarguatur cum humilitate tamen factum eius improbando. Nam ipsum iudicare non possunt.

Diuisio. — Exponit literam. — Archid.

Hug. Nota

Hug. Nota ꝙ sicut dixi hoc capitulum loquitur de causis criminalibus episcoporum, vel de ciuilibus quorumcunq; communibus, & spectantibus ad vniuersitatem. Nam alias causas ciuiles episcoporum solus metropolitanus cum clericis suis potest tractare, & cognoscere. Hu.

ARchiepiscopus. Ad idem propositum inducitur hoc .c. quod est Anitij papæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit statutum sæpè numero replicatum. In secūda assignat rationem. 2. ibi, quoniam tali, plana sunt omnia. Lege. ¶[Archiepiscopus. de episcoporum causis.] criminalibus. [communibus] .i. communiter ad vniuersitatem spectantibus. Hug. hoc capitulum & sequens manifestè innuunt distinctionem, quā fecimus in principio quæstionis & determinat superiora capitula. .i. de quibus causis vel negotijs loquantur. Hu. [quoniā tali]. 2. pars. [concordia.] in tribus beneplacitum est.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Metropolitanus non potest iudicari à suis suffraganeis.*

2 *Obedientia propriè dicitur minoris ad maiorem.*

SI autem. Ad idem sub sequitur hoc. c. qđ est eiusdem capituli. Summa est quòd archiepiscopus inflatus honore quæ prædicta sunt in causis præcedentibus seruare noluerit increpetur ab episcopis, & vbi incorrigibilis fuerit deferatur apostolicæ sedi, secundum quæ duo sunt duę partes huius capituli. 2. ibi. Si vero &c. Lege. ¶[Si autem inflatus.] honore, & dignitate quā habet. de talibus dicitur qđ ex quo facti sunt epi, nō credūt se esse assecutos dispēsationē Christi, sed imperiū. vt. 8. q. 1. illud. Hu. [cā eorū.] criminales. Hu. [aut alias.] s. cōes & etiā ciuiles vel, [alias] aliorū cās cōes siue ciuiles siue criminales. Hu. ad propriā parochiā suam. nō ergo tota prouincia est parochia metropolitani. Hug. [corrigatur] .i. emendetur admonendo corripiēdo. [Si vero]. 2. pars

Respōdet. Exponit literam

1 †Ex hac litera aperte colligitur, quòd metropolitanus nō potest iudicari à suis suffraganeis. ar. dist. 21. submittitur inferior &. 2. q. 7. in sancta. &. c. oues. Hu. [inobediens] .i. non satisfaciens. Hu. quasi diceret si non fecerit quòd amouetur ab eis.

2 †obedientia. n. propriè est minoris ad maiorem, & non econuerso. est improprietas hic similis & ibi supra dist. 63. salonitanę [vt vindictam] ergo ipsi non debent inferre vindictam, sed simpliciter verbis admonere [cæteri] quasi vt pœna illius sit metus multorum. ar. 2. q. 7. quapropter. Hu.

1 *Metropolitanus potest clericum vel parochianum suffraganei sui excommunicare, iudicare &c. si causa ad eum delata fuerit per appellationem. & nu. 2.*

3 *Episcopus an possit absoluere excommunicatum à plebano sibi subdito.*

4 *Prouincia tota non est parochia diocœsani.*

NVllus primas. Ad idē est hoc. c. quòd est Calixti papæ. Et diuiditur in duas partes in quibus est summa capituli. In prima agit de specialibus negotijs cuiuscunq; suffraganei, de quibus metropolitanus nihil debet disponere sine cōsensu suffraganei. In secūda loquitur de communibus. de quibus dicitur. quòd metropolitanus sine consensu episcoporum nec illi sine consensu metropolitani aliquid agere debent. 2. ibi, similiter. &c. Lege. ¶[Nullus. diocœsani] .i. episcopi suffraganei. Hu[. præsumat excommunicare.] †hoc verum est nisi ad eum causa p appellationem deferatur, potest tunc clericum vel parochianum suffraganei sui iudicare & excommunicare, si fuerit cōtumax. Item hoc verum est nisi viderit episcopum negligentem, vel deuium, tunc. n. metropolitanus debet eum admonere, vt excommunicet talem, vel iudicet, vel aliud faciat qđ debet. Quod si episcopus noluerit obedire tunc metropolitanus eo inuito faciet illud, s. ordinabit, instituet clericos in ecclesijs iudicabit, & excommunicabit clericum, vel parochianum eius, & etiam ipsum episcopum. Nam causa appellationis vel causa negligentiæ episcopi metropolitanus efficitur iudex clericorum & parochianorum illius episcopi, & pro cōtumacia excommunicabit episcopum ipsum exceptis istis duobus casibus. Quidquid archiepiscopus egerit contra clericos aut parochianos suorum suffraganeorum est irritum, & inane, tanquam factum à non suo iudice secundum Hug. hic. Sed gl. tangit quòd episcopus bene potest absoluere excommunicatum ab Archidiacono. quia Archidiaconus est vicarius episcopi, vt extra de off. Archidia. c. 1. sed episcopus non est archiepiscopi vicarius.

Diuisio.

1 Exponit literam.

3 ¶Sed hic surgit quęstio †vtrū episcopus potest absoluere excommunicatum à plebano sibi subdito. gl. in. c. cum ab ecclesiarū extra de off. or. vr̄ dicere quòd sic. cum qua concor. Tan. Goff. Phi. Inno. & Hosti. nisi consuetudo esset in contrarium. sed Hu. hic tenet cōtrarium, pro quo inducit capitulum prædictum. Et hoc etiam placet Arch. in. c. 2. de consti. li. 6. Sed opinio prima Bernardi & sequatium placet Io. An. per. c. venerabilibus. §. vbi autem. de sen. exc. vbi habes. quòd vbicunq; superiori competit de excommunicatione cognoscere, semper tenet absolutio, quam facit, licet alias iniusta, & contra ius litigatoris. de quo Ioan. And. in. c. cum ab ecclesiarum. de off. or. super gl. vlt. [agere] authoritate propria. extra de. offi. or. romana. li. 6. vbi no. Hostien. ꝙ metropolitanus causam vnius episcopatus non committit in alio episcopatu &c. quod hodie expedit. de off. or. c. vt litigantes. li. 6. vbi approbatur opinio Host. Arch. vbi habes. ꝙ archiepiscopus causas ad eum per appellationem vel alias iure metropolico delatas alibi quam in sua propria ciuitate vel diocœsi aut in eis locis in quibus est appellatum, vel in quibus causæ consistunt, nō audit nec audiendas committit, nisi aliud sibi de consuetudine competat [pertinet parochiam] †vide ꝙ non tā prouincia est parochia metropolitani Hu. & Archid. [aliqui agere] de communibus Hu. [sine gradus periculo.] quia deponetur. Hu. [Sed quidquid causis] cōmunibus. Hu. & Arc. [secularium] .i. laicorum. Nam & quædam causæ eorum sunt tales, ꝙ in concilio tractari debet cū omniū consensu. ꝙ. n. omnes tangit, omnium cōsilio deberet tractari. Ar. di. 71. c. 1. Hu. [Irritum] dicit gl. iuxta Lau. Irritandum secundum. Hu. [Irritum] exponitur ipso iure. Arc. [sicut dominus ait] Matth. 20. & Numer. 10. & alibi. Mat. 23. [Similiter]. 2. pars.

Quæstio.

Tancredus Archidia. Ioā And.

Hostiēsis.

Arcrid.

4

Archid.

Lasiren.

1 *Primus non debet se intromittere de causis clericorum sui archiepiscopi, nisi ad ipsum deferantur per appellationem.*

2 *Clerici vacantis ecclesiæ possunt res ecclesiæ committere primati suo mortuo suffraganeo.*

3 *Consuetudo dat ordinariam iurisdictionem, & etiam potestatem excommunicandi priuatæ personæ.*

4 *Authoritas concedendi priuilegium an sit solum pœnes papā.*

5 *Priuilegium concessum personæ dicitur personale.*

6 *Papa potest in totum detrahere priuilegio vnius ecclesiæ & alij concedere.*



COnquestus. Ad idē est hoc. ca. quod est Nicolai papæ. Summa ꝙ primas siue patriarcha nō habent iurisdictionem in subditos suffraganeorū archiepiscoporum, vel episcoporum, nisi quatenus canones vel antiqua consuetudo, vel priuilegium papæ illis concedāt. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit querelam. In secunda iustificat illam. In tertia ponit generalem declarationem super potestate primatū vel patriarcharum præ cæteris episcopis. 2. ibi, cū hoc. 3. ibi, primates. Lege. [Conquestus.] archiepiscopus narbonē. erat sub bituricen. primate, & conquerebatur de illo papæ, ꝙ ipso inuito cogebat clericos ipsius stare iudicio suo, & de causis quæ tantum ad suam ecclesiam pertinebant ipso inuito disponebat, quasi Iure Patriarchæ hoc sibi competeret, scribit papa Nicolaus illi primati, & admonet eum vt à talibus abstineat. † Non enim primas debet se intromittere de causis clericorum sui archiepiscopi, nisi ad ipsum deferantur per appellationem. nec de rebus ecclesię ipsius, nisi ipso mortuo committantur gubernationi ipsius, quousq; alter eligatur, præcipit etiam, vt cuilibet ecclesiæ propria priuilegia seruent, nisi ecclesia romana aliter disposuerit. [Cū]. 2. pars. 25. q. 1. contra statuta. & di. 12. illud ridiculum. Hu. [nisi forte. &c. terminari.] arꝙ appellari pōt ante snīamar. 2. q. 6. monita &. 6. q. 3. scitote. Hu. [vel si episcopus.] ponit aliū casum. [tuo iudicio.] ipse episcopus moriēs pōt hoc facere de voluntate clericorum, alias nō est suum inde disponere. Hu.

2 Est sciēdū ꝙ vt dicit Hu. & sequitur eū Arc. † mortuo suffraganeo possunt clerici vacantis ecclesiæ res ecclesiæ cōmittere primati suo imo, etiā cuilibet episcopo de illa prouincia: non. n. in hoc tenentur metropolitano. Nam si œconomus non est in ecclesia, res ecclesiæ debent esse in potestate clericorum, quo casu clerici possunt retinere sibi dispensationē, vel pro arbitrio suo eas cōmittere metropolitano, vel alij episcopo, vel patriarchæ. vt hoc dicitur. Si vero clerici nō sunt

Diuisio.

Exponit literam. Casus.

Archidi.

ibi, vel

ibi, vel idonei sed mali & suspecti de dilapidatione, & consumptione, nec est ibi œconomus, tunc demum committũtur res illius ecclesiæ metropolitano. vt. 12. q. 2. non liceat. vel si episcopus ipse moriens cum voluntate clericorum vt dictum est comiserit patriarchæ. [primates]. 3. pars. vel [patriarchas. nomina quidem sunt diuersa sed dignitas est eadem. Ar. dist. 99. c. 1. [nisi quantum sacri.] sic. 28. q. 3. hoc tantum glo. hæc litera habetur extra de off. ord. duo vbi scripsit pe. d. ꝙ litera ista vult dicer. s. quòd patriarcha non habet plus iuris in subditos suorum Archiepiscoporum sibi subditorũ, quã habeant archiepiscopi in subditos episcoporum suæ prouinciæ, [nisi quantum eis & c.] ar. ꝙ si prælatus aliquid petit vltra sibi deberi à subdito, iustè negatur ei, nec ex debito subditus tenet ei dare vltra q̃ prælatus potest ostendere sibi deberi ꝑ canonem suum, per antiquam & honestam consuetudinem. ar. d. 93. diacones. 10. q. 3. qa cognouimus. & 16. q. 1. nulli episcoporum. Hu. [prisca consuetudo.] honesta & de iure communi proueniens. ratione. n. talis consuetudinis aliquid petitur, & debetur. ar. 1. q. 3. quæsitũ. 18. q. 2. seruitium. Hu. Capitur in hac litera ar. vt dicit gl. ꝙ consuetudo dat iurisdictionem. c. de emancipa. liberorum. l. 1. & vlt. & extra de Archi. dilecti. & de foro compe. cum contingat. vbi de hoc. imo dic

Archid. 3 vt dicit Arch. † ꝙ consuetudo dat ordinariam iurisdictionẽ etiam priuatæ personæ, vt in. d. c. cum cõtingat. quòd alibi sic expresse de priuata ꝑsona dicit se non meminisse legisse. Alia. n. iura loquuntur vel in abbatibus, vel in alijs prælatis capitulis seu collegijs, vel aliquam tenentibus administrationẽ. sed consuetudo non põt dare priuatę personæ ptãtem excommunicandi secundum Host. qui ita notat in. d. c. cum contingat. Arch. Et ponit ibi Ioan. An. super. 2. gl. qui allegat ea quæ not. de off. ar. cum satis. Secu: extra de elect. dudum. 2. & de off. or. cum ab ecclesiarum. [nicenas] quæ sunt. 65. di. mos antiquus. & c. se. ẽm Berna. qui ita nota in. d. c. dudum. & c. duo. Arc. [præter si.] i. nisi a postolica sedes, quasi diceret hoc nõ potest alius. ¶ Hic surgit quæstio. † vtrum pœnes solum papam sit authoritas concedendi priuilegium. ar. quòd sic. arg. de pe. di. 6. qui vult in fine. ¶ Respõdeo dicendum. quòd solus papa potest concedere priuilegium in spiritualibus, quod sit in præiudicium alterius, & de iure alterius, potest. n. detrahere vni in totum, vel in partem, & concedere alteri. ar. hic. infra. e. nunc vero. & 16. q. 1. c. si. quod sæpe fit vel fauore alicuius. vt. di. 22. renouantes. vel odio debito alicuius. vt. 25. q. 2. ita. Alius autem siue episcopus, siue archiepiscopus hoc nõ potest, s. dare priuilegium de iure alterius, vel in præiudiciũ alterius. vbi vero ius alterius non læditur & de proprio iure cõcedere potest. 16. q. 1. peruenit. Hu. [aliquam ecclesiam. vel lectorem.] nota quòd quoddam priuilegium conceditur ecclesiæ quòd dicitur locale, & est perpetuũ. vt di. c. contra mo

5 rem. & 16. q. 1. frater noster. † quòd vero conceditur personæ dicitur personale, & cum persona spirat. vt di. 23. c. 1. & 5. &

6 7. q. 1. petisti. Hu. [quolibet speciali.] † ergo papa in totum potest detrahere priuilegio vnius ecclesiæ, & alij concedere, ꝙ verum est. ar. 16. q. 1. frater noster. & j. e. q. nunc vero. habet. n. plenitudinem potestatis. vt. 2. q. 6. decreto. & c. qui se scit. & infra. e. ca. per principalem. Hu.



Et angelo. Ad idem propositum inducitur hoc. c. quod est Bedæ sup Act. 3. c. Cuiꝰ summa est quòd metropolitanus de subditis suffraganeorũ nõ negligentiũ nõ cognoscit illis inconsultis. Planũ est & satis dictũ est de hoc. Breue est. Le. ¶ [Et angelo.] alias in incipit capitulũ ibi, epo, sed melius incipit ibi capitulum, & angelo. secũdum Hu. præmittit. n. beda verba apostoli, & postea illa exponit. Expositio autem incipit ibi, episcopo. vbi alij vt dictum est habẽt principium capituli & angelo. i. episcopo. Hu. [de cuius manu.] quia si negligens est prælatus in correptione subditorum pro peccatis eorum damnantur. i. pro negligentia in corrigendo peccata aliorum. Hu. hoc sumptum est de verbis Ezechiæ. c. 3. vbi episcopo sic dicitur secundum Aug. 1. de ciuitate Dei. c. 9. Speculatorem dedi te fili hominis domui Israel, si dicẽte me ad impium morte morieris non annuntiaueris ei, nec ei locutus fueris, vt nec auertat à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua requiram. & Ezec. 33. Si speculator viderit gladium, & non insonuerit sanguinẽ eius de manu speculatoris requiram. [requirit] Ioannes. Hu. qui erat metropolitanus. Arch. [peccata subditorum] si negligens fuerit. Hu. [sine eius consilio iudicare non debet]. s. ante admonitionem vel si fuerit diligens. Hu. & Arch. quasi posset post admonitionem & illo negligente, & ideo scribit, ei ꝙ sit diligens. sic quòd non habeat ipse Io. necesse hoc facere.]

Sola. §. est. Et incipit. 2. pars. quæstionis. In qua probat per 12. capitula. quòd authoritas Romanæ ecclesiæ est excepta & continuatur, sic ad procedentia. Dictum est in præmissis capitulis, ꝙ metropolitani nõ possunt iudicare clericos suffraganeorum illis incõsultis. quod licet ita sit de aliis metropolitanis, & patriarchis, non tamen sic est de apostolico. quoniam sola romana ecclesia sua authoritate valeat iudicare de omnibus. de ea vero nulli iudicare permittitur, cum sit caput omnium fidelium & magistra omnium ecclesiarũ.

1 *Iudicium sedis apostolicæ an sit maius quocunque alio iudicio in ecclesia.*

2 *Episcopos esse fratres papæ intelligitur quatuor modis.*



Patet profecto. Inducit in primis ad probationem propositi sui magister hoc. c. quod est Nicolai papæ. Ab isto loco vsq; ad vltimum. [. agitur de prærogatiua & excellentia apostolici in quibus summa est. quòd romana ecclesia de omnibus iudicet, & quòd eiꝰ iudicio authoritate nullũ est maius, & quòd eius iudicio nullus præter dominũ iudicare potest nec eius iudicium retractare. vnde omnes ad ipsum appellare possunt nullus vero ab ipso. hoc volunt omnia ista capitula, vsq; ad. §. sed aliud est. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. & seque-

1 tium. Quæritur. ¶ † Vtrum sedis apostolicæ iudicium sit maius authoritate quocũq; alio iudicio in ecclesia. Et videt qđ nõ. primo ex illo Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus & c. vbi dominus corrigendos rebelles remittit iudicio ecclesiæ. si te nõ audierit dic ecclesiæ: ergo videtur quòd iudicium ecclesiæ sit maius authoritate iudicio apostolicæ sedis. ¶ Secundo sic. papa, deuiat à fide iudicatur ab ecclesia. vt in. c. si papa. di. 40. ergo iudicium ecclesiæ est maius authoritate iudicio apostolici. ¶ Tertio sic. inter fratres videtur esse parilitas authoritatis. sed papa vocat oẽs episcopos fratres, vt patet: ergo videtur quod iudicium apostolicæ sedis non sit maius authoritate iudicio reliquarũ sedium. ¶ Quarto sic. à sententia lata per iudicem secularẽ nõ fit appellatio ad papã, vt patet. extra de appel. c. si duobus. ergo videtur. quod iudicium apostolicæ sedis non sit maius omni alio iudicio authoritate. ¶ In oppositum est ca. præsens. Respõdeo dicendũ. quòd iudicium apostolicę sedis est maius omni alio iudicio in ecclesia. Ista est primo papæ Nicolai in præsenti. ca. 2. probatur illius authoritate maius iudicium qui potestate superior est omnibus alijs. patet, quoniam iudicium cum sequatur iurisdictionis potestatem. ex amplitudine potestatis capit extensionem suam. sed papæ siue apostolicæ sedis potestas iurisdictionis est superior omni potestate in ecclesia. patet, vnde cũ Christus dixisset apostolis vt laxarent retia. soli Petro inquit duc in altum Lucæ. 5. Item soli Petro dixit vt piscaretur hamo. Mat. 17. per quem pręeminẽs iurisdictio designatur. 24. q. 1. non turbatur. & c. est aliud, vnde ipse solus habet plenitudinem potestatis. Alij autem sunt vocati in parte solicitudinis. vt. c. decreto. & c. qui se scit. 2. q. 6. ¶ Secundo arguitur. iudicium capitis est authoritate omni iudicio mẽbrorum suorum. patet cum capite membrorum iudicium pendeat, sed papa est caput ecclesiæ. 11. d. nolite. vt. 12. di. non licet à capite membra discedere. & Io. 1. dictum est Petro. Tu vocaberis cephas. ergo apostolicę sedis maius est omni alio. ¶ Tertio sic. illius est maius iudiciũ authoritate omni alio, qui Dei vices gerit in terris. vt pote specialis eius vicarius. sed papa est hmõi, vt extra de translat. inter corporalia. & c. quanto. & extra vt ec. Be. c. 1. ergo & c. ¶ Quarto sic. Illius est maius iudiciũ authoritate omni alio, qui cum Christo vnum & idem habet tribunal quòd patet. sed apostolicus est hmõi cum sit vicarius Christi. ar. ext. de app. romana. li. 6. ergo & c. ¶ Quinto sic. illius iudicium est maius authoritate omni alio, qui nõ habet in terris superiorem. sed papa est hmõi. vt in. c. licet. extra de elect. quod est concilij vniuersalis, vbi ita inquit papa In ecclesia romana aliquid specialiter constituitur, quia non potest ad superiorem haberi recursus. vbi glo. Host. ait quia nulla superior est sed ipsa super omnes est ergo & c. ¶ Sexto illius iudicis iudicium oĩ alio maius est authoritate, qui de oĩbꝰ iudicat, & à nemine põt iudicare, sed Dei arbitrio est reseruatus. sed ita est de papa, & sede apostolica. vt. j. e. c. nemo. & cap. aliorum. & in extraua. quæ incipit vnam sanctam. ergo & c.

Margin notes (left): Archid. — Hostien. Io. And. — Archid. Quæstio. Respondet. — Exponit literam. — Aug. — Archid.

Margin notes (right): Continuatio. — Quæstio. — Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quarto. — Opponit. & Respõ. — Hostien.

go &c.¶ Septimo [illegible]cis iudiciū est omni alio ma ius authoritate, à quo non licet appellare. sed à papa appellare non licet. vt.j.eo.q.ipsi sunt.&.c.cuncto ergo apostolicę sedis iudicio nullum est maius authoritate.¶ Nunc dicendum

Ad primū arg. est ad rationes in contrarium. Ad primam respondetur ꝙ authoritas illa dicta ecclesiæ iuxta literalē sensum non videtur intelligi aliqua communitas ecclesiæ congreganda vt ei denuntietur peccatum incorrigibilis.vt nos multis rationibus apertissimis ostēdimus in summa nostra de ecclesia. circa. c. 90.2.libri.Sed venit intelligendus prælatus quod patet. Tum primo extra.gl.hic.quæ ait ibi potestatem tribuit apostolis.

Hieronym. Crisosto. Idem colligitur ex Chrysostomo. qui super Matth. exponit sic. Dic ecclesiæ.i.his qui ecclesiæ præsunt. Idem ex gl.decreti.in ca.si peccauerit.2.q.1.quæ ait.dic ecclesiæ.i. sacerdoti. Idem habetur ex.c.nouit extra de iud.vbi ly dic ecclesiæ. de pastore & rectore vniuersalis ecclesię interpretatur & exponit. Ad idem est Sanctus Tho.tam in.4.dist.19.quam in.2.

S.Thom. 2.q.39. Et ita idem multi alij doctores exponūt, vt patet in. c.prædicto.si papa.dist.40.&.j.e.q.c.nemo.¶ Et ad secundam

Ad secūdū respōdet.ꝙ casus ille excipit, vt patet in do.c.si papæ.d.c. nemo. quia ꝑ hæresim cadit à papatu, & perconsequens ab authoritate iudicij. vnde tunc quilibet fidelis est maior eo.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. stat.n. bene aliquo modo episcopos esse fratres papæ, & nihilominus papam superiorem eis esse authoritate. vbi notandum

2 † ꝙ episcopos esse fratres papæ potest quatuor modis intelligi.primo naturæ conformitate, sic etiam Christus frater nobis erat.vnde ait.dicite fratribus.¶ Secundo meriti æqualita

Mat.28.c. te.& hoc modo etiam non derogat superioritate authoritatis papæ habere aliquos æquales sibi, etiā meritis. vnde. 2. q. 7.c.puto dicit Aug.Puto ꝙ sine vlla contumelia Cyprianus episcopus apostolo Petro comparatur quantum ad martirij coronam attinet.¶ Tertio potest intelligi frater ordinis dignitate, & sic etiam verum est, ꝙ sicut apostoli simul cū Petro fratres & æquales pari consortio honorem ordinis dignitate receperunt à Christo, ita eodem ordine episcopatus omnes episcopi sunt fratres & ęquales papæ. ¶ Quarto potest intelligi in potestate iurisdictionis.& sic non est verum episcopos esse fratres papæ.imo papa est pater & caput ipsorū, sicut & Christus in hoc fuit caput & pater apostolorum. vn

Cyrillus. de Cyrillus in li.thesaurorum dicit ꝙ apostoli in euangelijs & epistolis affirmauerunt in omni doctrina petrum esse loco domini, & in regimine ecclesię eius locum tenere, dantes ei locum in omni capitulo & synagoga, in omni electione & confirmatione cui.s.Petro omnes iure diuino caput inclināt & primates mundi tanquam ipsi domino Iesu Christo obe-

Ad quartū diunt.¶ Ad quartam respondetur negando assumptum vniuer aliter.quoniam licet appellatio interposita pro leuibus quæstionibus ad papam non sit deferenda: sicut dicitur in ꝑfato capitulo, nihilominus pro causis arduis & pro grauibus quæstionibus appellatio pōt deferri ad papam.quia vt.6.q.1. dicit Theodosius imperator.quod cuilibet licitū erit sacro-

Exponit literam. sanctę sedis antistitis iudicium eligere. Lege.¶ [Patet profecto.][maius authoritate] quoniam nulla alia maior est authoritas in ecclesia sicut dictum est in quæstione [à nemine] nisi à se vel successore.vt. 16.q.9.scientiam.nec cuiquam de eius iudicio liceat iudicare, imo talis vt dicit gl.crimen sacrilegij incurrit.vt. 16.q.4.§.qui autem.& deponitur.19.di.nulli.Arch.[iuxta quod Inn.] vnus papa inducit alium in testem.simi le d.10.ca.1.[& beatus papa Gelasius] secundus testis. [non oportere dissolui] nisi ex ista causa ab illo qui constituit vel eius successore. 25.q.9.sententiam. Hu.& extra de testim.in inte.cum ex literis.Arch.

VIt. Ad idem est hoc.ca.quòd sumptum est ex epistola Anastasij patriarchæ ad Fęlicem papam petentis, vt aliquos damnatos ab alijs apostolica sedes absolueret inducens ad hoc, quòd hoc semper licuerit apostolicæ sedi facere scilicet.restituere eos qui iniustè damnati sunt. Litera patet.

Casus. ANtiquis. Ad idem sequitur hoc.c.quod sumptum videtur ex epistola quadam Antiocheni patriarchæ ad papam Fęlicem. Casus videtur iste. Appellatum fuerat ab aliqua sentētia ad Fęlicem papam post quā quia fortè volebant aliqui aliquid innouare, Antiochenus patriarcha, cuius forte aliquid intererat huius rei, scribit ipsi Felici dicens. quòd antiquis regulis est constitutum, quòd si appelletur ad sedem apostolicam siue de remotis partibus siue de propinquis, siue vicinis siue in causa ciuili, siue criminali, nihil debeat innouari, antequam causa deferatur ad papam.vt per ipsum quod iustum est fuerit confirmetur, vel infirmetur id à quo est appellatum. Leg.¶ [Antiquis superiorum]. s.episcoporum. Hug.[quærelis].i.causis ciuilibus, in quibus appellatur ad apostolicam sedem. Hu.pe. & Ar.[aut accusationibus.] s.ad depositionem, vbi licet alijs episcopis causam examinare, sed non proferre sententiam cōdemnationis. Hu.[tractandum] cum effectu sentētialiter diffiniendo. Hu.& Arch.[alme.] extra de sen.ex.c.alma.li.6.[terminaretur] hoc.n.est officium illius, qui de appellatione cognoscit.2.quæstio.6.§.ab eo.& extra de in integr.restitu.cap. ex literis.in fin.Arch.

Exponit literam.

1 *Papa non potest iudicari ab imperatore siue seculari potestate.*

2 *Concilium non potest iudicare papam.*



NEmo. Ad idem est hoc.c.quod est Inno. papę.Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes.In prima ponit, ꝙ prima sedes.i. apostolica nullius personæ, singularis subiaceat iudicio.In secūda ponit, quod nec alicuius principis aut cuiuscunq; communitatis iudicio subiecta.secūda ibi, neq;.n.¶ Pro pleniori intelligentia huius.c.& sequentium venit hic conuenienter disputandum, vtrum papa habeat iudicem aliquem superiorem in terris. quam quæstionem quia superius eam disputauimus satis plene circa cap.si papa.40.di.vbi videas.Breuitatis causa nihil aliud repetimus, de qua etiam quæstione prolixo sermone loquuti sumus in summa nostra de ecclesia.l.2.Lege.¶ Nemo.iustitiam].i.rigorem canonum.Hu.& Arc.[temperare] dispēsando, vel interpretando.Hu.[iudex].s.summa.i.papę qui Antonomasticè dicitur iudex. Hu.[iudicabitur] nisi à fide deuius inueniatur.vt.d.40.si papa.vel nisi sponte se submiserit iudicio alterius.vt.2.q.7.nos si vel cum se submittit confessori suo in iudicis aīę.s.cum confitetur sacerdoti peccata sua tanquā Deo, tūc.n.potest iudicari, & ligari à quolibet sacerdote, & tenetur ei obedire in eo quod ei iniungit. Hu.[nec.n. Augusto] † Hic

Diuisio.

Exponit literam

1 eliditur error dicentium papam posse iudicari ab imperatore siue seculari potestate.qui error patet. Tum qa inferior nō potest esse iudex superiores.vt in.c.inferior.d.21.sed papa superior est imperatore.ait.n.papa Io.In.c.si imperator, d.86 Si imperator catholicus est, filius ecclesię est, nō plul ecclesię & in.c.si qs dubitat.d.96.Greg.ita ad propositū dicit. Quis dubitet sacerdotes Christi regū & principū oīumq; fideliū patres & magistros censeri. Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, si discipulus magistrum conetur subiungare &c.[nec omni clero] collectiuè etiam intellige. ita vt non modo singulares personæ excipiantur, sed etiam ipsa vniuersitas fidelium simul collecta. vnde gl. hic ait. Are.

2 † quòd concilium non potest iudicare papam [a] .vt extra de elect.significasti.per quod eliditur quorundam basiliensium error, qui dicebant. quòd authoritates canonum dicentes papam à nemine esse iudicandum intelligendæ sint de singulis personis, & non de tota communitate ecclesiæ, inducentes hanc rationem. quòd nomina distributiua propriè competere non possunt congregationi fidelium, quæ vnica est, & implurificabilis, falsitas autem præfati erroris in primis patet. Tum ex iam dictis. Tum secundo ex eo quòd rō superioritatis & dependentiæ papatus à solo Deo assignata à doctoribus.quare à nemine est papa iudicandus.ita currit de ipsa cōmunitate sicut de singulis personas. Nam romanus pontifex non modo est singulis personis authoritate superior, sed ēt toto ecclesiæ corpore, vtpote qui pastor & caput est totius ecclesiæ. Quod vero inducunt pro fundamento erroris præfati parum valet, quia nomina siue signa talia, oīs, nemo &c. addita nominibus collectiuis vt sunt populus, clerus, domus, ecclesia &c.non distributiuè sed collectiuè tenentur significant illud quod totum sicut est illud ad hebre.3. sicut Moyses.supple fidelis fuit in oī domo.s.synagoga iudæorum. Itē eodem sumi videtur.illud.1.Regum.8.Conuertit rex faciem suam & benedixit oī ecclesiæ.Item illud primi paral. 19. præcepit autem vniuersæ ecclesiæ.benedicite Deo nostro & benedixit oīs ecclesia domino patrum suorum.item illud Ma. 5.Turbata est cum illo oīs hierosolima.i.tota, & ita in authoritate supra dicta illud [nec ab oī clero].id est nec à toto clero.& quòd talis intellectus sit præfatorum iurium luce clarius colligitur

a ¶ Iudicare papam. Et hoc quia concilium generale totius orbis non potest cōgregari nisi ꝑ papam Ba. in tractatu schismatis vbi late idē Bal in ca. olim. de rescrip.

rius colligitur ex c. nunc autem dist. 21. ibi videas.


Liorum. Ad idem sequitur hoc. c. quod est Symmachi papæ. sũma est, quod aliorum hominũ rationes Deus per homines terminari & diffiniri voluit, sed apostolicæ sedis præsulem suo non hominum arbitrio reseruauit. Et diuiditur hoc. c. in. 5. partes. Diuiso.
In prima ponit quod dictum est in summa In secũda soluit quandam implicitam obiectionem, quæ fieri potest. In tertia inducit aliam obiectionem. In quarta illam soluit inducendo pro excellentia potestatis beati Petri & per consequens præsulis romanæ ecclesiæ duo testimonia maxima. Primum est euangelij. Secundum est vniuersalium conciliorum. In quinta ad roborandum principale propositum inducit dictũ prophetæ. secunda ibi, nolite. tertia ibi, dicas. quarta ibi. replico. quinta ibi, de hac mihi per prophetam. Lege. ¶ [Aliorum arbitrio cedenti] nisi in hæresi, & nisi spontaneè se subijciat iudicio alterius, & nisi in iudicio animę. Hu. & idem notat in c. præcedenti in gl. [cœlo] .i. Deo qui in cœlis est [innocentiã] .i. rationem de sua innocentia. Hug. & Arch. [nolite] secunda pars [eas animas] .s. romanorum pontificum. Hu. & Arc. [examini] qui noluit eos ab homine iudicari. Hu. [non habet] Respõdet obiectioni quasi diceret, nõ habeat, aut nõ existimet aliquis, quòd papa propter sedis apostolicæ dignitatem non habeat timere examen & iudicium Dei, quia in illo examine non habebit de suæ allegationis nitore subsidium. In illo. n. iudicio [inquit Bernardus] Plus valebũt pura corda, quã astuta verba [eo teste &c.] quoniam vt dicit Au. ipse erit iudex in causa tua qui modo est testis in culpa tua, nec huic obuiat ꝙ supra. 4. q. 4. c. 1. vbi dicit ꝙ alius debet esse iudex, & alius testis, quia illud intelligitur de iudicio humanos secus autem de iudicio diuino, de quo est hic sermo. Itẽ nec obstat quod dicitur in. c. custodi. 11. q. 3. vbi dicitur ꝙ non erit alius testis quam conscientia, quia ibi alius non excludit Deum, sed hominem. Nam vnusquisq; iudicabitur teste Deo & conscientia. Hu. [dicas forsitan] opponendo. tertia pars [omnium animarũ] quasi diceret plus timere debeat apostolicus quã vnus alius quia [talis] .i. vna erit in illa disceptatione [conditio] .s. cum dicitur omnibus dãnatis. Matt. 25. Ite maledicti in ignẽ æternum &c. [replicabo] .i. respondebo oppositioni tuæ. s. ꝙ consequentia non valeat quoniam licet omnibus damnãdis communis sit illa damnationis forma sententiæ. nõ sequitur ꝙ omnes æqualiter damnabuntur, sed aliqui plus quam alij, & sicut inter diabolos damnatos maiori damnatione inuolutus fuit, qui maior fuit inter eos. de pe. 2. principiũ. Ita in opposito de papa. qui quanto maior est tanto amplius formidare debet [vni dictum est] .s. Mat. 16. quasi dicat. Ipse solus est prælatus omnibus. Et ideo maiori pœna, quam alius plectetur si peccato obnoxius comprobabitur. ar. d. 40. homo. &. c. si papa. &. 25. q. 1. nulli. Hugo. [Et rursum] inducit secundum testimonium excellentiæ apostolicæ sedis, s. sacrorum consiliorum [dignitatem sedis eius] .s. papæ, facta voce sanctorum pontificum in concilijs canones constituentium, & hoc cõfirmatum. supra. d. 21. quamuis [quidquid fidelium] .i. quicunque fideles. Hu. & Arch. [totis corporis] quod est ecclesia [caput esse] vnde Ioan. 1. dictum est. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur secundum vnam interpretationem caput [De hac] hic iudicio nostro roborat principale intentũ videlicet ꝙ sedes apostolica nullius subiaceat iudicio nisi dei quia alias si hoĩum subiaceret iudicio, profecto sic ea humiliata & submissa iudicijs aliorum non haberent fideles ad cuius confugerent auxilium, & Christianus populus gloria sua quæ pendet in parte ex excellentia apostolicæ sedis, in qua cũ dictum est Petro. Quodcũq; solueris &c. Ma. 16. Relucet authoritas Saluatoris, & Dei nostri. domini Iesu Christi [spoliarunt] dicit ergo [de hac] .s. sede [per prophetam] .s. Esaiam. c. 10. [dictum est] .s. mystico intellectu [si hoc humiliatur] hæc pars non reperitur in translatione nostra. humiliatur. s. per subiectionem iudicio hominum [ad cuius confugientes] quasi diceret non habebunt qui valeat vos defendere ab oppressoribus vestris, & calumniatoribus, nisi sedes ista remaneat super superior omnibus authoritate & potestate, sicq; tanquã turris altissima inuincibilis fortitudinis à facie inimici &c. [& vbi] .i. cum eã sic humiliari permiserit vbi reliqueritis o vos prælati & omnes fideles gloriam vestram, textus iste aureus est contra aduersarios authoritatis apostolicæ sedis. Hug. & Arhidiac. aliter exponunt. Sed visum est nobis quòd non bene nec ad propositum.

Exponit literam. Bernard. Cõtra Hu. & Arčhid.

1 *Destruentes bona animæ plus nocent, quam qui exteriora.*


Acta. Ad idem est hoc. ca. quod est Aurelij papæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod dictum est in præcedenti. c. ꝙ facta papę à solo Deo iudicantur & subditorum ab ipso papa, vt pote oĩum hoĩm iudice. In secunda ponit ꝙ corruptores bonorum morum sunt peiores eis, qui aliorum substantiam rapiunt. secunda ibi. deteriores. Lege. ¶ [Facta nostra iudicantur à domino] vt in. c. præcedenti. [deteriores]. secũda pars. quasi diceret. nec inde debetis murmurare, & nobis detrahere, quia deteriores sunt detractores qui vitam & mores corrupunt bonorũ detrahẽdo, quam hi qui aliorũ substãtias diripiunt. vt. 6. q. 1. ex merito. &. c. deteriores. Quanto. n. præcellunt dona animæ quæ cõsistunt in moribus & virtutibus bona exteriora, tanto deterius peccant illi qui bona virtutum & morum corrnmpunt, quam illi qui exteriora diri-
1 piunt. † quia plus nocent qui bona animę destruunt, quam qui exteriora quæ minora sunt, vt dicit Philoso. 1. Ethicorũ. vnde Greg. in pastorali. Prælati tot mortibus digni sunt, quot mortes exemplo in subditos transmiserant.

Diuiso. Exponit literam. Greg.

1 *Appellatur ex omni parte ecclesiæ ad papam, non tamen appellatur ab eius sententia.*
2 *Papa dicitur lex animata in terris.*


1 Psi sunt. Ad idem sequitur hoc. c. quod est Gelasij papæ. Summa est† quòd ad papam ex omni parte ecclesiæ appellatur, ab eius vero sentẽtia nulli licuit appellare, aut iudicare. breue est. Lege. ¶ [Ipsi sunt] per excellentiam dicuntur canones romani, s. de quibus præmiserat. 22. dist. qua traditione Archid. [appellatione] .i. nomine [deferri] etiam prætermissis medijs iudicibus. Hug. si-
2 cut dicit gl. †quemadmodum imperator est lex animata in terris, vt in authen. de consulibus. in fine. ita & papa: vnde sicut Philoso. dicit. 5. Ethicorum. quòd partes confugiunt ad iudicem sicut ad iustitiam animatam. sic omnes fideles ad sedem apostolicam cum in Petro data est potestas super omnes ligandi & soluendi. Matthę. 16. [non oportere dissolui] expone vt in. c. patet.

Exponit literam.

1 *Appellatio an possit fieri à papa ad aliquem alium.*
2 *Appellatio quid dicatur.*
3 *Appellatio à papa ad Deum non est admittenda. Nec à papa viuente ad papam futurum nu. 5. nec ad collegium cardinalium. nu. 6. Nec ad concilium vniuersale nu. 7.*
4 *Consuetudo quod ab officiali episcopi appelletur ad episcopum non valet.*
8 *Papa non potest statuere quod à papa possit appellari.*
9 *Supplicatio potest fieri ad papam ab eius sententia.*
10 *Appellari potest à delegato papę dummodo ab eo appellatio non sit prohibita.*
11 *Laicus an possit appellare ad papam.*
12 *Papa potest quoslibet iudicare etiam inuitis episcopis.*
13 *Concilium congregatum est à toto orbe, fertur vna sententia à solo papa, alia ab omnibus alijs, quæ sit præponenda.*
14 *Concilia dependent à papa.*


Vncta. Ad idem est capitulum hoc quod est eiusdem Gelasij papæ. Summa est eadem cum summa præcedentis capituli, Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit, quòd sedes apostolica de omnibus habet iudicare. & ipsa nullius subiacet iudicio nisi Dei, & per consequens ad eam appellat ex omni parte mundi, & nõ econuerso. In. 2. addidit, quòd sedes apostolica potest quoslibet absoluere & damnare etiam nulla synodo congregata. 2. ibi, sed nec illa. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. & su-
1 perioris & similium. Quæritur† Vtrum à papa possit fieri appellatio ad aliquem alium. Et videtur quòd sic. Appellatio ordinata ad remedium oppressorum, & eorum releuamen, sed quandoque contingit opprimi à papa. ergo si non possit appellari ab eo non videtur sufficienter prouisum fidelibus. consequentia patet. ¶ Secundo sic, Papa errare potest. concilium vniuersale non potest. vt præsupponitur cum repræsentet vniuersalem eccclesiam, quæ errare nõ potest. sed ab obliquo ad rectum & ab eo qui errare potest ad semper regulatum appellari potest vt videtur. ergo à papa appellari potest. ¶ Tertio sic, Petrus accepit claues nomine ecclesiæ, vt in. c. quodcunque.

Diuisio. Quæstio. Primũ ar.

Opponit contrariū. quodcunq;.24.q.1.ergo vr̃ ꝙ à papa ad conciliū qđ vl'em
ecclesiā repsentat possit appellari. ¶ In oppositū est.c.pñs.
& pcedit.Item vt deducit gl.hic à principe & senatu appel-
lari non licet.ff.à quibus app.non licet l.1.Sed papa est prin
ceps ecclesiæ, vt dictum est Petro à Christo,super plebem
meā principem te constituam.¶ Rn̄deo dicendum sub cer
tis conclusionib. præsupponemus in 1.duas suppositiones
2 prima est † ꝙ appellatio est ,pclamatio à minori iudice ad
maiorē prætextu iniqui grauaminis,vel iniustæ sn̄iæ, vt sa
tis aperte colligitur hic,& ex.c.oīs.2.q.6.&.ff.de mino.l.p-
fecti.&.ff.à quibus ap.non licet.l.1.¶ Secundum præsuppo
situm est ꝙ iudex ille maior ad quem appellandum est . sit
talis cōditionis,ꝙ adiri non possit,& ei appellatio deferri,
& cum quo partes humano more & ordine iudiciario con
uersare possent,Hoc aperte colligitur ex fine & intentione
ipsius appellationis & ex eis quæ competunt officio iudi-
cis,ad quem fit appellatio , quod satis aperte tangitur in. c.
diffinitiua. 2. q. 6. alias talis appellatio frustatoria esset, &
cassa,& vana,& magis dicenda esset iniquitatis vinculum q̄
auxilium oppressorum,quibus suppositis sit ista prima cō-
Prima cōclusio. 3 clu.† appellatio à papa ad Deum non est admittenda.patet
conclu.ex 2.suppositione qm̄ talis appellatio foret friuola,
cum fieret ad eum cum quo partes conuersari non possunt
*Exo.33.d. quia dictum est.*Non videbit me homo & viuet.nec apud
quē ordo iudiciarius seruari posset:ergo concl.vera.¶ Se-
Chrys. cundo papa est spālis vicarius Christi. vnde Chrysost.sup
illud Io.vlti.pasce oues meas dicit.i.loco mei pposttus estō,
& caput fratrū tuorum , & ipsi loco meo te assumētes vbi-
que terrarum te in throno tuo prędicent & confirment.vn
de ꝙ ligatur,& absoluitur à papa ligatum & absolutū credi
tur apud Deum:ergo papę sn̄ia est sn̄ia ipsius , sed eiusdem
ad seipsum non est appellatio : ergo nec à papa ad Deū cui
est vicarius.vnde in.c.non putamus.de consue.li.6.habetur
4 † ꝙ non valet consuetudo , ꝙ ab officiali epi appellet ad epi
Hostien. scopū,cum sit idem tribunal vtriusq;,& ita dicit etiā Host.
Secūda cōclusio. in c.quāto.extra de trāſ.de iureiur.& si Christus.¶ Scđa cō
5 clu.† A papa viuente ad papā futurum non valet appellatio,
& ita non est admittenda,patet concl. Tū quia vt ex 2.sup-
positione habetur. appellatio debet fieri ad eum corā quo
appellatio deferri possit certo tempore, & ordine iudicia-
rio examinari,& super illa sn̄iare,vt di. c. diffinitiua.2.q.6.
sed futurus papa non est talis, nec scitur tp̄s qn̄ præsens mo
rietur,& alius eligatur:ergo cōclusio vera.¶ Secūdo appel
lationes q̄ fiunt cā dilationis nō sunt recipiēdæ, vt 2.q.6.c.
quicunq;,sed talis est appellatio q̄ fieret ad papā futurū,qa
qa sic nunq̄ imponeret finis litibus & qōnib. ergo &c. Ter
tio patet cōcl. ex 1. suppositione appellatio debet fieri à mi
nori ad maiorē, sed papa p̄sens non est minor q̄ sit futurus:
Tertia cōclusio 6 ergo &c.¶ Tertia conc.† à papa ad collegium cardinalium
appellatio nulla est,& per consequens non est admittēda.
patet concl.tum ex prima suppositione, qm̄ collegium car
dinalium cum in authoritate dependeat à papa , & sit mul-
to inferius eo,nulla est appellatio à papa ad cardinales . Tū
etiā qm̄ papa est caput cardinalium & ipsi membra eius,sed
Quarta cōclusio. à capite ad membra non est appellatio:ergo &c. ¶ Quarta
7 concl. † à papa ad concilium vl'e non est appellatio admit-
tenda,patet concl.tum primo ex suppositione prima sic.pa
pæ iudicium est maius omni alio authoritate.vt. s.e.q. pa-
tet profecto,& in c.ipsi sunt canones,dicit Gelasius, ꝙ sedes
apostolica de tota ecclesia iudicare habet, & ipsa ad nullū
remeare iudiciū:ergo conclusio vera.¶ Secundò patet con
clu.concilia pendent à papa,& suscipiunt robur & authori-
tatem ab eo,vt di.17.per totum,& in c.significasti.extra de
Quinta cōclusio. elec. ergo à papa ad concilium non est appellandū,conse-
8 quētia est clarissima.Quinta concl.† papa non pōt statuere
ꝙ à papa possit appellari.patet concl. Tum ex prima rōne
siue suppositione sic.papa manens papa non pōt statuere ꝙ
aliquis sit maior eo in ecclesia, patet quia nō pōt facere cō
tra euāgelium,nec ordinationē Christi,vt c.sunt quidā.25.
qō.1.sed ordinatio Christi est,ꝙ papa siue eps romanus sit
maior ptāte oībus alijs. vnde ait Pet. Io.1. tu vocaberis ce-
phas.i.caput.sibi dictū est.tu es Petr.Matt.16. & pasce oues
meas.Io.vlti.in quibus verbis superioritas & excellentia au
thoritatis apertissime ostenditur:ergo non potest facere ꝙ
Sexta conclusio. 9 ab eo licitè possit appellari.¶ Sexta concl.† licet à papa ma
le informato ad eundem bene informandum propriè ap-
pellari non possit, quia ab eodem ad seipsum appellari nō
pōt:tn̄ esse supplicatio.ar.optimū.35.q.9.sn̄iam cū duobus
capitulis præcedentib.& extra de rest.in inte.c.cum ex lite-
ris.§.nos igitur.cum.n.papa sit homo peccare pōt, & deci-
pi.extra de sen.excom.à nobis.2.& de pe.dis. .si.n. inquit:
nec papa debet pudere suum errorem corrigere,qui posi-
tus est errores aliorum corrigere,ne vnde iura nascuntur,
inde nascatur iniuriæ.11.q.1.peruenit.ver.nā.2.q.7. nos. &
extra de accu.qualiter.faciunt etiā quæ not.ibi in glos. pro
hoc etiam facit,quod legitur de magno Alexandro monar
cha orientis,ꝙ cum semel damnasset quēdam militem fu-
rore repletus ab eius sn̄ia, appellauit miles ad imperato-
rem: cui Alexāder ait nunquid ego imperator nō sum. cui
miles rn̄dit,non quia imperator non furit.pp quod Alexan
per sn̄iam reuocauit, contra eum latam dicens vbiq; dices
facit optimè.11.q.3.cum apud.¶ His habitis dicendum est
ad rationes in oppositum.Ad primā rn̄detur dupliciter.pri Ad primū.
mo iuxta vltimam conclusionem.ꝙ & si propriè à papa ap
pellari nō possit potest tn̄ ad eum in grauaminib.illatis fie-
ri supplicatio & sperandū est,ꝙ non erit ita immemor suæ
salutis.quin cognita veritate grauaminis releuet oppressio
nem q̄ fecit.¶ Scđò respondetur ꝙ in tali casu recurrendū
est ad Deū, cuius solius arbitrio reseruatus est , non tn̄ per
modum appellationis rōne iā dicta in prima conclu: sed p
modum deuotę supplicationis,quā pius pater Deus exau-
diet vel liberando,vel patientiam tribuendo vel in melius
aliquid aliud quod petitur committendo.Sæpe.n. quæ pe-
tuntur.śm August.non dantur,qn̄ petuntur,vel vt meliora Aug.
dentur vel vt conuenientiori tp̄e largiantur.¶ Ad secundā Ad secūdū.
respondetur negando suppositum , qm̄ non est vniuersali-
ter verum,qm̄ aliqua concilia inueniuntur errasse. vnde ꝙ
errauit synodus ephesina.2.appellatum est ab ea.¶ Ad ter- Ad tertiū.
tiam respondetur negādo consequentiam.& ratio est,quia
non sic intelligitur Petrum nomine ecclesiæ claues recepis
se tanquā procurator eius vel syndicus,quia sic Petrus non
diceretur princeps ecclesiæ , aut caput, aut rector eius,sed
ideo dr̄ nomine ecclesiæ recepisse quia non tm̄ pro perso-
na sua,sed pro omnibus successoribus suis in ecclesiæ vnita
te permanentibus,vt satis ex gl.illius capituli colligitur.Le
ge. ¶ [Cuncta de omnibus.] clericis & laicis quantum ad Exponit literam.
causas ecclesiasticas, & quātum ad animas.Hu. ratione pec
cati.extra de iudi.nouit.Arc.[de qualibet parte mundi]qm̄
totius orbis est princeps magister,& rector. Ioā. vlti.pasce
oues meas non has vel illas,sed vniuersas,vt dicit Ber. arg.
10 † ꝙ de delegato papæ appellari potest dummodo speciali
ter appellatio ab eo non sit prohibita à papa. ¶ Surgit hic Quæstio
11 quæstio.† an laicus possit appellare ad papam .Respondet Respōdet.
gl.vt extra de app.c.si duobus.& idem. Hu.dicit ꝙ non nisi
in causa ecclesiastica vel cum agitur coram ecclesiastico iu
dice vel si est de patrimonio beati Petri:laicus ergo debet
appellare ad secularem iudicem , & clericus ad ecclesiasti-
cum.vt 2.q.6.omnis oppressus.Hu.[sed nec] secunda pars.
[sine vlla synodo] hic colligitur † ꝙ papa potest quoslibet
iudicare etiā inuitis episcopis suis, & ꝙ absque synodo vel
concilio potest nouos canones condere,& ꝙ contra volun
tatem totius concilij potest sententiare.Hug.¶ Sed hic sur Quæstio.
13 git qō:quam mouet.Hu.† Ecce congregatum est conciliū
de toto orbe oritur dubitatio fertur vna sententia à solo pa
pa,alia ab omnibus alijs,quæritur quæ est alteri præponen Respōdet.
da.ar.hic ꝙ sn̄ia papæ,& ita gl.in.c.nemo.s.eo.q. dicit ꝙ si
totus mūdus sentiret de aliquo contra papā.videtur ꝙ sen-
tentiæ eius standum est 24.q.1.hæc est fides.ar.contra quia
orbis maior est vrbe.vt 93. di. legimus, sed hoc non ob.qa
licet orbis sit maior vrbe,tamen præest toti orbi, licet spe-
cialiter vrbi.Hugu.tamen dicit distinguendum.cum.n.alte
ra continet iniquitatē & tunc illi præiudicatur.Si vero neu Oppon.& Respōdet.
tra videtur continere iniquitatem & dubium est quæ veri-
tatem contineat pares debent esse, & ambæ teneri. Et hæc
vel illa pro voluntate potest eligi,si tn̄ papa pręcipiat vt sua
sententia teneatur , & non teneatur sententia concilij obe-
diendum est ei,& sua sententia est tenenda, & non illa. arg.
hic.& dist.11.nolite.& in gl.c.quicunque.24.q.1. hoc intel
lige verum est si de articulis fidei est vel de alijs quæ non
dependent de arbitrio aliorum . Si autem est de eo quod
dependet de arbitrio aliorum non valet sine voluntate il-
lorum , etiam si concilium consentiat.puta si vult indice-
re continentiam exorcistis vel acolytis , non potest nec
valet sine eorum voluntate si hoc statuit. Hugu.argum.
14 † etiam optimum concilia dependere à papa , & non econ
uerso, vt . capitul. significasti, extra de electione. vnde
sequitur

sequit̃ pro suo principatu.[voce dñi]Mat.16.& Io.1.& Io. vlt.pasce oues meas.[& semp tenebis]Mat.16.& portę inferi non præualebunt aduersus eam, fluctuare potest Petri nauicula, sed nõ submergi, quid non desinet fides eius, nec ipsa põt eẽ nulla.vt 21.di.§.1.& 24.q.1.pudẽda.& c.à recta.

Cuncta. Ad idem est hoc.c. eiusdem papæ quod est ẽm aliquos palea, quia nihil aliud continet quam capitulum præcedens.

1 *A peccato quis non excusatur timore vel authoritate principis vel maioris.*



FRatres. Ad idem inducitur hoc c. quod est beati Sixti papę scribẽtis Hispaniarũ episcopis.summa est damnatos, iniustè ab episcopis papa restituit & eis ablata præcipit reddi. Et diuiditur in duas partes in 1.facit quod dictum est.in 2. comminatur contrarium facientes.2.ibi, si non vultis, leg.¶[Fratres quos timore.]ar. Diuisio. Exponit literam.
1 †φ non excusatur qs à peccato timore vel authoritate principis vel maioris.ar.16.q.1.in canonib.&.q.7. decimas. & 22.q.5.c.1.Hu.restrictos, vt 24.q.3.comperimus. Hu.[separari.]per excommunicationem.Arc.

1 *Priuilegium si impetratum est contra priuilegium alicuius ecclesiæ debet de illo facere mentionem.*

2 *Metropolitanus non potest recusare electum vel differre eius Consecrationem nisi certam causam assignat.*

3 *Consecratus à papa an præscribat contra metropolitanum suũ.*



Continua. Inducit etiã ad hoc leges imperatorum Valẽtiniani Theodosij & Archadij.Summa est in rubro.Et diuiditur in duas partes hoc.c.in prima ponit legẽ imperialem. in secunda roborat exemplo siue facto Constantini.secunda ibi,item imperator.Lege. ¶[Cõtinua]hæc lex.vt dicunt nõ inuenitur in nostro codice. Hu.& Arc.[continua].i.præsenti.Hu.[vel perpetua seruiunt] qa non solum clerici,sed etiam laici serui vel donati & hospitalium seruitores sunt de foro ecclesiæ. & non sunt trahendi ad iudicium seculare.vr̃ tamẽ,quòd illi clerici.s. qui non seruiunt.s.gyrouagi & vagi possunt conueniri coram iudice seculari.sed quidquid lex dicat,vel innuat,,non credo hoc esse verum nisi essent incorrigibiles.ar.infra.e.q.sacerdotibus.Si .n.ecclesiastica persona,quamuis laica non debeat conueniri coram iudice seculari,multo minus clericus.vt di.89.iudicatum.Hug.[ordinariorum] † ordinarij iudices dicuntur qui ab imperatore vel apostolico ordinariam habent iurisdictionem.extraordinarij sunt qui delegatam & ordinariam habẽt iurisdictionem.Hu.[iudicum nostrorum].s.secularium. Hu. [pertrahantur] vitium notat.nam si episcopi volunt & superior consentit ire possunt ad iudicium talium. Sed huic literæ videtur contrarium.c.diffiniunt.17.q.4.Nam ibi dicit te. quòd damnorum sententia secundum electionem principis est sacerdotibus supererogãda.Sed ibi soluitur in vltima gl. quia exponitur principis.i.iudicis ecclesiastici, vel principis .i.principalis personæ.ibi vero plenius dicetur[illi].s. clerici Hu.[ne quidquam his].s.clericis[publicis].i.secularibus. ar. †quòd clerici non sunt iudicandi secundum leges sed secundum canones.arg.dist.10.lege.&.33.q.2.inter hæc. Sed videtur contra.3.q.9.c.dignũ.& infra.e.q.3.summopere. ad hoc respondetur quòd clerici dicuntur non iudicari secundum leges.s.vbi canonibus contradicunt,vel dicunt,vel dic,quòd nihil commune habeat cum legibus quo ad hoc,vt coram seculari iudice si fuerint rei non actoris.Hu.vel dic,vt no.extra.de no.ope.nun.c.1.

Diuiſio.

Exponit literam.

1 (margin)

2 (margin) Opponit contrariũ. Respõdet.

Item imperator. secunda pars.§.est secundum Hu.quamuis quidam habeant totum continuum cũ præcedenti. Arc.hoc refert Eusebius. 10.libro suæ historiæ.¶[Quorundam clericorum].i.de quibusdam clericis.Hu.[à nemine].s.laico.Hu.[solius Dei].i.ecclesiæ.Nam ecclesia Deus dicitur.vt.2.q.7.accusatio.vnde ecclesiastica iudicia dicuntur diuina humana secularia. vt.3.q.5.quia & clerici appellantur dij.& ab homine non sunt iudicandi.vt.j.e.sacerdotibus.&.12.q.1.futuram. vbi inueniunt hæc eadem verba Cõstantini propriè non possent teneri[solius Dei]nisi intelligatur de occultis,quæ soli Deo seruantur ar.2?.dist.quorundam.& dist.32. erubescant.&.6.q.1.si omnia.&.5.3?.q. Christiana.Hu.

Exponit literam.



Vllus clericus. Hoc est palea. olim fuit in prima compilatione de for.compe.cap.2.sed hodie est remotũ Arch.hac ratione supersedemus à glossa eius.



Vllus episcopus. Ad idem est hoc c.quod est Bonifacij papæ.Sũma est ꝙ episcopus nec alius clericus est ad iudicẽ secularẽ trahendus. Et diuidit hoc c.in duas partes.in.1.ponit ꝙ dictũ est.in.2. ponit ꝙ iudex secularis, q eũ iusserit corã se videre dignitatis & rerum amissione puniatur.¶Leg.Nullus episcopus] supple maxime.Nam idem est de quolibet clerico.& gratia exempli dr̃ hic de episcopo. Hu. & Archid.[militare]militaris iudex est qui præest militibus,vel q tractat tãtum causas militares.vt.C.de iur.om.iu.l.vlt.Sic ergo omnis militaris est ciuilis & non econuerso.secundum Hu. [producatur]inuitus Lau[.Exhibeatur]volens.Arc.[amissione rerum]de publicatione rerum deferẽdarũ ipsi ecclesiæ cuius episcopo vel clerico facta est iniuria.ar.27.q.1.si qs rapuerit &.17.q.4.si quis deinceps Hu.& Arc.hoc idem expresse dicitur in authentico de sanctis.episc.§.sed neq;.vbi hæc eadẽ verba habentur.Hu.& Arch.¶Sed surgit hic quæstio vtrum talis iudex amittat omnia bona sua. Et videt quòd sic vel est intelligendum & exponendum secũdum præmissum authẽticum,vbi dicitur.quod.20.libris auri mulctetur qui episcopum traxerit ad iudicium seculare.ibi tamen dicitur de eo, qui traxit citra imperialem iussionem,sed inutile verbũ est, quia nec de licentia imperatoris episcopus põt trahi ad imperiale iudicium.Hu.& Arc.[cinguli].i.d gnitatis.Hu.plectetur.i.debet plecti.à suo iudice.non imponit pœnam,sed imponendam ostendit à suo iudice Hug.

Diuiſio.

Exponit literam.

Archid.

Quæstio. et Respõd.

Archid.

1 *Clerici non sunt cogendi ad testificandum, nisi in defectum probationis.*



Testimonium. Ad idẽ est hoc.c.ꝙ est Syluestri papæ. Et diuiditur in duas partes,secundum duo dicta quæ continet in summa.in prima dicit ꝙ testimonium clerici non debet accipi cõtra laicum in causa criminali coram iudice seculari.in secunda ponit,quòd clericus non est cogendus à quocunq; seculari iudice ad dicendum testimonium contra laicum et in causa ciuili in iudicio seculari. secũda ibi nemo.Lege.¶[Testimonium]in causa criminali coram seculari iudice Hu.ne clericus sic testificãs in causa criminali fiat irregularis si mors accusati aut membri mutilatio sequatur. Coram aũt ecclesiastico iudice clericus cõtra laicum potest testificari in causa criminali,& ipsum accusare de crimine ecclesiastico.vt.6.q.2.c.1.in causa vero ciuili & clericus contra laicum,& econuerso potest ferre testimonium tam coram ecclesiastico iudice quam coram seculari.vt.14.q.2.c. super. &.c.quanquam.Hu.& Arc.†cogi tamen non debet clericus. ad testificandũ,nisi in defectũ probationis.vt not.extra de testi.cogen.c.super eo.in tertia gl.& supra.2.q. 6. statuendum. in gl.regulare[nemo]secunda pars.[nemo laicorum]iudicũ Hu.vel est sensus.ꝙ iudex secularis non cogit clericum dicere testimonium contra laicum.etiam in causa ciuili,vt.2.q.6 statuendum.Hu.[in publico].i.in seculari iudicio.Hu.& Arc. vel in publico.i.publica,[nisi in ecclesia].i.in ecclesiastico iudicio supra d.23.illud.Hu.& & Arch.

Diuiſio.

Exponit literam.

1 (margin) Archid.


1 *Episcopi non sunt cogendi ad testificandum.*



Nec honore. Inducit ad probandũ quod dixerat dicta aliqua imperatorũ,inter quæ inducit.l.3.C.de epis.& cle.Summa: episcopi nõ sunt cogẽdi ad testificandũ. qa hoc nec honor episcopalis patit, nec legeshoc iubent.breue est. Le. ¶[Nec honore].i.ideo,qa quasi honor esset si veniret,& ferret testimonium,quia ei magis crederetur[nec legibus],quasi vniuersas leges ad testimonium compellant.non.n.cõpellunt episcopũ,nec in legibus inuenitur, ꝙ iure cõi episcopus sit cogendus ad testimoniũ.Hu.vel nec honore referatur negatio ad verbum, quasi diceret & honor episcopalis & leges prohibẽt episcopũ debere cogi ad testimonium vel ꝙ melius vr̃[nec honore iudicis]vel litigatoris.i.quia fit honor iudici vel litigatori,si habeat testẽ,tm̃,vel quia ipse iudex vel litigator magno honore & dignitate sit præditus.Hu.[nec legibus]hoc non mutat.Hu.[flagitetur] p coactionẽ.s.vt cogat venire ad iudiciũ.Hu.& Ar.hũc intellectũ sentit hic Cy.[itẽ epm]de eadẽ lege est.H.[nõ decet admitti]vt alium per coactionem,quia cum alij possint & debeant cogi,episcopus nunquam Hu.& Archi. [personam].i. authoritas & dignitas personæ Hu. [oneratur] si cogatur ad testimonium[sacerdotis].i.episcopi[exceptus]à coactione. i. quæ priuilegio sui est excepta ab huiusmodi necessitate coactionis.s.ne cogatur ferre testimonium. Hu. [confunditur].i.commiscetur alijs.vt non sit differentia inter episcopum & alios clericos vel laicos,quasi diceret. amittit priuilegium,nec gaudet priuilegio præ aliis.s.vt quilibet alius cogatur ad testimonium.Hu.

1 (margin)

Exponit literam.



Episcopus non flagitetur. Ad idẽ est hæc lex quæ sequitur. verba ista prima sunt Gratia.vsque ibi,si iudex.q sunt authẽticæ sup lege p cedẽti.

Episcopus non vadit ad iudcem sed iudex mittit ad eum, vt propsositis euangeliis deponat testimonium. breue est. Lege ¶ [Episcopus iureiurando]. H.d.gl.& Hu. ꝙ Gratianus nõ dicit verum, nam episcopis bene tenentur iurare. vt. 2.q.4. nullam. & .2.q.9. hortamur cum similibus: vacat ergo ꝙ dicitur iureiurando, nisi sic intelligant non flagitetur iureiurando sicut quilibet alius. s. vt iurando tangat euangelia, sed euangelijs tantum coram positis. Sed dicit Io. de Fan. & Arc. ꝙ Gratianus bene dicat. Nam lex loquitur in foro ciuili, clericus iurare non cõpellitur. 22.q.vlt.c.vl. & qđ ſm hanc nõ tenetur iurare episcopus tenet Iaco. But. & dicit hanc veram opinionem & ẽt hoc sentit Lau. & Io. de Fan. [Sed euangelijs corã se positis] tantum quasi non corporaliter tactis. vnde dicit. gl. hoc est priuilegiũ episcopi, ꝙ non tangit euangelium. extra de iura.calum.c.vl. Sed dicit Hu. hoc non obseruari generaliter. vt. 1.q.7. quoties. licet tamen hic innuatur vt episcopus iuret non tangendo corporalibus manibus. manibus tñ extensis supra librum iurat. Et dicit hic Barto. Brixiensi. ꝙ sic fecit fieri in causa patriarchæ gradens. & episcopi venetorũ in qua fuit assessor. Arch. [mittat] hoc debet esse, qñ quis debet abesse propter dignitatem. vt hic dicitur de episcopo, & quando quis nõ põt adesse propter infirmitatem. vt extra de testi.c. si qui testium. nec ob. quod dicitur in.l. testimonium absentis non esse recipiendum. sed ipsum testẽ debere esse præsentem coram iudice. vt. C. de testib.l. si quãdo qm̃ vt dicit Hu. illud intelligitur in causa criminali, vbi districtius proceditur. & ibi magnũ periculum est, vt in autent. de testim. §. hæc omnia. Hug. vel dicendum quòd hoc speciale est, vt in alijs egregijs personis. vt. ff. de iureiur.l. ad personas. vt in glo.

Exponit literam. *Io de Fan. Archid.* *Bar. Brix.*

SI quis. Ad idem est hoc apostolũ, quod est papæ Syluestri. summa est in rubro. breue est. Lege. [Si quis clericus] accusans vel ciuiliter conueniens. Hu. & Arc. [in curiam principis.] vel secularis iudicis. Hu. & Arch. [intrauerit] vt ibi cõueniat est Hu. [anathema sit]. i. anathematizetur, nisi destiterit, vel quãuis velit desistere, tamen in pęnam illius qui quidem hoc ausus est. i. separetur à communione sacramentorũ ad tempus, vel anathematizetur. i. perpetuo separetur ab ordine suo, quasi deponaur. vt. j. in. c. proximo. Hu. vel dic [anathema sit]. s. ipso iure. vt. 2.q.7. si quis erga. secundum Lau. & Arc. Sed verius videtur, quod per sentẽtiam debeat fieri per notata. s. e. nullus iudicum, & extra de foro comp. c. 2. Io. de Fan. Lege. [Subaudiendum] hic determinat magister Gratianus capitulum præcedens habere locum in eo, qui contra clericum petit cognitionem iudicis secularis siue causam cõmittit à principe cognoscendam iudici seculari. Secus si impetret ab imperatore, vt roget episcopum, vt causam eius suscipiat, & iustitiam facit, de quo in proximo sequenti capitulo.

Exponit literam.

1 *Clericus petens ad imperatore cognitionem iudicis secularis contra clericum debet deponi.*

PLacuit. Ad idem est capitulum hoc, quod est ex concilio Carthaginen. Sumptum.
1 Summa ꝙ clericus ab imperatore petens cognitionem iudicis secularis contra clericum deponaſ. Et diuiditur in duas parte. in prima ponit ꝙ dictum est. in secunda indulget ꝙ postulare posset contra clericum iudicium episcopale. siue præces, vt iustitia sibi exhibeatur. secũda ibi, episcopale. &c. Lege. ¶ [Placuit vt quicunq;]. s. clericus, qui cõuenit, vel accusat clericum, & in hoc casu intelligitur hoc capitulum secundum Hug. & Archidia. [publicorum iudiciorum]. i. secularium iudicum, quasi diceret vt ipse cognoscat de causa clerici, vel aliquem iudicem secularem cognoscere faciat. idem credo si peteret vt faceret iudicem ecclesiasticum non suum idẽ cognoscere. Hu. [honore priuetur] 21.q.5. si quis à proprio. & .22.q.8. si quis episcopus [episcopale] secunda pars [postulauerit]. i. preces ad episcopum impetrauerit vt debeat eius causam suscipere, & susceptam nõ deferre, sed canonice terminare. Hu.

Diuisio. *Exponit literam.*


Sic & sequentes. §. est. Ad idem in quo dicit magister. ꝙ sicut præmissæ authoritates prohibent clericum coram iudice seculari non conueniendum, ita & sequentes sunt intelligendæ vnde bene glo. continuat.

1 *Clericus dicitur ascriptus militiæ Christi.*
2 *Absentans se an foueat iniustam causam.*


Hristianis. Ad idem inducitur hoc c. ꝙ est Gelasij papæ. & hæc duo capitula. s. præsens & sequens loquuntur de eadem materia, & eundem habẽt casum. Hu. summa est in rubro. vel sic. Quod clericus corã ecclesiastico. & non coram seculari est conueniẽdus Casus est iste. Quidam manumisit duos seruos. s. Faustinum & Syluestrum, & ipso manumissore viuentẽ facti sunt clerici, eo vero mortuo hæredes eius & vxor eius volebant eos reuocare in seruitutem, quidam Archidiaconus in odiũ illorum clericorum in fauorem hęredum impetrauerat, ab imperatore, vt ad secularem iudicem eos protraherent, ꝙ factum innotuit Gelasio. Scribit ergo Gelasius, & prohibet, ne illud fiat. & mandat etiam cuidam comiti vt eisdem clericis patrocinetur, & non permittat eos ad seculare iudiciũ trahi. ſm Hu. & Ber. Diuiditur autem hoc. cap. in tres partes. in prima ponit gratum exordium. in secunda exponit querelã. in tertia prouidet eos præfato comiti commendando. secunda ibi Syluester. tertia ibi, & ideo. &c. Lege. ¶ [Christianis gratum] adeo vt non negetur. ar. dist. 86. non satis [Deo seruientibus] plane imperialis fidei & clementiæ est, se Dei seruitoribus beneficos & gratiosos exhibere, inde beatificantur Constantinus & Theodosius imperatores. hoc. n. pertinet ad imperialem magnificentiam, vt digne petita concedantur maximè quæ pertinent ad diuinum cultum [à Theodora] hæc erat mater hęredum, & vxor defuncti [ingenuos] id est ex toto liberos. s. nullo obtento obsequio. alias non debuissent ordinari. vt. 54. di. quicunque. Hu. & Arch. & loquitur secundum ius nouum. secundum quod manumissi dicũtur ingenui, sed olim liberti, & non ingenui dicebãtur. Gelasius. n. fuit posterior Iustiniano. Hu. [deterrimæ]. i. extremæ conditioni, quæ morti similis est. vt. 54. di. ex antiquis Hug. [contra leges patris] asserentes ꝙ actor debet sequi forum rei. C. de iuris. om. iu. l. iuris. ordinem. Et istorũ clericorum forum erat prælatus eorum. Hu. [cingulo]. i. dignitate vel ordine. Hu. & Arch. [conuẽtos]. i. ante secularem iudicem ad causam ire compulsos. Hu. [per Archidiaconum]. i. opera & facto Archidiaconi qui odio illorum clericorum impetrauerat ab imperatore vt conuenirentur coram seculari iudice.
1 hoc expressius habetur in. c. se. [cœlestem militem] † quia clericus dicitur Christi militiæ ascriptus. vnde Apostolus. 1. ad ti. 1. & .2 Hoc præceptum do tibi, vt milites illius bona militia, &. 1. ad Ti. 2. certa sicut bonus miles Christi. & hoc d. 50. clericum. & .22.q.8. reprehensibile. Hug. [pulsat]. i. impetit [à fatu] præmisso. Hu. & Ar. [delegatorum iudicum] quibus papa delegauit negotium: delegauerat. n. causam istam duobus episcopis, vt dicitur in sequenti. c. Hu. [aduersarij]. s. Theodora, & hæredes Hu. [ne quid necessitatis [eundi ad secularem iudicem. Hu. [surreptio]. i. latens deceptio, vel rescriptũ per deceptionem impetratũ [inimica legibus] quia leges puniũt violentiam, & prohibent quidquid per violentiam fit con-
2 tra legem merentur dissolui. 33.q.2. notificasti. H. [diffusum] ar. † qui se absentat iniustam causam fouet. arg. dist. 74. & .2. q.3. de illicita. Hu.

Casus. *Diuisio.* *Exponit literam.* *Archidi.*

1 *Hæredes venientes contra dispositionem sui testatoris an veniant repellendi ab hæreditate.*
2 *Iacessere quid dicatur.*


Yluester. Sequitur capitulũ hoc qđ est eiusdẽ de eadẽ materia. de qua in præcedenti: vnde diuiditur hoc capitulum in duas partes. in prima narrat lacrimarum querelam. in secunda prouidet de legãdo causam duobus episcopis. secunda ibi, & ideo fratres carissimi. Leg. ¶ Syluester non literæ in eodem actu]. i. officio. Hu. [cum si veritas subsequatur petitionem]. i. si verũ est, quòd ipsi impetitores nobis oblato dixerunt Hu. [authoris]. i. testatoris. Hu. & Arch. [hæreditas auferatur]. i. debeat auferri. Hu. [legibus]. i. secundum leges [vt]. i. sicut [indignis] quasi venientibus contra factum sui authoris. i. testatoris loquitur secundum antiquas leges secundum quas venientes contra dispositionem sui testatoris ab hæreditate penitus repellebant. nouo autem iure aliter est. ¶ Pro cuius partis pleniori intelligentia quæritur † vtrum venientes contra dispositionem sui testatoris veniant repellendi ab hæreditate. Et videtur quòd sic, primo per. leg. vlt. C. de fideius. secundo videſ rõnabile propter inobediẽtiã & ingratitudinẽ. Sed rñdeſ ꝙ aut loqmur de hęrede extraneo aut de

Diuisio. *Exponit literam.* *Quæstio.* *Respõde.*

aut de filijs vel descendentibus constitutis hæredibus. Si primo est conclusio q talis hæres non implens voluntatem defuncti priuatur tota hæreditate. ista conclusio habetur in auten. hoc amplius. C. de fideicom. Si loquamur secundo modo tunc aut hæreditas consistit in re indiuisibili, & tunc videtur conclusio quòd etiam talis filius aut descendens non adimplens voluntatem testatoris priuatur tota hæreditate. patet in c. licet. extra de vo. & vo. re. vbi de hoc. & ibi per Ber. aut in re diuisibili. & tūc aut circa pias causas debebat impleri voluntas defuncti. & tunc est conclusio. quod etiam tunc priuatur tota hæreditate. vt in. d. cap. licet. & extra de testa. si hæredes. quia & hic cessat falcidia. C. de fideiuss. auten. similiter. secundum Host. Istam conclusionem tenet Hostien. in prædicto. cap. si hæredes. & Ioan. And. Anto. & communiter docto. aut circa causas non pias. & tunc est conclusio quod etiam talis priuatur successione relicta tamē sibi legitima patet conclusio in prædicta aut. hoc amplius. & secundum istas conclusiones potest concordari iura & opiniones secundū Io. de Fan. intellige tamen, quòd hæc habent locum in dispositis in vltima voluntate, sed si hæres non adimplet promissa per defunctum inter viuos videtur cessare hæc pœna. Et licet tex. videatur loqui in eo casu, tamen secundum Hu. manumissor iste facit mentionem in suo testamento de libertate illis data, & expressit, quòd eam seruari volebat. & ab hæredibus non reuocaretur. sequitur in litera [contra patris pro filire iudicium]. C. de lib. causa si ab eo. &. ff. de libe. cum. l. filium. &. C. de fideiuss. leg. vlt. &. 15. q. 2. c. vl. Hug. [per eorum absentiam] id est dum essent absentes. Hu. & Arch. [moderatoris] id est iudicis secularis, scilicet rectoris illius loci. Hug. [promisit] Arch. iste promiserat, quòd starent iudicio seculari secundum Hu. & Arch. [calcatis omnibus] id est contēptο omni, iure, scilicet ecclesiastico, & humano. Hu. [qui]. s. Arch. [contra diuinas leges]. 1. ad Corint. 6. c. publicas. in authen. vt clerici apud proprios episcopos. per totum. Archidi.

2 [pulsatis]. s. illis clericis. Hu. [in vestro lacessit]. i. trahit † lacessit idem est quòd affligit detrahit instigat ꝓuocat exaspe rat secundum papiam. Arch.

Prima cō clusio. Secūda cō clusio. Tertia cō clusio. Hierony: Quinta cō clusio. Io. de Fan. Archid.

1 *Causæ omnium Christianorum an sint referendę ad ecclesiam.*

RElatum: Ad idem est. ca. hoc q est Alexandri papæ. Summa est in rubro. Et potest diuidi hoc capitulum in duas partes. in prima narrat excessum quorundam, qui clericos apud iudices seculares accusare præsumebant. in secunda damnat & exprobat illum dicens q talia, attentantes præuaricantur in Deum & non obediunt preceptis eius. secunda ibi. quoniam taliter. Lege. ¶ [Relatum ad apicem] maxima negotia ad sedem apostolicam referri iussa sunt, vt ab ea vt pote omniū ecclesiarum magistra in cæteros veritas clarescat & dubiorum certitudo emanet. sic. n. maiora Moysi decidenda referenda seruabantur. Exo. 18. & ratio huius tangitur cum dicit [apicem] quoniam ecclesiam romanam quam dominus noster super se, q est petra, 1. ad Cor. 10. petra autem erat Christus. ædificauit apicem in Petro. [fecit]. i. dedit, vt esset apex, & caput oīum fidelium. vnde de Petro pastore vniuersalis gregis dominici constitutio. Io. 21. Dicit Aug. li. de q. non. & ve. testa. q sicut in saluatore erant omnes causæ magisterij, ita post saluatorē in Petro omnes continentur. ipsum. n. constituit caput omnium, vt pastor esset gregis dominici igitur sedes Petri cunctis supereminet omnes, vt membra prospicit, & instruit, & tegit, vt oīa ecclesiarum negotia eidem deferantur [summarū]. i. magnarū. 12. d. c. 2. & 3. q. 6. dudū. Arc. [dicentem] Mar. 16. [quidam emuli Christi &c.] Qui. n. nituntur clericos & sacerdotes trahere ad iudicium seculare, Christo inuident, & suæ ecclesię insidiantur conātes authoritatem à Christo, datam sedi apostolice in Petro auferre, & eam ipsam denudare, ista emulatio est pessima. quia inuident iurisdictioni & libertati ecclesiæ sponsæ Christi, & ministrorum eius [cum magis apostolus Christianorū]. ¶ Hic surgit quæstio † vtrū causæ omnium Christianorum. s. clericorum & laicorū sint referendæ ad ecclesiam. Et videtur q sic ex præsenti c. 2. ex c. placuit infra, e. q. 3. ex. c. quæcunq; supra. e. q. ¶ In oppositum arguitur ex. c. cum sit. &. c. si clericus de foro competen. vbi actor etiam clericus sequitur forum rei, etiam laici. Ad idem est. c. immediatè sequens. s. experientię. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione q nō omnes causæ Christianorum sunt nūc referendæ ad ecclesiā. i. corā iudicibus ecclesiasticis necessario tractandæ. patet ex capitulis supra inductis. vnde manifestè patet q in criminalibus causis. s. sanguinis nō sunt clerici iudices. vt. 23. q. vlt. his à quibus. ¶ Ad capitula in opositum dicendum est. Ad primū de litera præsenti respōdendum. dr iuxta Hu. 1. q. hoc capitulum potest esse verum, si intelligatur, q causæ Christianorū ad ecclesiam sunt referende ad finem agendi pęnitentiā de peccatis. secūdo respondetur ēt iuxta glo. q loquitur ſm antiqua tpa primitiuę ecclesiæ. qn presbyteri iudices erāt, & omnes causas tractabāt. vt d. 95. c. ecc. Sed hodie nō obtinet, nisi in laicis, q sunt de patrimonio ecclesiæ. vt d. 89. iudicatum. & extra de foro compe. cum sit. in primitiua. n. ecclesia pauci erant fideles, & omnes erant religiosi, nec erāt inter eos iudices seculares adhuc constituti, nec multa emergabāt litigia, & ideo plane poterant oēs causę fidelium referri ad ecclesiā. & hoc obtinuit quousq; multitudo fideliū excreuit, Hu. dicit aūt quod vbi apostolus hoc dicat q hic dicitur non est determinatū, sed forte ex illo loco. 1. ad Cor. 6. Secularia iudicia si habueritis contemptibiles. i. minoris reputationis qui sunt in ecclesia cōstituti ad iudicandum. & ſm vnam lecturam. Nam secundum aliam exponitur de ipsis laicis, qui non debēt trahi ad iudices infideles vbi sunt infideles: vnde per hoc non clare habetur, q clerici non possint trahi coram iudice fideli laico in aliqua causa, nisi dicamus intelligendum pro illo primęuo ecclesiæ statu, sicut dictum est.

Diuisio. Exponit literam. Augu. Quæstio. Opponit ī contrariū. Respōdet.

1 *Actor an semper sequatur forum rei.*
2 *Casus in quibus actor non sequitur forum rei.*
3 *Clericus nunquam potest conueniri nisi coram iudice ecclesiastico.*
4 *Prælatus omnis ecclesiasticus an habeat iurisdictionem ordinariam in ecclesia. & nu. 5.*
6 *Consuetudo quę sit quę dat iurisdictionem.*



EXperientiæ. Ad idem est hoc capitulum q est papæ Pelagij. summa est q actor sequitur forū rei. Et diuiditur in duas partes. in prima hic ostendit cū clericus est actor & laicus est conueniendus. in secuda idē ostendit cū econuerso laicus est actor & clericus est cōueniendus. scđa ibi, in his vero. ¶ Pro pleniori intelligētia huius. c. Quæritur. Vtrū† hoc sit generaliter verū q actor sequatur forum rei. & videtur q sic. primo ex pñti. c. 2. ex. c. cū sit generale. extra de for. comp. ¶ In oppositum est. qm multi casus sunt prout. j. dicemus in quibus non est hoc verum. Respondeo dicendū q illud non est ita generale quin in multis deficiat † sunt autem. s. aut plures casus in quibus actor nō sequitur forū rei, prout colligitur ex gl. prædicti. c. cū sit. &. c. licet. &. c. ex tenore. e. ti. quam ex Archi. in præsenti. c. fallit. n. primo illa regula in feudo cum agitur de iure feudali. extra de iud. c. cæterū. ¶ Secūdo fallit in reconuentionee extra de mutu. peti. c. 1. &. 2. nisi in casu, qui colligitur extra de iure patr. relatum. & extra. de alie. mu. in c. ex parte. vbi actor in fraudem expoliauit me, vt traherem oīno eū corā laico, vt me possit ibidem recōuenire. ¶ Tertio fallit in cā matrimoniali extra de cōsan. & af. c. ex literis. & de transla. præla inter corporalia. nisi in casu. extra de pro cu. tue. sed ibi nō est cognoscendum de matrimonio, sed de adulterio ad pænam infligendam. ¶ Quarto fallit vbi agitur ad pęnitentiam p p peccatum. 87. d. libertos. & extra de iud. nouit. ¶ Quinto fallit vbi alibi iudicium inchoatum est. ff. de iur. omn. iud. l. cum quædam. & extra. de foro compe. proposuisti. ¶ Sexto fallit in criminibus, quæ hñt iudicari p ecclesiā. vt in sacrilegio, vsura, piurio hæresi, adulterio qtum ad separationē thori. vt. 6. q. 2. c. 1. &. 12. q. 2. nulli liceat. ¶ Septimo cū cā est spūalis vt puta decimarū, & primitiarū, vt extra de decimis. p totū. in talibus. n. oīb. gñaliter ecclesia forū est tā clericorū q laicorū. j. e. si qs cū clerico. ¶ Octauo fallit cū cedit foro. C. de pac. si quis. & extra de foro cōp. significasti. ¶ Nono fallit rōne rei, de qua cōtenditur. extra de foro cōp. sane. ¶ Decimo fallit vacante imperio, vt extra de fo. cōpe. licet. iste. n. est cas' in quo iudex spūalis pōt se immiscere seculari iurisdictioni. s. cū superior non inuenit. ¶ Vndecimo fallit cū iudex secularis negligit facere iustitiā. vt in. d. c. licet. &. c. ex tenore. de foro cōp. ¶ Duodecio fallit cū aliqd ambiguū fuerit & difficile, & tūc iudex variat. extra qui filij sint legit. per venerabilem. ¶ Decimotertio fallit; vbi forū adijcitur ratione delicti vel cōtractus. extra de foro. compe. cap. fin.


Diuisio. Quæstio. Opponit et Respōd. Primus casus. Secundus casus. Tertius casus. Quartus casus. Quintus casus. Sextus casus. Septimus casus. Octauus casus. Nonus casus. Decim' casus. Vndecim' casus. Duodecimus casus. Tertiusdecimus.

cap.fin.¶ Decimoquarto fallit in casu.cap.cum sit de foro cõpetente scilicet quando rei malefactores sunt aduersus ecclesiam vt deprædantes ecclesiam. ¶ Decimo quinto fallit in iure patronatus.extra iud.quanto secundum Vin.qui ita notat extra de fo.compe.si quis clericus. ¶ Decimo sexto fallit quando per denuntiationem criminis causa defertur ad iudicem ecclesiasticum.extra de iudi.nouit. ¶ Decimoseptimo ratione connexitatis vt in dote.vt extra de don.inter vir. & vxor.de prudentia.¶ Decimo octauo cum habet vtrunque ius.extra de election.cum inter vniuersas.& extra de appella.si duobus ad fi.¶ Decimo nono fallit in causa natiuitatis.extra qui fil.sint legit.lator, & capitul. causam. Ex istis patet responsio ad capitula inducta. hinc & inde. Lege. ¶ [Experientiæ] hoc capitulum loquitur de causis ciuilib[9]. Nam corã seculari iudice clericus non potest agere criminaliter cõtra laicum, sed ciuiliter potest siue de crimine siue de alia re. Hug.quod dic,vt not.supra.2.quæstio.7.laicos.& vide infra clericum nullus.in fin.Arch.[pulsatur]ciuiliter. Hug. [apud iudicem prouinciæ]generale est vt actor sequatur forum rei.vt hic.& de for.compet.cum sit.Sed fallit in casibus iã assignatis[actiones].i.negotia sua.Hu.[in his].2.pars[pulsatur]siue ciuiliter à laico siue ciuiliter & criminaliter à clerico.Hu. [episcopo vel presbiterorũ]qui tñ habebant aliquam iurisdictionem in causis,vt sunt archipresbyteri [submoto] vt in nullo casu possit pulsari nisi corã ecclesiastico iudicio siue pulsetur ratione feudi,seu patrimonij,siue ob aliud.Hu. [vel presbyterorum] quibus episcopus commisit causam, cum ipse nolit vel non possit adesse [vbi quæstio] id est vbi est res,de qua agitur vel vbi commissum est crimen, quod intenditur.vbi enim crimen commissum est ibi causa agitanda est.vt.3.quæstio.6.cap.1.Hug.& Bar.Brix.¶ Sed hic surgit quæstio.vtrum tunc clericus respondebit coram iudice non suo.quia ratione rei de qua agitur vel criminis est de foro illius in cuius est diocœsi.ipsa res vel crimen illud commissum.[indifferenter]id est indistinctè sine exceptione.ergo & in feudo. Et est argu.expressum † quod clericus nunquam potest conueniri nisi coram iudice ecclesiastico Hug. dicit Lau.id est sine vlla exceptione, nisi per reconuentionẽ. ff.de iurisdi.om.iud.leg.fin.quia vero in glos.fit mentio de iurisdictione ordinaria.¶ Quæritur † vtrum omnis prælatus ecclesiasticus habeat iurisdictionem ordinatoriam in ecclesia.ad hoc vr respondendum iuxta. Arch. hic & aliquantulũ glo.† ad hoc quòd aliquis habeat iurisdictionem in clericos & ordinariam prælatus in ecclesijs clericus requiruntur quatuor.primo quòd vniuersitas quæ elegit ipsum sit clericorum vel religiosorum, vel alias idem prælatus iurisdictionem ab aliquo ecclesiastico prælato recipiat. ¶ Secundo requiritur quòd electus sit clericus, vel religiosus vel cum alias non possit nec dare nec recipere spiritualem iurisdictionem scilicet excommunicandi,interdicendi,& similium.extra de arbitr. contingit.de iudic.c.2.¶ Tertio requiritur,quòd nõ sit mulier extra de maio.& obed.dilecta. ¶ Quarto requiritur vt habeat ordinariam iurisdictionem electus ab vniuersitate quòd eligatur in prælatũ.Nam si eligeretur ad aliquam dignitatem in ecclesia,vt primiceriatum, archipresbyteratũ maioris ecclesiæ, vel custodiam, non habet ordinariam iurisdictionem,extra de offi.Archipres.primi.& custo.nisi consuetudo tribuat eis iurisdictionẽ quòd potest.C. de eman.lib.le.1.& vlti.& extra de excess.prælat. capitulo secundo,vel dic quòd hi habent ordinatoriam iurisdictionem ex electione in eo loco in quo proponuntur argu.prædictarum decretalium.teneas igitur inquit Archidia.quòd habet iurisdictionẽ Archidia.vel alij prælati qui sic eliguntur ab episcopis vel à lege,quia censentur vicarij.extra de officio. Archidi. c.1.& de of. Arc. c. . & lex dat iurisdictionem vicarijs secundum Innocent.qui hoc ita notauit in prædicta decreta. extra de officio.ordina.cum ab ecclesiarum & ibi notatur communiter per doctores, qui conferant iurisdictionem ordinariam. † Quòd autem dictum est quòd consuetudo dat iurisdictionem intellige in consuetudine præscripta, vel in ea cuius memoria non existit,vt notat Goffredus in summa. de off.Archid.in fine.& de hoc arg.dixi.9. quæstione. tertio conquestus.ibi videas.Archid.confert.etiam ordinariam iurisdictionem papa vel princeps qui est lex animata. in auto. de consult.in fine. vnde quo ad iurisdictionem ordinariam conferendam æquipollent lex animata, & inanimata. & sic intelligit Goffredus.ff.de iurisdicti. omnium iudicum. Et quia quod verum est cum papa vel princeps. vnam vel duas vel decem causas sed vniuersitatem causarum alicui committit.vnde camerarium papæ vicecancellarium auditorem contradictarum auditores cameræ ordinarios reputat Goffr. vt not.in sum.de off.ordina.§.primo.Et idem not. Hostiens. in sum.de offic.ordi.§.primo.Et idem notat Spe.eod.titu.§.primo.versic.quid de auditoribus &c.Sed quidqd dicant doctores prædicti dominus Bonifacius. octauo inter locutus fuit publicè, quòd in curia romana nullus erat ordinarius. nisi papa. Et hic addendo videas quòd diximus.9.quæ.3.conquestus.Archid.

Quartusdecimus: Quintusdecimus. Sextusdecimus. Octauusdecimus. Vndevigesimus. Exponit literam. Ber.Brix. Quæstio. Laurent. Quæstio. Respõde. Archidi. Innocen. Goffre.

1 *Causa si cummittatur episcopo & sunt duo, sunt vnus intrusus qui possidet, & alius canonicè electus quis eorum debeat cognoscere.*

2 *Episcopus habet iurisdictionem tantum in sua diocæsi. Et est ordinarius in suo episcopatu nu. 3.*



SI quisquam. Ad idem est hoc capitulo quod est eiusdem Pelagij Papæ.Summa est eadem cum illa præcedentis capituli.Nam de eadem materia loquitur cum præcedenti.diuiditur autem in duas partes, sicut præcedens.secunda ibi,si quis autem laic[9]. Lege tex.¶ [Si quisquam clericus] ergo vxoratus & depositus.Hug.de hoc supra.eodem.clericum inferioris.ergo si sit in prima tonsura idem de quolibet cõuerso & perpetuo mãcipato ecclesiæ seruitio,& de vxoribus clericorum,& de rusticis ecclesiæ, seruus ecclesia siue clericorum.ar.12.qu.primo duo.& quæstio.secundo ecclesiarum seruos. & octuagesimo nono.distinct.iudicatum.& distin.trigesimo secundo. eos.de hoc supra eo.nullus iudicum.Hug.[non alibi]nisi causa sit de ecclesiastico crimine, vel de re spirituali.Hu.[vel territorio]non enim semper sedes episcopalis est in ciuitate nec semper episcopus est in ciuitate, imo quandoque circuit diocœsim suam.Hug.[si quis autem] secunda pars. [constitutorum.]¶ Hic surgit quæstio † si causa committatur episcopo Bononiensi, vel parisien.& sunt duo electi, vnus intrusus qui possidet, & alius canonicè electus, quis istorum debet cognoscere.videtur quòd ille qui possidet. argum. extra qui fili.sint leg.per venerabilem.argumẽ.contra de consecratio.distinct.primo.hic ergo.secundum Vincen.qui ita notat in prædicto. capitul. ver venerabilem. Sed hic videt quod leg.& not.supra prima quæst.prima hanc regulam in fine.Archid.Et ponit Ioann.Andr.in præalle.cap.per venerabilem. in.§.rationibus. super versic.loco.item nota.quòd hic consueuit elici argum.† quòd episcopus tantum in sua diocœsi habeat iurisdictionem.argum.nonagesimo secundo.distin.si quis episcopus.&.ff.de boni. auto. iudic.possi.leg.cum vnus .§.pen.Si ergo exiuerit episcopus vel ordinarius ipsam diocœsim vel prouinciam suam secũdum Goffredum habetur pro priuato.leg.tertia.ff.de offic.præsident.& ideo non habet potestatem ius dicendi, siue, iudicandi. lege vltim.ff. de iurisdict.omnium.iudic.secundum Goffre. qui ita notat. extra de offic.leg.nouit. vbi de hoc & sic in alia prouincia non poterit sedere pro tribunali.nono quæstio.secunda episcopum.vbi de hoc quod fatetur Innocen.nisi habeat licentiã diocœsani episcopi,vt ibi cũ similibus. Et idem tenet Hostien.qui dicit de hoc non esse mirandum, vt not. in prædicta decretali.nouit.Et idem notatur in spe. de offic. delega. §.nunc dicamus.ver.& breui nota. Sed iura ad hoc allegata parum vrgent.Archid.[episcopali iudicio]nota forum clericorum pulsatorum esse episcopale iudicium. per hoc removentur Archidiaconi, archipresbyteri, & cæteri sub episcopo constituti.Et est argumen.† quòd solus episcopus sit ordinarius in suo episcopatu.argum.decimo sexto.quæstio. tertia.scitote.infra.eod.quæstio. de persona. argum. contra. in præalle.c.sed ibi soluitur quia loquitur de presbyteris quibus ipse episcopus committit causam, cũ nolit vel non possit adesse secundum Hu.vel dic,vt ibi in prima glo. [principalium] id est principum.vt infra.e.q. de persona.Hu.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio & Respon. Goffre. Innocen. Hostien. Archid.

1 *Episcopus potest delegare causam ciuilem laico.*

2 *Clericus si conuenit laicum coram iudice seculari, tenetur respondere coram eodem iudice, si statim laicus eum reconueniat.*

3 *Clericus in nullo casu potest agere criminaliter coram iudice seculari.*

Clericum.



Lericum. Ad idē ſequitur hoc.c. ꝙ ſumptum eſt ex cōci.agathen.ſumma eſt in rubro. Et diuiditur in tres partes. in prima ponit ꝙ nullus præſumat conuenire clericum coram iudice ſeculari. in ſecunda ponit quid faciendum ſit per clericum, ſi coram ſeculari iudice conueniatur.in tertia quòd clericus nullo modo agat contra laicum corā iudice ſeculari.2.ibi,ſed ſi. tertia ibi,nec audeat.Lege tex.¶[Clericum non permittente] ſupple maxime,quod dic,vt plene leg.& not.extra de fo.comp.

Diuiſio

Exponit literam.

1 c.1.&.c.ſignificaſti.Arc.vel dic[non permittente].i.nō delegante† delegare.n.poteſt cauſam ciuilem epiſcopus laico. de quo not.diſt.96.bene quidem.in gl.& non extra de iud.ca.2. vacat hic ar.à contrario ſenſu.ſ'm Hu. quia quamuis epiſcopus permittat,ſi tamen clericus nolit reſpondere coram iudice ſeculari non tenetur,nec cogi pōt.ar.3.q.6.non liceat. ſed hoc melius reperies diſtinctum.ſ.c.clericū cuiuſlibet.[Sed ſi]ſecunda pars[non reſpondeat]ſubeundo iudicium. debet tamen reſpondere declinādo iudicium,& allegādo exceptionem fori.ar.ff.ſi quis in ius voca.non ie.ex quacunq; cauſa & .ff.de iudi.ſi quis ex aliena.[non reſpondeat]dico dicit Hug. niſi velit,& habeat conſenſum epiſcopi,& hoc in cauſa ciuili, vel proponat excipiendo directè eum conueniendo ſub
2 eodem iudice,quod ſæpe facit ille,qui conuenitur † ſi tamen clericus laicum conueniat coram ſeculari iudice tenetur ſub eodem iudice reſpondere,ſi ſtatim laicus eum reconueniat. vt.3.q.8.cuius in agendo[nec]tertia pars[negotium].i.criminalem cauſam.Hug.[proponere]accuſando criminaliter.ho.


Quæſtio.

¶ Sed hic ſurgit quæſtio.Et videtur quòd hoc non ſit verū, quoniam oībus etiam quibus alias accuſatio denegatur conceditur in propria cauſa.i.ſi ſuam vel ſuorum iniuriam pro ſe quatur.vt.4.q.6.oībus.ſecundo ad idem eſt quia in criminibus exceptis poteſt quilibet etiam clericus accuſare.

Reſpōdet.

Ad hoc reſpondetur iuxta Hu. & Arch.qui ſequitur eum ꝙ hoc qđ hic dicitur,verum eſt.Et ad ea quæ inducitur in contrarium dicendum, quòd in illis caſibus clericus poteſt accuſare. ſed
3 non coram quolibet iudice † clericus.n.in nullo caſu poteſt agere criminaliter coram ſeculari iudice.ſi ergo corā eo vult proponere propriam iniuriam,vel ſuorum vel aliud crimen aget ciuiliter tantum,quod licet ei.Hug.de hoc not.2.q.7.laicos. ibi vide.Arch.

1 *Clericus poteſt iudicari à laico quando eſt incorrigibilis.*
2 *Contumelia quid dicatur.*
3 *Clericus impugnans ſuum epiſcopum præter conuiciationem & comtumelias qualiter puniatur.*
Et quid ſi per contumelias. nu 4.
5 *Clericus conſpirans contra prælatum pro bono eccleſiæ non peccat.*



I quis ſacerdotum. Ad idem eſt hoc c. quòd eſt Pij papæ.Summa eius & duorum ca-

Continuatio.

1 pitulorum ſequentium eſt † quòd clericus pōt à laico iudicari cum eſt incorrigibilis.continuatur autem ſic ad præcedentia,dixerat. n. magiſter,quod clerici non ſunt cōueniendi,niſi coram eccleſiaſtico iudice,ſed quia in caſu quandoq; conueniūtur coram ſeculari,ideo magiſter ſubiūgit illum caſum in his tribus capitulis.ſ.cum omnino eſt incorrigibilis,& per eccleſiam corrigi non poteſt,tunc de licentia eccleſiæ iudex ſecularis pōt eum capere.& coercere.ar.&.d.18.q.5.non licuit.&.23.q.5. de iguribus.Non diuiditur.Lege.¶[Si quis inobdiēs]in his quę pertinent ad officium præcipientis.Archid quod dic,vt le.& no.extra de temp.ord.ad aures. & quæ ſunt colligitur. 7.q.1.quia frater.& ibi dixi.[inobediēs]dico pertinaciter, ſic quòd ſæpe admonitus non reſipit,nec ſe corrigit. Hug. [aut ei inſidias]dolos,& coniurationes,contra eum facies.Hu.&

Exponit literam.

Archid.

2 Arch.[aut contumeliam]†cōtumelia iniuria eſt, & graue cōuicium.Hu.[aut calumniam].i.crimen calumnioſè intulerit.Hu.& Arch.[conuicia]quæ non tantum in ipſum ſed ēt in eccleſiam recidant.Nā ſi tm̄ in ipſum redundarent,non debet ideo ille excōicari,vel deponi ab eo.vt. 23.quæſ.4. inter. poſſet tamen deponi & excōmunicari à ſuperiore quòd hic nō negatur.Hu.[intulerit]cum probare non poſſit, vel nolit.Hu.facit.5.q.1.c.1.& quod ibi no.in ſumma[intulerit]dico non ſemel,ſed ſæpè,& ex certa ſcientia repetendo.Nam ſi ſemel vel ex iracundia hoc fecerit & pęnitere vellet,nec amplius reiterare,non ſic damnabitur,in quo caſu loquitur contrarium hic ſignificatum ſupra.2.q.3.ſi quis iratus.Hu.& Ar. [mox depoſitus]ex quo cōuictus eſt ordine iuris, ſi rebellis inueniatur & talis quòd per eccleſiā corrigi non poſſet[tunc curiæ tradatur].i.à ſeculari poteſtate capi permittaī,vt ab ea coerceatur, & puniatur, ſi peccauerit . vel ſi non peccauerit ibi ſeruiat perpetuo.vt.3.q.4.clericus.Hu.¶Hic ſurgunt

Prima qō.

Secūda qō.

3 duæ quæſtiones†prima de clerico qui præter conuiciationem
4 & contumelias impugnat epiſcopum.¶Secundum eſt†vtrū clericus rebellis inobediens epiſcopo per conuiciationem & contumelias ipſo facto debeat ſubiici pœnę huic,vt tradatur curiæ ſeculari.¶Ad primam reſpondetur ſub duabus concluſionibus.prima eſt quòd clericus præter conuiciationem, & contumeliam impugnans epiſcopum ſuum,præbendo cōſilium,vel auxilium aduerſario eius,tanquam membrum putridum amouendus eſt ab eccleſijs & à beneficijs priuandus. extra de exceſ.præla.c.grauem.ſ'm Goff.qui ita notat extra

Reſpōdet. Prima cōcluſio. Secūda cōcluſio.

5 de teſt.cogen.c.vlt.¶Secunda concluſio†quòd clericus conſpirans contra prælatum pro bono eccleſiaſtico non peccat. iſta concluſio eſt Inn.qui ita notat in prædicto.c.vlti.& concor.cum eo.Hoſt.extra de re iud.cum I.& A.in fi.quæ decretalis conſpirationem talem admittit vt ibi patet in princi. & extra de accu.c.pen.Arch.¶Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur quòd hic eſt multiplex modus dicendis.Quidam .n.dicunt quòd huic pœnę non ſubijcitur clericus conuiciās epm̄ ſuum,niſi ſit incorrigibilis, & iſte intellectus eſt benignus.vt not.extra de ver.ſig.nouimus.& hunc intellectū ſequiturr hic gl.Hu.& Bar.& Ber.in prædicto.c.nouimus.Ali* modus dicendi eſt,quòd talis clericus etiam ſi ſit incorribilis ſtatim tradendus eſt curiæ ſeculari . Et hunc intellectum dicit Hoſt.in prædicto.c.nouimus.eſſe veriorem,de quo etiā hic in tertia gl.vbi dicit.quod hic ſit caſus ſpecialis,vt aliquis ſtatim tradatur curiæ ſeculari ſicut eſt de falſario.vt extra de cri.fal.l.ad falſariorum.iſtam ſententiam ſequitur Gof. vt dicit Arch.extra de hæreti.excommunicamus.1.& Ber.& Tā. e.ti.c.ad abolendam.§.1.in gl.in tribus &c.¶Sed contra hoc not.3.q.4.clericus.& extra de iud.at ſi clerici.in gl.vlt. Archi. circa vero illud quòd dicitur in litera mox depoſitus &c. dicit Hug.& non dicit depoſitus &c.mox tradatur. clericus.n. depoſitus non debet tradi curiæ ſeculari ſtatim, ſed debet poni in monaſterio,vel alio loco ad agendam pęnitentiam.81. d.dictum.& ſi ſic contempſerit reſipiſci nec ibi in pace eſſe voluerit,factus contumax excommunicabitur. & ſi nec ſic corrigatur,nec aliquo modo corrigi poſſet per eccleſiam tūc vltimo tradendus eſt curiæ.i.pronunciādum eſt in iudici ſeculari,vt eum capiat & coerceat. & ſic debet intelligi. quod hic dicitur et.ĵ.e.ſtatuimus.&.3.q.4.clericus.&.23.q.5.de liguribus.ergo tunc demum clericus tradendus eſt,cū per eccleſiam corrigi non poteſt.notat conſequēter Hu. & poſt eū Arc. quòd clericus depoſitus traditur curiæ quandoq; vt ibi ſeruiat,quandoq; vt ibi puniatur.ſ'm qualitatem & quantitatem delicti.Ar.hic.&.3.q.1.clericus.&.ĵ.ea.ſtatuimus.Puniēdus eſt cum non vult deſiſtere à malo,ſeruire debet cū vult ceſſare,niſi forte in tanto ſit crimine,quod neceſſe ſit eum puniri,propter alios ſecundum.Hu.& eandē vim facit Lau. eodem modo exponendo tex.poſt.Hu.Arch.

Ad quintū.


Hoſtien.

Goffre. Oppnnit.

Archid.

Lauren.

1 *Supplere debet per gladium materialem quòd non poteſt fieri per gladium ſpiritualem.*



Etimus. Ad idem currit hoc capitulum ꝙ eſt ſumptum ex concilio Cartaginen.Summa eſt.ꝙ ſi quis inuadere aut vſurpare aliquem eccleſiam præſumpſerit,& admonitus dimittere noluerit,& per eccleſiam expelli nō poterit,liceat adire & inuocare poteſtatem ſecularem,qui eum vi expellat.diuiditur aūt hoc capitulū in duas partes.in prima ponitur ſupplicatio clericorum illius loci, in quo erat vnus violenter intruſus.in ſecunda ponitur exauditio petitionis ſeruata tamen forma diſciplinę.ſecunda ibi,aurelius epiſcopus.Lege text. ¶[Petimus.]Caſus eſt quidam epiſcopus quendam epiſcopatum inuaſerat & ſæpe admonitus eum non dimittebat.nec per eccleſiam repelli poterat,petunt ergo clerici illius loci,& forte epiſcopus qui ibi erat, vt liceat eis adire rectorem prouinciæ, qui eum expelleret, & datur licentia eis à concilio ſeruata tamen forma diſciplinæ id eſt præmiſſa canonica monitione[petimus]nos clerici loci.ſecundum Hug.& Archidiaco.[dignemini]vos patres in concilio congregati.Archi.[fiduciam id eſt licentiam, & autori-

Diuiſio.

Exponit literam. Caſus.

thoritatem,& poteſtatem. Hu.[ſtatuta].ff.de rei ven.qui reſtituere.Lau.& Arc.[aduerſus illũ].ſ.intruſum[admonitus]ſm ꝙ ſtatutũ fuerat in lege & canone.ſ.vt trina admonitione vel vna peremptoriè cõmoneret, vt.24.q.3.de illicita.&.12.q.2. indigne. Hu.vel[relinquere]ſm ꝙ ſtatutũ fuerat forte promiſerat ꝙ eam relinqueret.Hu.[authoritate iudicaria].i.iudi
1 cis ſecularis.Hu.& Arch.& eſt ar.†illud deberi ſuppleri per gladium materialem quod nõ poteſt fieri per ſpũalem.ar.d. 17.nec licuit.&.23.q.5.principes.&.c.de liguribus[Aurelius] ſecunda pars[ſeruata forma diſciplinæ].i.trinæ admonitionis.ſ.vt trina admonitio præcedat.vt.12.q.2.indigne. Hu.&. 24.q.3.de illicita.Arch.¶Sed hic ſurgit quæſtio.Nonne dictum eſt ſupra in litera, ꝙ commonitus fuerat,quid ergo neceſſe fuit iterum commoneri. Reſpondetur iuxta Hug. ꝙ forte non fuerat primo commonitus à iudice,vel voluit, ꝙ quaſi de nouo conueniretur & cõmoneretur.& tunc ſi ſeruata fuerit forma diſciplinæ nõ ſchiſmabitur[impetitus].i.iniuſte petitus, & expulſus.Hu.vel iniuria laceſſitus.Arch.[cõuentus].i.admonitus.Arc.[contemptu]contẽnere eſt aſpernari,non curare,ſm papiam Arc.[contumacia] cõtumax dicitur eo ꝙ contemnit[conuentus].i.expulſus.Hu. & Arch. [honoratus &c.]oſtenditur ꝙ concordes fuerint omnes patres concilij.in voto Aurelij epiſcopi.

Lauren. Archid. — Quæſtio. Reſpõdet — Archid.

1 *Ordinatus extra formam eccleſiæ nihil accipit.*


Stud. Ad.idem eſt hoc capitulum ꝙ eſt beati Gregorij.Summa eſt in rubro. Pro cuius intellectu notandus eſt caſus qui eſt iſte. ſm Hu.Mediolanen.Archiepiſcopus & Aquilien. patriarcha olim ſe adinuicem cõſecrabãt, ita ꝙ ordinator ſemper debebat ire ad eccleſiam ordinandi vt ibi ordinaretur.contigit quod vterq; eſſet ſchiſmaticus,et tamen Mediolanen.archiepiſcopus in ipſo ſchiſmate ordinauit Aquilien.patriarcham,& etiam in alio fuit peccatũ in eis, quia Mediolanen. non iuit ad eccleſiam eius, ſed contra antiquam cõſuetudinem & à papa approbatam fecit eum venire ad ſe,& ſic eũ ordinauit.iſtum caſum expreſſe inuenies. 24.q.1.pudenda.iſti ſæpè fuerunt admoniti, vt reſipiſcerẽt, quod cũ non facerent,& eccleſia non poſſet eos cogere,mandat apoſtolicus alicui potenti vel aliquibus vt eos capiant ad primatem ducant ſub digna cuſtodia vt per eum puniantur & cuſtodiantur.Lege.¶[Iſtud illum Mediolanen.]noluit ponere nomen eius.quia propter nimiam eius malitiam notus ſatis intelligebatur de quo apoſtolicus loquebatur Hu. [iſte] .ſ.Aquileien.[contra omnem conſuetudinem] quia ordinatus erat à ſchiſmatico.vel quia non erat ordinatus Aquileie. ſicut mos erat vel forte extra formã eccleſiæ ordinatus erat & ſic nihil acceperunt.& ideo non poterat eſſe epiſcopus.i.
1 exercere officium epiſcopale.Et eſt arg.†ꝙ nihil accipit qui extra formam eccleſiæ ordinatur.ar.di.23.quorundam. Hu. [ille].ſ.Mediolanen.[contra morem antiquum] quia ſchiſmaticus,vel quia extra formam eccleſiæ, vel quia non iuit ad eum.Hu.& Arch.

Caſus — Exponit literam.


1 *Clerici vel monachi conſpirantes aut coniurantes aduerſus epiſcopos ſuos ſunt deponendi à proprio gradu.*
2 *Coniuratio quid dicatur & qualiter differat a conſpiratione*
3 *Conſpiratio quid dicatur & quomodo fiat.& nu. 5.*
6 *Spiritus ſepe accipitur pro ſuperbia.*
7 *Factio quid dicatur.*


Oniurationem. Hic magiſter agit de ſeditionibus & coniurationibus,quas clerici ſæpe faciunt epiſcopis ſuis.& continuatur tractatus iſte ad præcedẽtem ſic.facta.n.erat ſupra de eis mentio in illo.c.ſi quis ſacerdotum ibi, aut inſidias ei parauerit &c. inde ſumpta occaſione oſtendit in his quinque capitulis qualiter huiuſmodi clerici qui faciunt huiuſmodi coniurationes,& ſediones puniantur, & ꝙ clerici perpetuo ſunt deponendi vt hic dicitur.& in monaſterio retrudendi.vt.25.q.vlt. clerici. Laici vero ſunt excommunicandi.vt infra.c.2.inducit ergo in primis hoc.c. quod eſt ſumptum ex concilio calcedonem.vbi ſumma eſt† ꝙ cle
1 rici vel monachi conſpirantes aut coniurantes aduerſus epiſcopos ſuo ſunt à proprio gradu deponẽdi.Et diuiditur hoc c.in duas partes.in prima ponit quam rationabiliter coniurationum & conſpirationum crimen ſit ab eccleſia prohibendum.in ſecunda ponit pœnam debitam clericis conſpirantibus,& coniurantibus,ſecunda ibi,ſi qui vero. Lege.¶[Coniurationum.]Notãdum pro intelligentia horum terminorũ
2 iuxta Hu.in hoc. c. ſequitur cũ Arc.†quòd coniuratio dr̃ fieri cum iuramento & differt à conſpiratione. quia coniuratio fit cum iuramento,ſic dicta à coniurando.i.ſimul iuran-
3 do in vnum.†conſpiratio ſit pacto tantum.ſ.ſine iuramento ſic dicta à conſpirando.i.ſimul aſpirando.ſ.quando plures ſpirant & flant & tendunt & diriguntur in vnum.vel dici poteſt conſpiratio.à con.& ſpiritu.i.ſuperbia & elatione. qua tales
4 dicuntur†ſæpe.n ſpiritus pro ſuperbia accipitur vt Eſa.2.abſtinete ab homine, cuius ſpiritus in naribus eſt.& ſm hoc conſpiratio ſemꝑ accipitur in malo.ſ.quæ ſit in malo zelo,& ſtimulo ſuperbiæ,& ex cõtemptu Hu. Et hoc vltimũ dictũ ſequit̃ hic Lau ab illo ver.vel dici põt Ar.vtrum aũt oĩs cõiuratio ſit mala diſputãdũ venit.j. e. circa capitulũ ſi qs clericorum[crimen]bene crimen qm̃ coniurare in proximum iniquum eſt crimen contra proximum & eius caritatẽ. de qua patet.3.Reg.15.ꝙ Abſalon in odium & malum patris ſui ꝓcurauit fieri coniurationem cum Abſalon & ſimiliter Actuũ 18.pluſquam.40.viri in necem.Pauli fecerant coniurationẽ.
5 [Conſpitationum]†conſpirare eſt contra aliquem ſimul in vnum maligno ſpiritu inſurgere.ſic iudæi.Ioann.9. aduerſus Chriſtum conſpirarũt[publicis].i. ſecularibus.Hu.[in eccleſia]nam cum eccleſia ſit locus pacis.Pſalm.75.in pace factus eſt locus eius & orationis.Mat.21.domus mea domus orationis vocabitur magis debet prohibere crimen conſpirationum & coniurationum,quam leges ſeculi, quia eccleſia eſt, congregatio fidelium cum vna cauſa ad bonum & non ad malũ,ne ſit illa eccleſia de qua dicitur.Pſal.21.odiui eccleſiã malignantium &c.[abdicari].i.ſeparari,remoueri,vel prohiberi Hu.[Si qui vero]ſecunda pars[conſpirantes]a.9.d.c.2.& in conſtitutione Nicolai.extra de ver.ſig.c.conſtitutionem.in.
6 §.cæterũ.li.6.Archi.[factiones]† & hæc factio,vt dicit Hug. eſt conſenſus in malo.ſicut concordia in bono. in omnibus iſtis capitulis ſunt argumenta contra clericos qui tota die iurant contra epiſcopos ſuos.Hu.


Continuatio. — Diuiſio. — Exponit literam — Laurenti.

a¶ Cõſpirãtes. Cõſpiratores q̃re repellãtur ab agẽdo.Pet de Ancha.in c.exhibit. nu. 10. de iudi. & ibi nu. 11. qñ conſpiratio ſit licita.

1 *Clerici conſpirantes aduerſus prælatos ſuos, & eis conſentientes ſunt deponendi.*


Onſpirationum. Ad idẽ ſequitur hoc cap.quòd eſt Calix
1 ti papæ.ſumma†clerici conſpirantes aduerſus platos ſuos & conſentientes eis ſunt deponẽdi. Si vero ſint laici ſunt excommunicandi & omnes ſunt infames.diuiditur autem hoc.c.in tres partes.in prima narrat exceſſum in ſecunda deteſtatur illum oſtendens non modo apud Chriſtianos ſed apud gentiles deteſtabilem eſſe.in tertia punit illum duplici pœna.ſ.depoſitionis ſi ſit clericus,excommunicationis ſi ſit laicus,& pęna infamię vtriq;.ſecũda ibi,cuius, tertia ibi,anteceſſores.Le.¶[Cõſpirationũ cõtra epiſcopos ſuos conſpirare]ad cõcluſionem ſtatus ipſorum epiſcoporũ. Nam conſpiratores conſpirant in ſubuerſionem ſtatus alterius,vt no.extra de ſimon.c.per tuas.in gl.conſpiratio.n.&c. & hoc probatur extra de iureiuran.c.petitio. vbi colligitur. quòd conſtitutio eſt confederatio facta in præiudicium perſonæ alicuius,vel dignitatis ipſius.Arc.[cuius criminis]ſecũda pars[inter ethnicos].i.gentiles.& eſt ar.quòd in clericis licitis ẽt ab infidelibus eſt ſumendum exẽplum.ar.di.21.c. ſubmittitur.&.13.q.2.conqueſta.Hu.[ab exteris].i.ſecularibus. Hu.[legibus prohibita].C.de his qui ad ecc.confu. l. denuntiamus.&.C.de monopol.l.1.&.ff.de colle.illicitis. l.1. Arc. accipitur tamen quandoq; conſpiratio in bona ſignificatione vt in aut.vt cum de app.co.§.ſi quis de prædictis parentibus Ortodoxis,vbi dicitur.quòd beatiſſimi patriarchæ vna conſpiratione & cõcordia rectã fidem prædicãt. Arch.[ſed ẽt cõſentientes]ſo.2.non ſolũ qui talia agunt,ſed qui eis cõſentiũt digni ſunt morte[anteceſſores]tertia ps[carere præceperũt] & perenniter in monaſterio detrudi.23.q.8.clerici.Hu.[in ſacerdotio]alias in ſacerdotali honore.Arc.[cæteros].ſ.laico Hu.[cõne priuari].ſ.fideliũ & ſacramentorũ,ſi volunt ceſſare vel cõione ſacramẽtorũ ad tps ſi peniteãt & ceſſent.ſimile .j.e.q.3.qui cõicauerit.&.28.q.1.nullus[vtriuſq;].ſ.clericalis & laicalis Hu.[infames]non ipſo iure,ſed ꝑ ſnĩam.Hu.[conſentientes]ꝑ licentiã & approbationem.vt.2.q.1.c.notũ.Hu.

Diuiſio. — Exponit literam. — Archid.


I qui clerici. Ad idem eſt hoc.ca. ex concilio calcedonẽ.ſumptum ſumma eſt in rubro. vel ſic,ꝙ ſi clerici vel monachi fuerint cõuicti cõſpirationẽ feciſſe à ꝓprio gradu deiiciantur.

deijciantur.breue est,& non diuiditur.patet litera.

1 *Clerici si conuicti fuerint coniurationem fecisse puniendi sunt secundum diuersitatem personarum.*

2 *Coniuratio qualibet an sit prohibita vel mala. quod non.nu.3.*

4 *Præsumptio in dubio semper fit contra coniurationes.*



SI qui clericorum. Ad idem est hoc capitulum ex concilio aurelianen.sumptum.Summa est† q̄ si qui clerici vel monachi conuicti fuerint coniurationē fecisse puniendi sunt secundum diuersitatem personarū & ordinum,diuiditur autem in duas partes. in prima statuit pœnam contra tales. in secunda assignat rationem. secunda ibi,quia sicut. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. capituli & aliorum de hac materia loquentium. ¶ Queritur [Diuisio.] 1 [Quæstio. Primũ ar.] 2 †vtrum quælibet coniuratio sit prohibita vel mala. Et videtur q̄ sic.prima ex capitulo.seditionarios.dist.46.¶ Secūdo [Secūdũ ar.] idem videtur ex eo q̄ quælibet coniuratio sit prohibita, eo [Tertiũ ar.] q̄ generaliter coniuratio in his quatuor capitulis prohibeatur.¶ In oppositum videtur. quia aliqua est bona.vt.16.q.2. [Opponit & Respō.] sane.& 1.q.1.concussionis.¶ Respondeo dicendum dimissis quorundam sententijs sub ista conclusione † q̄ nō omnis 3 coniuratio est mala,aut illicita,sed aliqua est bona.ista conclusio satis colligitur ex litera præsentis capituli ex illo verbo, rebelli.& ex illo verbo interdicente. & ex illo verbo præsumptio.& ex illo verbo,præsumptores.pro quo notandum iuxta Hug. & gloss. quod coniuratio aut fit in re licita, aut in re illicita.Si in re licita,vt si clerici coniurent.i. simul iurent, quod debeant resistere & non consentire episcopo volenti dilapidare bona ecclesiæ, vel ponere in ecclesia malos & pessimos clericos,& huiusmodi de tali est conclusio. quod talis coniuratio est licita,& laudabilis.ista cōclusio non solū est gl. & Hug.sed etiam Goff.qui dicit.quod licet coniurationes sint illicitę.vt.46.disti.seditionarios.in casu tñ possent esse licitę, vt si clerici statuant inter se,quòd teneant se simul ad non permittendum prælatum dilapidare,vel non admittendum prelatum excommunicatum. vt in.c.s.alleg.sane.& hoc ipse no- [Hostien.] tat extra de re iud.c.exhibita.vbi idē sentit Host. Et ad hoc etiā allegat.ar.89.di.c.2.&.22.q.4.si ad peccatū:cauēdū tñ est ẜm Hosti. ne sub hoc prætextu conspiratio nutriatur.& di- 4 cit Inn.extra.de schisma.ca.1.quòd† in dubio semper præsu- [Vincent.] mitur contra coniurationes & allegat hoc.c.si qui. maximè si firmantur in perpetuū.vel generaliter.idē Vin.extra de tes. eo.c.fi.siue cōiuratio sit in re illicita,vt si iurent,q̄ velint episcopum expellere cum sit bonus,vel quod non debeant recipere in ecclesia nisi consanguineos, & nepotes suos illiteratos,& malos,cum episcopus vellet ibi ponere bonos, & q̄d nunquā obedient episcopo in dimittendis concubinis, & q̄ nunquā plures recipient,nisi tot, cum ecclesia pluribus indigeat,& pluribus honestæ ecclesiæ bona sufficiant. Et de tali coniuratione ponitur cōclusio quòd talis est illicita,mala, & damnabilis.Et ista est quæ prohibetur in oībus istis capit.&. [Quæstio. Respōdet] 79.di.c.2.&.22.q.4.si ad peccatum.¶ Sed hic surgit quæstio. quia cum clerici sine iuramento possint resistere prælato nō videtur conueniens interueniri hoc iuramentum.& sic cessabit nomen coniurationis.Ad hoc respondetur iuxta Hug.q̄ hoc verū est q̄ sine iuramento illud possent facere clerici, & honestius est sine iuramento fieri. sed tamen conuenienter caute interponitur iuramētum propter facilitatē corruptionis Hu. Solent enim episcopi precibus & pretio aliquos de clericis corrumpere cum volunt hoc committere,& homo cito deuiat à vero propter pecuniam vt.j.e.q.3.c.quatuor.& c.pauper.Et ideo caute interponitur iuramentum, vt quilibet memor sui iuramenti non deuiet à vero vt.j.e.vl.sancimus.ẜm Hu.Sed Innocen.videtur aliter sentire,& quidā alij [Innocen.] quòd omnino coniuratio est mala,& illicita. Sed tu dic quod hic tantum prohibetur illicita cum Hug.sicut dictū est.quæ opinio magis vr̄ cōcordare canoni quod patet ex eo quod sequitur præsumptores, ex dictis patet responsio ad capitula [Exponit literam. Archid.] hinc inde allegata.Lege.¶ [Si qui per superbiā].18.q.2.§.ecce.Arch.[intercedente]alias interdicente, & sic ponunt Hu. & Lau.Arc.& tunc construe sic.collegerunt se in vnū rebelli coniuratione [authoritate legis & canonis interdicente].s. talem coniurationem,quæ fit ex rebellione, & contumacia, & malo zelo, & in rebus illicitis Hug. ergo si non interdicat authoritas bene possunt clerici in episcopum suum cōiurare,si male versatur in administratione,& ei in facie resistere. 74.di.honoratus.Nec obstat.j.e.c.16.præsumptio[quia]expone.i.temeritas.Laur.& Arc.nullis excusationibus.i.probationibus ductis in cōtrarium Hu.& Arc.[labetur].i.elidetur. [Laurent.] Hug.sed Lau.[exponit].i.inulta relinquetur. Si.n.constiterit de cōspiratione per aliquas præsumptiones seu ꝓbationes punietur, nec admittetur excusatio aliqua cum huiusmodi bono zelo fieri non possit.iste.n.est intellectus huius literæ, nec aliquid dicitur de præsumptione contra legē, quā nō admittat probatio.ẜm Lau.Arc.[in synodo].12.q.2.placuit.& 7.q.2.c.1.Arch.[iuxta personarū.]54.dis.fraternitatem.&. [Archid. Laurenti:] 16.di.quod dicitis.&.26.q.6.de his Lau.[ordinū qualitatē.] 29.di.necesse.& di.35.ante.& di.50.contumaces. Hug.[quia sicut]secūda pars[corde] id est ex corde.Hu.[non chartulę] subaudi tantum.Nam charitas consistit solidius sacramentis interpositis.vt.22.q.1.omne.Lau.& Arc.[supra sacras]id est contra,quasi quæ fiunt sacra scriptura ea prohibente,quod fit cum quis transgreditur diuinam scripturam, vel faciendo quod prohibetur,vel omittendo quod præcipitur.Hu.Arch. [admittuntur]id est committuntur. Hu.

1 *Causę quæ oriuntur inter clericos & laicos an debeant per episcopos prouinciæ congregatos terminari.*



SI quæ. Ad principale propositum quæstionis inducit hoc capitulum, quod est Innocentij papæ. & summa satis plene explicatur in rubro.breue est,& non diuiditur.Lege. 1 ¶ [Si quæ causæ.]¶ Hic oritur quæstio † vtrū hoc sit verum quod omnes causæ quæ exoriūtur inter clericos & laicos debeant per episcopos prouincię [Exponit literam. Quæstio. Primū ar.] congregatos terminari.Et videtur quod non,primo ex.c.s.e. experientiæ. &.cap. sequen. vbi habetur pro generali,quod [Secūda ar.] actor sequitur forum rei.& ex similibus.¶ Secūdo arguitur [Tertiū ar.] ex eo quod nunc tale statutum non obseruatur. ¶ In opposi- [Opponit. & Respon.] tum est.c.præsens.¶ Respondeo dicēdum,quod capitulum hoc non est intelligendum ita vniuersaliter in certis casibus de quibus loquitur glo.partim & Hug. plenius loquitur.secundum quot hoc capitulum habet multiplicem expositionem,primo,vt hoc.c.loquatur de causis ecclesiasticis criminalibus.i.vbi agitur de ecclesiastico crimine.¶ Vel secundo cum de causis agitur spiritualibus in quibus vtrosq; quicunque quemcunque conueniat non debet eum conuenire nisi coram ecclesiastico iudice vt.16.q.2.c.1.& disti.10. certum. ¶ Tertio exponitur de laicis,qui sunt de patrimonio ecclesię qui non sunt conueniendi nisi coram ecclesia.vt di.89.iudicatū.¶ Quarto potest intelligi in illis locis,vbi episcopi habent vtranque iurisdictionem temporalem & spiritualem tam super laicos quam super clericos. vt.25.q.5. si quis presbyter. ¶ Quinto potest intelligi,quando laici sunt actores,& clerici rei. Et ita patet quòd primum argumentum non procedit. [Ad primū arg.] ¶ Ad secundum cum vt etiam dicit Hug.quod hoc nō obser- [Ad secūdū] uatur,nec ita generaliter intelligitur. sed forte loquit̄ de causis,quę cōiter ad eos omnes pertinēt. Et etiam huius sententiæ est Ber.vel quæ coram episcopo vel metropolitano terminari non possunt.ar.2.q.6.omnis oppressus.vel hoc intellige vt dicit Ber.cum causæ sunt difficiles.

Cum ergo. §.est,in quo magister ex præmisis authoritatibus quę negant clericos ante ciuilem iudicem producendos,aut curiæ tradendos,nisi depositos,concludit quod clerici non sint ad secularia trahendi, quod vt dicit Hug. hic vsque ad effusionem sanguinis est defendendum.

1 *Appellandum an sit ab episcopo ad regem quando agitur de temporalibus.*

His itaque. Hic incipit secunda pars quæstionis secundum Arch.in qua probat magister q̄ in ciuilibus causis coram seculari iudice clerici conueniri debeant.ad quod probandum inducit quinque canones,in quibus vt dicit Hug. allegando dispu tatiuè non asserendo dicit hoc.Et hoc ideo.vt introducat sequentia capitula. Et idem facit in sequenti capitulo,sed postea canonice determinabit. in illo.§.quia ergo, ¶ [Obnoxius]hoc verū est quo ad tributa soluenda ex ipsis prædijs,si sunt tributaria. nō autem quo [Exponit literam.] ad hoc vt super eo. vel alio,coram iudice seculari conueniantur.Hu.[in principio].8.di.quo iure.¶ Sed hic surgit questio [Quæstio] 1 †vtrum ab episcopo appellandum sit ad regem quando agitur de temporalibus. Et videtur quod sic ad minus in feudalibus. quia tūc cognoscit episcopus quasi ciuilis iudex.extra de fo.competen.verum.& extra de appel.si duobus.&.18.si episcopus metro. Si autem alias subsunt immediate ecclesiæ in tem po

Innocen. Respōdet in temporalibus cum tunc non spectent ad regem super bonis illis nō appellatur ad regē. 10. q. 1. nouerint. &. 12. q. 3. multi & ca. se. & 24. q. 3. si quis de potentibus. secundum Innoc. qui ita no. extra de maio. & obed. solite. Sed tu dic quod hodie certū est, quod si ab episcopo appellatur in temporalibus appellatur ad archiepiscopū. & non ad regem vel comitem, à quo temporalia illa tenentur. vt extra de appel. c. romana. lib. 6. §. debet. de fo. comp. licet nisi aliud obtineat de antiqua & approbata cōsuetudine. vt extra de consue. c. fi. vel de aliquo iure speciali, vt in re feudali. extra de fo. compe. verum. &. c. ex transmissa. sed in regno Frāciæ non audiuntur prælati prędicta iura allegantes, & hoc nota sic in spe. in ti. de app. in. §. nunc tractemus. in fine. & plene not. per Host. in summa de appel. in. §. à quo, & ad quem. ver. sed pone quod episcopus. &c. & ibi videas. Arch.

1 *Ecclesia an sit subiecta potestati seculari quo ad solutionem tributi.*



SI tributum. Quia dixerat magister in §. in his. quod clerici ex possessionib⁹ sunt obnoxij imperatoribus, ad hoc ꝓbandum inducit hoc capitulum, quod est beati Ambrosij in epistola ad plebē. Cuius summa est, quod ecclesia de agris quos possidet tributarios non debet negare tributum imperatori, aut illi ad quem pertinet illorum agrorum tributum. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. & similium quæritur†. Vtrum ecclesia sit potestati seculari subiecta quantum ad solutionem tributi. Et videtur ꝙ sic ex præsenti. c. ¶ Secundo idem colligitur ex. c. tributum. 23. q. 8. ¶ Tertio arguitur idem ex illo Matth. 17. vbi Christus legitur soluisse tributum cęsari. ¶ In oppositum ar. primo sic. Gen. 48. habet. quod Ioseph emit omnē terrā Aegypti, subiecitq; eam Pharaoni præter terram sacerdotum. glo. hoc significat ecclesiæ terram, in quæ veri sunt sacerdotes liberam esse ab omni censu mundiali. ¶ Secundo sic. Mat. 17. dicit Christus. reges terræ à quibus suscipiunt tributum vel censum à filijs suis, vel ab alienis. dixit illis Iesus: ergo liberi sunt filij. Hieronymus dicit in gl. liberi sunt filij regni, sub quo sunt omnia regna. Ex quibus videtur colligi ꝙ sacerdotes non sint obnoxij potestati seculari in aliquo. ¶ Respondeo dicēdū iuxta Ale. de ha. in 3. ꝙ ecclesia quædam possidet iure spirituali & iure diuino vt decimas & oblationes Num. 18. filijs Leui. dedi tibi custodiam primitiarum mearum omnia q̄ sanctificātur à filijs Israel tibi tradidi pro officio sacerdotali, & filijs tuis & subditur oīs oblatio & sacrificiū & quidquid pro peccato redditur tuū erit & filiorum tuorum. simili modo loca deputata ad diuinum cultum vt territoria ecclesiarum, & alia loca deputata ad officium spirituale vt cemiterium, domicilia clericorum, & breuis hortus iuxta ecclesiā. vnde Nu. 18. dicitur sacerdotibus. excubate in custodiam tabernaculi, & in ministerio altaris omnia quæ ad cultum pertinent per sacerdotes administrabantur si quis ex turmis accesserit occidetur. de istis est conclusio quod nullo modo est soluendum tributum, sed omnino ista libera sunt à tributo, & immunia ab omni seruitio, nisi ecclesiastico. ista cōclusio patet. primo ratione. quia si terra & possessiones gentilium sacerdotum liberæ erant à tributo, fortius siue rationabilius sacerdotes Christi. in rebus prædictis liberi esse debēt. ¶ Secundo patet conclusio ex capitulo secundum. 23. q. 8. vbi canon concilij parisien. dicit iuxta leges canonizatas ecclesiastico agro. & manso. vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid ecclesiæ largitus fuerit, de decimis etiam oblationibus fidelium nullus presbyteros cēsum soluere cogat. Alia vero possidet ecclesia forte temporali. vt titulo venditionis, vel titulo concessionis saluo debito seruitio. Et de talibus est secūda conclusio quod in talibus si ante donationem vel emptionē fuerint tributarie sacerdotes sunt obnoxij potestati seculari ad consueta obsequia vt eis etiam annua persoluant tributa solita. ista patet primo ex præsenti c. 2. ex illo euangelio. Reddite quæ sunt censaris ces. &c. tertio patet ratione. Cum enim tales agri aut possessiones datæ ecclesiæ prius essent tributarię, & transierint ad ecclesiā cū onere suo. 16. q. 1. si quis cum similibus. non pōt negare ecclesia de eis tributū, nisi ꝑ dominum cuius est tributum fuerit ecclesia libera à tributo. absit enim quod ecclesia (q̄ mater est & fons patientiæ) neget aut auferat alteri quod suum est. Et de talibus agris & possionibus tributarijs loquitur hic Ambrosius. &. 23. q. 8. tributum, ¶ His habitis patet responsio ad inducta pro vtraque parte. quoniam authoritates quæ loquuntur quod potestas sacerdotalis non est obnoxia census vel tributi, loquūtur de his quæ possidet forte spirituali, & titulo iuris diuini. huiusmodi. n. dicūtur spiritualia. quia annexa sunt & attributa iure diuino officio spirituali. authoritates vero contrariæ loquūtur de his quę possidet forte temporali, & titulo iuris humani. intelli ge tñ si illa bona temporalia fuerint prius obnoxia alicui obsequio tributo aut censui. ista ad præsens sufficiāt quoniam. j. 23. q. 8. circa tributum aliqua dicenda venient. Lege.

Quæstio. (margin)

Opponit i contrariū. (margin)

Secūda opp. (margin)

Respōdet. Alexāder de halis. (margin)

Secūda cōclusio. (margin)

Ad arg. (margin)

Exponit literam. Oponit & Respō. ¶ [Si tributum] primo dubitatur circa titulum quia dixit contra auxentium arg. contra videtur 63. di. c. valentinianus. vbi dicitur quòd auxētius erat mortuus quādo Ambrosius factus est episcopus. Respondetur iuxta Arch. quod bene potuit cōtra mortuum scribere reprobādo facta illius. 24. q. 2. sane. vel de alio auxentio loquitur Arci. [tributum] de agris ecclesiæ tributarijs. Hu. [agri ecclesiæ] .i. tributarij] soluant]. 23. q. 8. tributum. Hu. [si agros] potestatem vindicandorū habet de facto. non de iure. Nam quicunq; siue princeps siue alius authoritate principis sibi agros ecclesię vsurpat, vel accipit, vel alias res ecclesiasticas sine consensu prælati sacrilegus & excommunicandus est. 12. q. 2. quicunque. de ce. ecc. &. 16. q. 1. in canonibus. Alij vero exponunt aliter, sed non bene, nec dicunt verum, vt patet in gl. transeo. non credo enim, quod liceat imperatori accipere agros ecclesiæ, longe minus quā licuit achab regi sibi accipere vineam Nabot. 3. reg. 16. vnde Aug. super Io. homil. 48. dicit quod qui aliquid de ecclesia tollit, inde furi & sacrilego comparatur. vnde Ambrosius signanter ait. [si libitum est] quia non habere debet quod non licet cum libitum voluntatis debeat iusta & recta ratione cōmensurari. contra rationem autem & iustitiam est spoliare ecclesiā suis bonis, saluo iure tributi, si imperator habet aliquod in agris ecclesiæ. quia quo ad hoc dominus ait Mat. 22. reddite quæ sunt cæsaris cesari, & q̄ sunt Dei Deo. [non dono] quia non debeo. quia non sunt mea, si mea peteret darem. vt. 23. q. 8. cōuenior. Hu. [nō nego] quia negare nō possum de facto. Nam pro temporalibus me morti exponere non dedeo sed libenter pro altaribus immolabor. vt. 23. q. 8. in di. ca. conuenior. Hu. Sed hoc verum est. nisi ex indefensione rerum tēporalium videretur probabiliter magnum malum insurgere, quod esset contra honorem Dei. vnde in casu quo daretur audacia malis malum faciendi non est sustinendum ꝙ imperator aut alius bona ecclesiæ subripet, vnde dicit Grego. in moralibus. quidam cum temporalia à nobis rapiunt sunt tolerandi non sola cura, ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non sua, seipsos perdant.

Augu. (margin)

Gregor. (margin)



MAgnum. Ad idem sequitur hoc capitulum, quod est eiusdem Ambro. Summa quod tributa nō sunt deneganda sed soluēda sublimibus potestatis. Et pōt diuidi hoc. c. iuxta tria testimonia quæ inducit, quorum primum est exemplum domini. secundum est authoritas Pauli tertium est authoritas beati Petri. secūda ibi, item apostolus. tertia ibi, item petrus apostolus. pro pleniori intelligentia huius. ca. plura veniunt quærenda. (Diuisio.)

1 ¶ Primum est vtrum Christus conuenienter soluerit tributum cesari.

2 ¶ Secundum est vtrum potestas spiritualis sit subiecta seculari potestati.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quod nō conuenienter Christus soluerit tributum cęsari. primo quia sicut arguitur in gl. probatio subiectionis est. extra de cesi. c. 2. & extra de priui. recepimus. &. c. ex parte. 2. Sed Christus non fuit subiectus cæsari, cum sit verus Deus & dominus dominorum. ergo inconuenienter videtur soluisse tributum. ¶ Secundo non videtur conueniēter dictum, ideo ne scandalizaret alios. quoniam scandalum tale videtur fuisse Pharisæorum, quod ipse Christus docuit non esse curandum. Mat. 15. propter tale scandalum vitandū non debebat ipse tributum soluere. ¶ In oppositum est. quia Christus omnia bene fecit dicitur Mat. 17. cū ipse Christus esset filius Dei ꝯm naturam diuinam, & per consequens nulli subiectus. similiter secundum humanā naturam erat filius Dauid, & per consequens liber à tributo. Et ex hoc sequitur ꝙ etiam apostoli qui erant de eius familia essent liberi, sed ne scandalizarentur illi qui colligebant voluit tributū soluere. ¶ Respondeo dicendum quod Christus conuenienter soluit tributum, non tamen quia deberet vt sapientissime ipse arguit Mat. 17. cum ipse Christus esset filius Dei secundum huma-

Primū ar. (margin) Secūdū ar. (margin) Opponit contrariū. (margin) Respōdet. (margin)

dum naturam diuinam,& per consequens nulli subiectus.similiter secundum humanam naturam erat filius Dauid,& per cõsequẽs liber à tributo. Et ex hoc sequitur, quod etiã apostoli qui erant de eius familia essent liberi. Sed ne scandalizarentur illi, qui colligebant voluit tributum soluere. patet conclusio ista vt dictum est ex euangelio. Mat.17.¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod solutio tributi ex debito est probatio subiectionis. hoc autem modo Christus non soluit tributum, non enim ex debito soluit, sed ne scandalizaret vt dictum est. ¶ Ad secundam respondetur negando assumpum quod scandalum illud fuerit phariseorum. pro quo notandum, quòd scandalũ aliquando oritur ex malitia, quale fuit scandalum phariseorum.& tale est contemnendum, sicut argutum est ex Matt.c.15. Aliquando oritur ex ignorantia,& tale scandalum vitandum est salua tamen triplici veritate.s.iustitiæ, vitæ,& doctrinæ.& tale erat istud scandalum quia illi qui colligebant tributum erant gentiles legem & prophetas ignorantes & propter hoc ignorabãt quod Christus esset immunis à tributo. Tũ quia filius Dei secũdum diuinam naturam. Tum quia filius Dauid secundum humanam naturam quod non tenebantur talia scire. dare autem eis tributum non est contra veritatem vitæ, iustitiæ,& doctrinæ. ideo christus dare voluit propter scandalum vitandum. Eadem ratione ecclesia in aliquibus terris vbi non est consuetũ decimas dare, non repetit decimas ad scandalum vitandum, & hoc est quod dicit Christus. vt autẽ non scandalizemus eos, vade ad mare.&c. Mat.17.


Ad primũ arg. *Ad secũdũ*

2 **Ad secundum.** Sic procedit. † Et videtur quod potestas spiritualis vt puta sacerdotes sint subiecti potestati seculari. Et videtur quòd sic. primo ex illo apostoli ad Ro.13. quod ponitur in hoc capitulo dicentis. omnis anima.i. homo sublimioribus potestatibus subdita sit. ¶ Secundo idem arguitur ex illo.1.Petri.2. vbi ait beatus Petrus,& ponitur in præsenti capitulo. Estote subditi dominis vestris, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquã ab eo missis ad vindictam malefactorum. ¶ Tertio arguitur ex præsenti.c. in quo inducitur exemplum. vnde ait magnum & speciale documentum quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti. ¶ In oppositum arguitur sic. sicut secularia ordinantur ad spiritualia,& potestas secularis ad potestatem spiritualem. sed secularibus subsunt spiritualia ordine rõnis & diuino: ergo potestas secularis potius subiecta est spirituali, quam econuerso. ¶ Respondeo dicendum breuiter. quia de hac materia disputauimus circa.c. si imperator.96.di. dicimus ergo quod potestas spiritualis non subijcitur temporali. ista cõclusio est deducta iam per multa capitula in principio huius quæstionis. ¶ Secundo patet multiplici ratione. primo sic. potestas spiritualis est maior dignitate potestate seculari. ergo illi non potest esse subiecta: ista consequentia est manifesta. Antecedẽs vero patet ex ca. duo sunt.di.96. in quo beatus Ambrosius inquit, aurum non tam pretiosius est plumbo, quam regia potestate altior est ordo spiritualis siue sacerdotalis. Ad idẽ est Hugo de sanc. victo. li. suo de sacramentis. parte secunda vbi distinctione posita duplicis potestatis.s. secularis & spiritualis subdit. quod quantum vita spiritualis dignior est quã terrena & spiritus quam corpus, tãtum spiritualis potestas secularem potestatem honore & dignitate pręcedit. ¶ Secundo sic. potestas spiritualis est prior tempore, & superior qualitate potestate seculari. ergo &c. consequentia patet antecedens manifeste colligitur ex veteri testamento vbi sacerdotium primo à Deo institutum est. postea vero per sacerdotium iubente domino regalis potestas in populo Dei est ordinata. sicut patet.1.Regum.9. vnde Hug. de sancto victore vbi.s. ait in ecclesia Dei dignitas sacerdotalis regalem potestatẽ sacrat,& sanctificat per benedictionem. Si igitur sicut dicitur ad Hebr.7. sine contradictione maior est qui benedicit, quam qui benedicitur, manifestum erit quod terrena potestas quæ à spirituali benedictionem accipit iure interior erit. ¶ Tertio sic. spiritualis potestas superior est authoritate seculari potestate. ergo sequitur quod nullo modo subijciatur ei. consequentia patet. antecedens etiam dicit Hugu. de sancto Victore vbi supra quòd spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet, vt sic & iudicare. si bona non fuerit sicut scriptum est.1. ad cor.6. vir spiritualis iudicat omnia & ipse à nemine iudicatur. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de authoritate pauli respõdetur negando consequentiam. dicimus.n. quod potestates sublimiores sunt potestatis spiritualis & temporalis. pontificalis siue papalis,& potestas regalis, primæ sunt omnes fideles subiecti. secundæ laici. vnde ex illa nõ sequitur. quod clerici sint seculari potestati subiecti sed spirituali tantum. ¶ Ad secundam respondetur eodem modo negando consequentiam. Nam ex eo quod Petrus ait. quod fideles subiecti sunt dominis suis, non sequitur quod sacerdotes sint subiecti potestati seculari, cum non habeant principes seculares in dominos, sed magis in filios. vt dicit extra de maio.& obed.c.2. quod omnes principes terræ & cæteros homines episcopis obedire beatus Petrus præcipiebat. hanc nostram responsionem confirmat Inn. tertius qui in.c. solite.e.ti. respondens Constantino imperatori, qui eadem Petri authoritate motus sacerdotium subijciebat imperio. dicit sic. Quod si personam loquẽtis & eorum ad quos loquebatur ac vim locutionis diligentius attendisset, non expressisset taliter intellectũ illus authoritatis. scribebat tantũ Petrus subditis suis, quos ad humilitatis meritum prouocabat, nec per hoc voluit sacerdotiũ subesse imperio. quia secundum intellectum illius authoritatis sequeretur quod quilibet etiam seruus imperium in sacerdotibus accepisset, cũ dicatur omni humanę creaturæ.&c. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia vt in superiori quæstione diximus Christus nõ fuit subiectuss hic imperatori soluendo tributum siue cẽsum. quasi ex debito deberet, sed ad vitãdum scandalũ ita etiam declaret clericos debere obedire potestati seculari in huiusmodi vbi secus timeretur scandalum sequi, sicut in decimarum petitione abstinẽt in terris, in quibus non sunt solitę solui propter vitãdum scandalum vt supra diximus. Lege. ¶ [Magnũ quidem documentum] quod.ĩ. sequitur de Christo. Hug.& Arch. [cõstitutionem] qua statutum est à cęsare Augu. vt habetur Lucæ secundo.s. quantum ad generales descriptiones orbis. bene autẽ fuerant alię descriptiones partiales. sicut patet.2.reg.24.& para.21. vt exponit magister Nicolaus de lyra. [Si enim censum filius Dei soluit pro se] Matt.17. arguit à maiori. Si enim filius Dei qui nulli debebat soluere censum, soluit tamen pro se. multo magis quilibet homo. ar.32.q.5. si Paulus. &.8.q.1. si ergo. Soluit autem vt dictum est pro scandalo vitando quamuis non teneretur. Hu. [item omnis anima] secunda pars.i. omnis homo totum à parte digniori denominãs dicit Hu. hic.i. omnis homo obnoxius peccato vel causæ peccati,& sic excluditur Christus. qui quãuis esset homo, non tamen peccatum, vel causas peccati in se habuit, & ideo comprehenditur hac authoritate Pauli. dicendũ est Hugoni quod grosse loquutus est. tum primo quia Christus nõ habuit supra se sublimiorem potestatem aliquam temporalem cui subijci deberet, cum esset rex regum & dñs dominantiũ solum secũdum naturam humanã superiorem habuit Deũ patrem, de quo ipse dicit Io.6. pater maior me est. tum secũdo quia papa licet obnoxius peccato sit, non comprehenditur hac authoritate apostoli, dum in papatu est. quia neminem se sublimiorem habet, cui subiectus sit nisi Christum, cuius vicarius est,& vices gerit in terris. Exponendum est ergo [omnis homo] superiorem habens debet illi esse subiectus & ei obedire, talis enim institutio diuina, vt superiores regant inferiores,& inferiores eis obediant. vnde consequẽter ait Apostolus. omnis potestas est concessa.s.& ordinata [sublimioribus potestatibus] pluraliter loquitur, propter duas potestates sublimiores in orbe valet spiritualem, in qua papa est caput,& secularẽ siue terrenam, in qua imperator siue rex caput tenet principatus. vt dicit Hug. de sanct. victore libro de sacramentis & satis colligitur ex.c. duo sunt.di.96. nõ est autem dubium, quin omnes clerici subditi sunt domino papæ & suis prælatis, qui in ecclesia sublimiorem habent potestatem. alij vero scilicet laici subsunt principibus secularibus qui potestatem habent in eos. [Petrus] id est Petri.2. [dominis vestris.] bene dicit, nemo.n. negare debet quod debetur suo superiori. debet autem subditus domino suo subiectionem, obedientiam,& reuerentiam.

Primũ ar. Secũda ar. Tertiũ ar. Opponit i contrariũ. Respõdet. Hugo de s. victore. Ad primũ. Ad secũdũ. Ad tertiũ. argu. Exponit literam. Nicolaus de lyra. Cõtra Hu. Hug.s.de victore.

1 *Fideiubere an conuenienter inhibeatur clericis.*
2 *Clericus si dederit fideiussorem laicum in contractu mutui an poterit fideiussor conueniri coram iudice seculari.*
4 *Aduocationis officium an conuenienter prohibeatur clericis, & nu.6.&.7.*
5 *Clericus non debet stare coram iudice seculari actor, vel reus vel testis vel aduocatus.*
8 *Clericus potest aduocare coram iudice ecclesiastico.*


Tu quidem


E quidem. Sequitur hoc.capi.ad idem quod est sumptum ex episto la Clemētis id est ex epistola à Petro missa Clementi, vt in sequenti capitulo clarius patet. vbi patet quod Petrus Clemētem alloquitur, & est de eadē epistola.secūdum HU. Summa capituli est quod papa & episcopus & quilibet clericus debet esse liber à negotijs secularibus, vt nō sit fideiussor nec aduocatus secularium litium nec iudex earūdem. Et diuiditur in duas partes. In prima exhortatur clericos ad id quod dictum est. in.2.cōmittit illa secularia negotia laicis.2.ibi, hęc vero opera. Lege text. ¶ [Te quidem irreprehensibiliter viuere.] quia 1.ad Ti.3.dicit.oportet epm irreprehēsibilē esse. vt qui con stitutus est iudex in aliorū reprehēsionē nihil in se reprehēsione dignū habeat. sicut saluator ait Io.8.q sine pctō est pri mo lapidē in adulterā ponat. & Ro.2. in quo aliū iudicas temetipsum dānas eadē faciens [occupationes] immunē enim eum vult esse à secularibus occupationibus prælatū, qui habet festiuus currere ad lucrum animarum & intendere verbo doctrinæ, quia Mat.6.dicitur.nemo pōt duobus dominis seruire [fideiussor existas.] hic surgit multiplex quæstio. Prima est † vtrum conuenienter inhibeatur clericis fideiubere. Et videtur q non quia quilibet tenetur subuenire proximo in necessitate. ¶ In oppositum est text.præsentis.c.& extra de fideius.c.1.vbi ex concilio Carthaginen.dicitur. Clericus fideiussionibus inseruiens abijciatur.i.deponatur. ¶ Respon deo dicendum.quod clericus regulariter fideiubere non debet in casu tamen necessitatis potest, prohibetur enim cleris fideiubere nec tali occasione ecclesia possit damnificari. Prouerbi.20. Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni.& pro extraneis aufer pignus ab eo. sed vbi necessitas est legis rigor mitigatur.ar.1.q.1.quod pro necessitate. cum simil.sic ergo clerici prohibentur fideiubere præter necessita tem cogentem, sed cum alia via non patet ad subueniendum proximo.quia non est alius qui velit & possit fideiubere pro eo, & ipse valde indiget de leui posset aliter consulere. vnde beatus Syluester inter alia commendatur in vita sua, q fideiuberet pro debitis multorum. ¶ Secunda quæstio † vtrum si clericus fideiusserit teneatur. Ad hanc quæstionem respōdetur dupliciter.vt tāgit in gl.& HU. dicit aliquibus videtur qd non teneat fideiussio nisi renuntiet priuilegio clericali vt videtur colligi ex authentico.de sanctis.epis.in.§ alium. nisi dicatur q eo q clericus fideiubet, videtur renuntiare iuri suo sicut est in tutela suscipienda, & sicut est in ecclesia dimittenda ex quo quis transit ad aliā.ar.7.q.1. si quis episcopus. HU. Alij dicunt & videtur verius dictum quod tenet obligatio. vt extra de fideiuss.c.peruenit.&.c.constitutus. quod verum esse intellige quantum ad personas & res patrimoniales vel alias res quas obligare potuit, non quantum ad ecclesiam vel res ecclesiæ, quas obligare non potuit.extra de posi.c.1.& de fideius.quod quibusdam, tenet etiam obligatio quo ad fructus beneficij sui quos suos facit extra.de fideius.c.2.in fin. sm Hos.Io.An.in d.c.in glo.1. ¶ Tertia quæstio est † vtrum si clericus dederit fideiussorem laicum in contractu mutui poterit fideiussor conueniri corā iudice seculari. Ad quæstionem respōdetur. quod sic & ratio est quia exceptio personalis qualis est priuilegij fori non transgreditur personā nec transfertur ad alios.ff.de excep.l.exceptiones.1.reg. & sic soluitur in Spe.in tit.de compe.iudi.ade. ver. sed pone clericus & ibi vide Archid. [nec aduocatus.] s.coram seculari iudice. ¶ Sed hic surgit † quæstio vtrum conuenienter prohibeatur clericis aduocationis officium. & videtur q non. Tum quia hoc officium quandoque est magnæ pietatis. Tū secūdo quia conceditur.j.23.q.vlt.c.sæpe.&.c. his à quibus. ¶ In oppositū ē te.psenti.c. ¶ Respōdet distīguēdo iuxta Hu.aut loquimur in cā criminali aut ciuili. Si in criminali. ponit ista cōclusio † q nullus clericus stabit corā seculari iudice actor vel reus vel testis vel aduocatus.ista cōcl.patet.j. 14.q. 5.denique. Si vero loquimur in causis ciuilibus est conclusio † quod nullus clericus in sacro ordine cōstitutus erit aduocatus coram seculari iudice nisi pro causa propria vel suæ ecclesiæ vel miserabilium personarum. Et idem est de clericis in minoribus ordinibus si sustentētur de bonis ecclesiæ, hoc est, si sint beneficiati.vt patet extra de postu.c.clerici. &.c.cū sacerdotis. Si vero tales non sint beneficiati nec bonis ecclesiæ sustententur, est conclusio.3. † q tales possunt non modo in prædictis esse aduocati, sed etiam in alijs ciuilibus causis coram iudice seculari vt colligitur ex locis allegatis in ciuilibus dico non autem in criminalibus, quia vbi de causa sanguinis agitur interesse non debent. extra ne cle. vel mon.sententiam. ¶ Quarta conclusio † aduocare coram iudice ecclesiastico potest clericus. patet conclusio ex prædicto.c.clerici, exceptis episcopis. & etiam sacerdotibus quibus videtur simpliciter interdictū nisi vt dictum est in causa propria vel pro coniunctis, aut pro miserabilibus psonis.patet.14.q.5.c.deniq; 88.d.s.c.perlatum. & expressius in illa decretali.cum sacerdotis.de postu. Ex his patet respōsio ad capitula inducta pro parte negatiua. [litium seculariū] .i.quæ tractantur coram iudice seculari quod videtur esse generale in episcopis & sacerdotibus. Hu. [mundialis negotij] .s.tutelę vel curę.hæc enim & cōsilia prohibentur in hoc capitulo.vt in aut.de sanc.epis.§.alium.&.21.q.3.fere per totū. &.20.q.3.eos. & di.86. peruenit.Hugu. [secularium negotiorum.] ¶ Pro pleniori intelligentia huius partis queritur vtrū conuenienter prohibeatur episcopis, ne sint cognitores negotiorum seculariū. Et videtur q non. Primo quia multa negotia secularia ventilantur inter clericos, quorum cognitio & iudicium ad episcopum spectat. ¶ Secundo episcopi, quā doque habent iurisdictionem super laicos & per consequēs ad ipsum spectat cognoscere de causis eorum. ¶ Tertio non videtur conueniens ista prohibitio. quia videtur quod etiā ex hoc opera pietatis prohibeantur episcopis. sicut est componere, & pacem firmare inter laicos quod non potest esse nisi cognoscant etiam eorum secularia negotia. ¶ In oppositum videtur tex.præsentis literę. Respōdeo iuxta Hug.sub certis conclusionibus, prima est. Non prohibētur hic episcopi cognoscere negotia secularia simpliciter & absolute sed negotia secularia, s.quæ tractātur, inter laicos. qm vt argutū est negotia secularia quæ tractantur inter clericos licite episcopi tractant & diffiniunt. ¶ Secunda conclusio. Non prohibetur quin episcopus possit tractare negotia siue causas laicorum si habet iurisdictionem temporalē super eos. ¶ Tertia conclusio non prohibetur.quin episcopus possit amicabiliter inter laicos componere, & pacem inter eos firmare, cū ad hoc teneatur quilibet episcopus.vt di.90.studendum. & cap.præcipimus.hoc.n. vt arguebatur esset prohibere opera pietatis. ¶ Quarta conclusio prohibet ne episcopus præter necessitatem tractet ordine iuris causas laicorū quæ tractandę sunt à iudice seculari.iuxta illud apostoli.1.ad Cor.6.si secularia iudicia habetis contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.potest ergo episcopus quandoque tractare causas talium & ex causa & ex euentu.quoniam vt dicit HU.non dicitur hic, quod episcopus non possit tractare causas tales sed quod principaliter non ordinatur ad hoc vt satis potest colligi ex sequenti litera. Ex quibus patet responsio ad omnia. [nec præfocatus hominum.] s. laicorum Hu. [occupet] .i.impediatur. [ab his studijs] scilicet prædicationis sanctæ doctrinæ, & dispensationis sacramētorum per quæ salus &c.

Margin (left): Diuisio. — Exponit literam. — Prima qō. 1 — Opponit contrariū. — Respōdet. — Secūda qō: Respōdet. 2 — Tertia qō: Respōdet. 3 — Quæstio. 4 — Opponit. & Respō. Prima cō clusio. 5 — Secūda cō clusio. 6 — Tertia con clusio. 7 — 8

Margin (right): Quarta cō clusio. — Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. — Opponit. & Respō. Prima cō clusio. Secūda cō clusio. Tertia cō clusio. — Quarta cō clusio.

1 Laicus tenetur fide iubere pro proximo suo.
2 Diaconi an possint docere populum, & prædicare.


Icut enim. Ad idē sequitur hoc.c. eiusdem epistolę Petri ad Clemētem. Summa est, q episcopi seculares solicitudines non suscipiant. quia impium est talibus se implicare neglecta prædicatione verbi Dei. Et diuiditur hoc.c. in tres partes. in prima dicitur q dictū est.in.2.dicit laicos teneri adinuicem sibi subuenire in his quæ pertinent ad vsum communis vitæ:in.3.dicit quid agendum est si hoc laici non negligant.debent enim per diacones edoceri.2.ibi, ita vnicuique. tertia ibi quod si. Lege te. ¶ [Sicut enim] alloquitur Petrus, Clementē [neglecta] .43.d.c.pe.Archi. [solicitudines seculares] .i.laicales sicut est tutela, & cognitio causarum inter laicos & dignitas secularis. Hu. [ita vnicuique] secunda pars. [in his] .s.iudicijs secularib. [& minoribus] .s. tutela cura & dignitate suscipiēda & huiusmodi. inter hæc etiam dicere testimonium connumeratur etiam fideiubere pro proximo. Et est hic ar. † q laicus tenetur fideiubere pro proximo suo quod nisi faciat peccat, & licet non teneatur de iure scripto ciuili vel canonico, tenetur tamen de iure naturali.vnusquisque tenetur ex charitate proximum in his quæ per ipsum impēdi possunt. vnde ad hoc potest cogi, & ad publica munera.s.tutelam, & huiusmodi. Similiter dico quod potest cogi ad testimonium cum peccet mortaliter, nisi dicat veritatem.ar. hic.&.j.e.q.3.q. quis. 6.q.3.1.


Margin (right): Diuisio. — 1

Quæstio. Respódet. 6.q.3.1.illi.&.22.q.1.c.vlt.& de conse.di.2.si non sunt.¶ Sed
hic surgit quæstio. Quid si desint laici. Respódetur quod túc
clerici suppleant. Nam olim omnes causæ tam laicorum quã
clericorũ tractabantur vt.s.eo.relatum. Hug. Arch.[operã]
.j.e.q.quisquis.in fi. Archi.[te vero securum]i.sine cura fa-
cere.[ex his].i.ab his. Arch. [quod si]tertia pars.[per diaco-
2 nos.]hic quæritur † vtrum diaconorum sit docere populum
& prædicare. Et videt quod sic.25.di.audire.&.ca.perlectis.
Quæstio. &.92.dist.in sancta.2.videtur ex capitulo præsenti. ¶ In op
positum arguitur ex cap.adijcimus.16 q.1. ¶ Respondetur
Opponit & Respõ. quod non est eorum officium prædicare authoritate pro-
pria, vt patet ex.c.prædicto adijcimus, bene tamen possunt p
dicare authoritate maiorum, & docere populum in ecclesia.
Et ita hoc intelligendum & in prefatis.capi.allegatis. distin.
25.&.92.vnde Hugo.dicit hic per diacones authoritate ma-
iores.quia nõ est officium diaconi prædicare, sed sacerdotis.

1 *Interpretari leges an sit solius principis.*
2 *Arbiter an poterit interpretari orta dubitatione super arbi-
trio.*

Ex his omnibus. §. est in quo magister sicut so-
phisticè allegauerat præmissa
capitula ita ex illis falsum concludit Hu.& Lauren. & Archi.
Diuisio. Et diuidit in duas partes. in prima concludit in ciuili. in.2.in
Cõtra gratianum. criminali.2.ibi, in criminali. Cõcludit.n. Gratianus ex supra-
dictis ꝙ clericus in ciuili causa corã seculari iudice est cõue
niẽdus in hoc falsum dicit, nec ratio q̃ sequit probat cũ ait.q̃a
sicut iudex ecclesiasticus legum ecclesiasticarum est execu-
tor, & eas solus facit & interpretatur. sic iudex ciuilis leges ci
uiles exequitur, & eas solus condit, & interpretatur. in crimi
nali vero causa clericus apud ecclesiasticũ iudicem est tãtum
Exponit literam. conueniendus nisi de consensu episcopi sui ad secularem iu-
dicem pertrahatur cũ incorrigibilis reperitur. Lege. ¶[Ex
his omnibus]quæ posita sunt ab illo.§.cum ergo Arch.[sicut
enim ille solus.]s.papa.25.q.1.§.si ergo. [ita ille solus].s.im-
perator est interpres legum. ¶ Sed hic surgit quæstio † vtrũ
Quæstio. Primũ ar. 1 solius principis sit interpretari leges. Et videtur quod non.
Primo quoniam consuetudo interpretatur legem extra de
ver.sig.abbate. vnde dicitur. optima legum interpres vt.ff.
de leg.& consti.si de interpretatione. & extra de consuet.cũ
dilectus. ergo non solius principis est interpretari legem.
Secũdũ ar. ¶ Secundo arguitur de legato qui interpretatur quandoque
rescriptum, patet extra de postu.prela.c.1.¶ Tertio arguitur
Tertiũ ar. de iudice qui etiam sæpe interpretatur legem cum iudicat.vt.
Quartũ ar. ff.de leg.& cõst.l. Nam vt ait.¶ Quarto arguitur de magistris
qui interpretãtur legem secundum illud.2. Esdrę 8.interpre
tãtes legem in populo.¶ In oppositum videtur esse tex.prę
Opponit i contrariũ. sentis.c. Nam vnde ius prodit ab eo interpretatio est requi
rendo extra.de sen.exc.inter.¶ Respondeo iuxta Hu. & gl.
Prima cõclusio. Io.distinguendum est de interpretatione. Nam quædam est
generalis & necessaria & ex rescripto patens, necessaria dico
quæ obligat omnes ad tenendam ipsam, & de tali est conclu
Secũda cõclusio. sio prima ꝙ talis interpretatio legis solius principis est. ista
cõclusio patet tam ex presenti. ca.quam ex.c.ipsi sunt.9.q.1.
& ex.d.c.inter.extra de sen. excõ. Alia est interpretatio quæ
est generalis & necessaria sed nõ desiderat scriptum, & de ta
li est conclusio.2.quod talis interpretatio non est solius prin
cipis, sed etiam est consuetudinis. vt patet tam ex.d.c.abbate
quam ex lege.si de interpretatione. &.c.cum dilectis.s.alle-
gato. Alia interpretatio dicitur necessaria sed non generalis.
& de tali est conclusio.3.quod nõ est solius principis, sed etiã
Tertia cõclusio. iudicis ordinarij. Nam si iudex interpres aliquid statuit inter
pretando aliquam legem in eo negotio his necessaria est illa
interpretatio non alijs, ideoque non est generalis. Alia inter-
pretatio legis nec necessaria nec generalis, cuiusmodi est inter
pretatio magistralis, quam magistri & doctores per modum
disputationis perquirẽdo sanum intellectum legis saluis ver
bis eius sine additione, aut diminutione faciunt. & de tali est
Quarta cõclusio. conclusio 4.ꝙ talis interpretatio non est solius principis, sed
etiam doctorum & magistrorum in lege de qua habetur. in.
l.amica.C.de profes.qui in vrbe cõstantinopolitana.¶ Quin
Quinta cõclusio. ta cõclusio est ꝙ bona est interpretatio magistri, quia instru-
ctio melior iudicis, quia necessaria optima consuetudinis,
quia necessaria & generalis. sed superat omnes interpretatio
principis. Ex quibus sequit corollariè, quod si sit opus inter
pretatione quę in rescripto redigatur.& sit necessaria omnes
cõstringens ad eius obseruantiam, & generalis.i.sit lex, & cõ
stitutio scripta solus princeps est requirendus secularis vel
ecclesiasticus, quia solus talis potest talem interpretationem
facere.vt.C.de leg.& const.l.leges & tali modo solus apostolicus
est interpres canonum, & solus imperator interpres est
legis, & de tali loquitur hic cum nec ille solus &c. Et in hoc
2 Gratianus verum dicit.¶ Sed hic surgit quæstio † vtrum or Quæstio.
ta dubitatione super arbitrio probato poterit arbiter inter-
pretari.ar.ꝙ sic.vt in.d.c.inter.de sen.exc.ar. contra ex.cũ de
arb.oli.1.respõso.in fi. Respõso iuxta Arc. ꝙ ipse arbiter non Respõdet.
potest interpretari siue declarare siue determinare post senté
tiam ab eo latam secundum ea quæ notantur. ff. de appel. ab
executore.& hoc innuitur.j.ea.gl.ver.si non põt. Archi.quia
solus ordinarius iudex & qui sit de maioribus potest hoc.sed
alij non: ergo nec arbiter. Ioan.de Fantucijs.

1 *Deponendus an quis sit antequam examinetur causa.*
2 *Clericus depositus quod sit tradendus curiæ seculari an sit con
ueniens.*
*Et an talis antequam priuetur debeat examinari per iudicem
secularem, nu. 3.*
4 *Depositus dicitur infamis.*



STatuimus. Sequitur ad eandem mate-
riam hoc.c. Fabiani papæ. Sũ
ma est in rubro. Vel si presbyter episcopi insi-
diator debet deponi, & curiæ seculari tradi, vbi
omnibus diebus seruiat perpetuo infamis effe-
ctus. Breue est, & non diuiditur. Lege. ¶ [Sta- Exponit literam.
tuimus insidiator].s.c.si quis sacerdotum. Arch.[ante exami
1 natum iudicium submotus à clero.] Surgit quæstio † vtrum Quæstio.
antequam examinetur causa quis sit deponendus. Et videtur Opponit
ꝙ sit deponẽdus ante examinationem causæ ex c. præsenti, & Respon.
in oppositum arguitur.ex.c.1.&.2.q.1. Respondeo dicendũ.
quod nunquam aliquis deponendus aut puniendus est nisi
causa eius prius sit examinata, si sit dignus punitione nisi cũ
crimẽ est notoriũ. vbi ordo iudiciarius nõ seruat nec est ibi
necessaria examinatio.vt.2.q.1.c.1. manifesta.&.c.manifesta.
Et hoc mõ põt intelligi capitulũ præsens vt dicit gl.& sic pa
tet responsio ad argumentum in oppositum in contrarium
factum.¶ Secundo respondetur. iuxta gl.& Hu.quod ly an-
te nõ designat hic tempus, sed locum & ponitur pro coram,
sicut in psalmo. procidamus ante Deũ.i.coram Deo.& tunc
est sensus ante examinatum iudicium. id est, ante iudicem
examinantem.i.coram eo tradatur curiæ.¶ Hic surgit quæ-
2 stio † vtrum hoc sit conueniens, quod sit tradendus talis cleri Quæstio.
cus depositus curię seculari. Et videt ꝙ non ex.c.at si clerici.
extra de iudicijs. vbi dicit, quod clericus non est curię secula
ri tradendus ne duplici pœna pro vno delicto puniatur.¶ In
oppositum est hic tex. & in.ca.clericus.3.q.4. Respondetur Opponit & Respõ.
iuxta Hu.& Arch. ꝙ hic clericus à clero submotus traditur
curiæ, si postea corrigi non possit. Et ad.c.at si clerici. Respõ
detur quod illud intelligitur quando pœna depositionis suf-
ficit alias secus, vt hic. Et hanc solutionem tenet gl.in.c.cleri
cus.4.q.1.2.& ad hoc allegatur de iudicis.c. cum non ab ho-
mine. Et sic etiam intelligit gl. Bernard. capitul. prædictum.
clericus.¶ Secundo potest dici ad prædictam cap.quod non
3 est tradendus ad pœnam sanguinis vt ibi.sed bene ad aliam vt Quæstio.
hic.¶ Sed hic surgit alia quæstio. † vtrum clericus depositus
à clero & traditus curiæ seculari debeat primo examinari p
iudicem secularem antequam puniatur. Et videtur quod sic.
vt in aut.de san.epis.§.si vero crimen. vbi dicitur, quod depo
situs ab episcopo iterum examinabitur coram iuram iudice Respõdet.
seculari an sit dignus pœna. Respondeo quod talis clericus
non est amplius examinandus ex quo constat iudici seculari
eum depositum pro crimine per iudicem ecclesiasticum, sed
punire poterit sine alia examinatione. Ad authenticum ve-
ro dicit Hug.quod canon præiudicat ei, vel vt dicit Lau.aut. Lauren.
illud correctum est. Ex quo enim episcopus eum condemna
uit stabitur eius senten. vel secundo respondetur, quod authé
ticum illud intelligitur quando non liquet iudici seculari de
causa, vt ea quæ gesta sunt in iudicio ecclesiastico nota sunt
ei seruiat, non tamen vt seruus, nec punietur ibi, aliter si suffi
4 cienter est punitus ab ecclesia ꝭm Hu.ad hoc extra de iudi.at
si clerici.in fi. Arch.[& infamis.] Notat † ꝙ qui deponitur infa
mis est, vt hic.&.92.di. si qui episcopi ordinati. in fin. Arc.


Quia ergo. §. est in quo magister ex falsis allegatis
concludit falsum Laur.& Archi. Et cõ
cludit hic Gratianus vsq; ad.§.cuius sophisticè ostendens ꝙ
ille clericus de quo facta est mentio in themate non est trãs
gressor canonum si alium clericum nõ in criminali sed in ci-
uili traxit

uili traxit ad iudicem secularem cum tãtum ciuilis iudex de ciuili causa cognoscere debeat.

Econtra. §. est in quo magister bene dicit & ponit id quod tenendum est canonice & defendendum vsque ad effusionem sanguinis. quod ergo dicit magister hic & in duobus. c. sequentibus generaliter & indistincte est tenendum. vt dicit Hu. incipit autem hic tertia pars quæstionis ẜm Ar. in qua probatur quod in omni causa siue criminali siue ciuili per proprium episcopum clericum iudicatur. Et hoc probatur per. 12. capitula in quibus punit etiam contemptores. Io. de. Arch. Lege. ¶ [Econtra.] dans ergo magister veram solutionem dicit quod ea quę sunt dicta pro authore quamuis videantur verosimilia, tamen pondere carẽt cum per canones & leges seculares clericus nec in ciuili nec in criminali causa ad iudicem seculare sit pertrahẽdus quod probat per sequentia capitula. Ex prædicta solutione arguit quod superiora dixerat magister Gratianus allegando. Hug.

Exponit literam.


1 *Clerici in nulla causa trahendi sunt ante iudicem secularem.*



drade cõtra Thebergam fuit excõmunicata.[protulerimus illam sententiam]per nos vel per alios qui hoc petebant [sicut laici]quasi non vt clerici. quia nõ communicabant clericis in choro,vel in mensa,vel in officio.Et ita videtur ꝙ ab omni iordine ecclesiastico essent depositi.& forte verum fuit [vel vt laici,]quo ad episcopalia,quia non cõicabant in omnibus sicut clerici.Hu[loquendi].i.determinandi, & prosequẽdi[suas vtilitates].i.propria negotia.s.proprias causas vel suorum adhoc quilibet admittitur.2.q.1.prohibentur.&.4.q.6.omnibus.HU.& Arch.& Io.in gl.[ad episcopale ministerium contingendi]episcopalia.n.non exercebunt.s.non conficient chrisma,non ordinabunt,non consecrabũt virgines non altaria,non ecclesias.HU.nec etiam sacerdotes accusandi nisi restituantur secundum Lau.Arch.

1 *Episcopus potest excõmunicare principem, etiam imperatorẽ.*



SI autem. Ad idem sequitur hoc.ca.quod est Clementis.Summa est in rubro vel sic & plenius. Omnes clerici & laici & etiam principes debent suis episcopis obedire, alioqui fient infames,& venient excõmunicandi.breue est,& non diuiditur.Leges.¶[Si autẽ non obedierint]in his in quibus tenentur obedire.s.quo ad vestrum officium & prælationem pertinet præcipuè.Hu.debet ergo quis obedire suo episcopo, & sic eius sententia timenda, & sic est ad propositum.[principes]tenetur ergo princeps subesse,& obedire episcopo in his,quæ spectãt, ad eius officium,vt di.63.Valentinianus.Et est.ar.1 ꝙ episcopus potest excommunicare principem etiam imperatorem. vt d.18.quoniam quidem.& dist.96.duo.HU.& glos. mitius tamen est agendum cum principe, quam cum alio. 12.q.2. de rebus,& si in pluribus episcopatibus habet domiciliũ,quilibet potest eum excommunicare.ff.ad municip.assumpto. gl.& excõmunicatus ab vno ab alio habendus est pro excõmunicato supra.e.c.2.& supra.4.q.5.c.1.Arch.[infames] nõ ipso iure,sed per sententiam.HU.& Lau.& Archid. Et datur hæc infamia dum est in excommunicatione.Lau.Arc.[alieni erunt].i.excommunicabuntur,præmissa tamen admonitione,vt resipiscant.12.q.2.indigne.Hug.& Arch.

Exponit literam.

Laurent. Archid.



QVicunque. Ad idem sequitur hoc.c.qđ est beati Petri in ordinatione Clemetis. Summa est in rubro.breue est Lege.¶[Quicunq; cõtristauerit] iniuste lędendo infestãdi scãdalizãdo,vt di.43.scimus.HU.vel nõ obediẽdo.Et sic facit ad propositũ.quia si habet obediri eius sententia est timenda.[doctorem veritatis].i. sacerdotẽ, vel episcopum,qui docet veritatem.i.Christum, qui est veritas Mat.22.Scimus quia verax es,& in veritate viam Dei doces & ea quæ sunt Christi.& infra.eo.nolite.2.Arc.[patrem exacerbat].i.exasperat,qui in suis membris scandalizatur,& persecutionem patitur.vt.3.q.1.nulli. & 7.q. 1. omnis qui [vita æterna] nisi resipiscat,vel vita honesta . quia excummunicabitur & fiet infamis. Hug.


Exponit literam.



SI quis vero. Ad idem sequitur hoc ca. quod est Ambrosij.li.2.de officijs. Summa est, quòd sub specie veritatis non debet ab episcopo ab aliquo eius subdito obedientia denegari,nec sub specie boni debet alius vituperari nec mali defendi,nec eis sancta cõmitti, nec reprehendi quis.de cuius crimine non apparet.itaque capitulum habet tres partes.2.ibi,non defendas.3.ibi,nec iterum. Le.¶[Si quis vero nõ obediat epo]Qui.n. suo epo præcipiẽti licita & honesta non obedit,Christũ cõtẽnit. qui episcopis ait Lu.10.qui vos audit me audit,& qui vos spernit,me spernit.vnde apostolus ad Hæbr. 13.dicit.obedite præpositis vestris[extollere]per superbiam ille se extollit, qui episcopo suo obedit contemnit.abdiæ.1.c.superbia cordis tui extollit te.Sed contra dicitur ecclesi.32.nolli extolli,sed esto in illis quasi vnus ex illis.[simulata affectione doctrinæ &c.] hoc vult,dicere,ꝙ iste talis simulat se habere affectionem taliũ, .s.doctrinæ,humilitatis,& misericordiæ, vt sic credatur & videatur esse melior suo prælato in his.HU.& Arch.[ea regula]prouc hi.27.di. Arc.[cõmendandi]sine causa,quo minor ar.ꝙ nullus debet sibi consulere cum alterius iniuria.22.q.2. primum.Hu.& nemo bonum faciens &c.6.q.1.oues. Laur. & Arch.nec si quid boni.quasi diceret non sic te commendes vt alij detrahas.HU.[non defendas]2. pars.[improbum] in sua malitia,& improbitate.23.q.4.est iniusta.&.c. ne amissio.nisi ad ecclesiam confugiat.17.q.4.reum.tunc ecclesia debet eum defendere quo ad pœnam corporalem.ita tamen ꝙ alias componat,de eo ꝙ inique gessit,vt prædicto. c. reum. &.c.id constituimus Hu.[sancta].i.secreta fidei nostræ.[cõmittenda].i.prædicãda, & exponẽda,& dic indigno.s.de quo constat.vnde bene sequitur[neque iterum &c.]Arch.vel[indigno].i.subuerso,& incorrigibili.vt d.43.in mandatis.& infra.e.nolite recedere. HU.[neque iterum].3.pars.[non deprehenderis]per te vel alium infra.e.q.eorum qui.Hug.

Diuisio. Exponit literam.

Laurenti. Archid.




AB sit. Ad idem sequitur hoc.c.quod est Hieronymi,in epistola ad Heliodorum monachum sed hic dicitur Autherij papæ.Summa est.ꝙ de sacerdotibus non est habenda sinistra suspicio, & eis inobedientes sunt spiritualiter puniendi.secundum quæ in duas partes diuidi hoc capitulum.2.ibi,in veteri quidem , planum est. Lege. ¶[Absit sinistrum]nisi constet de mala & inexcusabili operatione.Sunt.n.secundum Philo.2. Ethic.quædam quæ bene & male fieri possunt,puta comedere,bibere ieiunare & eleemosynam dare,orare,& cum muliere loqui,& sic de alijs, ꝗ possunt bene & male fieri.Quædam vero sunt adeo conuoluta malis,quæ nullo modo possunt bene fieri, vt homicidium,adulterium,furtum,& huiusmodi.Cum ergo quis prima operatur,& non constat de ipsius intentione,debent interpretari in bonum,& non in malum.vt.40.di.c. 1. & extra de re.iu.estote.Nam bonorum est hoc proprium,& non malorum.quia vt dicit Gregorius in mora.Solẽt praui dicta bonorum interpretari vt habeant vnde accussent. igitur dum sacerdotes talia operantur quæ possunt bene vel male fieri, sunt in bonum interpretanda,nisi constet per alios actus de eorũ mala intẽtione, ne ab apostolo Iacẽdo redarguatur tanꝗ iudex iniquarũ cogitationũ.Sed vbi cõstat,ꝙ malus sacerdos male operat̃ puta operat̃ ea quæ bñ fieri non possunt,vel constat de eius mala intentione,tunc videns sacerdotem male operari,non debet de eo nisi sinistrum cogitare,quia si tũc bonum cogitaret de illo ageret contra conscientiam.expresse peccans,& incurreret illud Esa.5. Ve qui dicunt bonum
a malum[apostolico gradu succedunt episcopi][a] vt supra dist. 21.in nouo.[per quos].i.per quorum ministerium . quia baptisma & cætera sacramenta christianitatis nobis conferunt. vnde ecclesia dicit̃ mater nostra.vt.12.q.2.abstulerit.& 32.q. 4.recurrat.Hug.[Christiani]per eos.n. quibus dominus ait ma.vlt.[baptizãtes eos.&c.]facti sumus [Christiani claues] quia in beato Petro vt dicit Augustinus cæteri claues ligãdi & soluendi acceperunt in ecclesia.Mat.16. &.18.[ante diem iudicij.]quia nec tũc nec postea, qa vt dicit apostolus postea cessabit omnis prælatio,s.humana.HU.[in veteri quidem lege].s.deutero.17.2.pars.[lapidabitur.aut gladio]Ecce ꝙ contumacia in veteri testamẽto morte multabatur,& nunc crimẽ est.ergo nũc repellit à promotione.vt d.54. multos.ergo & à testimonio,& accusatione. vt.7.q.7. ipsi.&.c.testes.HU. dicit t. men gl. hic ꝙ non quælibet inobediẽtia sic puniebatur,sed illa sola,quæ schisma inducebat.vt.7.q.1. denique. in fi. animaduersione spirituali].i.pœna excommunicationis, quæ dicitur spiritualis,quia ea spiritus percutitur & ligatur. vt.24.q.3.si habes Hu.[truncatur].i.suspenditur.Hu.[aut eiectus]quasi aut excommunicatur simplici excommunicatione,aut solemni.i.anathemate.Hu.[ore demonum.] vulgariter loquitur.Cum,n.quis à Deo separatur diabolo traditur, & ab eo dicitur rapi,& deuorari.vt infra.eo.omnis Christianus.vnde olim hoc ad literam fiebat,& quòd excommunicati ab apostolis corporaliter & visibiliter à diabolo vexabantur.vt d.55.§.Salomon.nunc vero excommunicati tantũ spiritualiter vexantur ab eo, vel si corporaliter, non tamen visibiliter nec ab homine potest sciri qual iter.Hug.

Diuisio. Exponit literam.

Greg.

a ¶Succedũt episcopi.Vide late firmanũ in tractat. suo de epicopo. Aug.

1 *Excommunicatio dicitur quasi extra communionem positio.*
3 *Communio fidelium est duplex.*
4 *Actio vnius potest alteri continuari dupliciter.*
8 *Casus in quibus excommunicatio maior infligitur à iure.*
10 *Excommunicatio minor in quo differat à maiori.*
13 *Excommunicatus si sit reus potest se in iudicio defendere, & constituere procuratorem*
14 *Excommunicatus ingerens se diuinis fit irregularis.*



SI inimicus. Ad idem sequitur hoc.ca.quod est beati Petri in ordinatione clementis.quod supra d.93.c.1.inuenitur integrũ & expositum ibi vide.Verum quia vt dicit glo.ab isto incepis

ab isto incepit plenius tractare Gratianus de duplici excommunicati. quam alij. ideo breuiter videnda sunt aliqua circa excommunicationem.

1 ¶ Primo quid sit excommunicatio.

5 ¶ Secundo quot sunt species eius.

6 ¶ Tertio vnde ortum habuit siue quo iure introducta est.

7 ¶ Quarto in quibus casibus sit quis excommunicatus maiori excommunicatione.

9 ¶ Quinto quid sit excommunicatio minor.

10 Sexto in quibus casibus quis incurrat minorem excommunicationem.

3 ¶ Septimo quis sit effectus excommunicationis maioris.

11 ¶ Octauo. quis sit effectus minoris excommunicationis. de alijs vero & communicantibus cum excommunicatis & de pœna eorum, & de eo qui potest absoluere infra dicetur circa ca. vbi de hoc sermo occurret.

1 **Circa primum.** Notandum † q excommunicatio largo vocabulo sumpta describitur. q sit à communione aliqua licita separatio. vt in. §. euidenter infra ea. q. &. 5. q. 2. c. 2. &. q. 4. in loco. & di. 18. placuit. Et huic descriptioni cõsonat ipsa nominis interpreta-
2 tio. † dicitur. n. excõicatio quasi extra communionem positio. & hoc modo vt dicit gl. in. §. euidẽter. secularis iudex potest aliquem excommunicare. i. à legitimis actibus prohibere vt. ff. de pœnis. l. moris. Alio modo sumit magis strictè excommunicatio, prout. s. est censura ecclesiastica à canone vel iudice ecclesiastico lata. Et hoc modo diffinitur à theologis quibusdam vt dicit Sanctus Tho in. 4. dist. 18. sic excommunicatio est separatio à communione ecclesiæ quo ad fructũ & suffragia ecclesiæ communia. Sed videtur quòd ista diffinitio non sit conueniens. Primo sic. Suffragia. n. ecclesiæ valent pro eis, pro quibus fiunt, sed ecclesia orat pro eis, qui sũt extra ecclesiã, sicut pro hæreticis, & paganis. ergo etiam pro excommunicatis qui extra ecclesiam sunt & sic eis suffragia ecclesiæ valent, & per consequens non bene diffinitur excõmunicatio, cum dicitur, quòd sit separatio à cõmunione quo ad suffragia eius. ¶ Secundo sic nullus amittit suffragia ecclesiæ, nisi per culpam. sed excommunicatio non est culpa, sed pœna. ergo per excõicationem non separatur aliquis à suffragijs ecclesiæ communibus. ¶ Tertio sic. fructus ecclesiæ nõ videtur esse aliud, q̃ suffragia. ergo incõueniẽter vtrũq; ponitur. ¶ Quarto excõicatio, minor est, excõicatio sed p eã nõ perdit homo suffragia ecclesię. ergo diffinitio cũ non sit communis non videtur conueniens. ¶ In oppositum est magister senten. qui ita in. 4. sen. di. 18. eam diffinit. ¶ Respõdet. dicendum quòd diffinitio prædicta est cõuenienter assignata. pro cuius intelligentia sunt aliqua notanda. 1. iuxta sanctũ Tho. in. 4. eadem di. ille qui per baptismum in ecclesia ponitur ad duo ascribitur, s. ad cetum fidelium, & ad sacramentorum participationem. Et hoc. 2. præsupponit primum, quia in sacramentis participandis etiam fideles communicant. Et ideo aliquis potest extra ecclesiam fieri dupliciter per excõmunicationem. vno modo, ita quòd separetur tantum à participatione sacramentorum, & hæc erit excõmunicatio minor. Alio modo ita quòd excludatur ab vtroq;, & sic erit excommunicatio maior, quę hic diffinitur. Non potest autem esse. 3. s. quòd excludatur à communione fideliũ & non à participatione sacramentorum ratione iam dicta, quia. s. fideles
3 in sacramentis communicant. ¶ Secundo notandum † communio fideliũ est duplex quædam in spiritualibus, sicut sunt mutuæ orationes, & conuentus ad participanda sacramenta. Quædam in corporalibus actibus legitimis, qui quidem legitimi actus & licita cõmunio his versibus continentur. Si pro delictis anathema quis efficiatur. os orare vale communio mensa negatur. os. s. ne detur osculum. orare. s. ne cum excommunicatis oremus. vale, ne salutentur communio, ne. s. in sacramentis cum ipsis aliquis communicet mẽsa negatur, ne. s. aliquis cum eo comedat. præmissa ergo diffinitio importat separationem à sacramentis, in hoc quòd dicit quantum ad fructum & à commonione fidelium quantum ad spiritualia, in hoc quòd dicit & suffragia eccle. communia. Alia autem diffinitio siue descriptio inuenitur data à Ray. & Go. & Host. in summis suis. quæ datur secundum separationem ab vtrisq; actibus. quæ est talis. Excommunicatio est à qualibet licita communione & legitimo actu separatio. Alij diffiniunt eam sic. Excommunicatio est animi aduersione gladij ecclesiæ spiritualis à communione fidelium & sacramentorum separatio. Alij sic. Excommunicatio est censura à canone vel iudice ecclesiastico prolata priuans legitima communione, quãdoq; sacramẽtorũ, qñq; hominum. inter quas descriptiones conuenientior videtur nobis illa theologorũ quia per eam magis nobis exprimitur virtus excommunicationis & natura. ¶ Vnde dicendum est ad rationes factas in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secũdum sanctum Tho. quia quamuis pro infidelibus oretur, ipsi tamẽ fructum orationis nõ percipiũt nisi ad fidem conuertantur. Similiter & pro excõmunicatis, orari potest, quamuis non inter orationes quæ pro membris ecclesiæ fiunt, & tamen fructum non participant quãdiu in excõicatione manent, sed oratur vt detur eis spiritus pœnitentiæ vt ab excommunicatione soluantur. ¶ Ad secundam respon. negando assumptum. Et ratio est secũdum sanctum Tho. vbi supra pro quo notandum quòd suffragia aliquando
4 valent alicui secundum quòd eis continuantur. † potest autẽ actio vnius alteri continuari dupliciter. vno modo ex vi charitatis quæ omnes fideles connectit vt sint vnum in Deo. secundum illud psal. particeps ego sum omnium timentium te &c. Et hanc continuationem excommunicatio non intercipit quia iuste quis excommunicari non potest, nisi pro culpa mortali per quam à charitate diuisus est, etiam si non excommunicetur iniusta autem excõmunicatio charitatem alicui auferre non potest. cum sit de maximis bonis, quæ nõ possunt alicui iniuste auferri. Alio modo potest actio vnius alteri continuari per intentionem suffragia facientis, quæ in aliquem fertur pro quo fiunt. Et hanc continuationem excõmunicatio intercipit quia ecclesia per excommunicationis sñiam separat excommunicatos ab vniuersitate fidelium, pro quibus suffragia facit. vnde suffragia ecclesiæ eis nõ prosunt quæ pro tota ecclesia fiunt, nec ex persona ecclesiæ oratio pro eis inter membra ecclesiæ fieri potest, quamuis aliqua persona priuata possit ad eius conuersionem aliquod suffragium per intentionem dirigere. ¶ Ad tertiam respondetur negãdo assumptum. quoniam vt dicit sanctus Th. vbi supra fructus spiritualis ecclesiæ non solum est ex suffragijs, sed etiam ex receptione sacramẽtorũ & ex conuictu fideliũ. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia excommunicatio minor vt dicit sanctus Tho. non habet perfectam rationem excommunicationis, sed aliquid ipsius participat. Et ideo non oportet quòd ei totaliter excõicatio. diffinitio conueniat, sed solum quo ad aliquid.

5 **Ad secundum** Sic proceditur. † Et videtur quod sufficienter assignentur tantum duæ species excõmunicationis. s. minor & maior. Primo sic. Excommunicatio est separatio à qualibet licita communione, & legitimo actu vt supra habitum est. Sed tam communiones licetæ quã actus legitimi possunt esse, & sunt multæ species, ergo & excommunicationis. ¶ Secundo sic. Sicut aliquis separatur à participatione sacramentorum & non à cetu fidelium ita videtur quod aliquis potest separari à communione fidelium, & non à participatione sacramentorum & sic erunt tres species. s. quæ separat à sacramentis tantum. Alia quæ separat à communione fidelium tãtum. Et alia quę separat ab vtraq;. ¶ In oppositum est glo. hic & omnes doctores tã theologi, quam iuristę. ¶ Respondeo. dicẽdum q sicut dupliciter sumitur excommunicatio, ita dupliciter possunt assignari species prout excommuticatio large sumpto vocabulo dicitur separatio à qualibet licita communione. sic non possunt ei assignari certę species, sed quasi infinitæ esse possunt. quia quot sunt species licitę cõionis & legitimorum actuũ, tot sunt vel esse possunt species excõicationis. Excoicationis vero strictæ sunt prout de ea vt de ecclesiastica cẽsura à canone vel iudice ecclesiastico lata assignanẽ duæ spẽs. vna quæ dicitur maior, quæ excludit à sacramentis & cõmunione fidelium quæ etiam dicitur anathema, quasi perditio vel damnatio siue maledictio superna. Alia est quæ dicitur minor, siue simplex excommunicatio, quæ separat à sacramẽtis tantum & de vtraque harum habetur. 3. q. 4. Engeltrudã. & extra. e. ti. si quem. plenior autem distinctio harum specierum habebitur infra vbi de effectibus vtriusq; dicetur. ¶ Ad rationes in prin. dicendum est. Ad primam patet responsio. quòd ratio illa procedit de excommunicatione largo vocabulo sumpta. ¶ Ad secundam respondetur negando, quòd qs excludatur per excommunicationem à communione fidelium & non à participatione sacramentorum. dicit. n. sanctus Tho. quòd hæc tertia dari non potest, quòd aliquis excludatur à communione fidelium, & non á participatione sacramentorum.

mentorum. et ratio est, quia fideles in sacramentis communicāt, bene tñ reperitur maximè in ergo sancti Benedicti, q̄ tenso vocabulo excommunicatio dicatur separatio alicuius monachi à communione conuentuali aliorum monachorū in cibo, in choro, in capitulo, & huiusmodi. non tamē à sacramentis nec à communione omnium fidelium. Et ita falsum dicunt iuristæ qui ponunt duas species minoris excommunicationis.

Cōtra iuristas.

Respōdet 6 **Ad tertium** Quod aliqui petunt†quo. s. iure introducta est excommunicatio. Aliqui dicunt q̄ originaliter à iure canonico. Sed isti male dicunt, & ex ignorantia iuris diuini. vnde dicimus, q̄ principalis origo vnde orta est authoritas excommunicandi, & practica eius est à iure diuino. primo quidem ab euangelio Christi Matt. 18. vbi Christus ait Petro. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus &c. item ex apostolis. vnde Paulus. 1. ad Cor. 5. inquit. Si is qui frater nominatur inter vos & est fornicator &c. cum hmōi nec cibum sumere &c. item ad Gala. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis anathema sit. item. 1. ad ti. dicit de quibusdam quos tradidi Sathanæ, vt discāt non blasphemare. item beatus Io. Apostolus & Euan. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite eū recipere in domo, nec aue dixeritis. 2. Io. 1.

¶ Secundario vero excōmunicatio ortum habet siue introducta est iure canonico, cum sit gladius spiritualis, nec potest de ipso disponere, aut illum exercere, nisi sit iudex ecclesiasticus vt extra de iudi. c. 2. ¶ Tertio etiā dicere possumus, q̄ introducta est iure ciuili. vt in auth. de interd. hæred. tollen. & in auth. de sanctis. epi. §. omnibus. vbi te. loquitur de ea.

Respōdet 7 **Ad quartum** Quo quæritur† in quibus casibus qs incidit in excomunicationem maiorem. Respondemus quòd vtraq; species excommunicationis aliquando infligitur à iure siue à canone, aliquando à iudice. sicut fit omni die. †A iure quidem infligitur maior 8 excommunicatio. in multis casibus q vario mō à diuersis doctoribus enumerantur, inter quos nunc nobis magis placet modus assignandi eos, sequendo ordinem iuris canonici.

¶ Primo ergo numerabimus casus contentos in decreto. Secūdo cōtentos in decretalibus. Tertiò cōtētos in. 6. quarto contentos in clementinis. Quinto & vltimo cōtentos in extrauagantibus.

¶ Sequuntur casus in decreto contenti.

¶ Primus casus est, cum quis romanam ecclesiam dicit asserendo non esset caput aliarum ecclesiarum, nec ei tanquam capiti obediendnm. 19. di. nulli. fas.

¶ Secundus casus est, si quis incendit locum sacrum, vel religiosum. 11. q. 3. c. canonica. &. 17. q. 4. omnes ecclesiæ.

¶ Tertius est de percutiente clericum, monachum, monialē, conuersum, aut conuersam, vel aliquam religiosam personā 17. q. 4. si quis suadente diabolo.

¶ Quartus casus est, si quis incidit in hæresim iam damnatā, vt Arrij, Nestorij, & Manichei. 24. q. 1. c. 1. 2. &. 3. idem in eo qui nouam hæresim confingeret. vt infra subijciemus. hi casus reperiuntnr in decreto.

¶ Sequuntur casus in decretalibus contenti. &c.

¶ Quintus casus est cū quis à paucioribus quā a duabus partibus cardinalium in summum pontificem electus cōsentit electioni de se factæ, se pro papa gerens, si humiliter abstinere noluerit. extra de elect. c. licet.

¶ Sextus casus est si quis præfato electio se pro papa gerēti adhæserit vt in dict. c. licet &c.

¶ Septimus casus est cum quis se ingerit in ecclesia, in qua est episcopus gerens se pro episcopo, sine consensu ipsius episcopi. vt in c. quoniam de off. ord.

¶ Octauus casus est cum quis magistrorum vel scholarium Bononien. ante finitum tempus conductiones conducit hospitia aliorum magistrorum,[a] aut scholariū sine ipsorum cōsensu. vt extra de loca. & cond. ex rescripto. quæ constitutio s̄m aliquos est localis & s̄m hoc ad alia studia non extenderetur. Alij vero tenent q̄ sit generalis. Et ita tenet Hostiē. in summa in. §. quis autem. versi. 21.

a ¶ Hospitia aliorū magistrorum. Adde pulchre Pe. de Ant. in. c. 1. nu. 3. de loca. & condu.

¶ Nonus casus est cū potestates, consules, seu rectores ciuitatū, & locorū angarias. & exactiones ecclesijs. sacerdotibus, & eorum possessionibus imponunt, & alia similia onera. de quibus extra. de immu. eccle. c. non minus. &. c. aduersus. §. 1.

¶ Decimus casus est contra potestates, & officiales, qui præcedentibus successerint & infra mensem errorē tiue excelsū prodecessorum non purgauerint, prædecessoribus nihilominus excommunicatis remanentibus donec vtrique satisfecerint. vt in. d. c. aduersus.

¶ Vndecimus casus est cum monachus, vel canonicus regularis, quiscunq; religiosus leges vel physicam audierint, nisi infra duorum mensium spatium à studio huiusmodi duxerint desistendum. vt extra. ne cler. vel monach. cap. non magno. &. c. super specul.

¶ Duodecimus casus ē. Si quis Archidiaconus, decanus præpositus, aut cantor, aut aliquis alius clericus personatum habens, nec non etiam presbyter, leges aut physicam audiens, nisi infra duorum mensium spatiū ab huiusmodi studio duxerint desistendum vt extra ne cle. vel mo. c. si. §. si.

¶ Tredecimus casus est cum quis defert arma, ferrum, ligna, galeas, vel naues, saracenis. seu infidelibus regimen exercet in eorum nauibus, galeis, vel aliquod eis subsidium impēdit in dispendium terræ sanctæ vel Christianorum. vt extra de iudæis. c. ita quorundam. &. c. significauit. vt. c. quod olim. &. c. ad liberandam.

¶ Quartus decimus casus est cōtra hæreticos, & eorum fautores defensores, receptores &c. vt extra de hære. c. sicut ait &. c. eocommunicamus cum multis alijs ibi.

¶ Decimus quintus casus est, si quis vtitur, vel inititur ordinationibus, vel alienationibus factis ad schismaticis. vt extra de schisma. c. 1.

¶ Decimus sextus casus est cōtra illos, qui artem mortiferā & odibilem balistariorum, & sagittariorum eoercent cōtra christianos in bello iniusto. vt extra de sagitta. c. 1.

¶ Decimus septimus casus est contra illos, qui romanos aut alios christianos pro negotiatione, vel alijs honestis causis nauigio, vectos, capere, aut rebus suis spoliare præsumunt, aut naufragium passos spoliant rebus suis nisi moniti satisfaciant. vt eotra de rap. c. 3.

¶ Decimus octauus est, cū quis potest defendere clericum à violenta manuū iniectione, & non facit. vt extra de sen. ex. quantæ præsumptionis. q̄ quidam intelligunt, vt dicit Goff. simpliciter, sicut litera sonat dicentes, hoc infauorem clericorum fore statutum, quorum defensio ad ius publicum, spectat. vt d. 1. ius publicum. Alij aut intelligunt de his qui authoritate iurisdictionis & officij prohibere possunt, vt. 23. quæsti. 4. forte.

¶ Decimus nonus est contra illos, qui statuta edita contra libertatem ecclesiæ seruari fecerunt, nisi ea de capitularibus libris suis deleri fecerint secundum formam. cap. nouerit. eotra de senten. eocommunicationis.

¶ Vigesimus est contra illos, qui de nouo talia statuta fecerūt aut facerent, vt in dicto. c. nouerit fraternitas tua.

¶ Vigesimus primus est qui talia statuta scripserunt vt in dicto. c. nouerit.

¶ Vesimus secundus est contra potestates, & consules, rectores, consiliarios locorum, in quibus huiusmodi statuta & etiam consuetudines seruari fecerint quamuis ea non ediderint. vt ibi.

¶ Vigesimus tertius est contra illos, qui secundum talia statuta vel consuetudines præsumpserint iudicare. vt ibi.

Vigesimus quartus est contra illos, qui in publicam formam redigere præsumpserint iudicata secundū talia statuta & consuetudines. vt ibi.

¶ Vigesimusquintus est contra illos, qui participāt in crimine cum excommunicatis. vt in. c. nuper. extra de sent. ex.

¶ Vigesimus sextus est cōtra illos, qui scienter, & sponte participant in diuinis officijs excommunicatis à papa vt in ca. significauit. eo. tit.

¶ Vigesimus septimus est contra literas domini papæ falsatores. extra de cri. falsi. ad falsariorum.

¶ Vigemus octauus est contra sciēter vtentes literis illis falsis, vbi prius & hæc de casibus contentis in decretalibus.

¶ Sequuntur casus contenti in sexto.

¶ Vigesimus nonus est contra eum, qui mittit nuntium, vel scripturam, aut secrete loquitur cum aliquo cardinali eo tēpore, quo cardinales sunt inconclaui pro eligendo summo pontifice. vt in c. vbi periculum. §. nulli de elect. lib. 6.

¶ Trigesimus est contra eos, qui agunt contra ea quæ statuūtur in. d. c. vbi periculum.

¶ Trigesimus primus contra grauantes aliquam personam ecclesiasticam, vel eorum cōsanguineos, vel ecclesias, aut bona, eo quòd noluerint eligere illum, pro quo rogabant, vt in c. sciant cuncti. de elect. lib. 6.

¶ Trigesimus secundus est contra clericos, vel monachos, qui procu-

qui procurat vt aliqui regalem custodiam, siue gardiam, aut aduocationis siue defensionis titulum in ecclesijs vel monasterijs vsurpant, vel ecclesiarum monasteriorum aut dictorum locorum vacantium bona vsurpare præsumunt, quacunque dignitate præfulgeant vt. in c. generali extra de elect. libr. 6.

¶ Trigesimus tertius est in casu de ca. fundamenta, de elec. lib. 6. §. quòd si secus qui est circa electionē senatoris vrbis.

¶ Trigesimus quartus est contra agentes aliquid propter quod intermoniales debentes eligere discordia oriatur, vel orta nutriatur. in. c. indemnitatibus. §. postremo. de elec. li. 6.

¶ Trigesimus quintus est contra procurantes, vt conseruatores de alijs se intromittat, quæ suam excedunt potestatem vt in. c. fi. de offi. dele. li. 6. §. pars vero.

¶ Trigesimus sextus est contra eos, q vel metu, absolutionē ab excommunicatione, vel interdicto, vel suspensione extorserint. quæ tamen reuocationes absolutionis excommunicationis &c. irritæ sunt ipso iure. in. c. 1. extra quæ vi metus ve causa fi. lib. 6.

¶ Trigesimus septimus est contra iudicem fingentem causam, vt admoniales personaliter accedat, contra formam. c. 2. de iudi. libro. 6.

¶ Trigesimus octauus est in casu de. c. ad apostolicæ. ver. omnes, de re. iur. li. 6. contra eos. s. qui imperatori Federico consilium, aut fauorem præstiterint &c.

¶ Trigesimus nonus est contra illos, qui prælatos, vel personas ecclesiasticas compellunt ad faciendas ecclesiarum submissiones. vt in. c. 2. extra de re eccle. non aliæ. lib. 6.

¶ Quadragesimus est contra laicos, qui vltra id quod eis cōpetit ex natura ex licentia papæ interuenientes in rebus ecclesiasticis aliquid vsurpare præsumāt, nisi legitimè moniti ab vsurpatione huiusmodi destiterint. &. c. vt ibi.

¶ Quadragesimus primus est contra religiosos mendicātes qui domos ad habitandum, vel loca non reciperent, aut accepta mutarent, aut alienarent, sine licentia papæ. extra de religio. do. lib. 6. c. 1. & de exce. præl. li. 6. c. 1. & in cle. fi. de pœnis.

¶ Quadragesimus secūdus est cōtra singulares personas, qui ecclesias vel ecclesiasticas personas compellunt soluere pedagia, vel exactiones pro rebus suis, quas causa negotiationis non deferunt, vel pro personis. vt in. cap. quanquam. de censi. lib. 6.

¶ Quadragesimus tertius est contra laicos, qui imponūt clericis collectas, talias, & alia onera. vt in. capi. clericis. de immu. eccle. lib. 6.

¶ Quadragesimus quartus est contra prælatos, qui sine licentia romani pōtificis impositionibus laicorum consentiunt, siue acquiescunt. in eo. c.

¶ Quadragesimus quintus est contra omnes, qui super causis (quæ ad forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine pertinent) literas à sede apostolica impediunt impetrari. aut super ipsis coram ordinarijs, vel delegatis ecclesiasticis litigari. vt in. c. pe. de im mu. eccl. lib. 6.

¶ Quadragesimus sextus est contra dominos seculares, qui suis subditis interdicunt, vt personis ecclesiasticis nihil vendant, aut emant ab eis vel ne molant, coquant, aut alia obsequia exhibere præsumant. vt in. c. fi. de im mu. eccle. li. 6.

¶ Quadragesimus septimus est de religiosis, qui accendunt ad studia nisi à suo prælato ex cōsilio maioris partis conuentus sibi sit licentia concessa. vt in ca. vt. periculosa. extra ne clerici. lib. 6.

¶ Quadragesimus octauus est contra doctores, & magistros qui scienter docent religiosos, qui dimiserunt habitum suæ religionis. vel docent eos leges, siue physicam. vt in. e. c.

¶ Quadradragesimus nonus est cōtra eos, qui hæreticos, aut eorū receptores, & defensores ecclesiasticæ præsumpserint tradere sepulturæ. vt in. c. 2. de hære. lib. 6.

¶ Quinquagesimus est cōtra personas priuatas laicas, de fide catholica disputantes. in. c. 2. de hære. li. 6. Io. tamen And. videtur tenere ꝙ non sit latę, sed ferendæ sententiæ.

¶ Quinquagesim' primus est de rectoribus, scholaribus, vel quibuscunq; officialibus eorum cognoscentibus de crimine hæresis, aut captos liberarent, vel diocœsanorum vel inquisitorum officium impedirent. vt in. cap. inquisitionis. de hæred. libro. 6.

¶ Quinquagesimus secūdus est de. c. 1. de schisma. li. 6. cōtra eos, qui Iacobum de columna, & Petrum nepotem suū priuatos cardinalatu scienter & deliberate pro cardinalibus habuerint, aut tenuerint &c.

¶ Quinquagesimus tertius est contra eos qui prædictis darent fauorem, vel auxilium in rebellatione, vel schismate persistentibus in eo i. em. c. ver. nihilominus.

¶ Quinquagesimus quartus est contra eos, qui per asinos. i. quosdam infideles, qui ex falsis suis opinionibus de facili innitebantur ad occidendum Christianos, interfici fecerunt, vel mandauerunt, etiam si mors non fuerit subsecuta, & de receptoribus, & defensoribus eorum vt in. c. 1. extra de homicid. lib. 6.

¶ Quinquagesimus quintus est contra eos, qui pignorationes, vel represalias contra personas ecclesiasticas concedunt. vel concessis vtuntur. vt in. c. 1. de iniurijs. lib. 6.

¶ Quinquagesimus sextus est contra absolutos ab excommunione, propter mortis periculum vel aliud impedimentum ab eo, à quo alias non poterant absolui cessante impedimento, si se non præsentat (cum commode possunt) ei, à quo alias absolui debebant. Nam tales ipso facto in priorem sententiam excommunicationis reincidūt. vt in. c. eos. e. ti. li. 6.

¶ Quinquagesimus septimus est cōtra absolutum ab excommunicatione, qui se debet alicuius conspectui præsentare, si hoc non facit quam prius commode poterit in priorem excommunicationem reincidit vt in prædicto. c. eos.

¶ Sequuntur casus clementinarum.

¶ Quinquagesimus octauus casus est contra eum, qui impedit sequestrationem, vel fructus sequestratos occupat, data vna sententia in curia in petitorio vel possessorio, propter quam beneficium & fructus sunt sequestrati. vt in cle. 1. de que. posse. & fruct.

¶ Quinquagesimus nonus est contra illos etiam exemptos, qui tempore interdicti in casibus non concessis defunctos ecclesiasticæ sepulturæ tradiderunt. vt in cle. 1. de sepul.

¶ Sexagesimus est contra illos etiam exemptos, qui scienter sepeliunt excommunicatos publicè. vt in eadem cle.

¶ Sexagesimus primus est etiam in eos exemptos, qui nominatur interdictos sepelire præsumunt. vt in dicta cle.

¶ Sexagesimus secundus est contra eos, qui sepeliunt manifestos vsurarios. vt ibidem.

¶ Sexagesimus tertius est cōtra religiosos, qui decimas ecclesiæ debitas sibi oppropriant, vel vsurpant, siue qui non permittunt solui ecclesijs decimas de animalibus familiarum, & pastorum suorum, vel aliorum immiscentium ipsa animalia gregibus eorum, tales si non habēt administrationem & beneficia sunt excommunicati, si habent sunt suspensi, nisi requisiti infra mensem destiterint. vt in cle. 1. de decimis.

¶ Sexagesimus quartus est contra eosdem religiosos, qui de animalibus in fraudem ecclesiarum in pluribus locis emunt. empta q; tradunt venditoribus, vel alijs ab ipsis tenenda, ad hoc vt decimas non soluant, si nō destiterint, aut restituerint infra tempus predictum, vt in prædicta cle.

¶ Sexagesimus quintus est contra eosdem, qui de terris quas tradunt alijs colendas decimas ecclesiæ solui non permittūt aut prohibent, si infra tempus prædictū non destiterint, aut restituerint modo prædicto vt in dicta cle.

¶ Sexagesimus sextus est contra religiosos professos, administrationem aliquam non habentes, absque proprij prelati licentia euntes ad curias principum, fingentes se in monasterijs non posse secure morari, vt damnū aliquod inferant suis prelatis, aut monasterijs. vt in cle. 1. de sta. mo. ne in agro.

¶ Sexagesimus septimus est contra eosdem, qui contra prælatos coniurant, & illos capi & incarcerari faciūt, nisi ab ipsis petita pensio, vel subuentio assignetur, & ipsorum monasteria comburi procurāt, & interdum ipsorum monasteriorum bona in toto vel in parte non modica occupare præsumūt. vt ibidem.

¶ Sexagesimus octauus est contra eos qui visitatores monialium vel canonicorum secundum formam cle. 2. de sta. re. in visitationibus suis impedire præsumunt nisi moniti resipiscant. vt in cle. 2. in fi. eo. tit.

¶ Sexagesimus nonus est contra eos, qui damnatum statū beguinarum sectantur, aut de nouo assumunt, vt in clemen. 1. de reli. do.

¶ Septuagesimus est contra religiosos qui mulieres sectantes vel de nouo assumentes beguinarum statū fouent, aut ad ipsum inducunt suscipiendum. vt in dicta cle.

¶ Septuagesimus primus contra eos, qui scienter matrimonium contrahunt in prohibito consanginitatis gradu à iure canonico, vt in cle. 1. de consang. & affi.

¶ Septuagesimus secūdus est cōtra eos, q similiter in gradu prohibi. o

prohibito affinitatis contrahunt.vt ibi.
¶Septuagesimus tertius est contra eos,qui scienter contrahunt cum monialibus matrimonium.vt ibidem.
¶Septuagesimus quartus est contra omnes professores,qui matrimonium contrahunt.vt ibidem.
¶Septuagesimus quintus est contra moniales matrimoniũ contrahentes,vt ibidem etiam habetur.
¶Septuagesimus sextus ex cõtra clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonium contrahentes.vt ibi.
¶Septuagesimus septimus est contra inquisitores,vel substitutos ab eis,qui non discrete & prompte contra diffamatos de hæresi procedunt, aut aliquid falsitatis pro ipso officio impediendo contra aliquẽ imponunt.in cle.1.§.pen.de hær.
¶Septuagesimus octauus est contra eosdem,qui odij,gratiæ amoris lucri,aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam,& conscientiam omiserunt contra quemquam vbi fuerit procedendum,procedere.vt in dicta cle.§.penul.
¶Septuagesimus nonus est contra eosdem qui prætextu inquisitionis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorquet. vt in dicta cle.
¶Octuagesimus est contra eosdem,qui scienter attẽtant ecclesiarum bona ob clericorum delictum prædicti occasione officij fisco ecclesiastico applicare vt in dicta cle. habetur.
¶Octogesimus primus est contra officiales facien.statuta super vsuris soluendis, aut ipsis non repetendis. vel non restituendis.vt in cle.de vsuris.
¶Octogesimus secundus est contra dictantes talia statuta. vt ibi.
¶Octuagesimus tertius ẽ cõtra scribẽtes talia statuta.vt ibi.
¶Octogesimus quartus est contra iudicantes secundum talia statuta.vt ibi.
¶Octogesimus quintus est contra non delentes talia statuta infra tres menses,si possunt,vt ibi.
¶Octogesimus sextus est contra conseruantes talia statuta.vt ibi.
¶Octogesimus septimus est contra seruantes consuetudine ad tales effectus.vt ibi.
¶Octogesimus octauus est cõtra religiosos,qui clericis aut laicis sacramentũ vnctionis extremę non habita presbyteri parochialis licentia speciali ministrare præsumunt. vt in cle.I.de priuilegio.
¶Octogesimus nonus est contra eosdem,qui sine dicta licẽtia eucharistiam præsumunt ministrare.vt ibi.
¶Nonagesimus est contra eosdem,qui sine prædicta licentia matrimonia præsumunt solennizare.vt ibi.
¶Nonagesimus primus est contra eosdem, qui excommunicatos à canone præter quam in casibus à iure expressis vel per priuilegia sedis apostolicæ cõcessis eosdem absoluere p̃sumunt.vt ibidem.
¶Nonagesimus secundus est contra eosdem,qui præterquã in prædictis casibus aliquem excommunicatum per sententias aut statuta prouincialia siue synodalia absoluere præsumunt.vt ibidem.
¶Nonagesimus tertius est contra eosdem,qui aliquem à culpa & pœna absoluunt,nisi in casibus specialiter sibi concessis.vt ibidem.
¶Nonagesimus quartus est contra eos qui iniuriose ceperunt,aut baniuerunt aliquem episcopum.vt in cl.1.de pœnis.
¶Nonagesimus quintus est contra eos, quæ prædicta fieri mandauerunt vt ibidem.
¶Nonagesimus sextus est contra eos,qui prædicta postquã facta fuerunt rata habuerunt,vt ibi.
¶Nonagesimus septimus est contra eos,qui socij fuerũt facien.in prædictis.vt ibi.
¶Nonagesimus octauus est contra eos,qui in prædictis consilium dederunt aut fauorem vt ibidem.
¶Nonagesimus nonus est contra eos, qui prædictos scienter defensauerunt.vt ibi.
¶Centesimus est contra potestas cõsiliarios, bailliuos.scabinos,aduocatos,rectores,consules,& officiales ipsorum,quocunque nomine censeãtur, qui in prædictis.s. captura aut banimẽtis episcopi culpabiles fuerũt.vt in di.cle.1.§. potestas.
¶Centesimus primus est contra religiosos,qui in sermonibus vel alibi proferunt aliquam, vt retrahant audientes à debita à solutione decimarum ecclesijs debitarum.vt in clem. fia.nde pœnis.
¶Centesimus secũdus est cõtra eos,qui post posuerũt confitentibus conscientiam facere de soluendis decimis, tales ab officio prædicationes sunt suspensi,donec si commode possunt faciant eis conscientiam, & interim si prædicant sunt excommunicati.vt in cle.fi.de pœnis.
¶Centesimus tertius est contra temerarios violatores constitutionis papæ de sepu.li.6.qua religiosis & secularibus clericis prohibetur,ne aliquem ad uouendum, iurandum,aut fide interposita seu aliter promittẽdum inducant, vt apud eorum ecclesias eligat sepulturam,vel iam electã vlterius non mutent,vt in dicta cle.§.sane.
¶Centesimus quartus est cõtra religiosos quoscũq;, etiam exemptos,qui non seruant interdictum ,quod seruat mater ecclesia cathedralis.vt in cl.1.de sen.ex.&c.
¶Centesimus quintus est cõtra dominos t.pales, qui cogũt aliquos in loco interdicto celebrare diuina.vt in cle.2.eo.ti.
¶Centesimus sextus est contra eo,qui per præcones ad illa diuina audienda in dicto loco populum conuocari faciunt, vt ibidem.
¶Centesimus septimus est contra eosdẽ,qui prohibent.ne publicè excommunicatis vel interdicti super hoc per illos q missas celebrant moniti ecclesias exeant.vt ibi.
¶Centesimus octauus est contra excommunicatos & interdictos,qui nominatim moniti,vt ecclesias exeant per illos qui missas celebrant,illam non exeunt, vt in dicta clem.
¶Centesimus nonus est contra eos,qui tempore interdicti recipiunt in suis ecclesijs vel monasterijs fratres vel sorores tertij ordinis. vt in cle.pen.eo.tit.
¶Sequunrur casus aliquarum extrauagantium, & per processum in curia.
¶Centesimus decimus est quicũque corpus alicuius defuncti inciderit,vel coquerit pro ossibus transferendis.in extra bonifacij quæ incipit.detestande.
¶Centesimus vndecimus est in quo excommunicat omnes hæreticos,catharos,patrinos pauperes de Lugduno, arnalditas,& alios similes in extrauagan.Bonifacij, quæ incipit, ad perpetuam rei &c.
¶Centesimus duodecimus est in alia eiusdem extrauagant. quæ eodem modo incipit.vbi excommunicat omnes illos, qui ad sedem apostolicam venientes vel redeuntes ab ea capiunt,spoliant,vel detinere præsumunt &c.
¶Centesimus tredecimus est in extrauagan. eiusdem quæ incipit.Excommunicamus simoniacam prauitatem. in qua excommunicatur quicũque curialis,vel alius qui facit vel recipit promissionem de aliqua re tempoaali.vel spirituali,pro obtinenda aliqua gratia vel iustitia apud sedem apostolicam.
¶Centesimus decimusquartus est,si quis commisit simoniam,& præcipuè in ordine & beneficio est papalis. per extrauagan. Martini.
¶Centesimus decimus quintus est.si quis impediuit,vel inuasit portãtes victualia,vel alia ad vsum curię,vel defendit talia facientes per processum in curia.
¶Cẽtesimus decimussextus est.si hostiliter discurrit,vel obsedit,vel cepit,vel detinuit sine consensu papæ terras ecclesiæ,vel patrimonium beati Petri,uel Marchiam Anchonitanam,& alia ciuitates ecclesiæ per processum in curia.
¶Centesinus decimusseptimus est cõtra eos, qui impugnãt literas papæ ante coronationem.vt in extrauagãti. Benedicit 11. habetur expresse.Et ita pat.4.art.s.quæ sunt casus in quibus iure incidat in maiorem excommunicationem.

9 Ad quintum. In quo quæritur †quid sit excommunicatio minor.Respondetur q̃ à sacramentis ecclecæ exclusio. 11.q.4.§.euidentur. & extra. de exc.c.à nobis,& de cle.ex.c.vlt.& de sen.ex.si quẽ.& e.ti.statuimus.Inn.4.Et hæc qñq; cõtrahitur à iure, & hoc multis modis sicut videbit in seq.art.Quandoq; ab hoĩe.s.per sentẽ- Respondet
10 tiam.5.q.1.c.2.†differt aũt minor excommunicatio à maiori.Tum quia maior transit in secundam personam,puta in illum,qui tali excõmunicato participat,nisi in certis casibus, expressis in iure, minor aũt non trãsit.vnde participãs cum excommunicato minori excommunicatione non est excõmunicatus.differt ẽt in alia,quia maior separat à communione fideliũ,& à perceptione sacramẽtorũ. Minor vero à perceptione sacramentorum tantum.differt etiam.3.quia à minori potest quilibet sacerdos absoluere,quæ incurritur ipso iure non autem si infligitur ab homine,non tamen à maiore Et tantum pro nunc de isto articulo.

Ad sextum. In quo quæritur †quibus casibus ipso iure quis incurrat excommunicationẽ norem,Respon.quòd sunt.12. Respõdet.

¶Primus

Versus. ¶ Primus cum quis communicat cum excommunicato excommunicatione maiori aliquo illorum quinq; modorum supradictorum in illo versu. Si pro delictis anathema quis efficiatur. Os, orare, vale, communio, mensa negatur. s. secũ loquendo, orando vel comedendo, & huiusmodi. 11. q. illud.

¶ Secundus est quando quis committit sacrilegium, siue qui furatur in ecclesia, vel in ea aliquid illicitum operatur. 17. qu. 4. miror.

¶ Tertius est. cum quis est publicus concubinarius, vel fornicator. extra de coha. cle. & mulie. vestra.

¶ Quartus est. cum quis est simoniacus. extra de simo. tanta.

¶ Quintus est. cum quis recipit ecclesiã, vel aliud spirituale de manu laici sine consensu episcopi, & sic eã tenet. 16. q. 7. si quis deinceps. ar. ad idem extra. de elect. quisquis.

¶ Sextus est secundum quosdam quãdo quis in bello, seu cõtra Christianos exercet artem ballistariorum, vel sagittariorum. vt extra de sagitta. artem. Alij tamen volunt, quòd sit excõmunicatus excommunicatione maiori vt supra in praecedenti arti. habitum est.

¶ Septimus est in publicis vsurarijs. extra de vsuris. cap. quia in omnibus.

¶ Octauus est in importunis pauperum oppressoribus, vel manifestis raptoribus, & publicis praedonibus, secundum Hostiens.

¶ Nonus est in meretricibus publicis, quae pro tãto largo modo possunt dici excommunicatae. quia talium oblationes non debent admitti ad altare sanctum domini. secũdũ Hos.

¶ Decimus est in illis, in quibus denegatur ecclesiastica sepultura. sicut sunt illi, qui intorneamentis qui dato quòd poenitentes moriãtur, tamen non ponuntur in cemiterio. extra de tornea. cap. 1.

¶ Vndecimus potest assignari de eo qui non confitetur semel in anno, sine necessitate vel causa. extra de pen. & re. ca. omnis vtriusque sexus.

¶ Duodecimus est generalis in quolibet notorio peccatore, qui viuus & mortuus repellitur ab ecclesiasticis sacramẽtis, nisi poenitentiam egerit. vt di. 88. neq; & dist. 95. illud. & 13. q. 2. pro obeuntibus. & de conse. di. 2. pro dilectione. Quasi omnes istos casus ponit Ray. Host. & Inn. Et concordant ẽt in hoc. ꝙ in praedictis casibus potest quilibet absolui à suo ꝓprio sacerdote & episcopo. Et sic patet, quot modis qs incidit in excommunicationem minorem, intellige quia quo ad Deum contingit quam cito peccatum mortale committitur secundum illud sapientiae primo, peruersae cogitationes separant à Deo. item spiritus disciplinae effugiet fictum, & aufert à cogitationibus quae sunt sine intellectu. Et ad idem. 11. q. 3. audi. quia talis eucharistiam & sacramenta suscipit in dãnationem animae suae, non ad salutem. extra de cohabi. cle. & mu. capitu. fina.

Raymũd⁹. Innocen.

Respõdet. 12 Ad septimum. In quo quaeritur † de effectibus maioris excõmunicationis. Respond. secundum Host. primo quidẽ est effectus eius, vt nullus cum eo participet nec loquendo, nec orãdo. 11. q. 3. & tribus. c. se. item ꝙ non possit eligere vel eligi. vt not. extra de appel. constitutus. item ꝙ nullum beneficium acquirere põt extra de cle. ex. postulatis, & extra de etat. & qua. cũ bonae. in fi. item ꝙ quandiu excommunicatus est, de beneficijs suis nihil percipere debet. extra de appe. pastoralis. in fine. hoc dico quandiu est in mora absolutionis petendae, alias non. extra de concess. praeben. c. quia diuersitatem. item non potest constitu. procur. extra de proba. post cessionem. item nõ potest constituere procuratorem, quinimo si aliqua communitas aliquem procuratorem constituit, & ipse excommunicatus inter constituẽtes fuit vt rector vel principalis, & expressus vel eius authoritate factus est procur. vel si ipsa communitas sciendo ipsum talem vna cum eo procuratorem fecisset nõ

13 valet. extra de procu. cap. fin. † Si tamen ipse excommunicatus sit reus, bene potest in iudicio se defendere, & ad hoc procuratorem constituere. extra de iud. intelleximus. secus si sit actor, vel si reus veniat. extra de proba. post cessionem. item constitutiones & scientiae quae feruntur ab excommunicato maiori excommunicatione vel etiam de eius mandato irritae sunt ipso iure, & in nullo vnquam tpe valiturae. qa ei oĩs actus legitimus est interdictus. item quicunq; est excõicatus ab officio & beneficio suspensus. vt extra. de appel. pastoralis. §. fin. vnde non potest beneficium conferre. extra de concess. praebend. tanta tamen quandiu toleratur valet quod sit ab eo. vt si prouideret alicui ecclesiae, vel confirmaret alicuius electionem. ar. 8. q. 4. nonne. 6. q. 4. c. 1. & 2. nisi forte esset

14 notorium. † item excommunicatus sicut & quilibet suspensus si scienter ingerat se diuinis sit irregularis. vt extra de cle. ex. apostoli. Nec cum eo dispensari põt nisi per papam. extra de sen. & re. iu. cum aeterni. & extra. e. cum medicinalis. lib. 6. item excommunicatus si impetret aliquod rescriptum super alio articulo quam excommunicationis vel appellationis. non valet extra de rescrip. ipso iure. item nullum sacramẽtum põt conferre, nisi solum sacramẽtum baptismi. & hoc in necessitate. Sicut etiam vnus paganus potest conferre, & hoc pro nunc de. 7. articulo plures alios effectus inuenies in fra. eo. cap. nihil, vbi ponuntur rationes quare excommunicatio sit timenda.

15 Ad octauum Respondetur † ꝙ effectus minoris excommunicationis principaliter ẽ quod talis separetur à perceptione sacramentorum, si se immisceat eis mortaliter peccat. talis tamẽ si celebrat licet peccet, non incurrit tamen irregularitatem. item licet conferrẽdo sacramẽta peccet ab eo ablata non carent virtutis effectu. Itẽ non prohibetur eligere, nec ea quae ratione suae iurisdictionis sibi competunt exercere. Si tamen scienter talis electus fuerit, eius est electio irritanda. extra de cle. ex. mi. si celebrat. Et hoc ad praesens. de. 8. articulo. Respõdet.

2 *Ecclesia inducit excommunicationem ad medelam, non ad interitum.*

4 *Recipiens excommunicatum maiore excommtnicatione qualiter puniatur.*

5 *Sacerdos non debet desistere per timorem quin expellat excommunicatum ab ecclesia.*

6 *Communicans pertinaciter excommunicatis excommunicari potest maiori excommunicatione.*

7 *Excommunicatus si intrat ecclesiam an alij teneantur exire. Et quid si non intrat sed extra existens audit missam. nu. 9.*

8 *Sacerdos an teneatur relinquere missam & exire si excommunicatus intret ecclesiam inchoata missa.*



Sicut apostoli. Ad idẽ sequitur hoc. c. quod est Fabiani papae. Et est Summa. ꝙ nullus debet scienter excõmunicato communicare, & si communicat venit excommunicandus. diuiditur hoc capitulũ in duas partes. in prima ponit prohibitionem in in. 2. poenam. 2. ibi, & si quis. Pro pleniori intellectu huius literae & sequentium capitulorum quaeruntur duo. Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum excommunicato liceat in pure corporalibus communicare.

3 ¶ Secundum est vtrum participare cum excommunicato in casibus non concessis sit semper peccatum mortale.

Vi merito. Ad idem sequitur hoc c. qd̄ sumptū est ex concilio Carthaginen. Summa est eadē cum illa præcedentis.c. vel sic. Communicans cum excommunicato etiam si fuerit ep̄s incurrit minorem excommunicationem. breue est. Le.¶ [Qui merito] maximè, quia idem est, & si iniustè & immerito. Hug. facit.s.e.quib. Hu.[pusilli] à quibuslibet per excommunicationē. Hu. Arch.[crimine].i.excommunicatione. Hu.[pari] quo ad quædā.s.quo ad sacra & ingressum ecclesiæ. Hu.refugiēs.i.dum refugit [sui episcopi &c.]¶ Sed hic surgit q.q̄

Exponit literam.

1 tangitur in gl.† Vtrū excommunicatus minori excommunicatione q̄ incurrit communicando cum excommunicato possit absolui à simplici sacerdote. vr̄ q̄ sic, ex gl.hic. Qd̄ non vr̄ ex.c.inferiori.di.21. ¶ Rn̄. dicendum sub duab. conclusionib. Prima, q̄ simplex sacerdos proprius curatus excommunicati minori excommunicatione potest eū absoluere, & restituere sacris. patet conc. in decretali nuper allegata in gl. cui excommunicatus confitet hoc, & s̄m Hosti. excommunicatus in confessione debet exprimere cām, p̄p q̄ excōmunicationē incurrit, & sic facit se absolui.¶ Secunda conc. q̄ etiā simplex sacerdos potest absoluere ep̄m sibi confitentē tali minori excommunicatione excommunicatum. Patet concl. ex gl. p̄nti. nec obstat.c. inferior, quia ratione huius delicti superior est simplex sacerdos, vt not.8. q.3. placuit.& 3.q.6.c.1. s̄m Io.de Fan. Archid. Sed de ista materia in posterum plenius dicendum venit.

Quæstio.

Respōdet. Prima conclusio.

Secūda cō clusio.



Clericus. Ad idē sequitur hoc c. ex concilio Carthaginē. sumptum vbi summa est, q̄ cum quis se ab ep̄o suo dicit iniustè excommunicatū, recurrit ad synodum vel ad metropolitanū. Leg.¶ [Clericus districtionē].i. excōmunicationē, vel suspensionē [ad synodum] vel ad metropolitanū. 10.q.3.quia. Hu. Ar. interim tn̄ antequā superior prouideat seruanda & timenda est sententia.

Exponit literam. Archid.



Nemo. Ad idē sequitur aoc c. qd̄ est Chrysost. super epistolam ad hæbreos. Summa est, q̄ vincula ecclesiastica siue ecclesiastica censura non sunt contemnenda. Et ratio est, quia non hō sed Christus ligat. Et s̄m hoc.c. diuiditur in duas partes. In prima dicit, q̄ vincula ecclesiastica contēnēda non sunt. In 2.assignat rationem. 2.ibi.n. Leg.¶ [Nemo. Vincula ecclesiastica] ēt si iniustè infligant. Hu. non.n. 2.pars.[Homo].s. purus, vel homo tm̄. Hu. Arc.[dedit] Matt.16. inquit Petro quodcunq; ligaueris &c. Mat.18. oībus apostolis quæ ligaueritis &c. p̄tātē &c. ligandi, & soluendi. Hu. tāti honoris vt possent ligare, & soluere, saltē ministerio aīas, sed xp̄s auctoritate ligat. de pe.di.1.§. Itē ambrosius.§. verbum. Hug.

Diuisio.

Exponit literam.



Omnis christianus. Ad idē sequitur hoc. c. quod est beati Aug. in de verbis Apostoli sermone.78. Sūma est in rubro. Et diuiditur hoc.ca. in tres partes. In 1. dicit, q̄ Christianus qui ab ecclesia excommunicatur.s.iustè, sathanę traditur. In 2. declarat quomōdo hoc fiat. In tertia probat illud anthoritate apostoli. 2. ibi. quomodo. 3. ibi, vnde. Leg.¶ [Omnis christianus excommunicatur] iustè, & merito suo, quia aliter non tradit sathanæ. vt.24.q.3. si quis non recto. Hug. [Traditur sathanæ].i. eius membrum efficitur. Hug.¶ Sed surgit hic quæstio. Nunquid talis per peccatum mortale iam erat membrum diaboli antequam excommunicaretur. Respondet. q̄ sic quo ad Deum sed non quo ad ecclesiam [Quomodo] secunda pars.[dicimus extra ecclesiam.] Io.12. princeps. huius mundi eijcietur foras [vnde] secunda pars [apostolus].1. ad cor.5.

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet.

1 *Excommunicatio maior timenda est propter tredecim rationes.*



Nihil. Ad idem sequitur hoc.c. q̄ est eiusdem Augustin. super Ioan. Summa. nihil est magis formidandum christiano, quam separari à corpore Christi. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit quod dictum est. In Secunda assignat rationem confirmando duplici authoritale. secunda ibi, si enim separatur.¶ Pro pleniori intelligentia trium capitulorum iam positorum quæ oīa tendunt vt excommunicationis censura non contemnatur,

Diuisio.

1 natur,sed timeatur notandum† ꝙ 13. rōnes assignari possunt quare excōicatio maior sit timenda.¶ Prima que tangitur.s.eo.in c.nemo, quia non homo purus vel homo tm̄ ligat,sed Christus.vnde Christum vr̄ contemnere qui vincula ecclesiastica contemnit.vnde Lucæ.10.dicit apostolis. Qui vos contēnit me contemnit.¶ Secunda quæ tangitur. s.e.in c.oīs christianus,quia qui excommunicatur traditur sathanæ.Sicut.n.ecclesia hæreticos conuictos relinquit seculari ptāti,ita illos qui excōicantur ptāti Sathanæ tradit,sicut ibi dictum est.¶ Tertia ratio quæ assignatur in hoc.c. est,quia excommunicatus est quasi membrum abscissum à corpore,quod nullius valoris est.Sicut ergo timēda est abscissio membri à corpore eius, sicut nihil magis timēdum est christiano, q̄ separari à corpore Christi, qd̄ est ecclesia, sicut Aug.dicit in pn̄ti.c.¶ Quarta rō est,quia excōicatio est ictus gladii spiritualis, qui magis timendus est q̄ materialis.De his gladijs dr̄ Luc.20.ecce duo gladij hic.vnde de eo qui excōicatur dicit Aug.ꝙ grauius est hoc illi,q̄ si feriretur gladio,si à feris deuoraretur, si in flammis vreretur. ¶ Quinta ratio est, quia excōicatus est homo valde infirmus,qui nullum remedium vel medicinam pōt habere.Ipse.n.est separatus à sacramentis ecclesiæ,quæ sunt quasi medicinæ,de quibus medicinis dr̄ Eccl. 28. Vnguētarius.i.xp̄s faciet pigmenta suauitatis vt vnctiones conficiet sanitatis. ¶Sexta rō est,quare timenda est excōicatio,quia excōicatus ab hostib. suis omni auxilio destitutus est & omni succursu,quia priuatus est cōione fidelium,nec habet partem in aliquibus bonis, quæ fiunt in ecclesia.ipse est similis illi qui recidit in foueam,vel sub onere, & non habet qui subleuet,& ideo ne illi ecclesiasti.4.ve homini soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem.Ecōtrario vero dr̄ Prouer.18.frater qui iuuatur à fratre ciuitas firma.¶ Septima rō. quia excommunicatus est velut infirmus hn̄s morbum infectiuum, quia à consortio hoīm eijcitur. vnde excōicatio quasi lepra est sp̄ualis ꝑ leprā marie figurata.Nume.12. vnde excōicat⁹ in hoc deterior est oīb. pc̄tōrib. quia si alij peccatori loquor, vel alicui cōico, non est mihi periculū. Ista rō assignatur.s.e.in.c.ad mensuram.vbi dr̄, ꝙ cum paganis non prohibemur cōicare.bene aūt cum excōicatis. vn̄ peioris conditionis videntur esse excōicati q̄ pagani & infideles. ¶ Octaua rō est,quia excōicatus est velut canis immundus cui nō licet intrare ecclesiam.Et in veritate magis offenditur,qm̄ ipse intrat ecclesiā Dei,quā si vnus canis intraret.Apoc.vlt.foris canes.& Eccl.13.quæ cōicatio sancti ad canē. ¶ Nona rō est,qa homo excōicatus similis est palmiti abscisso à palmite, qui minoris valoris est,q̄ cæteri rami.pes abscissus est,cum valde vtilis sit dum viti adhęret abscissus valet ad hoc ꝙ in igne ponatur. Ezec.15.& Io.15. dr̄ sicut palmes potest fructum facere:nisi manserit in vite. sic nec vos nisi in me manseritis.¶ Decima rō est,qa excōicatus est sicut infidelis. vnde dn̄s Mat. 18. Si ecclesiam non audierit,sit tibi sicut ethnicus &c. ¶ Vndecima rō est quia excōicatus deterior est quam gentilis.Est.n. quasi apostata à religione christiana.vnde gl.super illud Matt.18.sit tibi sicut ethnicus &c.Dicit: detestabilior est qui sub nomine fidelis agit opera infidelium:q̄ aperte infidelis. ¶ Duodecima rō est,quia isto pc̄tō diabolus multa lucratur. vnde quidam diabolus loquens in quodā demoniaco post multas adiurationes cuiusdā boni viri dixit ei, ꝙ hoc erat peccatū quo plures lucrabatur vnus excōicatus, qn̄q; vna die facit peccare centum personas,dum facit eas cōicare sibi.¶ Tredecima ratio est,qn̄ excommunicatio est multum damnosa,aufert hoī partem suam de oīb. missis,& alijs bonis,quę fiunt in ecclesia,quod non est paruum damnum. Quis.n.digne sufficeret æstimare valorem vnius missæ, quanto magis valorem tantarum missarum & tantorum suffragiorū quæ fiunt per vniuersam ecclesiam. merito ergo timenda est excommunicatio,siue anathema.Le.¶[Nihil sic].i.tm̄ in ecclesia.n.Dei nulla maior pœna est, q excōmunicatio. Alię.n.pœnæ corpus,hæc autem pœna aīam percellit,& ꝑdit.vnde spiritualis di.24. q.3.si habes.Hu. [separari iuste] & de merito suo alias non est formidanda.vt.j.e.†m catholicam. &.c. quid obest.non tn̄ debet contemnere talem separationem iniustam,sed humiliter debet eam pati,& petere absolutionem.alias si contemneret,peccaret mortaliter, & ꝑ contemptum ne sequatur debet homo timere separari etiam iniustè.vt.j.c.§.cum ergo.& 24.q.3.notandum.Hugu. [à corpore Christi].i.ab vnitate ecclesiæ.[Si.n.]2. pars.

Prima rō: | Secūda rō: | Tertia rō: | Quarta rō. | Quinta rō: | Sexta rō: | Septima rō. | Octaua rō. | Nona rō. | Decima rō: | Vndecima ratio. | Duodecima ratio. | Tredecima ratio. | Exponit literam.

non est membrum eius sicut ecclesia est corpus Christi.ita & nos membra eius.vt patet 1.ad Cori.12. sic qui est extra ecclesiam non est membrum eius.sic & per cōsequens nec suo sp̄ū vificatur.Non.n. solet spiritus sequi membrum scissum.23.q.7.quemadmodum.Hu.[Apostolus] ad Ro.8. est prima probatio.[Item] secundo probat authoritate euangelij.Mat.16.Quodcunque ligaueritis &c.Ligatis:ergo per excommunicationem causa est ianua sicut fatuis virginib. [nisi reconciliati]lege affirmatiue.i.si reconciliati & satisfacere finaliter contempserunt.Hugu.

Presbyteri. Hoc.c.ponitur.2.q.6.& hic habet pro palea,& ibi pro grano,& ibi inuenies diligenter expositum secundum Hug.& Arch.ibi vide.

INiustam. Ad idem est hoc.c. qd̄ sumptum est ex concilio carthaginensi. Summa est, ꝙ damnatio iniusta facta de episcopis vel excommunicatio iniusta lata ab episcopis est per synodum irritanda.breue est.Lege.¶ Iniustam episcoporum damnationem].s.ꝙ iniustè sint damnati,vel ꝙ iniuste alios damnauerunt.[irritam].irritandam si intelligatur de sententia excommunicationis vel irritā ipso iure, si intelligatur de sententia depositionis lata in episcopum propter conscientiam papæ.nisi confirmetur à papa.3.q.6.hoc quippe. &.c.accusatus.Hu.[retractādam]de iure,si intelligatur de excommunicatione,vel de facto.Hugu. — Exponit literam.

RVrsus. Ad idem sequitur hoc.c. ex concilio Carthagin.sumptum. Summa est si is qui conueniebatur pro crimine ciuiliter vel criminaliter fuerit contumax,& ꝑ hoc excommunicatus.j.annum absolutionē non petierit post annum non,hoc vult cum sequenti capitul. †m hoc potest diuidi in duas partes. In 1. concedit licentiam excommunicato intra annum.In 2.negat.2.ibi.si vero Leg. ¶[Rursus].i.iterū,vel præterea.multa iam constituta erant in concilio, & nunc iterum constituitur & istud.Hu.[vt quotiens clericis]conuictis vel confessis in aliquo crimine,quia.s.citati sunt & non cōparent, & sic intelliguntur conuicti, & confessi de aliquo crimine vt 3.q.9.decernimus.Hu.[parcitur] vt deferatur eorum cōdemnatio vsque ad annum[parcitur]dico,vel[propter eorum].s.clericorum verecūdiam. multum.n. erubescerēt,& magno opprobrio afficerētur, si damnarentur,& ita differtur eorum damnatio,vt vitent hoc opprobrium, & talē verecundiam vel propter opprobrium ecclesiæ,quod patitur in talium condemnatione vel [insolentem] .i. superbam insultationem.i.derisionem hæreticorum. Solent enim gētiles talia videntes in ecclesia christianis insultare,& de talibus condemnare. Tunc est hoc obseruandum [ꝙ si forte causæ suæ] .s. principali [intra annum excommunicationis] id est, numerandum à die excommunicationis[causam]principale de crimine.[Si vero]secunda pars [purgare] id est venire ad iudicium, vt de causa cognoscatur . vt sic purgetur, vel damnetur.Hug.Bernar.Archi. [nulla vox auditur] scilicet de principali quæstione scilicet de crimine obiecto, sed damnabuntur tanquam conuicti vel confessi,secundum.Hu. — Diuisio. | Exponit literam.

QVicunque. Ad idem est hoc.c. quod est Helasij papæ.Summa est eadem quæ præcedentis. c. cum additione ista, ꝙ cui non communicamus viuo,non communicamus mortuo, & secundum hoc.c. diuiditur in duas partes . secunda ibi , quòd si. Lege. ¶[Quicūq; ciuiliter]siue de crimine siue de alia re agatur. Hug. publice]id est criminaliter,vel potest dici,quòd hoc intelligitur de crimine siue ciuiliter, siue criminaliter de eo agatur. Hug. [non peregerint] loquitur de causa nondum examinata,& terminata & similiter. cap.Hug.[additum] per hac patet, quòd loquitur de conuictis vel confessis interpretatiuè.Hug.[audientiæ]quo ad causam principalem.Hug.[quòd si]secunda pars.[iuxta leonis].24. q.secunda de communione.& cap.sane.Hug. [diuino iudicio] vt distinc.23. quorundam.[non communicauimus .] Sed contra videtur obijci posse primo de eo qui absoluitur post mortem,& de eo qui ligatur post mortem.vt.24.ques. secunda sane profertur.quorum primo ecclesia non communicat in vita, sed post mortem communicat. Secundo communicat in vita & non post mortem , sed ad omnia dicitur — Diuisio. | Exponit literam. | Opponit. | Respōdet.

nia dicitur secundem Hugu. quòd vt omnis oppositio tollatur sic est intelligendu & quibus non communicamus, nec communicare debemus in sacramentis ecclesiæ finaliter, sed hoc melius inuenies expositum. ĵ. 24. q. 2. sane Hug.

Qui vero. Palea est.




Vi iubent. Ad idem sequitur hoc. c. ex concilio ilerdensi sumptum. Summa est in rubro. vel sic breuius & clarius. Laicus excommunicatus excõicationem contemnens tardius ad reconciliationem quo ad perceptionem sacramento rũ ecclesiæ admittatur. breue est. Leg. ¶ [Qui iubente] hoc de laico intelligitur [iubente] per excõicationem. Hug. [ab ecclesia]. i. ab ecclesiæ cõione. Hu. [ad veniam] non dico ad satisfactionẽ *quia quacunq; hora. Hugu. vnde statim admitteretur aduersario non consentiente. extra de appella. qua fronte. Arc. Hu. sed dico ad veniam quo ad participanda sacramenta ecclesiæ. 50. dist. de his clericis, & hi qui. &. 26. q. 7. sacerdos. Hug.

Exponit literam.

Eze. 27. f.

Sed quæritur. §. est, qa dictum est. s. ea. q. c. quicunque, ꝙ mortui in excommunicatione soli Deo reseruatur. Quid si episcopus excommunicator præmoriatur, quis debet absoluere excommunicatum. & respondet ꝙ successor: quod probat per sequens capitulum Bar. [damnati]. i. excommunicati.

1 *Episcopus qui aliquem excommunicauit si mortuus sit antequã sit absolutus, eius successor absoluet eum.*



I episcopus. Inducit ad probandum qđ dixerat. s. hoc capitulum sumptum est ex concilio eupanensi. Summa est † ꝙ si episcopus qui excõmunicauit aliquẽ mortuus fuerit antequam sit absolutus ille quẽ excommunicauerit tunc successor eius absoluet eum. breue est. Lege. ¶ [Si episcopus damnati] id est, excommunicati. Hug. [successori] hoc etiam potest capitulum vacantis ecclesiæ cathedralis propter periculum secundum Hug. & idem sentit Bernard. & Hosti. extra ne sede vacante illa. Et approbatur opinio ista Hu. extra de maio. & obe. li. 6. c. 1. vt dicit ar. Quod vero obtinet in causa excommunicationis idem est, & in alijs causis. s. vt successor tractet & diffiniat causam, quam antecessor debuit diffinire. vt. ff. de iudi. mortuo. Hug. & gl.

Exponit literam.

Hostien.

Præmissis authoritatibus. §. est, in quo postquam superius probauit ꝙ sententiæ excõmunicationis siue iustę, siue iniustę parendum est modo allegat in contrarium. Et respundet illis duobus capitulis. Sententia pastoris. &. c. quibus episcopi dicit ꝙ loquuntur de sententia iniusta, que nõ est seruanda, sed timenda, quod allegando dicit non asserẽdo. Alia vero capitula intelligantur de contumacibus & negligentibus qui licet peccata de quibus impetuntur non cõmiserint, tñ excommunicationis sententia licite feriuntur, quod probat persequẽtia capitula. Ber. Leg. ¶ [Præmissis] allegando dicit, non asserendo. Hu. [authoritatibus] hæ autem tres sunt. s. e. si episcopus, & c. excommunicatos. Hu. & Arc. [Grego]. s. e. c. 1. [Vrbanus]. s. e. quibus. episcopi calliditatib.] quod fiat, & sæpe contingat, nõ ꝙ fieri debeat. Hu. [vel qui eos. s. contemptores vel negligentes. Arc. [solos] & consimiles. Nam hic dictio solus non excludit nisi non contumaces, qui non sunt excommunicandi. Hug. & Arc.

Exponit literam.

3 *Communicare excommunicato regulariter est veniale nisi in casibus.*

4 *Excommunicatio qualiter dicatur medicinalis.*



Emo episcoporum. hoc c. ẽ primum, quod inducit ad propositum suum, quod sumptum est ex concilio melden si. Summa est in rubro. Diuiditur hoc. c. in duas partes. In 1. dicit, ꝙ excommunicatio non debet fieri, nisi pro peccato mortali, & adiuncta continentia peccati mortalis. In 2. ꝙ anathema non debet fieri per episcopos sine conscienti a archiepiscopi. secunda ibi, in fi. quia anathema. Pro pleniori intelligentia quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum sit verum ꝙ pro solo peccato mortali debeat quis excommunicari.

2 ¶ Secundo vtrũ pro aliquo temporali damno debeat quis excommunicari.

1 Ad primum. Sic proceditur. Et vr̃ ꝙ nõ pro solo pc̃tõ mortali debeat quis excõicari. Primo sic. Medicina non est tm̃ ad curandũ morbũ, sed ad præseruandũ à morbo, sed excõicatio est medicinalis. vt ex tra de sen. excõ, cũ medicinalis. li. 6. ergo non tm̃ debet ferri ad curãdum pc̃tm̃ mortale, sed etiam pp periculum pc̃tĩ mortalis. conña videť bona. ¶ Secundo sic, qñque excõicatur innocens cum probatur crimen contumaciæ contra ipsum in foro iudicij, & tñ iudex hoc faciens non reprehenditur, quãuis in sua cõsciẽtia sciat illum innocẽtẽ: ergo aliqñ homo debet excõicari non pro pc̃tõ mortali. ¶ In opposi. est tex. pñtis. c. Rñdeo dicendum sub duabus conclusionib. Prima est, ꝙ nullus debet excõicari nisi pro ptõ mortali. Ista concl. patet ex præsenti. c. Itẽ ex gl. de ver. sig. ex parte, q̃ dicit nemo excõicatur, nisi pro mortali. Et quia aliter nõ põt corrigi. Rõne sic probať. Primo iuxta S. Tho. in 4. di. 18. iudex ecclesiasticus per excõicationẽ excludit à regno quo dãmodo. vnde cum non debeat excludere nisi indignos, vt ex distinctione clauis patet, & nullus reddatur indignus, nisi per pc̃tm̃ mortale charitatẽ amiserit, q̃ est via ducẽs ad regnũ. vr̃ manifestè, ꝙ nullus debeat excõicari, nisi pro pc̃tõ mortali. ¶ Scd̃a concl. probatur sic. Excõicatio est grauissima pœna, q̃ eccl'ia posset inferre. vñ dr̃ in. c. præsenti. ꝙ anathema est æternæ mortis dãnatio. & 24. q. 3. corripiantur, dr̃, ꝙ excõicatione nulla maior est pœna in ecclesia. vñ nullus est excõicandus nisi pro pc̃tõ mortali, nisi cõtumacia ei coniungatur. Ista concl. patet ex litera pñti. Et probať rõne sic iuxta S. Th. vbi. s. Excõicatio maior est grauissima pœnarũ: pęnæ aũt medicinæ sunt ₰m philoso. 2. Ethic. Sapientis aũt medici est à leuiorib. medicinis incipere. & min⁹ periculosis. Et ideo excõicatio maior infigi non debet, etiam pro pc̃tõ mortali, nisi contumax fuerit, vel non veniendo ad iudicium, vel ante terminationem iudicij recedendo sine licentia, vel determinationi non parendo. Tunc. n. postquam monitus fuerit si obedire contempserit cõtumax reputatur & excõicari debet. ¶ Ad rõnes in oppositum dicẽdum est. Ad primam rñdetur, ꝙ rõ non procedit qm̃ licet assumptum sit verum, leuiori tñ mediiina vtendum est ad præseruandum à morbo, q̃ sit illa, quæ requiritur ad curationem iam habiti morbi. ¶ Ad secundam rñdetur negando conñam, & ratio est, quia & si ille qui excõicatur in prædicto casu, non sit in pc̃tõ mortali. tñ iudex fert sententiam sicut pro mortali: quia iudex in foro contentioso nõ debet iudicare ₰m sñiam propriè conscientiæ, sed ₰m allegata. 3. q. 7. iudicet. vbi dr̃, ꝙ bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domestico suo proposito suæ volũtatis, sed ₰m leges & iura pronuntiat, & parũ post sicut audit ita iudicat. Vtrũ autem hoc quod dicitur hic. s. ꝙ nullus debeat excommunicari, nisi pro peccato mortali verum sit, de excommunicatione minori dicetur in expositione literæ.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Oppon. & Respõdet. Prima conclusio.

Secũda conclusio.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur ꝙ pro damno temporali nullus debet excommunicari. Primo sic. Pœna non debet excedere culpam, sed pęna excommunicationis est priuatio alicuius boni spiritualis, quod omnibus bonis temporalib. præeminet: ergo pro temporalibus nullus est excommunicandus. ¶ Secundo sic. Nulli malũ pro malo reddere debemus ₰m apustoli præceptum, sed hoc esset malũ pro malo reddere, si pro tali domno aliquis excommunicetur: ergo nullo modo debet fieri. ¶ In oppositũ est consuetudo ecclesiæ Rñ. pro damno temporali potest quis iuste excommunicari. probatur ista conclusio. Tũ ex illo Act. 5. vbi Petrus ananiam & saphiram pro defraudatione pretij agri sententia mortis damnauit. ergo etiam ecclesiæ licet pro temporalibus damnis aliquem excõicare. Ratione sic. Damnificando aliquem corporaliter vel in rebus corporalibus potest aliquis mortaliter peccare, & contra charitatem agere, vt patet: ergo pro damno temporali illato ecclesia potest aliquem excommunicare. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad pnimam respondetur negando consequentiam, & ratio est ₰m S. Tho. quia culpæ quantitas non mensuratur ex nocumento, sed ex voluntate qua facit contra voluntatem agẽs. Et ideo quamuis pœna excommunicationis excedat nocumentum, non tamen excedit quantitatem culpæ. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem. Et ratio est secundum Sant. Tho. quoniam cum aliquis per pœnam aliquam

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Opponit & Respo.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ.

Exponit literam. quam corrigitur, non redditur ei malum, sed bonum, quia pœnę medicinę sunt sicut dr.2.Ethi.¶[Nemo.]Hic agitur de duplici excommunicatione ꝑm Hu.& ꝑm eum simplex excommunicatio ecclesiæ non debet ferri nisi pro peccato mortali. Et ratio sua est, quia nullus debet priuari cõione sacramentorum pro veniali.vt de conse.dis.2.quotidie.&.c.panem.Sed iuxta S. Tho.qui vt.s.diximus in c.apostoli. non vult ꝙ semper peccetur mortaliter communicãdo cũ excommunicato. Aliter est dicẽdum. Nam etiam ꝑm eum non est verum, ꝙ nullus priuatur cõione sacramentorum nisi pro mortali, qm̃ qñque sine peccato priuatur, vt patet in interdictis propter peccatum aliorum. Vnde Io.And.cõcordat qui ait extra quæ vi metus &c.in c.sacris.ꝙ cõicare excõicato regulariter sit veniale nisi in casibus. Primus qñ id facit in cõtẽptu claui. Secũdus qñ facit in cõtẽptũ superioris. Tertius qñ in crimine. Quartus quia excommunicatus erat cum participib. Quintus qñ in diuinis cõicat. Sextus qñ nimis frequenter.ar.di.25.§.criminis.[Sub anathemate]2.pars.[sententiæ conscientia &c.].i.synodi prouincialis. Hoc intelligitur cum debet fieri anathema pro excessu, qui tãgit prouinciã, vel est sufflatum.vt.9.q.3.c. .&.c.archiepiscous.Hu.[nisi pro ea cã.].s.contumacia, vnde.s.i.pro qua causa canonica.s.canonum docet aliquem esse anathematizandum.Hu.[quia damnatio].i.signum vel causa æternæ damnationis. vnde alibi dicitur separatio à Deo. 24.q.3.certum..& c.corripiantur.Hu.Arch.¶ Sed hic surgit qõ.

S. Thom. — Io. And. — 3

Quæstio. Respõdet. 4 quomodo ergo excommunicatio est vel dr medicinalis ꝓhibitio.vt.2.qõ.1.multi.Rñ.iuxta Hug.ꝙ est damnatio,& à Deo separatio & eradicatio cum contemnit.vt.24.q.3.notandum. Sed medicinalis prohibitio cum non contemnitur, sed inde corrigitur homo.vt. 2. q. 1. &.s.e.qõ. audi. & 24.q.3.corripiantur.[pro mortali].i. pro contumacia mortalis criminis.vnde subditur[exponendo].i. non nisi pro illis qui &c.nisi per excomunicationem. Hu.de hoc de conse.di.2.si non sint.Archid.Hic expresse probatur, ꝙ excommunicatio non est facienda nisi pro contumacia puta cum timetur scandalum, vel malum schismatis, vel multitudo, vel potens persona est in causa.vt 24.q.3. cum quibus Hug.

NVllus. Ad idem sequitur hoc. c.sumptum ex concilio aluernensi. Summa continetur in rubro.breue est, & est eiusdem sententiæ cum præcedenti Lege. ¶[Nullus eas culpas].s.

Exponit literam. mortales.Hug.Archi.[arceri] per excommunicationem. Hug. Archid.

CErtum est pro istis tribus.

Ad idem sequitur hoc.c. ex concilio triburiensi sumptum. Summa quia mentionem fecerat, ꝙ nullus deberet excommunicari, nisi pro cõtumacia.subiungit, ꝙ tribus modis contingit aliquem contumacem esse, vt dicit in tex.breue est.Leg.¶[Certum est pro his tribus].s.sub quibus cõ-

Exponit literam. prehenditur quodlibet aliud crimen, pro quo quis est dignus excommunicari, quia cuiuslibet criminis contumacia deprehenditur aliquo istorum trium modorum.s. vel in principio causæ.s. cum quis vocatus venire contemnit, vel in medio cum ante tempus recedit illicentiatus, cũ dare siue obedire contemnit, & est sensus [pro his tribus criminibus].i.pro contumacia aliquorum istorum trium procedente de quolibet crimine.Hugu.

De his inquam. §.est incipit 4.pars quæstionis, in qua magister Gratianus intẽdit superficialiter allegare, ꝙ sententiæ iniustæ non sit parẽdum.s. ꝙ neminem ligat apud Deum supple, si non contemnatur.alias sic.24.q.3.notandum,& hoc intendit probare per 19. capitula, quæ aliter intelliguntur, quàm in sñia

Archid. excommunicationis.Io.de Arc. vnde Hu.dicit, ꝙ magister allegat & non asserit, dicit cõsequenter magister, ꝙ supradictę authoritates loquuntur de contumacibus, quibus nõ est communicandum, & non de iniustè suspensis.Bar.

QVomodo. Hoc primum capitulũ qđ inducit sumptum ex beato Hier.super Mat.Summa est ꝙ iniusta sñia ꝓlati apud Deum non ligat.breue est. Lege.

Exponit literam. ¶ [Quomodo].in veteri testamento sacerdos per suam sententiam non faciebat leprosum eum qui non erat, nec econuerso.Leui.14.ita episcopus vel presbyter ꝑ suã sentẽtiam nec ligat insontem, nec soluit noxium, quo ad Deum.s.[non facit].i. non faciebat in veteri testamento.Hug.[mundum leprosum], vel econuerso, licet hoc diceret. Hugu. [non alligat]apud Deum licet apud ecclesiam.Hu.s.1.q.1.vt euidenter.Hug.& Archi. [noxios].i.in peccato persistentes.

Ridiculum. Palea est.

1 *Sententia excommunicationis data ab hæretico est nulla.*
Et quid de alijs sententijs num.2.
3 *Iurisdictiones, dominia & possessiones licitæ sunt apud infideles.*

QVi est illata. Ad idem est hoc capitulũ quod est Gelasij papæ Summa est eadem cum præcedẽtis capituli, vel sic sñia lata ab hæretico est nulla & absolutione non eget.Lege tex.¶[Cui]de sententia hære- Exponit literam.
tici loquitur, quia de sentẽtia Dioscori qui hęreticus & dãnatus & præscissus erat ab ecclesia, & ideo neminem sua excommunicatione ligare poterat catholicum quia cum sit extra ecclesiam, nec ligandi, nec soluendi ha-
1 bet potestatem.vt de peni.di.1.verbum.†Nulla est ergo sententia hæretici, sententia dico excommunicationis, de qua hic agitur.vnde nullus debet petere absolui ab ea.Idem est de sententia absolutionis.Hu.[illata est]à Dioscoro, vel cõsimili hæretico & præscisso ab ecclesia, vel deposito & remoto ab officio clericali.Hug.[sñia excommunicationis.] Hu.& Arch.[errorem].i.peccatum, pro quo illata est.Hu. Archid.
Archi. [vacua est].i.iam non subest causa, pro qua lata est, sed antequam deponatur error licet ipso iure nulla sit, tamen subest causa pro qua lata est. Agitur.n.hic, quando causa subest, postea quando nulla causa subest. vnde subditur, sed si iniusta est quo ad causam: quia nulla subest pro qua feratur.Hu.[apud Deum] quia non subest causa. Hu.[eius ecclesiam]militantem, quia non est lata à iudice suo, vel illo qui habet potestatem excommunicandi. Hug. [iniquam] quo ad causam, & quo ad iudicem.Hu.Archi.[nullatenus] Quæstio. Respõdet.
quia nec quo ad Deũ, nec quo ad ecclesiam.¶ Sed hic sur-
2 git quæstio, quæ tangitur in gl.† vtrum idem sit de alijs sententijs hæreticorum.s.ꝙ nullę eorum sint validæ. Respondetur gl.ꝙ sic, quia in subditos suos habent in alijs iurisdictionem.23.q.1.si propterea.&.2.q.7.c.vltimo.hanc sñiam tenet hic Hu.qui dicit ꝙ in alijs sententijs non tenet, quod hic dicitur, nisi in excommunicatione, & ligatione, vel absolutione. Et Lau.idem sentit, Et idem videtur sentire Inn. Lauren. Innocen.
3 qui notat,† ꝙ iurisdictiones & dominia & possessiones licita & sine peccato possunt esse apud infideles.de quo per eũ. Ioan. And.
extra de voto.quod super.vide etiam Io.And.extra de offi. dele.c.penu.li.6.super gl.puta. vtrum quod quidam tenent contrarium, sicut Bar.dicens, ꝙ extra ecclesiam nulla est iurisdictio, & ideo sententia lata non tenet, pro quo.24.q.1. aperte.&.c.vbi sana.Et hoc videtur sentire Hostien. dicẽs, Hostien.
ꝙ infideles carent iurisdictione temporali, iuxta illud.auferetur à vobis regnum &c. de quo nota in summa de homi.§.qua pœna.ver.& si opponas. ibi vide, sed alias nos plenius discutiemus hanc quæstionẽ deo duce, quia simpliciter sicut iacet Host.non placet, nec illud auferetur &c. dictum est omnibus infidelibus, sed iudæis.

SEcundum. Ad idem sequitur hoc capitulum quod est beati Aug. de natura boni.Summa est in rubro.Lege tex. Exponit literam.
¶[Secundum nocere,]quia cum Deus sit impassibilis.24.q.1.si Petrus,& incommutabilis 22.qõ.4.incommutabilis & omnipotens. cui nullus resistere potest.19.q.2.duę.non potest sibi nocumẽtum inferri à quocunque. Itẽ non potest nocumentũ aliqđ inferri, cui nõ potest aliquod bonũ subtrahi, nec aduersum pati, cum nocumentum sit boni subtractio, & aduersi passio. Sed Deo cum sit æternaliter summum bonum per essentiam non potest aliquid boni subtrahi, quia iam non esset summum bonum, & esset accidentaliter bonum quo ad id, quod ei posset subtrahi, quod est contra fidem. Cæterũ Deus non potest pati aduersum: ergo Deo non potest nocumẽtũ inferri[nec nocere iniustè].i. sine cã.Cur cã est, qa posse peccare est posse deficere, ꝙ repugnat Deo, qa est ens perfectissimę potentiæ, & indeficiẽtis. Nam deficere in opere attestatur defectũ potentiæ, q̃ deficit in suo actu.defice-

re autem in iustitia repugnat Deo summe iusto & bono q ait Esaiæ.51.iustitia mea non deficiet. Vnde Aug.15.de trinitate.c.15.cum dicitur Deum non posse peccare hoc potestatis est, non impotentiæ.[nec noceri iniuste].i.sine causa, Deus.n.cum iustus sit,& iustitias dilexit.psa.10.non vult ꝙ alicui iniuste ab aliquo noceatur.psal.104.non reliquit hominem nocere eis[patitur]sine vindicta, quia ipse puniet illum, qui iniuste nocet.vnde apostolus Colo.3.ait.qui iniuriam facit, recipiet ꝙ inique gessit.

August.



Cepisti. Ad idem sequitur hoc capitulum, qđ est eiusdem Augustini de verbis domini super Matthæum. Summa est, ꝙ sententia prælati cum subditos ligat aut absoluit est in cœlo, cum iuste ligat aut absoluit, breue est. Leg.¶[Cepisti]ò prælate. Hu.[tanquã publicanum]quo ad sacramenta, quia cum publicano possumus comedere, bibere,& loqui, sed non cum excommunicato. Hu.[ligas excommunicando. Hugu.[dirupit]vt 15.q.6.autem.&.1.q.1.vt euidenter. Hu. [iniusta vincula]excõmunicationis, bene dico iniusta. Nã iusta non dirumpit, sed approbat,& hoc est quod sequitur [quem solueris].s.iuste[inquit].s.Christus.Mat.16.nõ quẽ putaueris solueris.s.quem solueris.s.iuste claue non errante [solutus erit in cœlo].i.eius absolutio approbabitur ab illo, qui est in cœlo.vt de penit.di.1.quem pœnitet. Hu.Laurent. Archid.

Exponit literam.


1 *Iudicium temerarium excommunicationis plerunque non nocet excommunicato, sed excommunicanti.*



Temerarij. Ad idem est hoc capitulum eiusdem Augustini in de verbis domini in monte. Summa est†temerarium iudicium excommunicationis plerunque nõ
1 nocet excommunicato sed excommunicanti. Lege textum.¶[Temerarium iudicium]excommunicat. scilicet iniustæ: quia causa non subest excommunicatis. Hugu.[temere].i.sine causæ cognitione. Hugu.[plerunq;] hoc ideo dicit, quia plerunque nocet, puta cum contemnit tale iudicium ipse fit excommunicatus: tunc.n. peccat mortaliter, sicut sæpe dictum est. vir ergo iustus in tali casu humiliter ferat excommunicationem,& petat absolutionẽ, quamuis illa apud Deum non egeat apud quem non est ligatus, sed apud ecclesiam tantum. vt.s.e.si quis episcopus forte[erat]vt.j.e.q.illud.ibi videas Hu.& Arc.

Exponit literam.

Archid.



Quid obest. Ad idem tendit hoc c. eiusdem Aug. ad clerum hipponensem. Summa est in rubro. breue est. Lege. ¶[Quid obest, in tabula]in singulis ecclesijs solebant inscribi nomina fidelium in quadã tabula,& cum excommunicabantur delebãtur de tabula illa nomina eorum. vel loquitur specialiter de clericis quorum nomina scribebantur in tabula, quæ matricula dicebatur, sed qui deponebantur aut excommunicabantur eorũ nomina delebantur. Si suspendebãtur eorum nomina supprimebantur, quando aliorum nomina recitabantur. vt di. 50.contumaces.&.2.q.1.nomen. Hu.& in gl. qđ obest. apud Deum in cœlo illi quem propria culpa non ligat in terra, quasi diceret nihil.

Exponit literam.

1 *Excommunicatio iniusta non nocet apud Deum.*



Senti de Augustino. Ad idẽ est hoc.c. eiusdem Aug. ad Secũdinum manichæum. Summa est. Non obest homini iniusta sententia aut oblocutio sinistra, si apud Deum conscientia nõ accuset. Leg.¶[Senti de Aug.] O tu manichæe, cui scribit, aut si gñaliter, tu qui paratus es reprehendere, dẹ quo hic loquitur. vt not.6.q.1.beatus. Arc.[nõ accuset.] vnde potest tunc dicere cum apostolo.1.Cor.4 pro modico est mihi, vt ab homine vel humano die iudicer. facit ad
1 propositum.†quia ex hoc patet ꝙ iniusta excommunicatio non nocet apud Deum. Sed contra hoc videtur esse.j.e. non sunt.& 12.q.2.nolo. vbi dicitur, ꝙ non sufficit consciẽtia, sed habenda est bona fama propter alios. Nam crudelis est qui famam suam negligit. Respondeo in gl. non sunt cõtraria ista, quia illa allegata intelliguntur quando alij sunt parati imitari,& non reprehendere,& ita nostro exemplo possunt corripi vel ædificari,& tũc inter tales debemus inniti, vt fama polleat, vt odore bonæ famẹ nostrẹ ad bonum trahantur & imitentur. Capitulum autem præsens locum habet cum simus inter tales qui parati sunt non imitari sed reprehendere,& deprauare & denigrare,& male interpretari quæcunque bona opera faciamus. inter tales non debemus curare famam, sed consulere conscientiam bonam. Hug.& gloss.

Exponit literam.

Opponit

Respõdet.

1 *Conscientiæ plus est parendum quam allegationibus vel dictis aliorum.*

2 *Vir si scit vxorem sibi consanguineam,& ecclesia præcipit vt illi reddat debitum potius debet parere conscientiæ quam præcepto ecclesiæ.*

4 *Cogendus nullus est ad purgationem propter infamiam ortam ex dictis maledicorum.*



In cunctis. Ad idem est.c. quod est beati Gregorij. Summa est in rubro. vel sic. Non est timenda mala lingua ei quem peccati conscientia non accusat. Et põt diuidi in tres partes. In prima ponit præambulum quoddam siue exordium. In secunda ponit narrationem quam iustificat. In tertia concludit ꝙ non debet propter maledictorum linguas subditorum vtilitatem prætermittere.2.ibi, de vestra 3.i bi. vnde. Le.¶[In cũctis districtio æterna pensanda] est & in memoria habenda, vt vitetur, illa.n. super omnes alias pœnas vitare debemus,& ea operari per quę eam vitare valeamus. Hu. maior est.n. quacunque pœna temporali de præsenti. di. vlt. c. vltimo. Arch. hinc dicebat psal.*Domine memorabor iustitię tuæ solius, quæ.s. corpus & animã mittit in ignem æternũ. Mat.10.[¶Nullius lingua]ablatiuus est. Hu.& gl.[implicet se aliquis reum.i. ostendat, vel credat se implicitum. Hu.& gl.[inter accusationes]exteriores. Hug.& Arc.[& liber]ab accusatione exteriore[esse non potest si addicit].i. condem
1 nat. Hu. Arch. hic est ar.†ꝙ plus parendum est conscientiæ, ꝙ allegationib. vel dictis aliorum. Hu.& ꝙ iudex potius debet iudicare ẜm conscientiam quàm secũdũ allegata.¶Et
2 valet ad questionem de matrimonio.† Ecce quis sit vxorem sibi esse consanguineam ecclesia præcipit ei vt reddat sibi debitum. ar. est hic ꝙ potius debet parere conscientiæ ꝙ̃ præcepto ecclesiæ, licet per excõmunicationem eum cogat ecclesia. Hu.[de vestra igitur]2.pars.[maledicorum]dicta ab inimicis & maledicis contra probatos viros nõ sunt credenda. Prouer.26. labijs suis cognoscitur inimicus.&.j. cum submiserit vocem suam, ne credideris ei.[qm septẽ] .i. vniuersæ malitiæ sunt in corde eius.& 1.Io.4. dicitur no-
3 lite omni spiritui credere. ar.3. aliquẽ non esse cogendum ad purgationem pp infamiam ortam ex dictis maledicorum. vt.2.qõ.5.oĩbus. Hu.[mala]maiorum præsertim, quia idem est in minorib. Hu.& idem Arc. qui supplet maximè nisi probata legitimè. vt 2.q.1. Deus.& 30.q.5. nullum.[nõ debeant credi]in pręiudicium alterius. vt.s. detur sententia contra aliquem forte aliter credi possent. Hug.[probata citius vlcisci].i. puniri quã cito fieri potest commode. vt. 23. q.4. cum quisque.& 24.q.3. de excommunicationib.[leuitas]eccle.19. q cito credit, leuis est corde,& proue.9.[simplex].i. leuis credit omni verbo. magnę certę leuitatis est credere non probata,& quæ probari non possunt præsertim conficta à maledictis contra bonos & probatos viros quibus maligni insidiantur,& detrahere non desinunt. [vnde] tertia pars.[disiungere] id est, non debet curare. Laurent.& Archid.

Diuisio.

Exponit literam.


Archid. *Psa.70.a.

Archid.

Quæstio.

Respõdet.

Archid.



Et si ad tempus. Ad idem sequitur hoc.c. qđ est Augu. super psal.37. Summa est. parum curare debet homo si iniuste temporaliter dã netur, qm si patienter fert à domino suscipiet mercedem æternam. Breue est. Le.[¶Et si ad tempus damnaris ab homine]bene dicit ad tempus, qm iniusta damnatio temporalis & momentanea.2.Corin.4. dicit.n. Apostolus. Illud.n. quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostrę, quę tñ videntur temporalia sunt[sententiam]mortis, vel aliam iniustam. Hu.[pro consulis] vel alterius iudicis secularis[in cyprianum]ponit exemplum quia sicut ꝓconsul dedit sententiam in sanctum Cyprianum carthaginensem archiepiscopum damnans eum ad mortem, sibi nõ obsuit. imo profuit, quia ab homine iniquo & temporali morte sententiatus,& in cœlo gloriosus martyr & doctor coronatus. Si ergo non paueat iustus iniqui iudicis sententiam, sed

Exponit literam.

tiam sed gaudeat cui adest Christus adiutor deducēs eum in gloriā suam,& vitam æternam, quia si iniqui iudicis sedentis in sede temporali feriatur quis,& patienter ferat,coronabitur à Christo in cœlo,qui ait Mat.5.beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,qm̄ ipsorum est regnum cœlorum[sella].i.iudicaria sedes.Hu.[à superiori coronam],si talis sententia patienter feratur.vt infra.cap.qui iustus. Hugu.



Vstodi. Ad idem est hoc c.quod est beati Aug.psal.28. Summa est eadē cum præcedēti.s. non est curandum si ab homine quis damnetur si apud conscientiam suam sit innocens.Breue est.Leg. ¶[Custodi]intus.i.in aīa.Hu.[nemo opprimet].i.nemo potest inferre violentiam animæ sed corpori. Mat. 10. nolite timere eos, qui occidunt corpus animam autē non [nunquid].s.in die iudicij. Hu.[iudex]qui iudicat renes & corda ecclesiastici. 3. & iustum & impiū iudicat Deus psal. 7.[alius testis.]¶ Hic surgit qō.quomodo sit verū, ꝙ alius testis non erit q̄ conscientia,cum dicatur.9.q.3.aliorum.ꝙ idem erit iudex & testis in die iudicij. Ad hoc respōdetur, ꝙ licet Deus conscientiæ sit iudex & testis, cui oīa nuda & aperta sunt,ad Heb.4.vnde Hier.29.dicit. Ego sum iudex, & testis. tn̄ extra Deum de occultis cordium non est testis nisi propia cōscientia,quia nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo.1.ad cor.2.Itaq; illud relatiuum alius non excludit Deum sed tm̄ alium hominem vt etiam non econuerso,cum dicitur,solus Deus erit ibi testis,non excluditur conscientia,vt dicit Hug.Laur.Archid. Noli timere in die iudicij,quia Christus iustus iudex iudicabit, nec ibi aduocatio aduocati valebit 9.q.3.aliorū Hu.

Exponit literam; — Quæstio. — Respōdet — Lauren. Archid.

1 *Omittendum est aliquando aliquid propter scandalum.*



Nter. Ad idē sequitur hoc c. quod est beati Gregorij super Ezechielē. homi. 9. Summa est in rubro. Et diuiditur hoc.c.in duas partes.In prima ponit doctrinam, quid per nos faciendum est, qn̄ laudamur ab alijs de his bonis quę in nobis non sunt,& qn̄ vituperamur ab alijs.In 2.dat doctrinā.s. qualiter debeam⁹ agere circa detractores.2.ibi,vocandi.Leg.¶[Inter]loquitur cum sumus inter tales,qui parati sunt non imitari vel ædificari sed irridere & denigrare quęcunque bona faciamus:dicit ergo[quod si non ea &c.tristitiam]quia alij decipiuntur in nobis,& quia illud bonum non est in nobis præsertim si est necessarium ad salutem.Hu.[lętitiam]non de peccato illorum vel quia decipiuntur in nobis,sed quia illud malum non est in nobis. Hug. [& scientia nostra] quæ præcepto iudicum præponderet Lau.& Arch.[Paulum]2.cor.2.]Iob. 15.[testis in cœlo] .s. Deus testis in corde.s.conscientia[dimittamus]ex quo corrigere non possumus.Hu.[in puluerem]peccatorum[oculos]mētis[terram].i.peccatum, quia sicut sufflantes puluerem excitant puluerem in oculos corporis.Ita detrahentes puluerem peccatorum congerunt in oculos mentis,& inde ipsam mentem excęcant.Hu.vt merito cœci fiant.Esa.6.vt sint videntes, & non videant,& fiāt sicut puluis ante faciem venti.psa.34.[vocandi].2.pars hoc salubre consilium, vt ad pacem reducātur si fieri potest ait propheta.* Cum his qui oderunt me gratis.i. sine causa erā pacificus cum loquebar eis &c.[satisfieri à nobis. sumus.n. scientes] aliter hoc participium non habet verbum. Hug. Lau.& Arc.[Quid de Iudæis veritas dicit.]Mat.17.]ne forte] hoc dicit Christus cum tributum peteretur ab eo, & dixit Petro vade ad mare,& mitte hamum, & eum piscē qui primus ascendet tolle,& inuenies staterem in ore eius,& illum dabis pro me & te. vt.18.q.1.iam nūc.Et hoc est quod
1 dicit:[ne forte scandalizemus]ar. † ꝙ aliquid est omittendum propter scandalum vt di.50.de his vero.& di. 82.presbiter,& hoc verum est, quando potest omitti salua charitate]& fiede,nam aliter fidnm est vt in sequenti exemplo apparet. [Si autem satisfieri sibi in veritate].i. ſm veritatem .s.veritas eis dicitur & aperitur & nolunt acquiescere. Hu. Lau.& Arc.[habes consolationem &c.in euangelio.]Mat. 16.. [Scis quia hoc verbo.s. non quod intrat in os coinquinat hominē, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc dixerunt discipuli. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt].i.indignari.[Respondet, sinite &c.Paulus quoq;]Rom.12.[quod ex vobis est].i.quantum ex vobis est.Hu.sit.3.q.6.hæc. quippe.& 32.q.5.c.proposito.Lau.& Arch.

Diuisio. — Exponit literam — Lauren. Archid. — *Psa. 123.b. — Lauren. Archid. — Laurentii

Hoc inter eos. §.est. in quo Gratianus exponit quod dictum est in præcedentib. proximis capitulis.s. hoc non curare detractores malorū, intelligendum est de illis,qui parati sunt reprehendere, & non imitari apud quos sola conscientia sufficit. apud vero alios qui parati sunt audire, & imitari & exemplo nostro possunt ædificari,& proficere conscientia & fama est necessaria.Hu.Bar.hoc probat per.c.sequens.

1 *Fama an possit negligi sine peccato.*
2 *Famam appetere propter proximum est charitatis.*



On sunt. Ad probandum quod dictū est inducitur hoc c. quod est beati Aug.li de ouibus in quodam sermone. Summa est in rubro. diuiditur hoc. c. in tres partes.In 1.reprobat opinionem dicentium de fama nō esse curādum.In 2.reddit rationem de hoc ibi,cum ostendant.In 3.instruit ibi proinde.¶ Pro plenio ri intelligētia huius capituli quæritur. ¶ † Vtrum sine
1 peccato possit fama negligi.Et vr̄ ꝙ sic ex præsenti capitulo,cum tales dicantur sancti.¶In contrarium est illud. qui negligit famam crudelis est,& illud. Curam habe de bono nomine.¶Respondeo dicendum ꝙ fama nullo mō est negligenda multiplici ratione,quarum aliquæ tāguntur in litera.Primò quia fama bona impinguat ossa. vnde crudelis est qui famam suam negligit. ¶ Secundò quia negligēdo famam perimit id quod melius est inter temporalia,Prou. 22.melius est nomen bonum,quā diuitiæ multæ.¶ Tertiò quia per hoc dat occasionem alijs,vt de se sinistre sentiant, & de eo malè & falsè loquantur & sic peccent. ¶ Quartò quia vita bona & sancta per talem negligētiam despicitur, & habetur in contemptu.¶ Quinto quia cum famam aliorum bonam seruare ex charitate tenemur multo magis nostram,quia vt dicit Tullius libro de officijs.negligere quid de se dicant homines non solum arrogātis sed dissoluti animi est.Et Aug.de opere monachorum. Nec misericordius est quàm bonæ famæ consuere. Et primo de ciuitate Dei cap.19. dicit propriæ famæ consulendum est propter aliorum vtilitatē & non pp eorū laudē humanā. Et in li.de vita clericorū dicit.duo sunt necessaria.s. conscientia & fama cōsciētia pp te & fama pp proximum, qui cōsciētiæ suæ confidens famam negligit crudelis est. Notandum insuper iuxta S.Tho.quolibeto.9.vbi mouet quæstionem,vtrū aliquis peccet infamiam nō repellendo . ꝙ vtrunque contemptus & appetitus potest esse laudabile & vitiosum. fama.n. non est necessaria huiusmodi propter seipsum,sed propter
2 proximum ædificandum.†appetere.n.famam propter proximum charitatis est,appetere proptea seipsum ad inanem gloriam pertinet.Et econuerso contemptus famæ ratione sui ipsius humilitatis est. Ratione proximi est ignauiæ & crudelitatis. illi ergo quibus incumbit ex officio vel ex statu perfectionis aliorum saluti prouidere,peccant nisi infamiam propriam iuxta se repellant.Alij vero quibus magis custodia suæ salutis imminet possunt suæ humilitati prouidere,possunt famam vel infamiam contemnere.Sed cum infamia dupliciter repellatur.s. occasionem subtrahendo & linguas detrahentium compescendo. Primo modo omnes tenentur infamiam vitare.alias sine scandalo actio trāsire non posset, quia semper est peccatum . Sed secundò modo non tenetur nisi quā totius debet aliquis saluti proximi prouidere.Et hoc est ꝙ dicit Gregorius homilia 9.super Ezechiel linguas &c.vide in S.Tho.Lege.¶[Non sunt audiendi] supple in hoc sancti in alijs vel in opinione hominum.Nam re vera sancti non sunt.vt. 12.q.1. nolo. peccaut.n. mortaliter cum sic negligunt vel contemnunt famam.vnde sequitur[crudeliter &c.reprehenduntur] alias [deprehenduntur]Archidia.[in aliqua negligentia]famę. Arch.[suspitionem populi.Arch.[vnde].i. à qua suspitione.s.ab eo ꝙ homines suspicātur de eo[longē abesse]sciūt Hu.& Arch.[dicunt]sed malè coram Deo &c.[æstimationem].i.famam & opinionem[crudeliter] tn̄ quia crudelis qui famam suam negligit[cum]id est, quia[occidant animas]exemplo.vt 2.qō.7.Paulus[aliorum]conspicientium eos.aliorum dico [siue blasphemantium viam Dei].i.fidē & religionem Christianam, in qua talia facientes viuunt. [displicet quasi turpis secundum suam opinionem quæ iusta & casta

Diuisio. — Quæstio. — Opponit contrariu. Respōdet. — Tulius. — Aug. — S Thom. — Exponit literam. — Archid.

Hierony. sta & casta est vita sanctorum [saltē quo ad ea quæ ipsi putant de eis. Quare dicit Hieron. fuge personas in quibus potest malæ conuersationis esse suspitio. Nec dicas sufficit mihi conscientia mea non curo quid de me loquuntur hoĩes Et certe apostolus prouidebat bona non solum corā Deo, sed etiam coram hominibus ne per illum nomen Dei blasphemaretur in gentib. [vel imitantium cum excusatione] quia putat ita fieri à sanctis sibi credunt licere, & ideo faciunt consimilia. Hu. & gl. v. g. de vtroque. Ecce aliquis bonus ex iusta causa frangit ieiunium sed facit hoc in conspectu publico, & in hoc malum facit. aliqui qui nesciunt causam hoc videntes statim blasphemant vitam illius, & aliorum bonorum qui sunt in ecclesia vel faciunt ipsi idē, quia credunt ꝙ licitum sit ex quo fit à tali. Similiter prælatus ecclesiæ puta episcopus propter scādalum vel alia iusta causa tolerat publicum vsurarium in ecclesia, putat statim, ꝙ episcopus negligens sit, vel quod accepit pecuniam ab eo, & ita blaspemant vitā eius vel à suis similiter subdit accipiunt pecuniam, quia credunt episcopum accipere & ita esse licitum, dico non est vident tm̄ sed &c. [prouide] 3. pars. [& famam custodit] non solum vitam. iste talis & alijs est misericors non solum sibi. Hu.



SI quis. In hoc capitulo quod est beati Hier. super epistolam Pauli ad Philemonem redit magister ad principale propositum ostendens in summa, ꝙ iniqua sententia nocet illi, qui tulit eam, non illi contra quē fertur. Et sic videtur quod non sit ei parendum. vel sic, qui malum dicit bonum esse vel econuerso peccat mortaliter. Breue est. Pro pleniori intelligentia huius quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum error semper sit peccatum.

2 ¶ Secundo de his quæ nimis faciliter prorumpunt in excommunicationem.


1 Quantum ad primum. † In quo quæritur vtrum error semp sit peccatum proceditur. Et videtur quod sic. Primò ex c. præsenti vbi dicit, si quis. ¶ Secundò quia dicit apostolus. Nolite errare, Deus. n. nõ irridetur. ¶ Tertiò sic, rectitudo iudicij est virtus fidei, vel prudentia: ergo videtur ꝙ error in ratione semper sit peccatum. In oppositum videtur illud Aug. in enchiridio ꝙ nobis nolētibus subinfertur error: ergo error cum sit inuoluntarius non est peccatum. ¶ Respõdeo dicendum iuxta antiquos, ꝙ est error simplicis notitiæ & de isto est conclusio, ꝙ non est peccatum. Et est error approbationis, qui est in omni peccato. vnde omnis peccans est errans. Item est error, qui ex infirmitate nascitur, qualis est in febricitantibus. sicut. n. dicit Aug. palato non sano dulcia videntur amara. Sic ex infirmitate originalis peccati quidam error surgit quo corrumpitur rõ in iudicijs & deuiat frequenter. Et de quo Ber. error est humanæ mentis non modo malum, putare malum, & malum bonum aut verũ falsum, & econuerso, sed & certa recipere pro dubijs & dubia pro certis. Et ꝙ iste error non est voluntarius, est conclusio. 2. ꝙ non est peccatum, sed pœna peccati. Est etiā error procedens, ex peruersione voluntatis, & ita errare nihil aliud est q̃ habere vera pro falsis, & tunc distinguēdum est, quia aut error talis est circa fidē & bonos mores & sic tertia conclusio, quod talis error semper est peccatum, & mortale. Et ista conclusio colligitur ex præsenti capitulo et duobus sequentibus. vnde Augustinus. quibusdam profuit errare in via pedum, sed non in via morum. aut ille error accidit in illis, quæ sunt supra humanum iudicium, vt iudicare de intentionibus cordium, & de tali est conclusio quarta. ꝙ talis error semp est pc̄m, quia hoc est vsurpare quod solius Dei est, ipse. n. solus est qui scrutatur renes & corda, aut est in his quę subsunt humano iudicio, & de tali est conclusio quinta. ꝙ talis error non est peccatum vt error in logicis naturalibus aut mathematicis. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de præsenti capitulo quod procedit iuxta conclusionem tertiam. Ad secundā respondetur, quod apostolus loquitur de errore approbationis. Ad tertiam respondetur eodem modo.

(Margin: Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit i contrariũ: Respõdet. prima cõclusio. — Aug. — Bernard. — Secũda cõclusio. — Tertia cõclusio August. — Quarta cõclusio. — Quinta cõclusio. — Ad arg.)

2 Circa secundum. Notandum † ꝙ vt notatur per doctores quatuor sunt consideranda, quæ debent specialiter retrahere & cohibere prælatos, ne de facili excommunicent. ¶ Primum est qa excommunicatio est abscisio à corpore ecclesiæ. vt sæpe supra habitum est vt in capitulo. engeltrudam. 3. q. 4. & 24. q. 1. loquitur & extra qui fi. sint legit. c. per venerabilem. §. fi. vnde omnia alia remedia debent adhiberi antequam excommunicatio fiat, sicut membro infirmo adhibentur primo multa remedia, & si valere non possunt remedia rescinditur ne sana pars corrumpatur. ¶ Secundum est nobilitas corporis à quo per excommunicationem membrũ rescinditur. Corpus. n. illud est corpus Christi mysticum. s. ecclesia. Si. n. rex vnus haberet infirmitatem in membro, non de facili abscinderetur membrum illud. Cum quanta ergo cautela absciendendum est membrũ à corpore Christi. ¶ Tertium est, quia quando aliquis excommunicatur gladio percutitur a sathanæ sine concilio & auxilio relinquitur. vt. s. dictum est. Non debet autem parua causa esse, pro qua pater spiritualis. s. prælatus filium gladio percutit, lupis infernalibus exponit, & infirmum ad mortem sine consilio & auxilio relinquit. ¶ Quartum est, quia vt frequentius ex excommunicatione vtilitas non sequitur, quæ solebat consequi. Excommunicatio autem solebat fieri ad hoc, vt illi qui excommunicabantur corrigerentur, & ne populus eo exemplo corrumperetur. hodie autem contrarium accidit, vt frequenter. Nam qui excommunicatur excommunicationē contemnit, & ad peccata frena laxat. Alij etiam corumpuntur quia communicant. vnde remediũ versum est ei in venenum, & ideo raræ essent faciendæ excommunicationes, præcipue generales extra de sen. excom. li. 6. c. romana. §. 1. &. §. caueant. Et raro essent conficiendi canones latę sententiæ propter pericula animarum. extra de consti. c. vt animarum li. 6. sed procedendum esset ad alias pœnas quæ magis quam excommunicatio hodie timendæ videntur ab hominibus. Lege. ¶ [Si quis] hoc. c. congrue potest intelligi de personis. i. ipsis hominibus, & de ipsis rebus, & virtutibus, & vitijs vel eorũ temporibus. Si intelligatur de rebus planum est [iustum est]. i. iustitia vel eius opus [& sanctum]. i. sanctitatem vel eius opus. Hu. [abominabilis] quis peccat mortaliter & consonat. Aug. qui super primam epistolam ad Cor. dicit, ꝙ errare in rebus est peccatum mortale. s. cũ quis putat id opus, quod est bonũ esse malum, vel id quod est vitium, in quod est virtus, & econuerso, hoc est mortalis culpa, cum quisque adultus vel discretus sciat, vel scire debeat hoc esse malum, & illud esse bonum, & hæc est ignorantia iuris, quæ neminem discretum in hoc casu excusat, quia hoc scire est minimũ ad salutem. Si ergo dixerit sciēter siue ignoranter peccat mortaliter. ſm Hu. & gl. de personis vero sic intelligitur [iustum] hominem [sanctum] hominem [abominabilis] quia peccat mortaliter, si firmiter asseuerauerit iniustum. de quo non habet certitudinem, ꝙ sit talis sed temerariè iudicat. Sed videtur Augu. contrariare super epistolam primam ad Cor. dicēs. & errare in personis veniale peccatum est, & humana tentatio. Respondetur ꝙ loquitur de iudicio suspitionis, hoc aũt intelligiť de iudicio diffinitionis. vnde tale pc̄m mortale est. vnde Au. si suspitiones euitare nõ possumus quia homines sumus, iudicia tñ. i. diffinitiones sentētias & firmas cõtinere debemus. Si ergo suspicemur, ꝙ est humana tentatio [saltem nõ iudicemus. i. firmiter afferamus, quia est mortale. Quod autem ita debeat intelligi, patet ex eo quod sequitur in hoc capitulo asserit & in sequenti asserens. Hug. vel potest legi de iudice, qui maxime peccat cum condemnat eum, quē credit esse absoluendum, vel econuerso vel condemnat, vel absoluit de quo non est certus an sit condemnandus vel absoluendus. Hu.

(Margin: a ¶ Gladio pcutitur. Ad de Pe. de Anc. in c. quanto. nu. 10. de of ord. Et an excommunicatio sic meriim perij Car. Zaba. in c. quod sedé nu. 6. e. tit. — Exponit literam. — Opponit & Respõdet.)

1 *Iudicium prauum quod dicatur.*
3 *Iudicium certitudinis non est peccatum & nu. 5.*
4 *Iudicium quando sit peccatum veniale, & quando mortale.*



SI quis hominem. Ad idem est hoc capitulum quod est ipsius Hiero: Summa est in rubro vel sic, qui bonos & sanctos diffamant Christum blasphemant. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ dicens hominem non sanctum ecclesiam violat. In 2. inducit authoritatem Esa. prophetæ ad probandum, quod talis iudicans magno crimine obnoxius sit, secunda ibi, vnde quali crimine. Pro pleniori intelligentia huius capituli, & similium quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum prauum iudicium semper sit peccatum.

6 Secundpm

6 ¶ Secundū verum quis possit aliquem hominem sine peccato iudicare, aut asserere malum, & non sanctum.

1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur ꝙ non sit semper peccatū prauum siue erroneum iudicium. Primo dicit Aug.vt.s. in præcedenti capitulo inductum est super epistolam ad cor. ꝙ suspitiones vitare non possumus, quia homines sumus: ergo iudicium suspitionis, cum non sit in potestate nostra non est peccatum. ¶ Secundò sic. Beda super Matt.7. super illo nolite iudicare. dicit de certis possumus iudicare: ergo iudiciū certitudinis non est peccatum. ¶ Tertiò scire malum non est peccatū: ergo nec asserere ¶ Contra est primo præsens capitulum. Secundo illud Matt.7. nolite iudicare. ad Ro. 2. in quo alterum iudicas teipsum cōdemnas. ¶ Respōdeo. hic duo erunt articuli. In primo dicetur quid est prauum. Secūdo respondebitur ad quæstionem. Quantum ad primum

Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Opponit i contrariū. Respōdet.

2 dicendum est.† ꝙ prauum iudicium est ex errore procedēs temeraria sententia vel suspitio mali de occultis aliquorū. Errorem dico ignota habere pro notis. sententiam dico in asserendo vel diffiniendo quia ita est suspitio in opinando, cum dubitatione temeraria in sententiando de his quæ ad eum non pertinent, sed ad Deum cuius est sententiare de occultis, quia oīa nuda & aperta sunt oculis eius. ad Hebr. 10. Data est aūt prædicta diffinitio per causas. Causa efficiēs vnde prauum iudicium procedit tangitur cum dicitur, ex errore. Causa formalis cum dicitur, sentētia temeraria vel suspitio. Causa materialis cum dicitur de occultis aliorum, & sic patet primum. ¶ Circa ꝓm est notandum, ꝙ est iudicium certitudinis & de isto est conclusio prima. † ꝙ tale iu-

prima cōclusio.

3 dicium nō est peccatum. patet conclusio. Nam super Matt. 7. dicit Beda. De certis iudicare possumus. Secundo est iudiciū temeritatis. Et illud est triplex. s. diffinitionis, arguitionis, assertionis. Diffinitionis cum quis de occultis siue futuris male iudicat. vnde gl. super illud Mat.7. nolite dicit cum nescimus qualis futurus sit qui nobis apparet malus, de correctione eius desperare abiectumq; reprehēdere temerarium iudicium est. Arguitionis iudicium dicitur, cū quis iudicat de his quæ ad eum non pertinent. vnde ad Ro. 13. Tu quis es, qui alienū seruum iudicas suo domino stat aut cadit. Assertionis cum quis iudicat de occultis. vnde gl. super prædictū locum dicit. de quibus incertum est quo animo, fiant sine periculo nemo iudicat. Primum pernitiosum. Secundum præsumptuosum. Tertium superstitiosum & ita videtur, ꝙ vtrunq; tale iudicium est peccatum. Consequenter est notandum, ꝙ iudicium suspitionis est triplex. s. violentum, quando omnia signa mali apparent, nulla boni. probabile quādo multa signa mali pauca boni. Temerarium. quando nulla boni pauca mali. Primum non est peccatum. Secundum veniale paruum. Tertium veniale gra-

Quæstio. Respōdet.

4 ue. ¶ Sed hic surgit quæstio. † quando iudicium est peccatum veniale & quando mortale. Ad hoc respondetur sub

5 certis conclusionibus. Prima† ꝙ iudicium certitudinis nec veniale nec mortale peccatum est, patet. ¶ Secunda conclusio, iudicium temeritatis mensuratur in quantitate peccati ꝓm illud Matt. 7. in quo iudicio iudicaueritis iudicabimini. Nam si iudicio temerario iudicauerit, condemnauerit quis aliquem condemnatione veniali venialiter, condemnabitur, si mortali, mortaliter. Nam vt dicit S. Tho. 2.2. cū aliquis pro certo malitiam alterius æstimat ex leuibus iudicijs, & hoc si sit de aliquo graui est peccatum mortale inquantum non est sine contemptu proximi. ¶ Tertium iudicium suspitionis, quādiu est in suspitione nunquā est mortale, nisi veniat ad assertionem.


S Thom.

6 Ad secundum. Sic proceditur.† Et videtur ꝙ qs possit sine peccato iudicare de aliquo assertiue ꝙ sit malus. Primò sic. Ponatur quod aliquis habeat tot & tantas coniecturas de aliquo quot sit malus, quot, ꝙ sit bonus: ergo sicut sine peccato potest iudicare quod sit bonus similiter pōt iudicare ꝙ sit malus. ¶ Secundò sic. Sancti homines sic fecerunt vt Paulus in actibus. percutiat te Deus paries dealbate. & Io. baptista. Io.4. genimina viperarum &c. ¶ Tertiò prædicatores quotidie similiter hoc faciunt. iudicant. n. homines malos & improperāt eis mala & prælati subditos suos. ¶ Quartò Christus idē fecit. vnde Io.8. vos ex patre diabolo estis dicebat iudæis: ergo non erit pctm̄ assertiue iudicare de aliquo ꝙ sit malus. ¶ In oppositum videtur capitulum præsens. Itē illud Ezec. 18. Si auerterit se impius ab impietate sua omnium iniquitatum suarum non recordabor. Et sequitur vita viuet & nō morietur, sed posibile est, ꝙ post blasphemiam vel fornicationem vel aliquod turpe malum statim illud faciat considerans peccatum suum, & conteratur: ergo statim potest esse bonus de eo: ergo iudicare, qm̄ malus est, peccatū est.

Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Quartū ar. Opponit i contrariū;

¶ Respondeo iuxta cancellarium antiquum & antisiodoren. quod nullus potest determinate de aliquo iudicare assertiue dicendo, quod sit malus sine peccato. ¶ Et ad rationes in oppositum respondet. Ad primam respondet negando consequentia. dicit. n. ꝙ licet tot coniecturas habeat: nō tamen tot rationes ad probandum de quocunque ꝙ sit malus sicut ad probandum ꝙ sit bonus. Plures. n. sunt ad hoc. imo vna ratio præualet alijs hominibus coniecturis, & hęc largitas bonitatis diuinæ, & misericordia quæ neminem vult perire quæ fertur super aquas. Gen. 1. i. super corda fluxibilia peccatorum reuocans ad pœnitentiam. Et in Apocalypsi.* Ego sto ad ostium & pulso, si quis autem aperuerit mihi introibo. Hæc est bonitas diuinæ lucis, & hoc est verum quod si quis aperuerit ostium voluntatis ei faciendo quod in se est statim gratiæ suæ radios diffundet, quod quādo fiet, nemo scit. Et ideo nullo tempore aliquis alium iudicare iudicio assertionis potest, ꝙ sit malus sine peccato. Ad aliam rationem de sanctis. s. Paulo & Ioanne baptista respondetur multipliciter. vno modo, quod inspiratione spiritus sancti eis reuelantis statum illorum. ¶ Secundo quod talia sancti ex feruore charitatis loquuti sunt ad cautelam, & correctionem non assertiuē. Non. n. talia loquuti determinatiue sed sub conditione quasi si talis es percutiat te &c. vel condemnabit. ¶ Et sic respondetur ad tertiā. De prædicatoribus quod verba prædicatorum sunt vniuersalia, in vniuersali enim iudicant & reprehendunt malos. ita quod nec iustum, nec illum, & idem dicendum est de prælatis, quod verba eorum sunt verba zeli & amoris sicut verba sponsi imponentis crimine spōsā. non quia iudicet eā fecisse hoc sed vt vehementius caueat facere. ¶ Ad quartā de Christo respondetur, quòd non est simile, quoniam omnia sunt & semper fuerunt nuda & aperta oculis eius. Et ideo de occultis eius potest asserere secundum veritatem, non sic autem nos. Lege. ¶ [Si quis hominem.] Similiter sicut & præcedens potest intelligi hoc capitulum & de rebus & de personis, sed præcipuè ex toto videtur loqui de personis, in fine de rebus. Hu. [crediderit]. i. asseuerauerit ex certa scientia, quia scit vel credit non esse factum. Iste grauiter peccat asserens falsum contra conscientiam, vel asseuerat cum non sit inde certus, licet credat. Hug. & etiam peccat [iunxerit]. i. iungendum asseruit, & asseruerit eum esse in ecclesiam. Hu. [Christum]. i. ecclesiam. Hug. [violat membra sumus] ad Ephesio. 5. quoniam sumus inuicem membra corpus omnes fideles in fide [connexi]. & maximè sancti per charitatis vnitatem vnum corpus in Christo. vnde Apostolus. 1. ad Corinth. 12. omnes nos in vno corpore baptizati sumus [membra] nos enim membra sumus vnius corporis, & Christus caput vt dicit Apostolus 1. ad Corint. 12. & Esai. 5. [tenebra]. i. tenebrosos peccatores. [Lucæ]. i. lucidos candore virtutum. si legatur de rebus sic. [Tenebras] id est vitia & peccata [lucem] id est virtutes, & earum opera. [Contrarium] id est turpitudo. Hug. [Sanctimonia] quæ sanctitas appellatur. infra. eod. quæstio æstimant. Hug. & Archid.

Respōdet. Ad primū. *Apo.3.b. Ad secūdū. Ad tertiū. Ad quartū. Exponit literam.



E. Ad idem inducitur hoc capitulum quod est Esa. 5. capitulo. Et potest diuidi in duas partes in prima dicit futuram maledictionem his qui bonum dicunt malum. aut econuerso. Secundo probat idem exemplo per ca sum filiorum Israel ex hoc errore deriuatum. secunda ibi, propterea. Lege. ¶ [Ve]. i. æterna damnatio erit vobis qui dicitis. Hug. [bonum malum &c. propterea] 2. pars. [populus meus] scilicet iudaicus dicens bonum malum & lucem tenebras, & econuerso condemnantes doctrinam, & opera Christi lucem sapientiæ quæ Christus est. 1. Cori. 1. propterea à Romanis captiuatus est & princeps eorum & multitudo interierunt fame diuini verbi à se repellentes doctorē veritatis & siti diuinę consolationis arefacti. Exo. 20. sitiuit populus non habens aquam diuinæ sapientia. [Infernus] ad capiendum mortuos in peccatis, dicitur infernus dilatare animam suam. Et vt dicit Hieronymus Esa. loquitur more parabolico, quia infernus nō habet animam. vel infernus dicitur spiritus infernalis, qui præ nimio desiderio

Diuisio. Exponit literam.

mio desiderio deducendi & recipiendi peccatores in infer no, dicitur dilatare animam suam.i.desiderium & affectũ deuorandi & recipiendi multos[descẽderunt vsque ad eũ] .i.infernum[& tunc].s.in iudicio[homo].i.minores[vir].i. maiores. Hug. incuruabitur humiliabitur].s. à superbia[& exaltabitur Deus]non in se, quia ipse nõ recipit magis nec minus,quia apud Deum vt dicit apostolus Iacobus. nõ est mutatio, nec vicissitudinis obumbratio, sed in corde hominis exaltatur iuxta illud psa.*Accedet homo ad cor altũ & exaltabitur Deus vel[exaltabitur].i.alius apparebit in iudicio, quod iustum erit, & in bonis & in malis.Hug.[sanctificabitur] id est sanctus apparebit hominibus ipsis, & etiam malis.qui hic erit despectabilis.similiter in oratione dominica,sanctificetur nomen.Hu.id est homnibus sanctũ appareat.Hu.

Psa.70.a.



IPse. Ad principale propositũ sequitur hoc c.quod est beati Gregorij. Summa est qui potestate ligandi. & absoluendi abutitur meretur ea priuari. planum est totum. Lege. ¶[Ipse priuat].i.meretur priuari.i. facit illud propter quod debet priuari.simile.j.12.q.2.sepe fit.& di.82.plurimos.&.e.q.5.quisquis Hu.[moribus]bonis vel malis.Hu.

Exponit literam.

Iudicare. Breue est, & habetur infra plerunque ibi reponetur.

1 *Absolutio prælati dicitur vera quando consonat iustitiæ diuinæ.*

TVnc vera. Ad idem sequitur hoc capit. quod est eiusdem Gregorij, 1 & summa est.† quòd tunc vera est dicenda absolutio prælati quando conformatur iustitiæ diuinæ.Et diuiditur in duas partes. In prima dicit quod dictum est. In secunda confirmat illud exemplo Lazari.2.ibi,quod bene.Lege.[¶ Tunc vera interni iudicis].i. Dei exemplum de Lazaro aptari non po test secundum Hu.dico ergo interni iudicis,id est, Dei,qui tua interiora videt & secundum ea iudicat quod non conuenit alijs iudicibus.hoc ergo vult dicere,quòd in cõdemnando id est absoluendo sequamur arbitrium Dei, vt scilicet quem ipse nos absoluamus,& quem ipse condemnat, nos condemnemus. Et quòd in his debemus sequi arbitrium Dei ostendit per exemplum de Lazaro quem Deus primo viuificauit,& mundauit à peccatis iussit eum solui à discipulis: per quod significauit, quòd quis primo est absoluendus à Deo,& postea ab homine. Et quòd hoc capitulum ita debeat intelligi habetur infra eodem plerunque. Hugutio.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Priuilegium semel concessum an possit amitti.*
2 *Priuilegium tollitur quinque modis.*
3 *Status non inducitur ad modificationem vbi superuenit enormis læsio.*

PRiuilegium. Ad idem sequitur hoc ca.eiusdem Gregorij in registro. Summa patet & breue est.¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli quæritur. 1 ¶† Si priuilegium semel concessum potest amitti.¶ Ad quod respondetur quòd sic.Sunt autem octo casus quibus priuilegium tollitur, quorum quinque tanguntur hic in gloss.alij vero tanguntur à Goffredo & alijs doctoribus in summis suis, de quibus infra in expositione 2 literæ.Leg.¶[Priuilegium.]glo.† ꝙ priuilegium quinque modis tollitur.Primo pp abusum,vt hic videtur,quòd perdatur ipso facto abutendi,per id quod legitur & nota.s.eo. ipse &.j.e. plerunque Archid. Sed in præcedenti capitulo ipse Hu.& Lau.tenent contrarium. Secundo perditur propter delictum.15.q.2.ita nos. Tertiò propter contrarium factum.extra de priui. si de terra.& extra de consti.cum accessissent vbi de glo.in pe.Et vide quod not.16.q.4.c.vlt.de hac materia no.22.dist.renouantes.4. per negligentiam.ff. de nundinis.l.1.sic no.infra.di. q.2. c. vbi dicitur Archid.5. propter enorme damnum superueniens.s.si vergat in enorme detrimentum alicuius. extra de decimis. suggestum. 3 No.†quòd ibi superuenit enormis læsio non inducitur status ad modificationem,sed totus purgatur.ar.extra de decimis.nuper &.c.dilecti in fi.vbi de hoc no.Vincen. Archi. 6.perditur per reuocationem superioris.extra de pri.c.dilecti.7.per renuntiationem, quia renuntiare põt cui concessum est si sit personale.Si vero conuentui sit indultum à cõuentu vel maiori parte conuentus posset renuntiari nisi indultum esset vniuersitati pro decore ecclesiæ. vnde priuilegium fori & tutele clericorum renuntiari non potest.extra.de fo.compe.si diligenti.& de sen.excom.contingit qđ est speciale in illis, alias priuilegio publico potest quilibet in suum præiudicium renuntiare.extra de foro compe.dilecti. 8. tollitur per priuilegium posterius si in posteriori fiat mentio de priori,alias non,extra de præscri.veniens,& extra de offi.deleg.ex parte secundum Goff. hæc pro nunc sufficiant.

Quæstio. Exponit literam Archid. Vincen. Goffr.

NOn debet. Ad idem est hoc cap. quod est beati Gregorij. Summa est in rubro.breue est.Leg.¶[Non debet canonica].i.in quem prolata est contra ius constitutionis quia etiam sententia ipso iure nõ tenet supra.2.quæst. 6.§. diffinitiua secundum Hug.& Archid. Si referatur hoc ad sententiam excommunicationis nunc intellige secundum Hug. illam esse contra ordinem iuris, quando à iudice suo & ante appellationem est lata. Tunc enim sicut non tenet ita non ligat aliquem, sed si sit lata à Iudice suo & ante appellationem licet contra ordinẽ iuris proferatur tenet & valet.vt supra eo.si episcopus forte.vel dicas.quod hoc capitulum vult dicere,quòd sententia iniusta non ligat quo ad Deum.

Exponit literam.

Ex his. §.est in quo magister Gratianus concludit ex supradictis, quòd iniusta sententia nec apud Deum nec apud ecclesiam quemquam ligare potest.Et ad probandum inducit sophisticè cap. Gelasij papæ supra.eo. cui est illata.Sed hoc sophisticum est.dicit Hug. quia illud cap.intelligitur de sententia,quę ipso iure nulla est,quia data est à non iudice suo,quia ab hæretico & damnato. Non ergo allegando concludit.¶[Cur ergo]opponit conclusioni suæ[capitula] superius posita & c.sequens postea soluturus in sequenti.§.[Carthaginensis]suprà c. quæsti. qui communicauerit. [& Africani] supra eodem quæstio. placuit[& aliorum conciliorum] sardicensis supra eadem. quæstio. si quis laicus[& 8. synodi] si quis frater, & mileuitan. supra eadem presbyteri. [& maguntinen.] quòd sequitur.

Exponit literam.

1 *Depositio solennis quę dicatur.*
2 *Restitutio an possit fieri solo verbo.*
3 *Depositio & reparatio fit in minoribus gradibus sicut in maioribus.*



EPiscopus presbyter: Inducit ad idem hoc capi. quod est ex maguntinen. concilio sumptum.Summa si episcopus vel alius clericus sit iniustè condemnatus & sententia contra eũ lata retractetur non habebit executionem sui officij nisi recuperet de nouo ea quæ in sui ordinatione ante perceperat. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit dictum. In secunda exponit & declarat.2. ibi si episcopus. Lege.¶[Episcopus,iniuste deiectus]per falsos testes vel falsa instrumenta. Hug. quia non suberat causa.Hug.Archid.[deiectus].i.detrusus,& hoc authoritate papæ,quia alia episcopus deponi non potest. Hug. quidam intelligunt deiectus. i. suspensus, vel excommunicatus, sed hoc non valet, quia tunc solo verbo restitui posset.Hu.[in 2.]presertim quia idem esset si in tertia vel quarta vel quinta,quia tunc & vsque ad.20. annos potest agi de falso.vt.C.ad.l.corneliam de fal.l.querela. secundum Hug. quod dic,vt plene no.extra de excep.cum venerabilis.§.2. & de proba.licet.Arc.[non potest esse quod fuerat].i. exercere & exequi officium suum[gradus].i.ordines[amissos] non quo ad substantiam ordinum sed quo ad executionem. vel[gradus]id est insignia ordinum quæ.s.in collatione cuiuscunque ordinis conferuntur. Hugu.& hoc vult litera. Ad cuius declarationem no. quod degradatur quisquando post sententiam depositionis insignia quæ recepit cum ordinatur ei solenniter detrahuntur.† & hoc vocatur 1 solemnis depositio de qua loquitur hoc cap. quod fiet hoc modo &c.Archid.vide de pœnis.cap.2.in fin.li.6.[coram altari] id est, ecclesiastico foro. concilium enim presbyteri vel causa ecclesiastica tractari non debent nisi in ecclesia.


Diuisio. Exponit literam.

ar.2.q.2.

arg.2.q.2. præceptum & 23.q.8. conuenior.[de manu ip-
Prima qō. 2 sorum.¶[Sed surgunt hic quæstiones.Prima,nonne pos-
Respōdet. sit fieri restitutio solo verbo.¶ Respondetur ſm Laurent.
quòd sic à papa,sed à synodo non,vel ab alio nisi authorita
Sc̄da qō. te papæ:¶ Secunda quæstio.ecce in depositione presbyte-
Respōdet. ri sunt necessarij.7.episcopi nunquid & in restitutione.vi-
detur quod sic quia hic dicitur de manu ipsorum. Sed re-
spondetur secundum Hu.& Archid.quòd non est quæstio.
quia restitutio depositorum soli papæ competit. Est ergo
Archid. in arbitrio papæ vtrum per vnum vel per plures fiat resti-
tutio.[Si episcopus est].2.pars.[horarium].i.stolam bacu-
lum annulum,gratia exempli hoc dicit,quia & alia recipit
.s.mitram,& sandalia,& huiusmodi.Hu.[albam].i.dalmati
cam vt dist.92.diaconus in conuentu. Hug.& Archid.cali-
cem vrceum.vt di.23.subdiaconus & reliqui gradus.s.aco-
Quæstio: 3 lytus exorcista lector ostriarius psalmista[recipiant]ar.†ꝙ
in minoribus gradibus depositio, & reparatio fit sicut in
maioribus.ar.27.quæst.1.si quis episcopus.Quidam tamen
dicunt contrarium, & male secundum Hug.¶ Surgit hic
Respōdet. quæstio vtrum hæc solennitas est adhibenda quando quis
est suspensus ad tempus vel perpetuo. Respondetur ꝙ non
sed tamen est depositus vel degradatus quod idem est.hic
.n.auferuntur insignia & non ibi,& ideo hic solēniter sunt
reddenda in restitutione sicut sunt ablata in depositione,
secundum Hugu.


I ergo. §.est & incipit in eod.quinta. pars quæstionis.In qua ponit trimembrem distinctionem sententiæ iniustę.s.quandoque ex iniusta causa, quandoque ex ordine,quandoque ex animo.Et diuiditur in tres
Diuisio. partes.In prima concludit Gratianus de capitulo proximo, quòd si iniuste degradati non possunt esse quod fuerant nisi de manibus episcoporum recipiāt quod iniustè amiserunt apparet quod iniqua sententia excommunicationis ligat.In secunda respondendo facit prædictam diuisionem trimembrem cum dicit.Ad hoc respondēt dicendo,quòd sententia quandoque est iniusta ex animo,& non alijs, quandoque ex ordine, &non ex alijs qñq; ex cā,& nō ex alij.In.3. parte ponitur membrorū declaratio siue prosecutio cum ait,cum autē ex causa,& dicit quòd eis semper est parendum in quolibet membro quod intelligo eerum de sententia excommunicationis, vel suspensionis, & non de alia. Quidquid.n.dicat magister hoc tenendum est dicit Hu. quòd sententia excommunicationis quocunque modo lata à suo iudice ordine iuris ante appellationem tenet, & ligat si non contineat intolerabilem errorem.extra de sen.exc.per tuas.ibi[ira enim].i.iratus non iustè nec rectè iudicat[iustitiam].i. quod exegit deus.s.vt iustè iudicetur Hug.[iustam reportet]ar.quòd vna sententia vno respectu dicitur iusta.& alio iniusta.vt.23.quæstio.5.miles.sicut in morte Christi quæ fuit iusta, quia iustè inflicta.Iniusta,quia sine merito, & non amore iustitiæ, sed odij liuore inflicta. Hug.& Archid.[perturbatis]actio vel passio supra. eodem quęstio secundum.& 22.quęstio.4.incommutabilis.Hug.

1 *Iudex an possit licitè expectare vel recipere pretium pro iustitia facienda,quòd non si est ordinarius nu..2.*
3 *Iudex non solum peccat si ex pacto & conuentione ,sed etiam si se accepturum expectet.*
4 *Iudex ordinarius non debet accipere etiam sponte oblata propter vitandam suspitionem.*
Et quid de xenijs.nu.5.
6 *Iudex delegatus nihil potest recipere à partibus, nisi forsan esculenta & poculenta.*
7 *Iudex non debet accipere assessorem nisi indigeat eo.*
8 *Iudex debet refrenare notarios ab immoderato salario in causa sibi commissa.*
9 *Simonia an committatur in venditione & emptione sententiæ.*


Vi recte. Prosequendo membra huius distinctionis iniustæ sententiæ,primo prosequit de iniusta ex parte animi,& ad hoc sequitur.cap. hoc quod est Gregorij. Sūma est, quòd iudex debet iustitiam
Diuisio. gratis & nō premio impartiri.Et diuiditur in duas partes.
In prima exprobat & condemnat iudicem,qui pro iustitia facienda pretium expectat.In secunda assignat causam huius,dicens quòd acceptio munerum præuaricatio est veritatis.2.ibi acceptio.¶ Pro pleniori intelligentia. Quæritur
1 †Vtrum iudex licitè possit expectare vel recipere prætium pro iustitia facienda.Et videtur quòd.Primo quia nemo tenetur proprijs stipendijs militare secundum apostolum.1.cor.9.ergo &c.¶ Secundo secundum.ad macedonium & habetur. infra eodem non licet.Aduocatus licitè recipit pretium pro patrocinio suo: ergo similiter & iudex.¶ Tertio idem arguitur de alijs officialibus qui licitè possunt recipere.vt assessores notarij &c.¶In oppositum est tex. præsentis capituli vbi dicitur defraudare Deum qui pro pecunia iustitiam vendit.¶ Respondeo dicendum sub certis cō
2 clusionibus.Prima conclusio.† quòd ordinarij iudices non debent petere aut recipere aut etiam expectare aliquid à partibus etiam expensas.patet ista conclusio. Tum primo quia ipsi propter iustitiam tenendam habent suas prouisiones à republica. Tum secundo ne dum sumptus quæritur prædo crassetur. dist.86. non satis 23.q.1.militare.in fi. Tum tertio quia sententia gratis debet dari.vnde data pro pretio ipso iure est nulla. ex quo venalis est.2.q.6.venales.
3 ¶Secunda conclusio.† iudex non solum peccat si ex pacto & conuentione accipiat, sed etiam si se accepturum expectet sicut de vsurario.In euangelio.n.dicitur. mutuum dantes nihil inde sperantes.quidquid.n.sorti additur vsura est. vt.9.q.3.plerique.vnde vt dicit Hu. sicut in mutuo non debet expectari pecunia ex pacto ita nec in sententia.Et sicut qui in muto ex pacto accipit pecuniam potest inde condēnari ab ecclesia. Sic & sententia data per pecuniam irritatur.2.quest.6.venales.Et sicut vsurarius qui præter pactum accipit pecuniam peccat tamen non potest ab ecclesia condemnari. Sic iudex qui præter pactum accipit pecuniam peccat nec tamen ideo irritatur sententia. secundum Hug. Archid.de vsurario mentali an per ecclesiam possit compelli ad restitutionem eius quod accipit præter sortem.vide extra de vsur. consuluit. Nota de hoc in vltima gloss.
4 ¶ Tertia conclusio . † Iudex ordinarius non debet etiam sponte oblata recipere , patet propter suspitionem vitan-
5 dam.¶ Quarta conclusio.†ab alijs vero xenia sponte obla ta ac etiam moderata recipere potest.disti. 18. de eulogijs.
6 ff.de offic.proconsſ.solent .¶ Quinta conclusio.Iudex delegatus nihil recipere potest à partibus,nisi forsan esculenta, poculēta mera liberalitate oblata,quod paucis diebus consumi possit vel nisi moderatas expensas cum ipse propter causam sibi commissam contigerit extra suum domicilium proficisci,ita quod in ipsis expensis non excedat modum nec exigat plus ab vna parte quam ab alia,& quòd propter habendas expensas nisi causa requirat occasionem proficiscendi non assumat. Et si litigantes fuerint notabiliter pauperes etiam pro expen. nihil exigat.extra de rescrip.statutum.§. insuper.libr. 6.¶ Sexta conclusio.
7 †Iudex assessorem nō debet accipere nisi eo indigeat. alioqui de suo proprio tenebitur ei prouidere sed si indigeat assumat neutri parti suspectum & ei de competenti salario moderando ab eo faciat à partibus prouideri.¶ Septima
8 conclusio . † Iudex etiam notarios in causa sibi commissa ab immoderato salario debet refrenare , nec cum eis assessoribus lucrum percipiet, & si contra hoc reciperet.tenetur ad aestitutionem , & non prodest remissio vt in dist. cap.statutum . Similitèr debet refrenare nuntios, & quoscunque officiales . ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum . ¶ Ad primam respondetur, quòd iudex habet vel habere potest seu debet stipendia à republica,& ita non proprijs stipendijs militat . ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam , quia non est simile. Et ratio est secundum Sanctum Thomam in 2. 2.q.71.Arg. 4. quia iudex & testis communes sunt vtrique parti,quia iudex tenetur iustam sñiam dare, & testis tenet verūtestimoniū dicere. Iustitia aūt & veritas non declināt in vnam partem magis, quam in aliam , & ideo iudicibus de publico sunt stipendia laborum statuta , & testes accipiunt non quasi pretium testimonij, sed quasi stipendium laboris expensas,vel ab vtraque parte,vel ab vna, ab ea videlicet à qua inducuntur,quia nemo militat stipendijs proprijs vnquam,vt dicitur.1.Corint.9.sed aduocatus alteram partem defendit, & ideo potest pretium accipere à parte, quam adiuuat . Per idem respondetur ad tertiam. Lege.
¶[Qui


Right margin notes: Quæstio. — Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Oppositū contrariū. — Respōdet. — Prima conclusio. — Secūda cōclusio. — Tertia cō clusio. — Quarta cō clusio. — Quinta cō clusio. — Sexta conclusio. — Septima conclusio. — Ad primū argu. — Ad secūdū. — S. Thom.

Exponit literam. ¶[Qui rectè expectat]siue ex conuentione,siue non Hug. sicut de vsurario dictum est supra.[in Deum iustitiam] idest iustam sententiam Hu.& Arc. gratis]. id est siue pretio Hug.extra de vita & ho. cleri.ab omni.Archi.[bonis]id est iusta sententia,ipsa enim sententia vel iudicatio bona est. Hug.[male vtitur] id est, cum peccato mortali,quasi iustam & bonam profert sententiam, sed non debito modo, scilicet gratis & amore iustitiæ sed amore pecuniæ. Sæpe enim quis bono male vtitur, & malo bene. 9.quæst. 5.neque.Hu.[acceptio]. secunda pars.[non semper]sed in hoc casu facta.Hug.Deute.16.nec accipies munera quæ excæcant etiam prudentes,& subuertunt verba iustorum[dicitur]Esaiæ.32.[ab omni &c.]vt prima quæst.prima sunt nō
Quæstio. Respōdet. 9 nulli.Hu. ¶ Mouet hic quæstionem Hug.†vtrum in venditione & emptione sententiæ committatur simonia. Et dicunt quidam quòd in omni sententia venali committitur simonia,quod ego non credo,quia sententia nec est spirituale,nec annexum spirituali.licet ergo alias grauius peccent simonia tamen non committitur. In causa tamen spirituali ecclesiastica nisi sit de matrimonio videtur committi simonia. vt do pecuniam iudici,vt adiudicet mihi ecclesiam vel officium vel ius decimarum vel spirituale con simile.Hug.

1 *Iratus non discernit verum à falso,nec malum à bono.*
2 *Dilatio congrua est adhibenda in sententiæ prolatione & executione.*



ILla. Ad idem est hoc cap. quod est beati Gregorij ad Mauricium imperatorē, de quo quia dicebatur, quòd quandoque furiosè seuiebat in delinquentes eum super hoc redarguit. Summa est in rubro vel magis specialiter. Iudicis animum non furor, sed ratio totū possideat vt nihil temere sed mente ad tranquillitatē reducta cum matura deliberatione operetur.Et
Diuisio. diuiditur in duas partes.In prima ponit quod dictum est. In secunda assignat rationem.2.ibi nam commotionis.Le-
Exponit literam. Laurentii. ge. ¶[Illa totum ratio] ita quòd nihil fiat ex odio, vel ira vel leuitate huiusmodi.3.quest. 7.iudicet. Hug.[potestas]id est dominium.Hug.Lauren.& Archid.vel potestas, id est ille habet potestatem. Hug.ratio enim debet in homine dominari appetitus debet esse subiectus secundum philosophum primo Ethic. & Genes.4.dicitur. Appetitus tuus erit sub te,& tu dominaberis eius. [Nam] secunda, pars.[commotionis]id est perturbationis ex ira prouenientis.Hug.[iustum putat]& ideo sæpe facit quod non licet,vt
Versus. 1 5.q.2. relatum. in fin.& quæst. 5. qui ambulabat.† Iratus enim verum à falso.bonum à malo non discernit.vnde poeta impedit ira animum ne possit cernere verum, & ideo sæpe putat bonum malum,& econuerso.vt 23.quæst.quin-
2 ta.pœna. Et est arg.†quòd in sententiæ prolatione & executione dilatio congrua est adhibenda,vt in præalle.c.



IRa sæpe Ad idem propositum est hoc. cap. qnod est beati Ambrosij de sancto Ioseph. Summa iudex multum debet cauere ne iratus iustitiam proferat. vel sic. Iudex aut prælatus in correctione iu-
Diuisio. dicantium debet in se iram totaliter remouere. Et diuiditur in duas partes capitulum hoc,in prima dicit quod dictum est. In secunda illud probat duplici authoritate, scilicet Apostoli & euangelij. secunda ibi, ideo
Exponit literam. apostolus.Lege.¶[Ira innocentes] id est nedum nocentes Hu.[crimen]præ ira animus aliquando turbatur,vt non discernat verum & iustum, quia vt dicit philosophus irati minus præuident, primo elenchorum. Et tunc iudex innocentes aliquando inducit in crimen iniqui iudicij, quia præ ira aliquando iustum damnat, non discernens iustitiam eius quem damnat[Ideo apostolus].2.pars.ad Roma. 12.[Non vos iudicantes]repercutiendo. vt. 23. q. 1. §.1.& est præceptum sicut inuenies distinctum.suprà.dis.ius 1.autem naturale[corripiat]id est inuadat & capiat. Hug.aliter corrumpat.Hu.[vnde].2.authoritas.[dominus Iesus] Matt. 10.& Luc.9.[incentiua litis]& hoc quo ad aurum & argentum & pecuniam, quæ sunt materia litis & omnium criminum,vt dist.23.his igitur. Hug.& Archid.[instrumenta.] hoc quo ad virgam. per quam infertur violentia & vindicta.vt .0.q.3.præsens.vt dist.45.disciplina.Hug.& Arch.

1 *Tempus 30.dierum executionis sententiæ corporalis an sit obseruandum in omni sententia corporali.*
2 *Casus in quibus differtur executio sententiæ ad aliquod tempus.*
3 *Confessus de crimine an possit appellare.*
4 *Appellari an possit ab iniuriosa executione.*



CVm apud. Ad idem sequitur hoc cap. sumptum ex libro historiæ ecclesiasticę.Summa est in rubro.vel sic.attento quantum malum sequatur ex sententia ex ira prolata,instituitur vt executio sententiæ latæ à principe super pœna corporali debet per executores per 30. dies differri, vt si ratiò suaserit corrigi Diuisio. possit quod furore fuit promulgatum. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes.In prima narrat excessum imperatoris.In secunda subiungit pœnitentiam eius admirandam. In tertia ponit prouisionem factam per statutum, ne tale amplius contingat.2.ibi,ob hoc. 3. ibi. Quibus omnibus. Exponit literam.
Lege.¶[Cum apud]pro intellectu huius partis Casus est iste. Quidam ex militibus Theodosij imperatoris Casus. impetu furoris populi apud Thessalonicam fuit interfectus, quo audito ipse Theodosius imperator atrocitate sceleris commotus iussit populum ad ludos circenses conuocari & præcepit militibus vt populum indifferenter obtruncarent, hoc facto episcopi Italiæ redarguerunt ipsum imperatorem qui recognoscens se male egisse depositis indumentis regalibus publicam pœnitentiam egit, & ob hoc statuit vt sententiæ principum super animaduersione siue pœna corporali prolata ab execcutoribus differantur &c.[furentis].50.dist.absit.Archi.[Theodosius]imperator[circenses]sic vocabantur[quia fiebant in circo] .i.in theatro vel quia in circuitu erāt enses denudati ex vna parte ex alia erat præcipitiū vel aqua profunda ita vt ex nulla parte pateret via fugę. Hu.[non crimini sed furori].i.nō se- Laurent. Archid.
cūdum qualitatem criminis,sed secundum quòd furor instigat.Hug.Lauren.vel dic tantum.Archi.[ob hoc].2.pars. [exegit].i.perfecte egit.Archi.[ascriptum]ad pęnitentiam agendam Hug.Arch.[fastigio].i.habitu.pœnitentes enim habitum mutare debent dist.50.in capite.&.cap.pœnitentes.Hu.[impleuit]indutus sacco sicut Achab rex. Laurent. Archid.[animaduersione].i.pœna corporali vel sententia Bartolo. lata de pœna corporali Hu.vel.i.pęna capituli Bar.[quibus Quæstio. Respōdet.
1 oīb.]3. pars.[in diem trigesimum.]¶ Sed hic surgit quæ. †vtrum hoc tempus.30.dierum executionis sententiæ corporalis sit obseruandum in omni sententia corporali. Ad hoc respondetur iuxta. Hug.quòd non,sed tantum in illa corporali tamen princeps pro intuitu causæ contra suam consuetudinem sęuius statuit iudicādum in aliquem.vt.C. de pe.si vendicari. Et hoc intelligo esse verum cum princeps profert talem sententiam vel iubet proferri, alias autem alia sententia aliorum iudicum nisi reueletur post appellationem, statim post.4.dies est demandenda executioni.vt 2.quæstio.1.sicut, quòd hic assignatur pro contrario sed ibi soluitur. Est ergo regulare vt sententia in criminibus à qua non appellatur, statim mandatur executioni.
2 Sunt tamen speciales casus scilicet de quibus in glo.in quibus differtur executio sententiæ ad aliquod tempus, Primus est in causa istius capituli cum principale.ex iracun- Quæstio. Respōdet.
dia seuerius tollit,vt hic.&. C. de pe.si vendicari.Sed nunquid posset imperator immutare quod hic dicitur de 30. diebus. Respondet Hug. quòd sic. posset enim præcipere quòd infrà. 10. dies sententia mandaretur executioni, vel etiam ante. Secundus est cum sententia est lata in mulierem prægnātem ,differtur quousque pariat.vt.ff.de pe.prægnantis. Tertius est si quis debet relegari differtur quousq; imperator assignet ei insulam.vt. ff.de releg.& interdi. releg.in principio.Quartus est cum seruus damnatur ad mortem,differtur vsquequo peculij domino reddat rationem. C.de bo.præscri.l.1.Quintus casus est, cum quis est confessus de crimine hoc ideo est,quia non statur eius confessioni nisi confitens perseueret.ff.de confessio.l. 1. §. diuus.&. Quæstio. Respōdet.
§.si quis vltro.Archid.¶ Sed † vtrum confessus de crimine possit appellare & per eius appellationem differatur executio vide extra de appella.romana. §. si aut post sententiam, & in gloss.ergo notarius libr.6.& super ea per Ioan. Andr. Quæstio. Respōdet.
¶ Surgit hic alia quæstio. † vtrum ab iniuriosa executione posset appellari,puta quia vult exequi sententiam infra tēpus qua-

pus quadrimestre. Respondetur quod sic iuxta Archid. qui hic sic dicit, nam sicut licet appellare ab executore si excedat modum in exequẽdo. C. quo. appell. non reci. l. ab executore. 2. q. 6. §. ab executore. ita etiam si præueniat tempus secundũ Innocen. qui ita notat. extra de noui ope. nuntia. c. pe. Archid.

Innocen.

1 *Iudex non debet proferre sententiam ductus ex leuitate aut furore.*

2 *Acceptio personarum non debet esse in iudicio.*

3 *Iudex debet ferre sententiam secundum Dei & non secundum propriam voluntatem.*



Summopere. Ad idem est hoc capit quod est beati Gregorij.
1 Summa est in rubro. vel sic. †Iudex quicunque sit ecclesiasticus vel secularis non ex leuitate aut furore ductus debet sententiam proferre, sed causa diligenter examinata sine personarum acceptione debet proferre sententiam. Diuiditur hoc cap. in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda adducit ad hoc exemplum Moysi. 2. ibi hinc. Lege. ¶ [Summopere publica iudicia] i. seculares iudices [leuitate] quia iudicium debet dari non ex leuitate præcipitante, sed cum magna discussione & maturitate. vt prouer. 31. discerne quod iustum est, & iudica. Et de fatuo dicitur Esaiæ. 30. præcipitauit consilium suum [furore] quia non in furore discretionis iudicium turbat, ideo sapientes auertunt furorem. prouerb. 29. [præcipites.] vt dist. 45. licet. plerunque. Hu. præuenitur ad notitiam, aliter non est iudicandum. vt. 30. q. vlt. iudicantem. absque. n. plena causæ notitia non est iudicandũ. prouerb. 12. qui iudicat quod nouit iudex iustitiæ est. vnde philosophus dicit vnusquisque bene iudicat de his quæ nouit, & horum est bonus iudex [diuina] i. canonica Hu. & hoc refertur ad id quod dixit [rectores ecclesiæ] Archi. [humana] i. secularis. Hu. & hoc refertur ad id quod dixit [qui publica] Archi. [resoluatur] i. aperiatur, & discutiatur. [remota] quantum ad articulum sententiæ. Nam cum causa tractatur semper deferendum est maiori plusquam minori, clerico plusquam laico. arg. 2. q.
2 5. si quis presbyter. Hu. †In iudicio enim non debet esse personarum acceptio. Vnde iudici dicitur Deut. 17. Non accipies personam, nec munera, quæ excœcant oculos sapientum, & Prouerb. 18. Accipere personam in iudicio non est bonum & Leuit. 19. Non accipies personã in iudicio [hinc Moyses] secunda pars. ad questiones decidendas ingrediebatur Moyses tabernaculum consulens & orans dominum vt veritatem doceret, & egrediebatur tabernaculum annuntians populo sententialiter iudicans secundum quòd à
3 domino nouerat veritatem. Exod. 33. † In quo docemur primo quòd iudex debet ferre sententiam secundum Dei & non secundum propriam voluntatem, vt iudicet secundum iustitiam Dei, & hoc est quod dicit, non ex corde tantum. Nam secundum leges, & canones debet quit iudicare in quibus videtur voluntas Dei explicata, & tamen secundum cor suum dummodo non sit contrarium iustitiæ & rationi [iustificationis] id est absolutionis. Hug. Omnis. n. sententia diffinitiua debet vtrumq; vel alterum istorum continere, alias ipso iure nulla est. vt. 2. quæst. 6. §. diffinitiua. Secundò quòd iudicia non debent fieri intra ecclesiam sed extra, ne per tumultum & strepitum causarũ oratio impediatur & domus orationis fiat spelunca latronum in ecclesia iudicandorum. Mat. 21.

Diuisio.
Exponit literam

Archid.

1 *Iudex si accipit pecuniam vt bene iudicet an peccet.*
2 *Et quid si vt male iudicet. nu. 2.*

3 *Iudex si ex causa non erat iudicaturus nihilominus accepit aliquid vt non iudicaret an peccet.*



Non licet. Ad idem sequitur hoc capi. quod est beati August. ad Macedonium. Summa est in rubro. breue est. Lege. ¶ [Non licet.] Satis de hoc cap. dictum est suprà. eod. qui rectè. vbi etiam disputauimus quæstionem. Vtrum iudex licitè possit expetere vel recipere pecuniam pro iustitia facienda, & ibi allegauimus hoc cap. & exposuimus. nunc pro intelligentia horum capitulorum quæruntur quatuor. ¶ Primum est quid si iudex accepit pecuniam, ut bene indicaret. Respondetur secundum Raym. quòd tenetur restituere ei qui dedit, quia cum ex officio teneretur gratis iudicare turpiter accepit pretium & crimen concussionis commisit. Hoc intelligitur si ille bona intentione dedit, vt. s. ius & quietem sibi cõseruaret. Si autem dedit vt animum iudicis sibi inclinaret, & ita intendebat cum corrumpere si hoc constat iudici debet restituere pauperibus secundum arbitrium sacerdotis.
2 ¶ Secũdum est quid si iudex accepit pecuniam vt malè iudicaret. Respondetur iuxta Ray. quòd talis non solum venit multipliciter puniendus & teneatur læso ad interesse, quia scienter male iudicauit, sed & pecuniam sic receptã tenetur restituere non ei qui dedit quia turpiter dedit, sed ei in cuius iniuriam accepit. 1. q. 1. iubemus, & ar. 17. q. 4. si quis in atrio. &. ff. de ca. generaliter. §. illud. ¶ Tertium est
3 †quid si ex aliqua causa oportebat eum non iudicare, nihilominus vt non iudicaret accepit aliquid. Respondetur quod etiam secundum Ray. tenetur restituere. 1. q. 1. iubemus. & l. Iulia. & extra de simo. nemo. ¶ Quartum quid si iudex tenetur & nullo modo vult iudicare, & propter hoc aliquis amittit ius suum. Respondetur secundum Ray. quod tenetur restituere totam litis æstimationem ei, qui propter hoc læsus est. 23. quæstione. 2. dominus. &. secunda quæstio 5. administratores.

Exponit literam.
Prima qõ. Respõdet.
Scda qõ. Respõdet.
Tertia qõ. Respõdet.
Quarta qõ. Respõdet.

1 *Paupertatis priuilegia numerantur.*




Pauper. Ad idem est hoc. cap. quod est beati Isidori in libr. 3. de summo bono. Summa est, quod sæpe per pecuniam violatur iustitia. Leg. ¶ [Pauper dum non habet] & iudex munera expetit [audire contemnitur] vt disti. quadragesima nona. sacerdotes. & suprà. eod. quæstio. quando opprimitur. prouerbior. 22. qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias. [Iustitia] quia munera peruertunt à vero. Deuter. 16. Non accipies personam nec munera, quæ excœcant oculos sapientum. & Exod. 23. Idem cum multis alijs concor. No-
1 tat hic dominus Archid.† quòd multa sunt priuilegia paupertatis, & multa incommodo de priuilegi. primum est quòd propter paupertatem non cogitur quis restituere illud quod non potest. extra de restitutio. spoliat. olim. Secundum quòd propter eam excusatur testis ab testimonio, qui alias non excusaretur. extra de testibus. c. si qui testium. Tertium est quòd propter paupertatem excusatur quis à restitutione vsurarum. extra de vsur. cum tu. §. pe. Quartum est quòd pauper excommunicatus propter paupertatem non cogitur ad sedem apostolicam ire pro absolutione. extra de sent. excommuni. quod de his. Quintum quòd excusatur quis propter eam appellando à prosecutione appellationis extra de procur. cap. pen. ff. mandati. l. si procuratorem. §. si ignorantes. Sextum est quòd propter eam dantur alimenta quæ alias non darentur. ff. de inoff. test. l. si instituta. §. de inofficioso. Septimum est quod datio tutoris permittitur propter inopiam iudici, cui alias non permitteretur. inst. de aut. tu. §. pe. Octauum est quod propter eam quis à tutela excusatur, qui alias non excusaretur. vide ibi.

Exponit literam.
Archid.

Huic itaque §. est in quo magister Gratianus cõcludit ex prædictis capitulis quòd quamuis sententia non proferatur amore iustitiæ, est tanmen ei obediendum dummodo sit iusta ex ordine. vel potius intellligitur de sententia excommunicationis cui obediendum est dummodo sit lata à iudice suo & ante appellationem. Hug. Archid. Hoc sæpe repetitum est supra, per plura capitula.

1 *Excommunicati à suis episcopis sunt vitandi ab alijs.*



Seruetur. Sequitur capitulum ex Niceno concilio sumptum cuius summo est, † quòd excommunicati à suis episcopis ab alijs sunt vitandi. Et diuiditur hoc cap. in duas partes. In prima dicit quod dictum est. In secunda dicit quòd si quis conqueratur se iniustè excommunicatum, de hoc superior inquirat, secunda ibi, requiras. Lege. ¶ [Seruetur] ab alijs glo. etiam licet

Diuisio.
Exponit literam.

etiã licet priuilegiati sint aliqui, tamen tenentur vitare excommunicatos ab episcopo. extra de senten. excommunicat. nulli gloss. [requiratur] secunda pars. videtur quòd ante absolutionem debet tractari de causa excommunicationis, & hoc sonant multa capitula sicut supra diximus, nisi consuetudo contraria esset, æquum videretur, quòd cum talibus non est interdicta communio in his quæ pertinent ad dictam excommunicationem. vt supra eodem. quæst. cum excommunicato. Est ergo sensus, quòd requiratur à synodo vel metropolitano, coram quo conqueruntur de excommunicatione, vtrum iustè sint excommunicati an iniustè. Si iniustè statim absoluantur. Si iustè & volunt satisfacere recipiantur & absoluantur. Si vero nolunt satisfacere sed volunt remanere in sua contumacia, non absoluantur, sed absolutio eorum proprio reseruetur episcopo quousque satisfecerint. & Hu. [ne forte qui id est aliqui [stomachi] id est iræ, & indignationis. Hug. Archi. [astenti] id est excommunicati [...] orem] 15. distin. omnis. qui. Lau. [sententiam] s. absolutionis & reconciliationis. Hug. Lauren. Archid.

Archid.

Item sententia. §. est in quo magister Gratian[9] tractat secundum membrum, scilicet quando sententia est iniusta ex ordine. Hug. quando. s. iudiciario aliquis propter culpam suam condemnatur, quod non est faciendum & hoc probat per sequentia capitula. Bar.

Graue. Capitulum hoc est beati Gregorij ad Constantinum mediolanensis archiepiscopum. Summa est nota, & breuis est. Lege. ¶ [Graue in re dubia legitimè non probata] scilicet per testes, & instrumenta vel euidentia facti, vel propriã confessionem licet alias nota sit iudici [certa] id est absoluta. nam conditionalis ferri potest. distinc. 33. habuisse. Hug.

Exponit literam.

Diuisio.

¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Quæritur. ¶ Vtrum vniuersaliter hoc sit verum. Et videtur quòd non ex duobus, quæ inducuntur in gloss. penul. ex capitulo habuisse. distinc. 33. vbi notatur, quòd vbi ius est dubium bene fertur certa scientia. 30. quæst. tertia cap. vlt. ¶ Secundo ex cap. iuuenis. extra de sponsa. vbi videtur, quòd in dubio facto certa sententia detur. ¶ In oppositum videtur litera præsens. ¶ Respondeo dicendum sicut notatum est. supra distin. 33. q. tertia. triplex est ambiguitas vel obscuritas. s. iuris facti personæ delinquẽtis. Si est ambiguitas iuris, vt puta quia est casus nouus, qui laqueis iuris non est enodatus, vt liquet quid iuris debeat esse. Tunc est conclusio, quòd certa scientia potest dari ex similibus ad similia procedendo, vel per exempla iudicando. vt distin. vigesima. de libellis. de quibus. & 30. quæst. tertia. illud ita tamẽ vt non obuiet apostolicæ, vel euangelicæ determinationi, vt dist. nona. sicut. Nota hic bene qualiter ex dubio iure conclu ditur certum ne venias in inconueniens illud quòd ex ambiguis, aut dubijs principijs posset certa scientia haberi, quia aliter capitur hic dubium, vbi vero est ambiguitas facti scilicet cum factum est incertum & de eo dubitatur. Tunc est secunda conclusio, quòd non est certa & absoluta danda sententia in præiudicium alterius, vt hic bene dicitur in præiudicium alterius, quia vbi non est præiudicium alterius bene dicitur certa sententia. verbi gratia. de aliquo de quo dubitatur si sit baptizatus præcipitur baptizari, vt de consec. distinct. quarta paruulis. & cap. placuit. Et idem est si dubitatur si sit ordinatus. Si vero est ambiguitas de persona sed factum est certum præcisè danda est sententia, sed in genere quinta quæst. prima si sacerdos. & quinta quæst. prima quidam. Et ita patet quid nunc dicendum sit ad quæstionem iuxta Hug. ¶ Ad id quod inductum est de capitulo iuuenis. dicit Gregorius quòd ibi nihil statuitur super facto incerto sed propter publicæ honestatis iustitiam iubetur à prima separari, quia puella proxima erat septennio. Nam idem esset si iuuenis nunquam attentasset eam cognoscere. ſm Lau. & Arch.

Opponit et Respõ.

Prima conclusio.

Secũda cõclusio.

Ad arg.

1 *Iudex non debet iudicare secundum conscientiam*

Quamuis. Ad idem sequitur hoc capitul. Augustinus. libro. de pœnitentia. Summa plene est in rubro. breue est. Lege. ¶ [Quamuis iudici, vt iudici, s. vt rem iu dicet, & sic remouetur contrariũ illud vigesimasecunda q. quarta innocens. Hug. Archidia. [certis iudicijs] trigesima quæst. quinta. §. incerta. & supra eodem quæsti. si quis viro. & 6. quæst. secunda placuit. Hug. Et est argu. † quod iudex non debet iudicare secundum conscientiam. Hugu. Laurent. Archidia. idem tertia quæstione septima iudicet. vbi de hoc, & plenius. extra de offic. ordin. capitulo primo. Archid.

Exponit literam.

Eorum. Ad idem sequitur hoc capitulũ quod est Damasi papæ. Summa est, partibus tantum præsentibus est causa examinanda. Diuiditur in duas partes. In prima dicit quod dictum est. In secunda probat illud authoritate Salomonis, secunda ibi quod per sapientiam. Lege. ¶ [Eorum, veniant] nisi per contumaciam se absentent & venire noluerint. tunc enim eis absentibus de crimine cognoscetur, & sententia feretur. vt secunda quæstione, sexta. §. sunt. & tertiã quæst. nona decernimus. & vigesimaquarta, quæstio. tertia, de illicita. Hug. & Archid.] per præsentem accusatorem.] Nam in causa criminali nullus potest agere vel respondere per alium. tertia quæst. nona absens. [quod & per Sapientiam Salomonis.] secunda pars. h. d. ecclesiasticus non Salomon. ecclesia. vndecimo. Prius quàm iustè interroges non vituperes quemquam. [non reprehendas] vt iudex vel tanquam scires verum esse. Hu. [apertissima contrariorum] id est aduersariorum. [ordinem] iudiciarium [seruari.] Sed contra secunda quæst. prima manifesta, quòd in talibus ordo iudiciarius non est seruandus. Respondetur quòd ibi dicuntur manifesta notoria, in quibus non exigitur ordo iudiciarius. Hic autem apertissima, id est aperta dicuntur non notoria, sed alias manifesta. vel respondetur secundo. quòd licet hic dicatur de notorijs, tamen verum est quod hic dr, quòd etiam in notorijs est ordo iudiciarius seruandus in parte scilicet in citatione admonitione & sententiæ prolatione. vt secunda quæst. prima. §. quando. & 24. quæst. tertia. ecce. Hug. [ab his] scilicet iudicibus.

Diuisio.

Exponit literam.

Opponit & Respõd.

Non solum. Ad idem est. hoc capit. ex octaua synodo sumptum. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Non solum ibi falsum] scilicet ex certa scientia. vel mentiendo ad læsionem proximi. Hug. [cito] ante probationem. Hug. [merito] hic culpatur qui cito detractoribus criminalibus præbet auditum. Tum primo quia ex hoc præbetur audacia & via ad detrahendum. Secundo quia ex hoc accipiunt alij occasionem audiendi detractorem. Tertio quia sic præbens aurem consentit in proximi diffamationem, & sic peccat contra charitatem proximi. Iacobi. quarta Nolite detrahere alterutrum. Et prouerbi. quarto detrahentia labia sint procul a te, & prouerbior. vigesima quarta. detractoribus non commiscearis, quia abominatio est hominum detractor. Vtrum detractio sit peccatum. Et vtrum teneatur ad restitutionem famæ, disputauimus in cap. detractores. tertia quæst. quarta, & sexta quæst. prima, in summa.

Exponit literam.

Cum ergo. §. est in quo incipit sexta pars huius quæstionis. in quo ostendit quid iuris sit in hoc membro cum scilicet sententia sit iniusta dine iuris. ¶ [Nec tunc ab ea] si intelligat de sententia excommunicationis verum dicit, quia talis sententia qualitercunque sit lata contra ordinem iuris dummode à iudice suo, & ante appellationem tenet. Si vero do alia sententia intelligat non dicit verum, sed sic allegando proponit. Hug. [si reatum.] alterius. Hug. Archidiac. [contingit] nec de alia sententia nec de sententia excommunicationis est verum, quòd quis teneatur parere tali sententiæ, quia aliud crimen tali damnatione dignum sit in eo, & non illud pro quo lata est sententia. [Sententiam] suspensionis tantum non anathematis, quæ pro sola contumacia fertur supra, eodem certum secundum Laurent. & Archidiac. [reportata est.] hoc non est verum cum nec iudex nec actor hoc senserit, vt

Exponit literam.

serit, vt pro alio crimine teneret sententia.ar.ff. de execu. rei iudi.si ex testamento. Lau.& Arch.[sententiam pastoris] supra.eo.quæst.cap.1.Hu.[ne is qui subest]ab hinc sunt verba Gregorij vsque ad finem.§.Hug.Archid.[mereatur.]non dicit quòd hoc teneatur tali sententia. Hug.[vel pro].i.iniuste &c.[culpa quæ non erat].i.culpabilis fiat.vt.28.quæst.3. notandum.in fin.Hu.

Lauren. Archid.

Aliquando. §.est hic prosequitur magister tertiũ membrum,s.quando sententia est iniusta ex causa.s.quia nullum subest crimen sed odio iudicis vel machinatione aduersariorum seruato ordine iudicario condemnatur quis. Et ad hoc inducit capitulum sequens. Bar.& Archid.

1 *Sententia quam iudex per metum tulit an teneat.*
2 *Sententia excommunicationis lata per metum an sit aliqua.*



Vatuor. Sequitur hoc. ca. quod est Beati Gregorij vel Isid.libro de summo bono.Summa est quòd quatuor modis humanũ iudicium peruertit, Et diuiditur in duas partes,In prima ponit quod dictum est. In secunda specifica membra diuisionis & declarat ibi,timore.¶[Timere]2.pars.[metu].infra.e.iniustum. &. 25.q.1.omne quod[cupiditate.]subaudi, quæ cõsistit in præmio,vel exportatione præmij,vt probatur.extra de re iud.c. 1.lib.6.quod sumptum est de isto.ca. quantum ad sui principium.Arch.[præmio]vt supra eo.qui rectæ.Hug.[odio.]vt supra.e.q.ipse.&.c.iudicare.[amico propinquo præstare].s.auxilium.vt.3.q.5.accusatores.vel testes.Hug.inuenitur etiam quintus modus.s.iniusta misericordia,qua aliquis in mala cã pauperi vel impœnitenti miseretur. vt.23.q.4. est iniusta. &. c.ne amisso. Hu.& glo.Notantur ẽt alij modi in glo.¶Surgit
1 etiam hæc quæstio quæ mouetur etiam in gl.† vtrum sententia quam iudex per metum tulit teneat.¶Respondet glo. ꝙ sic.sed elidi potest per exceptionem.vt.25.q.1. omne &c. & sic debet illud intelligi infra.e.iniustum.vbi de hoc. secundũ
2 Io.de Fan.Arch.Surgit hic alia quæstio.†vtrum hoc habeat locum in sententia excommunicationis.s.ꝙ lata per metum sit aliqua,dicendum quòd sic, licet possit per exceptionẽ elidi.vt no.extra de his quæ vi me.ve causa fiunt.c.vnico.li.6.in in glo.ipso iure.sed secus in absolutione,vel reuocatione excommunicationis suspensionis,vel interdicti,quia illa est ipso iure nulla vt ibi le.& notatur.Io.de Fan.

Diuisio. Exponit literam.
Achid.
Quæstio. Respõdet.
Quæstio. Respõdet.

Quam vero graue. §.est quem ponit magister,vt per sequentia capitula ostendit quam graue sit peruertere iudicium.

1 *Iudicantes amore vel odio qua pœna veniant puniendi. Et quid de iudicantibus per ignorantiam.nu.2.&.3.*



Vicunque. Ad propositum prædictum inducit primo hoc. ca. quod est Beati August.in quodã sermone.Summa est Qui amore vel odio in iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi.Breue est.¶Pro pleniori intelligentia huius.c.& aliorum quæ loquuntur de malis iudicibus qui amore vel odio &c. iudicium peruertunt quæ
1 runtur aliqua dubia.†Primo quæritur quibus pœnis veniunt puniendi. Respondetur præter illam æternæ damnationis pœnam qua inuoluendi sunt huiusmodi mali iudices nisi pœnituerint tenentur læso præcisè ad omne interesse,nisi posset inducere illum vel illo,pro quo vel pro quibus tulerunt sententiam ad plenam restitutionem.C.de pœna in.l.vlti. debet insuper tali iudem secundum leges multas alias pœnas sustinere item etiam debet præter restitutionem imponi ei pœnitentia, tanquam pro grauissimo crimine. vt patet in hoc. c.Item si sit iudex ecclesiasticus etiam adhuc aliter punitur
2 vt dicetur infra.¶Secundo quæritur.† quid de iudice qui per ignorantiam iniustè iudicat.Ad hoc respondetur,quòd tenetur secundum leges læso inquantum bonum & æquum videbitur religioni iudicantis.ff. de varijs.& extraor.cog.l.vlt.iudicio tamen animæ tenetur vt in primo casu,si in culpa fuit, .s.quia sciuit vel scire debuit se insufficiẽtem,& iudicare talẽ
3 causam præsumpsit.¶Surgit alia quæstio.s.tertia.† Quid si erat sufficiens sed neglexerit studere.Et videtur ꝙ debuit. Respondetur ꝙ idem est,verum est,quòd mitius est agendũ cum isto,quam cum illo qui sciẽter fecit.Hic addit Hu.quòd si iste ignorans fuit delegatus & necessitate obedientiæ ma-

prima qõ: Respõdet.
Secũ daqõ: Respõdet
Tertia qõ: Respodet.
Hostien.

le iudicauit,sed tamen bona fide, & de consilio peritorum non tenetur Et idem Ray. dicit si talis iudex tulit iniquam sententiam deceptus per accessorem talem qui communiter sufficiens putabatur.Lege.¶[Quicunque hostili odio quo ad manifesta.]Hu.vel capitali.Arc.inimicitijs.quo ad oculta. Hu.non capitalibus.Arch.Iustitia dominus dicitur iustitia. 1.ad Cor.1.Christus factus est nobis iustitia.Est.n.veritas & iustitia.Io.14.vel est iustitia.i.dator iustitiæ.Hu. & fructum illius.s.pacem & charitatem fructus iustitiæ pax. Esai.32.in amaritudinem,& ideo merito condemnabitur, peruertẽdo iudicium sicut remuneraretur,dando rectũ iudicium.simile 23.q.5.miles.Hu.


Raymũd. Exponit literam.

1 *Veritatem occultare an sit peccatum mortale.*
2 *Iudex & testis peccant mortaliter occultando veritatem in iudicio vel in testimonio.*




Visquis metu. Ad idem inducitur hoc c. quòd est eiusdem Augustini ad Cassulanum. Summa est. quòd propter timorem non est contra veritatem dicendum,vel sic,quòd tam occultans veritatem propter metum potestatis,quam dicens mendacium in damnum proximi grauiter peccat. secundum quæ duo potest capitulum diuidi in duas partes,secunda ibi,post pauca.Lege.¶[Quisquis metu occultat veritatem ira &c.]
1 ¶Pro pleniori intelligentia huius.c.Quæritur† vtrum occultare veritatem sit peccatum mortale. Et videtur ꝙ nõ ex.c. primum.&.22.q.2.ver.ne quis.¶Secundo ex.c.in mandatis. 43.d.Ex quibus colligitur licitum quandoq; esse occultare veritatẽ.¶Tertio ex illo Io.12.Christus interrogatus qd est veritas non respondit.In oppositum videtur esse præsens.c. ¶Ad hoc respondetur iuxta Hug.quòd cum hoc quod dicitur in præsenti capitulo intelligatur de teste & iudice.est cõ
2 clusio responsalis.†quod tam iudex quam testis peccãt mortaliter occultando veritatem in iudicio vel testimonio,patet conclusio.quoniam hoc cedit in damnũ proximi,& per consequens cõtra charitatem proximi.vnde potest distingui sic. vel occultatio veritatis alicui obest,& nulli prodest, & tunc est conclusio.quòd peccat mortaliter qui occultat.vt hic vbi vero alicui procest & nulli obest, tunc est conclusio.quod taliter occultans veritatem non peccat occultando, sed tenetur manifestare.vt in.c.inducto.potest hoc intelligi de predicatoribus,qui vsq; ad effusionem sanguinis veritatem fidei, Christianæ non debent occultare,sed palam asserere.vt infra e.nolite.Hu.[magis timet.]quod non debet facere.vt.infra. ea.non solum.&.22.q.5.c.1.&.31.q.5.lotharius.Hu.[Et post pauca]secunda pars.[vterq; reus est]vterq; peccat mortaliter Hu.[occultat]in iudicio vel testimonio,vbi talis occultatio alicui nocet,& nulli prodest,dicit ne decipiat & lædat. Nam non quod libet mendacium est peccatum mortale. vt. 22.q. 2.primum Hug.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio.
Oppon.& respondit.




Emo. Ad idem est hoc.c.quod est eiusdẽ Aug. in eodem loco.Summa.quòd nõ minus peccat qui lingua mẽtitur, quã qui manibus effundit sanguinẽ.Et diuiditur,in duas partes.In prima ponit quòd dictum estin secũda quod melius est &c.,secũda ibi,melius.Lege.¶[Nemo minus sit periculum].i. peccatũ, & intelligitur in eodem casu.s.de teste & de iudice.Hu. [mẽtiendo]in testimonio,vel iudicio,præsertim contra reũ sanguinis innocentem.Hu.[melius]secũda pars. melius. electiue vt infra.e. iniustum Hu.& Ach.[adulatione]vbi quis quandoq; peccat mortaliter.vt.22.q.2.primum.Hu.quod dicitur. vt no.25.di.§. alias iuxta fi.ar.Arc.

Diuisio. Exponit literam.



Nicuique. Ad idẽ sequit hoc.c.ꝙ est Pelagij papæ.Sũma est,prouidẽdum ne quis iudicet aut puniat proximum iniustè quia Christum talis persequitur.breue est Lege te.¶[Vnicuiq; ne Iesum persequatur]in membris suis.dicitur.n.puniri & in multis pati Deus,cum subditi sui puniuntur,& patiuntur. vnde dicebat Paulo fideles persequẽti Saule Saule cur me persequeris. Ac. 9.Dicitur etiam honorari in personis eorum.vt.7.q.1.nulli. cum multis alijs.Hug.

Exponit literam.



Sic quoq;. §.est,in quo dicit Gratianus, ꝙ sicut dictũ est qui iniustè aliquẽ cõdenat,deũ negat, ita ꝙ est summa iustitia negat.Ita ꝙ veritatẽ occulta pro pecunia vel falsũ testimoniũ dicit,deũ negat,ꝙ probat per sequẽtia capla.

1 *Testimonium dicens pro pecunia negat Deũ qui est veritas.*

Ioan.à T. C.in j.causarum. Ee Abijt



1 Abijt. Inducit ad probandũ quod dixerit hoc c.ꝙ est Bedę super Marcũ.Summa est† Qui testimoniũ pro pecunia dicit negat Deũ, qui est veritas.Et qui discordias inter fratres seminat negat Deum,qui est charitas.Et diuiditur hoc.c.in tres partes.In prima ponit peccatum Iudæ.In secunda exponit,ꝙ multi imitantur eum vendendo Deũ.In.3.concludit ꝙ q pro pecunia testimoniũ vendit,negat Deum,qui veritas est,& qui discordias seminat negat Deum qui caritas est,secunda,ibi,multi.tertia ibi,quia ergo.Lege.¶[Abijt Iudas]hoc scribit Beda sup Ma.26. [abiit] verba sunt Marci euangelistæ.14.[immane].i.magnum. Ar. [vendunt]quãtum in se est.vt.1.q.3.saluator.quia ipse vendi non potest.vt.1.q.1.si quis episcopus.Hu.vel [vendunt].i.à se separant,vel alienant,sicut vẽditor rem à se separat, & alienat à se accepto pretio.Et sic dicitur quis vendere Deum ꝑ similitudinem.1.q.1.qui studet.Hu.Lau.Arch.[sum verita] Io.14.[cum societatem]quasi diceret similiter cum societatem &c.[maxime cum in infirmitate grauatur]culpa negantium veritatem,quando non ex infirmitate vel ignorantia, sed certa malitia negant veritatem[charitas]i.Io.4.[Iudę]de Iuda dicitur Marci.14.ꝙ quærebat quomodo eum opportunè traderet[arbitris].i.viris partis vel bonis & discretis & religiosis viris[absentibus] solent.n.mali qui volunt vendere sententiam vel simoniam aut aliam ineptitudinem committere,sapientium & intelligẽtium captare absentiam,vt sic liberius liceat eis talia facere,sicut Iudas quæsiuit latebras & opportunitatem & absentiam apostolorum & ad proditionem faciendam.Hu.& glos.[mutent mendacio].i.loco veritatis dicant mẽdacium,& loco virtutis cõmittãt crimẽ. Hu.



Estimant. Ad idem est hoc.c. quod est B. Hieronymi super actus apostolorum.Summa est.Non solũ verbis, sed etiam factis quis Christum negat aut confitetur. Et diuiditur in quatuor partes.In prima ponit vnã opinionem erroneam . In secunda reprobat eã. In tertia ponit veram sententiam.In quarta confirmat authoritate.secunda ibi ecce.tertia ibi,quotiescunq; quarta ibi , de hac.Lege.¶[Aestimant à gentibus].i.paganis.Hu.& Bart. & Archi.[Christianum.ecce apostolus]secunda pars.hic reprobat illam opinionem,& dicit ꝙ non solum illi negant Christum,qui eum propter mortis timorem negant,vt fecit Petrus,sed etiam qui eum in bonis operibus imitari detractant. quibus dicit Mat.25.Amen dico vobis,nescio vos.& Apostolus ad Titum primo asserit negari Christum in suis appropriatis,cum dicit Christus.i.Dei virtus & Dei sapiẽtia.[Christus est sapiẽtia].i.ad Cor.1.[prædicamus]prædicamus Christum sapientiam quam opere negãt insipiẽtes,corde qui stulti facti sunt ĩ cogitationibus suis[Christ9 est iustitia].i.ad Corin.1.Christus factus est nobis iustitia,quam negant,qui iniustitiam operantur & iniquitatem.Christus est etiam veritas,qui ait Io.14.Ego sum via,veritas.& vita.quam mendaces negant,quod dominus omnes disperdet , qui loquuntur mẽdacium.quia inter cætera Deus odit linguam mẽdacem. Prouer.6.[christus est etiam sanctitas]quia ipse est magnificus in sanctitate.Exo.15.quam negant immũdi peccatores, Turpitudinem peccatorum operantes,christus est etiã fortitudo.Iob.12.apud ipsum est fortitudo.& Esa.14. fortitudo mea & laus mea dominus.Hanc negant pauidi & imbecilles corde.Isti & cæteri, deuicti vitijs sunt serui peccati, & si nõ verbis tamen factis Deum negant. vnde sequitur.[Quotiescunq;]tertia pars.[vincunt].1.Io.qui dicit Deum se nosse & mandata eius non custodit,mendax est,quia negatio nõ tantum lingua,sed etiam factis fit.vnde gl.super prima Io. dicit quòd omnes mali catholici & si non verbis,factis tamen Christum negant,quem boni opere & fidei confessione cõfitẽtur.vnde sequitur hic in litera[econtrario] quotiescũq; bene agimus loquendo operãdo cogitãdo.Hu.[Deũ confitemur negat]qui Christum negat negabitur à Christo . & qui Christum confitetur eum Christus.Ma.10.[de hac] quarta pars[eritis mihi testes ait].i.illi sunt testes Christi , qui eum factis confitentur.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Salus animæ potius eligenda est quam salus corporis quando quis non potest consulere vtriusque saluti.*

2 *Excusantes Petrum quod Christum non negauerit dicens non noui hominem,peruersè excusant.*



Non solum. Ad idem est hoc capi.quod est Beati August.libro de vita christiana.Summa est in rubro.Et diuiditur in tres partes.In prima dicitur quòd negans se Christianum Christum negare conuincitur.In secũda ponit,quòd pro tuẽda animæ vita carnis mors timenda non est.in tertia de falsa excusatione dicentium Petrum Christum non negasse.secũda ibi,timendo.tertia ibi,an Apostolus.Lege.¶[Non solũ] sed ille negat se esse christianũ voce vel opere malo vel mala cogitatione.Hoc probat ex facto Petri[ait Petro.]Matth. vigesimo sexto.Amen dico tibi Petre antequam gallus cantet ter me negabis,sed Petrus negauit se Christi discipulum quia Ancillæ dicenti ei . Tu cum Iesu Nazareno eras, id est eius discipulus.respondit Petrus.Nescio quid dicis.vbi negauit se Christi discipulum.& per consequens Christianũ.quia Christi dicipulus dicitur Christianus. sicut discipuli nominati sunt Christiani Actuũ vndecimo:ergo negans se christianum negat Christum[timendo]secunda pars.[mortem carnis]quæ minus timenda est[mortem animæ]quæ magis.ar. 1 † quòd si quis non potest consulere saluti vtriusque potius debet eligere salutem animæ , quam corporis , argu.2.secundo.quæstio.quinta.cap.primo maius enim damnum est in morte vnius animæ,quam in morte innumerabilium corporum.vt vigesimo quarto.quæst.terria.cap.1.[quanta vita] id est quantum valet ad vitam æternam promerendam Hu. & Arc.[an apostolus]tertia pars[fauore peruerso excusare.] †Qui enim Petrum a excusant quòd Christum non negauerit dicens,non noui hominem peruerse eum excusant. 2 primo quia negãdo se nouisse hominem negauit Christum qui est Deus & homo.secundo quia talis excusatio est cõtra verbum domini dicentis.ei hac nocte ter me negabis.ideo talis excusatio est peruersa,& hæretica contra veritatem euangelicam.tertio quia negabat contra veritatem & contra mentem dicens.Non noui hominem,scilicet Iesum Nazarenum quem Ancilla expressit quem Petrus ante confessus fuerat. Matth.vigesimo sexto.Tu es Christus filius Dei.ergo negãdo mentitus est perniciosè,& peccauit mortaliter . Ideo fleuit amare.vnde verissimè hic dicitur,quod Petrus negando peccauit mortaliter,nec est dubium sicut in multis locis inuenitur.vt distincti.quinquasima quia tua.&.cap.considerandum.&.c.fideliter.& de pe.d.1.potest.de hoc vide in.c.imitare.6.q.1.vbi disputauimus verum Petrus negando Christum mortaliter.

Diuisio. Exponit literam. Archid. a ¶Qui . n. Petrũ . ad de te.in c. qui vult de pœnitẽ. di.2.

1 *Proditor veritatis quis dicitur tribus modis.*

2 *Laici tenentur defendere veritatem quam in ecclesia discunt, & contra hæreticos se murum pro fide ecclesiæ obijcere.*



Nolite. Ad idem sequitur hoc.c.quod est B. Ioan.Chrisostomi super Matt. Summa quod propter timorem mortis non est recedendum à veritate. Et potest diuidi in tres partes.In prima inducit authoritatem euangelij ad excludendum timorem mortis corporis In secunda ex illa concludit triplicem modum prodendi veritatem.In tertia ostendit quomodo tertius moduus competit laicis secunda ibi,sint ergo tertia ibi,nam sicut . Lege. ¶[Nolite timere qui corpus]Matth.decimo.Non prohibetur timor mortis cum sit naturalis.vnde vltimum terribiliũ est mors.tertio.Ethicor.vnde Christus eam timuit. Marc. decimo quarto & Matth. vigesimo sexto, pater si possibile est transfer à me calicem istum id est passionem mortis. Sed ne timeamus eam tantum,vt propter timorem eius cõtra iustitiam faciamus. secundum Hug.& Archi.[In aure].i. in secreto.vnde in euangelio quod in aure audistis,prædicate super tecta.i.publice, & loquitur euãgelista secũdum mo-
1 rem palestinæ.Hu.[sicut ergo]in hoc capilo ostẽditur† quòd tribus modis quis dicitur proditor veritatis.s. cum quis sciẽter loquitur mẽdacium,quod generaliter prohibetur clericis & laicis.secundo cum propter timorem quis non prædicat veritatem , & hoc competit propriè clericis . tertio vel cum quis non defendit veritatẽ,& hoc conuenit laicis[nos valere pronuntiat]dicit Hu.tunc sum proditor veritatis si veritatẽ non defendo cum sim prælatus nec prædico eam & si prędico non libere.Sed & clericus prodit veritatem si videt prælatum dilapidatorẽ &c.2.q.7. quapropter.Sed & in laico hoc intelligitur,si nõ defendit veritatẽ ab episcopo ꝑdicat. Lau.[Nã sicut]tertia pars.[audiuit]per scripturas,vel inspi-
2 rationẽ.Hu.[Sit laicus]ar. † ꝙ laici veritatẽ quam in ecclesia discunt

Diuisio. Exponit literam. Archidi

discunt tenentur defendere,& contra hæreticos se murum pro fide ecclesiæ obijcere.ar.23.q.5.de liguribus.Hu,[corde creditur.]ad Rom.10.[ad iustitiam].i.ex fide cordis,quæ est in anima ex qua q credit iustifi cat quis.i.de impio fit iustus. Hu.[oris confessio ad salutem] promerendam & in futuro consequendam quod verum est,si confessio fiat ex charitate,vel ad salutem proximi , qui sæpe inde compungitur & agit pœnitentiam.Hug.in gl.no.sex species proditionis.

Hæc sententia §.est.supra in.§.aliquando dictum est quod iudex quando que ex odio condemnat non delinquentem.nunc vero dicit Gratianus ꝙ talis sententia potius lædit iudicem quam condemnatũ.ꝙ probat sequentibus capitulis.Bar.Lege.¶[Hæc sententia]de qua dictum est supra.§.aliquando.§.cum innocens condemnat.Lau.Arc.Io.de Fan.

Exponit literam.

2 *Excommunicans iniuste aut ex animo,aut ex ira,aut ex ordine scienter peccat mortaliter.*

3 *Iudex excommunicans ex ignorantia crassa & supina peccat mortaliter.*

Et quid si ex probabili ignorantia.nu.4.

8 *Christus qualiter remittit peccata.*

9 *Spiritus sanctus quare dicatur columba.*



Illud planæ. Ad probandum quod dixerant de iniqua sententia in primis inducit hoc.c.ꝙ est Aug.super epistolam ad Ro.Summa est in rubro.quod iniusta sententia excommunicationis proferenti nocet,& non ei,in quem lata est.Et dividitur hoc.ca. in duas partes.In prima ponit quod dictũ est. In secunda probat illud ratione & authoritate. secũda ibi,spiritus sanctus.Pro pleniori intelligentia huius.c.& similium quæruntur quatuor.

Diuisio.

1 ¶Primum est vtrum iniuste excommunicans peccet mortaliter.

5 ¶Secundum est vtrum maiori peccato illaqueatur iniustè excommunicans pauperem,quam diuitẽ.& per consequens maiori pœna dignus sit.

6 ¶Tertium est vtrum iniustè excommunicans teneatur excommunicato ad interesse.

7 ¶Quartum est vtrum aliquis iniuste aliquem excommunicans incurrat aliquam suspensionem.

Respondẽt. Prima cõclusio.

1 Ad primum. †Respondetur sub certis conclusionibus.¶Prima est † ꝙ excommunicãs
2 iniustè quocũque illorum trium modorum.s.aut ex animo aut ex ira,aut ex ordine sciẽter ex deliberatione peccat mortaliter.patet cõclusio.Tum quia proximũ grauiter lædit in fama.Tũ quia prohibitionem ecclesiæ facit per id quod habetur.2.q.1.nemo episcopus.& extra de sent.ex.cum medicinalis.lib.6.¶Secunda cõclusio.†ꝙ si iudex hoc faciat ex igno
3 rantia crassa,& supina adhuc peccat mortaliter,quamuis nõ ita grauiter sicut si hoc faceret scienter.¶ Tertia conclusio †si iudex hoc facit ex probabili ignorãtia nõn peccat morta
4 liter.vide hoc supra.e.q.quicunque.vbi de iniusta sententia in communi diximus.

Secũda cõclusio. Tertia cõclusio.

Respõdet.

5 Ad secundum. †Respondetur iuxta Richar.sub cõclusione affirmatiua quòd sic cæteris paribus,quæ conclusio probatur duplici ratione.Primo sic.Quanto magis compatiendum est personæ tanto cæteris paribus grauior est iniusta læsio quæ sibi infertur.sed cęteris paribus magis compatiendum est pauperi quam diuiti. vt patet,quamuis neutri sit compatiendum in præiudicium iustitiæ ergo &c.¶Secundo sic.iura tam diuina quam humana magis detestantur addere afflictionem afflicto , quam non afflictio.paupertas autem quædam afflictio corporis est seu multarum afflictionum corporalium &c. causa ergo &c. posset tamen diues esse persona tantæ reuerentiæ,& dignitatis,ꝙ ex eius iniusta excommunicatione tot mala & scandala prouenirent quòd multo grauius esset illum excommunicare iniustè,quam pauperem.

Respõdet. 6 Ad tertium dubium. †Respondetur sub cõclusione affirmatiua. quòd iniustè excommunicans tenetur excommunicato ad interesse.probatur ista conclusio ratione & authoritate.Ratione primo sic.quia omnis iniustè alium damnificans damnum restituere tenetur.Sed qui iniustè alium excõmunicat. ipsum iniustè dãnificat.ergo tenetur illi ad interesse. authoritate patet conclusio primo ex.c.sacro. extra de sentẽ.exc. ¶Secundo ex.c.cum medicinalis.e.tit.li.6.vbi dicitur in.§. si quis aũt.de illo qui excõmunicat indebitè superior ad idẽ quem recurritur sententiam ipsam,sine difficultate relaxans latorem excommunicatoad expensas.& ad interesse condemnat,& alias puniat aduersione condigna.vt pœna docente discant iudices,quam graue sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare.& hæc eadem in suspẽsionis & interdicti sententijs volumus obseruari.

7 Ad quartum dubium. †Respondetur sub duabus conclusionibus.Prima quòd inferiores iudices siue sint ordinarij siue delegati scienter excommunicantes aliquem iniustè incurrunt suspensionem ab officijs per annum.Ista conclusio patet manifestè ex.c.cum æterni.extra de sent.& re.iu.li.6. vbi sic habetur.Si quis aũt iudex ecclesiasticus ordinarius aut ẽt delegatus famæ suæ prodigus , & etiam proprij persecutor honoris contra conscientiam & contra iustitiam in grauamẽ partis alterius in iudicio quicquam fecerit per gratiam , aut per sordes,ab executione officij per annum nouerit se suspensum ad æstimationem litis parti quam læserit nihilominus condẽnandus,sciturus , ꝙ si excommunicatione durãte dãnabiliter se diuinis ingesserit irregularitatis laqueo se inuoluet &c.¶Secunda conclusio ꝙ episcopi et eorum superiores ẽt iniustè excõicantes excipiuntur ab his pœnis, vt dicit gl.super versi.ordinarius fallit in episcopis qui aliqua suspensionis canonis pœna non comprehenduntur , nisi de ipsis caueatur.de sentẽ.ex.quia periculosum li.6.Alias ẽt pœnas dicuntur incurrere iniustè excõicantes . valet. ꝙ teneatur excõicato actione iniuriarum vt patet hic. vt temerarium . Et hoc ẽt tenent Hos.& Io.An. Itẽ ꝙ pœnã sacrilegij incurrant iuxta.c.nõ imperpetuum.24.q.3.quia sacrilegium est violare sacrum.2.q.1.in primis.Qui aũt iniustè excõicat violat sacrũ .i.corpus ecclesiæ,à qua euellit mẽbrum illius iniustè.& contra Deum.s.ea.q.c.si episcopus.vt ait Io.de.& Arc.post eum Et tm̃ de ista materia pronunc.Leg.¶ [Illud iniustè] .i. sine cã.Hug.[potius &c.]electiuè. Illi.n.qui sit excõicatur nõ nocet quo ad Deum.23.q.4.si quis nõ recto . nec ẽt quo ad ecclesiam. quia aperta veritate iste absoluetur , ille punietur 2.q.1.nemo.Hu Arc.Ante absolutionẽ tamen quo ad ecclesiam ligat supra.ead.q.c.1.Subdit aũt Hu.ꝙ idẽ est in alijs sententijs vel factis.vt.22.q.4.inter &. 24.q. 3. non imperpetuũ Hug.& Arch.[iniuriam].i.iniustitiam.Arc [Spũs.n. sanctus] secunda pars probat ꝙ talis excommunicatio iniusta nõ noceat excõicato,quia & si sit ligatus inique ab hoĩe, est nihilominus absolutus à Deo.Nam in quo est spiritus per charitatem ipse est quo ad Deum absolutus in pctõ,quia Sapien. 1. Spũs sanctus effugiet fictum.Et sapie.9.Sapientia non intrat in aĩam maleuolam,nec habitat in corpore subdito peccatis. sed in innocente est spũs sctũs per charitatem.ergo Innocẽs est à spiritu sancto absolut⁹,qui peccata dimittit [immeritã] .i.sine merito proprio.i. pctõ. [nulli ingerit pœnã]. s.spũalem,aut æternã,aut ẽt excõicationis.Nullus.n.quo ad Deum. a excõicatur nisi pro proprio pctõ.a [per eum].i.spiritum sanctum.[diffunditur charitas &c.]Ad Ro.8.[quæ non agit per perã].i.peruersè.Arc.[pax ecclesiæ]pax ecclesiæ Christus est de quo ad Ephe.2.Ipse est pax,qui fecit vtrunq; vnum. Ipse est pacificans quæ in cælis,quæ in terra per sanguinem crucis suæ,ad Colos.1.[Et est pax ecclesiæ spiritus sanctus qui est Deus pacis].ad Co.13.& ad Gal.5.fructus aũt spiritus charitas,gaudium[pax dimittit peccata]spiritus.n.sanctus principaliter dimittit peccata, & hõ ministeraliter quod euidenter saluator expressit Io.20.dicẽs accipite spiritum sanctum ,& quorum remiseritis peccata,ministerio absolutionis,remittentur eis,virtute spũs sancti.[dimittit].i.apponit gratiã,per quã dimittuntur peccata Hu.[tenet].i.non dicit Hu.[alienis] quia extra ecclesiam non dimittũtur peccata. vt.1.q.1.remissionẽ.& de pe.d.1.in actione.& de conse.d.4.ecclesiæ charitas.[Non ẽm arbitrium hoĩum]quia sæpe sacerdos absoluit immeritũ,& ligat bonũ[petra] i.Christus.1.ad Cor. 10. Petra aũt erat Christus.& Mat.16.super hanc petrã.i.super seipsum ædificauit ecclesiã suam vt exponit Augu.ipse dimittit peccata.qui Mat.9.ait.vt sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata,dico,surge.†remmittit.n.Christus peccata.Primo quia est Deus cuius est remittere peccata,vnde ait paralitico.Mat.9.remittunt tibi peccata tua,secundo,quia hõ Deus.2.ad Ti. 1.Christus Iesus venit in mundũ peccatores saluos facere. vnde.1.Io.2.Remittũtur nobis peccata

Respõdet. Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

Hostien. Ioan.An.

Exponit literam.

a ¶Nisi pro pprio peccato. Ade tu & nisi pro culpa manifesta. Pet. de Anch.in c. Parochiano.nu.1.de sepultu.

August.

peccata per nomen eius. tertio ex merito suæ passionis. Io. 1. Ecce agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi. & Apoc. 2. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. quarto quia est pontifex, & sacerdos ad propitiandum pro peccatis nostris. 1. Io. 1. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ipse. n. Christus est pontifex à Deo factus, vt offerret dona & sacrificia
9 pro peccatis. ad heb. 5. [Colūba] spiritus sanctus dicitur columba. Tum quia in columbæ specie descendit. Mat. 3. Tum quia est sine felle amaritudinis. Tum quia simpliciter inhabitat. Tum quia plenitudine donorum & gratiæ fœcundat. [Salomon]. Prouerbio. 26 [passer vadens quolibet]. i. quocunque vult. supple. quandoq; retrouolat & reuertitur ad locū vnde cepit volare. Hu. [frustra]. i. sine causa [super eum] id est illum lædit. Hu.



PLerunque. Ad idem est hoc. ca. quod est beati Grego. super euāgelia homi. vigesimosexto. Summa quòd prælatus debet primo considerare causas & postea secundum illas soluere, aut ligare. Et diuiditur hoc cap. in duas partes. In prima reprehendit prælatos, qui indiscrete ligant, & soluunt. In secunda ostendit qualiter quis debeat ligare, vel absoluere. secunde ibi, causas ergo. Lege. ¶ [Plerunq;] pro dolor quia nimis frequenter contingit, quod Ambrosius in suo pastorali detestatur ꝙ sit nomen inane, & crimē immane, honor sublimis, & vita decliuis, deifica professio, & illicita actio. &c. [ipse ligatus] per peccatum mortale, in quo est. Hu. Arch. [absoluat] & si nō ex vitę merito, tamen ex suo officio. Hu. Arch. [ligandi] & soluendi potestatem supra. ea. ipse. Et imposuit Gratianus verba Gregorij, quæ hic intendit. Hu. [iudicare &c.] supra. e. iudica re. Arch. [vnde per prophętam] Eze. 13. vbi sic dicitur. vt interficeret animas quæ non moriuntur, & viuificaretur anima, quæ non viuit [mentientes populo meo credenti mendacijs] quòd exponit Gregorius de iniquo iudice, qui nocentem iniquè absoluit, & innocentem damnat contra iustitiæ veritatem. & hoc est quod dicitur hic [moriētē quippe &c.] iniquum valde est, vt quem Deus per debitam pœnitentiam absolutum habet, temeritas humana ligare præsumat, tunc .n. seruus maiorem domino se facit contra illud Mat. 10. Nō est discipulus super magistrum, nec seruus maior domino suo. [Causæ ergo] secunda pars. & dicit [causæ] quibus est ligandus vel soluendus. Hu. [pœnitētia secuta] hoc potest perpendi per exteriora. s. per gemitum, per lacrimas. verba, habitum, faciem, gestum, & huiusmodi, quæ sunt signa vere pœnitētiæ, licet in his posset esse deceptio. l. di. si quis diaconus &. 26. q. 7. ipsa. &. c. de his. &. c. is qui. Hu. [visitat] interius. Hug. [Pastoris sententia absoluat]. i. de pœna relaxet, vel sacramentis ecclesiæ reconciliat, tamen secundum qualitatē culpæ. Sunt enim quædam peccata quibus quis commmunione priuatur vsque ad finem vitæ vt. 2. q. 3. si quis episcopum. &. 27. q. 1. virgines. [Tunc vera est] vt supra. e. q. 9. re vera. [quos authore &c.] simile. 32. q. 1. quòd autem cōfiteatur primum Deo, postea sacerdoti. [venientē] sumptū est ex euāgelio. Io. 11. quando Christus ait. Lazare veni foras. & veniētem foras discipuli soluerunt à ligaminibus, quia pastores ecclesiæ figurati per discipulos Christi debent absoluere quem Christus vocat ad fructum pœnitentię, [pœnā amouere]. i. relaxare, & si non totam. Hu. vel amouere. i. iniungere. Arch. [hoc de solutionis ordine] non est. §. hic sed adhuc sunt verba Gregorij. Hu. Bar. Arc. [diximus moderamine.] ne indiscrete ligare vel absoluere præsumant.

Diuisio. Exponit literam. Ambro. Greg.

1 *Sententia data per metum aut iussu superioris an valeat ipso iure.*
2 *Confessio peccatorum dicitur virtuosa.*



INiustum. Ad idē sequitur hoc. ca. quod est Calixti papę. Sūma quod iniustum iudicium metu superioris datum nō valet. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit quòd dictū est. In secunda dicit non sufficere vero religioso inimicitias aliorū non exercere, aut augere, nisi etiam extinguere curet. In tertia ponit, ꝙ melior in malefactis humilis confessio, quam in bonis superba elatio. secunda ibi, huiusmodi. tertia ibi melior. Leg. ¶ [Iniustum deffinitio]. i. constitutio vel potius diffinitiua sententia, & est expositio præcedentis. Hug. [Et] pro id est [regio non valeat] iudex enim qui metu aut iussu alicuius potentis iniustam dat sententiam, grauiter peccat, plus timens hominem quam Deum, cum plus oporteat obedire Deo, quam
1 hominibus. Matth. quinto. ¶ Sed surgit hic quæstio. vtrum hoc sit verum quòd sententia data per metum aut iussu superioris nō valeat ipso iure. Et videtur ꝙ hoc sit verum. Tū ex præsenti capitulo. ¶ In oppositum dicit glos. hic quòd tenet nisi elidatur per exceptionem. Item ad hoc est Hu. dicens quòd si talis sententia iniusta sit data contra iuris ordinem ipso iure nullius est momenti. alias autem valet, & tenet sed probato postea, quòd metu lata sit reuocari debet, huius sententiæ est Archi. hic qui post verba Hug. ita dicit. ad hoc nono. quæstio. tertia fratres sic timor vitiat electionem supra prima quæstio. sexta cap. primo. Et hoc est quod sequitur in glos. & hoc teneas. Nam hæc est regula, quòd ea quæ fiunt per metum tenent. Sed fallit in certis casibus qui notantur extra quod me. causa. cap. secundo Archidiac. Quibus habitis dicendum est ad. cap. præsens dupliciter. primo quòd intelligitur cum talis sententia iniusta fuerit data contra iuris ordinē, aut ꝙ intelligatur non valere, quia cognitio quod per metū fuit data venit iuxta dicta reuocanda [homini] secūda pars [parum esse debit] quia non sufficit abstinere à malo nisi quis faciat quod bonum est vigesimo secūdo. quæstio. quinta. cap. forma. [extinguere] hoc pertinet ad officium [inimicitias extinguere] quas diabolus inimicus christianorum superseminat. Matth. decimo tertio. [& ad charitatem] quæ est fructus spiritus sancti. [Et pax] pertinet pacem ponere inter discordantes exemplo Christi, qui ait Ioan. vigesimo. Pax vobis. [melior] tertia pars. [electiue] sic supra. ea. nemo peritorum. Archidiac. [confessio] quoniam bonum est confiteri malefactum, sed malum est gloriari superbè de bono. Confessio peccatorum est virtuosa, & meritoria,
2 Superba. autem gloriatio est damnabilis, & vitiosa. quod clare patet Lucæ. decimo octauo de Pharisæo & publicano, qui ascenderunt in templum, vt orarent, & Pharisæus superbè glorians exiuit condemnatus, & publicanus humiliter confitens se peccatorem sibique misereri petens exiuit iustificatus.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Archid. Respōdet. Ad arg.



QVi iustus est. Ad ide m sequitur hoc capit. quod est August. super Psal. centesimo secundo. Summa est quòd iniuste excommunicatus tolerans patiēter meretur præmium apud Deum. Breue est. Lege. ¶ [Qui iustus est iniuste] id est immerito, sine causa. Hug. [maledicitur] id est excommunicatur [præmium reddetur] id est remunerabitur pmio æterno, & hoc propter patientiam, quam habet in sustinendo. Hug. vnde Matth. quinto dicitur de iustis. beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti fuerint vos dicentes omne malum aduersus vos, mentientes propter me, gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.


Exponit literam.

Hic & si. §. est, in quo ostendit Gratianus, quòd licet iniusta sit sententia tamen parendum est illi, licet apud Deum non sit ea ligatus, ne ex superbia fiat dignus pœna & dignus ligari.

Idem est. Est pars præcedenis. §. in qua incipit septima pars huius quæstionis, in qua intendit probare nouem authoritates, quòd in malis non est obediēdum prælatis. vbi scilicet iussio eorum continet intolerabilem errorem. extra de offic. deleg. cum contingat, & extra de senten. excom. per tuas. Archidiac. hic dicit Hug. & glos quòd hic Gratianus incipit tractare de sententia præceptionis, cui quando sit obediendum, & quando non, dicit ergo hic, quòd si prælatus præcipiat aliquid mali subditis suis, subditi obedire non debent, quòd probat per sequentia capitula. Bar. [sententia] præceptionis, vel potius excommunicationis lata, quia nō vult obedire in eo, quod ei præcipitur contra æquitatem. Hu.

Achid.

1 *Orandum an sit pro excommunicatis, & an eis prosint orationes. quòd non pro mortuis. numer. 2. pro viuis sic. numer. 3. & 5.*
4 *Orationes ecclesiæ prosunt excommunicatis minore excommunicatione.*



SI quis episcopus. Inducit ad propositum iam dictū hoc. ca. quòd est Euticiani papæ. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Si quis pro hæreticis.] mortuis ꝙ nō licet similiter

Exponit literam.

similiter nec pro excõicatis.i.mortuis in excõicatione vel aliquo mortali peccato.si de hoc cõstet.vt.13 q.2.pro obeuntibus.&.24.q.2.de cõione &.c.sane Hu.&. hoc ꝯm Hu.& glo. debet intelligi speciali oratione. ¶ Pro pleniori intelligẽtia

Quæstio. 1 huius ca.quæritur. † Vtrum pro excommunicatis sit orandũ, & si aliquo modo sit vtrum prosint eis orationes. Et videtur

Primũ ar. quòd sic. Primo quia in præcedenti capitulo habetur, quòd excommunicatus iniuste si patienter tolerat præmium meretur. ¶ Secundo sic. excommunicatio non est culpa sed pœ

Secũdũ ar. na, quod autem non est culpa nõ excludit suffragium orationũ sed magis ad misericordiã videtur inclinare. ¶ Tertio ex-

Tertiũ ar. communicatis potest dari eleemosyna corporalis, infra.ea. quoniam multos, ergo à simili eleemosyna spiritualis, quod non esset verum, nisi pro eis orari posset. ¶ In oppositum vi

Opponit contrariũ. Respõdet detur ex præsenti.c.secundo.ex.c.nemo episcoporum. supra e.q. vbi dicitur. ꝙ anathema est mortis damnatio sed pro dãnatis non oratur, ergo &c. ¶ Respondeo dicendum sub ali-

Prima cõclusio. 2 quibus conclusionibus. Prima † ꝙ pro hæreticis mortuis aut pro excommunicatis in excõmunicatione mortuis aut pro quocunque in peccato mortali mortuo, dum tamen constet non est orandum. Ista conclusio est prima gl. secundo Hu. tertio ostenditur multiplici authoritate, vt.13.q.2.pro obeuntibus.&.24.q.2.de cõmunione.&.c.sanæ. Hu. Quam cõclusionem dicit Hu. intelligẽdam speciali oratione. Nam vt inquit generali oratione orandum est pro omnibus Christianis defunctis. vt.13.q.2.non æstimemus. Rõne sic patet. quia tales secundum fidem tenemus damnatos esse vnde inter malos computentur. pro quibus dicit Aug. non esse orandum, sicut

Secũda cõclusio. 3 nec pro valde bonis. ¶ Secũda cõclusio †. pro hæreticis & excommunicatis viuis potest orari. & orat ecclesia vt deus eos ab errore conuertat sed non inter orationes, quæ pro mẽbris ecclesiæ fiunt, & tamen tales fructum orationis non percipiunt, quandiu in errore aut excommunicatione manent. vt dicit sanctus Thom. in.4. patet conclusio ista quia illis qui non possunt absolui à peccatis illis, non prosunt orationes ecclesiæ. sed hæretici & excõmunicati quandiu manent in errore suo, aut excommunicatione non possunt absolui. 24.q.1. quicunque. ergo talibus non prosunt orationes ecclesiæ.

Tertia cõclusio. 4 ¶ Tertia conclusio. † Excommunicatis minore excommunicatione tãtum prosunt orationes ecclesiæ, si non sit aliud quod obstet. patet conclusio. quia talis excommunicatio nõ separa à cõmunione fidelium, & potest esse in non habente peccato mortale, de excommunicatis vero maiori excom-

Quarta cõclusio: Raicha. de media vila. municatione est dicendum aut sunt excommunicati pro iniusta causa aut ꝓiusta, si pro iniusta est cõclusio quarta quod tales non excluduntur à suffragijs orationum ecclesiæ, probat eam sic Ricardus de media villa. ꝙ talis non est excommunicatus quantum ad ecclesiam triumphantem, nisi sit aliud quod obstet nec militãs ecclesia tales intendit a suffragiis orationum excludere. Si autem est excommunicatus pro iusta causa aut pœnitet & diligentissime absolutionem suam procurat paratus facere quicquid in se est, tunc est quinta cõclu

Quinta cõclusio. sio. Quod tali pro illo statu valet orationes ecclesiæ, patet cõclusio. quia ex tunc sibi peccatum remissum, cuius remissio absoluit quantum ad iudicium triumphantis ecclesiæ aut nõ

Sexta conclusio. pœnitet sed in sua obstinatione persistit, & tunc est conclusio sexta. ꝙ illi quandiu in illo statu persistit quamuis prodesse possint orationes ecclesiæ vt per orationes bonorum diuina misericordia voluntatem pœnitendi ei inspiret, sceleratis tamen minus longe prosunt quam alijs. patet, quia quantum est ex parte sua indigni sunt vt prosint eis. ecclesia etiam ad tales suffragia orationum ex intentione non sic dirigit sicut ad alios. s.e.q. quæcunq;. oratio autem cæteris paribus magis prodest illis ad quos specialius & directius dirigit, q̃ alijs. Et ideo bene dr. vt dicit Ricardus ꝙ excõicatio quare. ꝑ excõicationẽ pœna damni & cæteris paribus plus potest diabolus super eum, quam super non excommunicatum. Et hæc est rationem dicitur excõicatus tradi satanæ. 1.ad Cor.5.&. s.e.

Ad primã & secundã. arg. q.audi. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum ¶ Ad primã patet responsio ex dictis. ¶ Ad secundam respõdetur ꝙ quamuis excommunicatio non sit culpa sed pœna

Ad tertiũ. tamẽ nõ nisi pro culpa mortali debet infligi. ¶ Ad tertiam respondetur. ꝙ persona singularis potest orare pro excommunicato, vt Deus eum ad bonum statum conuertat siue reducat. Et ideo non est mirum si sibi dari potest eleemosyna corporalis. Excommunicatus tamen non debet dari stipendium ecclesiasticum, vt dicit gl. super allegatum decra.


On est. Ad idem sequitur hoc.capit. quòd est beati Augu. super actus. Summa est in rubro. & breue est. Lege. ¶ [Non est &c. contraria Deo] Act.5. Obedire oportet Deo, plusquam hominibus. Exponit literam.

1 *Subditi an teneantur obedire in omnibus suis superioribus.*

2 *Præcepto prælati an sit obediendum quando dubitatur an sit contra Deum vel non.*


I dominus. Ad idem est hoc c. quòd est Hieronymi super epistolam ad Ephe. Summa, superioribus obediendum non est in his, quæ sunt contra dei mandata aut scripturis sanctis aduersa. Breue est. ¶ Pro pleniori intelligẽtia huius. quærit Quæstio.

1 † vtrum subditi teneantur superioribus in omnibus obedire Primũ ar. Et videtur ꝙ sic. Primo dicit.n. apostolus ad Col.3. filij obeparentibus per oĩa, & postea subdit. Serui obedite per omnia dominis carnalibus: ergo eadẽ ratione alij subditi debent suis prælatis in omnibus obedire. ¶ Secundo sic. prælati sunt Secũdũ ar. medij inter Deum & subditos. Deut.5. ego sequester & medius fuit inter Deum & vos in tempore illo, vt annũtiarem vobis verba eius. sed ab extremo in extremum non peruenit, nisi per medium. ergo præcepta prælati sunt reputanda quasi præcepta Dei. vnde & apostolus ait ad Gala.4. sicut angelum Dei excepistis me sicut Christũ Iesum. & primæ ad Thess.2. cum accepistis me à nobis verbum auditus Dei accepistis illud, non vt verbum hominũ, sed sicut vere est verbum Dei. ergo sicut domino Deo debet hõ obedire in omnibus, ita & prælatis. ¶ Tertio sicut religiosi profitendo vouent Deo castitatem, & paupertatem, ita & obediẽtiam, sed Tertiũ ar. religiosus tenetur quantum ad omnia seruare castitatem & paupertatem. ergo similiter quantũ ad omnia tenetur in omnibus obedire. ¶ Quarto arguitur ex gl. ꝙ etiam si sit cõtrarium diuinis scripturis debet inferior obedire superiori, Nã Quartũ ar. vxor præcipienti marito ꝙ non seruet votum tenetur obedire, vt.33.q.5. manifestum. & tamen reddere votum & persoluere est mandatum diuinum. Vnde Ecclesiastici.5. Quodcunq; voueris redde. melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. Item psa*. vouete & reddite domino Deo vestro. ¶ In opposi. est tex.c. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione ꝙ subditi non tenentur superioribus suis in omnibus obedire. Ista conclusio probatur sic. dicitur actuũ.4. Obedire oportet magis Deo, quam hominibus, sed quandoque præcepta superiorum sunt contra Deum. ergo non in omnibus est prælatis aut superioribus obediendũ. Pro cuius quæstionis pleniori notitia est notandum iuxta S. Tho. in.2.2.q.104.ar.5. ꝙ obediens mouetur ad imperium præcipientis quadam necessitate iustitiæ, sicut res naturalis mouetur ex virtute sui motoris necessitate naturæ. Quod autem aliqua res naturalis non moueatur à suo motore põt contingere dupliciter. vno modo propter impedimentum, quòd prouenit ex fortiori virtute alterius mouentis, sicut lignum nõ comburitur ab igne si fortior vis aquæ impediat. Alio modo ex defectu ordinis mobilis ad motorem. quia & si subijciatur eius actioni quantũ ad aliquid, non tamen quantum ad omnia. sicut humor quandoq; subiicitur actioni calori, quantum ad calefieri non quantum ad exsiccari siue consumi. Et similiter ex duobus potest contingere quòd subditus suo superiori non teneatur obedire in omnibus. vno modo propter præceptum maioris potestatis. vnde dicitur ad Rom. decimo tertio super illud qui resistit ipsi sibi damnationem &c. dicit glos. & ponitur infra.ea. qui resistit. si qd iusserit curator nunquid tibi faciendum est, si contra procõsul iubeat. Rursum si quid ipse proconsul iubeat & aliud imperator, nunquid dubitatur illo contempto ipsi esse seruiendum. ergo si aliud imperator aliud Deus iubeat contempto illo obtemperandum est Deo. Alio modo non tenetur inferior suo superiori obedire, si ei aliquid præcipiat, in quo ei non subdatur. dicit enim Seneca in libro tertio de beneficijs. Errat si quis existimat seruitutem[a] in totum hominem descendere pars eius melior excepta est, corpora obnoxia sunt & ascripta sunt dominis, mens quidem est sui iuris. Et ideo in his quæ pertinent ad interiorem motum volũtatis homo non tenetur obedire homini. sed solum Deo, tenetur autem homo homini obedire in his quę exterius per corpus sunt agenda. in quibus tamen secundum ea quæ

*Psa.57.b.

Opponit et Respõ.

S. Thom.

a ¶ Seruitute. Seruitutũ plures spẽs vide per Pe. de Anch. in c. de 4. [nu.4. de præscri.

5 munitatis ecclesiarum.¶Hic oritur quæstio.† vtrũ si iudex dicit sic habeo te pro excõmunicato & huiusmodi nũquid vere erit excommunicatus.Respondetur secundum hoc.ca. ꝙ non.Concor.Guil.sic dicens,ꝙ si per talia verba agatur in foro iudiciali non reputabitur excommunicatus,nisi alias cõstiterit de intentione iudicis excommunicantis. vt quia sit semper solitus ita dicere & huiusmodi.in foro autẽ pœnitentiali est tutior via.s.vt reputet se excommunicatum,& absolutionem petat.item Host. maximè quia dicit Hu. quòd excommunicatio non habet ex toto certam formam verborũ.

Exponit literam. Quæstio. Opponit & Respõ. Prima cõclusio. Sexta cõclusio. Quæstio. Respõdet Guilielm.

1 *Iuramentum semper solet exigi ab excommunicatis,& ab hæreticis ad ecclesiam redeuntibus.*
2 *Absolutio ab excommunicatione an possit peti per procuratorem in absentia.quod sic.nu.3.&.4.*
5 *Reconciliatio excommunicatorum de qua in præsenti capitulo non potest fieri in absentia.*
6 *Excommunicatus si iurat & absoluitur, & postquam est absolutus est absolutus non vult satisfacere, & appellat ne ei aliquid mandetur,an sit audiendus.*
7 *Laicus absolutus ab iniectione manuum in clericũ & post absolutionem obtentam vult stare quo ad satisfactionem sub suo iudice,an hoc sufficiat.*



Vm aliquis. Sequitur hoc.c.ex eodem concilio sumptum in quo datur forma reconciliationis excommunicatorum.Breue est.Lege.¶[Cum aliquis de futuris]cautelam,per sacramentum.vel fideiussorẽ.
1 vel alio modo.Hu.No.vt dicit.Hu.& glo.hic†quod ab excõmunicatis semper solet exigi iuramentum. vt extra de sen. ex.ex tenore. Exigitur etiam ab hæreticis ad ecclesiam redeũtibus.vt.1.q.1.7.quotiẽs.Similiter ab incendiarijs.vt.23.q.8.pessima.Et idem est in quolibet horrendo crimine.s. ꝙ pœnitentes debent iurare,se nunquam simile committere. vt.12.q.2. de viro.¶Surgit hic quæstio.vtrũ de omni peccato mortali idem faciendum sit.Respondetur iuxta Hugo.& glo.quod non,sed sufficit simplex promissio vel propositũ.
2 ¶Surgit hic multiplex quęstio.†Prima est vtrum in absentia possit peti absolutio ab excommunicatione per procuratorem. Quod non videtur ex præsenti capitulo. Nam forma ista seruari non posset in absentia excommunicati.¶ In oppositum videtur obseruãtia curiæ.Ad hanc quęstionem.Respondetur iuxta Specu.sub tribus cõclusionibus.Prima est.
3 quod absolutio ab excommunicatione potest fieri per procuratorem in absentia excommunicati. ista cõclusio est Inn. extra de sen.ex. cum cõsideres.dicentis quod si subest causa iusta potest peti absolutio p procuratorem in absentia. alias
4 non.¶Secunda est. † quod in reconciliatione & absolutione suspensionis interdicti potest peti absolutio per procuratorem in absentia. patet quia ibi non requiritur præsentia personæ, vt in prędicta decretal.¶ Tertia conclusio.
5 † quod reconciliatio excommunicatorum de qua agitur in præsenti.c. &.24.q.3. notandum non potest fieri in absentia, patet conclusio quia in tali reconciliatione solenni in ecclesia certa forma requiritur, de qua hic.quæ in absentia non

Exponit literam. Qæstio. Respõdet. Quæstio. Opponit. & Respõn. Prima cõclusio. Secũda cõclusio. Tertia cõ

tia non possit seruari, facta tamen tenet, & sic etiam tenet ab bas extra de elec. venerabilem. de hoc le. & no. 2. q. 5. quanto. 6 vbi vide Archi. ¶ Secunda quæstio est. † Excommunicatus iurat & absoluitur, & postquam est absolutus non vult satisfacere, & appellat ne ei aliquid mandetur. Vtrum talis sit audiendus. Respondetur iuxta Hu. dicente. Credo quod talis non sit audiendus, sed statim est reducendus in eandem sententiam excommunicationis. Sed ecce in tali casu iudex confirmat primam sententiam, dicens. Ego confirmo primum sententiam vtrum excommunicet dicit Hu. Credo quod sic. Nam iudex appellationis confirmando primam sententiam sententiat, sicut & primus. Sed videtur quod iste confirmando primam excommunicationem excommunicet. Excommunicatio. n. non habet ex toto certam formam verborum. Hu. ¶ Tertia 7 quæstio. † vtrum laicus absolutus ab iniectione manuum in clericum, & post absolutionem obtentam vult stare quo ad satisfactionem sub suo iudice, vtrum hoc sufficiat. Et videtur quod sic cum sit causa ciuilis. ¶ In oppositum est glo. in c. sequenti. ar. extra de dona. inter vi. & vxo. de prudentia. & extra de coniugio seruorum. c. 2. Respondetur quod non sufficit, imo tenetur coram iudice ecclesiastico stare. imo vt dicit Hugo. Ecclesia compellet eum stare coram iudice ecclesiastico quod totum contingit ratione connectionis secundum Lau. Ad hanc sententiam facit expresse extra lib. 6. de fo. compe. c. cum laicus. vbi dicitur quod ratione iuramenti competens iudex est ecclesiasticus, & idcirco coram eo de iure poterit conueniri. Archidia.

Secūda qō. — Respōdet. — Quæstio. Respōdet. — Tertia cō clusio.


Presbyteris. §. est, in quo incipit. 10. pars huius quæstionis. in qua ponit quæ pœnitentia debeat imponi illis, qui excommunicati celebrant.

1 *Excommunicatus an sit absolutus hoc verbo relaxamus vel reuocamus excommunicationem, quam in talem tulimus.*

De illis. Sequitur ad hoc propositum hoc. c. quod est Io. papæ noni, qui requisitus quid illis faciendum esset. Respondit in hoc. c. quod diuiditur in tres partes. In prima ostendit. quod tales excommunicati sacrum mysterium contingere præsumentes merito damnationis pœnam incurrunt. In secunda ostendit, quod apostolica sedes solet talibus pœnitentibus & correctis meritum impartiri. In tertia dispensat cum eis, imposita eis certa pœna. secunda ibi, Tum quia. tertia ibi, hanc indulgentiam. Lege. ¶ [De illis intulerunt]. i. causa fuerunt inferendæ sententiæ. i. illud egerunt fuit lata sententia & pro quo meruerunt damnari, simile. §. eo. q. illa. & §. 1. q. 1. si quis inquit. Hug. & Archid. [Tum quia.] Secunda pars. [veniam correctionis]. 2. q. 5. quanto in fi. alias autem non est procedendum. 23. q. 4. est iniusta. [Hanc indulgentiam.] tertia pars [exhibemus.] ¶ Iuxta hoc quæritur. 1 † Vtrum tali modo loquendi vt cum dicitur renouamus vel relaxamus excommunicationem quam in talem tulimus non dicendo absoluimus, sit excommunicatus absolutus. Respondetur iuxta richardum in. 4. quod sic. Et not. quod non est simile de absolutione, quæ fit ex ui clauium in foro pœnitentiæ, & de illa quæ fit ex vi iurisdictionis in foro exteriori. quia prima est pars sacramenti pœnitentiæ. Alia non. Et ideo in prima magis obseruanda sunt verba præmissa quam in secunda. vnde in prima absolutione debet dicere sacerdos absoluo. quamuis autem sit congruum hoc seruare in secunda, non tamen credo quod hoc sit necessarium, imo sufficiunt verba alia significantia excommunicationis remotionem quam in te tuli. Ille vero erit absolutus, nisi aliquid esset aliud obsistens. Hæc ille. [sancta communione.] Hic suscipitur ad communionem ecclesiæ, non ad ordinem, vel ad dignitatem clericalem. ne sit contrarium. §. e. q. si quis episcopus. 1. & 2. vel ibi est rigor, hic dispensatio, quæ cum talibus quandoque habetur. vt. 2. q. 5. qua de causa. nec ibi dispensatio inhibetur quo ad papam Hu. [Carne] & piscibus alias pro nihilo diceret, carne cum sexta feria non comedantur carnes alicubi. per Archi.

Diuisio. — Exponit litteram. — Quæstio. — Respōdet.

Qui autem. §. est, in quo Gratian. docet quod communicantes cum excommunicatis pro modo maioris vel minoris peccati debeant penitere.



Sanctis. Ad idem subijcitur hoc. ca. quod est Vrbani papæ. Summa est in rubro ¶ [Sanctus. canonibus]. §. e. sicut apostoli. & tribus capitulis sequentibus ibi. Archi. [Excommunicetur]. i. anathematizetur, si admonitus non vult cessare. Nam communicans excommunicato statim ipso iure est excommunicatus. i. a communione sacramentorum separatus. Hugo. §. e. cum excommunicate, & c. rogo. Arch. [Absolutionis.] ergo communicans excommunicato indiget absolutione. Hu. de hoc. §. e. q. si inimicus. & ex. de sen. ex. si quem [necessitate.] non ineuitabili, vel familiari, sed quæ posset satis vitari. Hug. [maximè necessarij.] peccant quidem isti, sed quia ignorantia vel timore vel ex necessitate in parte excusantur, & minor pœnitentia imponitur. Et quod peccent patet ex eo, quo sequitur, contaminauerunt, & illi pœnitentię. Hu. [societatis] quantum ad sacramenta. Hu. [incutiatur] ad hoc. di. 15. sed illud. 2. q. 7. quapropter. Archi.

Exponit literam

¶ Causa duodecima.



Quidam clerici. Hic incipit & intitulatur. 12. causa. quæ ita iuxta Hu. continuatur ad præcedentem. In superiori causa magister Gratianus introducit clericos de proprijs prædijs litigantes, sed videbatur quod clerici non deberent habere propria, qui sunt successores eorum, de quibus dicitur. act. 4. quod erat multitudinis eorum cor vnum, & anima, nec quisquam eorum aliquid suum esse dicebat sed erant eis omnia communia. Et ideo subdit hanc causam, in qua ostendit vtrum liceat clericis habere proprium. annectit etiam de alienatione rerum ecclesiasticarum, ostendens in quibus casibus & qualiter res ecclesiæ possunt alienari. Tandem adiungit vtrum liceat clericis facere testamentum & de quibus rebus, & vt hæc & alia pateant & vt competentius agat magister format thema suum & ex illo elicit. 5. questiones vt patet in litera.

Continuatio.

1 *Clericus an liceat habere proprium. num. 2. & 3.*

4 *Clericorum triplex est status.*

¶ Quæstio Prima.



Clericos. Hic intitulatur prima q. s. an liceat clericis habere proprium. Et diuiditur hæc quæstio in tres partes. In prima probat magister Gratianus per decimo septimo autoritates. quod nullus clericus debet habere proprium. In secunda inducit pro parte contraria. In tertia soluit, licet male. secunda ibi, certe ego sum. tertia in. §. cum ergo. §. eo. q. ¶ Pro pleniori intelligentia huius 1 quæstionis. Quæritur. † Vtrum licet clericis habere proprium & videtur quod non multis autoritatibus in litera positis. vnde in. capitul. infra dilectissimis infra eod. dicit Clemens papa. Communis vita omnibus est necessaria maxime his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. ¶ Secundo sic Hieronymus dicit ad Nepotianum. Cleros grece latine sors appellatur, propterea clerici dicuntur, quia de sorte domini sunt. vel quia ipse Deus sors. i. pars clericorum est. Qui autem dominum possidet, nihil extra dominum habere pôt. Si aut aurum si argentum si possessiones variam supellectilem habet cum istis partibus non dignatur Deum fieri partem eius. ergo videtur, quod non liceat clericis habere proprium. ¶ In oppositum sunt multæ autoritates positæ in sequentibus. Respondeo dicendum sub ista conclusione. Nullus clericus aut laicus tenetur viuere absque proprio, nisi se ad hoc voto astrinxerit probatur conclusio iuxta S. Th. in. 2. 2. ad ea quæ supererogationis nullus tenetur, nisi ad illud se astrinxerit. vnde Aug. in epistola ad paulinam & armētarium. quia iam vouisti, iam te astrinxisti. aliud tibi facere non licet priusquam esses voti reus, liberum fuit quod esses inferior. Manifestum est autem, quod viuere absque proprio sit super erogationis. Non enim cadit sub præcepto, sed sub consilio. vnde cum Mat. 19. dixisset dominus. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. postea subdit superaddendo. Si vis perfectus esse. vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Non autem clerici in sua ordinatione ad hoc se obligant, vt absque proprio viuant, ergo non tenentur clerici absque proprio viuere. & ita licitum est eis pro- 2 prium habere: possumus ergo distinguere de clericis. † aut clericus se voto obligauit ad viuendum sine proprio. Et tunc est conclusio quod tali clerico non licet habere proprium, quia non licet ei agere contra votum. vnde deu. 23. dominus præcepit dicens, Cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere.

Diuisio. — Quæstio. Primū ar. — Secūdū ar. — Opponit & Respō. — S. Thom. August.

3 reddere. Et Esaiæ. 19. Vota vouebunt domino, & soluent. †Si vero clericus non abrenuntiauit proprijs, nec voto se astrinxit ad viuendum siue proprio de tali est conclusio. quod licitum est eis proprium habere. Concordat dominus Bonauentura cardinalis. in. 4 dist. 24. dicens renuntiare temporalibus clerico perfectionis est, non necessitatis. Vnde & hoc fuit in ecclesia primitiua, quod nihil habebat aliquis proprium, nihil suum esse dicebat. & hodie adhuc per gratiam Dei reperiuntur aliqui in religionis perfectione. ad hoc tamen non compellitur clericus nec iure diuino, nec humano. hæc ille. Cócor. dominus Vlrichus in summa sua. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur pro intellectu huius. c. & simili úl distinguendo de triplici statu clerico-4 rum. primus fuit status ecclesiæ primitiuæ, & tóc omnes credentes siue clerici siue laici nihil proprij possidebát. sed erát illis omnia communia. vt dicitur act. 4. Et ita loquuntur ista prima capitula huius quæstionis. ¶ Secundus status fuit post statum primitiuæ ecclesiæ, postquá tempore Syluestri magnifice dotata ecclesia, quo tépore quidam renuntiauerunt tacitæ vel expressę dispensationi proprietarię. s. intrando religionem vel assumendo habitum regularem, & talibus non licet sicut dictum est aliquid proprium habere, sed qui habent vsurpant illicitum. de istis dicit Aug. in. c. nolo. j. e. nulli licet in societate nostra aliquid habere proprium si aliqui fortè habét faciunt quod nó licet. ¶ Tertius status est eorú, qui nec tacite nec expresse renuntiauerunt proprijs. Et de istis est conclusio sicut dictum est. s. quod licet habere propriú, & hoc quatuor de causis primo ad vitæ corporalis sustentationem. secundo ad peccatorum remissionem per eleemosynarum largitionem. Daniel. 4. peccata tua eleemosinis redime. tertio ad declinandam simulationis vel hypocrisis necessitaté. vnde Au. de vita clericorú vt. j. e. c. certe. Certe ego sum qui statuerá nullú ordinare clericorú, nisi qui mecú vellet manere. aut si vellet à proposito discedere recte illi tollerem clericatum in ecclesia. in conspectu Dei & vestro muto consilium, qui volunt habere proprium quibus non sufficit Deus & ecclesia eius maneant vbi volunt & vbi possunt, nó eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas, malum esse quis nesciat, malum est cadere à proposito. sed peius est simulare propositum. ¶ Quarto propter infirmitatem sicut dicitur in. c. prosperi. Illi autem qui tam infirmi sunt vt possessionibus suis renuntiare non possunt, si ea quæ accepturi erát dispensationi relinquantur, nihil habentibus conferenda sine peccato possident sua. Et ita capitula illa, quæ videntur dicere, quod clericis non liceat habere proprium, intelligútur de his qui alias abrenuntiauerunt proprijs, vel loquuntur de cósilio, non de precepto. vel loquuntur secundum statutum primitiuæ ecclesiæ. Ad authoritatem autem illam quæ videtur dicere, quòd vita communis sit necessaria omnibus. Respódetur & necessaria dicitur. i. vtilis. sicut ibi videbitur. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Th. in. 2. 2. quòd omnis pars est minor toto. Ille ergo cum Deo alias partes habet cuius studium diminuitur circa ea quæ sunt Dei dum intendit in his quæ sunt mundi. Sic autem non debet clerici proprium possidere, vt dum curant propria defectum faciát in his quæ pertinent ad cultum diuinum. ¶ Et ita clerici boni viri, licet proprium habeant, quia omnia ordinant ad gloriam Dei, nihil dicuntur habere extra Deum. Lege. ¶ [Clerici nihil]. s. propriú possidere multis &c. quomodo debeát intelligi tales authoritates iam diximus in quæstione.

Bonauen. Vlrichus. Ad primú argu. Augu. Ad secúdú. S. Thom. Exponit literam.



Mnis ætas. Inducit in primis hoc. c. ex concilio toletano sumptum Summa est quod impuberes & adolescentes deputati officio clericali in ecclesia seculari debét omnes in vno conclaui manere sub disciplina probatissimi magistri. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda ponit quod si aliqui sunt inter eos, qui careant suffragio parentum, tam ipsi quam res ipsorum debent defendi sacerdotali cautela. In tertia quod si postea facti adulti non velint viuere continenter, nec contrahere matrimonium, sed viuere luxuriose, si aliter corrigi non valeant, deputabuntur monasterijs, nó vt ibi sunt monachi, sed vt ibi districte viuant, quousq; visum fuerit eorum prælato, secunda ibi, Quod si. tertia ibi, qui autem. Lege. ¶ [Omnis etas]. i. omnis homo in quacunque etate constitutus. HU. [ab adolescentia] ab adolescentia enim insurgunt affectiones inordinatę ex peccato primi parentis carne aduersante spiritui. & propter ignorantiam veri, & difficultatem boni, & infirmitatem bene operandi suadent diabolo. sit maior pronitas ad malum, & deuiatio à bono. vt dicat *Psa. In quo corrigit adolescentior viam suam. vnde propter varietatem affectuum ad incertitudinem qualis debeat esse adolescens in futurum ait Salomó Prouer. 30. Tria sunt mihi difficilia & quantum pœnitus ignoro. viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viá nauis in medio maris, & viá viri in adolescientia. Dicit autem. Hu. quod improprie dicitur hic ab adolescentia debet intelligi. i. à pueritia. i. à principio pueritię, quasi ex quo cepit esse doli capax. s. à septennio vnde Augusti. septénis ætatis pueri & métiri & verum loqui possunt. Item alibi dicit. puerilis etas committit furta, médacia, & periuria. hæc glo. August. habetur. 15. q. 1. §. vt itaque. HUG. [Constituere] salubris fuit ista constitutio, vt ne vagent & discurrant pueri per deuia vitiorum in loco tuto detineantur sub magistro instruantur in ecclesiasticis doctrinis, & diuinis sermonibus admoneantur ad custodiam diuinorú mandatorú & prælatorum. Et per hoc videtur aliquibus hoc. c. facere ad propositum. quia illis qui simul viuunt omnia debent esse communia. quod verum videtur secundum Laur. & pe. sed secundum HUG. videtur huic contradicere litera quæ sequitur [tutela. & illi & res eorum.] Nam de communi re nullus &c. j. e. q. §. fin. in prin. Archi. [seniori]. i. presbytero. [testem]. i. conscium. Archi. [vitæ]. i. conuersationis. Hugon. & Arc. [Quod si aliqui]. 2. pars. [pupilli]. i. carentes auxilio paré tú. [tutela]. i. protectione. Arc. [& res eorum]. ergo habét res ergo propria. Et ita verus intellectus est de pueris deputatis ab officio clericali in ecclesia seculari. [qui auté.] tertia pars. [resultauerit] fornicando, quia nec continenter viuere volunt, nec ducere vxores quod quidem licet eis. dist. 28. de his. Hugo. [deputentur monasterio] si aliter corrigi non possunt, non vt ibi sunt monachi, si nolunt, sed vt ibi discrete viuant quousq; visum fuerit prælato eorum forte quousque eligant continentiam vel matrimonium. HUGU.

Diuisio. Exponit literam. Psal: 18. a. Aug. Laurenti. Petrus. Archid.

2 *Communia aliqua esse intelligitur dupliciter.*
3 *Existens in extrema necessitate potest licite & impune accipere omnia necessaria tanquam sua*
4 *Rem aliquam tanquam propriam possidere licitum est aliquibus.*
6 *Necessarium dicitur dupliciter.*
7 *Vita communis est necessaria absolute illis fidelibus qui vitá regularem non promiserunt, nec sunt professi. & nu 8. Et est necessaria omnibus illis qui eam vouerunt seu promiserunt. num. 9.*
12 *Vitæ communis laudes. Et fructus. num. 13.*
44 *Vnitas religionis perfecta quæ dicatur.*

Ilectissimis. Ad idem sequitur hoc. ca. quod est Clementis. Súma est rubro. Et loquitur secundum tempus primitiuæ ecclesiæ, vel de his qui renuntiauerút proprijs. Et diuiditur hoc. c. in tres partes. In prima salutationé præmittit, In secunda ostendit omnia debere esse communia sex rationibus, videlicet ex iure naturali. secúdo ex doctrina Platonis. tertio ex authoritate prophœtæ. quarto exemplo apostolorum. quinto exemplo christianorum primitiuæ ecclesiæ. sexto ex punitione Ananiæ & Saphiræ, qui quia métiri sunt de pretio agrorum, morti traditi sunt. In tertio exhortatur ad vitam communem tenendam. secúda ibi, communis enim vita. tertia ibi. Quia propter. Pro pleniori intelligentia huius capituli quærenda veniunt quatuor.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum liceat alicui rem aliquam tanquam propriam possidere.
5 ¶ Secundum est vtrum omnibus clericis vita communis sit necessaria.
10 ¶ Tertium est vtrú illa cómunitas primitiuæ ecclesiæ erat ex voto.
11 ¶ Quartum est vtrum apostoli habuerunt aliquid in communi.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quòd nulli liceat aliquam rem táquam propriá possidere. Primo sic dicitur in præsenti capitulo quod communis vsus omnium quæ sunt in mundo omnibus hominibus esse debuit. sed per iniquitaté alius dixit hoc esse suú, & alius istud. ergo videtur quod sine peccato non potest quis rem aliquam sibi appropriare. ¶ Secundo sic confirmando. Omne

Primú ar.

Omne quod est contra ius naturale, est illicitum. sed secundum ius naturale oĩa, sunt cõia. cui quidem cõicati contraria
Tertiũ ar. tur possessionum proprietas. ergo illicitum est. ¶ Tertio sic. dicit Ambro. & habetur di. 47. sicut hi. proprium nemo dicat quod est commune. Appellat autem res communes, res
Opponit i contrariũ. exteriores. vt patet ex his quæ præmittit, ergo &c. ¶ In oppositum est quod Augu. dicit lib de hæresibus apostolici dicuntur qui se hoc nomine arrogantissimo vocauerunt, eo quod in suam communionem nõ acciperent, vtentes coniugibus, & res proprias possidentes, qualis habet catholica ecclesia & monachos & clericos plurimos. Sed ideo isti hæretici sunt. quoniam se ab ecclesia separantes nullam spes putant eos habere, qui vtuntur his rebus quibus ipsi carent. Est ergo erroneum dicere, quòd non licet homini propria possidere. Re-
Respõdet spondeo quia multi circa hoc errant credẽtes de iure omnia
2 esse communia. † Est primo notandum quòd aliqua esse communia potest intelligi dupliciter. vno modo quo ad ius & dominium, sic quod nullus potest dicere hoc meum, illud tuũ. Sed ius & dominium est commune, sicut de multitudine credentium dicitur ac. 4. quod nullus eorum quæ possidebat dicebat aliquid suum. alio modo potest intelligi quãtum ad affectum communicandi proximis egẽtibus pro loco, & tempore, &
Prima cõclusio. necessitate. Primo modo loquendo sit ista conclusio. quod nihil possidere proprium siue habere omnia communia scilicet, quo ad ius & dominium non est de iure naturali. probatur conclusio. quia si ita esset omnes qui propria possederunt in antiquo testamento, vt Abraham, & Iob, & Dauid, & multi sancti in nouo fuissent transgressores pcepti iuris naturalis, & grauiter peccassent, & ita Abraham & alij mortui fuissent damnati, quod est hæreticum. Præterea cum nulla lex sit bona. imo tanquam iniqua respuẽda quæ est contra iuris naturalis præcepta, sed de præcepto iuris naturalis esset nihil proprium possidere, sed omnia esse communia, tunc leges humanę disponentes, quod quis habeat proprium essent iniquæ, quod est absurdum. ergo conclusio vera. Si vero secundo modo intelligamus omnia esse communia. s. quo ad effectum communicandi pro loco, & tempore, & necessitate, sic vt quæ sunt propria quo ad ius dominij, &
Secũda cõclusio. proprietatis, habens ea, velit ea communicari alijs, prout recta ratio dictat. tunc est secunda conclusio. quòd hoc modo omnia esse communia. & nihil habere proprium est de iure naturali. probatur ista conclusio. Quilibet iure naturali tenetur alteri facere quod sibi vult fieri Lucæ. 6. sed quisque dum indiget vult sibi dari de bonis alterius à quo petit, ergo iure naturę debet dare de bonis propriis alteri indigenti se petenti, & sic patet conclusio. vnde sic exponitur quod ius naturale est omnium possessio. i. communicatio omnium quæ possidemus, tempore etiã extremę necessita-
3 tis sunt omnia communia. † vnde existens in extrema necessitate potest licite & impune accipere omnia necessaria tanquam sua. his habitis descendendo ad formam quæstionis sit
Tertia cõclusio. 4 ista tertia conclusio † quod licitum est aliquibus rem aliquam tãquam propriam possidere. ista conclusio patet. quia multi pfecti viri & sancti habuerunt multas diuitias tanquam proprias possidẽtes in veteri testamento, vt Abraham Iob, & Dauid. Et in nouo similiter testamento multi sancti tam laici quam
S. Thom. ecclesiastici possederunt res plures tanquam proprias, quod non fecissent, nisi fuisset licitum. Pro cuius tamen conclusionis pleniori notitia veritatis est notandum iuxta S. Tho. in secunda secundæ. q. 66. artic. 2. quod circa rem exteriorem duo competunt homini, quorum vnum est potestas procurandi & disponendi. Et quantum ad hoc licitũ est quod homo propria possideat. Et est necessariũ ad humanam vitam propter tria. Primũ quia magis solicitus est vnusquisq; ad procurandum aliquid quod sibi soli competit, quam ad id quod est cõe omnium, vel multorum. quia vnusquisq; laborem fugiens relinquit alteri id quod pertinet ad cõmune. sicut accidit in multitudine ministrorum. Alio modo quia ordinatius res humanæ tractantur, si singulis immineat propria cura alicuius re procurandę. Esset autem confusio si quilibet indistinctè qlibet procuraret. tertio quia hoc magis pacificus status hominum conseruatur. dum vnusquisq; re sua contentus est. vnde videmus quod inter eos qui communiter & ex indiuiso aliquid possident, frequenter iurgia oriũtur. Aliud vero quod competit circa res exteriores est vsus ipsarum, & quantũ ad hoc non debet homo habere res exteriores vt proprias, sed vt cõmunes. vt. s. de facili ea aliquis communicet in necessitates aliorũ. vnde apostolus dicit. 1. ad timo. vlti. Diuitibus huius seculi præcipe facile tribuere & communicare. ¶ His habi-
Ad argu. tis dicendum est ad rationes factas ante oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et cum dicitur, quod per iniquitatem alius dixit hoc esse suũ &c. Respondetur quod per hoc nõ intelligitur quod possidere aliq̃ rem vt propriam sit peccatũ, sed solũ intelligitur quod communis vsus omnium qui fuissent in statu innocentiæ introeũte peccato fuit interruptus, sicut plenius habetur in expositione literæ. ¶ Ad secũdam satis patet responsio ex dictis qualiter communitas rerũ attribuatur iuri naturali, & qualiter non. Respondetur
S. Tho. iuxta S. Tho. quod communitas rerũ attribuitur iuri naturali, non quia ius naturale dictet omnia esse possidenda communiter, & nihil esse quasi proprium possidendũ. Sed quia secundum ius naturale non est distinctio possessionum. sed magis secundum humanum cõdictum, quod pertinet ad ius positiuum. vnde proprietas possessionum non est contra ius naturale, sed iuri naturali superadditur per adinuentionem rationis humanæ.
Ad tertiũ. ¶ Ad tertiam respondetur secundum eũdem vbi supra. quod cũ Ambrosius dicit nemo proprium dicat quod est commune, loquitur de proprietate quãtũ ad vsum. vnde subdit plusquam sufficeret sumptum violenter obtentum ibi &c. & hæc de quæstione.

5 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur quod vita communis sit omnibus Clericis necessaria. Primo arguitur ex. c. pręsenti vbi dicit Clem s
Primũ ar. Secũdũ ar. Communis omnibus necessaria est. ¶ Secũdo sic. beatus clemens præcepit doctrinis & exemplis obedire apostolis. Sed apostoli vitam communem duxerunt: ergo &c. ¶ Ter-
Tertiũ ar. Opponit contrariũ. tio ex alijs contentis in litera. ¶ In oppositum arguitur. quia si vita cõis esset oĩbus necessaria, nullus posset saluari, qui vitã communem non duceret. sed hoc est falsum, vt patet quia solum vitam regularem profitentes dictant talem vitam, & tamen alij fideles bona opera facientes saluantur vt patet ȷ̃. eo.
6 duo sunt genera &c. ergo &c. ¶ Respõdeo dicendum † quòd
Respondet necessariũ dupliciter dicit. vno modo absolute. s. id sine quo finis haberi non potest. vt dicitur necessarium seruare mandata adultis ad consecutionem vitæ eternę. vel virtus charitatis ad consequendam perfectionem vitę spiritualis. Alio modo dicitur necessarium id quod est vtile & expediens ad consecutionem finis. Ista distinctione posita ponuntur aliquę
7 conclusiones. Prima est † quòd illis fidelibus qui vitam regularem non promiserunt aut professisunt vita com-
Prima conclusio. munis est necessaria absolute. patet ista conclusio. quia multi fuerunt perfecti apud Deum, qui tamen diuitias magnas in proprio possederunt vt Abraham, Iob, Dauid, & nũc multi tales. qui non obstante diuitiarum possessione
8 amore perfecto Deo inherent. ¶ † Secũda conclusio. vita cõ-
Secũda cõclusio. munis est vtilis & expediens ad consecutionem perfectionis spiritualis. & tandem vitæ æternæ. Ista conclusio patet tripliciter quia in vita communi nulla cura rei familiaris aliquis impeditur. quæ vix absq; peccato administrari. 25. dist. qualis. ¶ Secundo quia vita communis vbi omnia sunt communia & non propria minus mouet affectum ad ea quæ mũdi sunt, quæ animum impediũt à Dei dilectione & charitate, quæ est vinculũ perfectionis, vt dicit apostolus ad Coloss. 3. vnde Io. ait prima Io. 2. Qui diligit mundũ, & ea quæ mundi sunt non est charitas Dei in eo. ¶ Tertio q in vita cõmuni si immineat casus habetur subleuans in vita exemplo & doctrina vt frater à fratre iuuetur, & firmetur in vitę perfectione sine casu, vt ciuitas firma. quia Prouerbio. 16. dicitur frater qui iuuatur à fratre tanquam ciuitas firma. Væ autem soli. quia si ceciderit non habet subleuantem vt dicitur ec-
9 cle. 4. ¶ Tertia conclusio. † vita communis videtur necessa-
Tertia cõclusio. ria omnibus illis qui illam vouerunt seu professi sunt. patet conclusio ex rationibus inductis pro prima parte quæstio-
Ad primã arg. & secundũ. nis. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ. Ad primam de. c. pręsenti respondetur. quod ly. necessaria exponitur. i. vtilis. vt Hug. & Archi. exponunt. ¶ Ad secundam respondetur pari modo secundum Hu. dicentem, debuit. i. expediens fuit, & ita non arguunt necessitatem absolute. ¶ Ad
Ad tertiũ. tertiam respondetur, quod Clemẽs licet dicat præcipimus, non tamen ex intentione præcepit, sed consulit. vnde infra. vnde consilium dantes vestram prudentiam hortamur. vnde glos. exponit præcipimus. i. monemus. simile. 28. q. 1. sic. n. vel dicitur, quod loquitur secundum statum primitiuæ ecclesiæ, quando illi clerici proprium habebant, & de illis qui sibi præiudicium fecerant abrenuntiando proprijs vt dicit Hug.

Ad tertium

Primũ ar.
Secũdũ ar.

10 **Ad tertium.** Sic proceditur. Et videtur† ꝙ illa cõmunitas primitiuæ ecclesiæ non fuit ex voto. primo quia cum hoc nõ reperitur scriptum non videtur esse asserendum. ¶ Secundo quia non videtur probabile, ꝙ tota illa multitudo quæ conuertebatur voueret se nihil in antea possidere. ¶ In oppositum videtur, quia si non erat ex voto, non videtur inducere bonum exemplum ad cõmunitatem persuadendam religiosorum quæ surgit ex voto. ¶ Secũdo sic gloss. super illud act. 5. fraudauit de prætio agri dicit ꝙ totũ vouerat sicut cæteri. ergo videtur &c. ¶ Respõdeo dicendum iuxta magistrũ Hũbertũ super regulam beati Augustini, ꝙ talis communitas non fuit ex voto sed ex perfectione charitatis vnde super illud Lu. 15. nisi quis renuntiauerit omnibus quę possidet &c. Dicit glo. renuntiare conuenit omnibus qui ita licitę vtuntur mũdanis quæ possident, vt cum mente tendant ad æterna. Relinquere vero omnia perfectorũ est tantummodo, qui omnia temporalia postponunt & solis æternis inhiant. Ex quo patet quod sola perfectione charitatis facit interdum omnia relinquere sine voto, & sic fuit in primitiua ecclesia. ¶ Ad rationes in oppositum.

Opponit ĩ contrariũ.
Scđa opp
Respõdet.
Hũbertus

Ad primũ argu.

Ad primam respondetur negando consequentiam. Dicimus .n. ꝙ bonum exemplum inducitur inde, quia nõ est intentio Aug. inducere illud ex ratione voti, sed solũ rõne communitatis. vt sicut tũc erãt oĩa communia sic etiam sint omnia cõmunia degentibus sub regula sua.

Ad secũdũ.

¶ Ad secũdum respondetur iuxta prędictum magistrum, ꝙ ibi vouere accipitur pro dedicare, põt autem quis sua dedicare Deo ex sola charitate quamuis ex voto non abrenuntiet oĩbus in futuro, vel potest dici. ꝙ licet tunc vouerent ea, quæ habebant tamen non abrenuntiabant ex voto omnibus. Et ideo modus viuendi in cõmuni non erat ex voto.

Primũ ar.

11 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ apostoli nihil habuerunt in communi. Primo ex illo Mat. 10. Nolite possidere aurũ, neq; argẽtum, nec pecuniam in zonis vestris, nec duas tunicas habeatis. ergo videtur ꝙ apostoli sicut nec in proprio, ita nec in cõmuni aliquid habuerũt.

Secũdũ ar.

¶ Secũdo idem arguitur ex illo Mat. 6. nolite cogitare de crastino, sed habentes aliquid in communi cogitant de futura prouisione: ergo &c.

Tertiũ ar.

¶ Tertio apostoli fuerunt in statu maioris perfectionis, sed maior perfectio videtur esse non habere aliquid in proprio, & in communi, vt patet, ergo &c.

Opponit & Respõ.

¶ In oppositum est textu. præsentis. capit. ¶ Respondeo dicendum ꝙ Christus & apostoli habuerũt aliquid in communi. patet cõclusio Io. 13. vbi legitur, ꝙ Christus & apostoli loculos habuerũt, in qbus reponebantur oblata eis à fidelibus, quæ non erant alterius, nisi Christi & sui collegij, cum offerentes nihil in illis retinerent sibi sed totum transferebant in Christum, & suũ collegium. vnde Iudas dispensator loculos dabat egenis, & emebat quæ necessaria erant, vt patet Ioan. 13. apostoli emerũt cibos, vt patet Io. 10. vnde isti actus. s. dare, emere, omnia fiũt per ius, & dominium. vlterius notandũ, ꝙ quidam hæretici ad confirmandum quod apostoli non habuerũt aliquid in communi negauerũt apostolos fuisse de numero illorum credentiũ, de quibus dicitur act. 4. quod erãt illis omnia communia. sed hoc sine ratione dicitur. primo quia apostoli non minus imo erant de numero credentium, quam cæteri. & ideo cum cęteris credentibus habebant communia. ¶ Secũdo quia expresse dicit cõtrarium beatus Clemens in pręsenti capitulo, qui dicit quod hæc fuit vita apostolorum à viris perfectis imitãda, & infra istius consuetudinis more retento, & apostoli & eorũ discipuli vt prædictũ est vna nobiscum & vobiscũ communem vitam duxerũt, vt enim bene nostis erat multitudinis credentium cor vnum, & anima vna. nec quisquam eorũ aut nostrũ de his quæ possidebat suũ esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant communia. Ex quo clare patet falsitas dicentium quod apostoli in illa multitudine credentium in hoc quod est habere omnia communia, non intelligerentur. ¶ Tertio hoc patet manifeste ex eo quod de beato Augustino legitur & cantatur, quod cepit viuere secũdum regulam sub sanctis apostolis constitutam. Et in quodam sermone dicit ipse. apostolica enim vita volumus viuere. Sed Beatus Augu. ducebat vitam communem cum clericis suis, vt patet in regula sua. ergo & apostoli &c.

Augu.

¶ Quarto hoc expresse dicit Augu. super Ioan. homilia. 6. super illud Ioan. 19. accepit eam discipulus in sua. vbi Aug. sic ait. sed in quo suam Io. acceperat matrem domini. nonne ex eis erat, qui dixerãt Mat. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Sed illi quo que audierũt. quicunque ista dimiserit, accipiet in hoc seculo centuplum. Habebat ergo discipulus centuplum plura quam dimiserat in quæ susciperet matrem eius: qui illa donauerat, sed in ea societate beatus Io. perceperat centuplum, vbi nemo dicebat aliquid suum, sed erant eis omnia communia. Sic enim apostoli erant quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Quomodo ergo discipulus accepit matrem domini in sua, vbi aliquid suum nemo esse dicebat. an quia quod ibidẽ quod distribuebatur vnicuique prout opus erat intelligendũ est sic distributum fuisse huic discipulo, quod opus erat vt illic etiam portio Beatæ Mariæ poneretur. hæc Aug. Ex quibus patet quod non obstante quòd apostoli reliquerunt omnia, receperũt tñ in illa communitate centuplũ plusquã reliquerant. ¶ Secundo patet quod beata virgo Io. & cæteri apostoli erant de illa communitate erantq; de illis, quibus erant omnia communia. ita quòd illa bona ante distributionẽ erãt apostolorum, & omnium illorũ de illa communitate, & per consequens apostoli cum illis habebant in communi. ¶ His habitis dicendũ est ad rationes in oppositum.

Ad primũ argu.

Ad primam respondetur negando consequentiam. quod ex illis verbis sequatur quòd apostoli non habuerint aliqñ aliquid in communi. vnde vt dicit S. Thom. in. 2. 2. verba illa domini tripliciter possunt intelligi. vno modo mysticè, vt non possideamus aurum, nec argentum. i. vt prædicatores non innitantur principaliter sapientiæ & eloquentiæ temporali, vt Hieronymus exponit.

S. Thom.
Aug.

¶ Alio modo sicut Augu. exponit in lib. de cõsensu euangelistarũ, vt intelligatur hoc dominũ non præcipiendo sed magis permittendo dixisse. permisit. n. eis, vt absq; argento & auro & alijs sumptibus ad prædicãdum irent accepturi sumptus vitæ ab his, quibus prædicabant. vnde subdit. dignus est operarius cibo suo. Ita tamẽ quod si aliquis proprijs sumptibus vteretur in prædicatione euangelij ad supererogationẽ pertineret, sicut Paulus de seipso. dicit. 1. ad Cor. 9.

Chrisost.

¶ Tertio modo secũdum quòd Chrysostomus exponit, vt intelligatur illa dominum præcepisse, quantũ ad illã iussionem qua mittebantur ad prædicandum Iudæis, vt per hoc exercerentur ad confidendum de virtute ipsius, qui eis absq; sumptibus prouideret.

Opponit ĩ. contrariũ.

Sed contra istam solutionem quo ad illam partem in qua dicitur, quod dominus non præcipiendo, sed permittendo dixerit, licet ab Augustin. sit sumpta, arguũt aliqui veritatis inimici, & dicũt illud esse falsum, & contra euangelistas & sanctos doctores. Dicitur. n. Lucę. 10. hos 12. misit præcipiens dixit. In viam gentium ne abieritis, & paucis subditur. nolite possidere aurum, nec argentum &c. Et Ambrosius super Lucã super illud. nolite possidere aurũ &c. dicit. Si prohibemur aurum possidere, quid eripere quid auferre si quod habes donare præcipiens quemadmodum auges quod nõ habes. Item super illud act. 2. aurum & argentum non est &c. Dicit gl. memores præcepti illius nolite possidere &c.

Ambro.
Respõdet. S. Tho.

¶ Respondetur quod dicta Augu. stant in varietate & per consequens sancti Thom. qui illum inducit. Argumenta autem facta per aduersarios procedũt per æquiuocationem, siue per diuersam acceptionem huius nominis præcepti. Nã omnes authoritates in quibus dicitur dominum præcepisse, nolite possidere &c. de præcepto large accepto, siue pro permissione, ſm dictam expositionem Augustini. de consensu euangelistarum siue pro consilio, vt reducatur ad illud. Si vis perfectus esse &c. intelligũtur. Si vero pro præcepto proprie dicto debent intelligi, non nisi ad tempus quantum ad illam missionem, qua mittebãtur ad prædicandum Iudæis, præcipiebatur vt per hoc excitarentur ad confidendum de virtute ipsius, quod eis absq; sumptibus prouideret secũdum expositionem Chrysostomi. In sensu aũt mystico habent rationem præcepti propriè dicti, quòd. s. prædicatores nõ innitantur. vt dictum est principaliter sapientię & eloquentiæ, q̃ per aurũ & argentũ designantur. Et sic patet quòd authoritates inductæ nõ faciũt cõtra, si rectè intelligantur. Breuius autem respõderi posset ad illam primam rationem iuxta S. Th. in. 2. 2. q. 188. arg. 7. q. licet dominus, hmõi non importari in via ab his qui mittebantur ad predicandum ordinauerit, nõ tamen ea in communi seruari ꝓhibuit. Et ita bene diximus quod consequentia facta non procedebat.

Chrys.
S. Thom.
Ad secũdũ

¶ Ad secundam respondetur. Negatur etiam consequentia. Et ratio est iuxta S. Tho. quia per hoc quòd Deus dicit. nolite soliciti esse in crastinũ, nõ intelligitur. quòd nihil reseruetur in futurũ, hoc . n. periculosum esse beatus Antonius in collationibus patrũ ostẽdit dicens. quod priuationem omnium facultatum ita sectantes, vt ex ipsis, nec vnius quidem dici victum sibimet

vnum

vnumve denarium superesse paterentur & alia huiusmodi facientes. Ita vidimus repente deceptos vt acceptum opus non potuerũt congruo exitu terminare. Et vt ẜm Aug. sic præceptũ fuit apostolis pecuniã nõ esse ferẽdã in zonis, sicut præceptũ fuit in crastinũ non esse cogitãdũ vel seruandũ planũ est aũt nõ sic præceptum esse in crastinum non est cogitandũ, ꝙ pecunia ad vsum necessaria à sanctis non seruaretur, sed ne propter temporalia bona iustitia deseratur. ¶ Ad tertium respondetur negando minorem quoniam maior paupertas nõ arguit simpliciter maiorem perfectionem, vt deducit S. Th. in. 2. 2. q. 187. ar. 7. Lege. ¶ [Dilectissimus Clemẽs] supple. salutem & apostolicam benedictionem. Ex humilitate supponit nomen suum Clemens. quia maior Iacobo rõne prælationis. Sed nunc apostolicus semper præponit nomen suũ. Hug. [Communis enim vita.] secunda pars. [necessaria est]. i. vtilis ad regnum Dei facilius consequendum cum in vita cõmuni nulla cura rei familiaris quis impediatur, quæ vix sine peccato administrari põt. 25. dist. qualis. Hu. & Archi. ¶ Pro

Ad tertiũ.

Exponit literam.

Quæstio.

Responde.

12 pleniori intelligẽtia. Queruntur duo † primũ est de laude vitæ communis. secũdum est de fructu eiusdem. Circa primũ attendendum ꝙ in statu naturæ ante peccatum erãt omnia communia. vnde Isidorus. ius naturale communis omnium possessio sicut habetur. s. dist. 1. & glossatur ante peccatum. Item in primordijs status gratiæ erat ista communitas act. 4. Erant illis omnia cõmunia. Et patet hic in litera. Et hoc videtur durasse vsq; ad tempora Cõstantini sicut colligitur in hac causa. Item in statu futurę gloriæ erũt omnia communia. vnde Beda super illud act. 4. Qui ita viuunt vt sint omnia communia in domo cenobitæ vocantur, quæ vita tanto felicior est, quantum statum futurum imitatur, in quo erunt omnia communia. Cum ergo non sit reperire meliorem statũ naturæ, quam ante peccatum, nec gratiæ, quẽ primitiuũ. nec gloriæ. quam futurũ manifestum est quod felix status est vitæ cõmunis. quæ status naturæ gratiæ & glorię imitatur. ¶ Cir

Beda.

13 ca ẜm est notãdũ † ꝙ proprietas frequenter est occasio turbationis cum proximo, vnde Seneca. Quietissimè homines viderent si tollerẽtur hæc duo pronominia meũ & tuũ. ¶ Secundo dat occasionem victoriæ inimico. quia per proprium potest inimicus eum tenere sicut tenetur quis ab aduersario per vestem. Gregorius. dum vestitus cum nudo luctatur tutius deijcitur, quia habet vnde teneatur. ¶ Tertio impedit animum ab his quæ Dei sunt. vbi. n. est thesaurus hominis, ibi est & cor eius. & sic retrahitur à Deo. Econtrario. Ex cõmunicate sequitur triplex fructus. s. pax cum proximo, securitas ab hoste, & libertas in Deum. [communis vsus] prima ratio. [debuit] iure naturali a. [vel debuit. i. expediẽs fuit.] Hu. [p̱ p iniquitatẽ] nõ ꝙ iniquũ sit habere in ꝓpriocũ multi sancti fuerint in veteri testamento, & in nouo, q habuerũt diuitias in proprio, iustè & sanctè, absq; iniquitate. Sed dr̃ per iniquitatẽ, quia in statu innocẽtiæ Adã pro sua posteritate posse disse omnia, & habuisset ad communem vitam sui, & vxoris & filiorum, & familiæ. Sed per iniquitatem & peccatum eius facta est diuisio patris Adæ à suo filio Cain, & ædificauit sibi propriam ciuitatem, & sic deinceps per generationes diuisa est terra, vt patet Gen. 4. Dumq; post diluuiũ esset communitas Noe & filiorum suorum, per iniquitatem cham facta est diuisio Gen. 9. Dumq; nembroth malus esset, & oppressor hominum per suam iniquitatem aliorum bona sibi ap ꝓpriauit, cuius regni principium fuit babylon. Gen. 10. Dumque terra esset vnius labij, per iniquitatem superbię ędificantium turrim facta est diuisio linguarum & terrarum, in quas dispersi sunt homines, vt patet Gen. 11. habere tamen in ꝓprio non est iniquitas. Filij Israel habuerũt proprias hæreditates secũdum ꝙ Deus voluit qui non est actor iniquitatis. de hoc etiam supra. di 8. [deniq;.] secunda ratio [grecorũ]. s. plato, qui dixit ꝙ in ciuitate bene ordinata debebãt oĩa esse cõmunia [& coniuges] debent esse cõmunes, non quo ad vsum carnis. Nam hæc reprobat Aristoteles secundo politicorum quia ex hoc sequeretur prolis incertitudo, & honor parentũ tolleretur propter incertitudinẽ quis genuit sequeretur minor dilectio ad filios, & inde orireẽ odiũ inter ciues. nec etiã est lex bona ꝙ coniuges sint communes quo ad obsequium ne obsequendo comittatur adulteriũ, & in obsequendo impediatur matrimonium debitũ non reddendo, sed bene debent esse communes quo ad dilectionem. [sicut aer non potest diuidi.] iure proprietatis, vt. s. dicatur iste aer est meus, ille est tuus, hoc tamen non est simile. vt dicit dominus Guido de aere & solis splendore, quia talia quæ cura nostra non egent,

Seneca.

Goffre.

a ¶ Iure naturali. Q ꝺ est immutabile. ins. de iure naturale. gent. & ciui. §. sed naturalia. spec. de excep. §. 2. ver. sed q̃ro & quod modis dicatur glo. in. c. iu. naturale. ff. de iusti. & iure;

Guido.

nec nostræ operationi subsunt, absque detrimento & dispensatione hominum communiter possidentur, non sic terrenę possessiones, agriculturę, & talia quæ nostra cura indigent, q̃ communiter possessa minus curantur. vt dicit Philosophus secunda politicorum. vnde cõcludit, malum est omnia in ciuitate esse communia [vnde dominus.] tertia ratio. [Ecce quam bonum &c.] vt sint vniti vinculo charitatis gl.

14 Super quam gloss. notat Archidiacon. † quod ista vnitas religionis perfecta est quando versatur in his nouem. s. quando est idem sensus per intellectus humilitatem. vnde apostolus ad ro. 11. Deus pacis & solatij det vobis ipsũ sapere in alterutrum ẜm Iesum Christum. vt vnanimes vno ore honorificetis Deum. ad Cor. etiam dicit omnem intellectum redigenter in obsequium Christi. Et istud est contra proprium sensum de quo dicitur ne innitaris prudẽtiæ tuæ extra. de cõsti. ne innitaris. ¶ Secũdo quia debet esse idẽ affectus per amorem. vnde hic dicitur ꝙ multitudinis credẽtium erat anima vna &c. in vinculo charitatis, & concordiæ vnitũ. & apostolus ad colo. 3. Super omnia charitatẽ habete. quæ est vinculum perfectionis. Et istud est contra priuatum amorem vel odium, quæ q̃nq; humanum peruertunt iudicium. 11. q. 3. 4. ¶ Tertium est ꝙ debet esse eadem voluntas per obedientiæ perfectionem vnde apostolus ad Hebre. Obedite præpositis vestris &c. Et hoc est contra propriam voluntatem, quæ reprobatur in canone. 3. q. 7. iudicet. ¶ Quartum est ꝙ debet esse eadem vnitas per continentiam. vnde Salomon. O quã pulchra est casta generatio cum charitate. quæ castitas alijs virtutibus firmum dat & stabile fundamentũ. Et hoc est contra carnis turpitudinem. de qua dicitur in canone, quod per turpitudinem negatur sanctitas. ¶ Quintum est quod debet esse paupertas per proprietatis abrenũtiationem. vnde hic dicitur. nec quisquam aliquid eorum dicebat esse suum. & hoc est contra temporalium cupiditatem, quæ reprobatur. 46. dis. quasi per totum. ¶ Sextum est quod debent esse ijdẽ mores per regularem obseruantiam, vt sunt silentiũ, & huiusmodi. vnde Esa. 10. dicitur erit opus iustitiæ pax, & cultus, silentiũ, & securitas vsq; in sempiternũ. Esaiæ. 32. Et debent in vna domo vesci, & sub vno tecto dormire, & quiescere. extra de vi. & ho. cle. q̃m. Et istud est contra morum diuersitatem & inordinationem quæ reprobatur in canone. 8. di. quæ contra. &. 12. dist. illa. & 41. distin. quisquis. ¶ Septimum est quod debet esse idem victus & vestitus secũdum religionis discretionem. vnde Aug. in regula. Sicut pascimini ex vno cellario sic induamini ex vno vestiario. & . i. e. necessario. Et hoc est contra colorũ & vestium superfluitatem, quæ prohibet in canone. 44. di. c. 1. quia nec affectatę sordes, nec exquisitæ delicię &c. quod tam de cibis quam de vestibus intelligendũ est. ¶ Octauum est quòd debet esse idem labor, & exercitiũ quantum ad omnes orationes & Dei laudes & huiusmodi. vnde in li. sapien. *bonorum laborum gloriosus est fructus. & hoc est contra negligentiam quæ prohibetur & punitur. 91. dist. clericus. & c. clerici. ¶ Nonum est quòd eadem debet esse correctio. & disciplina secundum regularem sanctionem. vnde salomon. in prouerbijs. Tene disciplinã ne dimittas eam. Et istud est contra superbiam & elationem quæ prohibetur in canone dis. 45. vera. & 46. c. 1. [istius.] quarta ratio. [etiam apostoli] in quo conuincitur error dicentium apostolos nihil possedisse in communi, cum alijs credentibus. [Cor vnum]. i. charitatis & concordiæ vinculo [vnitum.] Hug. & Archi. [erant communia] act. 2. [Omnes vero.] quinta ratio. [ananias autem] actuum. 4. 6. ratio. [digna]. i. vtilia vel necessaria. Hug. [Quapropter.] tertia pars. [mandamus & præcipimus]. i. monemus de hoc dictum est in responsione ad vltimum argumentum primæ quæstionis.

Archid.

*Sapie. 4. a

August.

*Sap. 3. d.



Ecessaria. Ad idem sequitur hoc. c. quod est Eugenij papæ. Summa ꝙ claustra clericorum iuxta ecclesiam sunt cõstruenda. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda ponit, quod oĩum sit vnũ refectoriũ. In tertia quod ministri præficiendi sint moribus adornati. secũda ibi, itaq;. 3. ibi ministri vero. Lege. [¶ Necessaria]. i. honesta vtilis & expediens ad multa. vt mansiones ministrorum ecclesiæ sint iuxta ecclesiã vt opportunius ecclesiæ ministerijs ad sint, communemque vitam ducant, vt minus occupati exterioribus, deuotius diuino officio intendant. vnde propheta hoc prætendens Psal. 132. ait Ecce quam bonum & quam iocũdum &c. [Itaque.] secunda pars. [vnum sit refectorium ac dormitorium] Idem dicitur de

Diuisio.

Exponit literam.

dicitur de conse. dist.5.in omnibus.& distin.32.præter hæc Et dicunt quidam hæc capitula esse intelligēda de monachis & canonicis regularibus, quo ad alios dicunt esse consilium. Ego autem credo quod loquantur de omnibus generaliter, & de iure communi, sed in multis locis derogatum est eis per contrariam consuetudinem, quam papa scit & non im_p bat.imo tacito consensu videtur approbare.vnde non indicā tur rei transgressionis qui singulariter habitant in domibus suis.[Officinę[dicuntur loca in quibus fiunt officia secūdum papam. Archid.[ministri.]tertia pars.i.plebani. Archidiaconi vel œconomi.& huiusmodi.Hu.Lau.Bar.Arch.

Archid. Lauren.

Nec in atrio. §.est.Iste.§.&.capit. sequens inciden ter inducūtur propter.ca. præcedens nec faciunt ad propositum principale gratia. Archid. Lege. ¶[Nec in atrio].i.in cemiterio in ambitu circa ecclesiam q̄m circa maiorem ecclesiam debet esse spatium.40. passuum in circuitu,Circa vero alias capellas.30.vt.17.q.4.sicut antiquitus.[ponantur.]Nam si in habitarent ita prope artifices,laicorum negotijs ac clamoribus perturbaretur frequenter diuinum officium.Turpe etiam est,q̄ iuxta ecclesiam concubitus carnalis siue debitæ copulæ siue illicitæ exerceatur.super ver.[ponantur]dicit Hu.nisi tempore necessitatis,tunc etiam laici solent ibi ædificare & sua propter timorem ibi ponere. Idem Lau & Archid.

Exponit literam.

Nulla. Ad idem sequitur hoc.c. quod est Nicolai papæ. Breue est. Et idem sonat quod præcedens litera patet.Sanctum enim est vt iuxta ecclesiam laicorum habitacula non construantur propter vitanda multa indecentia.

Lauren.

2 *Clerico non est licitum possidere temporalia quorum solicitudo retrahat à cultu diuino.*
4 *Superfluum quomodo diffiniatur.*
5 *Superfluum habere quod sit peccatum.& num.6.& 7.*
8 *Superfluum an sit determandum respectu propriæ necessitatis vel etiam alienæ.*
9 *Laici an sint de sorte domini.*
10 *Funiculus quid dicatur.*
11 *Clerici an possint petere partem hæreditatis paternæ vel maternæ.*

Clericus. Consequenter inducitur ad propositum principale hoc.c. quod est beati Hieronymi in epistola ad nepotianū Summa est in rubro. q̄ clericus nihil seculare possideat.Et diuiditur in duas partes.In prima probat quod dixit ex ipsius nominis interpretatione.In secunda adducit ad hoc etiam probandum ex antiquo & nouo testamento argumenta. secunda ibi. Si autem conclusio.Pro pleniori intelligentia huius.cap.quæruntur duo.

Diuiso.

1 ¶ Primum est vtrum liceat clerico aliquid terrenum possidere.
3 ¶Secundum est vtrum habere superfluum sit peccatum in clerico.

Primū ar. 1 **Ad primum.** Sic proceditur.† Et videtur quod nō liceat clerico aliquod terrenum possidere siue temporale. Et hoc ex præsenti.cap.maximè iuxta rubricam ipsius capituli. ¶In oppositum videtur quia illud non videtur esse prohibitum clericis sine quo vita præsens non subsistit, sed sine possessione aliquorum temporalium vita præsens non transigitur.ergo talia possidere licitum erit clerico.¶ Respondeo dicendum sub certis conclusionibus. Prima est omni homini viuenti in hac vita mortali est licitū aliquid terrenum possidere in proprio,aut in communi.Ista conclusio licet pateat probatur tamen sic: Omnis homo tenetur conseruare vitam suam,& non seipsum interimere. ergo omni homini cuiuscūque sit status licitum est possidere temporalia,siue quibus vita sua conseruari non potest.Consequentia est bona.vnde ad Ephe.*inquit apostolus. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed fouet & nutrit eam & hoc ex amicitia naturali, qua homo tenetur cōseruare vitam suam.Vnde Ambrosius super illud.1.ad tit.sexto. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. beatus Ambrosius ita dicit,temporalia non sunt abijcienda,quando habeantur vitę necessaria & quibus tegamur.patet etiam con clusio secundo ex illo Gen.primo vbi datum est homini dominium super bona temporalia quantum ad sustentationem vitæ.vbi dicitur,timor videtur sit super cuncta animantia terræ.¶ Tertio patet cōclusio quoniam iure naturali in vltima necessitate omnia omnibus sunt communia.ita q̄ quicunque cuiuscūq; status sit in tali necessitate existens rē q̄tūcūq; nec essariā ad vitam potest sibi assumere,ergo conclusio vera. vnde ēt Gen.inquit Deus hoī. de omni ligno paradisi comedes &c. vnde etiā papa Nicolaus de fratribus minoribus loquens in cle.exiji.dicit sic.Sicut nec cæteris,sic nec istis fratribus minoribus iure poli in extremæ necessitatis articulo ad prouidendum sustentamentum naturæ via omnibus extrema necessitas decenter excludit &c.¶ Secūda conclusio. Nulli homini vitę præsentis cuiuscunque conditionis aut status sit siue laicalis siue clericalis est licitum possidere bona temporalia in eis spem suam ponendo.8.q. prima sunt in ecclesia aut q̄ diuinæ dilectioni præponantur distin.30. Hæc autem aut vt propterea iustitia deseratur.vt.j.eod.q.hāc.illa tangūtur in glo.¶ Tertia conclusio.† Clerico nō est licitum possidere temporalia quorū solicitudo retrahat eum & impediat à cultu diuino cui est deputatus. patet ista conclusio ex.capitu.præsenti vbi dicit Hieronymus. Si aliquid habet clericus præter dominum.i.contra,pars eius non erit dominus. Qui autem ita solicitus circa possidenda temporalia vt à diuino cultu retrahatur talis contra dominum dicitur temporalia possidere.vide.j.in.c.duo.His habitis patet ad.c.præsens responsio. cum data sit intelligentia eius.

*Ephe. 5.f

Ambrosius

Secūda cōclusio.

2

Tertia cōclusio.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur.†Et videtur quod clerico non liceat temporalia in superfluo possidere.primo ex c.pręsenti, vbi Hiero. inducit illud.1.ad ti. 6.habentes alimenta,& quibus tegamur,his contenti simus. & habetur.j.eod.q.quo.&.§.3. q.2.& §.4.q.episcopus vbi gloss.qui vltra tendit malum inuenit. ¶ Secūdo dicit Augustinus. Quidquid nobis dedit præter moderatum victum & honestum vestitum,non nobis dedit,sed per nos alijs misit,quæ si nobis retinemus, aliena inuadimus, ergo videtur q̄ superflua retinere non sit licitum clerico.¶ Tertio dicit Hieronymus. Aliena rapere conuincitur,qui superflua pauperibus nō largitur. ergo habere superflua est peccatum, & ita non est licitum.¶In oppositum videtur sic argui posse.illud de se non est peccatum,quod est indifferens.sed habere superflua est indifferens. quia potest bono & malo fine fieri.s.vel_p vtilitate proximi,vel pro dilectione propria,ergo videtur quod non sit peccatum,& per consequens non sit illicitum etiam habere clerico superflua.¶ Respondeo duo sunt facienda.In primo ponetur diffinitio superflui. In secū 4 do ponentur certæ conclusiones †Circa primum notandum est quod superfluum diffinitur sic. Superfluū est quod superest naturę vel personæ secundum rectam & iustam sapientis æstimationem,respectu præsentis vel futuri.Respectu personæ vel naturę dicitur,quia aliquid superfluum est naturæ,qd tamen est necessarium personæ,respectu præsentis vel futuri dicitur,quòd aliquid est superfluum nunc, quod tamen respectu futuri est necessarium & econuerso. secundum rectam æstimationem sapientis dicitur, quia aliquid est superfluum æstimatione mentis bene dispositę quod tamen auarus æstimaret necessarium,non superfluum.Qua diffinitione posita 5 sit ista conclusio.†Superfluum simpliciter & absolute quod nulla ratione est necessarium habere est peccatum omnibus & maximè clericis. patet conclusio ex his, quæ ex his, quæ inducta sunt ex Hieronymo in argumentis quæstionis.patet etiam conclusio ex.capitu.fratrem nostrum,distinctione.86. Cæterum patet. Cum enim multi sunt indigentes talis superflua retinens quæ nulla ratione sunt ei necessaria, videtur agere contra dilectionem frater. de qua dicitur prima Ioan.tertia,filioli mei non diligamus verbo neque lin 6 gua, sed opere & veritate. & ita peccarent. ¶ Secunda conclusio†habere superfluum naturæ simpliciter propter naturam est peccatum, & maximè clericis. patet conclusio. dicit enim Augu.in lib.de libero ar. Tantum satis est quantum exigit modus naturæ in suo genere obseruando. Et pa 7 tet ex gloss.allegata.1.ad tit.5. ¶ Tertia conclusio† habere superfluum naturæ quod est necessarium personæ, non est peccatum. patet conclusio. quia hoc non est habere superfluum simpliciter,sed secūdum quid.Aliquid enim exigit persona, quod non natura & hoc vel ratione infirmitatis vel consuetudinis. vnde August.vtantur diuites consuetudine[infirmitatis suæ]quia si consuetudinē mutant ægrotāt. quemadmodū dicit apostolus. primo ad tit.6.noli abstinere à vino,ad

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū arī

Opponit ī. contrariū.

Respōd.


Prima cōclusio.

Secūda cōclusio. Augu.

Tertia cōclusio.

Aug.

à vino,ad quod forte non commouisset eum, nisi infirmitas fuisset in causa.Sic patet ꝙ aliquid sit necessariũ ratione consuetudinis,vel gradus,vel officij, vel dignitatis circa statum personæ,quod tamen superfluum est naturæ.quæ paucis contenta est.¶ His habitis patet responsio ad omnia argumenta iuxta conclusiones positas.¶ Sed surgit tertia quæstio.† vtrũ
Quæstio. 8 hoc superfluum sit determinandum respectu necessitatis ꝓpriæ.vel etiam alienæ,& videtur quod respectu propriæ quia primo ad Ti.6.habentes alimenta,& quibus tegamur &c.nõ determinat apostolus nisi necessaria propriæ necessitatis. ¶ Secundo quia si superfluum determinaretur respectu etiam
Primũ ar. Secũdũ ar. alienę,t c nihil videtur esse superfluum,quianihil potest habere homo quod non sit sibi necessarium, vel propterse vel propter alios.¶ In oppositum videtur & probatur respectu tam propriæ quam alienę necessitatis sit determinandum sic
Opponit contrariũ. Gregor. otiosum enim verbum vt dicit Gregorius est, quod caret ratione iustæ necessitatis vel intentione piæ vtilitatis. ergo à simili superfluum in rebus est quod non habet in se rationem iustę necessitatis nec intentionem piæ vtilitatis. ¶ Respon-
Respodet. deo dicdum.ꝙ ẽsuperfluum dr̃aliqñ sic,& aliqñ sic.homo.n. potest dupliciter considerari.s. prout est indiuiduum singulare,vel prout est membrum ecclesiæ.Si primo modo est cõclusio quod superfluum determinatur respectu propriæ necessitatis.Et diffinitur sic. Superfluum est quod superest naturæ.Si secundo modo,tunc est conclusio quod superfluum determinatur respectu proprię & alienę necessitatis. & diuiditur sic.Superfluum est quod caret ratione iustę necessitatis,& intẽtione pię vtilitatis. ¶ His habitis dicendum est ad
Ad primũ argu. rationes in oppositum.Ad primam de apostolo.1.ad tit.6.respondetur quòd loquimur secundum primam consideratio nem hominis scilicet in quantum est indiuiduum singulare, tunc enim vt dicit primam conclusio,superfluum determinatur respectu necessitatis propriæ.¶ Ad secundam respondetur quòd forsitã verum est, quod homini bene disposito
Secũdũ ar. nihil est superfluum, quia si totum mundum haberet, bene dispensaret. Et hæc de quæstione. Lege.¶ [Clericus nominis diffinitione].i.interpretatione.Hugo.[de sorte domini
Exponit literam. Quæstio. Respõder. 9 sunt].Sed surgit hic quæstio.† vtrum laici sint de sorte domini. Et videtur quòd sic.dicitur enim in persona hominis iusti.Psal.15.hereditas mea dominus. ¶ Respõdetur quod sic, sed clerici qui cultui diuino sunt deputati specialius dicuntur de sorte eius, secundum Hu.vnde act.1.dicitur.Sortitus est sortem ministerij huius. [nihil extra].i.contra dominum. Hu.& Arc.[habere potest].i.debet.Hu.[ꝓpter dominum,] .i.ꝓpdñim quod tũc contingit iuxta Hu.& gl.si propter diuitias iustitia deseratur, vel in eis homo spem suam ponat.[Si aurum.] Nunquid peccatum est habere ista.Respondetur ꝙ
Quæstio. Respõdet. non dummodo propter ista non dimittatur iustitia vt.j.eod. habebat. & in eis spes specialiter non ponatur.8.q.1.sunt in ecclesia.Hug.& glos. Nihil enim miserius est quam propter numum perdere dominũ, vel loquitur habere in proprio,& de eo qui voto se astrinxit, ꝙ in proprio non haberet,vt vouent religiosi paupertatem. & tunc peccat frangens votũ,vel loquitur de clerico qui ita ista possidet, & amat,vt à diuino seruitio & debito ministerio subtrahitur. qa nemo põt seruire Deo & mammonæ.Matt.6.Et dicatur maledictus homo qui opus Dei facit fraudulenter.Hie.47. Et ita intelligitur ꝙ dicitur ꝙ non dedignatur &c. scilicet si propterea deseratur iustitia,aut diuinus cultus negligatur vel in eis principalis intentio fundetur.[Si autem ego.]secunda pars.[funiculus.]
11 †hic est vt dicit glo. mensura qua diuidebatur hæreditas post funus defuncti secundum * illud funes ceciderunt mihi in
*Psa.15. b preclaris.Psal. vnde alludit ad ea quæ antiquitus consueuerũt fieri.s.quod possessiones funibus diuidebantur. Hug.[non accipio] id est non debeo accipere partes &c. quia hic videtur
11 lar.†ꝙ clerici non possunt petere partem hæreditatis paternę vel maternæ. ¶ Sed surgit hic quæstio. vtrum hoc sit verũ.
Quæstio. Opponit. Et videtur ꝙ sic.j.e.q.cui.§.de rebus. Sed in oppositũ est.j. e. q.3.placuit.&.q.5.fixum.Nam etiam monachi & canonici regulares iuste petunt, nec repelli possunt ab hæreditate paterna, vel materna,vt.18.q.1.statutum.&.22.quæstione.tertia.præsens.&.18.quæstione tertia.non liceat.quod ergo hic
Respõdet. dicitur intelligitur vt dicit Hugo. secundum consilium perfectionis vel secundum vetus testamentum, quando leuitæ tantum de decimis & primitijs, & oblationibus erant contẽti.vnde in terra promissionis non acceperunt partem possessionum inter alias tribus. Aut loquitur de his qui abrenuntiauerũt proprijs.Isti tñ si additi sunt alicui ecclesiæ nõ priuanẽ parte sua,sed nõ cedit in suã ꝓprietatẽ sed ecclesiæ,& ecclesia nomine eius recipit.18.q.1.cap.1.vt dicit gl. [habens victum]inducit authoritatem apostoli contentus ero. Hic surgit quæstio.quid contineatur hic verbis apostoli.quoniam si tantum cibus & vestitus, tunc clerici non possent habere libros,equum siue equos,& alia huiusmodi sine peccato. Respondetur ꝙ nomine alimentorum & tegmentorum intelliguntur omnia homini necessaria tam propter se quam propter alios[nudam crucem].i.nudum Christũ.s. pauperẽ crucifixum.35.dist.ecclesiæ.&.12.q.2.gloria.Hug. Quæstio. Respõdet.



Cui portio. Ad idem est hoc.ca.quod est beati Ambrosij in lib.de fuga seculi.Sũma est quòd nihil præter Deum principaliter debet amare vel quærere qui eius seruitio deputatus est.Et diuiditur hoc.cap.in tres partes.In 1.ponit quod dictũ est. In secunda assignat rationem.In tertia declarat quę sit vera in sacerdote fuga seculi.secũda ibi,quod enim.tertia ibi,hæc enim vera.Lege.[Cui Deus est portio.] Deus per gratiam est portio iusto rum qui hic fide viuunt.Psal.* portio mea sit in terra viuentium.sed specialius & principalius est clericorum,qui ad eius cultum sunt deputati.[nihil curare debet nisi Deum.]quia vt dicit Hieronymus ꝑfectus seruus Christi nihil præter Christũ habet,aut si præter Christũ habet perfectus non est,& si ꝑfectus non est cũ se ꝑfectũ pollicitus sit Deo, mẽtitus est. Et dicit Aug. minus te amat ꝙ nõ ꝑ te amat. Arc.Sed hoc capitulum intelligitur vel de consilio,vel de abrenuntiantibus secundum Hu.[necessitatis].i.solicitudinis.glo. & Arc. [minuere]id est officio.Hu.[quod enim]secũda pars.[quod enim cõfertur].i.cõceditur.[ad alia officia.]scilicet secularia, hoc religionis cultui ad quem clerici deputantur [decerpitur].i.subtrahitur.quia secularia negotia cogitans diuisus est. 1.ad Cor.6.vnde Mat.6.dicitur. Nemo potest duobus dominis seruire. cui dubium quod quantum clericus alijs officijs intendit,tantum se à diuinis subtrahit.Pluribus(enim)intentus minor est ad singula sensus.[Hęc enim est.]hæc est tertia pars.[fuga seculi] in sacerdote abdicatio [domesticorum].i. eorum qui carne propinqui sunt. quia multum frequenter retrahunt & impediũt à diuino officio [caro & sanguis]quæ regnum Dei non possidebunt.1.ad Cor.15.[vt suis se abneget] quo ad carnalem affectum. vt.18.quæstione.2.diffinimus. Hugu. quibus tamen vt pauperibus propensius quam alijs benefacere tenemur, vt distinctione.86. non satis,non tamen propter carnalem affectum,sed propter naturã.Hug.
Diuisio. Exponit literam. *Psal.28.b Hiero. August. Versus.

1 *Corona clericorum vnde habuerit originem.*
2 *Clerici non debent nutrire comam.*
3 *Rasio capitis in clericis quid denotet.& num.4.*
5 *Laici possunt possidere temporalia etiam quo ad proprietatẽ.*
6 *Declinare à malo non sufficit ad vitam æternam nisi quis faciat bonum.*



Duo sunt. Adidẽ sequitur hoc.ca.quod est beati Hieronymi ad quendam suũ leuitam,de duobus generibus Christianorũ.Sũma est ꝙ distinctio duplici genere Christianorũ dicit,ꝙ clerici debent esse longe à strepitu negotiorũ mũdi.Et diuiditur in duas partes principales. In prima loquĩ de primo genere Christianorũ qui sunt clerici,& dicit ad eos spectare à strepitu temporalium cessare. In secũda loquitur de secũdo genere.qui sunt laici,& dicit quid ad eos spectat.secũda ibi,aliud vero genus. Lege.¶ [Duo sunt genera].i.ecclesiasticum & seculare, vel laicale.vt di.61.quid proderit. Hu.oẽs.n. Christiani aut sunt clerici,aut laici. [aut oĩum strepitu]quia clerici in sortem domini vocati sunt,vt libere Deo seruiant,longe debent esse à strepitu negotiorũ.vñ apostolus secũda ad ti.2.ait.Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus]vt sunt clerici & Deo deuoti, videlicet conuersi].s.qui ex laicis facti sunt ecclesiasticæ ꝑsonæ. Et iõ dicũtur Deo deuoti,nõ ꝙ oẽs tenentur ad continentiã seruendam. Quidam.n.illorũ sunt professi quidã non,vt.27.q.1.vt lex. Hu.[elegit]specialius.s.quã laicus. Hu.vnde eis dr̃.2.Para.19.nos eligit dominus,vt ministremus ei [sunt reges].i.esse debent.2.q.1.scelus Archi.& prima Petri secundo,vos estis genus electum, regale sacerdotium,gens sancta,& Apoca.1.fecit nos regnum & sacerdotes, quia debet se & alios virtuosè regere, & vitijs non subiacere [& ita in Deo] id est à Deo [& hoc designat corona].i.
Diuisio. Exponit literam.

corona].i.circulus capillorum in modum coronę[ecclesię ro
1 manæ] dicitur gentiles ad ignominiam raserunt caput Pe-
tro desuper in modum spheræ, ipse vero hoc vertit ad
memoriam passionis Christi, qui spineam coronam in
capite portauit, & in honore ecclesiæ assumpsit, & vt om-
nes clerici hoc haberent instituit[in Christo]id est à Christo
Hu.rasio temporalium omnium depositio,quo ad curam &
solicitudinem saltem vltra necessaria. Hug.42.disti.§.1.Arc.
† Clerici enim non debent comam nutrire in signum ꝙ su-
2 perflua temporalium debent abijcere in cuius signum dictũ
Quæstio. est filijs leui ꝙ raderent pilos carnis suæ.nume.8.¶Sed sur-
3 git hic quæstio .vtrũ hoc sit verum † ꝙ rasio capitis est tem-
poralium omnium depositio.Et videtur ꝙ sic.primo ex pręsenti.ca.in quo videtur ꝙ tonsurę siue rasurę sit annexa tem-
Primũ ar. / Secũdũ ar. poralium omnium abrenutiatio. ¶ Secundo sic.clerici cum
coronantur dicunt,dominus pars hęreditatis meæ.Sed sicut
dicit Hieronymus.s. in ca.clericus.dominus cum illis tem-
poralibus pars esse dedignatur.ergo per rasuram ipsam capi-
Tertiũ ar. tis est ipsa rerum temporalium abrenuntiatio.¶ Tertio sic
ad maiorem perfectionem tenentur clerici noui testamenti,
quam veteris . vnde dominus ait Matth.5.nisi iustitia vestra
abundauerit super iustitiam Pharisæorum &c.Sed clerici ve
teris testamenti non habebant partem hæreditatis cum fra-
tribus suis . Eis enim dominus dixit Nu.18.In terra eorum
nihil possidebitis nec habebitis partem inter eos.ergo cleri-
Opponit i contrariũ. ci siue ministri noui testamenti minus debent habere. ¶ In
oppositum est ꝙ Hieremias fuit de ordine sacerdotali, vt pa
tet Hierem.1. Et tamen ipse habuit possessionem iure hære
ditatis . vt patet Hiere.32.ergo clerici possunt habere patri-
monialia bona.secundo.1.q.2.c.clericos illos conuenit eccle
siæ stipendijs sustentari quibus parentum & propinquorum
bona nulla suffragãtur &c.¶ Respondeo dicendum sub ista
Respõdet. 4 conclusione † ꝙ rasio capitis siue tonsurę non est abrenun-
tiatio temporalium annexa.probatur conclusio secũdum san
S. Thom. ctum Thom.in.4.quia terrenorum possessio non contraria-
tur diuino cultui ad quem clerici deputantur,sed nimia eorũ
solicitudo. quia vt dicit Gregorius affectus in crimine est.
Grego. Notandum enim circa clericos.quod habentium tonsuram
clericalem quidam profitentur regularem vitam & de istis
est conclusio. quod istis non licet habere proprium patet cõ
clusio extra de stá.mo. cum ad monasteriorum vbi dicitur
prohibemus districte in virtute obedientiæ sub obtestatio-
ne diuini iudicij ne quis monachorum proprium aliquo mo-
do possideat.Et de talibus est conclusio.quòd statui istorum
annexa est abrenuntiatio temporalium . De clericis autem
qui non profitentur vitam regularem est conclusio.quod li-
citum est eis habere proprium.vt,s.circa.c.1.huius quæstio-
nis dictum est,ista conclusio patet.1.q.2.pastor.&.c.sequenti
& j.e.q.episcopi . Et sic patet ꝙ clerici possunt habere pro-
prium decet tamen eos quòd de proprio minus sint soliciti
quam laici , & quòd de illo liberalius pauperibus eleemosy-
nas tribuant.& sic patet quod temporalium abrenuntiatio tõ
surę non sit annexa,licet sit signum quòd minus debeant cle
rici circa terrena affici. ¶ Ad rationes in oppositum.Ad pri-
Ad primũ argu. mam de præsenti.ca.Respondetur ꝙ intelligitur quo ad curã
& solicitudinem saltem vltra necessaria. vt dicit Hugo.vnde
sequitur in text.illi enim victu & vestitu contenti.¶ Ad se-
Ad secũdũ S. Thom. cundam respondetur iuxta sanctum Tho. & iuxta ea quæ di
cta sunt.s.eod.q.capi.clericus.dominus dedignatur pars fieri
vt ex æquo cũ alijs diligatur . Ita scilicet quod aliquis ponat
finem suum in Deo,& in rebus mundi,non tamen dedigna-
tur fieri pars eorum,qui res mundi ita possident,quòd per ea
à cultu diuino non retrahuntur. ¶ Ad tertiam respondetur
Ad tertiũ quod ministri veteris testamenti bene possidebant propria,
& habebant ius in hæreditate paterna,sed ideo non accepe-
runt partem cum alijs tribubus, quia erant per omnes tribus
dispergendi ad diuinum cultum , quod fieri non potuis-
set si vnam determinatam partem terrę accepissent,sicut alię
tribus.vide de ista materia.s.di.23.circa.c.prohibete.Sequi-
tur in litera.[nullam partem]clerici nõ habent proprietatem
rerum ecclesiasticarum,sed vsum & procurationem vt.j.eo.
si priuatum. &.q.2. fine exceptione, vel loquitur de consilio
perfectionis vel de clericis qui abrenuntiauerunt proprijs,
vel loquitur secundum statum primitiuæ ecclesiæ. Respicit
ergo hoc dictum Hieronymi originem nascentis ecclesiæ,
non consuetudinem secundum Hu.quia modo non obserua
tur.[communia.]quasi non propria.vel communia.i.tempo
re necessitatis alijs communicanda . vt disti.47.sicut Hugo.

[Aliud vero genus.] secunda pars.[nisi visum.]¶Sed surgit
5 quæstio.vtrum sit verum † videlicet ꝙ laicis non sit licitum Quæstio.
possidere temporalia quãtum ad proprietetem,sed ad vsum
tantum . Et videtur ꝙ non quia laici in his quæ iustè possi-
dent habent ius & dominium,& in hoc non culpantur.¶ In Oppon it & Respõ.
oppositum videtur text. præsentis.c.¶ Respondeo ꝙ laicis
licitum est etiam quo ad proprietatem temporalia possidere
Et ad c.hoc respondetur. primo secundum Hug. ꝙ per hæc
verba non remouet proprietatem & dominium rerum
possessarum à laicis sed tantum auaritiam & tenacitatem.
¶ Secundo respondetur ꝙ per hoc quòd dicitur ad vsum
prohibetur possessio temporalium ad fruendum , non enim
fruendum est eis sicut faciunt qui in diuitijs finem suum po
nunt.Nam vt dicitur Prouer.11.qui confidit in diuitijs cor-
ruet.sed vtendum est eis pro se & alijs in ordine ad Deũ,quo
solo fruendum est. Et ꝙ iste sit intellectus patet ex sequenti
bus cũ ait.[nihil enim miserius quam propter numũ Deũ
contemnere in pauperibus suis.]quod faciunt auari.[his con
cessum est .] cętera patent quæ licet multa eorum clericis
6 etiam conueniant,laicis tamen regularius & generalius [be-
nefaciendo]ar.†quod non sufficit ad vitam æternam. decli-
nare à malo,nisi quis faciat bonum.vt.22.quęstione.5.de for
ma.Hugu.

1 *Monachus episcopus tenetur ad vitam monachalem.*
2 *Clerici coniugati an debeant recipere stipendia ab ecclesia .*



Via tua. Ad idem sequitur hoc.cap.quod est Gregorij in registro , qui respondet Augustino episcopo anglorum.Casus
Casus. est iste secundum Hu. iste Aug. erat monachus
& episcopus anglorum. Tandẽ clerici eius con
tulerũt in arbitrium eius,an vellet eos retinere
propria, an renũtiare proprijs,& communem ducere vitam.
Consuluit ille papam quid agendum esset in tali casu,nũc pa
pa rescribit ei, & dicit vt faciat eos abrenuntiare proprijs &
communem ducere vitam apostolorũ . Et diuiditur in tres
Diuisio partes.In prima ponit quod dictum est . In secunda instruit,
ꝙ clerici qui nolunt continenter viuere exterius stipendia
habere. In tertia ostendit ꝙ viuẽtes in communi portiones
distinctas habere non debeant , nec debeat soluere decimas,
aut oblationes , cum quidquid superest debeat dari pauperi-
bus. secunda ibi, si quis vero.tertia ibi,communiter autem.
Lege.¶[Quia tua monasterijs regulis.]monachus erat iste.
Exponit literam. [seorsum non debet fieri] cum illi velint suscipere vitã tuã.
id est eundem ordinem & habitum,& vitam tecum,qui mo
nachus es, debes te eis conformare ex quo volunt suscipere
& communiter viuere . Est ar.†ꝙ monachus factus episco-
pus tenetur ad vitam monachalem 18. q.1.c.1.secundũ Hu.
Lauren. Archid. Lau.& Archid. Sed quomodo hoc sit intelligendum disputa
bitur post in dicto.ca.[possidebant.]sic.s.eo.ca.2.[illis com
munia]act.4.[Si quis.]secunda pars[extra sacros]quia consti
tuti in sacris ordinibus habent votum continentiæ annexũ,
propter quod non licet eos vxores ducere]. [non possunt] de
facili, vel nolunt Hug. [sortiri vxores debent]si nolunt con
tinenter viuere[vel debent].i.possunt de iure.vt.ff.de iudi.si
2 iudex.Hug.[accipere exterius debent]scilicet possunt vel ꝑ-
mittuntur.¶ Sed surgit hic quæst. † vtrum clerici coniugati Quæstio.
debeant recipere stipendia ab ecclesia. Et videtur ꝙ sic.ex.c.
præsenti. ¶ In oppositũ videtur capitulũ primum.ex.de cl.
coniug.¶Respondeo dicendum ꝙ clerici coniugati non de Oppon.& Respõdet.
bent ab ecclesia suscipere stipendia . Quod vero hic dicitur.
respondetur secundum gloss. quòd olim obtinuit , sed nunc
euacuatum est.& iam non tenet . Et ista sententia est etiam
Vincen.& Inn. imo dicitur Hu.ꝙ nũquam de iure obtinuit, Vincen. Innocen.
scilicet ꝙ cõiugati clerici haberẽt beneficia ecclesiastica. Sed
loquit hic canon de clericis vxoratis pauperibus . quibus ec-
clesia tenetur prouidere & alijs pauperibus,specialius tamen
quia ecclesiæ deseruiũt.dat ergo ecclesia inis coniugatis tanq̃
eleemosinã nõ tanq̃ ꝑbẽdã debitã assignatã rõne officij cleri
calis.[de eorum stipendio .] scilicet quod datur eis , non vt
clericis , sed vt pauperibus secundum gloss. [Cogitandum
ab ecclesia. & sub ecclesiastica regula.ar.quòd huiusmodi ec
clesiastici teneantur viuere clericaliter . debent ergo habere
tonsuram , & vestem talarem , nec debent negotiari, nec
exercere negotia secularia inhibita clericis , si hoc fece-
rint debent excommunicari.ar.vigesimo.quæstio.3.eos qui,
& distinct.81.dictum.Præterea non possunt cõueniri coram


iudice seculari, qa sunt de ecclesiastico foro, nec possunt ver- berari sine sacrilegio. Hu. [canendis psalmis.] non tñ credo quòd tenantur ad officiandum ecclesiam, nisi forte beneficium ob hoc habeant assignatum, licet non clerici illius ecclesiæ. Hugo. de hoc. 92. di. cap. vlt. & ex de cele. mis. c. 1. in vltima gl. & super ea per Io. An. [Communiter aũt] tertia pars quasi diceret ita fieri debet de coniugatis. sed secus de illis. qui volunt remanere in ecclesia & viuere continenter, & communiter. Ipsi enim non tenentur ad portiones faciendas, cum communiter debeant viuere, & cũ quidquid superest debet in eleemosynam erogare. Et hoc est quod sequitur [exhibenda & adimplenda.] Ad hæc duo tenentur, sed nõ ad portiones faciendas, quæ fiũt inter illos, qui non viuunt communiter. Hu. Lau. & Archi. [quid erit loquendũ nobis] quasi nihil de portionibus quæ singulis per se viuentibus assignantur. [faciendis.] cum fieri non debeat. Hug. [quod superest]. i superabũdat. [necessitatibus] quia necessaria non tenetur qs vllo præcepto sibi subtrahere ar. 42. §. 1. & dist. 86. non satis. in fi. [dicente] lucæ. 6. & Mat. 16. bene dicit [superest] quia vitæ necessaria non debet quis sibi subtrahere.

Ioã. And.

Lauren. Archid.

1 *Communitas an fuerit apud omnes Christianos in primitiua ecclesia.*

2 *Fidelis an peccet magis & grauius quam infidelis.*



Cimus. Ad idem est hoc. c. quod est Vrbani papæ. Summa. clerici debent habere vitam communem, & nihil habere in proprio. Et diuiditur hoc. ca in duas partes. In prima narrat qualiter in primitiua ecclesia omnes Christiani quasi habebant vitam communem. In secunda hortatur vt illi qui illa vouerũt obseruent. secunda ibi, quicũque. Lege tex. ¶ [Scimus hactenus]. s. post Christi ascensionem, & receptionem spiritus sancti in principio nascentis ecclesiæ. [inter omnes Christianos]. Hic surgit quæstio. vtrum † hoc sit verum ꝙ communitas illa esset apud omnes Christianos in ecclesia primitiua. Et videtur ꝙ sic ex præsenti tex. ¶ In oppositum est dictum Aug. ¶ Respondeo dicendum ꝙ videtur ꝙ non fuerit illa communitas nisi apud ecclesiam de Iudæis, quod colligitur ex eo ꝙ Paulus faciens collectas apud cõuersos de gentibus pro illis de Iudea dicebat Cor. 9. vnusquisq; prout destinauit in corde suo: ergo vnusquisq; proprium habebat. Fuit autem huius rei ratio multiplex. primo ratione perfectionis, maior enim gratia spiritus sancti effusa est in Iudæa quam in gentibus quæ eos ita fecit ebrios charitate & ad tantam promouit perfectionem vt omnia contemnerent pro amore Dei. & propter amorem proximorũ quibus vt omnia melius communicare possent, vendebant possessiones & ponebant prætia in potestate apostolorum, vt distribuerent alijs sicut patet Act. 2. & 4. ¶ Secũdo ratione persecutionis futuræ in Iudea, quam preuidentes apostoli noluerũt illic aliquid possidere à se vel à discipulis, vt habiliores essent ad transmigrãdum, vt. j. eod. q. futuram. ¶ Tertio ratione exempli. Cum enim ab illis de Iudæa descẽdisset primo fides, Christi iustũ est, vt & ipsi maioris exempla perfectionis haberent vt efficacius per ipsos dilataretur ecclesia vbique. Esaiæ. 40. super montem excelsum. s. perfectionis ascende tu qui euangelizas sion. ¶ Ad argu. in oppositum de litera præsenti respondetur. quod cum apud omnes Christianos intelligatur de conuersis de Iudæa vel dicatur apud omnes id est, pro magna parte. vide Vlrhicum si clericus potest habere proprium vitæ communis. Act. 4. [& adhuc gratia Dei]. i. per gratiam. Hu. [in clericos] qui proprijs renũtiauerunt. Hu. sicut in actibus. 4. [Quicunq;] tertia pars [melius est] alias sanctius electiuè tenetur. Hu. Arc. quoniam in vouendo non peccat cum votum sit voluntatis. sed transgrediendo peccat, & ita nulla est cõparatio, quia cum reddere sit necessitatis in non reddendo graue peccatum committit [grauius] quia plus contemnũt post votum. ¶ Sed hic surgit quæstio. † vtrum magis & grauius peccet fidelis quam infidelis. Et ꝙ fidelis accipitur ex præsenti litera. secũdo ex illo apostoli. 1 ad Corin. 2. melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ quam post cognitionem retrorsum conuerti. vt de pe. dist. 4. c. si refugientes. ¶ Ad istam quæstionem præter ea q̃ dicta sunt circa. c. quarto. 6. q. 1. Respondetur quòd dupliciter potest fieri comparatio inter fidelem & infidelem. Aut comparando peccatum infidelis quo. s. peccat peccato infidelitatis, ad peccatum fidelis, quo peccat peccato. s. auaritiæ vel luxuriæ. salua fide saltem informi, & tũc est conclusio, ꝙ magis peccat infidelis quam fidelis, quanto grauius est peccatum infidelitatis omni alio peccato. vnde melius est habere fidem informem, quam non habere. Aut possumus comparare fidelem ad infidelem in eodem genere peccati, vtputa quia ambo peccant peccato adulterij, & tunc est secunda conclu. ꝑ grauius peccat fidelis quam infidelis. patet conclusio. 1. quia fidelis habet maiorem notitiam, & sic magis ex certa sciẽtia peccat. secundo quia magis ingratus est habens donum fidei cui plus dedit Deus. Tum tertio quia sacramẽta Christi quę suscepit indignus violat, & fedat, & ita nunc patet quid nunc dicendum est. Circa hoc. c. disputat aliqua Arch. à quibus supersedemus vsque alias, est locus aptior disputandi de illis sic 27. proposito.

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio.

Opponit & Respõ.

Ad argu.

Vlrichus.

Archid.

Quæstio.

Respõdet.



Olo. Ad idem sequitur hoc. c. quod est beati Aug. in sermone de communi vita clericorum. summa est quod clericus debet carere proprio & vitam communem ducere, & si habuerit proprium puniatur. Et diuiditur in tres partes. In prima narrat casum retractationis & causam. in secunda de illis qui sponte renuntiauerunt tamen postea habuerunt propria. in tertia minatur eis depositionem. secunda ibi, nulli liceat. tertia ibi, qui habuerit proprium. ¶ Pro intelligentia huius. c. Est primo sciendũ quod Aug. factus episcopus monasterium instituit clericorũ quos voluit viuere secundum regulam sub sanctis apostolis cõstitutam, vt non haberent proprium sed essent eis omnia cõia, vt patet in vita eius, & ita in primis statuit ꝙ nullũ ordinaret nisi abrenũtiaret ꝓprijs, vt. j. e. q. certe. sed hęc constitutio erat multis occasio peccandi, quia multi diligentes clericatũ abrenũtiabãt exterius vt ordinari possent & postea occulte bebant propria. & ita mortaliter peccabant. Quod intelligẽs Aug. mutauit consilium, & retractauit constitutionem quo ad promouendos, & statuit contrarium. s. vt ordinaret clericos quamuis abrenũtiarent proprijs, sed non statuit contrarium de iam promotis. s. vt permitteret illos qui abrenuntiauerũt proprijs habere propria. sed de promouendis, procedẽte vero tempore multi propria voluntate moti abrenuntiauerũt proprijs. Et ita confirmauit primam constitutionem præcipiens clericis, vt nullus habeat proprium, & si habuerit non possit facere testamentum, sed deponatur. Lege. ¶ [Nolo occasionem.] ratione nostræ constitutionis de qua. j. eo. ca. certe. Nam illa constitutio prima multis erat occasio peccandi. & ideo eam reuocauerat Au. & sic hic ostẽditur causa retractationis. Hu. [prouidemus bona & c.] non vt inde laudemur. sed vt videntes inde exemplum accipiant & glorificent patrem, qui in cœlis, est vt. j. e. q. 2. quatuor. Quidquid enim in animo agatur id foris debemus facere, quod possit alijs prodesse. vt. 23. q. prima. paratus. & distinction. 43. in mãdatis [duæ res] patet litera. [nulli] secũda pars scilicet illorum qui proprijs renuntiauerũt quibus non licet habere propriũ, a nec peculium nisi de licentia sui superioris[a] quod si aliter habuerit, & in vita non pęnituerit ecclesiastica non carebit sepultura. Hugo. quòd autem professi non debet habere enthecam id est pecuniam probat, quia nec etiam episcopi de quibus videretur magis quod deberent habere, quia licitè possunt habere propria, & hoc est [non est episcoporum seruare] non dicit habere, quia habere possunt, vt. j. eod. exemplũ [habebat] & seruare etiam possunt cum non instat necessitas indigendi, & postea in necessitates erogant indigentibus. vt inf ra eod. q. habebat. & q. 2. aurum. [& à se reuocare] id est repellere, & intellige hæc duo coniunctim. Nam vt dixi seruare possunt, sed non sibi non in necessitate [pauperum vel captiuorum, imo alienam inopiam suam debet æstimare. vt distinctione. 86. fratrem [non seruire cupiditati] sed seruare in necessitate. vt distinctio. 47. cap. sicut [non habemus ergo enthecam] quasi diceret, qa episcopi qui propria habere possunt non debent habere enthecam, ergo multo minus licet nobis, qui abrenũtiamus, & hoc est, non ergo habemus. Hu. Laurent. & Archid. [Qui habuerit proprium]. 3. pars proprium post votum. [parum est & c.] quasi diceret non satis puniretur si simpliciter eum à mea societate expellerem. sed plus [nec clericus erit] id est remanebit id est degradabo eum, & loquitur de professis [dixeram] retractando primam institutionem, vt. j. e. q. certe. Et hinc patet ꝙ illud. c. pręcessit istud [socialem]. i. communem vitam [meum.] id est proprijs abrenuntiare & in communi viuere non illis tollerem [clericatum]. i. non ideo eos prohiberem à clericatu, i. non ideo dimit-

Diuisio.

Exponit literam.

a ¶ Nisi de licẽtia. adde. P. de Anc. in c. nuper nu. 11. de deci. & quod fratres possunt se inhabilitare per statutũ super acquisitiõe possessione etiã cũ nomine con trahendo idem in. c. nuper. nu. 1. eo. ti.

ideo dimitterem quin eos ordinarẽ. Loquitur de promouendis, non voro aſtrictis. Hugo.[ſeorſum]quo ad comeſtionẽ & forte quo ad dormitorium & clauſtrum, imo forte in ſuis domibus ſeparatis. ſed communiter viuentes manebant[malui]cum.ſ.retractaui primam conſtitutionem, & ſtatui cõtrarium. Hug. Archidi.[claudos] Claudi dicũtur qui vnum pedem habent in terrenis, & alium in cœleſtibus. vt.44.di.ſacerdotes. Tales ſunt oẽs clerici ſeculares dediti ſecularibus occupationibus circa rem familiarem, ipſi enim habent vnũ pedem in terrenis poſsidendo propria, alterum in cęleſtibus diuinis officijs inſiſtendo. Hugo.[mortuos].ſ.in anima.ſ.per hypocriſim cum quis contra votum latenter habet propriũ Hu.& Arc.[quomodo].i.ſicut[de ſuo].ſ.proprio retinendo. [ita modo &c.]quaſi diceret non permitto, ꝙ iſti habeant ꝓprium vnde faciant teſtamẽtum. & loquitur de illis, qui poſt retractationem factam ſponte abrenũtiauerũt proprijs[delebo eum].i.degradabo[de tabula]di.50.contumaces. Hu.La. & Arch.[qui non vult]hic agit de non profeſsis[mecum manere]abrenũtiando proprijs.[libertatem]vtrum velit profiteri vel non. Hu.[habere hæreditatem &c.] & hoc dicit propter difficultatem. nam qui habent curam temporalium multum impediuntur & vix ſine peccato tranſeunt. argu. 23.quæſtione 5.qui ſitit.& diſt.25.qualis.& de pe. diſ.quinta. fratres. Hugo.

Lauren. Archid.

2 *Vota tria dicuntur eſſe in religione.*
4 *Diſpenſatio non debet fieri niſi ex cauſa rationabili.*
5 *Diſpenſatio quid dicatur.*
7 *Marchio mantuanus laudatur.*
13 *Religioſus dicens meus liber mea cappa &c. an peccet mortaliter.*
14 *Monachus an habeat voluntatem.*



On dicatis. Ad idem ſequitur hoc cap. quod eſt eiuſdem Auguſti. in regul.ſua.ſumma. ꝙ qui proprijs renũtiauerunt nihil proprium habere debent ſed vitam ducere communẽ. Et diuiditur in tres partes. In prima oſtendit quod dictum eſt. in.2.punit eum, qui trangreſſus fuerit præceptum illud, in.3.ꝙ debet eſſe tanta obedientia in religioſis, vt nihil accipiant aut largiantur de bonis monaſterij ſine licentia ſuperiorũ.2.ibi.quicunque aut.3.ibi, eſt huius noſtræ congregationis.

Diuiſio

¶ Pro pleniori intelligentia huius.ca. & aliorum multorum veniunt diſputanda multa.

1 ¶ Primum eſt vtrum prælatus poſsit diſpenſare cum ſubdito ſuo religioſo ſuper proprio ſuo habendo.

3 ¶ Secundum eſt vtrum poſsit diſpenſare cum religioſo ſuper vſu habendo alicuius rei.

6 ¶ Tertium eſt vtrum vitium proprietatis ſit vitium grauiſſimum.

8 ¶ Quartum vtrum aliquis poteſt ingredi religionem conditione aut proteſtatione ꝙ aliquid ſibi retineat.

9 ¶ Quintum eſt vtrum prælatus per taciturnitatem ſuſtinẽs, ꝙ monachus acquirat aliquid ſcriptura aut artificio aut quod detur ſibi, peccet mortaliter.

10 ¶ Sextum eſt, vtrũ religioſus exiſtens in ſcholis poſsit poſſidere aliqua temporalia &c.

11 ¶ Septimum eſt vtrum monaſteriũ teneatur ſoluere pecuniam, quam religioſus accommodatam accepit.

12 ¶ Octauum eſt vtrum religioſus poſsit facere eleemoſynã ſine licentia ſuperioris.

1 Ad primum. Sic ꝓceditur. †Et videtur quod prælatus ſiue papa poſsit diſpenſare cum ſubdito religioſo, ꝙ habeat proprium. Primo ſic. Beatus Benedictus in regula.c.de ꝓprio.dicit. Monachus nihil habeat niſi quod abbas dederit, aut permiſerit. ergo põt habere proprium ex diſpenſatione abbatis. ¶ Secundo ſic. de iure communi monachus poteſt habere peculium de licentia abbatis vt ex.de ſtatu.monach.cum ad monaſterium. ¶ Tertio papa poteſt diſpenſare in continentia: ergo & in paupertate. conſequentia patet, & antecedens etiam in caſu in quo per contractum matrimonij ſequeretur pax vnius regni. ¶ Quarto arguitur quia videtur diſpenſare cum illis religioſis, qui aſſumuntur ad epiſcopatum. ergo &c. ¶ In oppoſitum eſt decretalis illa. cum ad monaſterium. extra de ſtatu mo. vbi dicit non ęſtimet abbas ꝙ ſuper habenda proprietate poſsit cum aliquo monacho diſpenſare. quia abdicatio ꝓprietatis ſicut & cuſtodia caſtitatis adeo annexa eſt regulæ monachali, vt contra eam nec ſummus pontifex poteſt indulgere ſiue diſpenſare. ergo multo minus prælatus alius.

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Opponit in contrariũ.

¶ Reſpondeo dicendum quod quædam ſunt ſubſtantialia ſtatui religionis, per quæ monachus ſiue religioſus eſſentialiter 2 differt à ſeculari. † Et iſta dicũtur eſſe tria vota. ſ. paupertatis continentiæ, & obediẽtiæ quibus differt religioſus à ſeculari iuxta.ca.ſupra eo.duo ſunt. Quædam vero accidentalia, per quæ accidẽtaliter differt à ſeculari. Quibus notatis ſit iſta prima concluſio. Nullus prælatus poteſt diſpenſare in primis ſcilicet in habendo proprio, & in continentię & obedientiæ voto niſi qui poteſt de monacho facere non monachum. ſicut ſecundum aliquos forte poſſet facere papa in caſu generalis neceſsitatis de qua materia plenius locuti ſumus.ſ. ¶ Secunda concluſio eſt, ꝙ in alijs quæ accidentaliter ſunt prælatus poteſt diſpenſare, ſicut in comeſtione carnium aut in ſilẽtio, aut huiuſmodi. ¶ His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum. Ad primam reſpondetur negando conſequentiam quoniam beatus Benedictus non loquitur de rei proprietate ſed de vſu. Aliud autem eſt habere rem ad vſum & aliud ad rei proprietatem de quo videbitur.j. ¶ Ad ſecundam reſpõdetur ꝙ ibi peculium nõ dicit aliquid proprium, ſed aliquid ad vſum deputatũ ſiue conceſſum, de quo ſeq. articulo. ¶ Ad tertiam tenendo, ꝙ nec papa poſsit ſicut videtur ſonare decre.alle.&. ſanct. Thom. tenent in 2.2.q.88. negatur antecedens. Et ad probationem reſpondetur iuxta ſan. Tho. ꝙ periculis rerum humanarum eſt obuiandum per res humanas, non autem per hoc quod res diuinę conuertantur in vſum humanum, profeſsi autem religionem mortui ſunt mundo & viũt Deo. vnde nõ ſunt reuocandi ad vitam humanam occaſione cuiuſcunq; euentus. ¶ Ad quartam negatur ꝙ religioſus qui fit epiſcopus abſoluatur à voto paupertatis, quia nihil debet habere tanquam proprium ſed ſicut diſpenſator communium bonorum eccleſiæ.

Reſpodet. Prima cõcluſio. Sc'a cõcluſio. Ad primũ argu. Ad ſecũdã Ad tertiũ. S. Thom. Ad quartũ.

3 Ad ſecundum. In quo quæritur. † vtrum poſsit diſpenſari cum religioſo circa vſum alicuius rei. & ſi non circa proprietatem. Reſpõdetur iuxta magi. Humbertum ſuper regulam beati Aug. ꝙ duplex eſt vſus ſcilicet certus qui non poteſt auferri, & incertus qui eſt in voluntate alterius vt auferatur cum ei placuerit. Circa certum vſum ſecundum hunc modum eſt concluſio, ꝙ non poteſt diſpenſari quia ſemper debet eſſe volũtas religioſi ſubiecta prælato, vt reſignet quãdo voluerit. circa vſum in certũ eſt concluſio ꝙ põt diſpenſari cũ eo. vnde beatus Benedictus ſicut fuit allegatum in præcedenti quæſtione dicit in regula monachus nihil habeat niſi quod abbas dederit vel permiſerit. Et hoc etiam patet, quia vt dictum eſt in ſuperiori articulo monachus poteſt habere peculium de licentia abbatis. idem etiam colligitur ex.capit.præſenti. vbi dicit Augu. certum eſt eis nihil habere poſsidere dare vel accipere ſine 4 ſuperioris licentia debere. † Verum hæc diſpenſatio non debet fieri niſi ex cauſa rationabili[a] quę duplex eſſe poteſt. videlicet neceſsitas & vtilitas. item prima.ſ.neceſsitas poteſt eſſe duplex, ſcilicet priuata & communis. Priuata vt cum conceditur pauperi (in quo de communi non poſſunt habere neceſſaria) moniali vt aliquid habeat neceſsitatis ſuæ cum propoſito tamen reſignandi ſemper cum fuerit requiſita. communis, vt cum conceditur alicui officiali religioſo aliquid ad expendendum in vſus & neceſsitates aliorum, quando enim conceditur ſeu committitur religioſo adminiſtratio licebit eum habere pecuniam, ſed tantum nomine ad opus monaſterij. vtilitas poteſt eſſe duplex. ſcilicet priuata & communis. priuata vt cum conceditur alicui religioſo liber aliquis vel ad addiſcendum aliquas orationes vel ad informandum animum ſuum in his quę pertinent ad ſalutem, licet nõ habeat gratiam docendi alios, communis vt cum conceditur alicui liber qui poteſt ex ſuo ſtudio alijs proficere. Licet ante huiuſmodi neceſsitates & vtilitates ſint interdum cauſa ſufficiens diſpenſandi cum ſupradictis, tamen non omnes neceſsitates vel vtilitates ſufficiũt ad diſpenſandum niſi ſint valde rationabiles, & manifeſtæ vt ſunt in neceſsitatibus quotidianis, quæ pertinent ad victum & veſtitum, & in vtilitatibus ſpiritualibus quæ pertinent ad ad animæ ſalutem. Et eſt valde cauendum ne in huiuſmodi faciliter diſpenſetur propter ſpeciem mali. Quandoque enim & ſi ſubſit aliqua cauſa in huiuſmodi diſpenſationibus tamen ſpecies mali remanet ibi. item propter cõſciẽtiæ periculũ, facile enim in

Reſpõdet. Hũbertus.

a ¶ Niſi ex cauſa rõnabil. ad. Car di. zab. idẽ tenẽtẽ in. c. de multa. §. circa nu. 4. de præben.

le enim in his fingitur causa, vbi non est, & mentitur iniquitas sibi petens huiusmodi dispensationem. item propter se quelam. Trahitur enim dispensatio. quæ fit cum vno ex causa bona de facili ad consequentiam in altero in quo non subest eadem causa. ¶ Sed hic surgit quæstio dato quòd dispensatur cum aliquo circa vsum rei alicuius sed sine causa rationabili nũquid talis excusatur à vitio proprietatis si habet animum resignandi cum fuerit requisitus. ¶ Respõdetur iuxta magi. Humbertum vbi. s. ꝙ excusatur à vitio ꝓprietatis, sed non à peccato. imo peccat tam dispensans, quã dispensationem recipiẽs, in hoc casu dispensans quidem peccato abusus potestatis quæ data est ei non ad destructionem sed in ędificationem, & ipse abutitur ea in destructionẽ. Recipiens vero peccat peccato auaritiæ tenendo aliquid sine rationabili causa, vtputa librum vel aliquid huiusmodi de quo posset alius proficere, tanq̃ in sudario pecuniã quæ dari debuit ad lucrum. Mat. 25. & ideo districtam oportet eum de hoc dare rationem. hæc ille. Ex hoc patet quam periculosè, decipiantur religiosi credentes sibi sufficere ad habenda multa, quæ sibi non sunt necessaria, dispẽsationem siue licentiã suorum prælatorũ. † Cum. n. dispensatio dicatur prouida iuris cõmunis relaxatio vtilitate siue necessitate pensata, manifeste patet, ꝙ in dispensatione ratio mouens ad dispensandũ debet esse necessitas vel vtilitas quæcũque harum causarum defecerit, deficit dispensatio, quam necessitatem põt allegare religiosus, q nec lectioni, nec studio est idoneus, nec officiũ doctoris habet libros possidere. item quæ vtilitas in hoc casu recedere de professione subditorũ, & dissipare obseruantiam regularem faciendo, id quod est contrarium religioni dando tales licentias faciendo contra statutum professionis & rigorem iuris commuis & regulæ specialis. O quanta mala sequuntur ex ista cæcitate.

Quæstio. Respõdet. 5

6 **Ad tertium.** † Respondetur ꝙ sic. quod patet maximè ex duobus, primo ex multitudini iniquitatis quam proprietarius committit. secũdo ex pœna qua tale vitium legitur punitum. primum colligitur ex multis. primo quidem nonsolũ ex præsenti. c. vbi præcipitur grauiter puniri, quia proprietarius fur est, vnde domus proprietarij plena iudicio scripturę est spelunca latronũ. ¶ Secũdo nedum fur est, sed sæpe sacrilegus, quia furtum suum sæpe in sacro loco cõmittit. Et quia res pauperibus consecratas furatur si secũdum Hier. pars sacrilegij est res pauperum non dare pauperibus, eadem ratione res pauperum furari sacrilegiũ erit. ¶ Tertio proprietarius est proditor in Deũ & in proximum. in Deum quia eum portando impinguat cũ expẽsis eius viuat. In proximum quia fratres suos defraudat bonis illis, quæ sibi appropriat. ¶ Quarto proprietarius voti transgressor est. volũtariã. n. paupertatẽ vouit q̃ mõ à se expellit. ¶ Quinto est apostata. Si. n. apostata iudicatur qui habitum deponit, cũ paupertas voluntaria magis sit de substantia religionis, quã habitus proprietarius, potius iudicandus erit apostata qui volũtariam paupertatẽ à se abdicat. ¶ Sexto est etiam proprietarius idolatra. nam diuitiæ quas illicite claustrales possident, idola vocantur, quia fidem & spem & amorem quę in solo Deo ponere debent, in pecunia ponũt. vnde Apostolus. Auaritiã dicit idolorũ seruitutem. ¶ Septimo proprietarius est hypocrita, patet ꝑ Au. in. c. præcedenti sub habitu. n. claustrali animum gerit secularẽ. extra videtur aureus intus luteus. ¶ Octauo est mendax spiritui sancto. vnde Act. 5. dicit Petrus Ananiæ. Cur tẽtauit sathanas cor tuũ, mentiri te spiritui sancto, & infra nõ es mẽtitus hominibus, sed Deo. ¶ Nono de iure naturali videtur esse excommunicatus, cum tñ bona sua alijs non communicet ipse indignus est communicare bonis aliorum. ¶ Decimo peccat proprietarius in patrem, & filium, & spiritum sanctũ. In patrem, dũ de potentia eius dubitare videtur. dum. n. timet mori fame, nisi ea quæ vouit Deo sibi seruauerit videtur facto dicere illud nunquid etiam poterit dare nobis, aut parare mensam in deserto. In filium peccat dum sapientiam eius deridet. iuxta illud Prouerb. *Stultus deridet sapientiam patris sui, Sapiẽtia Christi fuit paupertatem præferri diuitijs, molestias delitijs. vnde ad Heb. 12. legitur de ipso ꝙ proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Super quem locũ dixit Augu. Omnia bona terrena contempsit homo Christus, vt contemnenda monstraret, & omnia mala terrena sustinuit, quæ sustinenda præcipiebat, vt nec in illis q̃reretur felicitas, nec in istis timeret̃ infelicitas. Et istam sapiẽtiam irridet proprietarius. Peccat etiã in spiritum sanctum, quia de bonitate eius male sentit, dum credit, quod si seruierit Deo ad eius voluntatem, quod ipse debeat permittere mori fame. Aliter etiam peccat in spiritũ sanctũ, quia facit contra charitatem, quæ est spiritus sanctus. Et quia mentitur spiritui sancto, vt dictũ est prius. ¶ Secundo patet grauitas huius peccati ex grauitate pœnæ qua legitur punitum. primo quidem legitur punitum in antiquo testamẽto in achor qui furatus fuerat de anathemate hiericho in figura proprietariorum qui lapidatus fuit, & omnia quæ eius erant consumpta fuerunt igne. Iosuæ. 7. ¶ Secundo in nouo testamẽto in Anania & Saphira, qui quia de eo quod commune esse debebat sibi modicum retinẽtes ad verbum beati Petri morte subita sunt perempti, & factus est timor magnus in vniuersa ecclesia sicut habetur Act. 5. ¶ Tertio in beato Gregorio qui præcepit vnum proprietarium sepeliri in sterquilinio dicentibus fratribus omnibus, pecunia tua tecum sit in perditionem. sicut habetur in lib. dialogorum li. 4. Ex his sequitur ꝙ magna debet esse cura apud prælatos, & maximè apud papam ad expellendũ hoc vitium à religiosis. Tum primo quia detrahit fundamentum religionis, quod est paupertas. hoc fundamentum posuit filius Dei, quando doctrinam suam à paupertate inchoauit dicens, beati pauperes &c. Tum quia matrem religionis iugulat, & suffocat, quæ similiter est paupertas. ¶ Tertio tollit viã perfectionis religionis, quæ est paupertas. Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Quarto quia aufert pacem: quæ est totum bonum religiosorum. vnde super illo. pax super Israel. dicit quędam gl. vno verbo dicit Seneca Quietissime homines viuerent, si hæc duo pro nomina tollerentur, meum & tuum. † O vtinam omnes prælati & principes imitarentur illustrem marchionem de mantua, qui neminem religiosum permittit viuere in dominio suo, qui nõ viuat in obseruantia regulæ suæ.

Respõdet. *Prou. 15. Augu. 7 Seneca.

8 **Ad quartum.** De eo. † qui petit ingredi religionẽ cum protestatione vel ea cõditione vt sibi partem bonorum retineat, & ad volũtatem suam disponat. videtur ꝙ non. quia tale pactum non valet. quia eo ipso ꝙ monasterium introiuit omnia facta sunt monasterij. 19. q. 3. si qua. Respondetur iuxta Hu. ꝙ aut intelligitur quantum ad proprietatem aut quantum ad vsum. Quantum ad proprietatem dicendum ꝙ tale pactũ nullũ est. Est. n. contra substãtiam religionis, siue monachatus. nec ille efficitur monachus. Clarũ enim est ꝙ illa tria vota sunt de substantia religionis. vt in ꝓsenti. monachus nihil habere debet. ¶ Ad vsum vero credo ꝙ abbas cũ consensu fratrum possit hoc facere vt aliquid ad vsum retineat. sed totum est monasterij. poterit tamen abbas postmodum illud reuocare, nec ille debet resilire, sed sequi volũtatem abbatis. ſm Hug. ista sententia videtur nobis rationabilis iuxta superius determinata in secũda conclusione, dum tamen interueniat rationabilis causa, & vsus sit incertus. Respõdet.

9 **Ad quintum.** In quo quæritur. † vtrũ prelatus per taciturnitatem suam sustinens ꝙ monachus aliq̃d acquirat vel scriptura, vel artificio vel quia datur ei excusatur à peccato. & incidat in hoc edictũ. Respõdetur iuxta Hugon. ꝙ peccat & facit contra hoc edictum & religiosus sic acquisita non debet. sed exponere arbitrio pręlati, alias peccat mortaliter. propriũ aũt est omne quod nõ est resignatũ in manu prælati, & non administratur in communi vtilitate monasterij, nec sub communi custodia reseruatum vt habeatur in omnium vti violẽtium potestate æqualiter, vt colligitur tam. ex. c. præsenti. quam extra de of. ord. & quã to. & de statu mona. cum ad monasterium. Respõdet.

10 **Ad sextum.** De religioso existenti in scholis. † vtrum possit emere & vendere & accipere literas & alia. Ad hoc respondetur quod sic. quia ex quo datur ei licentia morandi in scholis omnia intelligũtur ei concedi quæ rite & profectui scholastico sunt necessaria. poterit ergo ibi agere & cõueniri de iniuria sibi illata vel de damno dato. & etiam conueniri, & respondere in loco, vel studio vacat. secundum Hug. Respõdet.

11 **Ad septimum.** † De religioso qui accepit multam pecuniam ad vsus necessarios, vtrum obligatur monasterium ad soluendum. Respondetur secũdum Hugon. quod si ibi est in expensis monasterij obligatur monasterium vsque ad eam quantitatem ei assignatam singulis annis, & non plus. Et hoc ad similitudinem patris, qui habet filium in scholis. ff. ad maced. l. Iulianus. §. quod dicitur. ¶ Sed quid si ille religiosus vltra solitam pecu Respõdet.

litam pecuniam sibi missam insuper mutuat vel si est ibi non in expensis monasterij. Respondetur secundum eundem ꝙ non obligatur monasterium nisi creditor probet pecuniam illam versam esse in vtilitatem monasterij iudicio nostro esset addendum, ꝙ vbi religiosus in scholis existens vltra assignatam pecuniam exposuit in infirmitate aliqua quæ superuenit ei monasterium tenetur persoluere.

Quæstio. Responde.

12 Ad octauum. †Vtrum religiosus pôt facere eleemosynam sine licentia prælati sui. Ad hoc respondetur iuxta S. Tho. in.2.2.q.32. quod religiosus, a ut habet dispensationem à prælato commissam, aut nô. Si sic, est conclusio quod potest facere eleemosinam de bo- monasterij secundum, quòd est sibi commissum si vero dispensatio non est sibi commissa est conclusio quod non potest facere eleemosynam sine licentia abbatis expresse habita, vel probabiliter præsumpta nisi foret in articulo extremę necessitatis in quo licitum esset ei furari. vt eleemosynā daret: & etiam in tali causa præsumitur quod superiori placeret, nec etiam proprie dat, sed reddit quod est indigentis in extrema necessitate in quo omnia sunt communia, & debentur in tali necessitate existente. Lege. ¶ [Non dicatis &c.] Loquitur monachis & canonicis regularibus, Hu. attende quâtum voluit beatus Aug. communem vitam obseruare. ponit enim non solum præceptum circa virtutē cum dicit. Sint vobis omnia communia. sed prohibitionem circa vitium oppositum dicēs. non dicatis aliquid proprium item adeo vult hoc seruari vt non solum in re non inueniatur proprietas, sed etiam nec in ore cum dicit [nec dicatis] exēplo primitiuæ ecclesiæ. de qua dicitur Act.4. nec quisquā eorum quæ possidebat aliquid suū esse dicebat. ¶ Sed hic sur-

Quæstio. S. Thom.

Exponit literam.

13 git quæstio. † vtrum religiosus dicens meus liber, mea cappa &c. peccet mortaliter. Ad hoc respōdetur iuxta magi. Humber. quòd si dicit ex lapsu linguę non peccat. Si autem ex proposito & modo assertiuo, qđ est proprie dicere. peccat mortaliter. [Quicūq; autem.].2. pars [in tm̄ progressus fuerit malum] ecce grauitatem peccati proprietarij, tangit occulte siue ēt palā sine licētia maioris. Hu. [literas] qualescūq; Hu. sed intellige in casibus non concessis, aut permissis à iure, vt patet extra de re iudi. cum. ÿ. [si vltro] ar. quòd mitius agitur cū sponte confessis. ar. di.1. presbyterum vbi de hoc. Hu. [secūdum arbitrium] quia non est determinatū in canonibus qualiter abbas debeat punire monachum. puniet ergo eum ẜm arbitrium. Hu. [presbyteri]. s. maioris in claustro sub abbate Et iste presbyter qui præest in claustro licet sit minor maiore prælato in quibusdam ecclesijs dicitur prior. Hug. [præpositi]. i. maioris prælati qui præest omnibus qui in quibusdā locis dicitur abbas, in quibusdam præpositus. [grauius].15.q.8. si quis presbyter Lau. [voluntatibus] tangitur votum obediētiæ. quod etiam religiosus vouet. ¶ Sed hic surgit quęstio.

Quæstio. Respōdet. Hūbertus

14 † vtrum monachus habeat voluntatem quia dicitur quod renuntiauit illi. ¶ Respondetur iuxta Hu. qđ habet voluntatē, sed non liberam. idem est de seruo qui dicitur nō habere voluntatem, non quia non habeat, sed quia non habeat liberam vt.32.q.3. patrem. similiter & monachus habet voluntatem. sed non liberam. quia imposuit hominem vice Dei super caput suum, vt.19.q.3. statuimus. vnde non potest velle cum effectu contra præceptum superioris. vt.20.q.4. monacho. in his tamen intellige, quæ non sunt contra Deum. vnde subditur [in Christo]. i. in his quæ sunt Christi, & secundum Deū. [Certum est] patet litera ex quæstione vltima.

Quæstio. Respodet.

2 *Christus habuit loculos quadruplici de causa.*
5 *Renuntiare simpliciter & absolute omnibus quid dicatur.*
6 *Hæreticum censendum est asserere pertinaciter redemptorem nostrum Iesum & apostolos non habuisse nec in speciali nec in communi. simile. nu.7.*
8 *Christus & apostoli quod habuerint aliqua in speciali aut in cō muni quo ad proprietatem & dominium saltem in communi probat decem argumentis.*
9 *Pœnitentia non habuit locum in Christo.*
10 *Dominium distinguitur tripliciter.*
12 *Mali an sint tolerandi.*

EXemplum. Ad idem sequitur hoc.c. ꝙ est eiusdem Aug. super Io. summa est quod ecclesię possunt habere propriū & clerici nomine earum exemplo Christi qui ꝓ se & collegio suo loculos habuit. notat nic Hugon. quòd hoc. capit. vsque ad. §. his omnibus. non spectat ad principalem quæstionem, sed hoc.c. & sequētia hic inferuntur. vsq; ad prædictum. §. quia dixerat clericos non habere propria vel possidere. sed ne ob hoc videretur ꝙ ecclesiæ non possent habere propria vel si haberent quòd clerici non possent possidere, vel illa administrare, ideo Gratianus in sequentibus capitulis intendit vtrunq; probare. s. qđ ecclesiæ licitè possunt habere propria. s. possessiones & alia, & quòd clerici licitè possidēt illa nomine ecclesiæ, quamuis suo proprio possidere non possent. Et diuiditur in duas partes. ẜm quòd duas dat solutiones ad duas quæstiones. prima quare Christus loculos habuit. secunda quare Iudam furem admisit. secunda ibi, quare furem. ¶ Pro pleniori intelligentia huius.c. quæruntur quatuor.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum verum sit quod Christus loculos habuerit in quibus pecunia pro necessarijs reposita seruaretur.

3 ¶ Secundum vtrum Christus portando loculos aliquid imperfectionis egerit.

4 ¶ Tertium est vtrū Christus & apostoli in loculis illis & in rebus alijs q̄bus eos vsos scriptura sancta testatur habuerint ius & dominium saltem in communi.

11 ¶ Quartum vtrum conuenienter Christus Iudæ loculos commiserit.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur quod nō sit verum quod Christus loculos habuerit. Primo sic Christus non est credendus fecisse, quod prohibuit apostolis. vnde Hiero. non poterat habere dominus quod prohibuerat seruis. sed ipse prohibuit apostolis. Matt.10. Nolite possidere aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris, non peram in via &c. ergo non videtur quod Christus loculos habuerit. ¶ Secundo arguitur idem ex illo Mat.7. vbi ipse prohibet de crastino cogitare dicens. Nolite soliciti esse de crastino &c. sed vbi prohibetur solicitudo de crastino prohibetur portare loculos ad aliquid pro crastino reseruandū. ergo &c. ¶ Tertio idem arguitur ex illo Matt.8. vulpes foueas habēt, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput inclinet vbi dicit gl. quę est Hier. Cur me propter lucra vis sequi, cum ita pauper sim, vt hospitiolum quod meum sit non habeam, & tecto vtar nō meo. ¶ Quarto arguitur ex illo Lucæ.8. vbi dicitur ꝙ mulieres ministrabant Christo de sua substantia & discipulis eius. ergo non erat necessarium portare loculos ad aliquid reseruandum. ¶ Quinto ad idem videtur esse Chrysosto. qui super illud Io.13. loculos habebat Iudas. dicit ꝙ nimirū nullus discipulorum pecunias afferebat, sed per hoc quod dicit loculos habuit Iudas, occultè insinuatur, ꝙ quædam mulieres eum de suis facultatibus nutriebāt. ¶ In oppositum est tex. præsentis.c. ¶ Respondeo dicendum. aliqui fratricelli respōdentes ad constitutiones. Ioā.22. præsumpserunt dicere, ꝙ nullibi in sacra scriptura legitur, ꝙ Christus & apostoli portauerunt pecunias in loculis pro vsibus necessariorum suorū & pauperū, sed mulieres aut alij, qui non erant de numero discipulorum portabant fundantes se in præfata authoritate Chrisosto. sed isti falsum dicunt vt aperte colligitur ex præsenti.c. vnde verisimum est, ꝙ Christus loculos quand oq; habuit, in quibus portabantur & reseruabantur quæ dabātur fidelibus ad subueniendum necessitatibus Christi & suorū. ista coclusio habetur Io.12. dum de Iuda qui apostolus Christi erat ꝙ erat loculos habens, super quo verbo dicit glo. domini loculorum custos. Et sequitur in litera ea quæ mitteban tur. i. donabantur à fidelibus portabat ad vsum Christi & pauperum. ¶ Secundo eadem conclusio colligitur ex euangelio eodem Io.c.13. vbi dicitur quidam putabant, quia loculos habebat Iudas ꝙ dixisset ei Iesus. Eme ea quæ opus sunt ad diē festum vel egenis aliquid daret. †¶ Vbi notandum ꝙ quadruplici de causa Christus loculos habuisse dicitur. primo ad sustentationem pauperū, vt dicit Hiero. super illud Io.13. dominus non peram inquit nec virgā nec es iubens deferri mar supium ferebat ad inopum ministerium, hoc æstimauerunt discipuli, vt aliquid inopibus daret. secundo dicitur habuisse loculos vt haberet, vnde emeret necessaria ad vsus suorum propter imminentem necessitatem tali de causa habuit quando transiuit per Samariam sicut legitur Ioann. quarto. Samaritani enim erant inhospitales Iudæis. vnde dicitur Lucæ. nono quod cum venit in Hierusalem Samaritani noluerunt eum recipere, & hac de causa discipulis habere permisit loculos vnde

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Quartū ar.

Quitū ar.

Opponit & Respō.

2

Luc.23.dicit. Quando nisi vos sine baculo & sine pera, nunquid vobis aliquid defuit. at illi dixerunt nihil. dixit ergo eis, nunc qui habet sacculum tollat sibi & peram, vbi dicit quædā glo. in hoc datur nobis exemplum vt nonnunquam causa instante de nostri rigore propositi intermittere possumus. ¶ Tertio dicitur Christus habuisse loculos causa condescensus infirmis, dans eis exemplum, vt sibi prouideat forte, nisi Christus loculus habuisset putaret aliquis peccatū (Augu.) esse, si sibi in posterum necessaria prouideret. vnde Augu. in sermone domini de monte. hoc autem loco vehementer cauendum est, ne forte cum videris aliquem seruum Dei prouidere ne ista necessaria desint vel ei, vel eis quorum cura commissa est iudicemus eum contra præceptum domini facere & de crastino esse solicitum. nam dominus cui ministrabant Angeli propter exemplum ne quis postea scandalizaretur cum aliquem seruorum eius animaduertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est vsibus necessarijs quidquid opus fuisset præberetur. ¶ Quarto loculos habuit (Ad prim si argu.) Christus, vt dicit Aug. super Ioan. & habetur in c. præsenti. quia ecclesia loculos habitura erat. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respon. ꝙ authoritas illa Mat.9. nolite. &c. non militat, quia licet dominus cum apostolos mitteret ad iudicandum Iudæis præciperet eis nō portare aurum nec &c. quia nihil de necessarijs defecturum erat eis apud Iudæos quos mos erat prædicantibus verbum Dei necessaria ministrare. Nihilominus non propter hoc sequitur quin alio tempore Christus & apostoli loculos habuerint rationibus supra positis, cum vtrūq; in euangelio habea- (S. Thom.) tur. vt de se patet, vel dicendum iuxta S. Tho. super Io. ca. 13. ꝙ hoc referendum est ad singulares prædicatores & apostolos qui nihil portare debent quādo ad prædicandum vadūt. (Ad secūdū.) Non autem referendum est ad totum collegium, ꝙ oportet aliquid habere & pro se ipsis & pro egenis. ¶ Ad secundā respondetur pariter ꝙ authoritas illa Mat.7. non militat cōclusionem, quoniam vt ait Aug. li. de opere monachorum cum (Augu.) Deus dixit, nolite soliciti esse, non dedit intelligere, ꝙ nihil pecuniæ seruaretur à sanctis, sed ne ideo pro pecunia seruia- (Ad tertiū.) tur & propter inopie timorem iustitia deseratur. ¶ Ad ter- (Ad quartū.) tiam de Mat.8. pariter respondetur, ꝙ non militat. quoniam ex hoc ꝙ Christus non habuerit Hospitiolū ad manendum non sequitur quòd non habuerit loculos stat bene, vt vnus (Ad quintū) peregrinus careat hospitio proprio, & tamen habeat pecuniam in per ad prouidendum de necessarijs. ¶ Ad quartam de authoritate Hiero. respondetur quod etiam non militat quoniam mulieres non semper erant in societate siue in comitatu Christi quæ ei & discipulis in necessarijs prouiderēt, vnde necessarium erat aliquid reseruare ad prouidendum in necessarijs, sicut patuit quando iuit in ciuitatem Samariæ vbi necessarium fuit mittere discipulos ad emendum cibos. Io. 4. ¶ Ad quintam respondetur primo ꝙ Chrisosto. nō negat (S. Tho.) simpliciter Christum loculos habuisse. nā ipse inquit. vt beatus Tho. inducit super Ioan. c. 13. ꝙ Deus loculos ferebat ad inopum ministerium vt hinc addiscas quemlibet quantūcūque pauperem & mūdo crucifixum oportere de pauperibus curam habere. hæc ille, præterea manifeste dicitur in euangelio ꝙ Iudas qui non modo discipulus sed apostolus ferebat (Augu. de Anchi) loculos, cū ergo dicit Chrisos. discipulos Christi nō ferre pecuniam intelligitur, qm̄ missi erant ad prædicandū Iudæis ratione supra assignata. vel intelligit, ſm Aug. ad Anch. de pecunia collecta ex possessionibus vel domorū pensionibus, siue de alijs naturalibus diuitijs, bene autem portabant loculos de pecunia data à sanctis mulieribus & alijs fidelibus ministrata prout dictum est.

(Primū ar. 3) Ad secundum. Sic ꝓceditur. † Et videtur quod Christus loculos habendo aliquid imperfectionis egerit. primo ex illo quod ait glos. Ioan. 12. ꝙ Christus loculos habuit condescendens infirmis, sed (Secūdū ar.) cōdescensus infirmis videtur importare aliquid imperfectionis, ergo &c. ¶ Secūdo idem arguitur ex glo. illa super illud Psal. producens fenum iumentis, quę ita dicit, loculos habuit in vsus eorum, cui secum erāt & suos & religiosas mulieres in comitatu suo, quæ ministrabant ei de substantia sua, in his infirmorum magis suscipiens personam, prævidit. n. multos (Tertiū ar.) infirmos fratres, & ista quæsituros vt ibi eorundem personā suscepit dicens. Tristis est aīa mea, vsq; ad mortē. ¶ Tertio idē arguitur ex eo. quod Nico. 3. dicit in constitutione. Exijt qui seminat &c. & habetur in. 6. vbi sic ait. nec his quisquam putet obsistere quod interdum dicitur Christus loculos habuisse. nam si ipse Christus cuius perfecta sunt opera in suis actibus viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret. & imperfectorum infirmas semitas non damna- (Opponit contrariū.) ret. ¶ In oppositum arguitur ex tex. pręsentis. ca. vbi dicitur exemplum domini accipite conuersantis in terra. quare habuit loculos &c. Christus autem cum fuerit perfectissimus in culmine totius perfectionis ab instanti suæ conceptionis non potuit esse exemplum nisi perfectionis. ¶ Respondeo (Respōdet) dicendum, quòd Christus habendo loculos nihil imperfectionis egit. ista conclusio contra fratricellos colligitur ex illis quatuor causis superius assignatis in articulo præcedenti propter quas iuxta sanctorum patrum sententias Christus loculos habuit. prima fuit ad inopum ministerium. Sed clarissimum est, quod cum hoc sit opus pietatis & charitatis non potest dici quod ex hac causa Christus loculos habendo aliquid imperfectionis egerit, sed potius perfectionis. vnde Augustinu. libro. de opere monachorum. dicit dominus more misericordię suæ infirmioribus compatiens cum ei possent Angeli ministrare loculos habebat, quo mitteretur pecunia quæ conferebatur vtiq; à bonis fidelibus eorum victui necessaria. ¶ Secunda causa habendi loculos fuit, vt emerentur necessaria pro vsu Christi & suorum articulo necessitatis imminente. Manifestum est autem ꝙ cum hac de causa habere loculos, fuerit opus virtutis prudentiæ & necessariæ prouidentię, non potest dici ꝙ Christus habēdo loculos egerit aliquid imperfectionis, sed potius perfectionis, & laudis. vnde glo. super illud Luc. 12. Quis est fidelis dispensator & prudens quem constituit dominus super familiam suam vt det illis in tempore tritici mensuram. dicit prudens. s. in futuro sibi prouidens. ¶ Tertia causa habendi loculos fuisse dicitur condescensus infirmis, videlicet ad consolandū infirmos vt qui sibi necessaria vellent prouidere, non putarēt se in hoc male agere, cum audirent Christum loculos. i. repositorium necessariorū habuisse. Manifestum est autem, ꝙ cū hoc Christus ex magna charitate fecerit ad doctrinam & cōsolationem infirmorum non in hoc aliquid imperfectionis fecerit sicut nec in hoc, quòd Iudæis volentibus eum lapidare fugit Io. 18. Quanquam talis actus aut alij similes materialiter competant etiam infirmis, & imperfectis. ¶ Quarta causa habendi loculos assignata est, quia ecclesia loculos erat habitura, sicut tangitur in ca. pręsenti. sed manifestum est, ꝙ cū Christus ecclesiæ suæ quam dilectam sponsam & perfectam suam nominat. Cantic. 4. non daret exemplum imperfectionis sequitur ꝙ in habendo loculos nihil imperfectionis egerit. Præterea si loculi fuissent forma quo ad imperfectos & non quo ad perfectos, Paulus perfectissimus & perfectionis Christi imitator, qui dicit. 1. ad Cor. 11. imitatores mei estote sicut ego Christi. hanc formam in se non recepisset, nec ad hanc formam alios induxisset, sed Paulus in se gaudenter oblata à fidelius suscepit. Et pro suis necessitatibus & suorum seruauit commendans fratres, qui hoc ei de macedonia miserunt. 1. ad Corin. 11. Similiter apud ecclesias Corinthiorū (a) fecit fieri collectas[a] vt mitterentur sanctis qui erant in Hierusalem, vt secundo. Corinth. 16. ergo forma loculorum non fuit imperfectionis forma, quia & Paulus & ecclesia sanctorum qui erant perfecti in Hierusalem receperunt oblata & seruauerunt ea pro necessitatibus eorum & pauperū Christi. præterea dicere quòd forma loculorum fuit imperfectionis, sequitur quod sanctus Benedictus Augu. Basilius, Hieron. Grego. Bernard. qui prædicantur apicem perfectionis attigisse, & tamen habuerunt aliquid in communi, fuissent de numero infirmorum & imperfectorum & tota ecclesia sanctorum à tempore apostolorum, quod quam inconuenientissimum sit dicere intelligant sapientes catholici. item cum soli perfecti qui relictis omnibus secuti sunt Christum in paupertate voluntaria veniant iudicaturi cum Christo, vt colligitur ex Matth. capi. 19. si loculorum forma sit exemplum tantum imperfectorum, & in eis Christus sit ab imperfectis & non à perfectis imitandus, cum tota ecclesia à Christo vsque hoc, & ab apostolis vsque ad apostolicum nūc sedē Petri tenentem hanc formā sit secuta, sequitur quòd fuerunt in ecclesia imperfecti, nec per consequens veri pauperes, & per consequens nulli erunt de ordine iudicantium cum Christo, quod est hæreticum & contra Christi euangelicam veritatem, forsan nisi dicas quod soli illi perfecti iudicabunt qui nec loculos nec aliquid habent in proprio vel communi & tunc sequitur, quod

[a] ¶ Collectas. adde quod collectę quæ imponunt lege municipali in ciuitate dicuntur munus extra ordinariū. Pet. de an. in c. licet. nu. 3. de censi. & quod collecta nō patit appellatione. fe de. sent. in consi. inci. laicus de pdio c. & l. abstinē C. quo ap. non reci.

tur : quòd cum nullus status in ecclesia fuerit qui non
reseruet oblata à fidelibus,& dispensanda necesitatibus egen
tium præter illos de regula beati Francisci , soli illi de regula
beati Francisci & nulli alij sancti iudicabunt cum Christo.
Quod quam erroneum,sit & blasphemia plenum vnaq; pręsumptione insanum sapientibus notum . Absit ergo à mentibus fidelium dicere Christi loculos ad imperfectionem &
imperfectorum non autem perfectorum exemplum pertinere.¶His habitis dicendum ad rationes in oppositum . Ad
Ad primū & secundū. primas duas authoritates patet ex dictis responsio,quoniam
per hoc ꝙ Christus in habendo loculos inter alias causas dicitur cōdescendisse infirmis nō sequitur, ꝙ aliquid imperfe
Ad tertiū: ctionis egerit vt satis ostensum est.¶Ad tertiam de capitulo, exijt qui seminat &c.Respondetur ꝙ non est contra , sed
magis confirmat propositum cum ait sic.Sic.n.humanam naturam assumpsit ꝙ in suis operibus perfectus existens in nostris factus humilis in proprijs permāsit excelsus,sic & summæ charitatis dignatione ad actus quosdam nostræ imperfectioni conformes iuducitur & à summæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit nanque Christus & docuit ꝑfectionis opera,egit etiam infirma,sicut interdum & in fuga patet,& in loculis,sed vtrunque perfecto perfectus existens,vt perfectis & imperfectis se viam salutis ostenderet,
qui vtrosq; saluaret qui tandem mori voluit pro vtrisque.
4 Ad tertium. Sic proceditur.† Et videtur ꝙ Christus & apostoli in loculis & in aliis rebus quibus vsi sunt non habuerūt aliqđ ius aut dominiū pro
Primū ar. prietatis sed vsum tm̄:primo sic.Quicqd Christus docuit ad
perfectionem pertinens ipse fecit. Act.1.Cepit Iesus facere,
& docere,aliter Christus in regno cœlorum non fuisset magnus.quoniam vt ipse dicit Mat.5.Qui autem fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorum . sed Christus docuit volentem perfectionem euangelicam assequi,relinquere dominium omnium rerum temporalium. ergo ipse reliquit proprietatem,& dominium rei cuiuslibet temporalis,consequentia videtur nota.minor vero probatur , quia
Petrus in persona omnium dixit Mat.19.Ecce nos reliquimus oīa & secuti sumus te &c.Quæ verba intelligenda sunt
de modo relinquendi & dimittendi omnia quantum ad pro
Secūdū ar. prietatem & dominium . ¶Secundo arguitur idem ex illo
Ma.19.Si vis perfectus esse vade,& vende omnia quæ habes
& da pauperibus & sequere me.Constat autem ꝙ per venditionem & pauperibus largitionē relinquitur & dimittitur ꝓ
Tertia ar. prietas & dominium rerum venditarū.ergo &c.¶Tertio idē
arguitur ex illo Luc. 14. Omnis ex uobis qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet nō potest meus esse discipulus.
Ex quibus uerbis patet quòd omnis qui uult sequi perfectè
5 Christū,debet renuntiare omnibus quæ possidet.†Renuntiare autem simpliciter & absolutè omnibus est renūtiare quo
Quartū ar. ad proprietatem,& dominium:ergo & c. ¶Quarto sic Christus fuit pauperrimus. vnde Hie. ad Eustochiū dicit Christ⁹
se pauperrimum,& abiectissimum ostendit.& idem Hie.ad
exuperantium.nemo apostolis pauperior fuit,& nemo tantum pro domino dereliquit.sed certum est ꝙ illa est paupertas euangelica quæ dominium omnium rerū abdicat & pro
prietatem , quia illa videtur esse quę omnem solicitudinem,
Augu. & omnia temporalia derelinquit.vnde Au.super Lucam.minimi ergo qui sunt Christi,hi sūnt qui oīa sua dimiserunt, &
Quītū ar. secuti sunt Christū.¶Quinto sic.Christus omnis perfectionis magister voluit apostolos & eorum vitā reducere ad statum innocentię,vt uidetur dicere Remigius super Mattheū
Remi gi⁹. & videtur colligi ex.c.supra.e.q.c.dilectissimis.sed in statu innocentiæ nullus aliquid proprium esse dicebat.ergo videtur,
ꝙ apostoli seruauerunt illam vitam,quæ fuit ante peccatum
.s.antequam per iniquitatem introductum esset,ꝙ aliquis diceret meum & hoc tuū,ergo &c.¶Sexto sic Hiero.super il-
Sextū arg. lud Mat.17.aperto ore inuenies staterem.dicit sic.Tātæ fuit
paupertatis dominus,vt vnde tributa solueret non haberet.
Iudas quidem communia in loculis habebat,sed res pauperum in vsus suos conuertere nephas duxit id ipsum nobis,
dans exemplum &c.Ex hac authoritate clare patet ꝙ Christus quo ad proprietatē loculos non habuit.quia si in eis pro
prietatem habuisset cōstat ꝙ non fuissent res pauperum sed
Septimum arg. ꝓpriæ nec fuisset nephas expēdere in vsus suos. ¶ Septimo
idem arguitur & videtur esse determinatio sedis apostolicæ.
ait.n.Nicolaus papa in decretali illa, exijt qui seminat abdicatio omniū rerum tam in speciali quam in communi propter
Deum meritoria & sancta est,quam christus viam perfectio

nis ostendens verbo docuit,& exemplo firmauit, quāquam
primi fundatores militātis ecclesiæ prout ab ipso fonte hauserunt in volentes perfectè per doctrinæ ac vitæ ipsorum alueolos deriuauerunt.¶Octauo arguitur idem ex illo quod
à quibusdam summis pontificibus dicitur esse dictum, ꝙ regula fratrum minorum est euangelica apostolorū imitatiua, Octauū ar.
sic habetur.Regula & vita fratrum minorum hæc.s.domini
nostri Iesu Christi. sanctum euangelium obseruare viuēdo
in obediētia,sine ꝓprio & in castitate.ergo videtur ꝙ Christus & apostoli non habuerunt in loculis & in rebus qui vsi
sunt aliquod ius aut proprietatē. sed simplicem vsum facti
sicut nec fratres minores in rebus quibus vtuntur. ¶In oppositum est præsens.c.quod est B.Aug.dicentis,dominus lo Opponit i. contrariū.
culos habuit in quibus sicut sæpe commemoratū est repone
bantur oblata à fidelibus Christo & apostolis.clarum est autē,ꝙ isti loculi nō erant nisi Christi & sui collegij. vnde Iudas dispensator dabat egenis , & emebat necessaria, vt patet
Io.13.& vt habetur Io.4. apostoli emerunt cibos & panes
habebant quos Christus multiplicauit,& per discipulos turbis manducantibus distribuebat,vt patet Mat.14.& Mat.6.
&.7.isti autem actus dare & emere,& similes ostendūt Christū & apostolos habuisse ius & dominiū ī loculis illis,in reb⁹
alijs quibus vsi sunt.¶Respondeo dicendū quòd circa istam Respōdet.
quæstionem magna fuit alias concertatio inter doctores maximè tempore Io.22.quibusdam doctoribus affirmantibus,
quòd Christus & apostoli in illis loculis nec ius nec proprietatem aliquam in speciali aut in communi habuerūt,sed solū simplicem vsum facti.Quam opinionem secuti multi doctores de ordine minorū.Et nūc sequūtur quidam fraticelli
de eodem ordine alijs dicentibus & affirmantibus contrariū.Cui concertationi dominus Io.22.finem volens imponere fecit duas cōstitutiones.in quarū vna.s.in constitutione
sunt inter nonnullos, diffiniuit cōclusiones.† Prima est quòd Prima cō clusio.
6 pertinaciter asserere redemptorem nostrū Dominū Iesum
Christū eiusq; apostolos in spāli non habuisse,nec in cōi esse Secūda cō clusio.
7 erroneū & hæretici cū censēdū.¶Secūda fuit† ꝙ pertinaciter asserere quòd redemptori nostro prædicto eiusq; apostolis in his quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur,nequaquā
ius ipsi vtendi seu consumēdi cōpetierit nec illa vēdēdi, aut
donādi ius habuerint aut ex alia acquirendi quæ tamen ipsos
de præmissis fecisse scriptura sacra testatur seu ipsos potuisse
facere supponit expresse , sit erroneū & hæreticū . Licet aūt
determinationibus & diffinitionibus huius apostolicę sedis
sit oīno stādū & parēdū.vt in.c.hæc est fides.24.q.1.Nihil oī
no volumus pro pleniori doctrina pro quolibet earū aliquas
8 rationes inducere.†Pro prima aūt ꝙ Christus & apostoli habuerint aliqua in speciali aut in cōi.s. quo ad proprietatē &
dominiū saltem in cōi,primo arguitur sic. De iure diuino
omnia quæ offerūtur pauperibus pro salute animarū dedicātur Deo,& cōsecrantur.vt habetur Leui.vlt. Ipse quoq; res
Dei & corporis eius mystici.s.ecclesiæ.12.q.2.c.qui Christi
&.c.nulli liceat.&.c.prædia.&.c.qui abstulerit.Et plene no.ꝑ
Inno.& Host.extra de cā poss.& propriè.c.cū super elec. sed
s̄m apostolū ad Ephe.1.christus est caput ecclesiæ,cuius ecclesiæ de iure diuino omnia sunt vt habetur.23.q.7.c.1.&.1.
Cori.3.omnia nostra sunt ipsiq; apostoli principalia mēbra
ecclesiæ, vtpote post Christū fundamenta eius.ergo videtur
quòd omnia quæ offerebantur Christo & eius discipulis à fidelibus transierūt in dominiū ipsius Christi & sui collegij.
¶Secūdo sic confirmando rationem factam.Si oblata fratribus minoribus transeūt in ius & dominiū papæ ne illorū dominiū sit vagū & incertū,longe magis oblata christo transire debuerūt in ius & dominiū ipsius Christi & sui collegij.
¶Tertio sic.ex verbis Aug.positis in litera præsentis.c.dicit
.n.exemplū accipite domini conuersantis in terra,quare habuit loculos cui angeli ministrabāt,nisi quia ecclesia ipsius loculos erat habitura.Cū ergo exemplar concordet exemplato,sequitur quòd sicut ecclesia habet ius dominium aliquo
modo in loculis suis,quò ius & dominuim habuit Christus
& apostoli in suis.vnde glo.in.ca.præsenti dicit sic. Ab hinc
ostendit,quòd ecclesia potest habere propriū.¶Quarto sic
confirmando Act.2.&.4.habetur de apostolis & alijs credētibus quòd erant eis omnia communia,quod intelligendum
est quo ad ius & dominium , quia sicut ibi ius negatur proprium, sic conceditur & affirmatur commune.dicitur.n. sic.
Multitudinis credentium erat cor vnum.& anima vna . Nemo autem eorum quæ possidebant suū esse dicebat,sed erāt
eis omnia communia.Sicut ergo erant eis non propria, sic

erant eis cõmunia.sed non erãt eis propria quo ad ius & dominium.ergo sub eodem sensu affirmatur, ꝙ erant eis omnia communia.s.quo ad ius & dominiũ.¶ Quinto arguitur sic de Paulo. Et quæro cuius erant illa bona quæ Paulus labore manuum suarum acquirebat ne quenquam grauaret. 1. ad Thessa.2.clarum est quòd non illorũ qui pro labore aut rebus venditis ei pretium reddebant, quia reddebant debitum operãti.quia Luc.10.dignus est operarius mercede sua, & ita ius & dominiũ mercedis operanti debent: ergo Paulus Christi apostolus ius & dominium habuit in rebus acquisitis per laborem manuum suarum in speciali vel in cõmuni.¶ Sexto sic. Greg.1.in quadam sua decretali.extra de exces. præla. ca. nimis iniqua.dicit expresse fratres prædicatores & minores in altissima paupertate Christo pauperi famulari, & tamen cõstat fratres prædicatores habere bona in communi quantum ad proprietatem,& dominiũ.ergo videtur quòd christus habuerit etiam in bonis quæ scriptura sacra eum in bonis habuisse testatur, alias prædicti fratres in paupertate non famularentur.i.imitarentur.¶ Septimo sic. Alexãder.4.in cõdemnatione libelli contra statum prædicatorum & minorũ dicit sic inter cetera. Cum insuper quidam fratres omnia propter Deum reliquerint exilia vitæ subsidia mendicantes ipsum Christum imitentur pauperem perfectionem euangelicam amplexando, propter quod euidenter apparet eos nõ solum in statu saluandorum existere, sed etiam perfectorũ & per suæ religionis obseruãtiam quæ quidem ipsius perfectionis euangelicæ tenet formam in æternæ retributionis præmio excellentem gloriã promereri, hæc ille. Ex quibus quidem verbis quatuor puncta colliguntur. Ex quibus manifeste patet propositum, primum est, quòd prędicatores Christum pauperem imitentur. Secundum est quòd perfectionẽ euangelicam amplexantur. Tertium est quòd in statu perfectorũ existunt. Quartum est quòd ipsorum religionis obseruantia perfectionis euangelicę tenet formam. sed cõstat prædicatores in communi posse habere aliqua, quo ad proprietatem & dominiũ iuxta eorũ regulam: ergo sequitur quòd Christus & apostoli in loculis suis habebant ius & dominiũ in communi.¶ Octauo sic. in regula B. Aug. dicitur sub sancti apostolis constituta. sed viuentes sub regula B. Aug. habẽt bona in cõmuni.ergo videtur quòd Christus & apostoli pariter habebant, aliter regula illa non esset cõformis regulæ apostolicæ.¶ Nono hc cantatur in ecclesia de B. Aug. hic tu de vita clericorum sanctam scribens regulam, quam qui amant & sequuntur viam tenent regiam.i.Christi qui est rex regum, sed vt argutum est viuentes sub illa regula habent in communi proprietatem & dominium rerum, quas habent, ergo pari modo habuit Christus in suis, alias vita talium non fuit vita regia.i.christi.¶ Decimo idem arguitur ex regula beati Benedicti quæ sumpta est ex euangelio Christi, vt dicit Bernardus ita loquens in sermone quodã de B. Benedicto quod beati patris nostri cuius hodie nobis Natalis agitur regula docuit, hoc nobis lectio euangelij commẽdat, nec aliud sonuit veritatis præco, quam veritas ipsa perdocuit. Quid.n. aliud doctrina regulæ persuadere conatur, nisi vt cõtemptis eis quæ mundi sunt veritas ameter, eiusque adhæreatur vestigijs,& inde æternæ sperentur præmia gloriæ. hęc Bernar. sed monachi sancti Benedicti secundum eorum regulam cũ contemptum earum rerum quæ sunt mundi in particulari, siue in speciali habent proprietatem & dominium earum rerum in communi. Et hæc forma sumpta est ex euangelio, vt dicit Bernar. ergo Christus & apostoli in loculis suis & alijs rebus habuerunt proprietatem & dominiũ in communi, idem potest argui ex regula Basilij & aliorum sanctorum monachorum, quos Beatus Hieronymus dicit tenere vitam apostolorum. Cæterum pro secunda diffinitione in qua Io.22.diffiniuit. ꝙ Christus & apostoli in rebus quas eos habuisse sacra scriptura testat̃ habuerint ius ipsis vtẽdi, seu cõsumẽdi & vẽdẽdi, & donãdi, ac ex illis alia acquirẽdi possunt testimonia induci. primo quidem veritas huius diffinitionis colligitur ex illo Lu.10. Misit dominus discipulos suos dicens, nolite portare nec sacculũ, nec peram, nec calciamẽta, & neminem per viam salutaueritis. & infra in quancunq; domum intraueritis ibi manete edentes,& bibentes, quæ apud illos sunt, dignus est.n.operarius mercede sua.& idem Matt. 10. Ex quibus manifeste colligitur, ꝙ apostoli sic à Christo cum tali facultate missi habebant ius acquirendi sumptus ab his quibus prædicabant.¶ Secundo idem colligitur appertissimè ex illo Mar.6.vbi præcepit eis ne quidquam tollerẽt in via, si nisi virgam tantum. vbi gl. interlinearis dicit.i. potestatem viuendi de euangelio. item alia gl. ibi dicit Marcus per virgam potestatem accipiendi necessaria à subditis intelligit, possunt etiam ad hoc rationes induci, pro quo notandum, ꝙ Christus & apostoli possunt dupliciter considerari. Primo.s. vt personæ publicæ. Secundo vt personæ priuatæ.& ita possunt rationes dupliciter formari. primo sic. philosophus. 1. poli.dicit.ꝙ in oĩ multitudine bñ disposita oportet dare principẽ, qui procuret illi bona & sit solicitus circa illa, & illius multitudinis subditi teneãt plato siue principi administrare necessaria & stipẽdia vitæ, ita vt princeps remanẽs princeps latus non potest renunciare tali solicitudini, & procurationi nec subditi manentes subditi possunt renuntiare tali obediẽtiæ & administrationi. ergo videt̃ ꝙ princeps & prælatus habet ius exigendi à subditis necessaria vitæ, sed Christus fuit princeps ecclesiæ magister, & dominus. Ioan.13. vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, & apostoli post eum secundum illud psa.44. Constitues eos principes super omnem terram. ergo tam Christus quam apostoli habuerũt ius exigendi à fidelibus necessaria vitæ, & per consequens nõ solum habebant simplicem vsum facti. ¶ Secundo hoc idem apertissimè colligitur ex argumentatione apostoli quam. 1. ad Corint.9. facit ad probãdum quòd potestatem haberet viuendi de euangelio, probat.n. primo exemplo aliorum, apostolorum dicens. nunquid nos non habemus potestatem sicut cæteri apostoli qui potestatem hanc habebãt sumptus suscipiendis, cum ego etiam sim apostolus.¶ Secundo probat idem iure consuetudinis humanæ dicẽs. Quis.n. militat suis stipẽdijs,& quasi diceret nullus, dabantur.n. militibus stipendia de republica, vnde Ioan. vicebat Lu.3. Contenti estote stipẽdijs vestris. sic prædicatores & prælati accipere possunt sumptus à subditis.¶ Tertio idem probat authoritate diuinæ legis dicens, scriptum.n.s.deut.25. non alligabis os boui trituranti.i. prædicatori laboranti in area domini.¶ Quarto idẽ probat naturali æquitate sic. si nos seminamus vobis spiritualia magnum est si vestra carnalia metamus.i. bona ad sustentationem carnis necessaria, quasi diceret non, imo modicum est. Aequum quidem est quòd communicãti maiora cuiusmodi sunt spiritualia minora quæ sunt corporalia administrentur, & tum subiungit sed non vsi sumus hac potestate. sed omnia sustinemus ne offendiculum demus euangelio Et loquitur de potestate, nõ vt fratricellus dicit quæ sit simplex licentia. sed vt dicit S.Thom. in expositione apostoli de potestate qua potest inuitos ad hoc cogere. Nec contra hoc militat quod dicitur Matt. 10. Gratis accepistis gratis date. quoniam vt exponit idem S.Th. sic est intelligendum Gratis sine pretio, sed non sine stipendio. præterea iuxta secundã considerationem qua apostoli considerantur vt priuatæ personæ idem probatur sic secundum sententiam Aug. li. de sermone domini. Tota ecclesia est vnum collegium, cuius caput Christus est, & apostoli membra principalia. tunc argui tur sic. in omnibus quę acquirũtur collegio alicui, oĩa membra collegij habent ius in illis. ergo in oblatis collegio Christi apostoli habebant ius in communi, alias non fuissent mẽbra aut partes eius. vnde Aug. super psal. 130. Ipse dominus loculos habebat, quo ei emebantur necessaria, & possideban tur numi propter vsus eorum, qui cum eo erant, & ius notat verbum possidebãtur. vnde Io.4. dicitur quòd discipuli abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent.¶ Super quo verbo quęrit Alber. mag. super Io. cum Christus pauper esset. vnde cibos emerunt. Respondent quòd habebãt loculos in quibus huiusmodi expensa portabatur, nec hoc contrariatur ei. quod non habebat vbi caput reclinaret, vt dicitur Mat.7. quia hoc de immobilibus intelligitur, hæc Albertus. ¶ Vltimo idem probat̃ argumẽto domini Io.22. quoniam si Christus & apostoli non habuissent ius vtendi loculis & rebus quibus vsos sacra scriptura commemorat, vsus eorum videtur fuisse iniustus cum ius vendi eis non competijsset, sed hoc non est dicẽdum. ergo nec illud, ex quo sequitur nam si iustè vsi sunt. ergo & iure quia quod iustè fit, & iure fit. extra de verb. signi. c. ius dictum est.&.14.q.4. quid dicam.¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando maiorem de omnibus quæ pertinent ad perfectionem, aliquid.n. ad perfectionem pertinet essentialiter sicut est charitas de qua apostolus ad Col.3. super omnia charitatem habete quæ est vinculum perfectionis, & de ista est bene vera maior. Aliquid autẽ ad perfectionẽ pertinet nõ essentialiter, sed instrumentaliter & dispositiuè siue per modum remouentis,

Margin notes (left): Quintũ ar. — Sextũ ar. — Septimũ — Octauũ ar. — Nonũ a e. — Decimum arg. — Bernard. — Bernard. — Hierony. — Pro.2.cõcl. — Primũ ar. — Secũdũ ar.

Margin notes (right): S. Thom. — Aug. — Alber. ma. Quæstio. Respõdet. — Ad primũ arg.

remouentis.prohibentis,siue disponētis,vt est paupertas vo
S Tho. luntaria sicut dicit.S.Th.in.2.2.& Nicol.de lyra super Matt.
Nicolaus de lyra 19.& de talibus non habet veritatem illa maior, quoniam ta
lia impedimenta perfectionis quæ per cōsilia euangelica tol
luntur non habebant locum in Christo,qui ab instanti con-
conceptionis suæ fuit perfectissimus.vnde nec ipse debuit
nec alius prædicator facere tenetur quidquid docet aut præ
dicat nisi sint talia quæ statum salutis vniuersaliter respiciūt.
Ea vero quę ad status singulorum pertinent,nō tenetur præ
dicator etiam magnus regnū cælorum obseruare in se, vt de
se patet.vnde aliqua prædicauit Christus & docuit quæ ipse
facere non potuit. non propter defectum potentiæ, sed ra-
tione iustitiæ,& summæ perfectionis.Nam Ma.3.Christus
prædicauit pœnitentiam agite appropinquabit regnum cœ-
Ambro. 9 lorum.†cum autem pœnitentia secundum Ambro. sit mala
la præterita plangere,& plangenda iterum non committere.
de pe.dis.3.circa principium.clarum est,quòd non potuit ha
bere locum in Christo,in quo nō potuit habere locū pctm.
& ita patet quòd maior illius argumenti non est vera vniuer
saliter.prætereà minor illa quòd Christus docuerit volentē
perfectionem euangelicam assequi relinquere dominium
omnium rerum temporalium videtur falsa,si intelligatur tā
in communi,quam in speciali.Et ad probationē de illo ver-
bo Petri Mat.19. Ecce nos relinquimus omnia &c.Respon
detur negando consequentiam.Ex tali.n.verbo Petri non se
Ad secūdū. quitur quòd Christus docuerit aliud quam dictum est. ¶ Ad
secundam de illo Ma.19.si vis,perfectus esse, vade, & vende
omnia &c.Respondetur primo quòd ista verba non sunt di-
cta apostolis sed cuidam adolescenti interroganti Christum,
quid faciam vt habeam vitam æternam.Secundo respōdetur
quòd authoritas illa non facit contra.Tum primo quoniam
vt dictum est,abdicatio rerum omnium non facit ad perfe-
ctionem essentialiter sed instrumentaliter, siue dispositiuè,
& non necessario etiam,vnde potest esse summa perfectio,
vt dicit.S.Th.in.2.2.q.185.art.6.cum magna opulentia. nam
S.Tho. Abraham cui dictum est Gen.18.ambula coram me,& esto
perfectus,legitur fuisse diues,& idem est de Iob,& Thobia,
& alijs sanctis vtriusq; testamenti.vt de S.Sixto, Laurentio,
Chaterina Agata &c. Tum secundo quia nec Christus nec
apostoli leguntur vendidisse bona sua,& dedisse pauperibus.
vt exinde sequatur ꝙ reliquissent omnia temporalia in par-
ticulari & in communi.¶Ad tertiam de illo Lu.14.respon.
Ad tertiū. ꝙ nihil facit contra propositum,quoniam sicut ait.gl. omni
bus mundanis renuntiant qui eis taliter vtuntur quæ possi-
dent,vt tamen mente tendant ad æterna. Et Beda omnium
fidelium est renunciare omnibus quæ possident , hoc est sic
tenere ea,quæ mundi sunt ut tamen non teneatur in mundo
habere rem temporalem in vsu,æternam in desiderio,sic ter-
rena gerere vt tamen tota mente ad cœlestia tendant.hæc il-
le.Ex quibus verbis patet ꝙ renuntiare omnibus quæ homo
possidet vt quis sit Christi discipulus secundū mentem Chri
sti qui ita loquebatur turbis,non est relinquere omnia tem-
poralia quantum ad proprietatem & dominium,sed quantū
Ad quartū. ad effectum,¶Ad quartam cum dicitur quod Christus fuit
pauperrimus.respōdetur.ꝙ verum est,ꝙ christus & aposto
li fuerunt pauperrimi,tamen quia spū & animo fuerūt tales
plusquam cæteri,vt dicit Aug.super.Psa.232.pauperies Dei
in animo est non in sacculo . Tum quia in proprio nihil ha-
buerunt,nihilominus quandoq; loculos habuerunt vt dictū
est,& cum dicitur in minori,ꝙ illa paupertas euangelica quę
omnium rerum dominium abdicat dicimus ꝙ est falsa,si in-
telligatur de abdicatione omnimoda.s.in proprio & in com-
muni,quoniam sicut superius probatum est paupertatē euā-
gelicam dicūtur tenere monachi & canonici regulares,& fra
tres prædicatores,licet habeant aliqua in communi propria.
¶Ad authoritatem Au.respon. quòd intelligit de dimissio-
ne omnium in proprio non in communi,alias contrarius ei
set sibijpsi,qui regulam suam secundum quam viuentes ha-
bent multa in communi dicit esse sub sanctis apostolis consti
Ad quintū tutam.¶Ad quintam cum arguis de reductione discipulorū
Christi ad statum innocentiæ.respondetur negando mino-
rem,quoniam licet in statu illo nullus diceret aliquid esse si-
bi proprium nihilominus omnes erant domini eorū,quibus
vsi fuissent,& ita dominium erat commune,secundum illud
Gen.1.Crescite & multiplicamini,& replete terram,& subij
cite eam,& dominamini piscibus maris,& volatilibus cœli,
Ad sextū &vniuersis animantibus,quæ mouentur super terram.¶Ad
sextam cum arguitur de Hiero.super illud Mat.17.&c.Re-

spondetur negando consequentiam.& ratio est.Christus cū
esset rex & filius regis æterni non tenebatur soluere tri-
butum.Soluit autem propter scandalum vitandum . Nephas
ergo putauit illud quod debebatur pauperibus conuertere in
vsum,ad quem non tenebatur . sic etiā in hoc datur exēplū
platis,vt res distribuendæ pauperibus nō cōuertātur in alios
vsus proprios,& singularis vtilitatis ad quos illæ res ordina-
te sunt.non.n.res quas à fidelibus Christus receperat ad pro
uidēdū pauperibus inter quos ipse & discipuli sui erant, ordi
nauerat ad tributi solutionē cōuertēdas. vnde ex hoc ꝙ locu
lis Christus non est vsus pro solutioue tributi non sequitur
ꝙ illis non fuerit vsus pro sustentatione sua,& suorum,& ꝙ
in illis ipse & apostoli non habuerint proprietatem in com-
muni.¶Ad septimam de decretali exijt qui seminat &c.Re
spondetur primo iuxta responsionem domini Ioā. 22.quòd Ad septimū.
non fuit intentio papæ Nicolai per illa verba intelligere, ꝙ
prædicta regula quo ad omnia quæ continentur in ea euange
lico fundetur eloquio,& vitæ Christi roboretur exēplo,nec
apostolorum vita & actibus sit formata.Constat.n. in prædi
cta regula multa contineri quæ nec Christus docuit,nec exē
plo firmauit vtpote quòd præcipit cōditor regulæ fratribus
vniuersis vt nullo modo denarios vel pecuniam reciperēt ꝑ
se, vel per interpositam personam , nec non , de multis alijs
in regula contentis.de quibus infra dicetur quæ vtique Chri
stus nec apostoli docuerunt, nec firmauerunt exemplo.Nec
obstat quòd Christus portare pecuniam apostolis & discipu
lis dum ipsos ad prædicandum miserit interdixerit , quod
tamen antequam eos mitteret ipsis non legimus fuisse inter
dictum.Quodq; post redditum à prædicatione pecuniā por
tarunt in plerisq; locis euangelica veritas & apostolica dicta
testantur.hæc dominus Io.22.potest secundo aliter respon-
deri sic.quòd christus duas ordinauit perfectas paupertates
diuersas,& congruentes diuersis exercitijs perfectorū . vnā
& primam pro illis qui prædicaturi essent in Iudæa secun-
dam pro illis qui ad alias extraneas regiones esso transmigra
turi, aut fixi essent māsuri in congregatione. vnde Christus
volens vtraq; approbare aliquando tenuit primam quæ nihil
habet sub cœlo,de qua ait apostolus Mat.10.Nolite posside
re aurum nec argentum &c.aliquando secūdā quæ habet ali
quid in communi sicut aperte colligitur Io.4.& Io.12.& Io
an.13.& etiam Luc.22.quas duas paupertates & verbo do-
cuit & exemplo mōstrauit,& sanctificauit,& ita ex illis ver
bis Nicolai non sequitur,quòd Christus quādo portabat lo
culos non haberet in eis proprietatem aliquam in commu-
ni siue dominium,licet cum primam paupertatem obserua
uit nihil in proprio aut in communi habuerit.¶Ad octauam
respondetur primo quo ad præsuppositum diximus prout
supra dicit Io.22.quòd falsum est quòd regula B. Francisci Ad octauū.
sit regula euangelica,aut sanctum euangelium Iesu Christi.
ita vt per omnia quidquid continetur in ea contineatur in
euangelio.nam multa continentur in regula, quæ non conti-
nentur in euangelio sicut quòd Christus nihil habuerit in ꝓ
prio,aut in communi,imo habuit loculos, habuit vestes &
tunicam.Similiter & apostoli vt ex prædictis patet. item nō
legitur quòd fuerit cinctus chorda Christ⁹, nec apostoli legū
tur cincti Zonis.Mat.10.nec legitur Christus nudis pedibus
incessisse.imo Ioannes supponit Christum calciamenta ha-
bere.cum Io.1.dixit.non sum dignus corrigiā calciamēti sol
uere.& Act.12.angelus dixit Petro. præcinge te.s. zona , &
calciate caligas tuas , & circunda tibi vestimentum tuum.ea
go Petrus habuit cingulum & caligas & vestimenta quia cal
ciatus angelum est secutus.Item nec Christus nec apostoli
leguntur præcepisse vt ieiunarēt à festo omnium sanctorum
vsq; ad natiuitatem domini. Item non præcepit Christus pe a ¶ Quia dominium quid sit do minum vide Pet. de Ancha in [illegible] ca. [illegible] in cō [illegible] ne rubri. nu.7.de cā pos & pro pri.Et vnde origi nem hue rit. ibidē nu.10.
cuniam non tangere manibus quod facit regula B.Francisci,
& sic de multis alijs.dicitur ergo regula B.Francisci non est
euangelica aqt euangelium Christi quantū ad hoc,quòd prę
cipit viuere in obedientia sine proprio,& in castitate qua ra-
tione regula B.Benedicti dicitur euangelica à B.Bernardo.
Et regula B.Aug.sub sanctis Apostolis constituta.vnde ex il
lis verbis non habetur quòd sit contra conclusionem prædi-
ctam.Quòd vero dicitur quòd fratres minores non habent
ius aliquod in rebus quibus vtuntur dicit dominus Io.22.ꝙ
si loquantur de rebus quæ non consumuntur vsu, verum
est.Sed de rebus quæ vsu consumūtur non est verū , quia in
talibus impossibile sit separari vsus facti à dominio, & pro-
prietate. Est autem hic pro horum intelligentia notandū,
10ta ꝙ dominium distinguitur triplex. s. dominium vsus do-
minium

minium rei, & dominium aministrandi & dispensandi rē: dominium igitur vsus in rebus cōsumptibilibus quarum vsus est earum cōsumptio non separatur ab vsu earum. In rebus vero stabilibus, quarū vsus non est earum cōsumptio dominium potest separari ab vtroq;. Nam qui habet dominium administrandi vel despensandi res aliquas eo modo dispensat quo natura rei dispensabilis vel administrabilis requirit, quādo igitur dispensat vel administrat res consumptibiles, quarum vsus est earum consumptio administrando vel dispensando vsum administrat ibi dominium vsus illis quibus administrat.

Responde. 11 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non conuenienter Christus loculo Iudæ cōmiserit, quia sciunt eum latronem. Latroni autem minus bene committitur custodia pecuniarū, aut aliarum rerū. Respondetur ꝙ conuenientissimè Christus loculos ei commisit. Et potest iuxta S. Tho. super Io. triplex assignari ratio. (S. Tho.) Prima est quæ assignatur in præsenti. ca. vt. s. ecclesia eius fures cum patitur toleraret. Et ast ratio Aug. Non. n. est bonus qui malos tolerare non potuit. Vnde dicitur Canthicorū. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. ¶ Secundo loculos commisit Iudæ vt ei communem occasionē proditionis auferret, cū haberet ex loculis concupiscentiæ miti gationem. sed sicut dicitur Ecclesiastici. 5. Auarus implebitur pecunia. ¶ Tertio commisit Iudæ loculos vt doceret ꝙ spiritualia sunt maioribus committenda. Temporalia vero minus dignis. Dicitur ergo ad argumentū in contrarium iuxta Nicolaum de lyra super Io. ꝙ à principio quādo Christus tradidit Iudæ officium portandi loculos latro non erat. (Nicolaus de lyra) Et licet Christus sciret eum futurum latronem, tamē tradidit si illud officiū, quia minor erat inter apostolos, propter quod vltimus inter eos nominatur sicut patet Matt. 10. & Marci 3. Talibus autem sunt temporalia tradenda, maiores autem debēt circa doctrinam & spiritualia occupari propter quod in primitiua ecclesia apostoli septem diacones ordinauerunt sub eis ad temporalia ministranda, vt ipsi Apostoli liberius possent intendere orationi & prædicationi: vt habetur Actuum. 6. Le. textu. (Exponit literam.) ¶ [Exemplum domini in terra conuersantis.] Baruch. 3. In terra visus est, & cum hominibus conuersatus est [quare habuit loculos nisi quia ecclesia &c.] ly qa non notat hic causam, sed consecutionem. Ideo habuit dominus loculos, vt hoc licite sequeretur. i. vt daret exemplum quòd licite sequeretur. Et ita debeat intelligi patet quia in eodem sensu sequitur, nisi vt &c. Hu. & Ar. [habitura loculos.] (Achid.) non conseruet sed vt in necessitatibus eroget, vt infra. e. q. 2. aurum. quod hic signatur contrarium. sed sic soluitur. Hug. [furem]. s. Iudam. Hug. quare autem Iudæ loculos portare cōmiserit iam dictum est in quæstione. 4. [tolerat]. i. patienter ferat. Hug. [fures]. i. malos. [cum patitur eos]. i. persecutionē

(Quæstio. Oppon. & respondit. Prima cōclusio.) 12 ab eis. Hu. hic surgit quæstio. † vtrum mali tolerādi. Et videtur quod sic ex præsenti. ca. ¶ In oppositum videtur esse illud maleficos non patieris viuere. Respondeo iuxta Hu. hic quòd si mali illi sunt occulti de talibus est conclusio quòd tales expelli non possunt. quia peccata sunt occulta. Et de talibus intelligitur quod hic dicitur, quod patet per exemplum Iudæ cuius peccatum erat occultum, vt. 2. quæstio. 1. multi. Latentia. n. peccata quo ad ecclesiam non habent vindictam vt. 32. q. 5. Christiana. Si vero mali sunt quorum peccata sunt manifesta tunc est secunda conclusio. (Secūda cōclusio.) Si tales sunt potentes aut sociam habent multitudinem in eadem malitia pertinacem, tales sunt tolerandi propter scandalum. vt. 23. q. 4. ipsa non potest. (Trima con clusio.) ¶ Tertia coclusio, si scandalum non timeatur non sunt tolerandi. vnde in hoc casu non est parendum etiā multitudini, sed seuerius est punienda. vt de pe. d. 6. qui vult.

2 *Bona temporalia mobilia & immobilia licitum est habere clero & ecclesię.*

3 *Terra possidebatur vno de quatuor modis in veteri testamento.*

4 *Missiones apostolorum fuerunt duæ.*

8 *Diuitias abundantes habere in communi siue in rebus mobilibus siue immobilibus est impedimentum perfectionis.*

Et quid si habent quantum sufficit ad simplicem vitam. numero 9.

11 *Religio intendens prædicationi & doctrinæ est potior ea quę soli contemplationi studet, & nu. 15.*

12 *Religio vocans soli contemplationi est potior religioni vitæ actiuæ.*

13 *Religio quæ sit potior inter religiones deditas vitæ actiuæ.*

14 *Oratio potior est quam lectio in operibus vitæ cōtemplatiuæ.*

16 *Religio vna qualiter alteri præemineat.*

17 *Viuendi modus in Christo omnibus exemplariter monstratus est.*

18 *Facultates vnius ecclesiæ non sunt communes alteri ecclesię.*

19 *Habere in communi non est contra perfectionem euangelicam.*



Xpedit. Ad idem. s. quòd ecclesia possit habere proprium est hoc. c. quod est beati Prosperi episcopi. summa est. Primo quòd expedit ecclesiæ facultates possidere siue retinere. secundo quod rectores, & prælati ecclesiarum non domini, sed dispensatores sunt earum. Et diuiditur in tres partes. in prima facit quod dictū est. in secunda illud probat duplici exemplo in tertia ex dictis elicit conclusionem intentam. secunda ibi, denique sanctus. tertia ibi, itaque. (Diuisio.)

¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli & sequentiū aliquorum veniunt plura quærenda.

1 ¶ Primum est vtrū ecclesia licite possit habere bona immobilia possessioness prædia castra oppida, & ciuitates.

5 ¶ Secūdum est vtrum decuerit quòd ecclesia talia receperit.

7 ¶ Tertium est vtrum expedierit quòd ecclesia talia immobilia bona retinuerit.

10 ¶ Quartum est vtrum habere talia bona in communi deroget perfectioni euangelicæ.

20 ¶ Quintum est vtrum religio nihil possidens in particulari & in communi sit perfectior religione in qua aliqua bona in communi possidentur.

1 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ nō sit licitum ecclesiæ siue clero habere bona immobilia. s. possessiones prædia &c. primo sic. Oē illud videtur esse illicitum, quod est prohibitum diuina lege: sed hoc est huiusmodi. ergo &c. cōsequentia est bona, maior nota, minor vero probatur. prohibetur. n. sacerdotibus veteris legis. dixit. n. dominus ad Aaron Num. 18. in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. ergo pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. & idem Leuiti. 25. ergo etiam sacerdotibus nouæ legis qui in eorum loco succedunt, videtur esse prohibitum possessiones habere. (Primū ar.) ¶ Secūdo sic illud non est licitū clero, quod est contra Christi euangelium, sed quòd clerus habeat possessiones, videtur esse cōtra euangelium, ergo illud est illicitum. (Secūdū ar.) Minor patet ex illo Mat. 10. nolite possidere aurum nec argentum &c. ¶ Tertio sic. cui prohibetur solicitudo de crastino, videtur esse prohibitum prouisiones ad futurorum prouisionem tenere, sed clero maximè prælatis qui succedunt loco apostolorum prohibetur de crastino cogitare Mat. 7. nolite soliciti esse in crastinum. ergo & habere possessiones. (Tertiū ar.) ¶ Quarto sic. illud videtur esse illicitum, quod naturæ rei repugnat, sed habere possessiones & talia immobilia bona repugnat, naturę siue conditioni clericali, ergo &c. minor colligit, ex. c. clericus supra. ea. causa. & q. vbi dicit Hiero. Clericus qui Christi seruit ecclesiæ interpretetur vocabulum suum primum, & nominis diffinitione prælata mittatur esse quod dicitur. (Quartū ar.) Si tantū cleros grece, sors appellatur, propterea clerici dicuntur, quia de sorte domini dicuntur, vel quia ipse dominus sors. i. pars clericorum est. & infra nihil extra dominū habere potest quòd si quidpiam aliud habet præter dominum pars eius domin⁹ non erit. v. g. si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem cum istis partibus dominus non dedignatur fieri pars eius &c. ¶ Quinto arguitur idē sic. Sicut in homine se habet suprema ratio ad sensualitatem, ita in ecclesia videtur se habere status ecclesiasticus ad secularem cuiusmodi ille est rector & gubernator. (Quītū ar.) sed non est licitum, quod ratio descendat ad id quod est sensualitatis. ergo nec quòd status ecclesiasticus descēdat ad id quod est secularis status, cuiusmodi est habere ista temporalia immobilia: consequentia videtur nota. & videtur ista similitudo colligi ex. c. duo sunt genera. s. e. causa. & q. ¶ Sexto arguitur idē ex eo quod videtur quòd non sit licitum clero habere dominatum secularē. (Sextū arg.) dicitur. n. Lu. 22. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, vos autem non sic. sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. idem habetur Mar. 10. & ad idem est illud. 1. Pet. vlt. non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. (Septimum arg.) ¶ Septimo idem videtur accipi ex illo quod communiter dicitur, quòd cū ecclesia

clesia donationem Constantini acceptauit, audita est vox in aere dicens venenum intrauit in ecclesiam Dei. ¶ In oppositum est te. præsentis. vbi sanctus Prosper dicit expedire ecclesiæ possessiones retinere, quod nequaquam verum fuisset, si ecclesiæ vel clero non licuit bona immobilia possidere.

Opponit i. contrariū.

¶ Respondeo. Circa hoc turpiter errasse leguntur multi, hæretici, vt pauperes de Lug. valdenses enclineltræ, bohemi & quidam de hordine minorum fratricelli dicti. Qui dogmatizare præsumpserunt non licere clerico bona immobilia, vt puta possessiones prædia castra &c. possidere. Contra

Respōdet.

2 quos ponitur ista conclusio contraria. † videlicet quod licitum est ecclesiæ & clero bona temporalia & immobilia possidere, & etiam in abundantia tali, quod sufficiāt necessitatibus eiusdem, veritas huius conclusionis colligitur ex multiplici capite. primo ex more & exemplo eorum qui sacerdotes dicuntur fuisse ante legem: isti. n. leguntur fuisse primogeniti qui præ alijs dominium & hæreditatem habebant. vnde Genes. 27. dixit Isaac ad Iacob Esto dominus fratrum tuorum. quia illa erat benedictio primogeniti. & Gen. 49. Ruben fortitudo mea primus in domo maior imperio, super fratres quas habuisset nisi ascendisset cubile, patris suis Abraham, etiam fuit sacerdos vt probat Chrysostomus super Matt. 1. qui tamen ditissimus fuit de Melchisadech, etiam patet, quod fuit rex & sacerdos, & sic patet quòd in populo Dei licitum erat sacerdotibus illo tempore habere bona mobilia, & immobilia nec derogabat sacerdotio habere opulentiam etiā diuitiarū.

Prima pba. Chrys.

¶ Secunda eadem veritas colligitur ex more & exemplo sacerdotum tēpore legis. vnde Leui. 25. Aedes leuitarum quę in vrbibus sunt semper possunt redimi, si redemptę non fuerint in iubileo reuertentur ad dominos. quia domus vrbiū leuitarum sunt pro possessionibus inter filios Israel. Suburbana autem eorum nō vendet, quia possessio sempiterna est. item Leuit. 27. Homo si vouerit domum suam. & sanctificauerit eam domino, & infra si agrum possessionis suæ vouerit & consecrauerit eum, & infra si voluerit redimere sed alteri cuilibet fuerit venundatus vltra eum qui vouerat redimere nō poterit. quia iubilei dies venerit santificatus erit domino, & possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum. & infra. Omne quod consecratum fuerit domino, siue homo, siue animal, sanctum sanctorum erit domino. item. Nume. 35. Locutus est dominus ad Moysem. præcipe filijs Israel, vt dent leuitis de possessionibus suis iuxta imperium domini. Ciuitates & suburbia eorum per circuitum. item etiam Iosuæ. 21. vbi dicitur. dederunt leuitis filij Israel de possessionibus suis iuxta imperium domini ciuitates & suburbia eorū, & ibi scribitur, quòd quælibet tribus dedit certas ciuitates alia. 10. alia 14. alia. 4. &c. & in fi. subiungit. itaque ciuitates vniuersæ leuitarum in medio possessionis filiorum Israel sunt 42. cum suburbanis suis, singulæ per familias distributę, & præterea sex refugij, & sic erant. 48. item eadem veritas colligitur ex illo. 2. paralip. 2. vbi Salomon ait ad sacerdotem Abiathar, vade in Anathot ad agrum tuum & sic sacerdos habebat agrum. Item Hiere. propheta sanctificatus in vtero sacerdos emit agrum, soluit pretium, stipulationes fecit, & sibi fieri instrumentum Hiere. 32. & sic de multis alijs inducere possumus, in quibus manifeste patet non repugnare sacerdotibus habere bona immobilia, possessiones, prædia, agros &c. ergo nec ecclesiæ & clero noui testamenti repugnat habere bona mobilia & immobilia &c.

Secūda.

¶ Tertio eadem veritas colligitur ex nouo testamēto. nam quod licitum sit ecclesiæ habere bona mobilia patet ex practica Christi, qui loculos habuit vbi reponebantur à fidelibus oblata ad vsum eius & suorum. sicut habetur Ioan. 12. & 13. de quo supra. in cap. superiori ostensum est. patet etiam ex practica apostolorum de quibus habetur Act. 4. Quotquot. n. possessores agrorū aut domorum erant vendentes afferebant pretia eorum quæ vēdebant, & ponebant ad pedes apostolorum. diuidebāt autem singulis prout vnicuique opus erat. de quo etiam supra patet. e. causa. & q. ca. dilectissimis.

Tertiū.

¶ Quarto eadem veritas patet ex canonibus apostolorum. vnde eadem causa & q. c. sint manifestè habetur. sint manifeste. i. distinctæ res proprię si tamē habeat proprias, & manifestę dominicæ. i. ecclesiæ. sic potestatē habeat de proprijs rebus mouens sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere, ne sub occasione fortassis ecclesiasticarum, ea quæ esse episcopi probātur interdicātur &c. Ecce quòd duplex patrimonium in potestate episcopi ponitur dispensandum. s. proprium, & ecclesiæ. idem habetur ex. c. infra. e. q. præcipimus. quòd etiam ex canonibus apostolorum colligitur, quæ præcepta ab apostolis non emanassent, si non licuisset ecclesiæ, & clero bona mobilia & immobilia possidere.

Quarta.

¶ Quinto eadem veritas colligitur ex sacris concilijs vniuersalibus, quorū authoritas saluberima est, patet. n. hoc ex concilio Agathen. in. c. episcopi. ea causa. & q. idem ex cōcilio Martini in. c. manifesta. e. q. item ex concilio antiocheno in. c. episcopus. e. q. item ex concilio habito romæ ab Eugenio papa. e. q. 3. c. nulli episcoporum. idem ex synodo sexta vniuersali in. c. apostolicos. e. causa. q. 2. & in. c. non liceat. idem ex concilio Leonis papæ quarti. in. c. monemus. e. causa q. 2. idē ex cōcilio Vrbani papæ in. c. de laicis. e. causa. & q. hoc idem patet ex multis alijs concilijs tam generalibus quam particularibus contentis in decretalibus & clemētinis à quibus sanctis concilijs nunquam emanassent regulæ de gubernatione rerum ecclesiasticarum & conseruatione & dispensatione earum, si ecclesiæ non fuisset licitum res tales possidere.

Quinta

¶ Sexto eadem veritas colligitur aperte ex donatione facta per Constantinum imperatorem, & acceptatione eiusdem donationis per sanctum Syluestrum. quoniam si illicitū fuisset ecclesiæ talia mobilia & immobilia possidere, nequaquam imperator ille Christianissimus qui vt testatur Amb. super Psal. 14. Magni meriti apud Deum est ecclesiam rebus honoribus & dominatu multarum terrarum tam magnifice studuisset dotare, nec beatissimus papa Syluester acceptasset, vbi maxime in robur huius rationis considerandum est, quòd illud omnium conciliorum præstantissimum. s. nicenū, post hanc dotationem celebratum est, quorum patres sanctissimi minime hanc dotationem acceptassent, sed maxime refutassent, si licitum non fuisset ecclesiæ talia possidere.

Sexta.

¶ Septimo eadem veritas colligitur ex authoritate sanctorū patrum, qui sederunt in apostolica sede post beatū Syluestrū hucusque, in qua Pius secundus sedet, quorum plurimi mirę sanctitatis & scientiæ fuerūt, qui tamen bona mobilia & immobilia data ecclesiæ receperunt, & conseruauerunt, quod minime pro eorum religione credendi sunt fecisse, nisi veraciter inttelligerent licitum esse ecclesiæ talia possidere, & retinere.

Septima.

¶ Octauo veritas eadem satis etiam apertè colligitur ex sanctitate aliorum sanctorum pontificum in particularibus ecclesijs, sicut fuit Ambr. Aug. Prosper, per orbem dispersi, Seuerinus, Paulinus, Hilarius &c. qui nō modo sanctitate sed singulari doctrina fulserunt, quorū multi non modo bona mobilia & immobilia possessiones agros castra &c. habuerūt, sed etiā auxerūt vt in præsenti. c. sanctus Prosper narrat de B. Paulino, & S. Hilario episcopis.

Octaua.

¶ Nono eadem veritas colligitur ex sanctitate eorum, qui talia bona possidere in ecclesia leguntur, vñ de S. Sixto, & Laurentio, qui ecclesiæ thesauros habuisse dicitur, quos persecutionis tempore cessante Laurentius erogauit pauperibus.

Nona.

¶ Decimo veritas præfata clarissima ostenditur ex religione, & pietate eorum . s. regum & principum deuotissimorum ecclesiæ sicut fuit Constantinus, & aliqui alij imperatores christiani reges & principes, qui in Hispania, Francia, Italia, Alemania, & in aliis Christianis prouincijs ecclesias mirificè dotauerunt.

Decima.

¶ Vndecimo veritas illa patet testimonio sanctorum doctorum ecclesiæ. qui hanc veritatem manifeste dotauit, vt Ambro. in. c. aurum habet ecclesia. eadem causa. q. 2. idem Hieronymus. in. c. gloria episcopi. e. causa. q. 1. Ad idem B. Gregorius in. c. cum deuotissima infra. quæsti. 2. & in multis alijs capitulis eiusdem. q. & sequentis. Ad idem sunt plurimi summi pōtifices vt Melchiades papa, Vrbanus papa, Stephanus papa, Pelagius papa, Pius papa, Io. tertius papa, Eusebius papa, Symmachus papa Nicolaus papa, Gelasius papa, Simplicius papa, quorum dicta habentur partim in hac quæstione, & partim in sequenti.

Vndecima. Ambrosiūs. Hierony.

¶ Duodecimo veritas veritas præfate conclusionis patet de renuntiatione omnium doctorum scholasticorum maiorum, qui in schola theologica fuerunt, vt est Albertus magnus in. 4. Alexander de halis. in tertio. S. Th. in 4. & in. 2. 2. Bonauentura in. 4. & reliqui omnes. præter fraticellos docuert licitum esse ecclesiæ & clero habere bona mobilia & immobilia.

Duodecima. Alber. ma. Alexāder. de halis. Ad primū arg.

¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes in contrarium. Ad primam quæ sumitur ex Leuitico. c. 25. respondetur dupliciter. primo negando consequentia. Et ratio est iuxta dominum Bonauen. in. 4. di. 24. q. 1. quia sacerdotij Christi non tam fuit figura sacerdotium Aaron, quam etiā Melchisedech, qui secundum quòd dicitur ad Hebre. 7. fuit rex & sacerdos. sic & Christus quamuis honorem regalem recusauerit, & ipse vt pauper vixerit, tamen propter dulcissimam suam benignitatem ad hoc alios nō arctauit. vnde nullatenus

Bonauen.

latenus est credendum statum vniuersalis ecclesiæ aliter regi, quam disponat spiritus sanctus. hæc ille. ¶ Secundo respōdetur negando minorem, s. sacerdotibus veteris legis fuerit prohibitum habere bona immobilia, possessiones, agros, castra, oppida, & ciuitates. Nā ꝙ hoc sit falsū multipliciter ostēsum est in probatione conclusionis præfatę. ex Leuiti. 25. & 27. & Iosuæ. vigesima quinta & multis alijs. ¶ Ad id vero quod inducitur ad probandum minorem de Nume. 18. respondetur iuxta S. Tho. & Alexan. de hal. ꝙ illud intelligitur sic. ꝙ sacerdotes veteris legis nullo titulo deberent habere possessiones in populo Israel. cū authoritates īductę manifeste dicant contrarium, sed intelligitur ꝙ ratione & titulos distributionis & diuisionis factæ per tribus secundum sortes non debent habere possessiones vt partem, aut hæreditatem cum aliis. Et similiter cum dicitur ꝙ præter sacrificia & oblationes nihil aliud accipient, suppletione dimissionis tunc factę per tribus, & hoc eo vt dicit S. Tho. in. 4. d. 24. quia dispergēdi erant per omnes tribus, & sic morari debebant inter fratres suos, inter quos & Deum mediabant sacrificia & orationes & alia Deo pro eis offerendo, quod fieri non potuisset si vnam determinatam partem terræ accepissent sicut aliæ tribus. Et nihilominus leuitę alio titulo poterant habere possessiones. vnde ius habebant in hæreditate paterna, vbi notandum iuxta Alexandrum de halis in tertio. †quòd in veteri testamento terra possidebatur aliquo quatuor modorum. s. primo ratione factę distributionis seu diuisionis secundum sortes per tribus, & terra sic possessa debebat per successionem iure hæreditario ad posteros pertinere, & secundum hoc intelligūtur omnes authoritates quas aduersarij pro se allegāt. Num. 18. & aliç consimiles dicentes quòd leuitę nihil debebant possidere in terra filiorum Israel, nec habere partem, aut hæreditatem cum alijs nec aliquid accipere præter sacrificia & oblationes, supple. s. ratione præfatæ diuisionis factæ. ¶ Secundo possidebatur terra ratione & titulo donationis subsequentis diuisione terræ, & secundum hoc leuitę possidebant vrbes, & oppida ad manendum, & suburbia ad pascēdum pecora, & iumenta, sicut habetur nume. 35. ¶ Tertio possidebatur terra ratione & titulo oblationis factæ Deo, & secūdum hoc leuitę possidebant agros, & terras, quæ vouebantur deo, & non redimebantur infra iubeleum. leui. vltimo vbi dicitur. Si quis agrum possessionis suæ vouerit domino, & non fuerit redemptus, cum iubilei venerint dies, sanctificatus domino erit, & possessio consecrata, & ad ius pertinet sacerdotum. ¶ Quarto possidebatur terra ratione & titulo emptionis, siue acquisitionis, & hoc modo & sacerdotes & leuitę poterant acquirere terras sicut alij. nec tamē propter hoc dicerentur hæreditatem accepisse inter fratres suos. s. in prima diuisione terræ per sortes inter tribus, de qua loquitur scriptura. sicut licet Abraham foderet puteum & planetauerit vineam in Bersabeæ terræ palestinorum Gene. 21. & emeret agrum in quo erat spelunca, & omnes arbores eius in cūctis terminis per circuitum. & tamen Actuum. 7. dicit Stephanus quòd Deus non dedit illi hæreditatem, nec passum pedis, quòd intelligendum est secundum glo. Gen. vbi supra quòd Deus non dedit sibi nec posteris suis ex gratia secundum promissionem sibi factam, licet eam possideret ratione & titulo emptionis. Sic in proposito terræ quas possidebant sacerdotes & leuitę secundo modo. s. ratione donationis subsequentis huiusmodi diuisionem per sortem vel tertio modo. s. ratione vel titulo oblationis voti, seu eleemosynæ, vel quarto modo. s. titulo emptionis ac acquisitionis, non dicebantur possidere iure hæreditario, quamuis etiam terræ possesse iure successionis hæreditariæ ad posteros pertinerent. vnde dicebat Emanuel filius Patrui Hieremiæ ad ipsum Hieremiam posside agrum meum qui est in anathot & terra Beniamin. quia tibi competit hæreditas. & tu propinquus es, vt possideres. Hier. 32. Similiter sacerdotes euangelici seu noui testamēti aliquo quatuor modorum possunt possidere terras, dominia vel iustitias seculares. Aut prima ratione paternæ successionis hæreditariæ, & sic illas nō possident tanquā clerici vocati in sortem domini, sed in quantum tales personæ succedentes suis parentibus siue propinquis, aut ratione & titulo emptionis, acquisitionis ratione personæ propriç vt ea quæ adueniunt clericis solertia sua & exercitio laborum suorum, aut tertio ratione seu titulo liberalis donationis, aut oblationis factæ personæ clericali, non tamen ecclesiæ. Aut quarto modo ratione & & titulo ecclesiæ eius nomine. vt ea quæ in dotem ecclesiæ data sunt quæ

S. Thom Alexāder de halis. — S. Tho. — Alexāder de halis. — Terra. Quid dicatur terra vide Bald. in l si non spāli versi. & quod dixit C. de test. & qd dicatur terra vicin idem in l. pen. in vlt. not G. de insti & substit. Floria i l. sed & si loci §. fi. ff. finiū regū.

ex pietate fidelium aut voto ipsi ecclesię oblata sunt, aut ipsis sacerdotibus nomine ecclesiæ. & talia non possident iure & titulo proprietatis, sed ratione & titulo commendationis quia temporalia ecclesiæ sunt eorum rectoribus tanquam procuratoribus & dispensatoribus cōmendata. vnde Aug. ad Bonifaciū sic inquit. priuatim ea quæ nobis sufficiunt possidemus, non sunt illa nostra sed pauperum, quorum procurationem quodam mō gerimus non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vēdicamus. & habetur in hac. 12. q. 1. si priuatum. vbi priuatum secundum Alexand. de halis vocat vbi supra beneficium ecclesiasticum separatum singulari personæ commissum. Et de talibus quæ clerici posidēt hoc. 4. modo. s. nomine ecclesiæ non possunt hæredibus relinquere nec alijs quam ecclesijs quarum nomine habent ea commēdata. De his vero quæ aliquo trium modorum tanquam propria possident, possunt hæredibus aut aliis quibuscunq; relinquere, vt patet ex conciliorum & canonum apostolorū præalle. authoritate manifestè. ¶ Ad secundam respondetur negando minorem. Et ad authoritatem dicentem nolite portare aurum &c. licet superius satis dictum sit, nihilominus notandum. ꝙ post illa verba quæ dicit Mat. s. nec calciamenta, Marcus dicit nec calciari sandalis. Mattheus dicit nec virgā Marc⁹, vero ꝙ virga verba ista sunt dubia & difficilia. Quod .n. ait, nolite aut præceptum, aut consilium. sed illud certum est ꝙ præceptum sit, quia ita dicit. Et præcipiēs eis Iesus &c. Sed apostoli fuerunt fideles & fuerunt apostoli. aut ergo fuit eis præceptum inquantum fideles, & si sic, ergo ad hoc tenerentur omnes fideles. sed hoc fuit quædam hæresis vt dicit Aug. eorum, qui dicebantur apostolici. dicentes quòd nullus posset saluari nisi hi qui nihil possidebant. Item fuit alia hæresis, quòd nullus saluaretur nisi discalciatus pergens. & hæ fuerunt hæreses, non quia malum dominus præciperet, sed illi non obseruantibus præcludebant viam salutis. Si autem præcipitur eis in quātū apostoli, tunc omnes prelati qui sunt successores apostolorū ad hoc tenerētur. sed hoc non videtur. quia esto ꝙ isti male facerent, nonne Paulus male fecit, qui portabat sumptus & accipiebat à quibusdam, vt aliis daret. Et ideo difficultatem habent hæc verba. Et ideo videndum est de expositione eius. vbi sciēdum ꝙ vt etiam tangit S. Th. in. 2. 2. q. 385. ar. 6. Tripliciter exponitur apud sanctos Doctores. primo exponit mysticè, vt nō possideamus aurū nec argentum. i. vt prædicatores non innitantur principaliter sapientiæ & eloquentię temporali. vt Hieronymus exponit ¶ Alio modo exponitur sicut Aug. exponit in libro de consensu euangelistarum. vt intelligatur hoc non precipiēdo, sed magis permittendo dixisse. permisit. n. eis vt absq; argēto & auro & aliis sumptibus ad predicādū irēt accepturi sumptus vitę ab his, qbus predicabant. vnde subdit, dignus est operarius cibo suo quasi dixisset. Nolite possidere aurum. i. nō erit vobis necessarium habere aurum. quia ego vobis indulgeo vt capiatis necessaria victus & amictus ab his, quibus prædicaturi estis. fuit ergo dispensatio, non præceptio. qua tamen dispensatione Paulus aliquando vti noluit, & aliquando vsus fuit. sicut patet. 1. ad Cori. 9. ¶ Tertio modo exponitur iuxta Chrysostomum vt intelligatur illa dominum præcepisse quantum ad illam missionem, qua mittebantur ad prædicandum Iudæis. †Pro quo notandum quòd duæ leguntur missiones apostolorum. prima ad Iudæos. de qua Matt. 10. hos. 12. misit Iesus eis præcipiēs & dicens. in viam gentium ne abieritis, & in ciuitatibus Samaritanorum ne intraueritis. sed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel. Alia missio est qua missi sunt post resurrectionem ad vniuersum orbem dicens. Euntes docete omnes gentes &c. primæ missioni regula illa de non portando aurum data est, non autē pro secunda quæ libera fuit, nulla lege limitata. vnde in secunda missione ostendit eos ad præceptum datum non obligari dicens in vltima cœna recolens primam missionem. Quando inquit nisi vos sine sacculo & pera & calciamentis nunquid aliquid defuit vobis. At illi dixerunt, nihil, dixit ergo eis. Sed qui nunc habet sacculum tollat similiter & peram. Lucæ. 22 vbi concessit eis portare quæ ante prohibuit. Et ratio diuersitatis est inter alia. Tum vt per hæc exerceantur ad confidēdum de virtute ipsius. qui eos absq; sumptibus prouideret. Tū quia apud Iudæos ad quos primo missi sunt erat consuetudo, quòd suis debebant prouidere magistris. Et ideo nihil ferre præcepit cum mitteret eos ad iudæos. ita autem cōsuetudo non erat apud gentes. Et ideo cum missi sunt ad gētes data est eis licentia portandi sumptus. vnde Paulus & Barnabas

Barnabas sumptus portabât, qui prædicabant aliis, quam iudæis. Et ita vt dicit Aug. contra Faustum conuenienter pro temporum diuersitate præcepta vel consilia. permissa mutãtur. Cum ergo authoritas illa præceptiue intellecta pro loco & tempore. s. primæ missionis per iudæam duntaxat, & non pro omni loco, & tempore intelligatur patet quòd vt dicit S. Thom. in. 2. 2. vbi supra ex illo nõ obligabantur apostoli vel successores eorum, vt absq; proprijs sumptibus euangelium prædicarent. Nam & de Paulo legitur. 2. Cor. 11. quòd ab aliis ecclesijs stipendium accipebat ad prædicandum corinthijs. Et sic patet quod aliquid possidebant ab alijs sibi missum. & & etiam Christus vt supra. c. exemplum. e. q. loculos habuit, vbi portabatur pecunia ad necessitatem supplendã sui & suorum. Successores etiam apostolorum cum nõ succedant eis in prima missione quæ fuit ad Iudætantumã, sed in secunda qua ad vniuersum orbem, non tenentur ad illud præceptum datum apostolis in prima missione. vnde stultum videtur eos se dicere, quòd tot sancti pontifices sicut Anastasius. Ambr. Aug. illa præcepta transgressi fuissent si ad ea seruanda se crederent obligari. Alij vero exponunt authoritatem illam quòd per illam Christus prohibeat superfluam solicitudinẽ circa temporalia, & maximè euangelii prædicatorem impedientem sicut solicitudinem de crastino prohibuit Mat. 6. dicens. Nolite soliciti esse in crastinum, quia vt dicit magister Nicolaus de lyra prædicator verbi Dei debet esse solutus à solicitudine temporali. vnde Eusebius in gl. super Lucã dicit volens Christus eos carere cupidine & solicitudinibus vitæ protestatus est hoc. ¶ Ad tertiam respondetur dicẽdo quòd per illud dictum Christi non prohibetur clero, aut prælatis habere temporalia bona, sed ne propter ea aut seruiatur, aut iustitia deseratur. Ad hoc facit quod dicit Aug. lib. de consensu euangelistarum sic præceptũ fuit apostolis pecuniam non esse ferendam in Zonis, sicut præceptum fuit in crastinũ nõ cogitandum, planum est autem præceptum non esse cogitandum de crastino sic quod pecunia à sanctis non seruaretur sed ne propter hoc Deo seruiatur, & ne propter temporalia bona, iustitia deseratur. ¶ Ad quartã iã responsum est superius iuxta S. Thom. negando minorem. falsum. n. est, quòd repugnat conditioni clericali habere bona temporalia. Et ad dictum Hierony. respondetur quòd non militat contrarium quia cum omnis pars minor sit toto ille cum Deo alias partes habet cuius studium diminuitur circa ea quæ sunt Dei, dum intendit his quæ sunt mundi. Si autem non debent nec episcopi nec clerici proprium siue bona temporalia possidere, vt dum curat propria defectum faciant in his quæ pertinẽt ad cultum diuinum. vel dicendum. quod clericus Deum solum in hæreditate habet qui in eo solo spem suam ponit & non in pecuniæ thesauris, nihilq; nisi Deum habet, qui nihil habet nisi seruitio Dei, quia paratus est omnia exponere propter Deum. sic Aug. dicit quod solus Deus vult amari. Sed vt ipse idem dicit ipse Deum solum amat, qui nihil amat præter Deum, quod nõ amat præter Deũ. ¶ Ad quintam respondetur negando argumentum. Et ratio est quia licet in aliquo sit similitudo. s. quo ad authoritatem regiminis non tamen quo ad alia. vnde vt dicit Bernardus ad Eugeniũ scribens. Si corporalibus spirituale comparemus, multo maiorem dissimilitudinem quam similitudinem habent, præterea falsum est quod solius status sucularis sit bona habere immobilia. ¶ Ad sextam de illa Lucæ. 22. reges gentium &c. Respondetur negando consequentiam quoniam ex illa authoritate nõ potest haberi, quod repugnet clero habere dominium temporale. vnde dominus dicit illa verba arguendo illos de cõtentione & ambitione honoris, qui omnibus est culpabilis, suadens humilitatem, quæ omnibus est commendabilis, vt patet ex textu præcedenti. quia contendebant de maioritate Lucæ. 20. ¶ Vel secundo dicendum quòd prohibet dominium violẽter subditorum oppressiuum secũdum Originem vel tyrannicum quo quis gratia sui appetit dominari, & nõ gratia subditorũ vñ gl. super ver. dominant. dicit. potius intendit eis dominari, quam eorum regimini vtiliter deseruire. & sic illa prohibitio dominandi se extendit indistinctè ad laicos & ad clericos. ¶ Tertio potest dici quòd illa prohibitio si solos clericos respiciat accipiẽdum pro tempore & statu primitiuę ecclesiæ, & non generaliter. quia secũdum prius dicta diuersis statibus & temporibus ecclesiæ diuersa congruunt. vnde Albertus magnus super illo verbo allegato Lucæ. vos autem non sic. dicit, hoc. n. in principio ecclesiæ fieri non potuit, quæ in humilitate & charitate fundari debuit, & non in fastu & dominio regali. Cum vero mali in ea multiplicarentur, tunc oportuit redire ad regalem & dominalem timorem, vt mali cõprimerentur. Et hoc est quod dicis, vos autem nõ sic. s. ecclesiæ fundatores. Sed qui maior est vobis potestate spirituali, sit sicut minor qui ad nulla eligitur. Mat. 8. Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. i. in ecclesia. quia ille ad fundandam ecclesiam Christi magis idoneus est. in primitiua. n. ecclesia parum curabatur de potestate. sed omnes ad humilitatis & charitatis exempla respiciebant. Et pariter respõdetur ad illud quod inducitur prima Petri. ¶ Ad septimam de voce illa quæ dicitur insonuisse quando Constantinus donationem ecclesiæ fecit respondetur primo. quòd vox nõ fuit in veritate sed à malignis cõfictum, quod de illa voce dicitur secundo respondetur, quòd si fuit vox non fuit vox celica sed diabolica ecclesiæ profectibus inuidendo. Nam non est, credibile quin Deus sanctissimo reuelasset Syluestro, quòd temporalium copiam non susciperet, quia debebant ecclesiæ esse venenosa.

Margin: S. Thom. — Nicolaus de lyra. — Ad tertiũ. — Aug. — Ad quartũ. S. Thom. — Ad quintũ. Bernardus — Ad sextũ. — Origines. — Alber. ma. — Ad septimũ

5 **Ad secundum.** In quo quærebatur † vtrum decuerit quòd ecclesia temporalia bona mobilia & immobilia receperit. Et videtur quòd non. Primo quia illud non decet quòd est cõtra proprij nominis interpretationẽ. Sed clericũ habere bona tpalia, vr̃ esse cõtra proprii nominis interpretationẽ. per. c. clericus. e. q. & in c. duo sunt genera supra. e. vbi tex. ait. Est autẽ vnus in genus ꝙ mancipatum est diuino officio & redditum contemplationem & orationem ab omni strepitu temporalium cessare debuit, vt sunt clerici. ergo videtur quòd deceat clericos qui cõtẽplationi & orationi dediti sunt, vt ab omni temporalium strepitu sint separati. ¶ Secundo sic indecens est vt significatum non respondeat signo suo, quoniam hoc est facto mentiri, sed rasio capitis in clericis significat omnium temporalium depositionem. vt in allegato cap. duo sunt genera. ergo indecens est clericum temporalibus abundare. ¶ In oppositum est tex. presentis cap. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione quòd non solum licitum est sed etiam decẽs quòd clericus possideat bona temporalia, mobilia & immobilia. Quæ conclusio probatur. primo sic decens secundum Isi d. 10. etymo. & Ambro. primo de officijs quendã decorẽ pulchritudinẽ importat se ad decus, pulchritudinẽ & honorem Christiani populi. pertinet quòd clerus diuinis inseruiens qui populi in spiritualibus gerit magisterium & ducatum, non sit abiectus & miser & mendicus. ergo videtur ꝙ decens sit clerum in bonis temporalibus tantum abundare, vt honeste possit viuere iuxta statum & dignitatem personarum. ¶ Secundo sic. indecorum esset valde, vt domus Dei & ministri Dei cultu & ornatu non præcellerent. sic expresse. Aggeus propheta protestatus est in populo dicens. nunquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta, hoc idem senserat Dauid non esse congruũ quòd ipse habitaret domos splendidas, & arca Dei sub pellibus. primo paralipom. 17. ideo iussit per Salomonem filium suum magnifice ædificari. quæ præterea fuit vnquam natio quæ non sibi in decorem & verecundiam reputaret, si sacerdotes sui in doctores in honesto cultu & veneratione nõ essent. ¶ Tertio sic patet conclusio quia hoc probatum & approbatum est à santissimis & doctissimis vis. qui vt dictum est bona temporalia mobilia & immobilia & etiam in copia habuerunt qui hoc non egissent, si hoc tãtum esset licitum, & non decens, quoniam virorum perfectorum est non reputare sibi licitum, nisi quod etiam deceret. Ambr. li. de officijs, & tantum hæc de hac conclusione. ¶ Ad rationes in contrarium respondetur. Ad primam respondetur negando minorem. Et ad probationem de c. clericus. & c. duo respondetur ꝙ per illa capitula non probatur, quod nõ deceat clericum habere bona temporalia, sed quòd non debeat illa diuino seruitio præferre. Nam sicut dictum fuit in quæstione præcedẽti stat quòd aliquis habeat multa temporalia, dominus dicatur pars hæreditatis eius sicut patet in Dauid rege, qui ait psal. 15. dominus pars hæreditatis meæ, & nihilominus aurũ & argẽtũ, possessiones, ciuitates, & castra plurima possidebat volunt etiam illa capitula quòd homo contemplationi & orationi deditus à tumultu negotiorũ secularium debet esse separatus. Sed cum isto stat quòd quis habeat multa bona temporalia, & eorum cura & administratio exerceatur. aut per laicos sicut in multis monasteriis, aut per aliquos paucos clericos ad hoc deputatos sicut apostoli in actibus. Act. 6.

Margin: Primũ ar. — Secũdũ ar. — Opponit in contrariũ. — Isidorus. Ambro. — Aggei. 1. a. — Ad primũ arg.

Ad secūdā

Act.6.elegerunt.7.Diacones,qui ministrarent mensis.¶Ad secundam respondetur sicut p'enius diximus supra in præcedenti.c.duo sunt quòd non est verum.quòd rasura capitis significet simpliciter & absolute omnium temporalium depositionem,sed solum illam,quæ diuino cultu ad quem clerici sunt deputati,contrariatur,cuiusmodi est non quælibet bonorum temporalium possessio,sed nimia terrenorum solicitudo.quia vt dicit affectus in crimine est.

Primū ar

6 Ad tertium: Quo quæritur † vtrum expedierit q ecclesia talia bona temporalia, immobilia retinuerit,siue quòd ecclesia bonis temporalibus abundet.Et videtur quòd non sic.vitiosè & contra salutem propriam ageret in corpore humano membrum,si de substantia plus acciperet,quam sibi est pro alimento necessarium,& inde ægritudinem contraheret.sed ita videtur esse in ecclesia quòd multa egritudinem contraxit ex copia bonorum temporalium.ergo non expedit ecclesiæ illa in copia possidere.

Secūdū ar **Tertiū ar**

¶Secundo confirmatur ex illo apostoli.Habentes alimenta & quibus tegamur his contenti simus.¶Tertio idem argu. quia amor diuitiarum periculosè animas illaqueat,& ab amore Dei totaliter trahit.¶Quarto quia ex copia talium bonorum fastus,pompa,superbia,& morum deformatio videtur orta in ecclesia.¶In oppositum est tex præsentis.c.¶Respōdeo dicendum quòd expediens fuit & est ecclesiæ bonis tēporalibus abundare.quæ conclusio multipliciter probatur. primo sic vnaqueque res decenter & vtiliter disposita est, si fini propter quem instituta est congruam habeat destinationem seu proportionem.sed finis ad quem status ecclesiasticus est institutus est vt gerat magisterium Christianæ religionis in populo ipsum instruendo in his quæ fidei sunt & bonorum.vnde apostolus. 1.ad Tim. 3. & ad Tit. 1. Oportet episcopum doctorem esse & hospitalem esse,non.n. institutus est vt contemplationi tantum vacet sed vt diuinis mysterijs populo præsideat superintendat ipsum in operibus bonis,verbo doceat & exemplo.Sed ista sine copia rerum temporalium expleri non possunt:ergo &c.

Quartū ar. **Respōdet**

Ambrosi⁹.

¶Secundo dicit Ambro.& habetur.86.di.in.c.non satis.oportet Dei templa cōgruis ædificijs & ornatu sustineri vt Dei templum honore, congruo honoretur,sed ad ornatum congruum ecclesiæ sustinendum & cultum diuinum continuandum in ornamentis libris calicibus luminaribus,& huiusmodi & ad alendum ministros ecclesiæ & scholasticos viros nutriēdum copia rerum temporalium est necessaria,vt patet,ergo &c. ¶ Tertio cōstat ad statum ecclesiasticum annexā esse hospitalitatem. vnde ait Apostolus oportet episcopum hospitalem esse . sed ad hospitalitatem seruandam non dubium quin copia bonorum temporalium sit necessaria:ergo expedit &c. ¶ Quarto idem arguitur ex alijs charitatis operibus sicut est captiuos redimere,vestire nudos,cibare famelicos , & huiusmodi.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur primo quòd ista ratio ita currit de laicis sicut de clericis.secundo respondetur quòd non est verū de omnibus monachis.pro quo notandum quod in corpore humano diuersa sunt membra & diuersa habent officia .ad Rom.12.vitium contraheret manus aut pes,si plus de alimēto susciperet,quam sit opus.sed non contrahit ex hoc vitiū, epar,nec alia membra quæ habent alijs ministrare.Sic in corpore ecclesiæ quia clerici tenent adminstratoris membri locum ideo non vitiosè agunt si suscipiāt,vnde se alāt, & possint alijs ministrare.

Ad pri mū. arg.

Ad secundā.

¶Ad secundam respondetur negando, consequentiam,apostolus.n.optime dicit quòd habentes .s. tam pro nostris personis quā pro illis,quibus ministrare debemus contenti sumus.Ad alia argumenta simul respondetur negando consequentiā duabus rationibus.prima est, qui licet illa sequantur amantes diuitias & ad illas ardentes, quia vt dicit Paulus ad Ti.6. qui ditari cupiunt incidūt in laqueū diaboli.& Prouer.28.dr qui ditari festinat non erit innocēs, non tamen illa sequuntur habentes possessiones,aut bona tēporalia sine amore possidētes . vnde multi viri sancti in antiquo testamēto sicut Isaac, & Iacob,Thobias,Dauid,& multi.Et in nouo testamento.Be.Nicolaus,Sixtus,B.Gregorius de quo dixit Angelus solitarios quòd plus diligeret catam, quam Gregorius diuitias suas,abundauerunt in bonis temporalibus,& nihilominus fuerunt perfecti ante dominum. ¶Secundo qui illa ita sequuntur amatores diuitiarum tam in statu laicorum , quam clericorum,in quibus omnibus extirpandus est amor diuitiarum tanquam omnium matrem vitiorum.

Ad tertiū: & quartum arg.

7 Ad quartum. In quo quæritur † vtrum habere bona temporalia in communi diminuat perfectionem euangelicam siue religionis . Et videtur quòd sic. Primo carere diuitijs pertinet ad perfectionem vitæ christianæ,secundum illud Matt.19.Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. sed habentes aliquid in communi non videntur omnino carere diuitijs.ergo videtur quòd tales non attingant ad perfectionē euāgelicam.

Primū ar.

Ad secundū ar

¶Secundo idem arguitur ex parte solicitudinis sic. ad perfectionem euangelicā pertinet carere mundana solicitudine.sed habentes aliquid in communi videntur habere solicitudines præsentis vitæ reseruantes sibi aliquid in futurum,quam dominus discipulis suis prohibuit Matth.6.Nolite soliciti esse in Crastinum.ergo videtur quòd habere aliquid in communi diminuat perfectionem Christianam vitæ.¶Tertio arguitur idem ex verbo sanctissimi viri Isaac q dicebat teste beato Greg.monachus qui in tetra possessionis quærit monachus non est, & loquebatur de possessionibus cōibus, quæ pro vsu monastrii offerebantur . ergo videt q habere aliquid in communi deroget perfectioni religionis .

Tertiū ar.

¶ Quarto idem arguitur ex illo Matth.10.vbi Christus perfectionis magister perfectionis regulam discipulis tradens ait,nolite possidere aurum,nec argētum in zonis vestris &c. ergo habere aliquid in communi derogat perfectioni religionis.

Quartū ar.

¶In oppositum est tex.præsentis.c.¶Respondeo dicendum quòd habere aliquid in communi puta pecuniam aut alias quascunque res communes ad sustentationem viuentium in communi,aut quorumcunq; aliorum pauperum nō minuit perfectionem Christianæ vitæ,siue euangelicam siue perfectionem religionis.patet conclusio ista,quia hoc est cōforme perfectioni quam christus docuit suo exemplo loculos habendo,supra.e.q.exemplum. ¶Secundo patet eadem conclusio quia talis vita est conformis vitæ quam habuerūt apostoli.vt patet Act.4.& supra.e.q.dilectissimis. ¶Pro cuius tamen conclusionis pleniori intelligentia.& iuxta Sanctū Tho.notandum in.2.2.q.188 quòd perfectio spiritualis nō consistit essentialiter in paupertate,sed in sequela Christi,vnde sequitur.& sequere me.vnde Hiero.dicit.quòd non sufficit omnia relinquere.Addit Petrus quod perfectus est,& secuti sumus te . paupertas autem est sicut instrumentum, vel sicut exercitium perueniendi ad perfectionem. vnde in collationibus patrum Abbas Moyses dicit.ieiunia , vigiliæ, meditatio scripturarum,nuditas,atque priuatio omnium facultatum non perfectio,sed perfectionis instrumenta sunt.

Opponit & Respō.

S.Tho.

Hierony.

Est autem priuatio omnium facultatum siue paupertas perfectionis instrumentum in quantum per remotionem diuitiarum tolluntur quædam charitatis impedimenta,quæ sunt principia tria quorum primum est solicitudo , quam secum diuitiæ afferunt.secundum est diuitiarum amor,qui ex diuitiis possessis augetur,tertium est inanis gloria,vel elatio quæ ex diuitiis nascitur secundum illud Psal.* Qui confidunt in virtute sua & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur primum autem horum à diuitiis separari non potest totaliter siue diuitiæ sint paruæ siue magnæ.necesse est.n.hominē aliqualiter solicitari de acquirendis vel conseruandis rebus, exterioribus.sed si res exteriores non quærantur,vel habeantur,nisi in modica quantitate,quantum sufficiunt ad simplicem victum & vestitum talis solicitudo non multum impedit hominem.vnde nec perfectioni Christianæ vitæ repugnat.Non omnis solicitudo à domino interdicitur.sed superflua & nociua.vnde & Aug.super illud Matth.6.Nolite soliciti esse &c.dicit non hoc dicit vt ista non procurent sancti quātum necessitatis sed vt non ista metuant . Et propter ista faciant quidquid euangelij prædicatione facere iubentur:sed abundans diuitiarum possessio abundantiorem solicitudinē ingerit,per quā animus hominis multum detrahitur,& impeditur,ne totaliter feratur in Dei seruitium.Alia vero duo .s.amor diuitiarum & elatio siue gloriatio de diuitiis non sequuntur nisi abundantes diuitias dicit tamen circa hoc vtrū abūdātes diuitiæ vel moderatæ in proprio vel in communi habeantur.Nam solicitudo quæ circa proprias diuitias adhibetur pertinet ad amorem priuatū,quo quis temporaliter se amat.Sed solicitudo quæ adhibetur circa res communes pertinet ad amorem charitatis,quæ non quærit quæ sua sunt,sed communibus intēdit.Et quia religio ad perfectionē charitatis ordinatur quam perficit amor Dei vsq; ad contemptum sui habere aliquid in ꝓprio repugnat perfectioni religionis: sed solicitudo quæ adhibetur circa bona communia pertinere potest

***Psal.97.b.**

Augu.

nere potest

nō impedit si cōsideret paupertas ad cōem finē religionis
nere potest ad charitatem, licet etiā per hoc impediri pos-
sit aliquis altior charitatis actus, puta contemplationis diu-
næ aut instructionis proximorum. Ex istis eliciuntur duæ
conclusiones plene respondentes ad quæstionē ₰m S. Tho.
8 vbi. s. prima † ꝙ habere abundantes diuitias in cōi siue in
rebus mobilibus siue immobilib. est impedimentum per fe
ctionis, licet vocaliter non excludat eam. ¶ † Secunda. Hre
9 de rebus exteriorib. in cōi siue mobilibus siue immobilib.
quantum sufficit ad simplicē victum perfectionem religio
nis, qui est vacare diuinis obsequijs, q̄m si consideretur per
comparationem ad fines speciales religionum aliter dicen
dum erit, quoniam præsupposito tali fine vel tali, pauper-
tas dr̄ maior vel minor, quæ fuerit magis accommoda & tā
to erit vnaquæque religio perfectior ₰m paupertatē, quan-
to habet paupertatem magis proportionatam suo fini. Ma
nifestum est aūt ꝙ q̄tum ad exteriora & corporalia opera-
actiuæ vitæ indiget homo copia exteriorum rerum, ad cō
templationem autem pauca requiruntur vt deducit S. Th.
vbi. s. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositū.
Ad primam respondetur negando maiorem intelligendo
ꝙ requiratur essentialiter. Et ad authoritatem Matt. 19. re-
spōdetur quod ex illo verbo domini non intelligitur, ꝙ ip-
sa paupertas sit perfectio. sed perfectionis instrumentū, &
etiam minimum inter tria principalia instrumenta perfe-
ctionis. Nam votum continentiæ præeminet voto pauper-
tatis, & votum obedientiæ vtrique, quia vero instrumentū
non propter se quæritur, sed propter finem, non tanto ali-
quid est melius quanto maius est instrumentum, sed quan
to est magis proportionatum. sicut medicus non tanto ma
gis, sanat quanto maiorem dat medicinam,, sed quanto est
gis medicina proportionata morbo. Sic ergo non oportet
quod religio tanto sit perfectior quanto maiorem habet
paupertatem, sed quanto paupertas est magis proportiona
ta cōi fini & spirituali. ¶ Ad secundam respondetur negan
do assumptum, q̄m non est possibile vt homo careat omni
solicitudine, quia nullus modus viuendi est, qui aliquā so-
licitudinē non requirat. vnde Christus non prohibuit oēm
solicitudinem, sed superfluā & nociuam. vt dictum est, vn-
de quod dn̄s dicit Mat. 6. nolite soliciti esse &c. non intelli-
gitur ꝙ nihil reseruat̄ in futurum, hoc. n. periculosum esse
beatus Antonius in collationibus patrū ostendit. Et Augu.
li. de operibus monachorum. vnde exponitur sicut dictum
est in argumento. 1. respondendo ad tertium argumentum
ibi vide. ¶ Ad tertiam rationem respondetur negando cō-
sequentiam. Et ratio est, quia vt dicit S. Th. Isaac. possessio-
nes renuebat recipere, non quia habere aliqua in cōi neces
saria ad vitæ sustentationē derogaret perfectioni, quia dn̄s
loculos habuit vbi pecuniā collectam reponeret, sed ideo
quia timebat, ne per hoc ad superfluas diuitias veniretur ꝑ
quarū abusum impediretur religionis perfectio. vn̄ Greg.
ibidem subdit sic metuebat paupertatem suæ charitatis ꝑ-
dere, sicut auari diuites solent perituras diuitias custodire.
¶ Ad quartā r̄ndet̄ negando cōsequentiā q̄m vt dicit S. Th.
& sepe in superiorib. repetitum est, licet xp̄s illa nō portari
in via ab his qui ad p̄dicandū mittebantur ordinauerit, nō
tn̄ ea in cōi obseruari prohibuit, vt patet ex practica sua &
apostolorum qui in cōi aliquid habuerunt vt dictum est.

S. Tho. — Prima cōclusio. — Secūda cōclusio. — Ad primū arg. — Ad secūdā. — Ad tertiū. S. Tho. — Ad quartū S. Thom.

10 **Ad quintum.** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ reli-
gio nihil possidens in cōi & in par
ticulari sit perfectior religione q̄ habet aliquid in cōi. Pri-
mo sic. ille status est perfectior qui perfectius imitat̄ Chri-
stum, sed status nihil habentium in cōi & in particulari est
hmōi: ergo &c. probatur minor Mat. 19. vade & vende om
nia &c. Sed retinens aliquid in cōi non vr̄ oīa vendere, &
relinquere, vt sequatur Christū: ergo non ita imitat̄, & ma
ximè consequētia vr̄ militare de habentib. possessiones in
cōi, quia talis modus non legitur obseruatus à Christo. &
suis apostolis: ergo tales sic in cōi habētis possessiones nō
imitantur Chistum. ¶ Secundo sic, vbi est maior recessus à
temporalib. ibi est maior abdicatio proprij, sed nihil habē-
tes in cōi nec in particulari, sunt hmōi: ergo &c. ¶ Tertio
vbi est minor solicitudo ibi maior perfectio: ergo &c.
¶ Quarto quo ad continentiam illud votum est perfectius
quo homo renuntiat omni declarationi carnali: ergo simi
liter quo ad paupertatē illud votum est perfectius quo hō
renuntiat oīb. t̄palib. quocunq; habendis. ¶ Quinto sic. pœ
nitentia est perfectior vbi oīa relinquuntur & in proprio,
& in cōi, q̄ vbi habent necessaria in cōi. patet, sed paupertas
& pœnitentia sunt perfectiones quædam: ergo sequitur ꝙ
habere diuitias in cōi diminuat de perfectione. Si vero di-
catur ꝙ non sunt perfectiones, sed instrumenta perfectio-
nis quæ quidē perfectio est charitas. Constat aūt ꝙ hmōi
instrumenta optima sunt, & conuenientissima ad finē præ
dictū inducēdū, quia per Christū in quo sunt oēs thesauri
sapientiæ & sciē Dei inuēta ergo &c. ¶ Sexto dicit Au. li.
3. de doctrina christiana, q̄to magis regnū cupiditatis de-
struit̄ tāto regnū charitatis auget̄. Itē. li. 83. dicit nutrimētū
charitatis est diminutio cupiditatis, vbi ergo magis dimi
nuit̄ & annihilat̄ cupiditas, ibi magis nutrit̄ & auget̄ chari
tas, & perficitur. Et constat ꝙ hoc sit in religione, in qua ni
hil habetur nec in proprio, nec in cōi: ergo &c. ¶ In opposi
tum videtur ex præsenti. c. ¶ Secūdo sic, paupertas nō perti
net essentialitrr ad perfectionem, sed solum instrumenta-
liter vt dictum est: ergo sequitur quod ex parte paupertatis
absolute non potest dici aliqua religio perfectior alia con-
sequentia satis nota est ex dictis in præcedenti q̄one. ¶ Re
spondeo dicendum iuxta sanctum Tho. in 2. 2. q. 188. ꝙ dif
ferentia vnius religionis ad aliam principaliter quidem at
tenditur ex parte finis. secundario autem ex parte exerci-
tij. Et quia nō potest dici aliquod altero potius, nisi ₰m id,
in quo ab eo differt, ideo excellentia vnius religionis super
aliam principaliter quidē attenditur ₰m religionis finem,
secūdario aūt ₰m exercitiū. diuersimode tn̄ ₰m vtrūq; cō-
paratio attēdit̄. Nā cōparatio q̄ est ad finē est absoluta, eo ꝙ
finis ꝑꝑ se q̄rit̄. Comparatio autem q̄ est ₰m exercitium est
respectiua, quia exercitium non quæritur propter se, sed
propter finem. Et ideo illa religio alteri præfertur, quæ or-
dinatur ad finem absolutè potiorem, vel quia est maius bo
num, vel quia ad plura bona ordinatur. vbi nota ꝙ est finis
quidam oīs oībus religionib. s. quod aliquis totaliter se ꝑ-
beat ad seruiendum Deo. vnde ex hac parte non est diuersi
tas inter religiones. Est autem alius & specialis & proxim⁹
sicut vna religio ordinatur ad peregrinos hospitio suscipiē
dos, & alia ad visitandos vel redimendos captiuos. Alia ad
militandum, alia ad contemplandum, & contemplata alijs
tribuendum, sicut sunt religiones mēdicantium, si vero sit
finis proximus idem vt esse videtur in religionib. mendicā
tium. secundario attenditur præeminentia religionis. non
₰m quantitatem exercitij, sed ₰m proportionem eius ad fi
nem intētum. vnde & in collationib. patrum introducitur
sententia beati Antonij qui prætulit discretionem per quā
aliquis oīa moderatur in ieiunijs & vigilijs, & oībus hmōi
11 obseruantijs. Ex quibus eliciuntur certe cōclusiones † ꝙ re-
ligio intendens prædicationi & doctrinæ quæ ex plenitudi
ne contemplationis deriuatur, est potior ea quę soli cōtem
plationi studet. Talis. n. propinqua est perfectioni episcopo
rum. Sicut. n. maius est illuminare, quā lucere solum, ita ma
ius est contemplata alijs tradere, quam solum contemplari
12 ¶ Secunda conclusio † religio contemplationi soli vacans
est potior religione vitæ actiuæ quæ totaliter in exteriori
consistit occupatione. sicut est eleemosynas dare, aut ho-
spites recipere. Sed quia talia sunt bona minora operibus
contemplationis, nisi forte in casu necessitatis. vnde Lucæ.
10. dicitur optimam partem eligit sibi Maria quæ non au-
retur ab ea. Item in singulis horum graduum potest atten-
di præeminentia secundum ꝙ vna religio ordinatur ad al-
tiorem actum in eodem genere. vnde est ēt tertia conclusio
13 † quòd inter religiones vitæ actiuæ deditas illa est potior
quæ ordinatur ad actum altiorem, sicut potior religio
quæ intendit redemptioni captiuorum quàm religio in-
tendit Deus tantum receptioni hospitum, seu hospitalitā-
14 ti. ¶ Quarta conclusio † in operibus contemplatiuę vitę pō
tior est oratio quam lectio. vnde religio intendens oratio-
ni esset potior dicenda religione quę soli doctrinę intende
ret. itē potest attendi eminentia inter religiones si vna ea-
rum ad plura horum ordinetur quàm alia, & secūdum hoc
15 est quinta conclusio † religio intendens simul orationi, &
doctrinæ, est potior ea, quæ soli orationi aut soli doctrinæ
intenderet. Item potest attendi eminentia inter religiones
16 ex parte statutorū, vnde est cōclusio sexta † ꝙ illa religio
alteri p̄eminet, q̄ cōueniētiora habet ad finē ꝓpositū cōse
quēdū. vñ potior religio nō est ex hoc, ꝙ habet arctiores
obseruantias, sed ex hoc quòd maiori discretione sint eius
obseruantiæ ordinatæ ad finem religionis. sicut ad contine
tiā efficacius ordinatur maceratio carnis per abstinētiam

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Quartū ar. — Quintū ar. — Sextū arg. — Oppositū contrariū. — Respōdet. S. Thom. — Prima cōclusio. — Secunda cōclusio. — Tertia cōclusio. — Quarta cōclusio. — Quinta cōclusio. — Sexta cōclusio.

cibi,& potus,quæ pertinent ad famā & sitim, q̄ per subtra-
ctionem vestiū,quæ pertinent ad frigus & nuditatē,& quā
per corporalem laborum. Ex superioribus iam dictis satis
clara est conclusio de paupertate,de qua quæstio nostra pe
tit, ꝙ non tanto religio aliqua sit potior aut maior dicen-
da,quanto paupertas maior sit in ea,sed quanto habet pau-
pertatem magis proportionatam suo fini. Quæ conclusio
patet per simile, sicut medicus non tanto magis sa-
nat,quanto maiorem dat medicinam, sed quanto medici-
na est magis proportionata morbo. Sic ergo non oportet
ꝙ religio tantò sit perfectior, quanto maiorem habet pau
pertatem, sed quanto eius paupertas est magis proportio-
nata cōi & speciali.vnde qa ad exteriora & corporalia ope
ra vitæ actiuæ indiget homo copia exteriorum rerum,pau
cis vero indigeat ad contemplationem,ꝙ religio quæ ordi
natur ad actiones corporales actiuæ vitæ,puta ad militan-
dū, vel hospitalitatē sectandam imperfectior esset si cōib.
careret diuitijs imo si in abundantia non haberet, non sic
est de religionibus ad contemplatiuam vitā ordinatis, qm̄
tales tanto perfectiores sunt,quanto eorum paupertas mi-
norē eis solicitudinē tpaliū ingerit, rō est, quia solicitudo
tpaliū rerū tanto magis impedit religionem,quanto solici
tudo spiritualiū maior ad religionem requirit, vnde quia
maiorem solicitudinem spūalium requirit religio, quę est
instituta ad contemplandum. & contemplata alijs traden-
dum per doctrinam & prædicationem, q̄ illa quæ instituta
ad contemplandum tm̄ illam decet talis paupertas quæ ni-
miā solicitudinē ingerat.manifestum est, ꝙ nimiā solicitu
dinē ingerit res conseruare vsui hoīm necessarias tpe con
grue procuratas.Et ideo tribus gradibus religionum supra
positis triplex gradus paupertatis competit vt dicit S.Tho.
Nam illis religionib. quę sunt ordinata ad actiones actiuæ
vitæ competit habere abundantiā diuitiarum cōium. illis — S. Tho.
aut ē religionib. quæ sunt ordinatę ad actiones actiuæ vitę
competit habere abundantiā diuitiarum cōium, illis autē
religionibus quæ sunt ordinatæ ad contēplandū magis cō-
petit habere possessiones moderatas nisi simul oporteat ta
les religiones per se vel per alios hospitalitatem tenere. il-
lis autem quæ ordinātur ad contemplata alijs tradendū,cō
petit vitam habere maxime ab exterioribus solicitudinib.
expeditam, quæ quidem fit dum modica quæ sunt neces-
saria vitæ congruo tpe procurata conseruantur. & hoc dn̄s
paupertatis institutor docuit suo exemplo.habebat.n.locu
los Iude commissos,in quibus recondebantur eis oblata vt
habetur.Io.12.¶ His habitis dicendum est ad rationes in
Ad primā. — oppositum. Ad primam respondetur negando minorem.
dicimus.n.quod nihil habētes in proprio,sed in commu-
ni tm̄ maximè modo assignato perfectè imitantur Chri-
stum,qui loculos habuit & apostolos, qui prædiorū pretia
conseruabāt, & distribuebant vnicuique,prout cuiq; opus
erat,ad authoritatem de Matthe.19.iam responsum fuit in
quæstione præcedenti respondendo ad primū. Et cū sub-
iūgit ꝙ retinens aliquid in cōi non videtur oīa vendere &
relinquere.dr̄ ꝙ hoc est falsum, qa qui nihil in proprio reti
net oīa propter Christū reliquisse intelligitur, & adimple-
uisse consilium Christi, licet cōitas congregationis paupe-
rum cui ipsa omnia propter Christum contulit conseruet
pro sustētatione vitæ eorum,sicut fiebat in ecclesia primi-
tiua ꝙ omnes qui conuertebantur vendebant agros &c.&
pretia ponebant ad pedes apostolorum, qui conseruabant
omnia & distribuebant singulis prout cuique opus erat.vn
de illud consilium Matt.19.vade & vende oīa.intelligendū
est quo ad non habendum aliquid in proprio,sicut oēs do-
ctores intelligunt illud, nec ad implēdum illud requiratur
necessario nihil haberet in cōi, licet etiam non dicatur fa-
cere contra qui nihil in proprio nec in cōi posidet. Et ad
idem quod sequitur de habentibus possessiones ꝙ talis mo
dus viuendi non legitur obseruatus à Christo,dicēdum est
17 iuxta magistrum Aug.de ancona.†quod oīs modus viuen-
Aug. de ancona. — di in voluntaria paupertate diuersis temporibus in Christo
exemplariter monstratus est, Nam modus viuendi de pro-
prijs laboribus monstratus est tempore subiectionis sub pa
rentibus à pueritia vsque ad.30.annos,in qua ætate parenti
bus obediens humiliter, & reuerenter laborem corporeū
cum parentibus sustinuit,vt dicit Basilius Lucæ.12.¶ Mo-
dus viuendi mendicātium de eleemosynis quæ ab alijs in-
feruntur mōstratus est in Christo tempore suæ prædicatio
nis quando ipse & apostoli viuebāt de his quæ administra
bantur eis à mulieribus & alijs qui sequebātur vt scribitur
Luc.2.¶ Viuendi modus quo aliqua mobilia seruantur in
communi mōstratus est tempore suæ persecutionis & paf-
sionis,& quando tota illa gente iudaica pastorem simul &
gregem persequente congruam regulam ipsis dispensauit
permittens discipulis,vt tollerent,& seruarent victui neces
saria.dicens Luc. 22.Qui habet sacculum tollat similiter &
peram.Sed modus viuendi de possesionibus in communi
non fuit per Christum & apostolos demonstratus propter
translationem ecclesiæ de iudæis ad gētes vt dicit Melchia
dęs papa.e.q.c.futuram.¶ Ad secundam rationem respon- — Ad secūdā.
detur ꝙ sicut diximus de paupertate,ita dicimus de maio-
ri abdicatione temporalium,qm̄ illa cum non essentialiter
pertineant ad perfectionem sed instrumētaliter.Nam pau-
pertas cui ſm se non sit bona, sed inquantum liberat ab il-
lis,quibus homo impeditur, quo minus spiritualibus intē
dat ſm modum quo liberatur per eam ab impedimentis
prędictis est mensura bonitatis ipsius,& hoc est commune
omnibus exterioribus, quæ in tantum bona sunt inquantū
proficiunt ad uirtutem, non autem secundum seipsa vt di-
cit S.Tho.in 3.contra gentiles.c.133.præterea vt dicit san-
ctus Thom.in 2.2.vbi.s.si diceretur ꝙ excessus paupertatis
faceret religionem perfectiorem ſm hoc ꝙ est pauperior,
nō tn̄ faceret perfectiorem simpliciter. posset.n.esse ꝙ alia
religio excederet in his quæ pertinent ad continentiam,&
obediētiam,& sic esset simpliciter perfectior,quia si in me
lioribus excedit est simpliciter melius,nō sequit, ꝙ vbi illa
maior sit,maior sit perfectior.¶ Ad tertiam respondetur,
primo ꝙ solicitudo seruandi aliquid in communi pro vitæ — Ad tertiā.
necessarijs non est prohibita, sicut supra diximus ex dicto
Aug.& exemplo Christi,nec per consequens minuit in ali-
quo perfectionem.¶ Secundo dicimus ꝙ illi qui nihil ha-
bent in proprio nec in cōi,& non laborant manibus & ma
ximè volentes laute viuere & comedere vel qui non contē-
tantur paucioribus & vilioribus, ꝙ habeant minorem soli-
citudinem pro vitæ necessarijs sicut apertissimè patet in il
lis.Et ad quartum de voto continentiæ dicendum, ꝙ est si-
mile,vt dicit Petrus de palude de voto paupertatis & casti-
tatis,quia species & indiuiduū possunt saluari absque eo ꝙ — Ad quartū. Petrus de palude.
religiosi vtantur aliquo venereo circa quem est castitas,
sed indiuiduum hoīs ſm præsentem vitam saluari non po-
test sine vsu temporalium circa quem est votum pauperta
tis.¶ Ad quintam respondetur ꝙ paupertas & pœnitentia
sunt instrumenta ad perfectionem inducendam, quando — Ad quītū.
.s.sunt proportionata fini, aliter non,& sic docuit eos Chri
stus. vnde paupertas q̄ habet aliquid in cōi, eo modo quo
dictum est,magis est proportionata perfectioni vitæ Chri
stianæ, q̄ illa quæ nihil habet:vnde non oportet ꝙ illud qd̄
diminuit de paupertate & pęnitentia simpliciter,diminuat
de perfectione,sed solum istud sequitur ꝙ illud quod dimi
nuit de paupertate & pn̄ia proportionatis ad perfectionē,
diminuatur de perfectione, & hoc satis conceditur sed nō
est ad propositum nr̄m.¶ Ad sextā rn̄detur primo ꝙ aliud
est habere bona temporalia in cōi, & aliud est habere cupi — Ad sextum.
ditatem.primum.n.stat cum summa perfectione.s. in Chri
sto & in apostolis & in religionib.sanctis.ſm vero nō,imo
vt dicit Augu.venenū est charitatis.¶ Secundo dicimus ꝙ
non est verum ꝙ minor sit cupiditas in religionib.nihil ha
bentib.in proprio & in cōi maximè vacantib.otio & volen
tibus laute comedere, quā in religionib. habentib.aliquid
sicut diximus in cōi,Leg.¶ [Expedit facultates ecclesiæ cō
17 munes.]dicit facultates, non quod facultates vnius eccle- — Exponit literam.
siæ sint communes alteri ecclesiæ, quia quælibet ecclesia
habet facultates proprias,sed quia nulli personę de ecclesia
sunt propriæ,sed cōes, ita ꝙ quilibet de ecclesia non habet
eas proprias,sed oīm sunt cōes & cōitati ecclesiæ sunt pro-
priæ.[Et proprias perfectionis amore cōtēti.] abrenuntiā-
do proprijs, aliter non debet quis contemnere rerum sua-
rum curam, imo propter hoc repelleretur à promotione.
47.di.§.necesse. Hu. & Arc. Est etiā hoc reprobatum.24.q.
3.quidam ver.apostoli.[aut venditionis.]hoc sumptum est — Archid.
ex verbis domini Mat.19.Si vis perfectus esse,vade & vēde
oīa.[dispensator]prælati.n.sunt bonorum ecclesiæ dispen-
satores,non domini.vnde apostolus 1.ad Cor.4.Sic vos exi
stimet homo vt ministros Christi & dispensatores ministe
riorum Dei.suprà.1.quæst.2.sacerdos.14.quęst.1.§.quia er
go.Archidiacon.[præpositus]id est, prælatus[denique]se-
cunda pars.[ingentia],i.grandia[quo facto satis]argumen-
tum quòd

tum quòd argumentandum est ab exemplis sanctorum. Eo enim ipso præsumitur licitum esse quòd ab aliquo sancto fuit factum ar.7.quæst.1.omnis qui Hu.[cótemni.] ar.
19 † manifestum, ꝙ habere in cói non est contra perfectionẽ euangelicam. Erubescant ergo hæretici qui dicũt nõ posse hre quem perfectionẽ, qui non abdicat bona tpalia in proprio & in communi. Cætera patet in gl.Quæri[tur] sit dominium vel proprietas rerum ecclesiasticarum. Sed nos infra in, c.videntes.dicemus aliquid de hoc.



Voniam. Ad idem sequitur hoc c. quod est Gregorij in registro scribẽtis Felici episcopo de Atropoli. Summa iniungit isti episcopo visitationem trium ecclesiarum, quæ erãt sibi vicinę exhortando vt inducat clericos illarum ecclesiarum ad viuẽdum canonice.i.regulariter.s.in cõi.ſm literam quæ magis mihi placet & consonat literæ. Non diuiditur Leg.¶[Qm̃ Solenniter].i.in scriptis vel solenniter.i.in totum & plenariè, vt tanquam proprius episcopus oĩa disponas. simile dis.61. obitum,& c.qm̃ Hu.& Lau.Arc.[Canonicè].i.simul,& cõiter.Hu.¶ Sed surgit quæstio qualiter hoc capitulum facit ad propositum: Ad hoc vt dicit Hu.dicunt quidam, ꝙ propter hoc verbum canonicè inducitur hoc. c. quasi diceret ꝙ clerici nihil proprium debent habere, sed oĩa cõia & cõiter viuere. Et ita hoc capitulum refertur ad principalem quæstionem. Sed credo inquit Hug.quod Gratianus inducit hoc capitulum ad probandum ꝙ clerici licitè possunt possidere & administrare res ecclesiasticas, & ad hoc facit verbum iniungimus, propter quod verbum Lau.dicit hoc capitulum est inductum Arch.

Exponit literam. — Quæstio. Respodet. — Laurenti:

1 *Monarchia vnde dicatur.*
2 *Ecclesia lateranensis est prima sedes papalis.*
3 *Clerici non subsunt seculari iudicio.*



Vturam: Ad idem sequitur hoc. ca.qđ secundum titulum cõem dr̃ esse Melchiadis papæ, sed vt dict Hug. & gl. titulus est falsus, quia Melchiades præcessit Sylueſtrũ & tempore Syluestri Constãtinus conuersus est ad fidem. Alij dicunt ꝙ est Vrbani, sed isti dicunt impossibilius: quia Vrbanus primus
Archid. præcessit non modo Siluestrum. sed etiam Melchiadem. Alij dicunt vt Arch.quod forte debet dicere Iulius papa. vt colligi potest ex brocardo l.3.c.2.quomodocunque sit summa huius.ca.est quod ecclesia licitè potest possessiones sibi acquirere & possidere: licet in primitiua ecclesia secus fuerit obseruatum. vnde quia duobus superioribus capitulis
Diuisio. ostensum fuerat qũo illi qui propria renuntiant bona ecclesiastica licitè dispẽsant. Et ne quis aduersus ecclesiá detraheret dicens, ꝙ nec ecclesiæ facultates aliquas possidere liceat, ideo tribus suppositis capitulis rationabilem causam ostendit quare bona immobilia possidere cepit. Et diuiditur in duas partes. in prima ponit causam quare in primitiua ecclesia, ecclesia non acquirebat sibi possessiones. In.2. ponit causam, quare post acqrere cepit.2.ibi, at vero. Quia autem de materia ista an liceat & deceat & expediat ecclesiæ possessiones habere, satis disputatum est circa.ca.expedit. transeamus ad literę expositionem. Leg.¶[Futurum.
Exponit literam. apostoli.] Act.4.ex hoc c.& sequenti patet absque detrimẽto perfectionis ecclesia habet in cõi non solum bona mobilia, sed etiam immobilia[in gentibus.] quia Iudæi noluerũt recipere verbum Dei, sed repulerunt, & ita fecerunt se indignos Hu.[idcirco prædia] vel alia immobilia ibidem recipere noluerunt, quia se esse à Iudæa repellendos nouerũt, & gentib. dispergendos [sed pretia tm̃] quæ ponebantur ad pedes apostolorum dispẽsandas per eo egentib. vt dr̃ Act. 4.[at vero].2.pars.[monarchiam].i.singularem & vnicum
1 Lauren. Archid. principatum. † a monos quod est vnum & archos quod est princeps. Hu.Lau.& Arc. Tunc.n.vnus in toto orbe principabatur, non ꝙ omnes sibi obedirent, sed aliqui de omni parte mundi, vt de Asia, de Europa, de Africa. licet ei multi resisterent inter hos imperatores vnus fuit pius christianus vir religiosus christiani cultus amator, qui conuersus à beato Syluestro papa ecclesiam mirabiliter sublimauit, non solum quo ad bona mobilia, sed etiã immobilia, quo exemplo patet quod habere immobilia vt habet tota Christi ecclesia exceptis fratribus minoribus, non est contra ꝑfectionem, alias tota ecclesia in omni suo statu esset extra perfectionem, quod absit, quia ecclesia nõ recepisset à Cõstantino donaria, si per hoc à perfectione laberet: primæ sedis beati Petri.] sedes Petri prima est authoritate & dignitate, quia oĩbus præeminet in plenitudine potestatis. ar.hic ꝙ ecclesia beati Petri sit prima sedes papæ, & sic sedes papalis, ꝙ quidam dicũt ad ꝙ videtur facere.3.q.6.dudum.vbi Lau.approbat istam sententiam. Sed Hug. & Arc.sunt alte-
2 rius sententiæ videlicet † ꝙ ecclesia lateranen.sit prima sedes papalis & nobis, ita visum est cum superius de hac materia disputauimus, vt de illa hic loquatur. Tum quia illam ædificauit Constantinus. Tum secundo quia ecclesia sancti Petri non est patriarchalis sedes, vel episcopalis, sed est de episcopatu portuensi. Est ergo sensus. primo sedis beati Petri.i.lateranen.patriarchij.ibi.n.est prima sedes Petri.i.apostolici.licet corpus sancti Petri non sit ibi.Hug. [concede- Archid.
ret[gl.ar.ꝙ apud ecclesiam.ro.sit imperium.dicit Arc.hoc non colligitur ex ista litera, & est contra.96.di.ad verũ.vbi de hoc.Arc.[synodo]. Nam ante generales synodi non fuerant congregatæ, sed ab eius tempore ceperunt.vt di.15. c. 1.Hu.[præsidens] non quidem ad corrigendum nec ad iurisdictionis potestatem exercendam, volens episcopos iudicare vt testatur ipse, sed dicitur presidens ad obsecrandũ, & consulendum, [ad protegendũ vt in pace agerent episcopi, quæ Dei essent.[a nemine].s.laico, vel seculari.[diiudica
3 ri.] hic clare patet † ꝙ clerici non subsunt seculari iudicio quia filij regis regum sunt. Matt.17.[solius Dei].i.ecclesiæ. vt 2.q.7.accusatio.& 3.q.5.quia suspecti. Hug.[dij vocati.] Exo.22.dijs nõ detrahes.in psal.80. Ego dixi dij estis.& 11. q.1.sacerdotib.& di.96.satis[ab omnibus].i.laicis.

3 *Ecclesia quælibet habet dominium rerum sibi assignatarum.*
4 *Ecclesia vniuersalis habet proprietatem bonorum ecclesiasticorum in vniuersali.*
5 *Papa est dispensator & administrator generalis omnium bonorum ecclesiæ.*
6 *Ecclesia nunquam deficiet.*



Identes. Ad idem sequit ur hoc c.quod est verbum papæ. Summa est ꝙ licitum sit ecclesiæ habere bona mobilia & immobilia. Et diuidiẽ hoc.c. in 4.partes. Diuisio.
In prima assignat rationem quare sancti patres retinuerũt hæreditates & possessiones, quas vendebant apostoli in primitiua ecclesia. in 2. ponit ꝙ prælati debent esse harum rerum ecclesiasticarum dispẽsatores. in. 3. ꝙ prædicti dispensatores debeant prouidere singulis ministris, ita vt nullus egens reperiatur inter illos. in 4.punit eos, qui prædictam potestatem ab episcopis auferre tẽtauerint, 2.ibi, ipse ve[...]res.3.ibi. ipse.n. res fideliũ. 4.ibi ideoque si aliquis. Hic pro pleniori intelligentia huius.c.veniunt duo quærenda.

1 ¶Primum est vtrum licuerit mutare istum statum primitiuę ecclesiæ, in quo possessiones non reseruabãtur, sed vendebantur, & de illorum pretio prouidebatur singulis, ꝓut cuique opus erat vt dicitur Act.4.
2 ¶Secundum est apud quem sit proprietas & dominium rerum ecclesiasticarum.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur quòd non licuit mutare, sed debuit perseuerare, quia non est dubium, quin status ille vitæ communis fuerint bonus & vt dictum est, vita communis vtilis ad consecutionem perfectionis vitæ spiritualis. Si ergo status ille fuerit bonus, & vtilis videtur, quòd successores qui fuerunt minoris authoritatis non debuerunt mutare illum, sed potius debuerunt imitari. ¶In oppositũ est præsens capit. ¶Respondeo dicendum sub ista conclusione ꝙ quòd licitum fuit mutare. Conclusio probatur satis tam ex c.p̃senti, q̃ ex.c.futuram. suprà.ea.quæstio. pro qua conclusione est notandum iuxta magistrum Humbertum super regulam beati Augustini, quòd quædam sunt in tantum essentialiter bona, quòd non recipiunt pro aliquo tempore mutationem, vt diligere Deum, & similia. Quædam vero pro tempore recipiunt mutationem. Sunt enim multa quæ vno tempore magis expediunt, quam alio. Cũ ergo dilatata fuit ecclesia per orbem, & habuit pacem, visum est successoribus apostolorum apud quos mansit authoritas eorum, quòd magis expediebat vt possessiones quarum pretium cum essent venditæ dabatur eis, vt distribuerent credentibus retinerent, & darentur ipsis vt perpetuo

Primũ: — Oppon et Resp. — Hũbert.

vt perpetuo possent inde subuenire pauperibus, quàm ꝙ more solito venderentur. Et ideo notauerunt statum illũ. primo solę matrices etiam habebant huiusmodi possessiones, & prouidebant alijs, postmodum vero dilatatum est hoc ad alias ecclesias sicut apparet in præsenti cap. videtur autem ꝙ iuxta tempora Constantini facta fuerit huiusmodi mutatio per approbationem vniuersalem, quia forte particulariter ante fuerat aliqua mutatio particularis, vt in.ca. futuram.supra e.q.

Respõdet. 2 Ad secundum. In quo quæritur † ad quem pertineat rerum ecclesiasticarum proprietas siue dominium sic proceditur. Narrabuntur variæ opiniones circa hoc, quarum aliquæ tanguntur in glo.& in c.expedit.2. e.q. & impugnabuntur quæ non videntur bone. Et tandem ponetur illa quæ nobis conuenientior apparet, prima opinio est, ꝙ dominium & proprietas sit apud ecclesiam, quæ dicitur ipse locus sacer, conclusus parietib. ecclesiæ. Et ista fuit sententia Vlrichi. Et ita locus ille gerit vicem personæ, & intelligitur dominus sicut de hæreditate dicitur.l.hæreditas.ff. de acquiren. rer. do. Sed ista non placet nobis quæ rei inanimatę & insensibili proprietatem & dominium rerũ ecclesiasticarum tribuit ¶ Secũda opinio est Hu.& Arch. quod proprietas et dominiũ rerũ ecclesiasticarum sit solius Christi. unde quęcũq; clericis offerũtur dicũtur oblata Deo 12.q.2. nulli liceat.&.c. qui abstulerit.&.c.res.&.c.quisquis.& 16.q.1.in canonibus. & 23.q.8. conuenior. Sed nec ista opinio nobis placet, quia Christus aut habet dominium rerum ecclesiasticarum inquantum Deus, aut inquantum homo. Nõ ſm ꝙ Deus, quia sic Christus equaliter est dominus omnium bonorum tam laicorũ quam aliorum. Nec etiam ſm ꝙ homo, quia talibus vt homo non vtitur, vt vtunt illi qui sunt in ecclesia modo. ¶ Secundo ista opinio non videtur bona, quia ista non est intentio eorum, qui ista conferunt.s. transferre proprietatem & dominium earum rerum in Christũ ſm quod Deus, quia Deus de se habet dominium oĩum.* Dñi.n.est terræ, & plenitudo eius, in psal. nec ſm ꝙ homo cum eis non vtatur vt dictum est, sed est intentio transferre dñium earum in collegium cui conferunt. Et ad authoritattes quæ videntur facere pro illa, respondetur ꝙ dicuntur Deo oblata, quia propter Deum sunt oblata. non ꝙ intentio offerentium fuerit, vt dictum est transferre dñium & proprietatem in ipsum. ¶ Tertia opinio est, ꝙ proprietas & dominium rerum ecclesiasticarum sit apud clericos sicut dñium vniuersitatis apud ciues.inst.de rerum diui. §. vniuersitatis. 53. nec hæc opinio placeat. qm̃ clerici nec prælati sunt dñi rerum ecclesiasticarum sed dispensatores & procuratores tãtum. vnde. 1.ad Cor.4.dicit aposto. pro se & successoribus, sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Et beatus Aug.ad Bonifacium. si primatũ possidemus quod nobis sufficit. non illa nostra sunt sed illorũ quorum procurationem gerimus, nõ proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicemus. vnde ad authoritates quę videntur sentire hoc, respondetur, ꝙ dicuntur esse illorum, sicut dispensatorum rerum ecclesiasticarum, vt in ca. præsenti.&.c.nõ liceat.j.e.q. 2.&.c.prædia. cum similibus. ¶ Quarta opinio est, ꝙ dñium rerum ecclesiasticarum resideat apud papã. Sed nec ista opinio placet. Tum quia vt dicit S.Tho. papa non est dñs rerum ecclesiasticarum sed dispensator. Tum.2. quia perfectio euangelica consuluit paupertatem quantum ad renuntiationem temporalium in proprio, licet non in cõi, sed perfectio euãgelica nõ debet repugnare statui papæ: ergo status papæ non habet, ꝙ ipse sit proprietarius. item tertio. si solus papa esset proprietarius in rebus ecclesiasticis, posset ea distribuere, & distrahere, & alienare prout vellet sed hoc est falsum qa de potẽtia iuris non põt de eis ordinare, nisi sicut magis cedunt in vtilitatẽ ecclesiæ, sicut debet facere bonus & fidelis dispensator. Ad hoc facit.c.non liceat.12.q.2. Cum ergo inuenitur dictum ab aliquo, ꝙ omnia sint papæ, exponendum est nõ tanquam dñi, sed tanquam generalis dispensatoris. ¶ Alia opinio est ꝙ bona ecclesiastica sunt pauperum. vnde Hier. super illud Esa.4. rapina pauperum in domo vestra. dicit, ꝙ bona pauperum non est intelligundum quo ad proprietatem & dñium, sed quantum ad debitum.i. quia eis res tales debentur. Alias.n. pauperes non possent committere furtũ in rebus ecclesiarum & clericorum, nec clerici damno eleemosinas pauperib. eleemosinam facerent, sed suum pauperib. redderent, ꝙ constat esse falsum. Est alia opinio q̃ distinguit inter bona particularia appropriata vni particulari ecclesiæ, & inter bona ecclesiastica in vniuersali, de primis est 3 opinio Io. de Fa. inst. de rerum diui. in.§. nullius. † ꝙ qualibet ecclesia habet dñium rerum sibi assignatarum, & inducit ad hoc.c.1.&.2. de re.eccle.non alie. in 6.& in.c.1. de res. spo.&.c.cum ad sedem. cum multis alijs, hæc opinio fulcitur ratione pro hac parte, quia vna ecclesia præscribit cõtra aliã vt in.c. illud. de præscrip. Item quia romana ecclesia habet aliud tempus præscriptionis, q̃ alię, & sic quęlibet ecclesia dicitur habere proprium, & quilibet eps dispensator bonorum suæ ecclesiæ. vt in.c. præsenti. videntes. Loquendo vero de bonis ecclesiasticis in vñi est opinio Bernardi hispani quæ bonis placet † ꝙ ecclesia vniuersalis quæ est cor- 4 pus Christi mysticum, extra de sacra vnc. c.1. est ꝙ habet possessionem & proprietatem eorum tanquam dñs. ista cõclusio colligitur ex c. pontifices. 12. q.3.& plene no. p Inn. & Hos. extra de cau. pos.& proprie.c. cum super electione, cuius ecclesiæ fidelium iure diuino oĩa sunt vt.23. q.7. c.1. 5 † toĩum vero bonorum ecclesiæ papa est dispensator & administrator generalis, qui caput & rector est eius, ad quem tota ecclesiæ cõitas sicut exercitus ad ducem ordinatur. Et ita papa habet ius in bonis ecclesiasticis, non solum vt inde suscipiat sustentationem sui status, sed etiam dispensandi illa bona pro vtilitate cõitatis. Sub eo vero habẽt potestatem dispensandi epi in hoc vel illo collegio ecclesiastico. Nam sicut dicit Inn.& satis colligitur ex præsenti.c. bona ecclesiastica pp vtilitatem cõem sunt diuisa in ecclesijs diuersorum locorum authoritate summi pontificis, & episcopis & alijs prælatis concessa extitit administratio eorũ, vt etiã patet ex.c. futurã.&.c. præcipimus. e. q. & tñ ad pñs de ista qõne. Leg. ¶ [Videntes summi sacerdotes].i. epi. 2.q. 7. accusatio. Lau. Hu.& Arc. [plus vtilitatis.] per hoc habet ar. manifestum, ꝙ habere immobilia à viris perfectis non tollit perfectionem, quia quod ecclesia statuit vniuersaliter imo pro maiori vtilitate non tollit perfectionem vitæ specialis. Nullum.n. lucrum nulla vtilitas est quantumcunque excellere videatur per quod receditur à vita & à perfectione Xpi. vnde saluator inquit Mat. 16. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, aĩæ vero suæ detrimentum patiatur: maximum quidem aĩæ detrimẽtum est totaliter cadere, & recedere ab euãgelica perfectione. Sed ecclesia quæ regitur spiritu sancto præcipuè in his quæ statuit ecclesia circa sequelam Christi & vitæ perfectionem, statuit pro maiori vtilitate, ꝙ haberet possessiones in cõi, non solum pretia sicut tempore apostolorum in iudæa, quinimo prædia, vnde de hoc laudatur Constantinus imperator qui hanc dedit ecclesiæ licentiã, vt in præcedenti.c. futurã: ergo habere possessiones in cõi & bona immobilia non derogat perfectioni euangelicæ [plus vtilitatis.] ar. ꝙ semp est considerandum & eligendum ꝙ vtilius est ecclesiæ, siue in acquirendo, siue in alienãdo res ecclesiæ. ar.1.c.q.2. sine exceptione. Hu. [sumptib.].i. fructib. Hu.& Arc. [elegantiora] confirue cum illo ꝙ sequitur.1. quę ex pretio rerum matricib. ar. quod olim tantum in matricib. ecclesijs habebantur prædia & possessiones. Et hinc põt solui illa contrarietas. inuenitur quod res ecclesiæ possunt alienari ab epo cũ consensu clericorum eiusdem ecclesiæ. vt.j.e.q.2. sine exceptione, alibi quod requiritur cõsensus prouincialis synodi vt 10.q.2. casellas.&.j.e.qõ.2. quicunque. cum alijs similib. potest ergo dici, ꝙ consensus synodi requirebatur quã do tantum matrices ecclesiæ & paucæ habebant prædia, tunc .n. cum magna diligentia debebant alienari res ecclesiarũ. modo authoritate sunt res ecclesiarum. Et ideo non tanta inquisitio exigitur cum singulis cura suarum ecclesiarum sit commissa, & sic hodie sufficit consensus episcopi & clericorum ecclesiæ. [ipse res] 2. pars [locum tenent apostolorum] gl.& Hu. quo ad dignitatem. di.21. in nouo.& dist.67. quorum vices, monachi vero quo ad renuntiationem propriorum & communem vitam. vt.16 q.1. ex authoritate, & sacerdos quo ad sacerdotale officium & sacramentorum 6 dispensationem. 11.q.3. absit. [& futuris.] ar. † quòd ecclesia a nunquam deficiet. a arg.24. quæst.1. pudenda.& Lu.22. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua, quod doctores exponunt de fide romanæ ecclesiæ, facit ad hoc.ca. hæc est fides. 24. quæsti.1. [dispensatores.] & ministri bonorum ecclesiæ dicente apostolo. 1. ad Corinthio. quarto sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum

Marginalia: Respõdet. — Prima opi. — Vlrichus. — Secũda cõclusio. Archid. — *Psa.23.a. — tertia op. — Aug. — Quarta op. — S.Tho. — Quita op. Hierony. — Sexta opi. — Ioã. Fabri. — Bernardus hispanus. — Innocen. Hostieu. — Exponit literam. — a ¶ Nunquã deficiet ad de Baldũ l.vnica.§ 1 in fin. C. de cad.tol. Bar. ll. hæreditates die de hæred ... spe.de arb. §.5.ver.q.d si platus, & de petit. & possess.§.1. ver. sed pone.

nisteriorū Dei &.ȷ̃.e.q.2. quisqui s[nemo agens sit]Actu.4. nec quisquam egens erat inter illos:[ipse.n.res].3.pars.[ab episcopo & suis ministris] tenetur ergo episcopus p se vel per alium prouidere cuilibet indigenti clerico.70.dist.sanctorum.Hu.& Arc.[ideoque].4.pars[auellere...s ecclesiæ non in potestate episcoporum ad dispensandum clericis & pauperib.& oībus Deo seruientib.Hu.& Arch.[vel damnatione].i. damnandi sunt tanquam hæretici, qui dicunt, ꝙ habere bona mobilia aut immobilia in communi tollat euangelicam perfectionem.

1 *Eleemosyna potest fieri de eleemosynis & de decimis.*

Habebat. Ad idē sequitur hoc.c.quod est beati Aug. super Io. homil. 58. vbi exēplo Christi probat, quod ecclesia potest habere bona in cōi oblata sibi à fidelibus & reseruare illa vt suorum & aliorum indigē-

Diuisio. tiū necessitatib.prouidere possit. Et diuiditur in duas partes.in 1.ostēdit, ꝙ Christi exemplo ecclesia potest oblata sibi retinere & conseruare pro necessitatib.suis & suorū.in 2.videtur respondere cuidam obiectioni, quæ poterat contra predicta insurgere ex illo saluatoris præcepto.Ma.6.nō esse cogitādum de crastino.2.ibi,vt intelligeremus. de ista materia satis dictum est.s̃.c.exemplū.e.q.ideo breuius nos

Exponit literam. expediemus.Lege.¶[Habebat dominus]Io. 13. conseruās ad opus suum & pauperum.vnde subditur & suorum.] Et

1 est ar. † ꝙ de eleemosynis ipsis & de decimis pōt fieri eleemosyna.16.q.1.decimæ tributa.& 23.q.4.duo.[tunc ecclesiastice pecuniæ forma].s.exemplaris,quia exemplo Christi habentis loculos cœpit ecclesia exemplum retinendi necessaria[vt intelligeremus],2.pars[de crastino.]ar. ꝙ qñq; aliud debet intelligi prohibitum quam videatur prohiberi.vt.22.q.1.in nouo. Non.n.prohibetur hic ne quis possit

August. sibi prouidere & præcauere in futurum.vnde idem Aug.in li.de opere monachorum dicit.ideo dñs ait, Nolite soliciti esse, quid manducetis &c. nō ꝙ ista non procurent quantum necessitatis est.vnde honestè poterunt, sed ne propter ista faciant &c. sed nimia solicitudo acquirendi & prospiciendi prohibetur.Non.n.sic debemus esse soliciti,& cum tanta solicitudine cogitare de necessarijs,vt pp hoc iustitiā negligamus.Non.n.est cogitare de crastino, si quis humano more ista procuret, sed si quis propter ista militet vt in operibus suis non regnum Dei,sed istorum acquisitionem intendat.vt dicit Aug.[ne Deo pp ista seruiatur.].s. principaliter in eis finem intentionis nostræ & laborū ponentes.

His omnibus. §.est,in quo magister Gratianus concludit principale propositū ex præallegat.c.quod clericis non licet habere proprium.Sensus huius literę est.Clerici qui ex voto ad hoc se obligauerunt nō licet habere proprium,& si habere pręsumpserint non,erūt clerici.s.re,& professione,sed solum nomine.vel non erunt cleriri.i.non remanebunt clerici, sed deponentur,vt ex ponit Hu.eis tñ clericis qui nō renūtiauerunt proprijs,nec volunt clericatus,non est tollendus.i. non ob hoc sunt prohibendi à clericatu.s.vt non ordinentur. Hu.idem Lau.& Arch.ꝙ probat per sequens c.

1 *Episcopus simplex an possit statuere sine consensu suorum clericorum, quod nullus ordinetur in ecclesia nisi proprijs renuntiet quod non nu.2.*

Potest tamen cum consensu suorum clericorum.nu.3.

4 *Papa potest statuere quòd nullus clericus ordinetur in ecclesia nisi renuntiet proprijs.*

5 *Prælati non debent redargui inconstantiæ cum maturiori consilio mutant quod fecerunt si viderint expedire.*

6 *Simulans & non seruans peccat dupliciter.*

Certe. Sequitur.c.beati Aug. in li.de cōi vita clericorum, in quo probatur quod non obstante contraria constitutione primitus facta clericis habentibus proprium & nolentibus renuntiare non est auferendus clericatus.Et potest diuidi hoc.c.

Diuisio. in tres partes.in 1. commemorat constitutionem prius factā contrariā.in.2.illam reuocat.in.3.assignat reuocationis cām.2.ibi,ecce.3.ibi, nolo. Quia de ista materia satis dictū

Exponit literam. est.s̃.e.q.c.nolo.pauca hic dicemus.Lege. ¶[Certe ego.] hoc patet ex his q̃ dicta sunt.s̃.in c.nolo.Au.n.primo statuerat,ꝙ nullum ordinaret in clericum nisi proprijs renuntiaret,quod videns multis esse occasionem peccandi retractauit illā constitutionem, non circa iam promotos, sed circa promouendos.Et vtitur Aug.in hoc.c.eo modo loquendi, quo quis dr̄ auferre quod non dat,& amittere quod non habet.recedere vel cadere ab eo, in quo nunquam fuit & qđ nunquam habuit.Litera sic exponitur.[Statueram]sed hic

1 surgit quæstio† vtrū simplex episcopus poterit hoc statuere,sine cōsensu suorum clericorum, ꝙ nullus ordinetur in ecclesia sua nisi proprijs renuntiet. ¶Ad hanc quæstionem respondetur sub conclusionib.aliquibus iuxta Hug.& Quæsti[o]. Respo[nsio]. Prima [con]clusio.

2 etiam Arc.prima est† quod simplex episcopus absque consensu suorum clericorum non potest talē constitutionē facere.patet conclusio, quia hoc onus importat & asperiorē vitam,ad quam nullus potest cogi nisi fecerit sibi præiudicium.ar.di.74.gesta.&.20.q.3.præsens.& 15.q.1.præsens.&

3 15.q.1.non est. ¶ Secunda conclusio.† Simplex episcopus cum cōsensu clericorum suorum pōt licitè statuere, vt nullus ibi promoueatur ad clericatum,nisi proprijs renunciet & castitatem promittat.ar.di.32. placuit, & tunc ipsi auferunt sibi licentiam apostoli.non eps. 28.di. de his.Et sic credit Hu. ꝙ Aug.hoc statuerat cum cōsensu. suorū clericorū. Sec[unda con]clu[sio].

4 ¶ Tertia conclusio† papa quia habet plenitudinem potestatis pro voluntate sua potest hoc,& similia statuere,sicut statuit,ꝙ nullus ordinaretur in sacrum ordinem,nisi promissa continentia, vt di.31. ante triennium, & tunc arctantur tm̄ promouēdi non iam ꝓmoti vt notat ipse Hug.28.di.de his ibi vide,de hoc ēt notat gl.72.di.proposuisti.[mecū].i. in cōi vita,quia non po terat intelligi quod secum manerēt in eodē habitaculo.Hu.[si velletā proposito discedere]. s.non habēdi propria nec recipere[tollerem ibi clericatū, .i. nō ꝓmouerē illū ad clericatū non ordinarē eū. Ecce cū quis pręstat impedimentum alicui ne aliquid consequatur dr̄ auferre ei,& ille dr̄ amittere illud. licite nunquā habuerit simile.17.consilia.& 5.q.6.quia Hu.[muto consiliū]circa promouendos,non circa promotos, qui votum fecerat cum talibus non posset dispensare Aug. imo nec papa dicit Hu.cum reddere votum sit de præceptis iuris naturalis, vt vouete & reddite. vbi papa dispensare non potest. 25. q. 1. sunt quidam,& contra patrum.Hu.[muto consilium.]hoc sapientum est retractando antiquā constitutionem & statuēdo contrarium.s. ꝙ non minus ordinabo aliquem licet non velit renuntiare proprijs,cum esset occasio mali,muta Ter[tia con]clusio.

5 re potuit.ar.d.63.§.verum.ar. † ꝙ prælati non debeant ar-

a gui[a] inconstantiæ cum maturiori consilio mutant quod fecerunt,si viderint expedire. Nam sapiens mutat consilium, cum aliquid prudentius me... tur[quibus nō sufficit Deꝰ in ecclesia.]Tales enim quibus non sufficit Deus nec ecclesia.i. bona deputata ad communem vitam, sunt auari sectantes auaritiam,quæ est idolorū seruitus ad Col.2.[abijciuntur consortio sanctorum.]ad Ephe.5.auaritia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos [non aufero].i. non prohibeo eos quin promoueantur ad clericatum. Hug.& Arch.[Nolo]tertia pars ostendit causam quare mutauit cōstitutionem.quia multis erat occasio peccati[hypocritas] multi enim ne repellerentur à clericatu fingerent & simularent,ꝙ vellent renuntiare proprijs,qui tamen in veritate bona in proprio non relinquerent,ita quod fingerēt se esse quales non essent. Et ideo sententiam mutauit, ne daret occasionē quòd essent hypocritę,qui dicerent & non facerent quod est malum vitandum. [malum est cadere à pro- a¶ Argu[mentum] p[ræ]latus pōt se subiicere iferiori. Pe.de anc. in c.cū ex iniūcto nu. 9.de hære.

6 posito] id est à promisso. † sed qui simulat promissum & non seruat], dupliciter peccat.primo quia non seruat quod promiserat,quia displicet Deo infidelis promissio.Ecclesi. quinto.secundo peccat per hypocrisim simulans se seruare,quod non seruat, si non seruat sanct itatem foras dimidius cecidit. Aliqui dicunt, quòd vult August.dicere hic, quòd peccans publicè & manifestè, minus grauiter peccat, quàm peccans occultè, quod non credimus,quia hoc non est simpliciter verum,sed dicendum vt iam diximus, quòd qui solum non seruat sanctitatem.[foras] id est, publicè, id est sine aliqua fictione minus peccat, quam is,qui non seruat, sed simulat se seruare,iste totus dicitur cecidisse,quia exerius non seruando, & interius simolando siue fingendo, & ideo dicitur quòd simulata iniquitas est duplex iniquitas[nolo vt habeat necessitatem].i.occasionem [nemini eū tollo].i.à promotione repello,licet communē vitam ducere vel sumere nolit.

Econtra. §.eſt, in quo videt̃ melius aſsignari.2.pars quæſtionis. in qua Gratianus allegat ꝓ alia parte quæſtionis.1.ꝙ clerici poſſunt habere propria. Et inducit.11.authoritates. Sicut autem alias. diximus hoc verũ eſt clericis qui non renuntiauerunt proprijs.

1 *Epiſcopi an poſsit habere proprium, quòd ſic nu.2.*
3 *Abrenuntiatio propriarem facultatem poteſt dupliciter conſiderari.*
4 *Res propriẽ dicuntur tribus modis.*



Piſcopi. Sequuntur capitula ad probandum hanc qõnis ſecundã partẽ. Et inducitur primo hoc.c. ꝙ ſumptum eſt ex concilio agathen. Cuius ſumma eſt, quod epi de ſuis proprijs poſſunt relinquere quib. volunt. Et ita manifeſtè innuit, ꝙ epi & clerici poſſunt hr̃e ꝓpria. Et diuiditur in duas partes. in 1. ponit ꝙ dictum eſt, in 2. ꝙ bona eccleſiẽ. debet diligenter ſeruare.2. ibi, quidquid. Pro pleniori intelligentia huius.c.& ſequentium. Quærit. (Diuiſio.) (Quæſtio. Primũ ar.)
1 Vtrum epiſcopi poſſunt hr̃e proprium. Et vr̃ ꝙ non, 1. ſic. voluntaria paupertas vr̃ ad perfectionem pertinere ẜm illud Mat.19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende &c. Sed epi aſſumuntur ad ſtatum perfectionis: ergo nõn licet eis habere proprium. ¶ Secũdo videtur idem argui ex.c. expedit.ſ. e.q. vbi dr̃, expedit facultates eccleſiẽ poſsidere & proprias perfectionis amore contemni &c. ¶ Tertio ſic. Epi in eccleſia tenent locum apoſtolorum. vt.ſ. in.c. videntes.e.q. & Lucæ.10 ita habet gl. & di.21. in nouo, ſed apoſtolis dñs præcepit, ꝙ nihil proprium poſsiderent. ẜm illud Mat.14. Nolite poſsidere aurum, nec argẽtum &c. ergo vr̃ ꝙ epi teneantur ad eandẽ obſeruantiã, vt nihil proprium poſsideant. ¶ In oppoſitũ eſt tex. pñtis.c. expreſſe. ¶ Reſpondeo dicendum (Secũdũ ar.) (Tertiũ ar.) (Opponit et Reſpõd)
2 †ꝙ epi poſſunt habere ꝓprium & licite poſſunt habere. patet concluſio iſta per multas alias authoritates poſitas in hac qõne. ¶ Secundò ſic. Nullus tenetur ad ea quæ ſunt ſuper erogationis, niſi ſe ſpecialiter voto ad illud aſtringat. vt patet, ſed viuere abſque proprio eſt ſupererogationis. Nõ .n. cadit ſub præcepto, ſed ſub concilio. vnde cum Matt. 19. dixiſſet dñs adoleſcenti ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata poſtea ſubdit ſuperaddendo, ſi vis perfectus eſſe vade & vende &c. Sed epi in ſua ordinatione non ſe obligarunt ad hoc vt abſque proprio viuant, nec etiam abſque proprio de neceſsitate ad officium paſtoralem requiritur ad quod ſe obligauit: ergo non tenentur epiſcopi ad hoc, quod ſine proprio viuant, & per conſequens licitum eſt eis habere proprium. ¶ His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum. ad primam de Matth.19. Si vis &c. Reſpondetur iuxta S. Tho. ſicut ſæpe.ſ. reſponſum eſt ſpecialiter, circa expedit, ꝙ perfectio chriſtianæ vitæ non conſiſtit eſſentialiter in voluntaria paupertate, ſed voluntaria paupertas inſtrumentaliter operatur ad perfectionem. poſſibile eſt autem aliquem perfectionem acquirere ſine propriarum diuitiarum abiectione actuali, imo cum opulẽtia diuitiarum ſicut patuit in Abraham cui dictum eſt à domino Gen.17. ambula coram me & eſto perfectus, qui tñ legit̃ (Ad primũ. argu. S. Tho.)
1 † Qui bona ecclesiæ rapit vt homicida damnatur. Et diuiditur in duas partes. in prima ponit pro fundamento authoritatem sacræ scripturæ. in 2. concludit. 2. ibi pater noster. Lege tex.¶[Qui abstulerit]hoc sumptú est ex verbis Salomonis Proue.28. quod est sic intelligendum. Primo ꝙ subtrahens à patre & matre vitæ necessaria homicida est, ꝙ quantum in ipso est eos occidit vitæ necessaria subtrahendo. ecclesiæ.34. Qui aufert in sudore pané.i. in necessitate victú, qui quasi occidit proximú suum.¶ Secundo quia talis non honorat patrem & matré, & sic agit contra charitaté. Non diligit sed odit proximum non quemcunque sed plusquá fratrem. Qui autem odit fratré suum homicida est.¶ Tertio quia talis dicens hoc nó esse peccatum, caret vita fidei, qua iustus viuit.ad Ro.1.[pater mater]2. pars. Deus.n.omnium creator pater noster est quem docet nos orare Christus. Mat.6. dicens sic orabitis. pater noster &c. ipse.n. pater est cœli, & terræ. Mat.11. mater nostra est ecclesia regeneratione, quia ipsa nos regenerat sacraméto baptismi vt hic dr̃. vnde Aug. de morib. ecclesiæ. Ecclesiá catholica mater est omnium Christianorum, qui ex ea in baptismo renati sunt. Ioá.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Thobiæ.3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti. igitur qui bona Dei vnde pauperes viuere debent rapit, homicida est.

Diuisio. Exponit literam. Aug.

1 *Pœna pecuniaria habet locum in canonibus.*



IN antiquis. Ad idé sequitur hoc.ca. quod est Ioannis papę tertij. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in 1. punit raptores bonorum ecclesiæ. in 2. confirmat authoritate euangelica & legum humanarum. 2. ibi, vnde in euangelio. Leg.¶[In antiquis].i.ea.si quis de clericis. Lau. Arch.[multiplicatione].s.legib.& canonibus statuta. Et est
1 ar.† ꝙ in canonib. locum habet pœna pecuniaria. ar.11.q.5. si quis cuiuslibet, Hu.[vnde in euangelio] 2.pars. Lucæ.19. [quadruplum]raptorum pœna quadrupli est Arch.[in legib. seculi] non romanis, sed in lombardis vel in alijs, quæ apud diuersas gentes habentur vt.j.ea.in legib[in seculi legibus] verba sunt Gratiani intercidétis capitulum Io. quia eadem erunt postea verba Eusebij. infra. ea.c. in legibus.

Diuisio. Exponit literam. Archid.

1 *Inuasores incendiarij & deprędatores rerum ecclesiasticarum sunt cogendi ad emendam per ecclesiam & potestatem secularem.*
2 *Prælatus qui tacet instante necessitate peccat.*
3 *Papa est iudex cõtra inuasores bonorum temporalium ecclesię.*
4 *Immunitas ecclesiæ quid dicatur.*
5 *Principalis plus punitur quam consentiens.*



CVm deuotissimum. Ad idem sequitur hoc.c.
1 quod est beati Gregorij ad Cóstantiam reginam Francię. Summa† quod inuasores incendiarij, & deprædatores rerum ecclesiasticarú sunt per ecclesiam & per potestatem seculare ad emendam cogendi. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In 1. exorditur. in secunda narrat excessum & querelam defert. in tertia dicit se ad prouidendum huic excessui missurum legatum, & exhortatur vt fauore suo assistat ei, secúda ibi, nimis. tertia ibi, quia propter. Le.¶[Cum deuotissimam]casus est. Quidam combusserant villas & ecclesias villam episcopi, & prædam inde reportauerunt, sed sæpe admoniti emendare nolebát. Scribit ergo Gregorius reginæ Franciæ in cuius regno hoc contigerat, & illi habitabant, & inuitatę eam ad iustitiam circa illos & alios exercédam. Et hortatur eam vt det auxiliú suis legatis, quos missurus est illuc ad illos puniendos[dominam suarum vel] ex humilitate hoc dicit.11.q.1.sacerdotibus.21.q.vlt.c.vlt.
2 siluero[ar.† ꝙ peccat prælatus si tacet instante necessitate.
3 43.dis.c.1.& c.dispensatio[nimis] secunda pars.ar.†ꝙ papa est iudex contra inuasores bonorum temporalium ecclesiæ[depredatę].i.spoliatę passiuè tenetur.[Et dum].i.cum. Hugu.[pro immunitate violata† immunitas est priuilegiú
4 ecclesiæ quo gaudet ecclesia, vt circa ecclesiam in ambitu non fiat pugna, vel assaltus vel rapina, per.40.vel.30. passus. vt 17.q.4. sicut antiquitus[seculi leges].s. lombarda & consimiles[vulgari teste].s. lombarda quę dicitur vulgaris, quia vulgaribus verbis est composita.[si quis ista] sunt verba vulgaris legis vsque illuc si seculi[ille qui prior est]
5 id est, actor. argu.] quod plus punitur principalis persona quam

Diuisio. Exponit literam. Casus.

quam consentiens[solidos nongentes.].i. damnum datum nonies.item dicitur.17.quisquis.Hu.[si seculi leges]verba sunt Gregorij argumentatis ex verbis legis vulgaris & forte non argumentatur inde,ideo ꝙ ecclesia ex toto cum toto augmento debeat recipere sua, sed argumentatur à minori quasi diceret.Si ita puniuntur maleficia in rebus priuatis multo magis sunt punienda in rebus ecclesiasticis. vnde sequitur[cur inferior esse debebit].s.in zelo puniendi malos fures,& latrones cum magis iusta sit,quàm leges seculi. cum sit lex dñi immaculata cõuertens animas [nõ minus] imo magis iuste insurgere debet in fures & in aliorum bonorum inuasores cum etiam in ipsius veritatis].s.Christi qui ait Io.8.Ego sum via veritas,& vita[in cuius presentia] laudatus est defraudans, ꝙ in quadruplum reddebat sicut de Zacheo dicitur Lucæ.19. [iustitiam tollere] iustitia est vt dicit Aristoteles tertio Ethico. præclarissima virtutum s.inter morales, qua remota vt dicit Augus. lib. 4. de ciuit. Dei.Qui sunt regna nisi magna latrocinia[potestatis].i.violentię,& tyrannidis,simile.23.q.8. scire [quapropter]tertia pars[immunitas violata]Hug.[diaboli]sicut boni sunt membra Christi ita mali diaboli,quia adhærent sibi & per ipsos diabolus operatur[filij nequam] velut filij Iudæ, qui fuerunt nequam in conspectu Dei.Gen.28.

Aug.




N legibus. Ad idem sequitur hoc. c.quod est Eusebij papæ. Summa est.Surripiens rem ecclesiæ illã cũ quadruplo tenetur restituere. Et diuiditur in duas partes. in prima pro iustificatione prohibitionis suæ inducit duas leges. legẽ seculi,& legem diuinam.in secunda concludit prohibitionem.secunda ibi,proinde.Leg.¶[In legibus].s.Lombardica, Gottica, & Salica,& huiusmodi.nõ in romanis,quia in eis talis lex non statuitur.Hu.[surripit]furatur [direpta].i. ablata[in diuina lege]Deutero.19. & prouer.22.[vltione] interest.n.ecclesiastice seueritatis ne crimina remaneãt impunita.sit.22.q.4.est iniusta.& 25.q.9.loci.Hu.[proinde]secunda pars[in quadruplũ] ecce hic punitur raptor in quadruplum in hoc quadruplo continetur rei persecutio, ꝭm leges.vt tantum triplum sit pœna,vt insti.vi.bo.rap.§.quadruplum,sed in futuro manifesto quadruplum est pœna,vt insti.de obli.quæ ex delict. nas.§.furti.Hu.

Diuisio.

Exponit literam.

Contra Gregorius. §.est, dictum est in quibusdam capitulis superioribus quod ecclesia licite potest petere pœnam dupli, vel tripli,vel quadrupli. modo authoritate Gregorij probat contrarium.

3 *Furari an liceat propter propriam necessitatem, quod sic numero. 4.*
Et adhuc in casu alienæ necessitatis.nu 5.& 6.
7 *Torqueri an quis possit & incarcerari pro delicto.*
8 *Pœna legi ima & canonica quando non potest poni ex aliqua causa transgressor supponitur verberibus.*
9 *Ecclesia an possit petere rem suam cum augmento dupli vel tripli.*
10 *Sacerdos aud ens furem in confessione non debet iniungere vt rem ablatam restituat cum pœna*



Raternitas. Capitulum est beati Gregorij scribentis Aug. episcopo anglorum. Summa est, ꝙ ecclesia non debet à fure petere rem ablatam cum augmẽto.i.cũ pęna dupli aut tripli &c. Et diuidit in duas partes.in prima ponit ꝙ vario modo fures veniunt puniendi ꝭm varietatem personarum. in 2.ponit id quod dictum est.s. ꝙ ecclesia non debet &c.2.ibi addis.Pro pleniori intelligentia huius.c.& aliquorum aliorũ queruntur duo.

Diuisio.

1 ¶Primum est vtrum sufficiat restituere simplum quod iniuste ablatum est.
2 ¶Secundum est vtrum ecclesia possit licitè petere rẽ ablatam cum pœna sua.

Primũ ar. Secũdũ ar.

1 Ad primum. sic proceditur.† Et vr̃ ꝙ non sufficiat restituere simplum siue quantum quis abstulit.primo ex.c.supra posito, in legibus, vbi statuit lex ꝙ raptor puniatur in quadruplum. ¶ Secundò arguitur ex.l.diuina.sic legitur Exo. 22. si quis furatus fuerit bouem aut ouem,vel occiderit vel vendiderit,quinque boues pro vno restituet, & quatuor oues pro vna oue.Sed preceptum hoc cum sit de moribus videtur esse morale:ergo adhuc manet,sed quilibet tenetur mandatum diuinum obseruare:ergo ille qui furatur tenetur restituere quadruplum vel quintuplum.¶Tertio ea quæ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt & nobis in exemplum dantur.vt dicitur ad Rom.15.sed Luc.19.Zacheus dixit ad dominum.Si quem defraudaui reddo quadruplum:ergo homo debet restituere multiplicatum id quod iniustè acceperit.¶In oppositum videtur accipi ex.c.præsenti. ¶ Respondeo dicendum iuxta S.Th.in.2.2.q.62. articul.3.& di. 15.quod cum aliquis iniustè accipit rem alienam duo sunt ibi,quorum vnum est inęqualitas ex parte rei, quæ qñque est sine iniustitia,vt patet in mutuis,aliud autem est.s.iniustitiæ culpa, quæ potest etiam esse cum æqualitate rei puta cum aliquis intendat inferre violentiam sed non præualet: quantum ergo ad primum adhibetur remedium per restitutionem vel recompensationem rei ad rem inquantum per eam ęqualitas reparatur,ad quod sufficit quod restituat tantum quantum habuit de alieno.Et secundũ hanc considerationem ponitur talis conclusio videlicet ꝙ sufficit restituere simplum quod iniustè ablatum est,probatur conclusio.restitutio reducit ad ęqualitatem quod inęqualiter ablatum est. Sed aliquis reddendo quod accipit simplum reducit ad æqualitatem:ergo solum tenetur restituere quantum accepit. Quantum vero ad culpam adhibetur remedium per pęnam cuius inflictio pertinet ad iudicem. Et ideo antequam sit condemnatus per iudicium, non tenetur plus restituere,quam accepit,sed postquam condemnatus est, tenetur pœnam soluere. Et ista est secunda conclusio, quod non sufficit soluere simplum quod iniustè ablatum est ei qui per iudicem condemnatus est etiam ad emendam iniuriæ persoluendam. patet conclusio.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ. Ad primam dc. ca.præsenti respondebitur in articulo seq. ¶Ad secundam respondetur iuxta S.Tho. tam in 2. 2. quã in scripto super quartum senten. quòd istud præceptum legis quamuis sit de moribus,non tamen est morale sed iudiciale.talia.n.præcepta pro loco,& tempore, populo illi dabantur. vnde non obligant post Christi aduentum nisi de nouo statuerentur ab aliquo, qui statuendi habet authoritatem.¶ Ad tertiam respondetur, quòd Zacheus non dixit illud quasi necessarium, sed ex abundanti supererogare volens.

Tertiũ ar.

Oppon. & Respõd. S.Tho.

Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

Ad primũ. argu.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

2 Ad secundum. Sic proceditur.†Et videtur ꝙ ecclesia non possit licitè petere rẽ ablatam cum pœna sua.per.ca.præsens. vbi Gregorius hoc prohibet episcopo anglorum.¶In oppositum videtur esse c.decenter.89.dist.&.s.e.c.in legibus.vbi papa Eusebius pcipit,vt raptor bonorum ecclesiasticorum in quadruplum restituat.¶Respondeo dicendum iuxta Hu.distinguendo, quia aut ecclesia petit sua in figura iudicij res & pœnam petere potest,& ita cum augmento.Quando vero non per iudicem petit, non potest petere pœnam cum re sublata, vt hic,quia pœna quælibet non est imponẽda nisi per iudicẽ, 23.q.4.ea vindicta.& 33.q.2.in hoc. Et ista sententia confirmatur ex dictis beati Thome dicentis, quòd raptor postquam condemnatus est per iudicem tenetur soluere,clarũ est quod non nisi parti læsæ,& iniuriatæ,ergo si ecclesia est læsa poterit iudicio facta de persoluenda pœna illam petere.vnde dicit Arc. in iudicio humano, ecclesia non est deterioris conditionis quolibet laico,siue priuato.Nam ecclesia quasi priuatus potest agere ad interesse, quandoque in damno vitando, vt quia interfecisti equum mihi accommodatum.ff.de furtis.l.inficiando.§.si tibi,&.j.eo.q.si quis de cleriais.Quandoque in lucro captando,vt quia interfecisti seruum meum institutum antequam adiret hæreditatem.ff.de condi. fur. si condiatur.& ar.j.c.q.non liceat,vbi consequitur ecclesia fructus etiam percipiendos. Nam dicit lex,ꝙ iustum est vt ob maleficia pœna soluatur.ff.de fideiuss.l.à reo.§.si à furioso, sed & pœnam conuentionalem potest petere ecclesia,extra de arb.dilecti. potest ergo ecclesia petere pœnam vel interesse siue in re, siue extra rem quocunque nomine vocetur.Nec obstat.ff.de actio.empti. l.sterilis.§.cum per venditorem,quia in contractibus secus est,si aliter in maleficijs ꝭm Lau. ¶ His habitis dicendum est ad ar.in contrarium sumptum ex præsenti.c.Respondetur ad hoc multipliciter. primo ꝙ loquitur ex benignitate ne scilicet

Primũ ar.

Opponit i contrariũ. Respõdet.

S. Tho.

Archid.

Ad argu.

ne scilicet amplius exigendo notaretur de auaritia. secundo respõdetur quasi idem iuxta Gratianũ qui hoc.c.interpretatur ex dispensatione. Nam de rigore iuris ecclesia bene potest recipere pœnam dupli, vel tripli, vel quadrupli, dicit tamen Hu.ꝙ honesta est interpretatio, nisi quia hæc consultatio est, & in consecratione potius debet contineri ius commune, quam dispensatio. Et ideo inquit potius intelligo hoc.c.de communi iure.s.cum ecclesia sua authoritate extra iudicium vult repetere rem sibi furto ablatam, quo casu simplum debet recipere. Nam sua authoritate nõ potest, nec debet exigere pœnam in tali casu. Si vero ecclesia in iudicio velit contemnere & authoritate iudicis pœnã petere, nec peccat in petendo, nec in recipiendo, in quo casu intelliguntur omnia capitula loquentia de pœna exigenda. Et quamuis fur extra iudicium vult reddere ecclesiæ simplum, non tamen ecclesia cogitur esse contenta simplo, sed si vult aget in iudicio, & exiget rem, & pœnam ꝭm Hu. aliæ solutiones tanguntur in gl. sed ista est melior. Leg.

Exponit literam. ¶ [Fraternitas] ex persona. Nam varietas personarũ varietatem inducit pœnarum. ar. dist. 29.c.1.& 2.& 3.& 24.q.1. qui contra pacem.& 26.q.5. contra idolorum. [Ex inopia] hic surgit duplex quæstio. prima† vtrum liceat furari propter propriam necessitatem. secundum est vtrum liceat furari in casu alienæ necessitatis.

Quæst. 1. 3 Primũ ar. ¶ Ad primum licet de hoc disputauerimus circa.c. discipulos, de conse. dist.5. sub alijs tamen argumentis resumemus hanc quæstionem. Et argui tur ꝙ non liceat. primo sic. melius est mortem incurrere, ꝙ malo consentire. vt.32.q.4. sicut sanctus. ergo necessitas nõ excusat.

Secũdũ ar. ¶ Secundò sic. dicitur in præsenti capitulo ꝙ quidã ex inopia delinquunt. ergo sequit̃ ꝙ necessitas non excusat à peccato.

Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. magis consonum naturæ fornicari, quàm furari, sed nunquam pro conseruanda vita licitum est homini fornicari, ergo nec furari.

Quartũ ar. ¶ Quarto furtũ tum est contrectatio rei alienæ fraudulẽta inuito domino, sed nunquam licet fraudem facere: ergo nec furari.

Quintũ ar. ¶ Quinto si licet furari in necessitate aut in extrema solum, aut ẽt citra extremam. non in extrema solum, quia iam tunc non potest vti homo re accepta: ergo frustra accipit, ergo peccat non citra necessitatem extremam, quia aliter potest ei subueniri ergo non debet furari.

Opponitũ contrariũ. ¶ In oppositum arguitur. primo sic. maius malum est homicidiũ, quàm furtum, sed pro conseruanda vita licet aliquando occidere: ergo & furari.

Respõdet. ¶ Respondeo dicendum. Aliqui vt tãgit, voluerunt dicere, quia non est licitum propter necessitatem furari, nec excusantur quin committant furtum, & peccẽt mortaliter. Excusant̃ tñ à peccato grauiori, & à grauiori pœna qua minus peccat & minus venit puniendus, qui necessitatate famis quam qui voluntate committit furtum. Ad illud vero quod de discipulis Christi dicitur de consec. di.5.c. discipulos, respondent, quòd potius fuerunt excusati authoritate Christi, quàm coactione famis, sed ista positio non valet,

S. Thom. 4 ideo dicendum est cum Hu. & sancto Th.† ꝙ licitè potest. quis suscipere de bonis aliorum occultè vel aperte ad subueniendum necessitati suæ. ista conclusio probatur primo sic. in necessitate omnia sunt communia: ergo non est peccatum, ꝙ quis necessitati suæ prouideat accipiendo rem iã sibi communem factam. ¶ Secundò sic. Qui aufert alicui quod iniustè possidet non facit ei iniuriam. Sed qui nõ dat pauperi in casu necessitatis posito iniustè retinet: ergo si pauper aufert ei, non facit ei iniuriam: ergo non peccat. ¶ Pro intelligentia huius est notandum quod sicut dicitur in principio huius decreti, humanum genus duplici iure regitur, scilicet iure naturali & positiuo. ius naturale idem est apud omnes & immobile. ius vero positiuum est diuersum, & mutabile. Nam quandiu consonat iuri naturali seruandum est, quandiu vero discordat non est seruandum.

Aug. Conseruatio vitæ de iure naturali est appropriatio rerum de iure positiuo. Nam sicut dicit Aug. Tolle iura imperatorum, & nullus audet dicere. hoc est meum, & hoc tuum, q̃n. ergo appropriatio rerum conseruationi vitæ non obuiat seruanda est, vbi vero obuiat seruanda nõ est, & cessat Aut. ergo necessitas vitæ cõseruandæ est aliter releuabilis, quam per acceptionẽ rei alteri appropriatæ aut non. Si sic, non licet tunc rem alteri appropriatam pro conseruanda vita sua accipere, quia ibi ius positiuum non obuiat naturali. Si vero aliter non est releuabilis, tunc licet rem alteri appropriatam pro conseruanda vita sua suscipere, quia ibi ius positiuum opponitur iuri naturali. vnde cessat appropriatio, & res communis efficitur. in necessitate enim omnia sunt communia. huiusmodi vero acceptio rei appropriatę non est fructum propriè dictum cũ accipiatur res aliena, quia necessitas facit eam communem, nec manet idem dominus rei, quia accipiendo & consummando efficitur sua, non accipitur fraudulenter sed simpliciter. ¶ Quibus habitis dicendũ est ad argumenta.

Ad primã. Ad primam respõdetur ꝙ in tali casu accipiens rem alteri appropriatam non facit malum cum accipiat suum.

Ad secũdã. ¶ Ad secundam de.c. præsenti respondetur cum dicit, delinquere. exponendum est sic secũdum Hu.i. faciunt aliquid quod alias esset delictum, vel loquitur de loquitur de inopia non vrgente.

Ad tertiã. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia quãuis actus fornicationis sit magis consonus naturæ, quam furtum, materia circa quam est furtum aliter se habet, quã materia circa quam est fornicatio. illa enim in casu necessitatis fit idonea ad accipiendam eam, quia fit communis, hæc autem nunquam fit idonea ad coeũdum cum ea, quia nõ fit communis. ibi enim semper manet fornicatio in sua propria ratione, hic autem non manet furtũ propriè.

Ad quartũ. ¶ Ad quartum respondetur, quod furtum propriè acceptum includit fraudem, & sic nunquam licet furari, sed furtum impropriè dictum non includit fraudem, & sic licet in casu necessitatis furari.

Ad quitũ. ¶ Ad quintam respondetur, quod licet furari nõ solum in extrema necessitate, sed etiã citra dũ tñ timeat homo per illã venire ad extremam, nisi occurratur. 5

Quæsti. 2. ¶ Ad ꝭm sic proceditur.† Et vr̃ quod non liceat furari in casu alienæ cecessitatis.

Primũ ar. primo sic. Maius est furari ꝙ mentiri, sed pro vita alterius non licet mentiri aliquo casu: ergo multominus furari.

Secũdũ ar. ¶ Secundo nullus debet pro salute animæ alterius furari: ergo nullo modo pro salute corporis.

Tertiũ ar. ¶ Tertio plus debet quilibet diligere animam suam quam corpus Christi, ergo pro cõseruãdo corpore proximi non debet animam suam lędere, ergo non debet aliquod peccatum siue furtum siue aliud quodcunq; committere.

Opponit contrariũ. ¶ In oppositum arguitur. Hoc peccat qui alicui de re sibi debita subuenit, sed omnia in articulo necessitatis sunt nostra: ergo non peccat qui de quacunque re alteri in articulo necessitatis subuenit.

Respõdet. 6 ¶ Respondeo dicendum† quod licitum est etiã in casu alienæ necessitatis furari, probatur sic cõclusio. Sicut homo de iure naturali tenetur conseruare vitam suam. ita vitam alienam. debet.n. quilibet proximum suũ diligere sicut se, vnde in quo casu pro conseruanda vita sua licet homini rem alienam accipere in simili casu licet pro conseruanda vita proximi. aut ergo potest aliter releuari necessitas aut non. Si sic: tunc non licet. Si nõ, tũc licet, nec tamen huiusmodi acceptio rei alienæ est furtum propriè dictum, sed qua si furtum id est simile furto:

Ae primũ arg. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est, quia licet furari maius sit peccatum quã mentiri, tamen mendacium importat inseparabiliter prauam intentionem s. fallendi, & ideo nunquam potest bene fieri, furtũ non sic importat vel dicẽdum quod ratio procedit de furto propriè dicto cuiusmodi non est istud licet in aliquo sit simile.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundam respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est, quia non est simile, quia salus animæ aliter potest conseruari salus corporis non. Res enim temporalis non sic ordinatur ad salutem animæ, sicut ad salutem corporis.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertiam respondetur quod pro salute hominis nunquam debet peccatũ fieri, acceptio vero rei alienæ in casu necessitatis non est peccatum, quia quod erat proprium necessitas facit commune, vnde iam datur ei suum non alienum. [Quidam damnis]. s. qui rem cum pœna restituere possunt. Arch. [Quidam verberibus.]

7 ¶ Surgit hic quæstio.† vtrum quis pro delicto posit torqueri, aut incarcerari.

Quæstio. Opponit et Respõ. Et videtur quòd non. C. qui bo. ce. poss. l.1. ¶ In oppositum est tex. præsens. ¶ Respondeo dicendum quòd sic. ista conclusio patet hic dicitur. C. de sepul. vio. l. vlt. Ad oppositum argumentum de. l. illa respondetur multipliciter: primo quòd lex illa intelligitur ab aliquo priuata. Nam authoritate iudicis supponit potest debitor verberibus. ¶ Secundo respondetur quòd aut certum est, quòd nihil habet, & in isto casu non est subijciendus verberib', vt ibi, aut dubitatur, & in isto casu licite supponit verberibus, si nõ vult cedere. ar. 14.q.6. si res. ¶ Tertio respondetur, & videtur potior solutio quòd vel quis est debitor ex contractu aut ex malitia. Si ex coutractu non punitur corporaliter ex quo cedit bonis in quo casu intelligitur lex.

tur lex. Si vero ex malitia licet potest supponi verberibus præsertim si sit vilis persona vt hic dicitur. & 14. q. 6. si res. & .j. eo. q. §. libertus. Et est ar. † ꝙ quoties legitima & canonica pœna ex causa aliqua non potest imponi, ne omnino crimē maneat impunitum verberibus transgressor, supponitur. ar. 5. q. 6. [quia ex charitate]. i. amore iustitiæ est talis pœna imponenda. s. vt corrigantur & si non possunt reddere pœnam, pœnam peccati sic puniendo luant, qm̄ siue plectendo siue ignoscendo hoc solum bene agitur vt vita hominum corrigatur. 24. q. 5. prodest. Hu. Arc. [non ex furore]. s. vt tortor cruciatibus delectetur. Restringenda est. n. in tali casu ira [sub ratione] vt 11. q. 3. illa Hu. [quia hoc] bonum. Hu. [præstatur]. i. cōfertur [ipsi qui corrigitur] hoc. n. capitur per talia verbera digne pęnitendo & patienter fe-
Quæstio 9 rendo [ne gehēnæ. &c. addis] secunda pars. † Et est responsio ad aliam quæstionem. s. an ecclesia debeat cum augmēto dupli vel tripli petere rem suam & respondet dicens, ꝙ absit, si vult sequi concilium, & agere dispensatiuè, vel si extra iudicium sua authoritate rem suam repetit. tunc enim non potest, vt dictum est in quæstione. hic soluitur quæstio
10 quedam quæ tangitur in glo. s. † vtrum sacerdos audiens in confessione furem an in pœnitentia debeat iniungi vt rem illam ablatam restituat cum pœna. respondet quod non, [cum augmēto] dupli vel tripli vel quadrupli vel maioris.

Verum. §. est in quo determinat Gratianus qualiter intelligantur duo proxima capitula precedentia dicens, quòd primum ex rigore, secundum ex mansuetudine intelligatur [Eusebij] supra. e. in legibus.



Es in episcopatu. Ad idem est hoc cap. quod est cuiusdam qui dictus est. Deus dedit. summa est in rubro. breue est & planum. Lege. [¶ Res]. s. acquisitas de rebus ipsius, vel occasione earum, vel occasione ipsius episcopatus. Nam aliter sibi acquisitas potuerūt alienare pro arbitrio suo. vt. infra. e. q. fixum. Hu. [alienandi] in casu non concesso. vel præter formam canonis. quæ continetur. j. e. quęstio. sine exceptione. Exponit literam.

1 *Alienatio fit multis modis.*
2 *Pœna quæ sit alienantis rem ecclesiasticam præter formam statutam vel in casu non concesso.*
3 *Monasterij nomine potest intelligi quælibet ecclesia.*



Postolicos. Ad idem sequitur hoc ca. quod est sumptum ex sexta synodo vniuersali. diuiditur autem hoc. ca. in quatuor p[illegible]n prima prohibentur possessiones [illegible]ditus, & vasa ecclesiæ alienari in [illegible]su no concesso. in secunda ponit, ꝙ qui cōtra hanc diffinitionem venerit, deponatur. in tertia statuit, ꝙ recipiens rem taliter alienatam, si eam ecclesiæ non restituerit excommunicetur. in quarta ꝙ si episcopus de redditibus monasterium construxerit illud subiacebit ipsi ecclesiæ. secūda ibi, quisquis autem, tertia ibi, qui vero, quarta, ibi si autem. Lege. ¶ [Apostolicos vbicunque alienare]
Exponit literam. 1 hoc dicit † quia multis modis fit alienatio. s. vendendo donando permutando infeudando in emphyteosim dando, & omnes hi modi hic prohibentur. Hu. ad hoc. extra de re. eccl. non alie. nulli. Arch. [chimilia] vasa sunt quæ vulgari-
Archid. ter dicūtur bacinia. Hu. [& vasa sacrata]. i. sacris vsibus deputata. s. eo. nulli. [pro redemptione captiuorum] vel alio consimili, gratia enim exempli hoc dicit. Nam sunt multi casus Hu. & in gl. [salaria]. i. possessiones, vnde clerici salaria sua percipiunt. Hu. vel redditus. Bar. [in emphyteutica] intelligitur in casu non concesso, vel præter formam iuris, vel intelligitur de rebus pretiosis, sed possessiones minus vtiles licitè dantur in emphiteusim. 10. q. 2. hoc ius. 2. perpetua. Hug. [rusticas]. i. inædificatas [ad propria]. s. ecclesię & clericorum [quisquis autem] secūda pars [deponatur] ecce † quæ est pœna alienantis rem ecclesiasticam præter formam statutam, vel in casu non concesso. s. depositio ar. 10. q. 2. si quis episcopus & infra, eo. quisquis [cassata] de facto, quia nō tenet. infrà. eo. statuimus. Arc. [qui vero] tertia pars [iterum] vt ecclesia iterum habeat sicut primo habebat.
Archid. Hu. & Archi. [ad inscindendam chartam licit contractus non teneat fit hoc tamen ad cautelam. ne. s. procedente tēpore aliqua quæstio possit moueri ecclesiæ, quia si postea charta extaret pręsumeretur pro emptore. Hu. Arc. [sit anathema]. i. anathematizatur per sententiam. Hu. & Archi. [si autem] quarta pars [de ecclesiasticis redditibus]. i. maioribus ecclesiæ pertinentibus ad canonicos vel redditibus ad episcopum pertinentib. volebat forte dicere, ꝙ de proprijs construxisset, & sic volebat ius patronatus relinquere consanguineis suis, quod posset si construxisset de proprijs bo-
3 nis. Hu. Et no. † ꝙ nomine monasterij potest intelligi quælibet ecclesia. vel proprie tenetur ſm. Hu. & Arch. [tradat]. i. subijciat eidem ecclesiæ, vel de cuius redditibus est cōstructum monasterium.




T sacrorum. Ad idem est hoc capit. quod est beati Gregorij. Summa est in rubro. Breue est, ista capitula interseruntur præter principale propositum. principaliter. n. Gratianus vsque ad illū. §. his omnibus intendit assignare ꝙ res ecclesiasticę non possunt alienari. Sed quia in præcedenti capitulo fecerat mentionem de alienatione propter redemptionem captiuorum ideo subdit in his tribus capitulis authoritatē beati Gregorij, ꝙ res ecclesiasticæ possunt alienari pro redemptione captiuorum. &c. Lege. ¶ [Et sacrorum ministeria]. i. vasa sacrata, & non sacrata. 86. di. non satis infra. eo. q. aurum. Hu. 23. q. 3. §. item ab aliquo. iuxta prin. Exponit literam.



Acrorum. Ad idem est hoc. c. quod est eiusdē sancti Gregorij. summa est eadem cum summa præcedentis capituli. Pro intelligentia tamē huius ponetur casus, qui est iste ſm Hu. Demetrius & Valerius cum patre suo passiuo & cū matre sua ab hostibus capti fuerunt, & postea. 12. libris argenti è Fanio episcopo redempti, procedente tempore timentes ne pecunia pro sua redemptione collata ab eis repeteretur significarunt hoc beato Gregorio p etentes sibi dari aliquam securitatem. Gregorius vero attendens, quòd iuxta authoritatem sacrorum canonū & legum licitè res ecclesiæ possunt impendi in redemptionem captiuorum annuit petitioni illorum, & statuit exinde nullam molestiam & nullam quæstionem moueri deberi prædictis redemptis, nec eorū hæredibus [tunc vero clerici]. s. tempore captionis & redemptionis: Hu. [formidinem]. i. timorē animi. Hu. [repetitionis molestiam, quæ. n. pietatis intuitu conferuntur repeti non possunt. ar. 1. q. 3. quæsitum. Casus.

1 *Res ecclesiæ an possint alienari pro redemptione quorumlibet captiuorum, & nu. 2. & . 3*
3 *Ecclesia an debeat habere curam vt mittat pecuniam Alexandriam & c. vt redimantur captiui.*



Icut omnino. Ad idem hoc. ca. quod est eiusdem Gregorij. summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Sicut frustra] siue causa vtili vel honesta. Hug. siue necessaria. Arch. [huius]. s. captiuitatis res mobiles vel immobiles Hug. [maximè desolate] parochianis, vel clericis suis captiuatis, sed & si [pauci sint tenetur ecclesia ad redemptionem eorum. Hu. vel cōstrue sic. Res desolatę ecclesiæ præponere maximè suis. ¶ Sed Exponit literam.
1 hic surgit quæstio † vtrum pro quorumlibet captiuorum redemptione res ecclesiæ possint alienari, an solum pro captiuis Christianis, qui detinentur à paganis vel hæreticis. Quæstio
¶ Ad hoc respondetur ꝙ quidam dicunt ꝙ pro captiuis q detinentur à paganis vel hæreticis, quia in talibus timetur subuersio fidei & crimen apostasiæ. ar. 15. q. 1. c. 1. Qui vero capiuntur inter Christianos catholicos non propriè dicuntur captiui, nec ad tales redimendos generaliter tenetur ecclesia, licet his & alijs tenetur bene facere. Ad hoc respondetur secundum Hu. & gl. ꝙ siue sint captiui à paganis siue à Christianis si circa eos timetur periculum mortis animæ vel corporis vel alteri' cruciatus corporis, redimēdi sunt, & ad eorum redemptionem specialiter tenetur ecclesia & priuatus quilibet. ar. hic. & . infra. ea. quæst. aurum. & dist. 86. non satis, & 43. distin. sicut. Hu. Si vero non timetur periculum mortis, vel animæ, vel alterius cruciatus, non tenetur ecclesiam sic generaliter ad eorum redemptionem. Respōdet
2 Surgit hic alia quæstio † vtrum ecclesia teneatur redimere omnes tales suos. Respondet Hu. quòd sic si potest. ¶ Sur- Quæstio Respōdet
3 git hic alia quæstio † vtrum teneatur redimere etiam alienos. Re- Quæstio Respōdet

nos. Respondet Hug.distinguendo scilicet ꝙ aut sunt propinqui aut remoti.Si propinqui, debet redimere si potest. si non potest sufficere illis & suis potius debet subuenire suis,ar.hic,& loco superius alleg. Si vero sunt remoti,non videtur, quòd sic teneatur ad hoc. ¶ Surgit alia quæstio
Quæstio. 4 †vtrum hæc ecclesia tenetur hãc curam & hanc solicitudinem exhibere vt pecuniam mittat Alexandriam vel Hierusalem vel in terrã soldani vt redimantur captiui.Respon
Respodet. det Hu.Credo quòd non,nisi sint sui parochiani.vel nisi petatur ab ea eleemosyna huic vsui profutura. Nam & suos parochianos tenetur repetere & redimere vbicũque sunt, & ad opus aliorum si petantur eleemosynam impendere quantumcunque distent.


Quæ vero. §.est, in quo incipit secũda pars huius quæstionis,in qua ponit pœnam imponendam inuasoribus rerum ecclesiæ qui sacra vasa & alia Deo dedicata pollutis manibus quasi prophana capiunt,& contractant.

1 *Compitum quid dicatur.*



Diuisio. De viro. Subiungit ad hoc.c.quòd est papę Nicolai. Sũma est in rubro. Et diuiditur hoc hoc.c.in duas partes.in prima ponitur consultatio.in secunda ponitur
Casus. responsio.secũda ibi,de quibus.Lege.¶[De viro]pro intellectu literæ ponaẽ casus.frontarius archiepiscopus burdegalen.cum vellet beati Petri limina visitare, & in quadam villa suæ ecclesię celebraret diuina cum populum salubribus dogmatibus erudiret,quidã nomine burgandus vir nephandus insidians ei cum complicibus suæ malitię venit ad villam præfatam,& sacra vasa dominici corporis & sacrum chrisma arripere præsumpsit.vnde prædictus archiepiscopus quæsiuit à Nicolao papa, si aliquo tempore ad gremium matris ecclesiæ illi redire voluerint quæ pœna est eis iniungenda. Nicolaus re-
Exponit literam. spondet,quòd est indicenda,quæ ponitur hic:lege.[de viro]construe sic[dilectio vestra consulit nos de viro nephãdo]quasi diceret non nominando. Nam nephandum idem est quod nec dicendum, atrox, indignum,horribile, secundum Papiam. Archid.[rabie].i.furore.[per abrupta]id est,
Archid. deuia,non trita,non consueta. Hug. Archidiac. [compita]
1 †compitum est locus vbi plures viæ coneniunt[constringatis]id est constringere debeatis Hu.& Arc.[de quibus].2.pars,[Si ita est].i.si verũ est,ꝙ ꝓposuisti. Talis.n.cõditio in quolibet rescripto sem papponitur, vel non apposita semp intelligitur.Hu.[extra ecclesiam cuius].i.quia eius,sacratissima &c. [2. anno ante fores] ita quòd.1. anno debent esse extra totum cemiteriũ,quod est. 40. vel 30.passuum in circuitu ecclesiæ, & sic foribus appropinquare non debent. 2.anno promittitur accessus eis vsque ad fores ecclesię[sine oblatione] .i. dominici corporis perceptione. vel vt dicit Hug.s.oblatione,quæ ad altare ad manus sacerdotis defertur,de qua habetur de conse.di.1.[omnis christianus communioni fidelium].i. participationi sacramentorum , quæ tantum fidelibus & bonis viris debet dari. Hug. [spondentes]simplici verbo, vel per cautionem fideiussoriam suscipere ne indurescant Hug.[tribus diebus] id est tribus legitimis ferijs.2.4.& 7.24.quæst.quinta.cap.1.de conse.distin. 3. ieiunia.

1 *Depositio est canonica pœna cuiuslibet alienantis rem ecclesiasticam in casu non concesso.*



Monemus Hic reuertitur Gratianus, ad propositũ principale. Et probat per quinque capitula, quòd res ecclesiæ non sunt alienande in casu non concesso.Sum
Diuisio. ma est in rubro.Et diuiditur in duas partes.in prima hortatur, quòd nullus episcopus rem ecclesiæ suę alienare præsumat.in 2.ponit pœnam eius,qui contra fecerit.2.ibi,quòd qui facere. Lege tex. ¶[Monemus,rem tituli sui]id est ecclesiæ,vel rem quã credit pertinere ad titulum suũ.i. ad suã ecclesiam.Hu.[vsurpare]pro-
Exponit literam. pria authoritate occupare si alius possideat [sed neque salarin].i.possessionẽ vñ salaria percipi põssunt[religatur] si sic suis rebus priuetur.Hu.[Quam qui facere.]2.pars. scilicet vsurpare vel auferre.[canonicã vltione].s.depositionis. Desppositio.n. est canonica pœna cuiuslibet alienantis rẽ ec
1 clesiasticã in casu non concesso. ar.s.e. apostolicos.& 10.q.

2.si quis episcopus.Hu.[Reddere]de proprio si habet. [Nullas vices] hoc intelligo si deponatur iste nec potest agere,nec possidere.Hu.

1 *Prælatus an possit donare cognatis suis aliquid de bonis ecclesiæ quòd non præter necessaria nu.4.*

2 *Prælatus tenetur dare eleemosynam cognatis suis si sint pauperes.*

Et principalius quam alijs nu.3.& 5.



Visquis. Ad idem sequitur hoc.ca. quod sumptum est de historia Eusebij Episcopi cesariensis. Summa est in rubro. Diuisio.
Et diuiditur in quatuor partes.In prima statuit, ꝙ non licet prælato rem ecclesiæ alienare,vel donare,aut principi,aut cuiquam alteri personę etiam cognatę.In secunda ponit,ꝙ agrum,ecclesiæ etiam sterilem principi concedere non poterit,sed clericis ad vtendum vel colonis ad meliorandum.In tertia,ꝙ si contingat ꝙ princeps ab aliquo illorum emerit, emptio erit nulla,& emptor tenebitur rem ecclesię restituere.In 4. ꝙ prælatus contra hoc faciens deponetur.2.ibi,ꝙ si excusa Exponit literam.
tione.3.ibi,ꝙ si tali.quarta ibi,si episcopus.Le.¶ Quisquis de salarijs].i.villis, vel prædijs. vnde certi redditus per singulos annos debentur ecclesiæ.Arc.[conferre] in casu non concesso,vel præter formam iuris.Hu.Arch.[Solicitudinẽ] non dicit proprietatem. Non.n.proprietas sed sola cura & solicitudo & dispensitio rerũ ecclesiæ conceditur prælatis supra eod.quæstio.1. si priuatim & infra eod.sine exceptione. Hug. [Dispenset]non dicit dilapidet. Hug.[Deo contemplante]eius.n.oculis omnia nuda & aperta sunt, ei omne cor patet,& omnis voluntas loquitur.Ipse renes scrutatur & corda, ipsum nec affectus peccantis, nec qualitas latet peccati.vt.24.q.3.Deus.Hug.[fraudare]large intellige, quocunque.n. modo in casu non concesso, vel præter formam iuris alienat fraudem committit. Hu. [Cognatis do- Quæstio.
1 nare]. ¶ Sed surgit hic quæstio.†vtrum prælatus de bonis ecclesiæ potest donare aliquid licitè suis cognatis.Et videtur ꝙ non ex litera præsenti. Secundò ex eo ꝙ prælatus nõ debet etiam cognatos rerum ecclesiasticarum facere procuratores,ne per eos lędantur res ecclesiæ.vt.s.eo.q.1.episcopus.&.10.q.2.hic vsus.¶ In oppositum arguitur sic.prælatus tenetur eleemosynam facere pauperibus. Sed potest esse ꝙ eius cognati sint pauperes & indigentes:ergo potest & debet aliquid de ecclesia dare eis. ¶ Respon.dicendum Secũdũ ar. Opponitũ contrariũ.
2 sub certis conclusionibus Prima†ꝙ prælatus tenetur & debet cognatis si sint pauperes de rebus ecclesiæ dare eleemosinam.Ista conclusio habetur [illegible] præsenti.vbi dicitur, ꝙ si pauperes fuerint cognati vel pr[illegible] debet eis dare vt Prima cõclusio.
3 pauperibus. ¶ Secunda conclusio.†ꝙ [illegible] cognatis suis si pauperes sint debet principalius dare de bonis ecclesiæ,quam quibuscunque alijs cæteris paribus.patet ista conclusio. Tum quia ẜm ordinem charitatis homo plus tenetur diligere sibi coniunctos quàm alios,sed his quos magis diligere debemus,magis debemus prouidere:ergo &c. Tũ patet ex illo Ambrosij.li.de officijs,& habetur.86.di.c.non satis. vbi ait.perfecta liberalitas vt proximos sanguinis tui non despicias si egere cognoscas.Melius est.n.vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere. Idem habetur infra. 16. q.1. si cupis. ¶ Tertia conclusio. Secũda cõclusio. Ambrosius.
4 †Prælatus non debet nec potest licitè de bonis ecclesiæ dare cognatis suis præter necessaria.s.victum & vestitum.Patet primo ex gl.præsentis.c.Secundò ex.c.præsenti vbi dicitur,ꝙ vt pauperibus eis largiatur.Tertio ex.ca.si cupis. 16. q.1.vbi dicitur,præter victum & vestitũ, & manifestas ne- Tertia cõclusio.
5 cessitates,nihil cuiquam tribuas,ne filiorum panem canes edant.¶ Quarta conclusio .†Prælatus de bonis ecclesiæ licet possit tantum dare, ꝙ suppleant sufficienter non debet dare cognatis vt ditiores inde fieri velint præ alijs & exaltari eos.Conclusio,patet.est.n.beati Ambrosij lib.de officijs. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de cap. præsenti patet responsio ex dictis. Exceptio est quando pauperes sunt vt etiam dicitur. infra eod. cap.¶ Ad secundam respondetur,quòd illud fuit statutum sicut dicit Hu.propter illos qui sunt malæ opinionis.Et ita non est regulare.vnde si consanguinei episcopi fuerint prudentes & fideles,bene possunt institui procuratores rerum ecclesiæ.Sequitur in litera.[quæ Dei sunt]vt.s.e.q.futuram [vel Dei]quia res ecclesiæ propriè Dei sunt.Licet.n.omnia sint Dei Quarta cõclusio. Ad primũ Ad secũdũ. *Psa.23.2.

sint Dei ꝓm illud psalm. * domini est terra, & plenitudo eius.vt dist.8.quo iure.Specialius tñ ecclesiastica dicuntur esse Dei.vt 23.q.8.conuenior.& 8.q.1.plerique.[Quod si] secunda pars.excusationem].s.hanc prætēdant agrum.[dānum facere ecclesiæ.].i.damnosum esse ecclesiæ. Hugu.& nihil existere ad perfectum ecclesiæ.i.nullum profectū ecclesiæ conferre sed ei esse inutilem & damnosum. Hu.[Clericis pro beneficijs ad vtendum.]Et est arg. ꝙ possessiones ecclesiæ possunt diuidi per prebendas inter clericos,vel potius loquitur de clericis pauperibus non intitulatis,qui deberent viuere de bonis ecclesiæ.vt 10.q.2.casellas.&. 16.q. 1.possessiones.Hu.& Arc.[agricultoribus]ad colendum,& meliorandum in emphiteosim,vel sub alia certa pensione. [Quod si] tertia pars.[a colono]cui concessus fuerat ad colendum & meliorandum.Hu. [Clerico]cui concessus fuerat ad vtendum.Hu.[Irrita]16.q.3.vniuersas. Nā dolus nemini debet esse lucrosus.vt.20.q.3.constituit. Vel etiam dolus dat causam contractui minus est contractus.ff. de dolo. eleganter de hoc no.extra de emp.& vendi.c.3.Arch.[Hoc faciens]alienans res ecclesiæ.[abijciatur].i.deponatur.Hu. Arc.[quæ non collegit narrat]narrat quod sæpe contingit. Nam & si collegisset non licet eis dispergere, ex quo semel Deo tradita sunt.vt.s.e.q.nulli liceat.&.j.e.q.de rebus.

Archid.

2 *Papa in quibus committat peccatum mortale.*

4 *Sacrilegus non est ipso iure excommunicatus, sed excommunicandus nisi velit restituere.*

5 *Clerici romanæ ecclesiæ possunt contradicere papæ iniustè alienanti.*

Diuisio.



On liceat. Ad idē sequitur hoc. c. quod est Symmachi papæ.Summa est in rubro. Et diuiditur.c.in tres partes.in 1. ponit quod dictum est.in.2.ponit pœnam cōtrafacientibus.s. ꝙ alienans & mediator deponantur,& subscribens,& dans,& recipiens excommnnicabuntur, si alienatum non fuerit restitutum.in 3.parte ponit, ꝙ quilibet de illa ecclesia poterit male alienata repetere etiam cum fructibus suis.2.ibi,qua lege.tertia ibi, liceat. Lege. ¶ Non liceat papæ hic surgit quæstio duplex.

Exponit literam.

1 ¶ Primo vtrum omnia liceant deceant & expediant papæ.

3 ¶ Secunda est vtrum papa potest suo successorri legem imponere aut ius dicere.

Respōdet. Hen. boici

1 Ad primam. quæstionem.† Respondet iuxta distinctionem Henrici boich super.c. magne extra de vo.& ho.r[illegible]ca primum verbum de licere.dicit ꝙ omnia licen[illegible]pæ, dummodo nō faciat contra fidem [illegible] Deum per peccatum mortale.†

2 Si queritur in quibus papa committit peccatum mortale.Respondet.ꝙ quo ad trangresionem decalogi, & omnia illa quorum commisio & omisio ex lege diuina,quæ.s.in veteri & nouo testamento continetur mortalis iudicatur.Aut quæris de his quæ ex lege canonica mortalia sunt, & in talibus omnibus licet sibi quidquid libet.extra de consſ. præben.proposuit.¶ Circa ꝓm verbum dedeceat,est cōclusio. si causa sufficiens subest, quare à iure scripto debeat recedere,tunc omnia quæ licent,decent, & ecōtra,vt extra de vo to & ho.redemp.c. magnæ. & extra.de accu.cum dilecti.§. 1.Sumitur hæc causa ex vno de. 4.s. ex qualitate negotij de quo agitur,aut personæ,aut loci,aut temporis, vt patet.29. di.c.1.& 2.Si.vero causa vera non subest,vel si vera sufficiēs non est.Est conclusio ꝙ non decet ipsum aliquatenus à iure deuiare.C.de legis.l.diuina vox.&.11.1.peruenit.Quando autem causa subest licet minus sufficiens est conclusio, ꝙ minus decet. Caueat ergo papa in dispensationibus faciendis,in prouisionibus beneficiorum,& caueat generaliter in gratijs faciendis, ꝙ pure & gratis eas faciat. ¶ Circa tertium de expediat, tunc aut agitur ordine iudiciario,& tunc est conclusio ꝙ expedit iuste facere, & nunquā ipsam peruertere, licet quandoque propter scandalum differatur. Est tamē vtilitas reipublici maximè ecclesiæ Dei, & salutis animarum vtilitati priuate in omnibus preferenda. de reg.licet.§.illa.& de postul.præla.bonæ.1.§.1.Expedit ēt quando rigor est temperare,saluis tamen substantialibus veritatis dilationes amputare & lites abbreuiare.

Opponit. et Respō.

3 Ad secundum. Sic proceditur.† Et videtur ꝙ sic ex præsenti.ca.¶ In oppositū quia par parem ligare non potest disti.21. inferior. vnde papa ius dicere non potest,nisi in vnico casu.vt.di.40.si papa.¶ Respondet.ꝙ papa non potest imperare aut legem siue ius dicere suo successori,nec hic imperat papa successori, nec ponit ei regulam, aut legem, sed dicit non ei licere cum [illegible] peccatum mortale.Et est sensus. Non liceat.i.non credat non debet credere sibi licere alienare sine vtilitate ecclesiæ,& sine causa honesta & rationali.Sicut.n.est peccatum in alijs hoc facere.ita imo multomagis in papa pro aliqua necessitate vbi non prospiciatur vtilitati ecclesiæ, vel non consideretur honesta,& rationabilis,causa,puta si vult res ecclesiasticas in turpes vsus vel dare consanguineis, vt eos diuites præ alijs faciat vel vt ipsi inde construant palatia,& turres,& huiusmodi.Et si alienando res ecclesię papa peccat mortaliier & magis quā alius,& ita non licet ei non dico alienare in casu non concesso, aut præter formam iuris, quia papa posset statuere nouum casum & nouam formam alienandi res ecclesiasticas, & tunc ei, & alijs liceret alienare, adhuc in casu non concesso. Et præter formam iuris nunc statutam.præterea de quibusdam casibus posset statuere in contrarium,potest ergo dici ad hoc.c. præsens, ꝙ papa Symmachus non remouet,quin papa posset statuere in contrarium,vel inuenire nouum casum alienādi. sed ostēdit alienationem alijs prohibitam papæ non esse licitam. Licet.n.papa canonibus solutus sit, eis tamen viuere debet ne quod alijs prohibet,sibi licere putet.Legem enim quam tuleris ipse patet,digna vox est maiestate regnantis legibus alligatum se principem profiteri, & maius est imperio submittere legis principatum vt. C.de legib.l. digna vox.Hug.[domus:] idem est de alijs possesionibus modicis & inutilibus,quæ plus afferunt oneris,quàm conferant vtilitatis,hæ licite dantur in emphyteosim vel alium vsum vel mercedem.vt.suprà.e.c.proximo.Hu.[Qua lege]secunda pars,s. vt non liceat alienare inutiliter, & inhoneste & iniuste.[omnes enim custodes].i,prælati ecclesiarum & papa. Sed secundum aliam lectionem non comprehenditur papa,quia ipse canonibus non astringitur,nisi voluntarius Hu.[astringantur]ita.s.vt perdat.hoc non apprehendit papam,nec illud quod sequitur de anathemate, sed tantum alios.Hu.[& qui subscripserint]propter consensum isti excommunicantur[nisi restituat]non dicit ꝙ non debeat perdere honorem, & deponi, quia male alienauit si res restituatur.Sed dicit ꝙ postea non debet excommunicari.Hug. hic autem ab anathemate liberatur,si restituatur quamuis commiserit in constitutum secundum Lauren.Archidi.ar.

4 a †ꝙ sacrilegus[a] ipso iure non est excommunicatus, cum sit excommunicandus,nisi velit restituere.Hu.[liceat].3.pars [quibuslibet ecclesiasticis personis].s.prælatis, clericis,& conuersis.[Contradicere alienatoribus] istam agendi potestatē habet agens ab isto canone vt extra.de re.eccle.non alie,si quis presbyterorum.Archidiac. Non autem solum prælati admittuntur ad hanc repetitionem & contradictionem,sed etiam laici patroni.vt 16. quæstio.1.constitutum. Credo etiam ꝙ & alij laici parochiani, quia omnium eorum interest ecclesiæ sue bona non dilapidare.arg.dist.86. non satis.&.supra.ea.q.sicut omnino.præterea interest reipublicę ad sui defensionem plures admitti.vt.ff.de no.ope. nunc l.nam reipublicæ.Et cum fructibus.vt.2.q.2.antiquitut,&.c.nullus vide glo.scilicet qui fructus debeant repeti, & à quo tempore.[quod non modo].i. tantum[in apostolica ecclesia. seruandum est] videtur hic esse repetitio dictorum, quia omnes ecclesias comprehēdit cum dicit omnes custodes, & quibuslibet ecclesiasticis personis.vel potest dici, ꝙ hucusque locutus est tantum de romana ecclesia, & supra appellauit custodes, & ecclesiasticas personas tantum clericos romanæ ecclesiæ.s.cardinales & reliquos simplices clericos romanæ ecclesiæ, & illos qui sunt in ali-

5 qua administratione sub papa.secundum hoc est ar.† quod clerici roman.ecclesiæ possunt contradicere papæ iniustæ alienanti. Hu.

Lauren. Archid.

a ¶ Sacrilegus.Sacrilegus quę pœna puniatur. vi de le.sacrilegij in pri. e.l.sacrilegi ad.l.iul. pecu.Sali.in ru. C. de cri.sacrile. & quòd sacrilegus sit excommunicādus tenet Bal.in l. placet in ve: vlt no. C. de sacrosācta eccl.

Diuisio.




Ndigne. Ad idem sequitur hoc capitulo, quod est eiusdem Symmachi papæ. Summa est in rubro. Et diuiditur hoc capitul. in quatuor partes. in prima ponit talium vsurpantium res ecclesiæ pœnam vnam,scilicet vt ad altare accedere non permittantur. in secunda ponit aliam pœnam, scilicet quòd cogantur ad restitutionem rerum ablatarum.

latum.ita tamen q̀ monitio præcedat vindictam,siue punitionem,& excommunicationem,quæ in tales præferendę est.in.3.assignat rõnem quare ita puniendi veniāt tales. in 4. prorogat pęnam ad alienantem.2.ibi,de quibus.3.ibi, valde.
Exponit literam. 4.ibi,sitque. Lege. ¶[Indigne ad altare].id est ad sacramenta altaris suscipienda,quibus sacrilegii ipso iure sunt suspensi. vt.17.q.4.quisquis.Sed & ab ingressu ecclesiæ debet abstinere vtpote simplici excommunicatione excommunicatus. Hugu.[inuadere].s.e.quicunque.Arch.[defensione]alterius
Archid. authoritate.Archi.[de quibus].2. pars[vindictam]. id est pęnam anathematis.Nullus enim est anathematizandus,nisi primo admoneatur tertio.vt.6.q.7.omnes decimæ.cum multis alijs.Hu.[patrocināte]id est assistente, & quasi patrocinium præstante.Archid.[legibus]id est secundum leges canonicas vel seculares,id est cum pœna à legibus[statuta]scilicet quandoque dupli quandoque quadrupli. Hugo.[necessitas] id est cum aliter non potest corrigi.11.q.3.nemo.Hugu.[demum] quasi non ante[sacerdotalis districtio]scilicet anathematis [maturata]id est, cū maturitate & discretione prolata. vt.2. q.1.Deus.[valde].3.pars[contulit] inter viuos.[reliquerit] in morte. Hug.[iratus] non quidem intelligendus est Deus irasci, quia motus iræ cadat in ipsum sed videtur iratus cum punit vel pœnam infert,percutit animas. Nam pœna excommunicationis obligat animam.vnde & pœna spiritualis dicitur vt.24.q.3.si habes.[Sitque].4.pars.[contubernium.]consortium.Hu.& Archi. [pœnę] scilicet æternæ.[institutæ]id est destinatę talibus.Hug.[muniat]id est credat se munire,nisi restituat & indigne pęnituerit.

1 *Authoritas maioris an excusat aliquem inuadentem res ecclesię.*

2 *Inuasor rerum ecclesiasticarum an inuadat propria authoritate an authoritate principis quid differat.*



De rebus. Ad idem est hoc.c. quod est papæ Nicolai. Summa est.quod si quis propria authoritate inuadit atque diripit bona ecclesiastica debet excōmunicari donec resipiscat.Quam si concessione aut authoritate principis hoc tentauerit princeps ipse pro
Diuisio. emendatione venit redarguendus. scilicet restituat vel restitui faciat. Et pōt diuidi in tres partes.in prima distinguit tria membra huius casus,in secunda prosequitur primam membrum scilicet an concessione principis hoc acceptauerit.in. 3.prosequitur.3.membrum. scilicet si propria præsumptio-
Exponit literam. ne hoc attentauerit.2.ibi.q̀ si principis.3.ibi. Si autem inuasoris,Lege.¶[De rebus consulatis.]vtrum eius authoritate fuerit factum aut non.Hug.& Archi.[Quam si].2.pars[pro emendatione]vt scilicet restituat vel restitui faciat. Hug.vt
Arch. dicit.vide quod no.extra de elect. quod sicut in gl.fi.Arc.[redarguendus]quia male fecit.11.q.3.cum apud.Hugu.& Arc. Si tamen princeps accepit rē ecclesiæ vel alius pro eo admonitus non vult satisfacere excommunicandus est . vt.11.q. 3.si autē vobis.&.16.q.1.in canonibus.[Si autem inuasores.
Quæstio 1. Secūda qō. 3.pars.[vsque ad emendationem].s.e.quicunque.Hu.Arch. ¶Hic surgit duplex quæstio†prima vtrum authoritas maio-
1 ris scilicet principis excuset hunc in hoc casu. ¶ Secunda
2 †vtrum aliquid intersit vtrum iste inuasor rerum ecclesiæ propria authoritate fecerit an authoritate principis.Et videt quod non,cùm non in vtroque casu veniat excommunican-
Ad primā quæstionē. dus.¶Ad primam quæstionem gl.inducit articula pro vtraque parte.pro parte affirmatiua inducit illud.28.dis.diaconi. item illud.63.di.salonitane.¶In oppositum inducit.c.quicūque.s.e.q. Archi.vero dicit hic ad hanc quæstionem, q̀ excu
Ad secundū sat etiam in delictis quo ad aliquid.vt not.di.86. amputatis, ¶Ad secundam quæstionem dicit Hu.q̀ hoc intereſt,q̀ facilius excommunicatur inuasor,quam princeps.Et ipse inuasor facilius excommunicatur, cum non habuit principis authoritatem,quam cum habuit,vel quod hic dicitur intelligitur.cum magnum scandalum timeretur in persona principis si ipse excommunicaretur,vel ille qui eius authoritate inuasit rem ecclesię,in quo casu supersedendum est ab anathemate.vt.23.q.4.cum quisque.&.c. ipsa pietas. [Excommunicetur]forte ab episcopo in cuius parochia ipse deliquit.C. vbi de cre.agi opor.l.2.Archi.

1 *Administrator generalis gerens vicem episcopi in spiritualibus & temporalibus,an possit conferre beneficia sine speciali mandato.*



Obis. Hic incipit quarta pars quæstionis.secundum Archi.in qua probat quòd ecclesiæ facultates debēt diuidi in quatuor partes.& hoc probat per nouem authoritates. Id de Archid.& est hoc primum cap.huius partis tis quod est Gelasij papæ Iustiniano Archidiacono,& Fausto defensori scribētis. Summa est vt hi duo qui erant clerici eiusdem ecclesiæ assumpto quodam alio deputādo per episcopum debeant male alienata reposcere, & bona ecclesiæ deductis expēsis in quatuor partes diuidere. quarum prima deputet episcopo , secūda clericis, tertia paupe-
Diuisio. ribus,quarta fabricæ ecclesi. Et potest diuidi in duas partes. in prima facit quod dictum est,in secunda dicit.quòd si aliquid ad expensam superérit,illud tradatur idoneo custodi,secun-
Exponit literam. da ibi,si quis forte.&c.Lege.¶[Vobis.]Episcopus enim de quo in hoc capit.loquitur de dilapidatione rerum ecclesiasticarum habitus suspectus ab administratione temporalium remotus, remansit tamē administrator spiritualium.Curam vero[& administrationem temporalium commisit præfatis duobus,quibus loquitur dicens [consultum]id est consulendum,quasi diceret.ita volumus consulere.Hug.[vt pōtificis] assignatur causa quare tertius fuit adiunctus,scilicet ne fama istorum posset denigrari ex detractione episcopi,vel amicorum eius.Hug.[vobiscum]scilicet vt vobis sit in administratione.Hug.[nomine eius]ergo non erat depositus.Hu. & Archidiac.[pariter]id est vobiscum simul.Hug.& Archid.[vni
1 uersa disponat.]¶Sed hic surgit quæstio†vtrum administra- Archid. Quæstio
tor generalis in spiritualibus & temporalibus gerens vicem episcopi sine speciali mandato posset cōferre beneficia.quòd sic.est ergo dicendum quòd sic,vt hic & infra.e.cap.proxi. & extra de elect.cum nobis olim.in fi.Et hoc ita ipse notat. extra.de præben.dilecto.¶Sed in oppositum est extra.de præ-
ben.statutum.lib.sexto vbi dicit Guil.durandi, quòd vicarii illi habent speciale mandatum ad beneficia conferenda,& ob hoc dicit ibi canonicè dicendum ergo cum Archidiacon. Opponit ī contrariū.
hic qui dicit hic.Credo quòd in hoc casu requiratur mādatum speciale,& hoc hodie probatur expresse extra.de offic. Respōdet.
vica.cap.fina.lib.sexto vbi officialis vel vicarius episcopi generalis hoc non potest sine speciali mandato.pro hoc etiam facit extra.de supplen.negl.prælat.c.fin.lib.6.vbi visitator datus ecclesiæ cathedrali ab alio quam à papa,licet habeat legitimam administrationem in spiritualibus & temporalibus non potest conferre beneficia [omnia prædia]iniuste alienata.ab ipso episcopo vel eius prædecessore,vel alio quolibet. Hug.[ad]id est per[vestrum studium]& vestram solicitudinem[aliquod solum]id est prædium vel per incuriam,ergo à contrario sensu videtur in... quòd si hæc causa cesset,scilicet si diligentes sint clerici in ad...strandis possessionibus possint eis tradi,vt eorū solicitudine ... melioraretur.vt s.e.q.quisquis,&.i.e.q. sæpe fit.Hu. [rusticis].i.inædificatis [vrbanis].i.ædificatis.Hu.[deferat]vt eius spositione& arbitrio fiat distributio.[ad causas.]s. vt habeat quid detur aduocatis vel iudicibus vel aliis personis causæ necessariis. Hugu. [expensas accidentium]scilicet communiter, scilicet vt habeantur necessaria ad ea facienda tam in hominibus quam iumentis quæ ad communem spectant vtilitatem.Hug.[& quatuor modis omnibus] id est generaliter de omnibus infra e. quæstio.cognouimus.Hug.& Archidiac.[pro suo iudicio]id est prout iudicauerit.[vniuscuiusque locum & meritum cōsiderando]vt infra ead.quæstio.vulteranæ,]& supra distinct. prima.ius militare.Hug.& Archidiac.[scilicet sub omni conscientia]id est ne pauperes defraudetur & dispensator non sinister sed bonæ famæ & opinionis habeatur. vt infra.q. quarta.Hug.[fabricis.] sic construe, discernimns portionē quæ fabricis competit esse pensandam ipsis fabricis vestra erogatione[ad]id est iuxta ordinationem pontificis , quasi diceret ordinante & disponente, & sciente episcopo portio fabricis vestra erogatione[impendatur]infra ead.quæstio. vulteranæ. in fin.Episcopus enim suspectus de dilapidatione sine testimonio non permittitur ministrare. distinctio. octuagesimo nono.quia . Et hæc lectio præualet secundum.Hug. Archi.
¶Hic surgit quæstio vnde est hæc diuersitas quòd de portio- Quæstio.
ne pauperum dicatur, quòd ipse episcopus dispertiat.de aliis vero non dicitur quòd faciat erogari.Respondet Hug. quòd Respōdet.
ideo hoc spiritualiter cauetur de portione pauperum , & de portione fabricæ.quia clericis resistentibus non posset episcopus fraudem in eorū portione ita leuiter adhibere, sicut in aliis duabus, quia clerici non paterentur defraudari.

Concor. Lau. & Archidia. [Si quid] secunda pars. [expensa] scilicet fabricæ ecclesiæ. [ab vtraque parte] scilicet episcopi & prædictorum dispensatorum [recondatur entecis] .i. bursis. Arch. alia patent.



Vi & humanis. Ad idem est hoc capitulū eiusdem summi pontificis. Summa est. quòd diuini muneris sunt participatione priuādi, qui ecclesiastica calcant priuilegia, & qui talibus communicāt sunt ab officio repellendi. Casus fuit iste Serenus episcopus quosdam sacrilegos excommunicauerat. Cœlestinus vero presbyter episcopi sui sententiam cōtemnens eis communionem dederat. Mandat ergo apostolicus quibusdā episcopis, vt ipsum deponant. Et diuiditur hoc. cap. in duas partes, in prima ostendit quòd sacrilegi illi iure sunt excommunicandi, id est à communione ecclesiæ quam offenderunt remouendi. in secunda mandat puniri Cœlestinum qui illos sacrā ad communionem scienter admiserat secunda ibi, Cœlestinus. Lege. ¶ [Illi] id est sacrilegi [qui & humanis legibus orbatis] id est contemptis & despectis. Hug. & Archid. [inciuili] vna dictio est id est impia, vel incongrua, & indecēte. Hugu. & Archid. [religionis] id est ecclesiæ [priuilegia] ecclesiastica quæ habētur circa ecclesiasticas res, & personas, & ipsa quæ constanter sunt seruanda & à nullo violando. vt vigesimo quinto quæstio. secunda capitulo primo & secundo & fere per totum. Hug. [vbilibet prosilire.] quia vbicunque res ecclesiasticæ sunt si eis noceatur & committitur sarilegium & damnificantur pauperes, ad quorum sustentationem sunt deputatæ saltem canonici, quasi diceret qui admoniti nolunt satisfacere. Hug. & Archidia. [nec consentiunt] id est nolunt Hug. Archidiac. [illi autem qui hoc & hoc faciunt merito diuini muneris] id est dominici sacramenti, vel ecclesiasticæ cōmunionis. Hug. Archidiac. [Cœlestinus vero] secunda pars. quasi diceret, ita sicut dictum est sunt puniendi sacrilegi, sed cœlestinus qui eis communicauit aliter punietur. Hug. & Archidiac. [mandata]. specialia. quia forte de speciali mādato papæ excommunicationis sententia erat lata vel mandata apostolicæ sedis generalia. Sic enim vocat statuta canonica, quibus prohibetur excommunicato communicari. vt. 11. q. 3. cū excōicato & capitulo si quis. Hugu. [Supradictis] scilicet sacrilegis & ob hoc excommunicatis. de quibus in princ. capituli. Hug. & Arch. [cum non potuerit] id est non debuerit. Non. n. dicitur posse fieri, q͂ de iure non fit. ar. vigesimo secūdo. quæstione secunda faciat. & vigesimo quarto. quæsti. secūda. sane. quòd Hu. & Archid. vel subaudi. non potuerit scilicet di facili ignorare. &c. [vt nullus.] quasi diceret vt pęna vnius sit metus multorum. vt secu... 7. quapropter. &. 15. dist. sed illud. Hug. & Arch.

Casus. — Diuiſio. — Exponit literam. — Arch.



Vlteranæ. Ad idem est hoc cap. eiusdē & quasi similis casus illi de quo supra. in cap. vobis. Episcopus enim vulteranus propter lapidationem remotus erat ab administratione temporali, & non spirituali. Cōmittit ergo papa istis episcopis & præcipit vt male alienata reuocent &c. Et ita diuiditur hoc cap. in tres partes. in prima committit administrationem. in secunda specificat formam tenēdam in administratione fienda, scilicet vt male ablata aut alienata reuocent. in tertia dat modum quo ecclesiastici redditus in quatuor partes diuidantur. secunda ibi, vt diligentia. tertia ibi, ita vt pensiones annuas. Lege. ¶ [Vulteranę actus] id est facta, & dispositiones, vel dic [vel] pro id est Hug. & Archi. [patrimonium &c. post damnationem Euaristi] nomen proprium, est forte sic vocabatur iste episcopus, qui amotus fuerat ab administratione vel prædecessor eius [post damnationem] id est post eius remotionem ab administratione temporalium [delegandum] id est committendum [vt diligentia] secunda pars. [aut donata.] præter formam iuris, & in casu nostro concesso. Hugu. [Episcopis] isti erant vicini episcopi & emerāt vel alio modo acquisitæ erāt possessiones vulteranæ ecclesiæ [quouis iure] id est titulo, scilicet emptionis, vel donationis, vel emphyteosis, & huiusmodi [contra statuta synodi] scilicet sextæ, id est non seruata forma synodo in alienatione rerum ecclesiasticarum statuta [nullo commēto] id est nulla calliditate adhibita in fraudem canonum, qui de alienatione rerum ecclesiæ loquuntur. vt supra eo. quisquis. [reuocentur.] si contra formam iuris sunt alienata [dum ad eum] id est contra eum recursus. [ita vt. tertia pars. [pensiones] id est redditus ad pontificem deseratis [integraliter] quo ad hoc scilicet, quo ad distribuendas quatuor ... portiones. Sua enim iura & priuilegia cuique seruanda sunt vt dist. nc. nonagesima nona, ecce. & nona quæstione. tertia conquestus. Hug. & Archidian. [ad eos] scilicet clericos. de quibus fecerat mentionem in superiori parte capituli, quæ hic non est Hug. Archid. [sua ordinatione] vt supra. eo. quæstio. vobis [locum] id est officium, vel dignitatem [meritum] probitatis, vel honestatis, vel scientiæ, vel laboris. Et est arg. quòd pro dignitatibus & meritis personarum plus dandum est vni quam alij. vt di. 1. ius militare. & prima q. 2. clerici. cum similibus. Hu. [episcopo sciente. &c.] Exponit quod dictum est supra in. c. vobis. Hu.

Diuiſio. — Exponit literam. — Hugu. Arc.



Oncesso. Ad idem est hoc capitulū eiusdem romani pontifici scilicet Gelasii papæ. Summa est. quòd episcopus debet ab illicitis ordinationibus abstinere, & redditum ecclesiæ portiones canonicas facere. secundum quæ duo hoc capitulū diuiditur in duas partes. secūda ibi, redditus. Lege text. ¶ [concesso. quem petistis.] postulauerant forte eum cum esset episcopus in alio loco. vel [iam nunc] scilicet post petitionem vestram. Hugu. Archidi. [destinari] non sine literis apostolici factum suum continentibus non debet episcopus ad ecclesiam suam redire à curia. septima quæstione vltima capitulo primo. Hug. [Ordinationes clericorum] vel dispositiones rerum ecclesiasticarum [redditus] secunda pars. [peregrinis.] pauperibus. Nam peregrinis id est aduenis & hospitibus. debet episcopus prouidere de sua quarta vt infra. e. q. mos est. Hug. & Arc. [rationem] si male & fraudulenter ea dissipauerit Hugu. siue si male administrauerit. Archid.

Exponit literam.

1 Res geri debet sub eorum præsentia quorum interest.
2 Clericis pauperibus qui sunt in ecclesia an possit dari de quarta parte pauperum.



Vatuor. Ad idem est hoc capitulum eiusdem pontificis. Summa est quasi eadem. Et diuiditur in tres partes. in prima mandat de redditibus ecclesię quatuor fieri portiones diuidendas. vt supra dicit. in secunda præcipit vt nullus clericorum vltra suam partem aliud petat. in tertia singulariter prohibet, ne aliquis partes deputatas fabricæ, ecclesiæ aut pauperibus in suos vsus cōuertat. 2. ibi, de qb'. 3 ibi, ea. vero. Lege. ¶ Quatuor de quibus [secunda pars [sacerdotis] .i. episcopi. [delegatam] .i. cōstitutā. Hu. [insolenter] id est contra morem solitum. Hu. & Lauren. [ea vero] tertia pars [attributa] idest deputata [prorogata] id est impensa. hugu. [locorum doceat instauratio] argum. per vnū factum probari. aliud scilicet per effectum [causam] scilicet per restaurationem ecclesiarum probari congrue fuisse expensam quartam fabricæ deputatam. hugu. [monstraturus] siue bene siue male dispensauerit. Hu. [scriptum. scilicet Ma.] quinto. verbo & exemplo. debet docere prælatus. vt distin. sexagesima quarta capitulo primo. hugu. præsenti testificatione. ar. † quòd res debet geri sub eorum præsentia quorum interest vt sic nullus scrupulus in animo alicuius resideat, & detractio conquiescat. vt octaua quæstio. prima licet.
2 ¶ Surgit quæstio † vtrum clericis pauperibus qui sunt in ecclesia possit eis dari de quarta pte pauperum. Respōdetur iuxta hugu. quòd hoc non debet esse dubium, imo perpensius quam aliis pauperibus. argument. infra decimo sexto quæst. 1. quoniam quidquid. Hug. [Quapropter] hoc. c. est supra. 2. q. 7. quapropter. Hug.

Diuiſio. — Exponit literam. — Respōdet Quæstio.

1 Vsucapio an habeat locum in rebus ecclesiasticis.



Ē redditibus. Ad idem est hoc capitulū qđ est papæ. Simplicii, pro cuius notitia est sciēdum quòd Gaudentius episcopus redditus & oblationes non diuidebat in quatuor portiones, prout debebat, sed omnes sibi recipiebat ex toto per triennium, de quo informatus papa Simplicius volens prouidere, mandat florentino & equitio episcopis duo. secundum quæ capitulum hoc diuiditur in duas partes. primum est, quòd de redditibus ecclesiæ faciant quatuor partes. vt supradictū est. secundum q͂ quidquid episcopus Gaudentius vltra quartam por-

Diuiſio.

Exponit literam. tam portionem de redditibus ecclesiæ sibi vsurpauerit faciant restitui, secunda ibi, Le.¶[De redditibus ex his]hoc superfluum ex quo præmisit de redditibus. Hug. Arch.[à presbytero]id est episcopo vel œconomo, vel alio decimo quæstio. tertia, viuo. Nec obuiat capitulis superioribus, quia episcopus dicitur facere cum quis eius authoritate hoc facit. Hug. ad hoc. extra de sentent. excommunicatione. mulieres in fin. cum concordantiis ibi. not. Arch.[vltima.]quælibet quartarum potest dici prima vel secũda vel tertia, vel quarta sine vltima.[Cui]secunda pars[cui]Gaudentio. de quo est facta mẽtio in superiori parte capituli. quæ non est hic. Hug. Arc.[restituat]quia vt dicit glo. licet iste episcopus per trienniũ possederit res mobiles ecclesiæ, non tamen vsucapit eas. ¶Surgit hic quæstio † vtrum vsucapio habeat locum in rebus ecclesiasticis. Et ad hoc quidam dicunt, quòd non ex isto loco. Sed dicendum est iuxta Hu. quòd sic. 16. q. 3. §. de præscriptionibus. nec obuiat quod dicitur hic, quòd iste episcopus mala fide vsurpauerat, & quasi furtum fecerat. Et ideo vsucapere non potuit, quia vsucapio non habet locum, nisi in bonæ fidei possessore. & in re non vitiosa.

Arc.

Quæstio. 1

Casus.



COgnouimus. Ad idem est hoc capit. quod est beati Grægorii in registro. Casus est. Quidam episcopi in certis locis licet facerent quatuor portiones de antiquis redditibus ecclesiæ, non tamen de nouis, sed illos sibi retinebant de quo beatus Gregorius informatus volens prouidere ne talis exorbitantia fieret, committit Maximo episcopo syracusano, vt hos debeat corrigere, & sicut de antiquis redditibus fiebãt quatuor portiones, ita fiant de nouis. Et ita hoc capitul. diuiditur in duas partes. in prima narrat excessum prædictorum episcoporũ. in secunda præcipit excessum illum corrigere & emendare, secunda ibi. Quamobrem. Lege.¶[Cognouimus nunc]id est nuper & de nouo. Hug.[Quamobrem]secunda pars[siue de his quæ obuenire]postea. Hu. Arch.[vel obuenientibus]scilicet nunc vel nuper. Hu.[duplici iure]Arch. quòd idem ius est in membris, quod in capi. ar. d. 63. in synodo. ver. ac per hoc, vbi de hoc. Arch.

Diuisio. Exponit literam.


MOs. Ad idem est hoc. c. quod est eiusdem Gregorij ad Augustinum episcopum angelorum. Cuius summa patet in rubro. Et litera patet.



SAncimus. Ad idem est hoc cap. quod sumptum est ex cõcilio toletano. Summa est in duabus conclusionibus secundum quas diuiditur in duas partes. in prima hortatur episcopos vt fideles charitatis affectu diligant. in secunda donata à fidelibus ecclesiæ diuidant ordinatæ in quarta partes. secũda ibi. & insuper. Le.¶[Sancimus] id est hanc sanctionem proponimus. Archidiac.[super]secunda pars.[accipiant] intuitu vel nomine ecclesiæ. Nam si tantum intuitu personæ darentur non cogerentur sic distribuere. Hugu.[apostolorum,]id est apostolicorum, & hoc statuerint apostoli præuidẽtes in spiritu. vt dicit Hug.[titulorum]id est ecclesiarum. hoc dicit secundum morem Ro. ecclesiæ quæ cardinales titulos incardinat ad talem. Hug.[aduenis]id est episcopo cui aduenarum hospitalitas est commissa, & ideo quarta illa ei assignatur, vt inde in eis prouideat. vt supra capitulo proximo. Hu. Archidiaco.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Pœna vna non excludit aliam.*




STatuimus. Hic incipit quinta pars quæstionis, in qua magister reuertitur ad principale propositum, scilicet de rebus ecclesiæ non alienandis. Et induxit viginti, capitula, quorum primum est hoc. cap. quod est sumptum ex concilio Agathen. Summa est quod clerici inferiores res suarum ecclesiarum in dispositione quã receperunt ab episcopis conseruare debeant, & eas non alienare. Et diuiditur in duas partes. in prima facit quod dictum est. in secũda ponit pœnam triplicem contra oppositum facientes. prima quòd si aliquid vendiderit venditio nulla erit secunda, quòd talis cogendus est ecclesiam indemnem reddere. tertia, quòd talis communione priuabitur. secunda, ibi, quod si fecerit. Lege.¶[Statuimus iubent] id est volunt Archid.[ciuitatenses]scilicet qui in ciuitatibus morantur. Hu.[diocœsani]scilicet qui in villis & castris morantur. Hu.

Diuisio. Exponit literam.

[saluo iure ecclesiæ]scilicet vt non debeat eas distrahere, nec in suam proprietatem redigere. Hug.[episcopi.]hoc dicit, quia isti res ecclesiarum suarum nõ gubernant secũdum suorum episcoporum dispositionem. Sed vendebant, vel donabant, secundum quòd eis placebat secundum Barto. Brixien. [vendere]in casu non concesso. Hu. & Archid.[Quam si]secunda pars. res ergo non vendita vendicabitur ab emptore. Hug. infra. e. episcopus. Archid.[indemnem]de damno percepto.[debet omnino seruari.]indemnis ab isto scilicet venditore, si non potest conseruari indemnis ab alio, scilicet emptore. Hu.[ꝓpriis]quasi diceret, si nõ habet, inanis est actio & tamen punietur extraordinariè, pro motu iudicis vt decima quarta. quæst. sexta si res. Hu.[communione fidelium] si alias nolunt hoc facere. vel cõmunione fratrum & beneficij quasi diceret. deponatur, vel communione sacramẽtorum ad tempus, & hoc in pœnam, quia peccauerũt mortaliter. Et
1 est ar. † quòd pœna vna non excludit aliã. Nam ecclesiam conseruẽt indemnem, & tamen communione priuatur siue deponuntur, & communione sacramentorum priuantur ad tẽpus. vt infra. e. q. Diaconi.

Bar. Brix.




SI quis. Ad idem est hoc capit. sumptum ex eodem cõcilio. Summa est. quòd qui iura ecclesiæ, scilicet de aliquibus possessionib' supprimunt, vel aduersariis qui molestant ecclesiam super illis possessionibus tradunt, cum accipiente communione priuentur, & ad indẽnitatem ecclesiæ compellantur. Secundum hoc. ca. diuiditur in duas partes. in prima statuit vt clericus qui iura vel instrumenta supprimit, vel denegat, vel tradit aduersariis, cũ hoc quòd communione venit priuandus omne damnum, per instrumentorum suppressionem aut negationem illatum ecclesiæ compellantur resarcire. in secunda statuit, vt illi qui huiusmodi instrumenta receperint, à præfatis clericis eadem sententia teneantur secunda ibi, hi autem. Lege.¶[Documẽta] id est instrumenta quibus docemur quid & à quibus & quo titulo ecclesia possidet. Hugu.[confirmatur]quia per ea ecclesia se defendit contra alios[supprimere]id est abscondere negare aliis pœnitentibus[aduersariis ecclesiæ]qui eam molestant super illis possessionibus vnde cõfecta sunt illa instrumementa. Hu.[de propriis]. quasi diceret non de ecclesiasticis. simile extra. de appella. reprehensibilis, & le. & no. extra de præben. de multa. §. si vltra. & supra cap. proximo. & infra e. diaconi. Arch.[communione]expone in tribus. vt supra. c. proxi. s. communione fidelium &c. Hug.[hi autem] secunda pars.[impiè solicitati]id est impia solicitudine moti. Hu.[Susceperit]aliquod instrumentum[à traditoribus]id est à clericis, qui tradũt instrumen[illegible]lesiæ, vel ab aduersariis qui perdunt ecclesiam. Hug. & Arch.[[illegible]periori sententia]. i. priuentur communione.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Episcopus si in aliquo læsit ecclesiam, & eam non fecit hæredem, debet ecclesia conseruari indemnis ab hæredibus episcopi.*

2 *Episcopus non habens filios aut nepotes an possit patrem aut matrem aut alios parentes, aut etiam extraneos constituere hæredes, & non ecclesiam.*



EPiscopus qui. Ad idem est hoc capit. sumptum ex eodem cõ
1 cilio. Summa † quòd si episcopus in aliquo læsit ecclesiam, & eam non facit hæredem ab hæredibus episcopi debet ecclesia indemnis conseruari. diuiditur autẽ in tres partes, in prima dicit quòd episcopus qui non habet filios aut nepotes debet ecclesiã instituere hæredem. in secunda quòd si aliquid contra formam iuris alienauerit irritum habeatur. in tertia, quod episcopus habens filios aut nepotes & eos hæredes constituat ab illis hæredibus ecclesiæ indemnitati est cõsulendum, si in aliquo ecclesiam læserit. secunda ibi, si quid tertia ibi, Qui vero. Lege.¶[Qui Episcopus. nepotes.]nomine nepotum intelligo omnes descendentes. Hug. vnde dicit nepotes vsque ad septimum gradum, trigesimo secundo, q. tertia. cap. 1. secundum
2 Lau. Arch.¶Sed hic surgit q. † vtrum eps non habens filios aut nepotes possit patrem aut matrem aut alios parentes aut etiam extranneos constituere hæredes & non ecclesiam.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio.

Et videtur quòd non ex præsenti.c. ¶[Respon. ſm Hug. ꝙ poteſt de rebus propriis.patet quoniam nemo de proprio cogitur facere beneficium. 10.q.2. precariæ. Et ad.cap. præſens reſpōdetur ꝙ eſt conſilium nō preceptum. Nā de rebus propriis ante vel poſt ordinationem acquiſitis poteſt teſtari, & cui vult relinquere, duntaxat catholico vt infra.ea. quæſt. 5. fixum.[Si quid] ſecunda pars.quaſi diceret.ſi hoc fecerit,ſcilicet quòd alium & nō eccleſiam relinquat hæredem[& quid] id eſt aliquid[non in cauſa]id eſt in vtilitate. [præſumpſerit] id eſt citra formam iuris alienauerit. Hug.[irritum.]ſcilicet vt reuocetur quod alienatum eſt ſupra.e.ſtatuimus. Hu. [Qui vero]tertia pars.[filios habet]& ipſos hæredes conſtituit]in dementibus eccleſiæ conſulatur]vnde etiam quicunque ſint hæredes ſemper tenentur indemnem eccleſiā cōſeruare. &c.

Diuiſio. **Diaconi.** Ad idem ſequitur hoc. ca. ſumptū ex eodem concilio. Summa eſt in rubro. Et poteſt diuidi hoc cap.in tres partes. in prima prohibet omnibus clericis rerum eccleſiaſticarum alienationem. in ſecunda punit eos qui res eccleſiaſticas alienare pſumpſerint. in tertia prohibet clericis etiam ſeruos eccleſiæ facere libertos, quod ſi fecerint de propriis dignam æſtimationē ſeruorum non reddentes, tunc tales non minus debent negotia eccleſiæ agere. Quod ſi noluerint in ſeruitutem tenerentur. ſecunda ibi,Quod ſi fecerint.tertia ibi,libertos.Lege.¶[Diaconi.commutare]id eſt, in caſu non conceſſo.Hug. Archid. [& hoc Deo]id eſt ad honorem Dei.Hug.Archidiac.[Sacerdotes]id eſt epiſcopi.Hug.Archidiac.[ſuperius]in alia parte capituli quæ hic non eſt Hug.[alienare] vendendo, permutando, donando, vel in feudum dando, vel in emphyteoſim,vel in vſumfructum dando, omnia enim iſta in verbo alienationis comprehenduntur.[quod ſi]ſecunda pars. [depoſiti]de ſuo proprio aliud tantum reſtituant.alioqui excommunicentur quouſque reſtituant.vt ſupra.ea.quæſtio.ſtatuimus.Ecce quòd licet eccleſiam indemnem reddant. tamen propter præſumptionem deponuntur.ſupra e.apoſtolicos. & infra ea.quæſtio.abbatibus.Hugu[.tantum] dicit & loquitur de benignitate,quia duplum deberet reſtituere octuageſimo nono diſtinct.decenter.vt ſupra.e.quæſtio fraternitas. quare non dicit quod abſtulerint reſtituant,ſed dicit aliud tantum. reſpondet.Hug.quòd intelligitur in eo caſu cum illud nō extat.Aut ſi extat non poſſunt illud habere.Hugu.[libertos]. 3. pars[libertos]de ſeruis.[actus].i.negotia,quia pleno iure manumitti non debent infra.e.q.de libertis.&.c.liberti. Hug. & Archidi.[reuerti ad ſeruitium].i.reuocari in in ſeruitutem.vt infra.e.q.liberti.&.c.octaua.Hu.& Arch.

Exponit literam. **Vicquid** Ad idem eſt hoc.cap.ex eodem conſilio ſumptum. Summa ꝙ alienatio rerum eccleſiaſticarum in caſu non cōceſſo facta eſt irrita, ita vt nec emptor illam vēdicare poſſit,nec venditor habere actionem ad pretium petendum.Breue eſt & non diuiditur. ¶[Quidquid diſtraxerit.] in caſu non conceſſo:vel præter formam iuris[vendicatione comparantis] ſi poſt traditionē cadat à poſſeſſione. Nam ante traditionem nullus efficitur dominus rei emptæ, & inde eſt, quòd ante traditionem nullus poteſt vendicare rem ſibi venditam, poſt traditionem vero ſi cadit à poſſeſſione poteſt.Hugu.facit.C.de pactis. le. traditionibus [actione vendentis] quia venditor non habet actionem ad pretium petendū, ſi adhuc non eſt ſibi ſolutum Hu.& Archid.

1 *Abbas non conſecratur niſi cum ordinatur in ſacerdotem.*
2 *Clerici non ſunt ordinandi in ſacro ordine ſine conſenſu clericorum.*
3 *Beneficium proprie quid dicatur, quid prębenda.*
4 *Præbenda an intelligatur nomine beneficij , ſi ſcribitur pro aliquo quod ei prouideatur de aliquo beneficio competenti.*
5 *Beneficij ſimplicis nomine an intelligatur dignitas & præbenda.*

Diuiſio. **Alienationes.** Ad idem eſt hoc. capitulo quod eſt Vrbani papæ. Sūma huius capituli habet plures, partes ſecundum quas pōt diuidi hoc capitulū in ſex partes. Nā primo dicit quòd alienationes factæ abi ntruſis nullæ ſunt 2. ꝙ alienaationes factæ ab electis in epos,vel abbates ante cōfirmationē electionis etiā nullæ ſunt tertia, ꝙ alienationes factæ abſque capitulo irritæ ſunt.quarta,quòd ordinatio clericorum ſimoniacè facta nulla erit.quinta, quòd clericus non poteſt alienare beneficium.ſexta, quòd ſi præſumpſerit puniendus. partes patebunt explanando literam.Lege.¶[Alienationes.per intruſionem.]Nam qui intruſi ſunt vel ſchiſmatici nec etiam conſenſu capituli aliquid poſſunt alienare infra.e.precariæ.& extra.de ſchiſma.qđ à prædeceſſore. vbi de hoc.& extra.de elec.nihil eſt[ſeu canonicæ]ſecunda pars, per canonicam electionem electorum.[ſub nomine epiſcopi &c.]id eſt electorum in epiſcopos vel abbates[qui] abbas [conſecrandus eſt]id eſt ſolemniter benedicendus. † Abbas enim conſecratur [a] niſi cum ordinatur in ſacerdotem . poſt ſacerdotium vero fit quædam tantum ſolennitas orationum ſecundum vſum ſui monaſterii in eius promotione , & hoc vocatur hic conſecratio ſecundum Hu.alibi vocatur manus impoſitio.vt diſtinct.octuageſimo.quoniam videmus.[alienationes vero]quarta,pars[quocunque modo factas.]ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè,ſiue inutiliter quantum ad intruſos planum eſt quia in ordinum ipſorum quidquid faciunt eſt irritandū, ſiue faciant irritando ſiue alienando,ſiue ordinando, vel quocunque modo diſponendo.ſiue cum conſenſu clericorum ſiue non.arg.vigeſimo quinto,quæſt.prima,omne.& de conſe.diſtin.prima.Hic ergo cum multis aliis,qui enim canonicè electus non eſt nullus eſt.vt ſeptima quæſt.1.factus refertur etiam iſte tex. ad electos canonicè ante confirmationē [nec non perſonarum].i.prælatorum. ſimile extra de reſcriptio.ex parte.vnde vt dicit Hug.i.Archidiaconorum,præpoſitorum,& ſimilium.huiuſmodi enim perſonæ cum conſenſu clericorum debet inſtitui ſecundum Hug. vt extra de his quæ fiunt à præla.nouit.vel dic ſecundum Hug. perſonarum.i.clericorum.†Clerici enim ſacro ordine ordinandi non ſunt ſine conſenſu clericorum,vt diſtin.vigeſima quarta,epiſcopus.Sed dicit Arch.quòd primum eſt verius.ar. extra de his quæ fi.à præla.ea noſcitur ſine conſenſu clericorum eccleſiæ cathedralis.vt no.infra.e.ſi epiſcopus in gl.hoc tamen non eſt referendum ad intruſos.quia illi vt dictum eſt,nec cū conſenſu clericorū poſſunt aliquid ordinare,aut diſponere de rebus eccleſiæ[ſiue per ſimoniam]quarta pars, hoc refertur ad ordinationem[illud etiam]quinta,pars[præbendam ſeu beneficium]nota iuxta Hug.& Arch. ꝙ ſi nomine præbendæ intelligatur poſſeſſio aliqua aſſignata in præbendam, verū eſt quod dicitur,quia poſſeſſiones eccleſiæ non poſſunt alienari ſine conſenſu epiſcopi,& clericorum,nec proprietatem talis præbendæ poſſunt clerici ſibi acquirere,nec alium transferre infra.eodem quæſtio.ſæpè fit.& decima ſexta,quæſtio. tertia clerici . Si vero intelligatur nomine præbendę ius præbendarium ſiue ius percipiendi præbendam ratione inſtitutionis, & officii eccleſiaſtici , nec talis præbenda eſt alienanda vendendo,& emendo,vel impignorando.extra de præben.maioribus.Eſſet.n.ſimoniacū.1.q.3.ſi quis præbendas.Si vero nomine præbendæ intelligantur fructus, iſti licite impignorantur,& venduntur,vt dicit Hug.Et qui nunc extant & qui futuri ſunt,puta vſque ad annum,vel biennium vel vltra,ſicut faciunt quotidie vltramontani.Hu.[beneficiū] .i.ius beneficii.Hug.Et not.ꝙ innuit hic aliud eſſe prębendā quam beneficium , quod verum eſt. vt colligitur extra de verbo.ſigni.tua.†quia beneficiū propriè dicitur vbi non ſunt diſtinctæ prębendę,proprie vero dicitur prębenda vbi ſunt diuiſę extra de conceſ.pręben.ex parte.Nam prębenda ſignificat rem ſpiritualem,vel ſpirituali annexam ſupra prima q. tertia,ſi quis prębendas. Beneficium vero latius accipitur, id eſt omne id,id quod gratis & liberaliter cōfert. vnde intereſt hominis beneficijs affici.ff.de ſeruis expor.l.ſeruus.Archid. ¶Sed hic ſurgit quæſtio an ſit ſcribatur pro aliquo quòd ei prouideatur de aliquo beneficio competenti,nomine beneficij præbenda intelligatur.Reſpondet.ſecundum Archid.ꝙ ſic extra de pręben.pro illorum.& extra. de verb.ſignifi.tua ſecundum Goff.qui ita notat in ipſa decretali tua . ¶Secunda quæſtio.eſt†vtrum nomine ſimplicis beneficii intelligatur dignitas aut rectoria . Reſpondet.quòd non ſecundum Archi.vt patet extra de præbend.cum olim .& idem in perſonatibus & in beneficiis habentibus curam animarum annexam,hę ęquipollere videntur vt extra.de ele.dudum.2.& de filiis presby.ca.ultimo [irritum erit] Nam ea quę à principio de iure effectum ſortiri non potuerunt tractu temporis nonconua-

Exponit literam.

a ¶Nō cōſecratur. Abbas an dicatur abbas ante benedictionē vide Pe.de an.in c.in ter monaſteriū.n.6. de ſentē & re iu.

Arch.

Quæſtio.

Reſpōdet

Secūda qō.

non conualescunt.ar.dist.14.illud.& ca.contra morem. HU.

1 *Instrumenta agri quæ dicantur.*

Diuisio.



HAec. Ad idem est hoc.c.ex concilio Ilerdē si sumptum.Sūma est in rubro.Et potest diuidi in tres partes.in prima statuit, ꝙ bona prælati defuncti vel infirmi non sunt vsurpanda,sed per œconomum successori sunt obseruanda.in.2.præcipit vt successor debeat vti bonis illis faciendo partem clericis sui prædecessoris.in.3.punit quemcūq; qui deprędictis bonis aliquid vsurpare præsumpserit.2.ibi,substitutus autem.3.ibi,Quod si quisquam.plana sunt omnia.Le.¶[Hæc]sic construe iuxta HU.& glo. [hæc censura placuit custodiri].i.vt custodiretur,quasi diceret placuit vt hac censura custodiretur & est placuit,verbum personale.licet non satis congruè videatur dici,vel sic placuit.hæc quæ sequuntur inter vos custodiri censura & cōstitutione huius placiti.i.decreti cuiuslibet.i.cuiuscunque.HUG. [de domo eius].i.episcopi.Hu.Arch.[instrumento].i.supellectili.i.quæ pertinēt ad supellectilē & domus.HU.† secūdum leges .instrumenta agri a dicuntur ea, sine quibus ager coli non potest.vt 1 boues:aratra,plaustra,ligones,& similia,& oīa quæ cōtinētur a nomine suppellectilis dicuntur instrumenta domus.HU. [subiniunctis].i.associatis,vt fidelius & honestius res agatur,vt supra.e.q.nobis.[substitutus].2.pars.[vt eis].s.commodis.Hu. [cum his debeat prædecessoris sui]iustum.n.& debitum est vt seruitores defuncti episcopi sua debita remuneratione lætentur.quia Lucæ.10.dicitur.dignus est operarius mercede sua.Oppositum tamen vt dicit Hug.faciūt multi prælati, qui nunquam volunt habere illos quos sciunt suis prædecessoribus placuisse & amicos extitisse.[Quod si quisquam].3. pars.[anathemate].i.separatione à sacramentis[prolixiori] .i.vsq; ad satisfactionem.si fuerit incorrigibilis.Hu.[& vix] ei tamen concederetur,quia in morte nulli pœnitenti derogatur viaticum.Et est arg.quia quod fit,vix fit.vt d.93.miratus.Hu.[cōmunio.]corporis,& sanguinis[peregrina].i. quæ peregrinantibus de hoc mundo in morte datur.vel peregrina.i.laicalis.i.inter laicos,vt repellatur à communione fratrū & etiam in choro,& in mensa & in alijs.HUG. [quia durum] hoc nō refertur ad proximum,sed ad id quod dixerat, vt e s vti.&c.Hu.[primæ sedis].i.ecclesiæ episcopalis[antistite]id est episcopo prædecessori.HU.[crucientur]ex ipso despectu, vel aliqua indigentia propter consuetam alimoniam sibi subtractam.Hug.& Arch.

Exponit li teram.

a¶ Instrumōta agri hmōi instrumēta nō veniāt in legato proprietatis fundi. l.2.§.1. & ibi Bar. ff. de fnn. instr. & possunt pignorari Bar.i.d.penul.c.quæ res pigno. oblig.poss.

1 *Auferre peius est,quam non dare.*

Diuisio.



ET si illi. Ad idem est hoc.sumptū ex quarto concilio Toletano. Summa . ꝙ episcopus qui nihil de suo.s.proprio,contulit ecclesiæ,seruum ecclesiæ manumitterre non potest.Et potest diuidi in tres partes.in exorditur bene.in.2.prohibitionem infert.in.3.mandat reuocari talem seruorū ecclesiæ manumissionem.2.ibi,quapropter.3.ibi,tales.omnia patent.Lege.¶[Et si illi condemnabuntur]clarū est ꝙ illi qui necessitatis tempore pauperibus necessaria nō tribuunt æterni iudicis sententia damnabuntur . Eis.n.domi 1 nus dicet Mat.25.Esuriui.&c.[Auferunt]i quod peius est auferre quam non dare.quod verum est extra casum necessitatis sed in casu extremæ necessitatis non dare,est auferre.Cuius ratio est, quia in extrema necessitate omnia sunt cōia.Et itapatiēs extremę necessitatem habet ius in bonis aliorum & sic qui sibi tunc non dat aufert ei suum[quod non dederunt.]non ideo hoc dicit,quia liceret eis auferre si dedissent, sed recitat,quòd contingit quandoq; simile.vt supra.e.q.quisquis[quapropter] 2.pars[ad cōdemnationem]ecclesiasticā. Qui.n.illicite distrahit vel præsumit aliquid alienare.de bonis ecclesiæ deponitur.vt supra.e.q.apostolicos.Hu.vnde hic vult dicere quòd illa donatio libertatis illicita est causa quare non solum æternaliter,sed etiam à suis iudicibus condemnabitur secundum Inno.HOST. & Arch.[impium.n.est[assignat rationem eius quod dixerat[tale].3.pars[successor reuocabit]intelligo scilicet in forma iudicii, & hoc satis colligitur extra.de re.eccl.non alie. ad audientiam.& de donatio.fraternitatem, alia patent.

Exponit li terām.

Hostiensis. Innocen. Arc.

SI quis. Ad idem est hoc.c.sumptum ex concilio Aurelianensi palea est, & habetur supra .e.quæ. si quis.ibi vide.

1 *Abbas non seruans ecclesiam indemnem an debeat excommunicari.*




ABbatibus. Ad idem est hoc capitu.ex eodem cōcilio sum ptum. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duo partes.in prima quòd nullus ministrorum ecclesiæ præsumat sine consensu episcopi res ecclesiæ alienare.in secunda, ponit,quòd qui cōtra fecerit punietur & alienata reuocabitur.plana sunt omnia.Lege text.¶[Abbatibus presbyteris.]parochialibus.vt. infra ea,quæstio.placuit. HUGU.[alijs ministris]inferiorum ordinum clericis quibus quandoque committuntur ecclesiæ vt supra.ea.diaconi.Hug.[de rebus ecclesiasticis]scilicet immobilibus , vt sunt possessiones [vel sacro ministerio deditis]vt sunt omnia vasa sacrata, & ornamenta, libri calices & cętera in omnibus enim his alienandis requiritur sclennitas iuris,& alienata contra formam iuris reuocantur. vt decimo,quæstione secunda,hoc.res,autem illas mobiles quæ seruando seruari bene non possunt, vt vinum , panis, fruges, fructus . vt dicit Hugutio animalia, porci, pecudes , capræ & cætera alienare potest prælatus ratione suæ administrationis sine consensu episcopi, in quarum retentione potius dānificaretur ecclesia,quam in alienationes HUG.[obligare.[pignori.Hug.[sine permissu]vt infra ea.quæstio.placuit[& subscriptione]hæc semper est necessaria in rebus ecclesiasticis. alienandis vt infra ea. q.sine exceptione[Quod si præsumpserit]secunda pars.[degradetur]supra.ea.apostolicos.& cap. diaconi.[communione]fidelium in pœnam[concessa]id est non ablata, si ecclesiam velit seruare]indemnem. Surgit 1 quæstio† vtrum abbas non seruans ecclesiam indemnem excommunicabitur. Respondet HUG.quòd non. quia nihil habet proprium indemnem ecclesiam non potest facere.[vel communione fratrum]in mensa,in choro,in dormitorio.& huiusmodi.Et est dispensatio,HU.Quod autem hic dicitur ꝙ abbates non possunt alienare sine consensu episcopi intelligitur de non exemptis,sed qui subsunt episcopis. Sed plenius hoc reperies infra.17.q.4.in venditionibus.

Diuisio.

Exponit li teram.

Hugu.

Quæstio Respōdet.



SI qua. Ad idem est.capit.ex Anchiritano cōcilio.Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes.in prima ponit quòd alienatio facta de rebus ecclesiæ cathedralis vel episcopalis vacantis non tenet.in secunda,quòd in arbitrio erit successoris episcopi illā ratā habere,vel non.patent omnia. Lege textum . ¶[Si qua episcopus non est]quia mortuus est, & ita vacat ecclesia episcopo. Hu. vel non est,quia absens est, ... et hic in rubro.[rescisso] de facto,non de iure.Nam ipso iure ...llus erat contractus HUG. [in iudicio]idest in discretione,& dispositione, ... quæst. 7.§.tria.Archidi.[prætium]adhuc non solutum.Hu. [recepi ab emptore,vel si est solutum recepi,scilicet à presbyteris, & restitui emptori.HU.[ne propter hoc]id est quia sępe cōtingit ampliorem summam redditus districtarum rerum reddi,scilicet emptori .[pro accepto pretio] hoc est dicere,quòd emptor amplium recipit de redditibus quę sit prętiv,quod dedit, vel quam inueniat ecclesia pro pretio quod accepit.Et ideo magis expedit episcopo repetere fructus per ceptos quam retinere pretium.glo.

Diuisio.

Exponit li teram.

Non liceat. Ad idem est hoc.c. ex cōcilio Calcedonensi sumptum . Summa est in rubro. [regulis].i.canonibus.Alia patent.



PRæcariæ. Ad idem est hoc capitulū, ex concilio medio matricis sum ptum . Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. in prima ponit, quòd alienationes factę tempore vacantis ecclesiæ ab inuasoribus rescindantur,quia nulle sunt . in secunda, dicit,quòd si alienare aliquas res ecclesiæ fuerit expediens, fiat cum debita authoritate,secunda ibi.Cum patent omnia. Lege .¶[Præcariæ.] sine dicantur tales quales designantur. supra decima quæstio. secunda præcariæ.tales quales vulgo vocantur præcariæ[commutationes]vel permutando , vel vendendo, vel aliis alienando.HU.[viduatarum].i. vacantiū. Hu.& Archi.[factæ ab his &c.]id est intrusis.HU.[rescindantur.]de facto.quia de iure nullæ sunt supra e.q. alienationes. Arch.[& tamen].2.pars.[authoritate ecclesiastica] id est secundum quòd volunt & præcipiunt canones, ꝭm Iof.Ar-

Quæstio.

Exponit li teram.

chi.[simili].i.sicut similia iura volunt fieri præcarium. secundum Gof. Arc. velit vt in gl.[faciẽdo]hoc vult dicere, quòd si expedit facere tales præcarias, fiant secundum canones & leges secundum Bar. Archi.

Goffre.

1 *Tabellio an teneatur gratis facere inuentarium episcopi & chartas & atramentum præstare & operam suam exhibere.*

2 *Clerici debent facere inuentarium de rebus episcopi quando mortuus est.*

3 *Visitatores an possint petere quod pro suo labore debent accipere.*


Haritatem. Ad idem est hoc. capit. quod est beati Gregorij in registro. Summa est, quòd in moriente episcopo aut amoto œconomus ecclesię, debet facere de omnibus bonis inuentariũ qui pro labore suo nihil debet recipere visitator pro labore suo stipendiũ potest recipere. Et põt diuidi in duas partes. in. 1. exponit ꝙ mortuo epo vel amoto debet œconomus & clerici conuenire, & de rebus ecclesiæ facere inuentarium, pro cuius labore scriptor nihil debet habere. in 2. ponit quòd visitator deputatus debeat cum clericis suis siue seruitoribus de rebus ipsius ecclesiæ procurari. 2. ibi: visitatores. patent omnia. Lege. ¶ [Charitatem. prioribus]. i. maioribus. Hu. secundum quem videtur sufficere si ad inuentarium faciendum vocentur maiores, & in eorum præsentia fiat. idem videtur esse in electionis subscriptione. vt. 62. d. nota. Hug. Bar. videtur intelligere de prælatis. in sui. s. episcopi præsentia. [morientis] vel depositi Hu. Arch. [subtiliter]. i. generaliter à minimo vsque ad maximũ infra. ea. q. 5. sicubi. Hu. Arch. [antea] id est hactenus. primo enim solebat aliquid dari de rebus episcopi pro inuentario faciendo. Hugu. [species] id est aliqua res numero discreta, vt bos, vel fundus, & huiusmodi. Hug. & Archi. [quodlibet]. s. pretium, vel aliquid aliud promissum in genere [non tollat.] ¶ Surgit hic quæstio † vtrũ tabellio vel quis alius teneatur gratis facere inuentarium & chartas & encaustũ præstare, & operã suã exhibere. Quod sic, videtur ex præsenti tex. & etiã. 10. q. 2. hoc ius, &. 1. q. 2. sicut episcopũ. ¶ In oppositum arguitur. quia nemo inuitus de suo cogitur facere beneficiũ. vt. 10. q. 2. præcariæ. Respõdet. secundum Hu. quòd hoc quod hic dicitur intelligitur de notarijs, qui propter tale officium habebãt salaria publica sibi ab ecclesia vel à principe decreta, quibus accipere, nõ licet ar. 1. q. 2. sicut episcopum. alias bene licet eis pro labore accipere & pro charta & encausto, cum nemo inuit⁹ cogatur de suo &c. vel respõdetur secundo quòd forte prius dabatur de rebus episcopi [illegible], fuit ergo statutum, vt daretur tabellioni de rebus episcopalibus, ne forte occasione talis salarij per fraudem aliquid aliud surrupiretur & substraheretur Hu. ¶ Sed surgit hic quæstio vtrum ergo dabitur tabellioni. Respondet. † quòd hoc spectat ad clericos, s. facere inuentarium. ipsi ergo de suis rebus dabunt salarium notario, si alias publice salarium non habet ad hoc constitutum. Hu. [visitatores] scilicet vicini episcopi, qui constituuntur visitatores in ecclesijs episcopalibus vacantibus. Hu. & Lau. & Arc. [nõ per suæ] imo alienæ vacantis episcopo. Hu. [aliquid subsidij] non dicit quid vel quantum. sed credendum est quòd sufficienter debeãt procurari, & etiam si pro vestitu, & æquitaturis parandis aliquid debeant habere hoc committetur arbitrio boni viri vel superioris, vnde sequitur [te disponente.] Et dicit Hu. Credo ꝙ iste metropolitanus erat, vel legatus, apostolicæ sedis. Et ideo cura & prouisio illorũ locorũ & clericorũ ad eũ ptinebat. ¶ Sed surgit hic quæstio † vtrũ isti visitatores possint petere, quod pro suo labore debent capere. Respondetur secundum Hug. ꝙ sic. arg. 10. q. 3. relatum. [iustum nanque est] ar. quòd aduocati & iudices licite possunt capere salaria, & sumptus à partibus. ar. 10. q. 2. præcariæ. &. 11. q. 3. non licet & infra. e. q. quicunque. Hu. & glo.

Diuisio.

Exponit literam.

Archid.

1 Quæstio.

Opponit contrariũ. Respõdet.

2 Quæstio. Respõdet.

Lauren. Archid.

3 Quæstio. Respõdet.

1 *Constitutiones dant formam futuris negotijs.*

2 *Raptores tenentur crimine inuasionis.*


E laicis. Ad idem est hoc. c. ex concilio Vrbani papæ sumptum. Summa est in rubro. Et potest diuidi in duas partes. in prima dicit, ꝙ laici non debent occupare bona clericorum morientium, quòd si fecerint debent excommunicari vsque dum emendent. in. 2. quòd bona clericorum morientium post mortem debent dispensari, sicut ipsi in morte disposuerunt. 2. ibi episcoporum. Lege. ¶ [De laicis quæstio]. i. querela facta est in synodo. Hu. [anathema prolatum est]. i. authoritate totius concilij statutum est, vt proferatur anathema cõtra tales, non. n. est canon latæ sententiæ, sicut patet ex eo ꝙ subditur e [xcommunicetur] Hu. & Lau. [post cognitionem] ar. † quòd constitutiones futuris dant formã negotijs. vnde ante promulgatam constitutionẽ non reputatur quis reus trãsgressionis, si fecerit cõtrarium. ar. d. 82. proposuisti. [aliorum clericorum]. s. inferiorum [res.] siue ecclesiasticas, siue proprias. Nam quo ad hoc eodem priuilegio gaudẽt res propriæ clericorum, quo gaudent ecclesiasticæ. quia sicut pro istis. ita pro illis excommunicandi sunt, qui in eis offendunt. vt infra. e. q. ecclesiarum. & 16. q. 1. similiter. non tamen credo ꝙ in ꝓprijs committatur sacrilegium, sicut & in ecclesiasticis, licet quidam aliter velint hoc colligere ex præallegatis capitulis ecclesiarũ & similiter. Hu. [inuaserit] † inuasionis ergo crimine tenentur hmõi raptores vel inuasores. vt supra. e. q. nulli liceat. & c. quicũq;. Et hoc c. vt dicit Hu. est cõtra multos principes nostri temporis, siue reges, siue imperatores, siue alios principes, qui fere omnes bona clericorum morientium occupant mobilia, siue propria, siue ecclesiastica. peccant autem in hoc mortaliter, nec defendũtur ratione consuetudinis, vel multitudinis, vel authoritate maioris. s. papæ. quia hoc videtur concedere. quia non punit, nec inhibet. ar. 1. q. 1. reperiũtur. & q. 3. ca. vlt. cum multis similibus. [Episcoporũ]. 2. pars. [res] videtur intelligendum hoc. c. de rebus proprijs & in casu, in quo non habet episcopus aut clericus mortuus hæredes [aut successori] si prospexerit ibi opus esse pietatis. vel potest exponi de mobilibus. s. de fructib⁹ iam perceptis, de quibus potest aliquid disponere, vt aliqui dicunt in opus pietatis. Et ly, aut exponatur. i. pro aliqua parte bonorum reseruetur successori. [Si quis autem anathematizetur] si satisfacere noluerit. Hu. & Arch.

Diuisio.

Exponit literam.

Lauren.


Llud vero. Ad idem est hoc. c. quod est Innocentij papæ secũdi. Summa est eadem cum præcedenti capitulo. Et diuiditur in duas partes, in prima prohibet ne aliquis defunctorum clericorum bona diripere præsumat. in. 2. punit contrafacientes. 2. ibi, si quis vero. Le. ¶ [Illud vero. sed ad opus ecclesiæ] hoc intellige de rebus ecclesię quas habuit pręlatus de ecclesia & de proprijs quas dimisit ecclesiæ vel quando mortuus est ab intestato, & sine cognatione, quo casu ecclesia succedit ei. vt infra. e. q. 5. c. vl. Hu. & Arc. [œconomi & clericorum.] Quid quid hic dicat gl. in cuius potestate sint bona clericorum decedẽtiũ, œconomi & clerici cathedralis ecclesiæ gubernabũt bona ipsius ecclesiæ, vt. s. e. charitatem. cui capitulo standum est. & hic habetur expresse, vt patet ex tex. huius. c. cui standum est ẜm Inn. prout. extra de off. or. cũ nos, & vt ecc. bene. c. 1. Arc. ibi vide. Io. An. super ver. prauitatem, & in ver. mortuo aũt episcopo. dicunt quidam ꝙ res ipsius debent esse in potestate œconomi. 75. d. qm̃ quidam. Tu vero dic, & melius ꝙ non solum in potestate œconomi, sed & clerici & capituli ecclesiæ. 12. quæstio. 2. charitatem. & capit. statuendum. & capit. illud. Et si non sit ibi œconomus clerici tantum habeãt custodiam, & si nõ sint ibi clerici de iure, & si sunt ibi de cõsuetudine speciali habebit archiepiscopus custodiã & sic intellige. supra. e. c. non liceat. & . j. e. q. 5. sicubi. hoc autem intellige sic esse seruandum, nisi papa visitatorem dederit. Ex tũc . n. solus visitator res ecclesiæ gubernabit. 61. dist. obitum. & sequenti. secundum Innocen. & Ioan. Andre. [Si quis] secũda pars. totum.

Diuisio.

Exponit literam.


Innocentiũ And

Innocen.

Hoc. §. Est, in quo Gratianus dicit ꝙ non solũ laici prohibentur inuadere res morientiũ clericorũ sed ẽt metropolitani & quilibet clerici, pro quo inducit. s. sequens.

Non liceat. Hoc. ca. sumptum est ex sexta synodo. Sũma est in rubro. & patet satis clare.

Sicut. §. est, in quo dicit quod de se patet. pro quo etiam inducit. c. sequens.


Icut ecclesia. Hoc c. est B. Gregorij, patet. qm̃ naturale ius dictat vt alteri non faciat, quod sibi non vult fieri. Thobiæ. 4. & supra di. 1. humanum ge.


His authoritatibus. §. est in quo primo concludit ex omnibus præallegatis. c. à principio quæstionis. quòd nõ liceat clericos res ecclesiasticas

ecclesiasticas alienare, & si alienatæ fuerint illicite, restituere debent quod illicite est alienatum.2.dicit quod ex quibusdam causis res ecclesiæ possunt alienari, scilicet causa necessitatis, & per duo ca. sequentia probat, aut causa vtilitatis vt per.c.infra. eo. sine exceptione.



On habenti Pro prima causa alienationis inducit hoc.ca. ex concilio africano sumptū. Summa est in ru-
bro, Lege. ¶[Non habenti necessitatem]ergo
per contrarium si ecclesia habuit necessitatem,
poterit episcopus cum consensu clericorum alienare. quod
verū est, & intellige nomine necessitatis quamlibet iustā causam alienandi. Hu.& Arc.[sui titul].i.ecclesiæ supra.e.monemus.Hu.sui tituli dico.i.matricis ecclesiæ.[vsurpare].i.in casu non concesso.alienare.Hu.& Arch.

Exponit literam. Arch.



Lacuit: Ad idem est hoc.c.ex concilio carthaginen.sumptum.Summa est in rubro.Lege.¶[Placuit vt presbyteri] generaliter omnes quarumcunque ecclesiarum[nescientibus episcopis]vt supra.e.q.ab batibus.Hu.[quomodo]copulatiuè legitur. Hu.[cōcilio].i.colligio clericorum illius ecclesiæ, cuius prędia alienantur.vnde subdit sub distinctione vel si malueris dicere.[cuncto presbytero].i.conuentu.& collegio presbyterorum illius ecclesiæ.Hugu.[sine nulla necessitate]innuitur per contrarium, quòd instante necessitate episcopus possit alienare sine consensu & consilio clericorum, quod verum est in modicis & minus vtilibus vt infra ea.q.terrulas. & supra.e.q.non liceat.

Exponit literam.

1 *Alienationis verbo cōtinentur pignoratio, infeudatio. in vsum & in emphyteosim datio.*


2 *Sententia plurium præualet in consensu nisi pauciores velint assignare causam quare non debeant consentire.*

3 *Procedi an possit ad alienationem faciendam omnibus consentientibus, episcopo solo dissentiente.*

Et quid si omnes dissentiant & episcopus solus consentiat. numero 4.

5 *Alienationie tractatus an debeat reuocari si non sequatur vtilitas quam credebant episcopus & clerici*

6 *Subscriptio canonicorum matricis ecclesiæ necessaria est in alietione bonorum episcopalium.*



Ine exceptione. Pro secunda causa alienationis scilicet causa vtilitatis inducit hoc capitulū, quod est Leonis papæ. Sūma est prima quòd episcopus non debet alienare res ecclesiæ, nisi causa vtilitatis, & cum consensu & subscriptione clericorū.2.quòd alias facta alienatio non valet.2.ibi, episcopus re-
1 bus:Lege.¶[Sine exceptione.donare.&c.]†ista, & est quædam alia.s.pignoratio infeudatio in vsum in exphyteosim datio, verbo alienationis continentur.Hug. [audeat sponte] vel timore, vel quacunque alia causa.vt.23.q.8.conuenior[nisi forte aliquid horum].s.duorum sequentium, s. vt meliora prospiciat & cum consensu clericorum hoc faciat[tractatu] hoc dicitur vt fraus remoueat, quia possent conuocari, non haberi cōsilium eorum, sed statim notificato facto eius posset episcopus procedere in facto eorum consilio. Et ideo dicit quòd cum eorum consilio debet negotium tractari, non .n.sufficit sola vocatio, nisi cum eis habeatur tractatus & cōsilium. vt d,63.obeuntibus.Hu.Qualis autem debeat esse tractatus vide.c.dudum.extra de re.eccle.non alie.lib.6.Et quia possunt discordare subdit[cōsensu.]Hu. Et quia possent duo consentire & alij omnes discordare, subiungit totius. Hug. [totius]quantum ad tractatum vniuersaliter accipitur, quantum vero ad consensum intelligitur totius vel maioris par-
2 tis.d.45.c.1 &.2.Hu.†in consensum ergo sentētia plurium,
præualet, nisi pauciores vellent assignare causam, quare non
debeant consentire, & tunc debet referri negotium quousque de hoc cognoscat.ar.di.23.illud.¶Sed hic surgit duplex.
3 quæstio. † primo vtrum omnibus consentientibus episcopo solo dissentiente possit procedi ad alienationem faciendam. Respondetur iuxta Hu.quòd non. Et ratio est quia specialiter in alienationibus rerum ecclesiasticarum consensus
episcopi exigitur in qualibet ecclesia.¶Secunda quæstio est
4 †vtrum omnibus dissentientibus solo episcopo consentiense possit procedi. Respondet.iuxta Hugu.quod non vnde in

Exponit literam. Quæstio.1. Respōdet Secūda qō. Respōdet.

vtroque casu cessabitur à tractatu aut agetur cum superiori. Et est arg.quòd eps non potest alienare quamuis sit vtilitas ecclesiæ sine consensu clericorum.ar.16.q.1.monachi. vnde. Bar.Brix.in.sua quæstione dominicali quæ incipit episcopus quidā &c.dicit quòd perpetua obligatio facta à prælato præsente capitulo & tacente potest reuocari, eo quòd nulla est ipso iure vt hic[quòd non sit dubium profuturum]hic surgit
5 quæstio.†vtrum si non sequatur vtilitas quam credebant episcopus.& clerici debeat reuocari tractatus alienationis. Respondetur iuxta Hu.quòd non debeat reuoari, ex quo legitime & solenniter celebratus est, nisi fraus interueniret, quæ contractum solet irritare.nec est imputandum episcopo vel clericis ex quo bona fide & recta intentione celebrauerunt contractum, & meliora ecclesiæ prospicerent, & quātum in se fuit prospexerunt, licet aliter contingere. Et quod hic dicitur eligat, vel prospiciat, intelligitur, quantum in se est. [Episopus] secunda pars[non tanquam propriis] quia non sunt proprię sed communes.vt supra.eo. quæstio.prima expedit &.c.res ecclesiæ.eum similibus. Et ideo eas non possumus alienare prout volumus, sicut proprias supra decima.q.secūda præcariæ[subscriptione.]non est necessaria subscriptio.nisi inueniatur expressum secundum Innocen.qui ita notat ex
6 tra de his quæ fi.à præla.cap.secundo.†in alienatione bonorū episcopalium necessaria est subscriptio canonicorum matricis ecclesiæ. ita quòd sine. ea non valeat, vt hic, & extra de his quæ fi.à præla.capitul.prima & capitu.tua. Nec sunt ad hoc vocandi, nisi præsentes.10.q.secūda hoc ius.nec videtur necessarius consensus archiepiscopi vel papæ, quia hoc non inuenitur expressum.secundum Innoc.qui ita notat in prædicto.c.1.extra de his quæ fi.à præla.Archi.

Quæstio Respōdet. Innocen.

Item domos §. Est hic videtur nobis incipere.sexta pars quæstionis, in qua ponit aliquos casus, in quibus potest episcopus incōsulto capitulo alienare res ecclesiæ. Et ponit hic Gratianus vnum casum istorū scilicet quando sunt domus quæ plus incommodi quam vtilitatis ecclesiæ afferunt, in quo casu dicit licere rectoribus ecclesiarum illa alienare, Et ad hoc inducunt supra.e. non liceat papæ.[domos]quod hic dicitur habetur.§.10.qu.2.hoc ius. & supra.e.non liceat.Hu.liceat etiam sine cōsilio clericorum Hug.idem sentit glo.extra de reb.ecclesiæ.non alie.vt supra in fin.in vlti.gloss.




Errulas Inducit consequenter hoc.cap. quod est cōcilij agathen.in quo ponit alium easum iustę alienationis sine consilio clericorum, scilicet quando res sunt exiguæ, & minus vtiles, aut multum distantes siue longe positæ.Lege.¶[Terrulas exiguas]Sed contra videtur infra decimo septimo q. quarta quicunque. vbi deponitur prælatus alienans prædium ecclesiæ exiguum. Respondetur quòd solutio habetur ex verb[illegible] vbi dicit minus vtiles, aut longe positas. Nā ibi de vtilibus paruis & propinquis, hic vero de inutilibus paruis, & longe positis. Nam si magnę sint sed longe, & inutiles non potest eas alienare sine consensu clericorum. vel illud intelligitur in casu non concesso, & non exigente necessitate secundum Hug. Et hoc vltimum sequitur hic Lau.qui dicit quòd tanta potest esse necessitas, quòd etiam magna prædia posset alienare sine consensu capituli. Arch.[sine consilio].s.requisito non contempto.potest enim talia alienare, quamuis non requitat eorum consensum, sed si requisiuerit & illi omnes ex toto cōtradicant, non debent tunc alienare.Hu.

Exponit literam. Oppon.& Respōdet. Arc.

Seruos. §.Est in quo magister Gratianus ponit alium casum concessi alienationis.s. in seruo fugitiuo, qui reuocatus retineri non potest.Ioan. de Fan. ad quod inducit sequens capitulum.

1 *Mancipium ecclesiæ non debet distrahi nisi sit fugitiuum.*



Vgitiui. Capitulum hoc sumptum est ex concilio agathen. cuius summa
1 est in rubro. Vel sic. †distrahi non debet mancipium ecclesiæ, nisi sit fugitiuum.breue est. Le.¶[Fugitiui.]quis sit fugitiuus habet.ff. de edil.edic.quis sit fugitiuus.Arch. [voluerint] ipsi.Hug.Arch.[illi]scilicet serui fugitiui meruerint [distrahi] meruerint, hoc ipso quòd reuocati noluerunt cessare, vel quia forte in aliquo lædebant ecclesiam. [distrahantur] id est alienentur.

Exponit literam Archidia.



NIustum. Hoc capitulum ex concilio cassiarico sumptum. palea est Hic, ponitur pro grano extra. de re. permu. iniustum. Arch. [iniustum.] iniustū quippe est, & ineptum, quia cōtra rectam rationem, quòd serui dati ex deuotione fidelium in obsequiū ecclesiæ vendantur alicui seculari domino. Tum quia frauda tur in hoc donantium fidelium deuotio. Tum quia grauatur seruorū conditio. cum à dominatu & obsequio ecclesiæ quæ clementior est à spirituali seruitio reducitur sub seculari & mundano, Tū quia in hoc donantium deuotio ac charitas ad dandum ecclesiæ frigescit, Tum quia fit contra canonum authoritatem, quæ solos seruos fugitiuos concedit vendendendos qui ecclesiæ sunt infructuosi propter quorum inutilitatem cessant omnes rationes præmissæ.

Exponit literam:

Item si rectores. §. Est, in quo incipit. 7. pars huius. q. in qua ponit Gratianus, alium casum. s. 4. in quo possunt prælati alienare licite res ecclesiæ si tantundem velint de proprijs facultatibus ecclesiæ recompensare. Et hoc probat per capitula sequentia.

SI quis clericus. Ad hoc probandū inducitur primo hoc capitulum ex concilio Agathen. sumptum. Summa est. quòd si clericus. s. episcopus alienans rē ecclesiæ tantundem de suo illi recompenset facto tamen ab iniquo ante factam alienationem tractatu cum clericis de hoc & consensu eorum habito alienatio dicta firma erit. Breue est. Lege. ¶ [Si quis clericus]. s. episcopus vel alius. Hu. [conditione qualibet]. i. pro quocunque suo commodo, vel suorum. Hu. Ar. [de rebus eccl.] alijs à seruis. Nam in seruis non sufficit simpli compensatio, sed necessaria est dupli vt infra. e. q. episcopus. Hu. [præsumpserit]. i. voluerit cum effectu. i. alienauerit. & accipitur in bona significatione [stare licebit]. i. firma erit alienatio.

Exponit literam

Item si seruos. §. Est, in quo octaua pars quæstionis incipit in qua Gratianus ponit quintum casum, in quo prælatus potest aliquid de rebus ecclesiæ alienare siue donare vsque ad. 20. solidos, & non vltra Et ad hoc inducit sequens. c. secundum Bar. Brix.

1 *Successor debet seruare quod legitime actum est à suo prædecessore.*

SI quos. Capitulum hoc quod inducit sumitur ex eodem cōcilio. s. Agath. Summa est. quòd cum contingat episcopum manumittere aliquem bene meritum seruū & donare libertati potest ei donare. 20. solidos, vel terrul[illegible]el hospitiolum tanti pretii si vltra donauerit poterit [illegible]cessor reuocare. Leg. ¶ [Si quos be[illegible]nti dicūtur qui aliquod insignę seruitium fecerunt ecclesiæ, vel episcopo intuitu ecclesiæ. Et pone exemplum. distinc. 79. si quis papa. Nam pro primo remunerandus est seruus libertate. Bene meritus etiam, qui non demeruit. ff. de manu. testa. l. seruos. Et sic quilibet dicitur dignus, qui non est indignus. vide in gloss. [donauit.] cum consensu, & authoritate clericorum. Nam in collatione libertatis & indonatione alterius præmij exigitur consensus clericorum. [à successoribus &c.] Est ar. † quòd successor

Exponit literam:

1 debet seruare quod legitime actum est à suo præcessore præsertim in collatione libertatis. Nam libertas semel collata nō facile potest reuocari. Hu. [in libertatem] id est cum libertate. s. conferendo ei libertatem. Hu. & Archi. [20. solidos] illius monetę, quæ vsitatior & frequentior est in illo loco. vel forte nomine solidi intelligitur aureus. Hu. [& modum in terrula] id mensuram & quantitatem viginti solidorum. quasi diceret, quòd non valeat. & tunc ly, & expone pro vel, & tunc est sensus, potest ei dare vel viginti solidos in pecunia numerata vel tantum vineolam, vel terrulam, vel hospitiolum, quod valeat viginta solidos & non vltra] mortem] differtur vsque tunc propter verecundiam ipsius episcopi, cui esset ignominiosum si reuocaretur in vita sua ꝙ dedit secundum Hug.

Sed notandum. §. est in quo Gratianus quia dictum erat supra, quòd serui ecclesiarum manumitti poterant quandoq; nunc docet ꝙ ipsa manumissio est facienda retento patrocinio siue patronatu nisi manumissor duos seruos eiusdem meriti & peculij eiusdem ecclesiæ recompenset. ¶ [Patrocinio] improprie loquitur. Nam patrocini[illegible] est quod præstat aduocatus in ca[illegible] clientulo suo. Sed patro[illegible]us dicitur, quod habet pa[illegible]onus in liberto suo manumisso secundum Laurent. [illegible]ug. & Arch. facit. ff. de iure patron. per totum. Et ad hoc [illegible]nducit capitula sequentia.

Exponit literam.

1 *Episcopus qui seruum ecclesiæ manumittit patrocinio ecclesiæ non seruato [illegible]ualiter puniatur. & nu 2.*



EPiscopus qui. Hoc capitulum sumptum est ex concilio to
1 letano tertio. Summa est † quòd episcopus qui seruum ecclesiæ manumittit patrocinio ecclesiæ non seruato debet recompensare duos seruos eiusdem meriti & peculii pro illo. & hoc debet facere cum consensu clericorum. Et potest hoc capitulum diuidi in res partes. in prima ponit quod dictum est in secunda ponit, quòd talis libertus non audebit accusare vel testificari contra ecclesiam. in tertia punit contra facientem, mandans quòd talis si hoc fecerit in seruitutem reuocabitur. secūda ibi, huiusmodi tertia. ibi, Quod si præsumpserit. Lege. ¶ [Episcopus patrocinio] id est iure patronatus [manumitti] non intuitu ecclesiæ, sed suo intuitu, vel suorū, vel ipsius serui quem diligit. Nam si intuitu ecclesiæ hoc facit, vt præmisso capitulo, si quis. Credo tunc sufficere compensationem simpli, imo plus credo, quòd si vtilitas ecclesiæ exigit vt seruus alienetur, & quo ad proprietatem, & ius patronatus, siue omnium recompensatione, potest hoc fieri. siue ex toto vendendo, siue pleno iure manumittendo. quod plene inuenies distinctum supra. dist. quinquagesimo quarto abbat. Hug. [duos.] ¶ Surgit quæstio † vtrum pro recompensatione serui manumissi sufficiat vnus æquè bonus, vel melior. Et videtur q; sic. quia in alijs rebus in consimili casu sufficit simpli compensatio. vt supra. ea. quæstio. cap. si quis quālibet. & infra. ea. quæstio si episcopus. ¶ In oppositum est. c. præsens. Respondetur quòd non sufficit. Et ratio diuersitatis est in seruis & in alijs rebus ecclesiæ, quia iste lędit ecclesiam in duobus, scilicet in dominio serui, & in iure patronatus, quod ecclesia debet habere in seruo facto liberto. Et ió duos recompensat. vnum pro dominio, alium pro iure patronatus non retento. Sed cum ecclesia alienat dominium alterius rei de iure communi, nō solet in ea retinere aliquod ius & ideo sufficit ibi simpli compensatio. Hugu. [meriti] id est eiusdem valoris, & scientiæ, & probitatis] in artificio & in viribꝰ corporis] scilicet vt ecclesiæ negotia possent exequi. Hug. [vestro concilio] id est collegio. Hu. & Arch. [subscribētibus] vt supra. e. q. sine exceptione rata [rata] inuitur, ꝙ non fuisset & iusta si consensus clericorum & subscriptio non interuenisset [diffinitio] idest alienatio [tunc] id est habito tractatu, & consensu clericorum [liberam] id est sine patrocinio ecclesiæ retento. Hu. [proprio iuri] id est suo dominio, & proprietati [huiusmodi autem] secunda pars. [liberto.] Sed hic surgit quæsti. quare hic dicitur libertus cum supradictum sit quòd episcopus ideo dat duos, vt pleno iure posset eum manumittere: respondetur iuxta. Hu. quòd ideo dicitur libertus, quia remanet libertus episcopi licet non ecclesiæ. vnde supra non dixit simpliciter non retento patrocinio, sed addidit ecclesiæ siue eccl. vel dicitur quòd licet pleno iure sit manumissus, & etiam quo ad episcopū, & ita nullius proprie sit libertus. Tenetur tamen impēdere ecclesiæ obsequia, quæ consistunt in non faciendo sicut prius subditus. Et ita quo ad hoc videtur quasi libertus, sed quia à seruitute fuit liberatus, tales solent dici liberi. Hug. [aduersus ecclesiā] Nam aduersus singulos suo nomine litigantes posset etiam si ex toto remaneret libertas ecclesiæ. vt infra eo. quæst. qui manumittitur. Hug. [cuius iuris] quia de iure illius fuit. Hug. [accusandi] id est agendi ciuiliter. ita non poterit agere contra aliquē, qui agat nomine ecclesiæ. [Testificand] i in cā ciuili vel criminali. Et licet de his duobus exemplificet, tamen idem credo de quolibet obsequio, quod consistit in non faciendo, scilicet in non verberando, in non lędendo, non vituperādo, nō iniuriādo, & huiusmodi. Et hoc est speciale in seruis ecclesiæ, qui licet manumittantur pleno iure, tamen obsequia quæ consistunt in non faciendo semper tenētur exhibere illi ecclesiæ, & hoc est receptum in fauorem ecclesiæ. [denegetur] nisi venia impetrata Hug. ¶ Surgit hic quæstio à quo impetrabit veniam. Respondet. quòd ab episcopo. Si vero agat contra episcopum nomine ecclesiæ tunc à metropoliatno vel alio superiore secundum. Hu. [Quod si.] 3. pars

Diuisio

Exponit literam.

Quæstio

Opponit & Respō.

Quæstio. Respōdet.

Quæstio. Respōdet.

3.pars[vt stante commutatione].[illegible] ecclesia nhilominus habeat & retineat duos recom[illegible]atos.

Li[illegible]tus enim. §.est,in quo Gratianus occasione præcedentis capituli inducit quasdam leges,quæ ad principale propositum vt dicit Hug. non pertinent,& sic continua. merito dixi quod tali liberto denegatur licentia vel hoc vel illud faciendi. ¶[Libertus.n.&c.]HU.[sine venia]est lex vlti.ff. de in ius vocan. [venia].i.licẽtia.HU.[edicti]in quo prætor statuit,ne libertus vocaret patronũ in ius sine permissu suo,& si qs hoc faceret subiecit pœnam.50.aureorũ,vel verberum[impetrata[à prætore,vel præfecto,vel principe vel alia potestate seculari. in ecclesia vero ab episcopo,vel superiori.HU.[Ex querela patroni].i.conquerente patrono coram iudice ad talem pœnã petendam.Hug.vel supradictam pœnam in.l.quæ præcessit istam,quæ est.ff.de in ius vocan.l. pe.[aureos.]propriè, vel [aureos].i.solidos monetæ currentis[inofficiosus].i.inobsequiosus,s.non seruiens patrono debitum obsequium. Hug. Not.hic iuxta HU.quod inter patronum & libertum propriè debet esse obsequium,inter dominum & seruum seruitium, siue famulatus, inter hoĩem & hoĩem officiũ. inter patrẽ & filium dilectio. inter consanguineos pietas.inter Deum & hominem religion.inter prælatum & subditum obedientia. inter maiorem & minorem reuerentia.[Castigetur]id est verberetur.

Continuatio.

Exponit literam.

1 *Libertus vniuersitatis non dicitur singulorum, & cui debeat obedientiam.*

2 *Corpus quid dicatur.*

3 *Collegium quid dicatur.*




Vi manumittitur. Est. §.in lege. sed si hac.ff.e. tit.Summa†libertus vniuersitatis non est singulorum,nec debet reuerentiam singulis, sed ipsi vniuersitati,& illis qui nomine vniuersitatis agunt vel conueniunt. Et diuiditur in duas partes.in prima dicit qđ libertus vniuersitatis potest nulla petita licentia vocare in ius singulos de vniuersitate.in.2.dicit,ꝙ si aduersus vniuersitatem vult agere debet prius licentiam petere.2.ibi,Et si Lege.¶[Qui manumittitur à corpore.]†Corpus est collectio hominum separatim degentium, vt fabrorum, pistorum,scriptorum,& similium.multitudo .n.hominum eiusdem officij in ciuitate aliqua quæ simul nõ cohabitant dicitur hic corpus.HU.de isto corpore legitur & not.extra de exces.præla.dilecta.Arch.[collegio.]collegium dicitur congregatio hominum simul viuentium, & habitantium,vt monachorum & canonicorum,alicuius ecclesiæ & similium.Hu.[singulos]sub nomine,sed nullum eorum nomine vniuersitatis[vocabit].i.vocare poterit sine venia.[Nã non est]assignatur causa illorum.i.singulorum.[Et si].2.pars [habere].i.exhibere.[honorem].i.reuerentiam,quæ patrono debetur.[rem publicam vel vniuersitatem[cuius seruus fuit.[actorem].i.generalem procuratorem vniuersitatis, puta syndicum[vocaturus.]nomine vniuersitatis,quasi diceret licet non ipsam totam vniuersitatem vocet,sed tantum vnũ nomine illius,veniam debet petere, ex quo illum vocat nomine vniuersitatis.

1

Diuisio

Exponit literam. 2




I vero. Sequitur alia lex sumpta ex.leg.2.ff.de natalibus resti.secundum Arch.& sententia eius est,ꝙ si princeps facit ingenuum liber tum manumittendo eum & restituendo eum natalibus quod potest princeps etiam inuito domino.tũc non debet reuerentiam amodo ei qui fuit patronus suus.



N criminali. Sequitur lex alia,ĩ qua post quam ostendit in. l. si fine. qualiter puniatur libertus,si agat contra patronũ ciuiliter,nunc vult ostendere qualiter puniatur,si contra eum agat criminaliter,patebit residuum in expositione literę. Lege.¶[In criminali.Caput eius.]accusando de crimine pro quo deberet decapitari.Hu.[fortunas].i.facultates .i.accusando de tali crimine pro quo deberet amittere omnia bona sua.[ante exordium].i.ante contestationem litis.3. q.vlt.c.fi.Hug.Arc.[crimen autem]excepit crimẽ læsæ maiestatis,vel adulterij,si patrona cum proprio seruo commisisse dicitur, quibus casibus cum munere libertatis permittitur seruo accusare patronum. Et ad hoc inducit legem sequentem.barto.

Exponit literam.



I qua. Sequitur lex,in qua ponitur pena mulieris & serui proprij se simul iungentium,& dat cuilibet licentiam accusandi etiam seruo cum præmio libertatis.2.pars est ibi,sitque.Lege.¶[Si qua occulte.]Non est argumẽtandum à contrario,quia idem est & sit manifestè.Hug.imo multo magis vt dicit AZO.[verberone].i.seruo verberibus digno,vel subiiciendo verberibus.prius.n. debet verberibus subiici,& postea ignibus tradi.HU.[sitque].2. pars.[omnibus copia nuntiandi officio].i.officiali curiæ qui, res introducit.Hu.vel sic copia officio.i.officiali nuntiandi. i.deferendi tale crimen coram iudice.Hu.[cui].s.seruo[libertas].s.à principe,vel iudice, coram quo seruus conuincet dominam.alia vide in glos.

Diuisio

Exponit literam.

In patronos. Postquam ostendit superius quod liberti non possunt agere cõtra patronos, ostendit etiam quod nec testificari possunt contra eos,nisi in certis casibus,quos enumerat hic.Leg. ¶[In patronos.quæstionem].i.tormentum.i.eos subijci tormentis. Hugu.vel inquisitionem per tormenta. Archidiacon.[fraudaticensus velannonæ]hoc crimen committunt qui publicum censum defraudant. Hugu. vel publicam annonam.[in cæteris aut]scilicet criminibus.Hugu.[quanquam secundum eam non debeant formare sententiam iudicaturi] .i.iudices id est quamuis iudex ex solis dictis seruorum non debeat pronuntiare sententiam,nisi aliæ probationes adsint HUG.[Si autem aliæ probationes assunt inuidia præscriptionis euanescit]id est inuidiosa & odiosa præscriptio,id est exceptio cessat qua dominus dicit seruum non esse torquendũ contra se, quia suo domino sit subiectus[inopia].i. propter inopiam,vide glo.

Exponit literam.



Nsolitum est. Lex est.2.C. de quæstionibus Breue est & sententia patet satis. Lege. ¶[Insolitum &c.]quasi diceret.Serui non solum non audiuntur cõtra dominos,vt supra.l. proxima, sed nec aduersus tutores uel matrẽ,nisi agatur à dominis contra tutores finita tutela.Hug.[tutelę].i. de his quæ tempore tutelæ egerunt,vel agere debuerunt.

Exponit literam.

Si vero. §.est,in quo magister Gratianus ponit quid iuris si contingat, ꝙ libertus sua authoritate à patrocinio ecclesiæ recesserit.Et dicit ꝙ si talis admonitus redire contempserit in seruitutem reuocabitur.Et ad hoc inducit.c.sequens.



Iberti. HOC.c.sumptum est ex concilio toletano.3.Summa patet.Leg. ¶[Liberti.à patrocinio].i.à patronatu.i.ab obseqjs debitis,vel[illegible]nolunt prosequi negotia ecclesiæ supra.e.D[illegible]ni.in.2.vel eius vtilitates extra de re.ecc.non alie.c.3.[disce[illegible] authoritate. HU.[irrita sit]quia reuocabitur in seruitutẽ,vt in prædicto.c. Diaconi.in fi.[ingrati actione].i.actione ingratitudinis,id est actione in factum quæ datur propter ingratitudinem vt exponit Hug.& glo.

Exponit literam.

1 *Libertus non potest reuocari in seruitutem nisi ordine iuris sit conuentus & conuictus.*

2 *Libertus committens ingratitudinem aduersus quemcũque ecclesiæ clericum an reuocabitur in seruitutem.*



Ctaua. Sequitur ad idem hoc.ca.ex cõcilio Hisphalẽsi sumptum.Summa est in rubro. vt potest diuidi in tres partes in prima narrat excessum:in secunda punit.in.3.assignat rationem,quare sit talis excessus puniẽdus.2.ibi, aduersus quẽ.3.ibi,talium.n.patent omnia Lege.¶[Octaua discussio].i.quæstio. agitata in synodo.Hu.[salutem]corporalem.Hu.vel vitam. Arch.[prædãnauit].i.valde damnificauit,vel ad damnandum vel damnificandum alios instigauit.Hu.& glo. vel forte egit contra ecclesiam sine venia. vnde ipsa damnata est habenti, vel per rapinam damna intulit.Barto.Brixien.[aduersus]se-.2.pars.[ingrati actio].i.ingratudinis.i.intentæ ꝑꝑ ingratitudinẽ.Hu.[nostro iudicio]ingrati actio est priuatio accepti muneris,cũ aliqs.s.priuat aliquo beneficio,vel munere prius habito ꝑꝑ ingratitudinem[authoritate canonum &c]. i. seruato ordine iudicario tã legali q̃ canonico† qm̃ libertus nõ põt reuocari ĩ seruitutẽ nisi ordine iuris sit couẽt᷑,& couict᷑ ar.15.q.7.c.vlt.&.C.de libertis & eorũ liberis.l.2.¶ Surgit q.

Diuisio.

Exponit literam.

Bar. Brix.

coram quo iudice conuenietur. Respondetur secūdum Hu. ꝙ coram ecclesiastico. Nam ecclesia est generale forū & suorum rusticorum, & suorū seruorū, & suorum libertorū. ar. dist. 98. iudicatum. & infra. e. q. ecclesiarum. ¶ Surgit etiam
2 hic quæstio † vtrum libertus committens ingratitudinem aduersus quemcunque ecclesiæ clericum, reuocabitur ideo in seruitutem. hic videtur Ar. ꝙ sic. Respōdetur dupliciter primo ꝙ non quia hoc est speciale in episcopo & quolibet prælato ecclesiæ secundum. Hu. ¶ Secundo respondetur ꝙ generaliter verum est ꝙ hic dicitur, quando offensa illa facta clerico redundat in ecclesiam, vel fit nomine ecclesiæ secundum Hu. [talium. n.]. 3. pars [proditi]. id est de inobedientia conuicti, alias decidi. i. proijci vel deijci in seruitutem [adepta]. i. ablata. Hug.

Respōdet.


1 *Filij liberti ecclesiæ an omnes teneantur ad reuerentiam. Et quid de nepote & pronepote. nu. 1.*



DE libertis. Ad idem est hoc. c. ex concilio quarto. Toletano sumptū. Sūma est continens duas partes, secundum quas diuiditur in duo. in prima ponit ꝙ si liberti ecclesiæ ad sacros ordines promoueantur, ab eius patrocinio ipsi & eorum filii nō recedant. in 2. ꝙ alij ab alijs libertati dati ecclesiis commendati debeant ab episcopo tueri in. 2. ibi, ab aliis. Leg. ¶ [De libertis.] Secūdum modum quo & c. s. sic debēt manumitti, ꝙ à patrocinio ecclesiæ non recedant. vnde subditur. & tamē & c. Hu. Et tamen etiam canones dicunt, ꝙ debent liberi fieri, ex quo debent ordinari. vt dist. 54. qui ex famulis. Hu. & Archi. [ab eis
1 progeniti.] hic surgit quæstio † vtrum omnes progeniti liberti tam geniti ante quam post manumissionem teneantur ad hanc reuerentiam ecclesiæ. Ad hanc variè secundum diuersos respondetur vt tangit tam Hug. quam glo. nobis videtur illa opinio rationabilior, quę dicit vt tangit Hu. ꝙ textus pręsens intelligatur de filiis libertorum etiam natis post manumissionem. Tales. n. reuera proprie liberti sunt, tñ quasi liberti. i. obnoxij ecclesiæ vel patrono sui patris quoad operas officiales, siue obsequiales, siue consistant in faciendo, vt salutando, assurgendo, siue in non faciendo. s. non accusando, nō verberando, & huiusmodi. alias propter ingratitudinē reuocantur in seruitutem. vt in sequenti proximo. c. & supra. eo. q. episcopus. Et hoc fit in odium ingratitudinis & in fauorē
2 ecclesiæ. ¶ Surgit hic alia quæstio † vtrum ad talem obnoxietatem teneantur nepos & pronepos liberti. Respond. secundum Hu. ꝙ sic. ar. infra. e. q. liberti. præterea hic patet quia qua ratione transit talis obligatio in filium, eadem videtur transire in nepotem. item idem colligitur ex eo, quia in omnibus his capitulis dicitur ab eis progeniti. i. longe descendentes. intelligit Hu. vsque ad septi[illegible] gradu quia in septimo gradu dicitur finiri tota [illegible] & posteritas cuiuscunq;. [cōmen[illegible]] ab [illegible] priuatis. Hu. ad defensionē & protectionem. vt di. 87. eos libertos [colligantur]. i. defendantur, nec cuiquam donentur à patronis. s. quo ad operas indebitas à pus habet hoc non potest facere per se.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respōdet.

Ne vero. §. est, in quo magister Gratianus quia contingit quòd conditio originis propter longinquitatem tēporis obscuratur. Et ita posset ecclesia amittere ius patronatus sui in multis libertis. docet hic quòd libertus tempore suæ manumissionis debeat scribere suā professionem, qua profitetur se libertum ecclesiæ, & ab eius obsequiis promittat nunquam discedere, & ad hoc inducit duo sequentia capitula.



LOnginquitate. Hoc. c. sumptum est ex concilio Toletano quod diuiditur in tres partes. in prima ponit quod dictum est. in. 2. quòd semper in nouitate episcoporum debeāt liberti chartulas suæ professionis publicare & renouare. in. 3. contra facientes aut contemnentes facere punit mandando, vt tales ad seruitutem reuocentur. 2. ibi, vnde his. 3. ibi, Si autem. Lege. ¶ [Longinquitate vniuersalis concilij] nō determinat de quo dicat. Hu. [vt professionem]. i. scripturam ctōinentem professionem. 27. q. 1. omnes. Arch. [vnde]. 2. pars [sacerdos]. i. episcopus [vel ab eis]. i. ab eis progeniti. vt supra [& illi]. s. liberti. [obtineant, & ecclesia] ecce ipsis & ecclesiæ prodest talis renouatio, & per contrarium datur intelligi. quòd his & illi nocet cessatio à tali renouatione. [Si autem] tertia pars [infra annum] ordinationis. Hug. [origini]. i. seruituti Hug.

Diuisio. Exponit literam.



LIberti. Inducitur consequenter hoc. ca. ad idem propositum ex eodem concilio. Summa est eadem. omnia patent ex præcedenti capitu. Lege. ¶ [Liberti patrona] ecclesia. [nunquam moritur]. i. nunquam deficiet. ecclesia. n. nunquam potest nulla esse. vt. 24. q. 1. pudenda [effectos libertos.] Ecce plane dicitur, quod descendentes à liberto ecclesiæ sint liberti ecclesiæ, sed quo ad eos sic intelligo. i. more libertorum obnoxios, quo ad operas obsequiales. Hu. [obsequium]. i. reuerentiam patronalem, vel saltem illā, quæ dicitur opera officialis, vel obsequialis. Hu.

Exponit literam.

Pro remuneratione. §. est, in quo incipit nona pars huius quæstionis, in quo magister Gratianus inducit alios casus, in quibus licite possunt res ecclesiæ alienari. & ponit quatuor. Primus est remunerationis obsequiorum præstitorum. Secundus est miserationis. Tertius est alimoniæ pauperum. Quartus est redemptionis captiuorum & omnes comprehenduntur sub casu pietatis. De primo inducit duo capitula sequentia.



QVicunque. Inducit in primis hoc capitulum ex eodem. Sūma est, quòd si pro suffragio præstito ecclesiæ promiserit promissum implere tenebitur. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda assignat rationem ex authoritate apostoli, secunda ibi, quia sicut Paulus. patet totum. Lege. ¶ [quicūq;] prælati ecclesiarum. Hu. [suffragio] facto, vel auxilio, vel cōsilio. Hu. [promiserint] ēt nudis verbis. Hu. [oportebit soluere] licet stipulatio non interuenerit, obligat. n. nuda permissione, & si nō ciuiliter vnde tenetur ad promissum persoluendum. arg. hic, & infra. e. q. 5. quia peccaret. n. si quis nudum pactum non obseruaret, honestum tamen licet nulla solemnitas interueniret. Hu. [oportebit]. i. debebunt soluere promissum. Hu. [ad concilium prouinciale] hoc non obseruatur hodie sed obseruabatur antiquitus. vt. 10. q. 2. caselas. Hu. Arch. [Quia sicut] secunda pars. [apostolus] prima ad Ti. 5. & Luc. 10. [dignus] ar. pro magistris & pro omnibus laborantibus. ar. supra. ca. q. charitatem. Hug.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Prælatus potest seruum ecclesiæ alicui donare propter obsequium præstitum ecclesiæ.*
2 *Papa an possit dare ecclesiam vel beneficium ecclesiasticum in remunerationem alicui clerico bene merito.*
3 *Papa an possit manumittere seruum altaris inuito episcopo illius ecclesiæ.*



ECclesiasticis. Ad idem inducitur hoc ca. quod est B. Gregorii.
1 Summa est in rubro. Vel breuius sic. † propter obsequium præstitum ecclesiæ potest prælatus seruum ecclesiæ alicui donare. Et diuiditur hoc capitulū in tres partes. In prima exorditur. In secunda narrat donationem factam. In tertia mandat illā roborari authentico scripto. secunda ibi, quia ergo. tertia ibi, quenquam. Leg. ¶ [Ecclesiastici remuneratione.] Nam in ea re in qua quis laborat vel loco debet fructum sui laboris percipere. ar. d. 61. nullus inuitis. & c. quid proderit & supra. e. q. charitatem. Hu.
1 Arch. [puerum.] ¶ Hic surgit quæstio. † Vtrū papa vel alius prælatus ecclesiæ potest similiter dare ecclesiam vel præbendam ecclesiasticam vel dignitatem in remuneratione alicui clerico bene merito. licet de hac materia satis sit dictum supra in materia de simonia, hic tamen breuiter dicitur iuxta Hugu. sub conclusione affirmatiua, quòd sic. nec esset ibi simonia dummodo tria cōcurrant. Primum est quòd non præcedat pactio. Secundum quòd non sit habitus respectus tantum ad obsequium præstitum. Sed in hoc est differentia quia talia specialia non debent dari in remuneratione nisi bonis & dignis. sed temporalia possunt sic dari, etiā malis & sceleratis ex quo meruerunt seruiendo ecclesiæ. Hu. [dari] quo ad dominium [tradi] quo ad possessionem. Hu. [præcipimus huiusmodi necesse] sic cōstrue. necesse fuit eum fulciri authoritate, ac robore hmōi [nr̄æ largitatis]. i. donationis authētico scripto præstāte authoritatē, & robur huic largitati. i. donationis eam confirmāte pro testimonio futuri tēporis. Hug. ¶ Surgit hic quæstio. quare papa non seruauit formam in canone pręfixam, scilicet vt duos seruos de suis ecclesiæ re-

Diuisio. Exponit literam: Quæstio. Respōdet.

clesiæ recompensaret. Respondetur iuxta Hug. primo, quia
Respōdet. non donauit illum intuitu suo, vel alicuius priuati, sed intui-
tu ecclesiæ, cui ille donatarius multum seruierat. Tum secū-
do quia papa legibus canonicis non astringitur. ¶ Surgit quę-
Quæstio. 3 stio † vtrum papa pōt seruum alterius ecclesiæ manumittere
inuito episcopo illius ecclesiæ. Respon. iuxta Hug. quod non
Respōdet. solum seruum romanę ecclesiæ, sed etiam seruum cuiuslibet
alterius ecclesię pōt pleno iure manumittere, vel donare, etiā
inuito prelato illius ecclesiæ, & sine recompensatione aliqua
ar. s. e. q. qui manumittitur. &. 9. q. 3. conquestus. &. c. per prin
cipalem. &. 16. q. 1. frater noster. Hug.

1 *Ser uitus dicitur pœna peccati.*
2 *Deus solus dicitur gubernator & dispensator romanę curiæ.*
3 *Cardinales qui debeant primo subscribere.*



CVm redemptor. Ad idem sequitur hoc capitulū, qd̄ est beati Gregorij scribentis duobus, quos manumisit. Summa est, ꝙ miserationis intuitu serui ecclesiarum libertati donari possunt. Et diui
Diuisio. ditur hoc capitulum in tres partes. In prima po
nit exordium. In secunda manumittitur. In tertia mandat
inde confici instrumentum. secunda ibi, atq; ideo tertia ibi,
Exponit literam. hanc autem manumissionem. Lege text. ¶ [Cum redēptor]
redemptor noster Christus est. de quo ad Gal. 3. Christus nos
redemit de maledicto. & Apoc. 3. Redemisti nos in sanguine
tuo [cōditor] Io. 1. p seipsum oīa facta sunt. [captiuitate] ipse.
n. captiuā duxit captiuitatē qn̄ inter cætera dona dedit se ho
minibus [seruitutis]. s. pc̄ti quo quis efficitur seruus diaboli.
1 Io. 8. &. 15. q. 1. non est. Hu. [libertati] ad Gal. 4. [ab initio]. s.
mūdi † qa seruitus pœna pc̄ti est. vnde natura oēs fecit libe
ros, sed ex culpa facti sunt serui. De ista maeria plura locu
ti sumus in principio huius operis di. 1. ius naturale. [Ius gen
tiū] approbauit. n. ius ciuile seruitutē. s. vt seruarent captiuos,
& non occiderētur, & sic fierent serui. Hu. nota etiam di. 1. c.
ius gentium. [in qua nati fuerant] ab initio mūdi in suis ma-
ioribus, vel in sua natiuitate, quo ad ius naturale, ex quo nul-
li nascūtur serui. [Itaq;] secūda pars. [pietatis ciuesq; Roma-
nos] pleno iure manumissi. [Hanc autem] tertia pars [cum tri
bus] vide ꝙ paucorum subscriptio & consensus sufficit in
alienatione rei ecclesiasticæ facta à papa quod non obtinet in
alijs. ipse. n. solus potest alienare si vellet, & esset rata alienatio
licet omnes cardinales dissentirent. vt. 9. q. 3. cuncta. Hu. dicit
Lauren. ꝙ in fauorem libertatis multa contra iuris formam
sunt introducta. ff. ad legem fal. l. pęnales. §. vlti. vel alias non
potest papa alienare rem ecclesiasticam sine consensu cardi-
nalium, licet quidam contradicūt plenissimam ei attribuen-
tes potestatem, nisi in articulis fidei. ſm Lau. Archi. † Magis
Laurenti. 2 nobis placet dictum Hu. quia sibi soli data est gubernatio &
dispēsatio romanę curię. di. 23. in nomine domini [prioribus]
. s. primo subscribentibus. arg. † ꝙ presbyteri cardinales pri-
3 mo debent subscribere, & postea alij. Hu. vel prioribus quo
Archid. ad cardinalatum. Qui enim primo fuerūt cardinales, primo
debet subscribere. hoc bene obseruatur inter cardinales, qui
sunt eiusdē ordinis. Hug. [Subscripsimus.] vide hic dicit glo.
ꝙ sigillum papæ non faciat chartam authenticam, nisi assit
subscriptio. sed vide de testibus. eum à nobis. glo.

Item serui. §. est, in quo magister Gratianus præter principale propositum loquitur de immunitate seruorum ecclesiæ, & forte fuit occasio huius interpretationis, quia fecerat mentionem de seruis ecclesiarū, & de immunitate ecclesiarum, vel sicut supra ostenderat ꝙ ecclesiarum possessiones non erant à laicis fatigandæ. ita nūc ostendit, ꝙ etiam nec serui ecclesiarum. ad quod inducit sequens capitulum.


1 *Serui ecclesię an possint cogi in aliquo casu ad operas publicas.*
2 *Consilium an possit constituere super seruis sine authoritate principis.*



ECclesiarum seruos. Hoc capitulum sumptū est ex concilio Toletano. Summa est in rubro.
Diuisio. Et pōt diuidi hoc cepitulum in tres partes. In prima narrat excessum lachrimabilem. In secū
dn implorat fauorem principis secularis. In ter
tia punit talia præsumentem. secūda ibi, propter quod. tertia
ibi, si quis vero. Lege textum. ¶ [Ecclesiarum seruos] genera Exponit literam.
liter loquitur & de seruis ecclesiæ, & de seruis clericorum.
Hu. [actoribus] id est officialibus, vel administratoribus [an-
garijs] iniustis exactionibus vel oneribus. Et iste tex. contra
principes & consulas, qui ecclesias & eorū rusticos grauant
in talijs, & angarijs, & publicis operibus. s. in fossatis cauādis,
& in muris extruandis. Hug. ¶ Surgit hic quæstio † vtrum in Quæstio.
1 aliquo casu possint serui ecclesię cogi ad has publicas operas Respōdet.
Respōdetur vt dicit gloss. ꝙ sic, s. cum occurrit magna neces
sitas, vt cum ciuitas esset obsessa, tūc enim non debet pati ec
clesia suos rusticos defendi aliquo priuilegio à custodia & hu
iusmodi, imo debet eos ad hoc compellere. extra de immu-
nita. ecclesiæ. peruenit ibi, vide Bernardus & Hostiensis [pro Hostien.
pter quod] secūda pars. [omne. domini nostri]. s. regis, qui in-
tererat cōcilio quem ex humilitate vocat dominum suum.
Hug. hodie secus. extra de crimin. falsi. quam graui. vbi ap-
pellat reges filios [tales vsus] id est abusus, & pessimas consue
2 tudines. ¶ Surgit quæstio nūquid † concilium sine authorita
te principis poterat hoc constituere cum serui illi subsint iu Quæstio.
risdictioni temporali ecclesiæ. Respondetur iuxta Hug. ꝙ sic Respōdet.
& ita constituit nec sacerdotes siue patres concilij petunt vt
concilij constitutionē confirmet. Sed vt iudices suos & acto
res in quos potestatē habebat à talibus præsumptionibus re
frenet. vnde ait vt tales &c. Hugo. [Si quis vero] te, ita pars.
[seruū clerici] propriū & sic gñaliter loquitur de seruis cleri
corū siue proprijs siue ecclesiasticia. Hu. [à cōmunione eccle
siastica.] ar. ꝙ quis punitur in eo in quo peccat. ar. s. e. q. qui &
humanis. Hug. [cui impedimentum.] ¶ Surgit quæstio, qua
liter fecit impedimentum ecclesiæ qui tales seruos occupat. Quæstio.
Respondetur ꝙ multipliciter iuxta Hug. primo quia subtra Respōdet.
hūtur ipsi ecclesiæ opere seruorum. Secūdo quia abstrahūtur
clerici à seruitio & officio ecclesiæ intendendo eis, quæ ser-
ui debebunt facere. Tertio subeundo solicitudinem & labo
rem de eis liberandis & defendendis ab eo qui eos occupauit
Hug. Lau. Archidi.

Item pro alimonia. §. est, in quo Gratianus subiūgit alios casus licitę alienationis rerum ecclesiæ. l. in casu alimoniæ præstādę pauperibus tempore necessitatis. & redemptionis captiuorum, pro quibus inducit sequentia capitula vsq; ad. §. itē largitate.

1 *Casus in quibus licite alienantur res ecclesię.*
2 *Ecclesia tenetur redimere captiuos vbi timetur periculum mortis.*
3 *Calix quando debet vendi an sufficiat quod confringatur absq; eo quod confletur.*



AVrum. Hoc est capitulum beati Ambrosij libro de officijs. Summa. Ambro-
1 sius hic intendit ostendere ꝙ res ecclesiasticę
& etiam vasa sacra possunt alienari tempore necessitatis. Et ponit quinq; casus in quibus lici-
Diuisio. tè alienantur res ecclesiæ. s. pro alimonia paupe
rum, pro redemptione captiuorum, pro loco religioso ędifi-
cando, pro cemiterijs ampliandis, pro sepulchris mortuorū
extruendis. In his quidem vasa prætiosa & etiam sacra debēt
alienari alij ecclesię in eadem forma, laicis confracta, & con-
flata. Et potest hoc capitulum diuidi in generali in duas par-
tes. In prima ostendit exemplo rationibus & authoritate ꝙ
vasa sacra possunt alienari in casibus prædictis. In secūda dat
formam alienādi illa. secūda ibi, in his tribus. Lege te. ¶ [Au Exponit literam.
rum] non vt cōseruet tempore necessitatis. s. ea. q. nolo. alias
autem & habere potest & seruare. vt. s. e. q. 1. exemplum. &. c.
habebat. Hug. Crudele plane est aurum in techa rubiginari &
proximum fame mori, aut carcere cruciari. vnde saluator ait.
Mat. 6. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis [nihil
adiuuat] si seruetur cum necesse est vt adiuuet. Hu. [quantū]
. i. quam multum [assyrij]. i. Babylonij, qui sub Nabuchodo-
nosor rege ceperunt Hierusalem & vasa de templo domini
abstulerunt. Hugu. vt patet. 4. Regum. 24. &. 25. [melius] ele-
ctiuè. vt. 22. q. 1. considera. Hug. & Archi. [cōflat vasa] etiam
sacrata. Hu. [desunt pauperibus vel ecclesiæ] ad dandum pau-
peribus. Hu. [contaminat] tractando manibus pollutis. Hug.
Archi. [asportat]. 16. q. 7. maiores nisi. Archidi. [dicturus es] Archid.
Matth. 25. [Cur passus es mori] quod qui facit homicida est.
di. 87. pasce, [ministrasses]. i. debuisti ministrare. ad hoc tene
tur prælatus, & peccat si hoc non facit. distin. 47. sicut. Hug.
& dis. 86. non satis. Hu. [cur tot.] Hic ponit alium casum li-
cite alie-

citę alienationis rerum ecclesiæ.s. propter redēptionē capti-
2 uorum[hoste occisi]. Hic est ar.† q̄ ecclesia tenetur redimere captiuos vbi timetur periculum mortis.vt.s.e.q.sicut oīno. Hu. Item vbi timetur periculum seu mors animæ, vt cū cogerētur adorare idola.23.q.4.ipsa pietas. Laur.[vasa].i.corpora.[his non posset]responsum est conueniens. Hug.[timui] sic forte se excusabat.i.forsitan dicet quis. q̄ vasa argentea vel aurea ideo non vendidi pro redemptione captiuorum, ne ornatus deesset in ecclesia. Sed hanc responsionē remouet Ambrosius.[Respondet].s. Ambrosius, vel quicunq; alius prudēs qui vult tali prælato negligenti pietatis opera se opponere [q̄ aurum sacramenta non quærunt]de necessitate quia possunt confici sacramenta in vasis non aureis, aut argenteis, q̄a in quocunque vase accedit verbum ad elementum fit sacramentum. vt dicit August. super Ioan. Si arguatur de.ca.vt calix. de conse.di.1.vbi dicitur, q̄ calix si non potest esse de auro, saltem fiat de argento, vel saltem ex stanno. Respondetur q̄ illud quod hic dicitur non quærūt, intelligitur quantū ad effectum sacramenti, vel efficaciam sacramenti, vel vt magis placeant Deo, quoniam non minus sunt sacramenta, nec minus sunt efficacia, nec minus Deo grata, si conficiantur in alijs vasis quam aureis, vel argenteis. Exposcit tamen dignitas & reuerentia, vt quando fieri post sacramentum corporis & sanguinis Christi in vasis argenteis vel aureis conficiatur[quæ auro non emuntur].i.emi non debent. Hu. Absit.n. tam sancta auro comparari quod detestatus est Petrus Simoni mago. Actuum.8.[Ornatus sacrorum redemptio captiuorum est] quoniam per redemptionem captiuorum ab infidelibus eripiuntur animæ à lapsu erroris, & verius ornatur ecclesia lapidibus viuis, quam auro & argento mortuorū. Sanctius est templum spiritu sancti, quod fideles sunt omni vase templi corporalis. Et quanto prætiosior est anima corpore, tanto magis ea per quæ anima liberatur à morte.s.eterna in redemptione captiuorū.[Sanguis] Sanguis Christi redemit nos à seruitute peccati.prima Pet.1. Non enim auro & argento redempti æstis, sed pretioso sanguine Christi. Igitur ille est pretiosus thesaurus, qui captiuos redemit, quos sanguis Christi operatus est.s.redemptionem. Apocal.5. Redemisti nos in sanguine tuo[nemo.]Subiūgit Ambro.5.ꝓpter quæ licitum est sacra vasa vendere. Primum est alimonia pauperum. Secundum redemptio captiuorum, quæ duo simul coniungit dicens[nemo potest dicere].i.obijcere, & aliquem inde accusare [cur pauper viuit & captiui &c.]i.quare bona ecclesiastica sunt expensa in vsus pauperum, & in redemptione captiuorū cum ad hoc sint ordinata, vt inde pauperes viuant, pro quibus mortuus est Christus. Esa.58. Frange esuriēti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. [nemo potest accusare, quia templum &c.]Ecce tertium id est, quia bona ecclesiæ sunt exposita in ędificatione templi loci religiosi [...].]Ecce quartum[humādis.spatia] .i.cemiteria[laxata].i.ampliata.i.quia res ecclesiæ sunt alienatæ pro emendo locum ad opus cemiterij, vel dilatandum vt ibi sepeliantur corpora.[Nemo potest dolere]. Ecce quintū [dolere].s.de hoc. quia bona ecclesiastica sunt expensa ad cōstruēda sepulchra mortuorum, & hæc duo quia similia sunt & ad idem comprehendūtur sub eodem membro. Hu. vnde sequitur[c.In his tribus] secūda pars. [generibus].i.casibus quinq; posuit modo dicit tribus. sed duos primos casus nunc ponit sub vno membro cum ad vnum effectiue pertineant, scilicet ad saluandum vitam hominum. Similiter alios duos, scilicet quartum & quintum ponit sub eodem membro, cū ad vnum effectum similiter pertineant.s.ad corpora mortuorum humanda. tertium patet, Archid.[Initiata]consecrata.vt di.32.verum. Hu. Arc.[cōfringere & conflare.]¶ Surgit hic
3 quæstio.† Vtrum cum vendi debeat calix, sufficit q̄ confringatur absq; eo q̄ cōfletur. Respōdetur iuxta Hu. q̄ nō, & rō est. Nam in superficie exteriori potius consistit consecratio. & vnctio, ne ergo ibi aliquid consecrationis remaneat cōfringūtur vasa sacrata, & postea conflantur, & ita venduntur. Et ita agendum est quando laicis personis vendūtur. Alię vero ecclesiæ possunt vendi in eadem forma.10.q.2.hoc ius. vnde sequitur[forma poculi].i.vasis[mystici].i.calicis in quo[mysticum poculum].i.sanguis Christi cōficitur, & sumitur. Hu. [ne exeat de ecclesia].i.calix in sua forma non vendatur, nisi ecclesiæ, nec exit si alteri ecclesiæ vendatur ne ad vsus nepharios.i.inhonestos. vel mundanos, vel maleficos transferatur in prima forma, quod enim consecratum est non potest venire.vt.14.q.6.comperimus. Ideo primum ponit ordinem alienandi.[Nam prima vasa quæ initiata non essent]id est nō secrata[denique com minuta.s.consecrata, postremo conflata.i.illa quę in sua forma nullo modo extra ecclesiam debent exire per minutas &c. Concludit in huiusmodi quæ supra diximus.s.pro pauperibus pascendis, pro captiuis redimēdis, pro ecclesijs construendis, pro cemiterijs ampliandis, pro sepulchris extruendis. Hug.

Lauren. — Opponit — Respondet — Quæstio. Respōdet

1 *Res ecclesiæ debent distribui pauperibus.*
2 *Sacerdos quare non debet studere proprijs diuitijs.*
3 *Causa cessante cessare debet quod propter causam introductum est.*
4 *Vasa aurea & argentea quod sint in ecclesia an placeat Deo.*
5 *Res ecclesiæ seruare ad cautelam futuri licitum est.*
6 *Peccatum aggrauatur ratione rei in qua peccatur.*


Gloria. Ad idem introducitur hoc c. q̄ est beati Hieronymi ad Nepotianum. Summa. Hiero. loquitur & inuehit contra episcopos auaros erga pauperes & indigentes, sed superfluos circa se & suas & circa ornatum ecclesiæ. Vel sic. Summa. † q̄ res ecclesiæ debent
1 pauperibus distribui. Et diuiditur hoc capitulum in quatuor partes, in q̄bus quatuor documēta notabilissima ponūtur. In 1.ponit, q̄ gloria epī sit pauperum curam habere. In 2. inuehit in eos, qui de ornatu tēplorū curam habent, sed de ornatu virtutum ministrorum Dei nullam. In tertia ostendit quam graue sit peccatum defraudare ecclesiam aut bona pauperum subtrahere. In quarta ostendit quam difficile sit cūm diuitijs sequi Christū. secunda ibi, multi ædificant. tertia ibi, amico. quarta ibi, Socrates ille. Lege textum. ¶ [Gloria episcopi &c.] Certe gloria episcopi est prouidere necessitatibus pauperum. In hoc enim clarescit episcopi dignitas. Est etiam episcopus pater pauperum, qui debet suis filijs prouidere, vt cum sancto Iob dicat. Iob.29. pater eram pauperum. vnde prima ad Ti.3. dicit apostolus. Oportet episcopum hospitalem esse.[ignominia est sacerdotis]ignominiosum plane est sacerdoti studere proprijs diuitijs. Tum quia eius officium est vt mente sit eleuatus ad Deum. Turpe ergo est q̄ sit depressus per auaritiam ad terrena. Tum quia ignominiosum est sacerdoti, q̄ habeat cor deorsum ad ima, qui alios inuitat dicens. Sursum corda habere ad dominum. Tum quia sacerdotibus dicitur. Psal.2. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Non possunt autem seruire Deo & mammonę. Lucæ.16. Tum quia cum sacerdos in diuitijs magnificatur & delicijs affluit ad ignominiam sibi reducitur q̄ pauper natus famelicus vili cibo nutritus, ꝓut de se dicit Hieronymus. Causa humilitatis natus. dicit in persona auarorum & diuitum & delicatissimorum prius tamen pauperum. Hug.[cibario].i. familiari & grosso. Hugu.[rugientem]id est famelicum. Hu. [non poteram]quia non habebam. Archidia. [nunc] ex quo factus sum diues vel prælatus[similam].i panem albissimū qui fit ex flore farinæ [multi]secunda pars.[ædificant parietes columnas ecclesiæ subtrahunt].i.à profundo eleuant[ministrorum]Christi[nulla dilectio].i.cura[personas]paratas & virtutibus ornatas[eleuare] in ecclesia[nec nihil aliquis opponat[quia argumentum eius parum valebit. Si quis dicat q̄ ornatus magnus fuit in templo. hoc.n.non arguit. Tum quia ille ornatus magnus procedat ex volūtate Dei.[Tunc.n.hæc probabantur à domino].i.placebant ei, quando sacerdos hostias &c.& sanguis pecudum erat remissio peccatorū[per significationem].i. significabat illum sanguinem Christi per quem peccata dimittuntur. Hu. Lau. Arch. ad Hebre.9. Si sanguis hircorum & taurorum & puluis aspersus vitulę sanctificabat iniquinatos, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientias vestras ab operibus mortuis, cum dicit quando sacerdotes. Est arg.† quod causa cessante cessare debet quod
3 propter causam introductum est, & quod mutatio temporis rerum mutationem inducit. vt.23.q.quarta. si ecclesia.&.32. q.1.quod autem. ¶ Surgit hic quæstio.† vtrum nunc placeat
4 Deo q̄ sint in ecclesia vasa aurea & argentea. Et vtrum debeant esse. Et videtur q̄ non ex præsenti capitulo. ¶ In oppositum videtur quoniam multi sancti & principes catholici commendati sunt, q̄ talibus ornauerint ecclesiam. ¶ Respō. sub duabus conclusiocibus. Prima est q̄ Deo placent. Secūda q̄ in ecclesijs esse debent propter reuerentiam diuini cultus & excellentiam sacramentorum, licet non sit necesse, q̄ sint tot quot erant in veteri testamento, quia cum populus ille esset carnalis necesse erat duci per ista mundana & temporalia ad reueren-

Diuisio — Exponit literam. — Archid. — Quæstio. — Opponit contrariū — Respōdet.


ad reuerentiam diuinitatis. De calice autem aureo aut argenteo habendo si haberi potest, de conse. di. 1. vt calix. Si vero in aliqua ecclesia habeantur huiusmodi vasa in superabundantia quæ sunt & vendenda in tempore necessitatis, quã est alia responsio quasi diceret, sic respōdetur quamuis aliter posset responderi. s. ꝙ omnia illa præcesserūt in figura. prima ad Cor. 10. vnde quia præcesserunt in figura veniente veritate illius figuræ, & elapso tempore debuerūt cessare. Significat .n. ille ornatus veteris testamenti, ornatum viuentis tabernaculi. s. fidelium. ex quibus sicut viuis ex lapidibus constituitur ecclesia Christi. Et iste est qui maximè placet Deo. [Scripta sunt propter nos] ad doctrinam nostram, & correctionē [in quos fines seculorum]. i. qui sumus in vltima ætate. vnde Augustinus. 22. de ciuitate Dei ait sic. Ioan. dicit prima Io. 2. nouissima hora est quantum duratura sit ignoramus, dicente veritate. Actuū. 1. non est vestrum nosse tempora, vel momenta. quæ pater posuit in sua potestate. [Nunc vero] quasi diceret. ita erat in veteri testamento, sed nunc aliter est in nouo. vt. 16. q. 7. & hoc. Hu. [pauper dominus omniū] ad Hebr. 1. Deus omnia subiecit sub pedibus eius, vt secūdum Ambr. sit dominus omniū, etiam ſm ꝙ homo natus de virgine voluit tamen pauper esse, non vtens suo dominatu, quo ad diuitias qui dicebat, filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Lucæ. 10. Fuit ergo Christus homo omniū dominus. quia Ioan. 1. In ꝓpria venit. sed fuit pauper quo ad vsum dominandi, vt diceret Psal. 75. Inops & pauper sum ego. [crucem] sic saluator ait. Matt. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & quæ in mūdo sunt contemnendo per humilitatem, & tollat crucem suam. s. pœnitentiæ, mortificādo membra nostra per pęnitentiam, & sustinendo passiones & contumelias pro Christo, & opponendo nos morti ꝓ domo Israel, si necesse fuerit. vt di. 43. sit rector. [amico] tertia pars. [ecclesiã fraudare] id est recipere & vsurpare res ecclesiasticas, [sacrilegium est.] Dicit enim Augusti. super Ioã. homil. 60. Qui de ecclesia tollit, sacrilegiū committit. & Iudæ proditori comparatur. Nota tamen ꝙ vt dicit dominus Vlrichus. nōn est propriè sacrilegium. sed ſm similitudinem. s. ꝙ illę res auferūtur de sacro. id est de ecclesia. vbi licet non sint localiter sunt tamē ibi ſm dominij potestatem [pauperibus erogandum] id est vsurpare dispensationem rerum ecclesiasticarum [vel pluribus esurientibus] id est in tempore necessitatis id reseruare [vel cautum est]. i. ad cautelam fit, quia pro certo expectatur maior necessitas in sequenti tempore, nec adhuc tanta est indigentia, quod ecclesia non possit reseruare. † ad cautelam enim futuri licitum est reseruare res ecclesiasticas. vt. s. e. q. 1. exemplum. & cap. habebat. & q. 2. vobis. Quædam enim cautela est, laudabilis, vnde estote prudentes sicut serpentes &c. vt. 16. q. 1. si cupis. Hug. [vel timendū est] id est timore & auaritia retinet, nullã habens iustam causam retinendi, cum omnes videat mori fame. Hug. [subtrahere fraudulenter, & malitiose [superat omnium prædonum crudelitatem] quia vt dicit Vlrichus in summa sua tempore extremę necessitatis vergit in stragem egenornm communitatis. ar. † ꝙ ratione rei in quam peccatur aggrauatur peccatum ar. 17. q. 4. sicut qui. & 22. q. 2. mouet. [Socrates] quarta pars. [thebanus] sic dictus est, quia in ciuitatem thebarum quæ est in græcia natus fuit. vnde thebanus à thebis dictus est [auri pondus] tunc Socrates nondum protectè moralem philosophiam fuerat assecutus. Primo quia pondus auri non proiecisset in mari, sed quod sibi erat impedimentum philosophię fuisset credere in vtilitatem proximorū dando pauperibus. Hoc prudentia dictat, ad hoc inclinat misericordia, & liberalitas, amicitia, & proximi dilectio. Sic docuit Christus. Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Secundo quia multi cum diuitijs habuerūt virtutes, vt Abraham, Dauid, Iob. Et vt dicit Aug. multi sancti reges & canonizati in nouo testamento. Tertio quia & si diuitias habuerūt effectu, eas tamen sibi subiecerunt & contempserunt affectu. vnde fuerūt pauperes spiritu. Mat. 5. vt dicit Au. de moribus ecclesiæ. In hoc tñ laudat Socrates, ꝙ maluit abijcere diuitias, quam virtutibus carere virtutes simul & diuitias] si ex cupiditate & amore diuitiæ teneātur, ꝓpter eas iustitia deseratur, aliter diuitiæ cum virtutibus bene possunt haberi. Nam diuitem cum bonis operibus non reprobamus. vt. dist. 30. hæc scripsimus. Hu. [nos suffarcinati] hic reprobat Hieronymus clericorum auaritiã. i. onerati. [Sequimur]. i. sequi volumus, vel sequi nos credimus, & simulamus [sub prætextu]. i. sub tali prætextu. s. vt reseruent ad eleemosynã faciendã, quasi diceret hoc dicimus hoc prætendimus. s. nos cōgregare diuitias vt inde eleemosynas faciamus [pristinis]. i. prius diu habitis [incubantes] eas conseruando [alienal]. i. ecclesiastica [plenus venter]. i. ꝑlatus, qui viuit in oĩ affluentia rerū & delicijs. Hug. multi. n. prælati sunt, qui de bonis ecclesiæ vitam ducunt voluptuosam, & ventre pleno de ieiunijs disputant, de pauperibus loquuntur quibus se cōpati fingunt, sed facto negant & mentiūtur. [non Hierosolymis fuisse &c.] quasi diceret, non prælatū esse, vt prælati locū tenere, laudandū est, sed facere opera ꝑlati bona. vt. dist. 40. non facile [non loco] nisi. n. opera prælati faciat vanum tenet nomen prælati. vt disti. 86. fratrem. & canis impudicus potius est dicendus, quam prælatus. 2. quęstione. 7. qui nec. & distin. 83. nemo. Hugo.

Margin notes (left column): Hugo. — Ambrosi°. — Augu. — Vlrichus. — 5 — Vlrichus. 6 — Aug. — Augu.

Item largitate.

Adhuc adducit magister Gratianus aliū casum, in quo res ecclesiastica licite potest alienari, scilicet quo ad vsumfructū dando eas clericis sub nomine præcarię, pro quo inducit sequens capitulum.

1 *Clericus qui episcopi largitate rē ecclesiæ recepit quo ad vsum fructum, debet sub nomine pręcarię de ea professionem scribere, & illam vtiliter colere, alias priuabitur.*




1 SAepe fit. Hoc capitulum sumptū est ex cōcilio Toletano. Sūma. † Clericus q episcopi largitaterē ecclesiæ recipit quo ad vsūfructū, debet sub nomine ꝑcariæ de ea professione scribere, & illã vtiliter colere, alias huius rei concessione priuabitur. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima præmittit causam mouentem. ad instituendum. In secunda statuit duo. In tertia subiungit trāsgressoribus pœnam. secūda ibi, quapropter. tertia ibi, si quis. Lege textū. ¶ Sæpe proprietati, i. veritati. n. sæ pe vera origo rei relabitur à memoria hominum ex tempore, & sic forte ex longinquitate temporis ignoratur, vnde tale beneficium habuisset initium, nisi inde scriptura existeret. Hu. [vel proprietati]. i. dominio, qđ fuit ab origine. Arc. [quapropter] secunda pars. [sub nomine præcario] quia sicut in præcaria interuenit solemnitas scripturæ, sic & hic debet interuenire, ne ex mora temporis reuocaretur in dubium an hæc res fuisset ecclesiæ. Hoc certificaretur per talem scripturam, & hoc est [scribere professionem]. i. facere scripturam, in qua profiteatur se talem rem sic & sic accepisse ab ecclesia Hug. [ne per retentionem &c. Nōne] ratione pręscriptionis quæ in tali casu currere non potest, quia in beneficijs præscriptio non currit. 16. q. 3. clerici. & ca. si episcopus. sed ratione ignorātiæ, quia forte ignoraretur res ecclesiæ fuisse ecclesię, & sic ecclesia eam nunquam repeteret. Et ita fieret ei præiudicium [& quicūque] secundo [illegible] ꝙ quicunq; in vsu. i. vtatur fructibus eius omnia percipit [illegible]. i. tractare, dispo nere, & tollere. Hug. [diuini]. i. ecclesiastici. [illegible] teneretur ad ęstimationem deteriorationis. ff. de peti. here. ei qui partem. §. cum prædia. & s. e. q. 4. quicunq;. Hug. & Arch. [Quod si quis] tertia pars. [priuare]. i. id est, tale quid fecisse, per quod debes priuari beneficio. argu. 11. quæst. 3. ipse. & 4. q. 5. quisquis. & tamen ęstimationē deteriorationis restituet. ar. 10. q. 2. hoc ius.

Margin notes (right column): Diuisio. — Exponit literam. — Arch

Religionis.

§. est, in quo ponitur alius casus alienationis licitæ rerum ecclesiasticarum. s. causa religionis & ad hoc inducit sequentia capitula.

1 *Diocœsanus an possit sine papæ authoritate ecclesiam secularē sibi subditam facere regularem. quod sic. num. 2.*
Non tamen de regulari secularem. num. 3.



SI episcopus. Hoc quod ad hoc inducitur sumptum est de primo concilio Toletano. Sūma est in rubro. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima concedit, quòd episcopus possit de consensu capituli & de parochia monasterium dedicare. In secunda concedit, ꝙ etiam possit pro sustentatione religiosorum aliquid monasterio dare, cum tamen sine detrimento ecclesiæ suæ hoc faciat. secunda ibi, ꝙ etiam & si de rebus. ¶ Circa hoc. c. quia tangitur in gl. potest
1 quæri † vtrum diocesanus sine authoritate papæ possit ecclesiam secularem sibi subditam facere regularem & ecōtra. Re
2 spondetur sub aliquibus conclusionibus. Prima est, † ꝙ episcopus sine authoritate papæ potest de ecclesia seculari facere regularem. patet conclusio ex isto. c. cum gloss. & ex. ca. ad audientiam.

Margin notes (right column): Diuisio. — Quæstio. — Respōdet. Prima cōclusio.

audientiæ.de eccle.ædifi.Huius cõclusionis est Ber.super præ dicta.decreta.& Host.¶ Secunda conclusio.†Episcopus sine authoritate papæ non potest de ecclesia regulari facere secularem.Ista conclusio colligitur ex.c.relatum.extra ne cle.vel mo.& de reli.domi.inter quatuor.&.19.q.3.§.quæritur.&.c. sequẽti.Fallit hoc vbi regulares haberi non possunt, quia tũc in eorum defectum possunt poni ibi seculares,vt in allegato. c.inter quatuor.in fi.vt no.Io.in hoc.c.licet aliqui.s.Ala.Tancre.& Ber.dicant . ꝙ episcopus potest indistincte de ecclesia regulari facere secularem.Sed vt dicit Henricus male , vnde opinio Ioan. approbatur in.c.allegato. quæ semel.19.q.3.&. §.præcedenti quæritur secũdum Archid.in.cap.isto.si episcopus vnam.Et idem tenet hic Ioan.& Hu.Lege.¶ [Si episcopus concilij].i.collegij, siue capituli.Hu.requirendus est etiã consensus clericorum illius ecclesię parochialis, quia beneficio canonico adepto non debet priuari sine culpa. vt.16.q.7. inuentum.nec illa ecclesia dum viuunt spoliari vel alijs clericis assignari sine suo consensu . Hugo.[quod etiam]secunda pars.[de rebus]mobilibus,vel immobilibus.Hug.[substãtia] .i.sustentatione[aliquid] dummodo non excedat quinquagesimam partem.vt dicitur in sequenti capitulo.Hu.[detrimẽtum]graue.Hug.[donauerit]de consensu suorum clericorũ. alias non esset stabile sed reuocaretur saltem post mortem eius.Hugo.

Secũda cõclusio. 3

Alanus Tãcredus. Henricus contra.

Exponit literam.

Consilium dare in bonis est opus charitatis.



Onæ. Inducitur etiam hoc.c.ex eodem cõcilio sumptũ. Cuius summa est. Episcopo non vltra quinquagesimam partem rerum ecclesię monasterio quod construxit liceat conferre , pro ecclesia vero seculari solã centesima sit contentus. Et diuiditur hoc cap. in duas partes . In prima ponit exordium.In secunda statuit duo,quæ iam dicta sunt.secunda ibi,quisquis itaq;.Lege tex. ¶ [Bonæ.consultum].i.consilium & auxilium.Hugo.†Dare enim in bonis consilium est opus charitatis & eleemosyna spiritualis.[Quisquis]secunda pars.[non amplius]. Nota ꝙ non dicit episcopus semper dari possit tantum monasterio, vel tantum ecclesiæ seculari , sed dicit ꝙ non amplius quam tantum vel tantum debet conferre.debet enim quilibet episcopus ecclesiæ facultates considerare, & secũdum hoc cum consensu clericorum magis vel minus conferre vsq; ad metam præfixam,ita vt graue damnum ecclesiæ suæ non infligatur[suis]scilicet episcopis,& ad Deum pertinentibus.Hugo. [census].i. redditus ecclesiæ ad se pertinẽtibus vnam tantũmodo.ergo non licebit ei vtranque facere simul, scilicet vt quinquagesimam partem det monasterio,& centesimam partem det ecclesiæ seculari. Hug.[remunerationem].i.gratam donationem.Hug.

Diuisio.

1 Exponit literam.



Eligiosam. Ad idem inducitur hoc capitulum quod est beati Gregorij.Summa satis exponitur in rubro. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes.In prima ponit exordium .In secunda ponit donationis mandatum . In tertia assignat causam siue rationem mandati. secũda ibi , idcirco.tertia ibi, in qua domo.Lege textum. ¶ [Religiosam.]Casus est.Quędam abbatissa forte expulsa de suo monasterio cum congregatione sua postulauerat à beato Gregorio, vt quendam locum in quo monasterium construeret sibi cõcederet. Scribit beatus Gregorius cuidam forte procuratori suo,vt quãdam domum cum horto adiacenti & hospitia quæ intra suntipsam domum ianua concludit perpetuo iure proprietatis possidendam tribuat,vt ibi monasterium construat[capana] nomen proprium vxoris cuiusdam patricij.alia patent.

Diuisio.

Exponit literam.

Casus.


¶ *Quæstio tertia.*



Cce ostensum. Hic incipit tertia quæstio huius causæ, in qua ostendit, de quibus egit & de quibus acturus sit. Postquam enim superius ostendit quomodo res sine culpa dari possunt , & constare id est stabiles manere his quibus datæ sunt,nunc quæritur quid agendum sit de his rebus, quas clerici acquirũt post ordinationem suam cum tempore ordinationis nihil habuerint.Et diuiditur in duas partes.In prima probat per duo capitula, quod si episcopus nihil habebat cum fuit promotus, tunc in morte sua totum debet dimittere ecclesię. Secunda determinat quid sit de eis quæ ei communiter cum ecclesia vel sequestranti offeruntur. secunda ibi in.§.sed quęritur.Pro prima parte inducit in primis capitulum sequens.

Continuatio.


Diuisio.



Lacuit. Hoc capitulum est ex concilio.4. Carthaginen.sumptum.Et diuiditur in tres partes.In prima dicit,ꝙ clericus aliquid suo nomine emens de pecunia ecclesiæ vel intuitu ecclesiæ quæsita nisi admonitus id restituat ecclesiæ,vt inuasor rerum ecclesiasticarum aut vt sacrilegus iudicatur.In secũda ꝙ de quæsitis intuitu psonæ vel ex cuius mera liberalitate vel ex successione alicuius cognati potest facere ad beneplacitum suum,dũmodo clericali proposito conueniat.In tertia punit illos, qui à proposito clericali exorbitauerint.s. exponendo in malos, aut turpes vsus,aut relinquendo bona,quibus non conuenit. secunda ibi, si autem ipsis.tertia ibi,quod si à suo.lege textũ. ¶ [Placuit quicunque clerici] habentes aliquam administrationem in ecclesia.Lau.[Comparant]de rebus ecclesiæ. Hu. [nisi admoniti.Si autem]secunda pars.[faciant]siue in vita, siue in morte.Hu.[ꝑposito].s.clericali.s. ne relinquãt hæreticis,vel schismaticis, vel inhonestis personis,furibus,aut concubinis suis . vt.24.quæstio.2. sane.nec expendant in turpes vsus,nec exerceant turpia,scilicet vsuras,vel negotiationes. Hug.Arch.[Quod si à suo]tertia pars.[à suo]scilicet proposito[exorbitauerint]aliquo prædictorum modorum.i.si eo modo vsi fuerint quo non debuerint [honore &c.]

Diuisio.


Exponit literam.



Vicunque. Ad idem sequitur hoc capitulum ex.11.concilio toletano sumptum. Summa,quod clerici de rebus proprijs vel intuitu personæ quæsitis possunt disponere pro arbitrio suæ voluntatis. Si vero intestati sine cognatione discesserint , ecclesia sibi res illas vendicabit.Et ita possunt duæ partes huius capituli assignari.secunda ibi, ꝙ si hoc. Litera patet.

Ecce quod illa. §.est, in quo incipit secũda pars huius quæstionis. Postquam ergo ostendit in prima parte,ꝙ clericus ea bona quæ non ex officio ecclesiastico,sed ex aliqua præstatione vtilitatis lucratus fuit,potest dare quibus voluerit.Nunc introducit quæstionẽ de his quæ dantur episcopo communiter cum ecclesia vel sequestratim remedio animarum,vel tertiã partem, quam accipit à parochialibus ecclesijs possit relinquere cui vellet . de hoc quid iuris sit explicat in capitulis sequentibus.Lege textum.¶ [Ecce.pro remedio]cum hoc exprimitur semper prę sumuntur dari ecclesiæ,nisi exprimatur dari contrariũ. Hug. [de tertia]hoc non habet locum,nisi in episcopo, nec talem tertiam potest concedere priuato quo ad ius sicut nec decimas.Hugo.

Exponit literam.




Ontifices. Capitulum hoc sumptum est ex concilio agathen. & cõtinet duo in summa,secũdum quæ diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ si prælato ab extraneis relinquatur aliqd & ecclesiæ simul aut separatim episcopo tale intuitu ecclesiæ intelligitur relictum.Et ideo inter facultates ecclesiæ computabitur. In secunda ponit,ꝙ si aliquid relinquitur episcopo, vel ecclesiæ alteri distribuendum,vel restituendum inter facultates ecclesiæ non computabitur. secũda ibi, sane.Lege text.¶ [Pontifices].i.episcopi.Sed idem est de ꝑsbytero,& quolibet clerico.Hug.[summo sacerdotio].i.episcopatu.18.dist.si episcopus.&.2.q.7.accusatio.Hug.& Arc. [dimittitur ab extraneis]aut cum ecclesia,vt cum dicitur do tibi & ecclesiæ.Idem de relictis & donationibus. Hug.[non pro commodo]id est vt esset proprium sacerdotis,& quo ad vsum, & quo ad proprietatem.Hug.[probatur]id est præsumitur à canone . Hæc præsumptio durabit quousque appareat contrarium . Hugo.[sane]secunda pars.[per fideicommissum profuturum]id est restituendum,non poterit inuito illo,cui restitui debet.Hu.alia patent & clara sunt omnia &c.

Exponit literam.

Archid.

1 *Episcopus potest dimittere tertiam partem de ecclesijs parochialibus,recipit vel illi ecclesiæ à qua illam decepit, vel alteri.*



Piscopus. Ad idem propositum inducitur hoc.c.ex concilio toletano sumptum . Summa est.† ꝙ episcopus tertiam partem quam de ecclesijs parochialibus recepit potest dimittere

Diuisio. mittere vel illi ecclesiæ à qua illam tertiam partem recepit, vel alij, breue est. Lege. ¶[Episcopus cuius res].i.illa tertia pars id.[irreuocabile perpetuo] ex quo donatio facta est cum consensu clericorum,intellige tamen quo ad ius episcopi.quod intelligitur deductis expensis fabricę.secundũ Hugo.& Archidiac.

¶ Questio quarta.




Qvod autem. §.est in quo incipit quarta quæstio huius causæ qua quæritur cui debeat prouenire res quæsita communiter de rebus ecclesiæ,& de rebus prælati,an tantum ecclesiæ, an tantum prelato siue eius hæredi, vel cõmuniter eis. Solutio quæstionis stat in hoc, quod communiter debet prouenire & communiter inter eos distribui, & hoc pro rata prætij dati. Si enim ęqualiter dederunt ecclesia & prelatus in re illa emanda æqualiter diuideretur,si plus dedit ecclesia quam prælatus, vel prælatus plus de proprijs quam ecclesia de suis,pro rata precij data vterque obtinebit portionem rei emptę vel acquisitę.



Sacerdotes. Ad hoc inducit hoc ca. ex concilio eodem Toletano sumptum.Summa est continens duo secundũ, quæ diuiditur hoc.ca.in duas partes. In prima ponit, quod si prælatus vel quicunque habens administrationem ecclesiasticã emerit aliquid de rebus tantũ ecclesiæ debet instrumenta conficere in homine ecclesiæ.In secunda ponit,quod si de rebus ecclesię,& proprijs emerit pro rata pręcij debet res diuidi inter ecclesiam,& hæredes prælati.secunda ibi,hi vero.Lege[¶Sacerdotes de rebus ecclesię tm̃.Hu.[vile vel earũ habuerint].i.Si aliquid proprium habẽt.hoc ideo dicit, quia si constaret eos nihil habere de proprio,siue suo nomine, siue nomine ecclesiæ instrumenta conficerentur, ecclesia inde nullum detrimentum pateretur.Nam totum sibi vendicaret ecclesia.Hug.[ad ecclesię nomen] ita q; ibi contineatur nomine ecclesiæ, & ad opus ecclesiæ esse factam emptionem.Hu.Non enim iustum est imo ingratitudine plenum,vt is cui bene fecit inferat benefactori malum], & hoc est quod dicit[extraneum].s. prælatum[in alieno] .i.proprio ipsius sacerdotis quæsito de alieno.i. de ecclesiastico quod ipse alienat ab ecclesia, & sibi appropriat & in suo.i.ecclesiæ retineat fraudatorem. Sensus nõ est iustum, vt ecclesia quem de extraneo per electionem fecit domesticum & diuitem in multis quæ tanquam propria possidet,patiatur in rebus suis fraudatorem.[Hi vero]secunda pars.[compendium].i.vtilitatem.[noscũtur habere] quasi diceret,quos constat propria[cum quæsito communiter]de proprio & de rebus ecclesiæ.Hugo.[quantitas] data in emptione vtriusque rei,scilicet ecclesiasticæ & proprię in illa acquisitione communiter expensæ.Hu.[ęquo iure]id est æquali portione .Si vero quantitates sunt inæquales pro rata pretij dati fiet diuisio Hugu.

Exponit literam.

Si quis vero §.est.in quo dicit Gratianus,q; vbi cõtingit quòd si cõtingat quòd ecclesia intulerit damnum prælato, aut econuerso pro vtilitate rerũ suarum quod vicissim debent sibi restituere.ad quod inducit capitulum sequens.



Qvicunque. Capitulum hoc sumptum est ex Bracarensi cõcilio. Sũma est,quæ dicta est,& est, satis bñ explicata in rubro. Et secundum duo illa contenta in ea diuiditur hoc.c.in duas partes.secunda ibi,quod si aliquid.Leg ¶[Quicunq; sub hoc neglectu] .i.quia negligit res ecclesię augendo suas. Hugu. [diuinas] id est ecclesiasticas [laborare]id est periclitari.[distulerit] id est per dilationem passusfuerit[distringendus].i. in causam vocandus.Hug.Arc.[questum].i. vtilitatem[suis laboribus]id est suis rebus , quibus laborem impendit [neglectum laboris]id est neglexit laborem , per quem neglectum factum est, q; ecclesia non habuit de suis quantum habuisset,si occultæ fuissent Hug.[minorationem]quia minus habuit,quamdebebat habere.Hugo.[velperditionem]quia de habitis aliquid amisit. Hug.[quicquid minuit]quocunque modo & in quacũq;re damnum patitur ecclesia,si culpa vel dolo prælati fit resarciri debet à prẹlato de proprijs si habet.

Diuisio. Exponit literam.

Hu.[conuictus.] Oportet ergo ecclesiam probare se esse læsam propter factum episcopi, sed hæc probatio potest esse per euidẽtiam facti,& præsumptionem, puta res euidẽs est, & apertũ q; res episcopi sunt bene procuratæ & res ecclesiæ neglectæ. [Quod si aliquid]secunda pars.[aliquid]de proprijs. Archidi.[probare]hoc onus incumbit prelato probare,quòd pro vtilitatibus ecclesiæ expendit.10.q.2. hoc ius.

Si vero. §.est, in quo magister Gratianus dicit , q; si prælatus aut clericus de bonis ecclesiæ tantum aliquid acquisiuit.debet tuncnomine ecclesiæ instrumẽta conficere,nec de illis potest aliquid donare.ad hoc inducit capitulum sequens.



Presbyter. Hoc.ca.quod inducitur sumptum est ex concilio agathẽ. & ponitur extra de pecu.cleri.c.2.&ibi exponitur.Summa est quæ dicta est &c.Lege.¶[Presbyter diocęsim]id est ecclesiam.Io.An.[emerit]de rebus ecclesiæ tãtum.Hug.[scripturam] id est instrumentum emptionis.aut supple si non fecerit Ioan. Andr. id est si pro contumacia,aut cupiditate hoc noluerit facere.Hu. [discedat]non datur ei optio,sed est comminatio. Ber.[ordinatione]id est gubernatione.Io.And.[discedat]id est remouatur ab ea.dicebat Hostien.eum deponendum considerata lęsione.& incorrigibilitate.Ioan.Andr.

Exponit literam. Ioan. An.

Hostien.

¶ Quæstio quinta.



Testamenta. §.est, in quo intitulatur quinta q̃stio, qua quæritur scilicet an clerici possint testari id est testamentum condere.Et diuiditur in duas partes.In prima distinguit inter bona propria , de quibus non potest testari nisi de proprijs recompensauerit ecclesiæ. In secunda tractat quid iuris si episcopus decedit intestatus. secũda ibi,in §.sed si episcopus.Pro prima parte inducit quatuor sequentia capitula.

2 *Episcopus secularis siue clericus beneficiatus si habent aliqua bona ex patrimonio vel ex successione parentum aut acquisita sibi ex artificio,vel doctrina. vel intuitu personæ, de talibus possunt facere testamentum & num. 3.*

Et quid si de talibus non disposuerit.num.4.& 5.

6 *Episcopus secularis vel clericus beneficiatus non possunt testari de bonis ecclesiæ aut de his quæ sibi quæsiuerunt intuitu ecclesiæ.& numero.9.*

7 *Clericus rector hospitalium vel magister eleemosynarum non possunt in vita disponere,nec in morte testari de redditibus ipsorum hospitalium nec etiam de [illegible] collatis ex talibus redditibus.*

8 *Episcopus secularis vel clericus beneficiatus possunt donare in vita pro libito voluntatis suæ de fructibus beneficiorum suorum quos faciunt suos.*

Et an possit testari num.10 &.11.

12 *Consuetudo quod canonicus possit testari de redditibus sequẽtis anni valet.& numero.14.*

15 *Legata facta per prelatos aut clericos beneficiatos an valeant.*

18 *Religiosus tacitè vel expresse professus non potest testari. Bene tamen si nondum est professus.num.20.*

19 *Religiosus habens filios de legitimo matrimonio cum ingreditur monasterium potest diuidere bona sua.*

21 *Eremitę si non renuntiauerunt propriis, nec se tradiderunt alicui religioni vitam mutando possunt testari.*

23 *Religiosus factus episcopus nullo modo potest habere proprium,nec hæreditatem paternam vendicat sibi quasi propriam.*



Nvlli dubium. Est beati Grego. scribẽtis Lucido episcopo.Sũma est.de quibus rebus clerici testari possunt. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima ponit exordium.In secunda narrat querelam sibi expositam fuisse. In tertia ponit vt seruato ordine iuris facienddum est.quod iustum est. secunda ibi,itaque..3.ibi,quod nec nos. Pro pleniori intelligentia huius partis siue quęstionis quintæ veniunt plura quærenda.

Diuisio.

1 ¶Primum

1 Primum est vtrum episcopi prælati vel etiam clerici possint testari.

3 ¶ Secundum, legata quę prælati soliti sunt in aliquibus prouincijs facere & clericis de fructib⁹ acquisitis de redditibus ecclesiæ an rata & firma, debeant haberi.

16 ¶ Tertium est, vtrum clericus de bonis quæ sunt acquisita tantum ratione dignitatis sacerdotalis sicut de missis dicendis possit testari.

17 ¶ Quartum, vtrum religiosi possunt testari.

22 ¶ Quintum vtrum religiosus factus episcopus testari possit.

Primũ ar. **Ad primum.** Sic proceditur.† Et videtur q̄ prelati & etiam clerici testari possint. Primo sic. Conueniens est vt bona pauperum erogentur pauperibus. sed bona ecclesię sunt bona pauperũ, quorũ epi sunt dispensatores. 10.q.2. eps. ergo eps de illis bonis põt facere testamentum pauperibus. Secũdũar. ¶ Secundo sic. quilibet videtur posse facere testamẽtum de illis bonis, quæ sunt posita in potestate episcopi. vnde in.c. præcimus. 12.q.1. dicitur. Præcipimus vt bona ecclesiæ eps in sua potestate habeat. ergo &c. Tertiũar. ¶ Tertio de illis bonis, de quibus in infirmitate constitutus potest facere eleemosynam videtur posse facere testamẽtũ, sed episcopus ex bonis mobilibus etiam per ecclesiam acquisitis potest facere eleemosynam, etiam in ægritudine constitutus. vt extra de testa. ad hoc. ergo videtur q̄ de illis potest facere testamentum. Quartũ ar. ¶ Quarto sic. Episcopi & clerici possunt aliqua donare in vita quibus volunt, vt patet ex. de dona. c.3. ergo etiam in testamento possunt illa relinquere, consequentia patet, cum donatio illa sit irreuocabilis sicut & illa quæ fit per viam testamenti. Opponit & Respõ. ¶ In oppositum est tex. præsentis.c. & aliorum sequentium. Respon. dicendum est ad hanc quæstionem sub certis conclusionibus. Prima cõ clusio.

2 Prima est. † q̄ episcopus secularis siue clericus beneficiatus, habuerint aliqua bona ex patrimonio vel ex successione parentum aut acquisita sibi ex artificio, vel doctrina. vel intuitu p̄sonæ, sibi elargita, de talibus potest facere testamentum, & donare inter viuos siue sint mobilia, siue immobilia, siue illa habuerint ante beneficium, siue dignitatem adeptam, siue post. Ista conclusio patet. Tum ratione, quia talium bonorum p̄prietas est sua. Tum etiam patet authoritate multiplici. s.e.q.1. episcopi. & ca. sunt manifeste, Item extra de testa. quia nos. & c. relatum. 2.§. cęterum. Si tamen episcopus ecclesiam læserit damnum ecclesiæ debet de huiusmodi bonis p̄prijs suis resarcire & de residuo si quid fuerit potest vt dictum est libere testari.

Secũda cõ clusio.
3 ¶ Secunda conclusio. Clericus potest de prædictis bonis p̄prijs testari etiam si sit sub patria potestate constitutus. Ista conclusio patet ex notatis per Hostien. in prædicto. ca. quia

Tertiũ cõ clusio.
4 nos. ¶ Tertia conclusio. † S[illegible]piscopus vel clericus beneficiatus secularis de huius[illegible] bonis non disposuerit in vita vel [illegible] ad consanguineos si habet. patet cõclusio ex c. allegato sint manifestę. &. c. quia nos. &. ca. relatum. 2. tales enim hæredes tenentur de illis bonis, quæ ad eos veniunt ecclesiam illam seruare indemnem si aliquod damnum ei intulerit, vt pote si forte episcopus ille de rebus ecclesiæ expendit in meliorationem proprij patrimonij, vel etiam si p̄pter diligẽtiam nimiam propriarum rerum neglexit res ecclesiæ procurare. Et ita diminutę sunt vel amissę propter culpã suã vel procuratoris aut vicarij, & sic ecclesia est damnum passa videtur teneri. ex. de offi. Arch. ea. quæ. & ex. de statu mo. cũ ad monasterium. si de rebus proprijs prædictus episcopus expenderit aliqua in vtilitatem ecclesiæ potest ipse vel hęredes sui cum hoc constiterit recuperare de rebus ecclesiæ. ita vt hic & inde fiat debita recompensatio. vt. 2.q.7. lator. in fin. & 12.q.4.c.1.&.2. & ex. de rebus ecc. non ali. episcopi. Hoc autem intelligas quando grauis est læsio, & quo ad alienationem & dominium rerum immobilium vel mancipiorum ecclesiæ, vel etiam redditũum suorum, & hoc notat Hosti. de

Quarta cõ clusio.
5 pœni. & re. §. quibus. ¶ Quarta conclusio. † Si episcopus discessit ab intestato & non habet cognatos, tunc veniunt bona illa propria eorum ad ecclesiam. patet ista conclusio. C. de episc. & cleri. l. si quis presbyter. & extra de succes. ab intest. c.1. in fi. & ibi notat Hostien. & Ber. in. c.2. & Innocen. extra

Quinta cõ clusio.
6 de testa. cum in officijs. ¶ Quinta conclusio. † Episcopus secularis vel clericus beneficiatus de bonis ecclesiæ aut de his quæ intuitu ecclesiæ acquisiuit, cuiusmodi sunt res immobiles, mancipia ecclesiæ beneficia ecclesiastica prædia redditus & etiam aliqua mobilia, vt sunt iocalia ornamenta libri & huiusmodi, nõ põt in vita inter viuos donare, nec in infirmitate de istis testari. Ista con[illegible]tet, tum ex iuribus. s. allegatis tum ex. ca. non liceat. 84.q.2. & in præsenti. q.5. qua[illegible] per totum. Patet etiam ratione, quoniam talia bona [illegible] sunt eis propria sed sunt tantum eorum dispensatores, & administratores in vita sua, vt extra de dona. fraternitatem. ¶ Sexta cõ

Sexta cõ clusio.
7 clusio. † Clericus rector hospitalium vel magister eleemosynariarũ sicut nec de redditibus ipsorũ hospitaliũ. Ita nec etiã de fructibus de talibus redditibus collatis possunt in vita disponere nec ĩ morte testari. patet ista cõclusio cũ tales fruct⁹ nõ faciat suos ẽt à terra separatos. Ista cõclusio patet ẽt extra de reli. do. c. quia contingit. in cle. & no. ibi Ioan. An. (Ioan. An.) nec mirum. quoniam talia propriè beneficia dicuntur. vt extra de

Septima conclusio.
8 præben. c. per literas. in clemen. ¶ Septima cõclusio. † Episcopus secularis siue clericus beneficiatus de fructibus beneficiorum suorum quos faciũt suos possunt donare in vita sua pro libito voluntatis. ista conclusio patet. Dicit enim Hostien. (Hostien.) in summa ti. de dona. §. & quid. q̄ consuetudo gñalis, patet q̄ prælati sani & sui compotes pecuniam, equos, fructus, & res se mouentes & mobiles donant prolibito volũtatis, possent tamen si nimis excederẽt reprehendi, quod totum committendum est arbitrio boni viri. extra de dona. apostolicæ. &.

Octaua cõ clusio.
9 c. cæterum, & fraternitatem. ¶ Octaua conclusio. † Episcopus vel clericus beneficiatus de bonis quæ propriè sunt ecclesiæ, sicut sunt propria agri & alię possessiones & etiam mobilia quę p̄priè ecclesię, sicut sunt ornamẽta libri, & huiusmodi non põt testari patet cõclusio per iura allegata. & quia pro

Nona cõ clusio.
10 prietas talium non est sua. ¶ Nona cõclusio. † Episcopus siue clericus beneficiatus licet de redditibus beneficiorũ possit causa eleemosynæ dare siue sanus siue in ægritudine constitutus, dum tamen sit compos rationis de mobilibus rebus pauperibus vel seruitoribus suis. regulariter tamen non potest de eis testari. patet conclusio ex præsenti tex. & alijs iuri

Decima cõ clusio. Vlrichus.
11 bus allegatis. ¶ Decima conclusio. † Episcopus siue clericus beneficiatus de fructibus beneficiorũ potest testari. vbi cõsuetudo ita obseruat. Ista conclusio est domini Vlrichi de argentina in summa. vbi dicit sic in forma. Credo q̄ vbi hoc est consuetum ibi de rebus ecclesiarum mobilibus potest testari. Item ista conclusio est Io. And. (Ioã. And.) in nouella super. 6. super regula iuris. nemo plus potest, vbi quærit an valeat consuetudo mutinensis ecclesię, quæ permittit canonicos testari de fructibus percipiendis præbendarum suarum post mortem, vsque ad annum. Et post multa argumenta pro, & contra dicit Archid. Bononien. hanc quæstionem disputasse & tenuisse q̄ non. Sed ipse tenet contrarium. per. c. si propter. de rescrip. li. 6. vbi patet q̄ de cõsuetudine fructus primi anni possunt deberi singulari personæ, & sic mortuo ipsius hęredi vel legatario. Idem. s. de rescrip. eam te. & de consue. li. 6. c. 1. Hæc opinio Ioan. And. est hodie approbata secundum eum per extrauag. Io. 22. suscepti. vnde Abbas. super. c. cum in officijs. extra de testa. dicit. q̄ hoc quod dicitur q̄ clerici non possunt testari fallit secundum quosdam si hoc habeat consuetudo, vt clericus possit testari de bonis per ecclesiam acquisitis, quod indistinctè non admitto, sed restringo ad bona mobilia & modica. Sicut. n. valet consuetudo vt modica possit donare. vt. c. cæterum. de donatio. Ita dicendum est respectu facultatis testandi. Nã si consuetudo haberet de rebus magnis esset onerosa ecclesiæ, & sic non valeret. vt in. c. 1. de consuetu. Respectu autem bonorum immobilium puto non proficere consuetudinem, quia non possunt alienari

12 sine solennitate, de qua. 12.q.2. sine exceptione. † Valet autẽ consuetudo vt canonicus possit testari de redditibus percipiendis anno sequenti post mortem suam, quia potius præiudicat successori, quam ecclesię. de quo plene per Ioan. And. in regula nemo. de regu. iuris. lib. 6. hæc Abbas. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in contrarium. Ad primũ arg. Ad primm dicẽdum est negando consequẽtiam. Et ratio est, quia non est idem dispensare & testari. vnde episcopo permittitur de illis bonis eleemosynam facere, & non testari. extra de testamẽ. ad hęc. Et ratio est, quia testatorem oportet esse dominum rerum, de quibus fecit testamẽtum, sed dispẽsatorem non oportet esse dominum rerum, de quibus facit eleemosynam. vnde extra de testamentis. ca. quia nos. dicit glo. Clerici de bonis ecclesiæ nullum possunt facere testamentum, cum eorũ proprietas non sit sua, cum solum vsum habeant, sed tantum de victu & vestitu contenti esse debeant, quod intelligẽdum est pensato statu & dignitate personæ. Ad secundũ ar ¶ Ad secundam respondetur, quod maior est vera de illis quę sunt in potestate alicuius quantum ad proprietatem & dominium, sed res ecclesię non dicuntur

non dicuntur in potestate, nisi quantum ad dispensationem & administrationem, vnde ratio non militat. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ assumptum est falsum sicut patet ex capitulo ad hæc. Clericus potest aliqua donare intuitu eleemosynæ de rebus ecclesiæ, non tamẽ potest quidquam de eis exponere in testamento. Et ad probationem cum dicitur, quod ęquè sit reuocabilis illa donatio, sicut q̃ fit in testamento. Respondetur ꝙ hoc non arguit. Sola enim ratio propter quam testari non potest assignatur, ꝙ non est dominus rerum ecclesiæ.

Ad tertiũ.

Ad secundum.

Sic proceditur. † Et videtur ꝙ legata quæ soliti sunt aliqui prælati facere de fructibus acquisitis de redditibus ecclesię, sint rata, & tanquam firma debeant teneri. Et videtur quod non. Primo Nam vt dicit Innocent. in capitulo ad hæc. quod consuetudo non excusat clericos quia omnia bona sua mobilia acquisita intuitu ecclesiæ dimittũt in morte eorum consanguineis. ¶ Secundo sic. Idem videtur decret. 3. capitulo. 1. huius. q. 5. sic dicens. Clerici de rebus ecclesiæ vel officij ecclesiastici testari non possunt nisi tantũdem de suo velint recompensare ecclesiæ. vt. j. eo. si episcopus. & in cap. fixum. idem dicit. ¶ Tertio sic. Talis consuetudo est omni iuri contraria, & sic non valet. vt extra de iudi. clerici. & de proba. ad nostram. cum multis alijs. ¶ Quarto arguitur sic. Si talia legata essent rata, petitur quo iure teneret talis ordinatio, non iure testamenti per iura superius allegata. extra de testa. & per. capitul. præsens. nec iure donationis inter viuos, quia ille qui legat potest reuocare quam diu viuit, quod non posset, si esset inter viuos, nec iure donationis causa mortis. quia vt habetur. ff. de mortis causa dona. l. marcellus. ver. Paulus, simile videtur esse de tali donatione, & testamento, nec iure ordinationis vltimæ voluntatis, quia videtur esse simile de illa, & de testamento. ergo videtur ꝙ nullo iure talis dispositio rata esset. ¶ In oppositum est quod supra dictum circa octauam conclusionem in articulo præcedenti. Respon. dicẽdum ꝙ vt narrat Hug. j. eo. q. 3. in c. fixum. Triplex circa hoc reperitur consuetudo. vna est in aliquibus ecclesijs qua clerici permittuntur testari de omnibus redditibus suæ præbendę perceptis & percipiendis vsque ad annum. Alia est consuetudo, qua clerici permittunẽ testari de fructibus perceptis tantum. Alia est consuetudo, qua clerici nõ permittuntur indifferenter testari de fructibus perceptis, sed tantum de minimis, vel non multum caris, vt sunt calciamenta, vestimenta vetera, parui, & viles libri, & huiusmodi. Qua distinctione

Primũ ar. *Secũdũ ar.* *Tertiũ ar.* *Quartũ ar.* *Opponit in contrariũ* *Respõdet.*

14 habita sit ista prima cõclusio saluo meliori iudicio. † ꝙ vtraque istarum consuetudinum ibi est iam seruata tenet. Ista cõclusio probatur sic. si ea consuetudo quæ est grauior tenet vt dicit Ioan. An. vt. s. in articulo præcedenti est deductum. ergo multo amplius consuetudo quæ est, ꝙ clerici possint testari de fructibus præceptis, aut de paruis rebus. consequentia est manifesta. ¶ Secunda conclusio. † Legata facta per prælatos aut clericos beneficiatos iuxta cõsuetudines prædictas

Prima cõclusio.

15 videntur rata. patet ista conclusio per id quod dicit Hugo. & Lauren. s. e. q. 2. alienationes. ꝙ cõsuetudo est in quibusdam ecclesijs, ꝙ clericus moriens possit disponere de omnibus fructibus suæ præbendę percipiendis vsque ad annum, si papa scit & nõ improbat, imo de æquitate, tolerat, secundũ eos, & hoc dicebant, vt dicit Archid. in summa præsentis. ca. per quandam decretalem quæ olim fuit in antiqua compilatione de testa. ad hæc. § licet. Idem probat decretalis extra de præben. significatum. secundum intellectum quem ponunt, ibi Goffre. & Philip. qui exponunt anniuersarium. i. fructus percipiendos per annum. Et hanc sententiam sequitur Hostien, prout satis not. de hac materia. ex. de pecu. cle. si quis sane. Et idem no. Gra. & dominus Io. cardi. extra. li. 6. de rebus eccle non alienan. hac consultissima. hæc omnia Archi. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam de dicto Inno. c. respondetur tripliciter. Primo ꝙ ipse fuit alterius opinionis, quæ nobis non videtur æquè rõnabilis sicut opinio Hostien. & Ioan. And. Secundo respondetur, ꝙ vera est indistinctè loquendo de magnis & paruis, & mobilibus, & immobilibus. sicut. s. diximus in articulo præcedenti circa consuetudinem prædictam. vnde non videtur rationabilis, nec ꝙ cum bona conscientia moriatur qui omnia bona mobilia acquisita intuitu ecclesiæ in morte dimittit suis consanguineis, & nihil per consequens ecclesiæ cuius intuitu illa bona consecutus est, & inter alia moueat hac ratione. Cum redditus ecclesiarum sunt stipendia militantium. Nam beneficia dantur propter officia, clarum est, ꝙ clerici non adimplentes officia sua per se nec per alios, sed otio vacant vel voluptatibus aut lasciuiam vitam agunt, nihil iuris habent in rebus ecclesiæ. imo ipsa participando spoliant ecclesias, & tenẽtur ad restitutionem omnium perceptorum. Similiter videtur dicendum ꝙ qui non seruit ecclesiæ aut obsequium debitum non præstitit per se, aut per alios ecclesiæ, ita plene, ita perfectè, ita deuotè sicut debuit, sed in multis se habuit negligenter, aut remissius quam debuit, ꝙ in aliqua parte teneatur satisfacere ecclesiæ. Cum ergo omnes clerici beneficiati deficiant in hac parte, & merito peccatores & imperfectos se debeant ęstimare & cognoscere. secundum illud Lucæ. 17. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite. serui inutiles sumus. quod debuimus facere fecimus, videtur impossibile & minus securum conscientijs clericorũ beneficiatorum, ꝙ morientes vniuersaliter omnia acquisita intuitu ecclesiæ parentibus relinquant, & nihil ecclesiæ & pauperibus. Et isto modo non videretur nobis ꝙ dictum Inno. contrarietur dicto Host. & Io. And. quia dicta eorum intellecta cum rationabili limitatione bene stãt simul. ¶ Ad secundam de Hug. dicendum ꝙ Hu. videtur loqui de immobilibus bonis ecclesiasticis, vt sunt prædia, redditus, & huiusmodi. siue de mobilibus, quæ sunt propriè ecclesiæ, vt sunt libri, calices, ornamenta, & non de fructibus acquisitis ex redditibus ecclesiæ, quia istos beneficiatus iam ecclesię obsequẽdo, fecit suos. vnde ipse videtur approbare consuetudinem illam vt patet ex dictis eius. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum. imo ius tam antiquum quam nouum fauet ei. vnde Io. An. in regula nemo de regulis iur. superius allegatis. De hac consuetudine loquẽs post narrationem opinionũ duarum contrariarum dicit contrarium. teneo primorum opinionem sequẽdo per prædictam decretalem. si propter. extra de rescrip. & iura post eam allegata, cum, huic consuetudini ius nedum antiquũ, sed etiam nouum assistat. ¶ Ad quartam respondetur ꝙ tenẽt talia legata. primo iure testamenti vbi est illa consuetudo. Et cum dicitur ꝙ non per iura allegata. Respondetur primo ꝙ iura illa non loquuntur nisi in immobilibus & mobilibus quæ sunt propriè ipsius ecclesiæ, & non de fructibus acquisitis, quia illos clerici fecerũt suos seruiendo. ¶ Vel secundo respondetur, ꝙ iura illa non habent locum vbi est obseruata cõsuetudo in contrarium, sicut hic. ¶ Tertio respondetur iuxta magistrum Richardum de media villa in quarto. vbi mouet hanc quæstionem, ꝙ legata illa tenẽt, si non iure testamenti per rationem allegatam. dicitur quod ratione siue iure pię & vltimæ voluntatis, quia enim bona illa debent distribui pauperibus per illos administratores, & etiam alijs quæ eisdem administratoribus honesta exhibuerũt obsequia. Ideo rationabile est, ꝙ de illis bonis prędictis personis legare valeat ... quod talia legata teneãt iure vltimæ voluntatis. Et ad argum... in oppositum cum dicitur. quòd idem sit ius &c. Respon... quòd non est verum. quoniam non est idem ius testamẽti, & vltimæ voluntatis & ius donationis causa mortis. quamuis inter se magnam haberẽt similitudinem vt enim dicitur. ff. de donatione causa mortis. l. 1. mortis causa donatio est cum quis habere se vult magis quam eum cui donat, magisq; eũ cui donat quam heredem suum. Et ita patet quid pro nunc dicendum sit de ista quæstione.

Secũda cõclusio. Lauren. *Goffre. Philip. Hostien.* *Ad primũ arg. Cõtra Innocent.* *ad secundũ.* *Ad tertiũ. Ioan. And.* *Ad quartũ. Richar. de media vil*

16 Ad tertium.

In quo quæritur. † Vtrũ clericus possit testari de bonis quæ non sunt acquisita propriè nec intuitu personę, nec ecclesiæ, sed ratione sacerdotalis dignitatis, vt puta de lucris acquisitis ex missis dicendis. Respondetur ꝙ videtur ꝙ possunt. Et huius opinionis videtur fuisse Pet. qui vt refert Cy. in aut. licentiam. C. de episcopis & cleri. dicit. ꝙ potuit de his testari. vt deducit Abbas in. c. cum in officijs. de test. Et huic opinioni videtur cõcordare Host. dicens in. ca. quia. co. tit. quod si clericus ratione officij seu seruitij aliquid est lucratus, puta quia fuit capellanus alicuius principis, potest de hoc testari, quasi intuitu personæ fuerint illa acquisita. Verũ dicit Abbas, quod an relinquens talem pecuniam pro missis dicẽdis habuerit respectum ad ecclesiam, ita ꝙ illi sacerdoti non reliquisset, nisi quia erat presbyter parochialis, tunc dicere videtur quod in tali casu non poterit regulariter testari. Si autem nullã qualitas suggerit illam ecclesiam fuisse contemplatam, sed ecclesiam tantum, secus est. argumen. optimum. c. requisisti. extra de testament. Et hæc de quæstione.

Respõdet Cynus. *Hostien.* *Abbas.*

17 Ad quartum.

In quo queritur. † vtrum religiosus posset testari. Et videtur ꝙ sic ex. c. perlatum.

perlatum.19.q.3.in.§.econtra.vbi dicitur, ꝙ Paulus primus eremita qui fuit religiosissimus colobium suum in testamẽto suo reliquit Anastasio episcopo Alexandrino, tunicam vero beato Antonio.¶ In oppositum est.c.quia ingredientibus 19.q.3.Respon.dicendum sub certis conclusionibus. Prima

Primũ ar. Opposi[illegible] Prima c[illegible]clusio.

18 est † quod religiosus tacite vel expresse professus testari non potest. Ista conclusio probatur sic authoritate, & ratione. Authoritate per.c.allegatum. quia ingredientibus.19.q.3.&.ca. perlatum.&.§.ecõtra Paulus.&.§.si qua mulier. Ratione sic. Ille qui non habet proprium testari non potest, sed religiosus professus non habet proprium, vnde sibi interdicitur omnino proprium habere. Nam se & sua dedicauit iam Deo. vt C.de sacrosan.ecclesijs.in aut.ingress.&. 12.q.1.nolo.&.c.nõ dicatis.& extra de sta.mo.cum ad monasterium . vbi dicitur prohibemus districte in virtute sanctæ obedientię sub obtestatione diuini iudicij, ne quis monachorũ proprium possideat.ergo sequitur quod religiosi professi testari nõ possunt, nec aliqua dispensatio põt in hoc casu valere.¶ Secunda con

Secũda cõclusio.

19 clusio.† quod religiosus habens filios de legitimo matrimonio cum ingrediatur monasteriũ potest diuidere bona sua. Ista conclusio patet in.§.allegato. si qua mulier . & in aut.de san.episcopo. Illa tamen diuisio non erit testamentum , sed quædam vltima voluntas . vt no.Spe. in summa de sta.mo.§.

Tertia cõclusio.

20 53.&.§.sequitur.¶ Tertia conclusio.† Religiosi nondũ professi tacite vel expresse possunt testari.patet conclusio ex ca. vlti.huius.5.quæstionis. Hæc conclusio patet cum talis religiosus ad seculũ reuerti possit.vt ex.de regu.statuimus. hæc conclusio est Inno.& Hosti.Io.An.& quasi omnium theolo

Quarta cõclusio.

21 gorum.¶ Quarta cõclusio.† Eremitæ & solitarij si non renũtiauerunt proprijs,nec se alicui religioni tradiderunt,vitã mutando possunt testari.patet conclusio ex argumento allegato in prin.ex.§.econtra Paulus. ¶ His habitis dicendum est ad argumentum in princi.de paulo primo eremita.dicimus, ꝙ licet Paulus eremita fuerit religiosissimus sanctitate vitæ, nõ tamen erat in religionis statu.vnde nõ est simile de eremitis & de illis qui sunt in statu religionis per abrenuntiationẽ seculi & professionem trium votorum religionis.

22 **Ad quintum.** In quo quæritur.† vtrum religiosus factus episcopus possit testari.sic ꝓceditur.Et videtur quod sic.Primo dicitur .18.q.1.monachũ canonica electio à iugo regulæ monasticę absoluit, & sacra ordinatio de monacho episcopum facit.¶ Secundo quia sæpe conceditur à papa talibus religiosis factis episcopis testamenta conficere, sicut nos habemus à quatuor pontificibus. ergo videtur quod testari eis non repugnat. ¶ In oppositum est in glo.in.c.quia tua.§.12.q.1.Respon.dicendum, quòd religiosus factus episcopus non potest testari de aliqua re, etiã de rebus aduenientibus sibi i[illegible]u personæ & parẽtum. Ista conclusio quę est S.Th. i[illegible]ecunda secundæ.q.186.ar.vlt.pa-

primũ ar. Secũdũ ar. Opponit & [illegible]spõ. S. Thom.

23 tet. Tum de [illegible]bus sibi ex paterna successione.† qm̃ religiosus factus episcopus nullo modo potest habere ꝓpriũ nec hæreditatem paternam vendicat sibi quasi propriam,sed quasi ecclesiæ debitam. De acquisitis vero intuitu ecclesiæ testamentum facere non potest , quia sola dispensatio ei committitur rerum ecclesiasticarum quæ morte finitur, ex qua incipit testamentum valere , vt apostolus dicit ad Hebre.9. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in cõtrarium. Ad primam respon.quod ille qui de monacho fit episcopus nõ absoluitur à iugo monasterij seu monasticę professionis , quantum ad omnia & maximè quantũ ad tria vota religionis quæ sunt continentia,paupertas, & obedientia.sed quantum ad illa quæ officio pontificali repugnant sicut est solitudo, silentium,vigiliæ graues,& abstinentia.¶ Ad secundam respondetur iuxta sanctũ Tho.vbi.s.quod si talis episcopus ex concessione papæ testamentum facit,non intelligitur ex proprio facere,sed apostolica authoritate intelligitur esse ampliata potestas suæ dispensationis,vt eius dispẽsatio possit valere post mortem.& hæc de quęstione.Lege tex.¶ [Nulli dubiũ . Acquisitas]de rebus ecclesię vel intuitu ecclesiæ.Nam si de proprijs vel intuitu personæ aliqua acquisiuissent , possent alienare & disponere,prout vellent vt supra ead.quæst.3.capitu. 1.&.2.&infra.e.quæstio.fixum.Hug.[iudicare]contra supra e.q.1.nolo.Solutio.ibi loquitur de clericis qui renuntiauerunt proprijs.Hugo.[Itaque]secunda pars.[mobilia]factum recitat,quia idem esset de immobilibus.Hu. [testamenti].i. in testamento scripto.Hu.iam episcopus factus.Hu.[acquisiuisse]de rebus ecclesię , vel intuitu ecclesiæ. Nã si de rebus proprijs,vel ex successione vel aliter intuitu personæ acqui

Ad primũ arg. Ad secundũ S Thom. Exponit literam.

siuisset secus esset.vt [illegible]ea.q.fixu[illegible]m.[decreuisseque nos] [illegible]spondisse.Archi.[vt si ho[illegible]itat] per aliquas probat[illegible]nes. Hu.[hoc].s.quod de rebus ecclesiæ vel intuitu eccl[illegible]æ , illa acquisiuisset antequam episcopus esset,vel etiam p[illegible]tea[nullus præiudicium pateretur] quasi diceret restituerentur ecclesiæ,sed seruato ordine iudiciario.vnde subditur[quod & nos].3.pars.[recolere]id est diligenter inuestigare seruato tamen ordine iuris,si de bonis ecclesiæ fuerit,vel nõ sine cognitione iudiciali.Hu.

1 *Prælatus nihil potest in testamento relinquere de bonis ecclesię .*



Bitum. Ad idem sequitur hoc.ca.quod est eiusdem Gregorij.Summa.† Præ- 1
latus de bonis ecclesiæ,nihil potest in testamẽto relinquere,& si de eis aliquid relinquerit,illud per hæredes suos est ecclesiæ restituẽdum. Et potest diuidi in duas partes.In prima narrat quendam episcopum testamentum fecisse.In secunda pręcipit vt subtiliter inuestigetur an de rebus ecclesiæ aliquid cõsumpserit,& si sic quod omnia talia sint ecclesiæ restituenda secunda ibi.subtiliter.Leg.¶ [Obitum subtiliter] secunda, pars.[consumpsisset]inter viuos, dando alicui in casu nõ cõcesso, vel expẽdẽdo in suum proprium commodum pręter vtilitatem ecclesiæ , vel inter mortuos relinquẽdo alicui in testamẽto[incongruo]ideo dicit, quia si modicum esset forte propter verecundiam & reuerentiam episcopi non reuocaretur sed enorme damnum non sustineretur.ar.s.eo. q.nulli episcoporum.&.s.eo.q.2. bonę Hug.[vt res ecclesiasticæ] alienatę,vel diminutę ab episcopo. Hug.[ab eo cuius interest]id est ad quem pertinet hoc facere,id est ab hærede eius, vel ab illo qui detinet illas res.vt.17.q.6.si episcopum.&.s.e. q.2.episcopus.[reparentur] id est restituantur in se,vel in sua æstimatione.Hug.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Episcopus non potest testari de bonis ecclesię.*
Et an possit aliqua monasterio concedere nume.2.&.3.
4 *Dare potest aliquis in uita quod non potest legare in morte.*
5 *Promissum quis tenetur implere.*



Via Ioannes. Ad idem est hoc.c.eiusdem Gregorij. Summa
1 est.† ꝙ episcopus non potest de bonis ecclesiæ testari licet in vita sua possit aliqua donare nisi super hoc authorirate papæ muniatur. ¶ Pro intelligentia capituli casus est iste. Episcopus Ioannes construxerat quoddam monasterium , & ei multa bona contulerat, & in vita sua papa promiserat ei ꝙ illam donationem ratam haberet etiam post mortem.Cuius donationis cum mentionem fecisset in testamento, Marianus successor eius volebat illam reuocare.Scribit ergo ei papa,& cõfirmat illam donationem,quam fecerat dictus episcopus Ioannes,non propter testamẽtũ,sed quia ei viuenti promiserat, postea præcipit ei vt si alia de bonis ecclesiæ testatus est,totũ irritetur.Et secundum hoc c.diuiditur in tres partes . In prima narrat qualiter petitionem factam episcopi Ioannis exaudiuit.In secunda exhortatur Marianum , vt nihil de his quæ Ioannes episcopus contulit monasterio minui patiatur . In tertia præcipit,vt si quæ alia in testamento inuenerit,quæ cedant in damnum ecclesiæ irritet.secunda ibi, fraternitatem. tuam.tertia ibi,hæc itaq; Lege.¶ [Quia Io.sæpius].Nota ꝙ papa non debet cito concedere quæ petuntur præter ius cõmune.vt.23.di.communes.[nostra authoritate.] Sed surgit
2 quæstio.† Nunquid sine authoritate poterat cõcedere monasterio aliqua bona.quod sic patet.s.e.q.2.bonę.Respondetur quod sic,sed hoc fecit forte ad cautelam,vel forte quia vltra illam summam quam debebat dederat,vel forte de immobilibus aliqua dederat sine consensu clericorum vel aliter sic donauerat,quod illa donatio poterat reuocari,nisi esset confirmata ab illo , qui plenitudinem habet potestatis. Et est ar.
3 † quod authoritate maioris fit validum quod aliter esset inualidum.ar.17.q.4.q.Hu.[fraternitatem tuã]secunda pars. [nihil de his.]Nam beneficium est latissimè interpretandũ.arg. 16.q.1.frater noster. [collectarum].i. collatarũ[sequamur] id est sequimur quo ad hoc, quasi diceret.non ideo quia fecit testamentum.Nam talis volũtas non fuit legitima. Et est ar.
4 † quod aliquis potest dare in vita , quod non potest legare in morte,quod contingit de omnibus rebus ecclesiasticis.ergo licet episcopus possit de suis redditibus cõstruere monasterium,

Casus. Diuisio. Exponit literam. Quæstio. respõdet.

fter[illegible],non tamen pōt legare[illegible] in[illegible] construatur.ar.hic, & in duobus præcedentibus capitulis. Hu.[Promisimus]ar.† φ quis,tene[illegible] adimplere promissum quod verum est,quamuis stipulati[illegible] non interuenit.s.e.q.2.quicunque suffragio.[Hæc itaque]tertia pars [& illa quæ in damnum].i.si quę in testamento relinquit quæ prius ex consensu nostro non concesse rat,& hoc in damnum suæ ecclesiæ cedat,nullam obtineant firmitatem prohibente lege talem damnificationem vel alienationem habere firmitatem.Hu.& Arch.

1 *Episcopus potest facere testamentum de rebus proprijs vel intuitu successionis personæ sine alio quouis titulo quęsitis*



Fixum. Ad idem inducitur hoc capitulum, ex concilio hispalen.sumptum.Summa est in rubro. † φ episcopus de rebus pprijs vel intuitu successionis personæ suæ alio quouis titulo acquisitis potest facere testamentum, de rebus vero ex facultatibus ecclesiæ acquisitis non. Et secundum hoc capitulum diuiditur in duas partes.secunda ibi,postquam. Lege text. ¶[Fixum successione]vel alio quocunque modo siue titul.vt.e.q.3.c.1.&.2.[cui vult]dummodo non excōmunicatis, vel hæreticis.vt.24.q.2.sane.Hu.& extra de hæredi. si quis episcopus.nec etiā filijs ex illicito coitu natis.C.de incest.nupt.aut.ex complexu.&. C.de natura.li.aut liceat.in fine.[postquā]secunda pars.[comparauerit,]hic videas quod notat.s.eadem q.3.ca.1.in gl.hoc etiam &c. Arch.De ista materia satis diximus in quæstionibus disputatis.s. reducantur ad memoriam.

Diuisio. Exponit literam.

De rebus vero. §.est,in quo magister Gratianus ponit vnum casum, in quo episcopus potest testari.s. cum de suis proprijs tantundem recō penset ecclesiæ.pro quo inducit capitulum sequens.

1 *Alienatio facta contra formam iuris non valet.*




Si episcopus. Hoc capitulum ex concilio agathen.sumptum est. Summa patet in rubro.Breue est.Lege textū. ¶[Si episcopus aliter non valebit] nisi hoc faceret authoritate papę.s.e.q. quia. vel forte cōsensu suorum clericorum,vel nisi instituerit ecclesiā hæredem, & ipse vellet adire hæreditatem.Hu.[nisi tantundem]subaudi & nisi clerici vellent habere ratum quod factum est. Nam nec in hoc modo valeret testamentum. nisi ecclesia vellet habe-
1 re ratum testamētū.†Nam alienatio facta contra formā iuris non valet.Si ergo ecclesia videt talem recompensationē expedire ecclesiæ potest habere ratum,quod factū est.s.e.q.2.

Exponit literam.

si qua de rebus. vel intelligitur in eo casu, quando præcessit consensus clericorum,de tali commutatione facienda,vt distinctum est.s.e.q.2.si quis qualibet. Hug.Et sic videtur sentire glo.in allegando hoc capitulum.

Sed si episcopus. Hic incipit secunda pars quęstionis,in qua magister Gratianus determinat quid iuris quando episcopus decedit ab intestato,dicens φ si episcopus intestatus decedit, nullos habens consanguineos qui ei succedant,omnia bona sua sibi vē dicabit ecclesia.Et inducit ad hoc duo sequentia capitula.




Sicubi. Hoc.c. quod inducitur ad præfatū propositum sumptum est ex concilio Taraconen.Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes.In prima præcipit vt omnia bona episcopi intestati debeant per presbyteros & diaconos scribi.In secūda φ nullus de illis bonis præsumat aliquid tollere. quod si quis contra fecerit secūdum tenorem furti tenebitur, secunda ibi,ita tamen.Lege tex.¶[Sicubi episcopus] vel alius clericus.Hu.[conscriptio].i.inuentarium.vt.s.q.2.charitatem. Hu.Archi.[ita tamen]secunda pars.[secūdum tenorem furti]manifesti.Nam grauius punitur manifestum, quia in quadruplum,sed non manifestum in duplum. insti.de obli. quę ex delic.nascuntur.§.pœna.Archi.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Clerici an possint facere testamentum.*



Vicunque. Ad idem est hoc.c. ex concilio tribunen.sumptum. Sūma est φ clerico ab intestato & sine cognatione decedenti ecclesia decedit.Breue est.Lege tex. ¶[Quicunq;] intellige de illis quibus licitum est habere proprium .[Hugu.sine cognatione] quæ possit succedere ab intestato. Et intellige cognationes vsq; ad septimum gradum,per hoc intelligitur capitulum illud.s.e.q.3.quicunque.tunc enim inordinatum remanet,qđ est clerici,cum sine testamento & sine cognatione decedat. [Hug. deseruiūt]vltimo loco.Hugu.[de sanctimonialibus].
1 †Surgit hic quęstio nunquid possunt condere testamentum. Et videtur quòd sic ex præsenti text. Sed dicendum φ non vt superius in principio quæstionis quintæ determinauimus in conclusione quarta. Et ad capitulum istud respondetur φ loquitur de quibusdā monialibus,quales sunt in terra theutonica, quæ proprijs non abrenuntiant, & sicut clerici seculares propria habēt & singulariter viuunt, nec sunt monachæ sed moniales & canonicę seculares,& tales possunt cōdere testamentum.Hug.Hæ sunt de quibus loquitur hoc.c.& c.virgines.27.q.1.secundum Hugu.& Archi.& c.dilecta. de maiorita.& obe.& ibi de hoc in gloss.vltima.

Exponit literam.

Quæstio. Respon[illegible]

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh

Omnes sunt Quaterniones præter Hh, qui sunt Quinterniones.

VENETIIS, Apud Hæredem Hieronymi Scoti,
M D L X X V I I.

212

TVRRECR
SVPER
DECRETA
TOM·II.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm